Mr. H.

Dear Sir.

[illegible] [illegible] the [illegible] with [illegible] [illegible] [illegible]. I thank you for the favor [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] of your [illegible] [illegible] [illegible] I [illegible] [illegible] [illegible]

עמך מקור חיים באורך נראה־אור
Ps. 36. 10.
לתורה
Esa. 8. 20.

עשרים וארבע ספרי הקדש :

SIVE

BIBLIA HEBRAICA,

EX ALIQVOT MANVSCRIPTIS

ET COMPLVRIBVS IMPRESSIS CODICIBVS, ITEM
MASORA TAM EDITA, QVAM MANVSCRIPTA,
ALIISQVE HEBRAEORVM CRITICIS DILIGENTER RECENSITA.
PRAETER NOVA LEMMATA TEXTVS S. IN PENTATEVCHO, ACCEDVNT
LOCA SCRIPTVRAE PARALLELA,
VERBALIA ET REALIA,
BREVESQVE ADNOTATIONES, QVIBVS
NVCLEVS GRAECAE LXX. INTERPRETVM ET OO. VERSIONVM EXHIBETVR, DIFFICILES IN TEXTV DICTIONES ET PHRASES EXPLICANTVR, AC DVBIA RESOLVVNTVR;
VT SVCCINCTI COMMENTARII VICEM PRAESTARE POSSINT.
SINGVLIS DENIQVE COLVMNIS
SELECTAE VARIANTES LECTIONES SVBIICIVNTVR

CVRA AC STVDIO
IO. HEINR. MICHAELIS,
S. S. THEOL.& GR. AC OO. LINGG. IN ACAD. FRIDER. P. P. ORD.
ET EX PARTE OPERA
SOCIORVM;
VT PLVRIBVS IN PRAEFATIONE DICETVR.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIIS
Sacræ Cæſ. Maieſtatis, Potentiſſ. Reg. Polon. ac Porusſiæ, nec non Elect. Saxon. & Brand.
HALAE MAGDEBVRGICAE, *Typis & ſumtibus Orphanotrophei* cIɔ Iɔcc XX.

SERENISSIMO ac POTENTISSIMO
PRINCIPI ac DOMINO,

FRIDERICO WILHELMO,

REGI PORVSSIAE, MARCHIONI
BRANDENBVRGICO, S. ROM.
IMP. ARCHICAMERARIO
ET ELECTORI,
SVPREMO PRINCIPI ARAVSIO-
NENSI, NEOCOMI ET VALLANGINI,
DVCI GELDRIAE, MAGDEBVRGI,
CLIVIAE, IVLIACI, MONTIVM, STE-
TINI, POMERANIAE, CASSVBIORVM,
VANDALORVM ET MEGAPOLIS,
NEC NON IN SILESIA ET
CROSNAE,
BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI,
PRINCIPI HALBERSTADII, MINDAE, CAMINI,
VANDALIAE, SVERINI, RACEBVRGI ET MEVR-
SAE, COMITI HOHENZOLLERAE, RVPINI, MAR-
CAE, RAVENSBERGI, HOHENSTEINI, TECKLENBVRGI
LINGAE, SVERINI, BVRAE ET LEERDAMI, MARCHION
VEHRAE ET VLISSINGAE, DOMINO RAVENSTEINI, RO
STOCHII, STARGARDAE, LAVENBVRGI, BVTO-
VIAE, ARLAYAE ET BREDAE,
CETERA;

REGI & DOMINE MEO
LONGE-CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME ac POTENTISSIME

R E X,

DOMINE LONGE - CLEMENTISSIME!

ETſi alias ea, qua par eſt, animi demiſſione MAIESTATEM TVAM tacitus veneror potius, quam vt meditationibus academicis regias curas interpellare audeam; nunc tamen, vt confido non niſi gratioſiſ-

ſimo

ſimo vultu accipies, DOMINE LONGE-CLEMENTISSIME, ſi paucis tantum ſubiectisſimam & gratam mentem teſtor. TIBI enim, REX SERENISSIME, hic labor, eccleſiæ vſibus deſtinatus, & academicæ iuuentutis bono ſuſceptus, poſt DEVM T. O. M. ideo conſecrandus erat, non ſolum, quod TVA longe-clementisſima voluntate in hac ſtatione collocatus ſum; ſed etiam, quod ante ſexennium mihi benignisſime conceſſo reſpirandi ſpatio, & hunc laborem ab interitu, & me ſub adverſa valetudine fatiscentem, ab obitu per DEI gratiam conſeruaſti. Quod beneficium, vti maximum mihi fuit, ita non poſſum nunc, quin publice illud prædicem, & obſequentisſima ſeruitia MAIESTATI TVÆ ad vltimum vsque vitæ momentum promittam. Et quum ſuperiore anno, præmatura morte, [vt inter homines videntur, quæ tamen maturo DEI conſilio fiunt,] ereptus mihi ſit vnicus & coniunctisſimus frater, *Philippus Michaelis*, quem, ex vltimo ſeptemtrione accitum, ſumma clementia complexus eras; haud inclementer, REX SERENISSIME, feres, ſi pro ea etiam gratia me magis obſtrictum profiteor, & ſpem foueo, fore, vt in me meosque etiam eadem longe-clementisſima voluntate porro

ſis futurus. DEVM vero precor ex animo, VT TE inprimis, REX POTENTISSIME, quem patriæ & rerum noſtrarum cuſtodem dedit, vna cum Sereniſſima Coniuge, REGINA, & FILIO, Regni Herede, ceteriſque regiis liberis, immo tota Sereniſſima Domo, ipſe omnium potens cuſtodiat, eamque voluntatem TIBI porro inſpiret, qua ſemper in ſancto amore diuini nominis & verbi eius ducaris & perſeueres. Id quod omnibus erit ſalutare, TIBI autem ad immortalem gloriam & felicitatem, ceteris ad pacem & quietem.

SERENISSIME ac POTENTISSIME

REX,

DOMINE LONGE-CLEMENTISSIME!

REGIAE MAIESTATIS TVAE

Halæ ipſis Cal. Maii
cIↃ IↃcc xx.

ſeruus ſubiectiſſimus

D. IO. HEINR. MICHAELIS.

Præfatio ad Lectorem.

Sacrorum Fontium Studioſo Lectori Salutem in CHRISTO IESV plurimam dicit

IOANNES HENRICVS MICHAELIS, D.

Ingreſſus.

TRia iam luſtra ſunt, beneuole & erudite Lector, ex quo publico programmate operis huius biblici editionem promiſimus; *a)* nondum tunc præuidentes omnes remoras, quas varias deinde, et in hunc vsque diem grauiſſimas experti ſumus. Vnde nunc, poſt plurium annorum interuallum, neceſſitas exigit, vt ad amouenda ſiniſtra quorundam iudicia, non ſolum aliqua de inſtituti huius occaſione, eiusque progreſſu; ſed etiam de obiectis impedimentis, indeque mutatis nonnihil conſiliis noſtris, præmittamus ante, quam ad reliqua hac præfatione explicanda veniamus. Faciam tamen id breviter per quinque capita, vt I. laboris noſtri hiſtoriam exponam, II. de textu Hebraico & Chaldaico dicam, III. de variis in eo lectionibus agam, IV. de Maſora, & V. de noſtris adnotationibus & reliquis, quæ monenda erunt: non tam rerum dicendarum inopia, quam infirma valetudine & temporis penuria, a pluribus exponendis prohibitus.

a) Edito anno Chriſti 1705. menſe Martio, titulo operis Latino, & ſubiuncta, propter continuas amicorum interrogationes, in lingua vernacula, inſtituti noſtri recenſione: quæ poſtea in Belgio Gallice etiam cum exteris communicata fuit.

CAPVT I.

De

OCCASIONE ET HISTORIA HVIVS OPERIS.

§. I.

PRæcipuam igitur huic labori occaſionem dedit COLLEGIVM ORIENTALE THEOLOGICVM, anno huius ſæculi ſecundo, menſe Maio, a Venerando & de hac academia, immo de eccleſia Chriſti meritisſimo collega, AVGVSTO HERMANNO FRANKIO, eum in finem tunc inſtitutum, vt ſelectis cum Inſpectore ſuo, B. *Ioanne Tribbechouio*, duodecim vel pluribus etiam ſacrarum litterarum ſtudioſis, *b*) ex accuratiori ſingularum S. Theologiæ partium cultura, & inſtitutione per quatuor pluresue annos continuata, necesſitati eccleſiæ præpararentur doctores, qui S. Scripturam cum apodixi tractare, h. e. vt Apoſtolus ad Tit. I, 9. ait, & exhortari per doctrinam ſanam, & conuincere contradicentes poſſent. En nomina iuuenum, ordine alphabetico digeſta: Occaſio huius operis.

M. Lucas Gottfried *Backmeiſter*, Stuttgard. Wurtemberg. †
M. Georg. Ioann. *Hencke*, Vlzenſis Luneburgicus. †
Iacobus *Henning*, Salauia Poruſſus, †
M. Abrahamus *Kall*, Flensburgo Cimber,
M. Tobias *Kœſtlin*, Eslinga Suecus,
M. Io. Auguſtus *Krebs*, Meiningenſis, †
M. Chriſtian. Bened. *Michaelis*, Ellric. Hohenſt.
M. Chriſtoph. *Prætorius*, Wollin. Pomer. †
Io. Guſtav. *Reinbeck*, Cellenſis,
M. Tobias *Rende*, Iſenacenſis,
Wilhelmus Chriſtianus *Schneider*, Herbsleb. Thuring.
Balthaſar *Voigtlænder*, Nienburgo Hoyenſis,
Matthæus *Zander*, Stargard. Pomer.

Quod pulcherrimum inſtitutum, vti communi bonorum ſuffragio adprobatum, etiamdudum etiam publice a Cl. *VOCKERODIO* *c*) prædicatum fuit, tantum abeſt, vt ſpem & exſpectationem Venerandi Collegæ fruſtratum ſit; vt potius ex iſta ſocietate, præter hos, quos ad cæleſtem Academiam beata morte euocauit Deus, pasſim per diuerſas Germaniæ prouincias nactæ ſint eccle-

b) Quos commendabant percepta neceſſariarum artium linguarumque orientalium, & diuinarum litterarum ſolida fundamenta, aliaque adminicula, docendi item facultas, nec non ſpectata pietas, ſanctumque vitæ & ſtudiorum propoſitum.

c) In doctisſima commentatione de *eruditorum ſocietatibus*, Gothæ 1708. p. 220. ſeq

ecclesiæ, scholæ & academiæ viros, qui grauissimis ex parte muneribus non sine insigni fructu & functi sunt, & per Dei gratiam adhuc funguntur. Et quamuis forma huius instituti tum ob morbos, tum per alias caussas, mutationem aliquam sequentibus annis experta sit; res tamen ipsa mansit, & subinde eumdem in finem consilio atque subsidiis adiuta ingenia sunt, quæ idonea habita fuerunt. Nec spem abiicimus, fore, quin denuo ad pristinam eius formam instaurandam rediturus sit Vir bono publico natus, expeditis iis, quæ illud hucusque sufflaminarunt: quum præsertim nunc plures etiam adsint Collegæ, qui cum ipso, diuina gratia adiuti, omni ex parte facient, vt in posterum quoque præsto sint viri iuvenes, ad omne opus bonum instructi & parati. Faxit DEVS feliciter!

Collatio Codicum,

§. II. Quemadmodum vero illius collegii omnia eo comparata fuerunt, vt solidam sacrarum litterarum notitiam ex ipsis Hebræis & Græcis fontibus haurirent, qui membra eius designati erant: ita nec alienum ab instituto videbatur, si subcisiuis operis collatio codicum Hebræorum, præsertim MSctorum, sub meo, Linguarum orientalium Professoris, ductu fieret, ex qua noua Bibliorum Hebraicorum editio adornaretur. Eum in finem codices non tantum impressos præstantiores, quotquot ad manus nostras venerunt, sed quinque etiam *manuscriptos* membranaceos, quos *bibliotheca venerabilis Ministerii Erfurtensis Euangelici* possidet, honestis conditionibus quæsiuimus, maximaque beneuolentia nobis sub autumnum A. C. 1702. commodatos, omnes bona fide, & cum debita gratiarum actione, dudum restituimus. Illos codices MSctos, quia erudite, & quantum hic satis est, descripsit Vir pl. rev. M. *Abrahamus Kall*, d) in dissert. *de Codicibus MSctis, Biblico-Hebraicis, maxime Erfurtensibus* A. 1706 sub meo præsidio habita: ideo quod actum tunc est, non agimus nunc iterum, sed cupidum quemque lectorem ad laudatam dissertationem ablegamus; quum & plura illic exposita sint, de quibus & hic alioqui dicendum fusius fuisset. Ne autem frustra illa a quopiam desideretur, post absolutas nostras adnotationes vberiores in Hagiographa, per typographos faciemus.

§. III. Interim tamen vt lectori de illis, & impressis quoque codicibus, quos euoluimus, quodammodo constet, breuiter omnes eo ordine, quo compendiosissime per numeros tantum a nobis vel citantur, vel comparati fuerunt, hic recensebimus. Sicut igitur numerus

1. in selectis nostris lectionibus variantibus significat *primum MSctum*

d) Socius quondam noster, vt modo diximus, nunc Verbi diuini Minister Charlottenburgi in vicinia Berolini fidelissimus: cui & notas in vaticinium Ezechielis maximam partem debemus.

MSctum Erfurtense, grandioribus duobus voluminibus cum Targum, f. versione Chaldaica, singulis versibus, etiam in libris Paralipomenon, subiecta, Masora item parua & magna textuali,

2. *MSctum Erfurtense secundum*, integrum V. T. codicem cum Masora & Onkelosi translatione Pentateuchi Chaldaica, vno maiori volumine complexum;

3. *MSctum Erfurtense tertium*, in folio mediocri, totius V. T. textum habens cum Masora; magna tamen lacuna a Ierem. 44, 26. vsque ad Ezech. 8, 3.

4. *MSctum Erfurtense quartum*, mutilum ab initio & fine. *e*)

5. *MSctum Erfurtense quintum*, sed valde imperfectum, quod a libro Iosuæ incipit, & post prophetas cum libro Psalmorum finit: in Ieremiæ quoque vaticinio a c. 14, 17--c. 24, 7. lacunam habet; ita numerus

6. Indicat *DAN. BOMBERGII Biblia Hebraica & Chaldaica*, cum commentariis Rabbinicis, & præfatione *Felicis Pratensis*, Venetiis 1517. in folio maiori expressa: cuius editionis exemplar ex bibliotheca huius ciuitatis Mariana habuimus. Prodiit ex hac editione Codex noster 9. & ex hoc deinde 20.

7. Eiusdem operis, f. *Bibliorum Venetorum* in folio maiori *editionem quartam*, Venetiis 1618.

8. *IOANNIS BVXTORFII* Biblia Hebræo-Chald. & Rabbinica, satis obuia, Basileæ 1620.

9. *Dan. Bombergii* Biblia Hebr. in forma quarta, Venetiis 1518.

10. *ROBERTI STEPHANI* editionem in 4. Paris. 1543. quæ insigni sphalmate ab Hos. 5, 8. vsque ad c. 6, 8. omnia transposita, & a typographo confusa exhibet.

11. Biblia regia *Antverpiensia*, siue *PLANTINIANA*, in fol. maiori, 1571.

12. Biblia *Plantiniana* in forma 4. Antverp. 1566.

13. Biblia Hebraica cum versione Græca & duplici Latina, it. cum notis *Franc. Vatabli* in fol. mai. ex officina Sanctandreana 1587.

14. - - *Eliæ Hutteri* in fol. Hamb. 1587.

15. - - *Polyglotta* Anglicana, Londini 1657.

16. Biblia Hebr. cum interlineari versione *Ariæ Montani*, fol. Lips. 1657.

17. - - *Iosephi Athiæ*, f. Ioannis *Leusdenii* in forma 8. Amstel. 1667. Ex qua editione postea Clodii & Berol. editio nata fuit.

18. - - *Dav. Clodii*, forma 8. Francof. 1676. Præterea hactenus enumeratis editionibus postea accesserunt sub numero

19. Biblia Rob. *Stephani* in 24. Paris. 1546. ad Genes. 22.

20. - - Dan.

e) Incipit enim illud Gen. 34, 5. & ad finem vsque Pentateuchi singulis versibus Targum subiectum habet, cum aliqua Masora: præterea *Haphtaroth* f. sectiones ex prophetis, & V. *Megilloth*, item *Iobi* librum in fine mutilatum. Posteriora omnia sine Chaldaica translatione.

20. - - Dan. *Bombergii* in 4. Venet. 1521. ad Levit. 2, 9.

21. - - In 4. Venet. apud Io. *Bragadinum*, 1614 ad Lev. 7, 1.

22. - In 4. Venet. ex officina *Bragadina* 1678. *f*)

23. Biblia Hebr. *Hartmanniana* in 4. Francof. ad Oder. 1595.

24. - - *D. Henr. OPITII* in 4. Kiloni 1709. Hæc prodierunt, quum initium ad imprimendum Ezechielis vaticinium nostra editione fecissemus. Plures vero codices si subinde contulimus, suis nominibus adpellamus.

Quomodo facta.

§. IV. Fundamenti autem loco in collatione Codicum nobis fuerunt Biblia Hebraica Summe Rev. atque Celeb. Viri, *D. DAN. ERN. IABLONSKI*, Berol. 1699. edita vtraque forma 8 & 4. cuius editionis textum non ad verba solum & dictiones, sed ad singulas etiam syllabas, puncta & apices, a capite ad calcem vsque recensuimus, & in nostro variantium lectionum selectu sub nota *Ber.* vel *Berol.* citamus. Labor autem iste collationis Codicum die 9. Octobris 1702. inceptus, & per 15. menses ac vltra productus, finem suum vidit ineunte anno 1704. postquam huic negotio ego cum duodecim commilitonibus singulis diebus tres quatuorue horas tribueram. Et quanquam molestum satis esset, superfluis fere minutiis & vacuis sæpe signis notandis inhærere; facile tamen eius rei tædium abstergebat vsus, quem nonnunquam sentiebamus, & felix laboris progressus: dum integris adhuc viribus, & coniunctim omnes commilitones, quod sibi datum erat negotii alacriter obseruabant. Lectoris autem & notarii vices ipse sustinebam, paullulumque subsistebam non ad singulas tantum voces, sed etiam ad consonantes, vocales & accentus, criticasque notas, vt quisque suum codicem accurate introspiceret, meque & vniuersum collegium, si quid varium deprehenderetur, moneret. Quomodo intra dictum illud anni & trium mensium spatium satis magnum volumen ex variantibus eiusmodi minutiis collectum tandem fuit.

Masoræ excussio.

§. V. Et hactenus quidem res ex voto succedebat, magnaque ex parte præparatoria ad editionem nostram confecisse nobis videbamur, quum ad longe tædiosiorem, immo ferreum laborem deduceremur. *Masoræ* namq. *recensio* ex codicibus nostris 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & *Masora* peculiari *manuscripta* chartacea, in forma 4. maiori

f) Hæc editio magna diligentia, sed minus eleganti typo adornata, cura Viri Cl. *D. Ioannis Meyeri*, Professoris Harderoviciani celeb. ad nos venit, quum Deuter. c. 5. a nobis imprimeretur: eique inter alia hoc peculiare est, quod editores, sicut nos in margine Latinis, ita illis Italicis dictionibus Hebraicas exponunt. v.c. ad Gen. 1, 2. היתה תהו ובהו *era vana e vacua.* מרחפת *dibateua.* v. 6. רקיע *firmamento.* v. 9. יקוו *sian adunnate.* ותראה *e apparisca.* v. 10. ולמקוה *& all' adunamento* cet. Præcedens vero sub num. 21. editio in variatione vocalium vel punctorum diacriticorum שׁ & שׂ neutrum punctum exprimere solet, quasi iudicium suum ita suspendere voluissent editores.

iori, *g*) pro accuranda noſtra editione nunc inſtituenda erat: adhibitis etiam criticis libris Ebræorum, quales 1) *En Hakkore* R. Iekuthielis, ad marginem codicis noſtri 1. coll. Diſſert. de Codd. MSS. §. 19. 2) Eliæ Leuitæ *Maſoreth Hammaſoreth*, Venet. 1538. 4. 3) R. *Moſis Hannakkedan* (coll. Eliæ Maſoreth p. 21. & 76. ſeq.) *diſſertatio*, Maſoræ finali adſcripta, 4) *Schaar hanneginoth* in calce Bibliorum Venet. & Buxtorfii, 5) *R. Iudæ filii Iacobi* explicatio Maſoræ, Amſtelod. 1650. 4. ad Exod. 34. 6. in Varr. Lectt. noſtris citata, 6) Sal. ben Melech *Michlal Iophi*, quem *M. I.* & 7) R. Menachemi de Lonzano *Or Torah*, quem *O. T.* allegamus, Amſtelod. 1659. in 4. & præ ceteris hic laudem meretur. Is autem labor non ideo tantum tædioſior præcedente fuit, quod, quum illic ſub variis notis diacriticis verba tamen & ſententiæ prophetarum, hic ſæpisſime inanes Maſoretharum, vel potius recentiorum magiſtrorum *h*) obſeruatiunculæ, nec raro pueriles ineptiæ, obſcura diligentia conſarcinatæ, a nobis indagandæ & excutiendæ eſſent; ſed quod alia quoque impedimenta tunc obiicerentur, quæ tanta ab initio quidem viſa non ſunt, quanta poſtea reuera fuerunt. Primum enim, quum ſingulari prouidentia Dei, & longe clementisſima voluntate Serenisſimi Academiæ Conditoris A. 1704. præter alia inſignia beneficia, etiam *Regiæ* ſ. *liberales menſæ* pro paupertate ciuium Academicorum conſtituerentur, mihi etiam, ordine & ætate tunc omnium minimo, per regium reſcriptum ephoria iſtarum menſarum cum aliis ſpectatisſimis viris demandata fuit. Quod officium, quum ea, qua poſſem, fide & dexteritate obirem, dici vix poteſt, quantum ſequentibus annis *i*) mihi tædii & negotii ex deuoluta in me inſpectione fuerit ſubnatum: ita vt, dum menſis illis ſeruiendum erat, impresſio noſtri codicis ad incitas pæne redacta fuerit; donec, compoſitis tandem rebus, alius & nouus Inſpector vices illas in ſe ſuſcepiſſet. Obiectæ remoræ.

§. VI. Verum tamen neque illud tantum fuit, quod me vnum, vt dixi, impeditum tenebant; ſed mox etiam aliud contigit, quod totius collegii circulos turbabat. Sub æſtatem enim ipſius Pluraque impedimenta

g) Quam in excerptis noſtris Varr. Lect. *Maſ. Erf.* vocamus, cuiusque opera in hac parte magno nobis vſui fuit.

h) Alios enim eſſe recentiores criticos, & vetuſtos illos ante-Talmudicos Maſorethas, tantopere *Buxtorfio* aliisque viris doctis commendatos, euidentisſime docent tum libri MSCti, diuerſa manu ac diuerſo tempore interpolati, tum impresſi codices: quibus fere ſingulis aliquid in margine Hebraice ab editoribus adſcriptum eſt, quod deinde Maſorethicarum notarum nomine vulgo venit. Mallemus ſuperuacuam illam diligentiam non adhibitam fuiſſe; (quicquid in contrarium ſtatuerit Elias Leuita in ſuo Maſoreth p. m. 27.) præſertim ab iis, qui in his rebus iudicium parum ſubactum, & temeritatem potius prodiderunt.

i) Præſertim anno 1708. poſt ſubitam mortem B. M. Io Friderici *Ruoppii*, Facultatis Theol. Adi. & menſarum Regiarum Inſpectoris digniſsimi.

us anni 1704. ex Græcia & Constantinopoli fama nouæ Academiæ exciti aduentabant complures viri iuuenes & ἱερομόναχοι Græci; ex quibus nonnulli *k*) in Græca litteratura probe versati; maiori tamen ex parte ceteri veteris Græciæ ignari, omnesque ac singuli in Latinis & Germanicis litteris ac rebus prorsus hospites ac rudes erant. Isti igitur ex orientali ecclesia accedentes quum se collegio nostro adiungerent, ne frustra hic essent, necessario in lingua Latina aliisque rebus a tribus vel quatuor collegii nostri membris instituendi & iuuandi erant. Vnde partes laboris, quos socii illi sustinuerant, non poterant, quin in me ceterosque commilitones grauius reciderent: quum interea admodum intempestiue, aliunde etiam crebris epistolis, amici vrgerent, vt post vnius alteriusue anni moram (sicut illi bona quidem mente, non tamen satis prouide, laborem nostrum interpretabantur) editionem nostram auspicaremur. Gestus tandem mos illis fuit, & impressio codicis sub finem anni 1704. incepta est, nondum prorsus ad finem perducta laboriosa Masoræ recensione: ac, veluti non satis esset, vnius editionis curam gerere, duplex, & alia quoque minori forma, & minoribus typis simul incipienda fuit; quæ tamen ex necessitate, vt postea adparebit, cum fine Pentateuchi hactenus cessauit. Tum vero vt a pluribus epistolis scribendis liberaremur, Programma illud emisimus, quod supra ad §. I. commemoratum fuit.

auɑ̃i laboris, §. VII. Sed neque illud silentio prætereundum hic est, quod, quum ab initio laboris nostri aliud quidpiam in animo non haberem, quam editionem Hebræi Codicis, ex variorum librorum & totius Masoræ excussione, a vitiis & erroribus, in accentibus præsertim ex imperitia coortis, quantum fieri posset, repurgatam, *l*) cum nouis *lemmatibus ac variantium lectionum* selectu adornare; mox tamen illud quoque, continuis amicorum postulationibus requisitum fuerit, vt *loca Scripturæ parallela*, realia & verbalia, *nucleum item LXX interpp. siue* Græcæ & *orientalium versionum*, deinde & scholia quædam s. *breues notas* adscriberemus. Qua in re quum non satis circumspecte, & ignarus futurorum, acquieuissem desideriis amicorum *m*) tantus mihi exinde, idoneis adiutoribus postea

k) Præ ceteris eximii ingenii Vir iuuenis *Michael Anastasius*, Macedo, publice apud nos habito panegyrico Græco notior factus.

l) *Nam*, vt B. *Augustinus* ait de doctr. Christ. lib. 2. c. 14. *Codicibus emendandis primitus debet inuigilare sollertia eorum, qui Scripturas diuinas nosse desiderant.*

m) Qui ad nucleum Scripturæ gustandum plus commodi inde sibi aliisque pollicebantur, quam ex illa nostra operosa litterarum, vocalium & notarum diacriticarum, præsertim vero ipsius Masoræ recensione. Et verum quidem est, ex magno illo labore, quem collationi Codicum & Masoræ impendimus, non eum statim adparere fructum, quem harum rerum imperiti sibi promittebant; interim tamen sic bene meriti de sacro textu sumus, quod veram eius

poſtea deſtituto, laboris cumulus accreuit, qui valetudinem non ſolum meam, ſed & vitam peſſumdediſſet, niſi diuina me conſervaſſet clementia. Nondum enim coniuncto ſociorum labore ad finem Pentateuchi perducta erat noſtra impresſio, quum ecce commilitones, tantum non omnes, variis morbis, inprimis febri cum purpura combinata, implicari & decumbere inciperent: reliquis, qui incolumes adhuc videbantur, mecum tanto magis labore gravatis. Vltimus tandem ego decubui, tantoque grauius, quo diutius reſtiteram iſti malo. Vnde per plures menſes A. 1705. & 1706. impresſio noſtra ceſſauit; commilitonum autem maior pars, finito ſuo, quod ſtipulati erant, triennio vel quadriennio, aduerſæ valetudinis cauſſa, vel ad ſuos, vel etiam ad publica munera vocati, abierunt. Quumque per alia inſtruere nouitios ita non licuiſſet, qui velut ſupplementa decedentibus illis in iſto labore ſuccederent, ad impresſionem Ieſaiæ vix duo vel tres ſupererant, mox rurſus ita minuendi, vt deinde ad Hagiographa vnus tantum reſtaret mihi cognatus, nunc vero coniunctisſimus Collega, *Cl. CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS*, quo de pluribus infra etiam dicetur.

§. VIII. Dum hæc agerentur, porro accidit, vt A. 1707. diem ſuum obiret meritisſimus in hac academia Hiſtoriar. & Eloqu. Profeſſor, Vir Cl. B. *CHRISTOPHORVS CELLARIVS*: cuius inter alia etiam fuerat inſpectio bibliothecæ academicæ. Hæc igitur cura dum mihi ex communi Senatus Academici ſuffragio demandata fuit, noua inde enata eſt diſtractio, magna cum temporis iactura coniuncta. Quum enim bibliothecam academicam per duas quotidie horas anno 1707. & 1708. conſignauiſſem & ordinaſſem, idem labor ab integro ſubeundus erat anno 1709. quum ex munifico legato Illuſtrisſimi Domini DANIELIS LVDOLPHI DE DANCKELMANN, cet. cet. numeroſa Eius bibliotheca, Berolino huc transferenda & cum academica coordinanda eſſet. Et ne plura cum lectoris faſtidio perſequar, quum eodem anno 1709. ſingulari Dei gratia omnipotentis, & *REGIS PORVSSIAE*, Domini noſtri longe-clementisſimi, ſumme reuerendus & meritisſimus Senior ordinis Theologici, D. IOACH. IVSTVS BREITHAVPT, Abbas cœnobii Bergenſis prope Magdeburgum conſtitueretur, eodemque regio reſcripto mihi quoque Profeſſoris Theologiæ ordinarii partes, quas publica lectione ex *hiſtoria eccleſiaſtica* exſequerer, clementisſime demandatæ eſſent, adeoque variis ac diuerſis prorſus

denuo ſufflaminati,

ius ſcriptionem & interſtinctionem multis in locis, non ex ingenio noſtro, ſed ex collatis inter ſe pluribus Codicibus reſtituimus, alteramque lectionem in variationum ſelectu nihilominus exhibemus, memores illius præcepti magiſtrorum לבלתי הגיה מסברה *ex coniectura* in his ſacris *nihil corrigendum eſſe*.

ſus laboribus nimis diſtraherer; quod ab initio ex multitudine negotiorum faciendum mihi erat, poſtea in conſuetudinem abiit, vt inſomnes plane noctes agerem, & continuis ſudoribus dentiumq. doloribus, & totius corporis cachexia miſere laborarem: tandemque poſt Pro-Rectorale huius Academiæ munus feliciter adhuc per Dei gratiam A. 1712. & 1713. adminiſtratum, adeo debilitatam corporis valetudinem ſentirem, vt occumbendum fuiſſet, niſi Deus *SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS NOSTRI* animum ad benignisſime indulgendum aliquod reſpirandi ſpatium mouiſſet. Igitur ſub veris initium A. 1714. ad tempus dimiſſus, vt recuperandæ valetudini vacarem, apud Per-Illuſtrem Dominum CAROLVM HILDEBRANDVM, LIBERVM BARONEM A CANSTEIN, DYNASTAM IN CANSTEIN, cet. *n*) portum inueni, ex quo per annum & ſex menſes amiſſarum virium recuperationem exſpectarem, & quantum per valetudinem licebat, notas in Pſalterium conſcriberem; quæ quoniam vberiores factæ ſunt, nunc ſeorſum prodiere cum reliquis noſtris in Hagiographa Adnotatis.

Iterumque reſumti & abſoluti.

§. IX. Exinde circa autumnum anni 1715. redux in Academiam & paullo confirmatior valetudine factus, præter ordinarios muneris mei & Decanalis officii *o*) labores, & Diſſertationes aliquot in publicum habitas, totus cum Cl. *COGNATO*, & eruditisſimo iuuene *IO. IACOBO RAMBACHIO*, Hallenſi, *p*) in eo fui, vt & Adnotationes noſtræ biblicæ in Hagiographa abſoluerentur, & nunc etiam tertia pars Hebræi Codicis, quæ ab anno huius ſæculi duodecimo reſtabat, in lucem tandem prodiret. Typographico tamen labori & emendationi impresſionis, ob oculorum imbecillitatem non adfuit Rambachius noſter, ſub autumnum ſuperioris anni in Ienenſem Academiam profectus; vbi hoc ipſo tempore, dum hæc agimus, Magiſterii honore ab Amplisſima Facultate Philoſophica ornatus fuit. Correctoris itaque primi & ſecundi vices in Pentateucho nobiſcum membra Collegii, & poſt eorum abitum varii ſubierunt; Cl. vero Cognatus tertiam, & ego quartam ſiue vltimam recenſionem inſtituimus.

Varia impedimenta ſilentio tranſmiſſa.

§. X. Lubens tacui complures moleſtias & acerbos caſus, quibuſcum toto fere huius laboris tempore confligandum mihi fuit. Quæ vero dicta ſunt, eum in finem attuli, vt moras noſtras deſinant mirari, qui, neſcio qua vana perſuaſione, nos otio & vitæ

n) Quem, ſuperiore anno diuina voluntate nobis ereptum, o ſi nunc in viuis compellare potuiſſem!

o) Quod nunc in Theologica facultate ſecunda vice poſt reditum, iam etiam duplex, & ſimul in Philoſophica facultate gero.

p) Quem dato ſtipendio mihi primum A. 1715. amanuenſem, deinde *συνεργὸν* fecerat B. CANSTEINIVS.

commodis hic diffluere autumant; vel *rem annorum in paucis diebus petere* audent, vt B. *Hieronymus* Præf. Comment. in Matth. ſcribit. Sane ſi ex mei commodi rationibus agendum fuiſſet, mox deſerenda mihi fuiſſet, quam nactus hic eram, dura prouincia. Verum laus & gloria DEO ſit T. O. M. qui perdurare me huc vsque, & vincere etiam in aduerſis fecit; cuius gratiæ quoque in ſolidum transſcribimus, ſi quid præſtitum hic eſt, quod e re Studioſæ iuventutis eſſe poſſit. Sit ſacroſanctum eius nomen a me & ab omnibus benedictum & nunc & in perpetuum!

CAP. II.

De
IPSO CODICE HEBRAEO, EIVSQVE PARTITIONE ET INTEGRITATE.

§. I.

Pergimus nunc ad ipſum Hebræum codicem, Scripturam V. T. canonicam, ſiue libros ſacros de Chriſto exhibendo continentem, breuiter in tironum gratiam hic deſcribendum. Hebræis latiore vocis vſu תּוֹרָה i. e. *Lex* ſ. *Doctrina* diuinitus reuelata, item תורה שבמכתב *Lex ſcripta*, vulgo vero a numero librorum עֶשרים וארבע *viginti & quatuor* adpellatur. *a*) Olim tamen etiam ſecundum litterarum ſ. conſonantium Hebraicarum numerum *b*) in viginti duos libros *c*) diſtributus fuit, vt ex *Ioſepho* contra Apionem lib. 1. p. m. 1036. *Euſebii* Hiſt. eccl. lib. 3. c. 10. cum not. *Valeſii* p. m. 47. *Hieronymi* prologo galeato, aliisque pluribus certum eſt. Hebraica autem lingua *d*) ceu prima omnium & patriarchali, populoque Dei vsque ad Babylonicam captiuitatem vernacula, conſcriptus eſt; exceptis Dan. II, 4 -- VII. Ezr. IV, 1 -- VI, 1-18. c. VII, 12-22. quæ Chaldaica ſ. Babylonica dialecto expreſſa ſunt. Confer prolegomena in vberiores adnotatt. ad Danielem §. 29.

S. Codicis adpellatio Hebraica.

§. II. Diſtinguuntur autem omnes iſti V. T. libri apud Iudæos primum tripartita diuiſione *e*) in

Diuiſio tripartita.

I. תורה

a) Dum nobiscum *quinque* libros Pentateuchi numerant, ſed *octo* prophetis, & *vndecim* Hagiographis, tribuunt, vt ex ſequentibus conſtabit.

b) Quem eumdem iam pridem fuiſſe, *acroſticha* ſacræ ſcripturæ carmina, v. c. Pſal. 25. & 34. & 119. Prov. 31, 10. ſeqq. it. Thren. c. 1. 2. 3. & 4. luculenter probant.

c) Ita vt libellus Ruth, libro Iudicum; Threni, Ieremiæ vaticinio adhæſerint.

d) Interſperſis dictionibus duabus Chaldaicis Gen. 31, 47. & integro verſu ſ. commate Ier. 10, 11. frequentius etiam forma ac terminatione Chaldaica, e. c. Pſal. 116, 7. 12. cet.

e) Conf. Luc. 24, 44. item lectiones noſtras Varr. ad Ier. 1, 1. & prologum Siracidis, vbi bis ac ter dicuntur ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται, καὶ τὰ ἄλλα πάτρια βιβλία, vel ὁ νόμος καὶ αἱ προφητεῖαι, καὶ τὰ λ[illegible] τῶν βιβλίων.

In Legem,

I. תורה *LEGEM* specialiter sic dictam, siue חמשה חומשי תורה *quinque libros* Mosis, a prima emphatica dictione nuncupatos: ita vt בראשית *Genesin*, שמות vel ואלה שמות *Exodum*, ויקרא *Leuiticum*, במדבר *Numerorum*, & דברים vel אלה הדברים *Deuteronomii* librum denotent:

Prophetas,

II. נביאים *PROPHETAS* siue octo libros, a prophetis conscriptos; eosque vel ראשונים *priores*, quatuor scil. historicos, *Iosua*, *Iudicum*, *Samuelis & Regum f*) totidemque אחרונים *posteriores*: *Iesaiam*, *Ieremiam*, *Ezechielem g*) & Δωδεκαπρόφητον, Hebraice שנים עשר vel Chald. תריסר siue תרי עשר h. e *duodecim* prophetas minores: &

& Hagiographa.

III כתובים s. *HAGIOGRAPHOS* vndecim, tres nimirum metricos, siue *Psalmos*, *Prouerbia* & *Iobum*, metricis accentuum legibus distinctos; & quinque מגלות s. *volumina* minora, *h*) vnum propheticum *Danielis*, *i*) duos historicos, *Ezræ* & *Nehemiæ*, olim coniunctos, & vnum pro duobus *Paralipomenon* s. Chronicorum; sicut etiam duos Samuelis & Regum pro vno olim habuerunt.

Legis diuisio in plures sectiones,

§. III. Deinde Pentateuchus s. V Libri Mosis a Iudæis dudum, & ab Ezræ, vt ferunt, temporibus in פרשיות *PARASCHAS* s. Sectiones 53. vel 54. *maiores*, *k*) & hæ rursus in *minores*, pro materiarum diuersitate diuiduntur: suntque illæ, maiores & minores, vel פתוחות q. d. *apertæ*, quæ ab initio versus s. lineæ incipiunt; vel סתומות *clausæ*, quæ intra versum s. lineam ordiuntur: maioresque vel per tria פפפ maiora, vt Gen. 6, 9. c. 12, 1. cet. vel tria ססס vt Gen. 44, 11. in impressis prænotantur; *l*) minores vero per simplex

b 2

f) A Iosua, Samuele, & sequentibus viris θεοπνεύστοις, præsertim Ieremia, vt Iudæi tradunt, ex diuina suggestione, aliisque illorum temporum monumentis, exaratos. Conf. Præfationes nostras ad vberiores adnot. in librum *Ezræ* & *Paralipomenon*.

g) Non tamen in omnibus codicibus eodem ordine, coll. Varr. Lectt. ad Ier. 1, 1. cet.

h) Quæ quinque libris Mosis instar appendicis a Iudæis subiungi, & in solemnioribus festis publice legi solent: 1. *Canticum Canticorum* in festo paschali, 2. *Ruth* in solemnitate pentecostes, 3 *Threni* die 9. mensis *Abh*, s. Iulii & Augusti, quo templum exustum, 4. *Coheleth* s. Ecclesiastes in festo tabernaculorum, & 5. *Esther* in festo purim s. sortium.

i) De quo vide sis præf. in psalm. §. 1. & pluribus prolegomena in Daniel §. 21. 22.

k) Quas 53 vel 54 Sabbatis anni sui intercalaris in Synagogis perlegunt, aliis autem annis duas breuiores bis coniungunt. Quælibet harum nomen sortitur a voce sua prima vel proxima, v. c. prima בראשית, secunda נח, tertia לך לך, quarta וירא &c. & supra columnam, post libri nomen, ante capitum numerum in nostris editionibus ponuntur. Singulis autem Paraschis maioribus in Synagoga Iudæorum respondent הפטרות *Haphtaræ* s. lectiones propheticæ, coll. Act. 13, 27. c. 15, 21. quarum originem a temporibus Antiochi Epiphanis arcessunt. vide *Buxtorf.* de Abbrev. Hebr. p. 281. seqq. *Pfeifferi* Critic. S. p. 10. 23. cet.

l) In MSCtis etiam per vnum פ maiusculum, vel per tria hoc modo disposita פפפ, vel scripto ad marginem פרש, vel alio etiam signo s. modo.

plex פ vel ם, vt Gen. 1, 6. 9.14. 20.24. c. 3, 16. c. 5, 1. 6. 9. 12. cet.

§. IV. Porro iidem libri ſacri V. T. in Lege, Prophetis & Hagiographis, in certos סדרים *ordines*, ſiue *Sidras*, h. e. ſegmenta vel capita maiora, olim ab Hebræis diſtributi fuerunt, vt notæ Maſorethicæ in Codice noſtro ſub finem Geneſeos, Exodi cet. oſtendunt. Quorum tamen catalogum, quum nullus eorum in codicibus & libris noſtris vſus hodie ſit, cum chartæ diſpendio hic non exhibemus. Videant eum, quibus volupe eſt, in frontiſpicio Buxtorfii Bibliorum. Ex eadem etiam ratione לוח הפרשיות & ההפטרות i. e. tabulam ſ. *indicem ſectionum legalium & propheticarum m)* ſeorſum non adiecimus; quod earum etiam apud nos exiguus admodum vſus eſt; Iudæi autem noſtrum codicem, propter adiectas adnotationes Latinas, in Synagogam non admiſſuri ſint. Vide ſis indicem Paraſcharum apud *Buxtorfium* de abbrev. p. 286. ſeq.

& Sedarim ex vſu obſoletas.

§. V. Vſitatior hodie Iudæis & Chriſtianis eſt *diuiſio* librorum *per capita*, קפיטולי ſ. פרקים illis vocata, quæ a Chriſtianis circa Sæc. XII. aut XIII. introducta, & a Iudæis quoque deinde recepta & adprobata fuit, vide *Buxtorfii* Præf. ad Concord. Hebr. & *Pfeifferi* Critic. S. p. 8. ne plures nunc allegemus. In qua tamen diuiſione & initiis capitum non ſine incommodo variant interdum Hebræi non minus, quam Græci & Latini aliique codices, nec ſemper conuenientiſſimo loco diuiſio facta fuit. Quod ideo monendum hic putamus, ne quis incautius & plus iuſto vrgeat humanam illam diuiſionem; ſed ex ipſius potius textus viſceribus argumenta pro cohærentia aut non cohærentia rerum deſumat. Id quod in N. T. etiam & S. Apocalypſi ſubinde obſeruandum venit. Conf. Præfat. ad vberiores adnot. in Daniel. §. 26. Nos in editione noſtra B. *Clodii* diuiſionem, etſi non vbiuis optimam, vt Exod. 21, 37. cet. ſecuti ſumus, propter allegationes ex ea factas; diuerſitates autem aliarum editionum inter Varr. Lectt. ſuo loco adnotauimus. Pſalmi vero in Hebræis codicibus CL. totidem quaſi opuſcula ſunt, & ex præſenti ordine nexum & cohærentiam cum antecedentibus & ſequentibus non habent, niſi quam materia & argumentum eorum ſuggeſſerit: de quo vide ſis Præf. in Pſalm. §. 8.

Diuiſio librorum per Capita;

§. VI. Aliud autem omnino dicendum & ſtatuendum nobis eſt *de diſtinctione textus* Hebræi per פסוקים i. e. commata ſ. *verſus*, item de נקודות וטעמים ſiue de *vocalium* & *accentuum*, h. e. interſtinctionum ſacrarum ratione: quam grauibus de cauſſis, & dudum mature in vtramque partem expenſis rationibus, non poſſumus, quin pro diuina & authentica agnoſcamus. Non licet hic

Diſtinctio capitum per verſus & accentus authentica,

m) Suo tamen loco in columna vel margine codicis noſtri notatarum. E. c. ad Sectionem בראשית confer Eſa. 42, 5 -- 21. vbi finis in margine per עד כאן i. e. *hactenus*, notatur.

hic, ob temporis & chartæ nimis angustos limites, post *Buxtorfium*, *Wasmuthum*, aliosque præclaros vindices, totam illam controversiam ex cunabulis suis denuo protrahere & exponere fusius. Placet tamen adhuc grauissimum atque ex vsu nobis probatum doctissimi *Lightfooti* iudicium in Cent. Chorog. Matthæo præmissa c. 81. p. m. 142. sq. *Sunt, qui punctata Biblia S. credunt a sapientibus Tiberiensibus. Ego impudentiam Iudæorum, qui fabulam inuenerunt, n) non miror; Christianorum credulitatem miror, qui adplaudunt. Recognosce, quæso, nomina Tiberiensium, a sita illic primum Academia ad eam exspirantem: & quidnam tandem inuenis, nisi genus hominum præ Pharisaismo insaniens, traditionibus fascinans & fascinatum, cæcum, vafrum, delirum, ignoscant, si dicam magicum & monstrosum? Ad opus tam diuinum homines quam ineptos, quam stolidos! Perlege Talmud Hierosolymitanum, & nota, qualiter illic se habeant R. Iuda, R. Chanina, R. Iudan, R. Chaiia Rubba, R. Chaiia BarBa, R. Iochanan, R. Ionathan, reliquique inter Tiberienses grandissimi doctores; quam serio nihil agant, quam pueriliter seria; quanta in ipsorum disputationibus vafrities, spuma, venenum, fumus, nihil: & si punctata fuisse Biblia in istiusmodi schola credere potes, crede & omnia Talmudica. OPVS SPIRITVS S. SAPIT PVNCTATIO BIBLIORVM, non opus hominum perditorum, excæcatorum, amentium.*

Studiosis commendata.

§. VII. Quamuis vero concedendum etiam dissentientibus est, quod omnis experientia probat, haud infeliciter proficere discipulum non prorsus inertem, ex periti magistri institutione; & plus plerumque adficere docentis viuam vocem, quam ex nuda scriptorum relectione haustam notitiam: nunquam tamen ita facile, certo & euidenter S. Scripturæ sensus adsequetur, qui analogiæ punctorum & interstinctionum Hebraicarum ignarus est, quam qui eorum solida cognitione est instructus. Vere enim alicubi dixit Melanchthon: *Scriptura non potest intelligi theologice, nisi intelligatur grammatice*; & quod alibi fusius est probatum, Hebræorum accentus signa sunt distinguendarum aut connectendarum partium orationis, pro ratione sensus, adfectus & elocutionis.

 Vnde

n) Præsertim facundi illius s. potius loquacis *Eliæ Leuitæ Germani*, qui sub initium Sæc. XVI. floruit, & quum ingenium non mediocre nactus esset, magno præiudicio Christianos, vsque ad solidam Buxtorfii discussionem, præoccupauit; cui tamen ceteri Iudæi grauioribus rationibus agminatim sese opposuerunt. Multa hic afferre non fert institutum. Vnum te rogo, erudite Lector, vt, qua fide vel leuitate Elias ille in factis narrandis vtatur, cognoscas, tantum inspicias e. c. quæ ille in suo *Masoreth Hammasoreth* Edit. Venet. p. 23. sq. velut oculatus testis *de tribus Habbessinis* narrat: &, si vel prima rudimenta rerum & litterarum Aethiopicarum edoctus es, temerariam hominis garrulitatem non poteris non magnopere mirari, testemque oculatum & & auritum falsum, & a vulgo eius temporis deceptum esse, liquidissime compereris. Plus etiam in ceteris loquacitatis, quam soliditatis ei fuit: vnde & passim a R. Menachemo castigatur.

Vnde facile eſt ad intelligendum, quantum ſe ipſos impediant, qui vel malitiæ, vel ignorantiæ præiudicio occupati, diuina hæc adminicula ſpernunt, & vel luxurianti ingenio ſuo, non ſine periculo ac damno, in rebus ſacris indulgent; vel aliorum tantum oculis aut fidei ſe mancipant. *Commentatoris* enim ſ. interpretis *officium eſt, o) non quid ipſe velit, ſed quid ſentiat ille, quem interpretatur, exponere: alioqui, ſi contrarium dixerit, non tam interpres erit, quam adverſarius eius, quem nititur explanare.* Quumque breuis & aperta hodie via ſit, ad hæc diſcenda facili negotio, non poſſumus, quin omnibus ac ſingulis ſtudioſe commendemus, vt diſcant hæc prius quam iudicent, & experiantur ante, quam temere quidquam horum abiiciant. Laudamus vtique, quod Kimchii exemplo S. litterarum ſtudioſo *Sal. ben Melech* in Epilogo ſui Michlal Iophi præcipit: להיותו שומר קשר הפרשה ההיא להיותו שומר הנקוד ולהיותו שומר הטעמים: *vt obſeruet*, 1. *contextum*, 2. *vocalium rationem*, & 3. *accentuum* ſ. interſtinctionum ſacrarum *ſeriem*: quemadmodum nos etiam, pro modulo noſtro, & grammaticæ & rebus ſacris in noſtris adnotationibus animum intendimus.

CAP. III.

De VARIIS LECTIONIBVS CODICIS HEBRAEI.

§. I.

Pergimus ad tertium momentum, de quo dicere aliquid in præfatione noſtra promiſimus, ad *varias* nimir. in Hebræo codice *lectiones*. Tales enim in his ſacris voluminibus etiam olim repertas fuiſſe, non tam veteres metaphraſtæ probant, inprimis LXX. ſ. Græci interpretes *a*) & adſectatæ Talmudicorum & allegoriſtarum variationes, *b*) nec non codex Hebræus Samaritanorum; *c*) quam decantatisſimum omnibus *Kri* & *Ctibh d*) item *voces*

Varietas lectionis in Codice Ebræo

o) Vt bene monuit B. *Hieronymus* in Apologia aduerſus Iouinianum Tom. II. p. m. 110.

a) Quippe ſubleſta eorum fides hic eſt, coll. *Guſſetii* Commentario Linguæ Hebr. p. 757. a.

b) Quas ſaniores Iudæi non attendunt, nec attendendas etiam eſſe, ipſi monent. Videatur A. b. Ezræ Præf. comment. in pentat. R. *Menachem de Lonzano* in Or Thora etc. & huc refer tredecim illa loca LXX Seniorum, de quibus Varr. Lectt. ad Gen. 1, 1.

c) Cuius a codice Hebr. diuerſitates Angli Tomo VI Bibliorum Polygl. recenſent: ex quibus Hebræo textui nihil damni vel periculi, ſed potius irrefragabilis confirmatio veritatis.

d) Quæ, vt etiam *voces punctatæ* & *Piſkain*, variantium lectionum ſymbola ſunt; non vero *Tikkune* & *Itture Sopherim*: quæ minime correctionem Maſore-

voces extra ordinem *punctata*, & *Piskain*, f. vacua intra versum spatia, variantes etiam lectiones *orientalium* & *occidentalium*, siue Babyloniorum & Palæstinorum, *e*) item *Ben Ascher* & *Ben Naphtali*; *f*) hodieque longe plures dari, collatio MSCtorum & impressorum codicum manifestissimum reddit, nec negari illud præfracte vel potest vel debet. *g*)

a dubitationibus aliorum

§. II. Equidem dubitandi rationes hic esse poterant 1. a singulari *Dei prouidentia* in conseruanda S. textus integritate & simplicitate, 2. *a periculo*, quod, qui varias lectt. admittunt, S. textum ludibriis scepticorum exponant, 3. quod iidem labefactare videantur *verbum Christi*, Matth. 5, 18. adseuerantis, donec transiuerit cælum ac terra, *ne vllum quidem iota aut apicem vllum* ex lege transiturum esse. 4. quod indidem sequatur *scepticismus dogmaticus* in articulis fidei, 5. ab herculeo *Masorethärum studio*, in percensendo Hebraico textu, cet.

adseritur,

§. III. Verum non sufficiunt tamen istæ, & plures etiam, quæ dari forte possunt, rationes, ad tollendam variationis existentiam. Et 1. quidem ratio infringi potest per instantiam a Varr. Lectt. N. T. circa quod tamen pure & integre conseruandum, non minor sine dubio Dei prouidentia fuit: de quo conferri possunt *Oxoniensis* vel *Millianæ editionis prolegomena*. Ad 2. & 4. Parum vel nihil omnino inde lucraturi essent sceptici: nam licet varietates, præsertim in orthographicis minutiis, exstent quam plurimæ; nulla tamen earum est, quæ veritatem aliquam momentosam ac necessariam labefactet, vel saltem νοθείαν suam & vitium non statim prodat.

Masorethärum significant, sed monitum potius, ne quis temere quid corrigendum vel addendum esse putet. De his peculiarem Dissert. edidit laudatus supra D. *Ioannes Meyerus*, Harderouici; de *Kri* vero et *Ctibh* conferri inter plures meretur Cl. *Matthæus Hillerus* in peculiari opere Tubingæ 1692. 8 De origine istarum variationum videatur *Lightfoot* in Hor. Hebr. ad Matth. 5, 18. etc. Dignum autem obseruatu est, quod variationes in *Keri* & *Ctibh* in omnibus libris Biblicis reperiantur, solo excepto *Malachia*, qui vltimus est Veteris Test. liber canonicus, & post ceteros omnes etiam iusto interuallo conscriptus, coll. Præf. in Malach. §. 3 Hinc coniectura nasci potest, collationem illam librorum Biblicorum circa eius tempora factam esse: quum in ceteris omnibus eiusmodi variæ lectiones reperiantur.

e) Indicem earum, corruptum valde & vitiosum, exhibent Biblia Buxtorfii ad calcem operis; emendatiorem paullo ex Veneto exemplari Angli in Bibliis Polygl. Tom. VI. fol. 14. sequ.

f) Harum Catalogus itidem in Venetis & Basileensibus Bibliis ad calcem extat; auctior vero Tom. VI. Bibl. Polygl. p. 8. sq. sed ita corruptus, vt vix vsui sit, nisi ex MSCtis reparetur.

g) Etsi ex his plura etiam mendæ potius, quam Variæ Lectt. dicendæ sint: quales *Hooghtiana* editio in metricis libris passim refert, & *Elias* in suo Masoreth Hammasoreth p. 18 Venetis bibliis, sub num. 6. supra descriptis, in margine additas esse queritur.

h) Ex

dat. *h*) 3. Verbum Christi ex scopo loquentis intelligi omnino debet; & attendendum illic est, quod porro dicit, ἕως ἂν πάντα γένηται, *vsque dum omnia facta fuerint*; vt adeo, quod de *Iota* & *apicibus* dixit, non tam ipsis de apicibus & elementis, *i*) quam de re ipsa sit accipiendum; & sensus sit: Nihil omnino earum rerum, quas Deus in verbo suo prædixit & præscripsit, omissum iri, quin accurate suo quæque tempore adimpleantur. Conferri possunt similes locutiones V. T. Ios. 21, 45. c. 23, 14. 1 Sam. 3, 19. 1 Reg. 8, 56. 2 Reg. 10, 10. vbi metaphrastes *Arabs* phrasin Hebræam כי לא יפול מדבר יהוה ארצה reddidit: *QVOD NE LITTERA QVIDEM excideri de sermonibus Dei.* 5. Laus sua tribuenda est Masorethis, quod multum egerint; venia danda, quod plura reliquerint. Immensus enim labor fuisset, si minutissima quæque totius codicis S. criticis legibus describere illi voluissent. Et Masora, qua nunc extat, non parum mutata, confusa ac mutila est, nec raro sibi ipsi aduersa, vt *Buxtorfii* Tiberias, & singuli experientia edocti confirmant. Vnde per Masoram, vt ea nunc est, nequaquam potuit aut poterit vnquam omnis variatio satis præcaueri: quantumcumque etiam *Elias Leuita* loc. cit. p. m. 27 aliique cum ipso glorientur.

§. IV. Ita vero dum existentiam variationum & sphalmatum concedimus in libris sacris, nequaquam tamen adsurgendum putamus temerariis criticis, et vesanis hominibus, vt pro lubitu suo illi confingant, quod temeritati ipsorum videtur. Sic enim absurdus simul & impius fuit *M. Meibomius*, quando in Præf. Specimi-

salua aduersus profanos criticos Ebraica veritate,

h) Et bene quidem hic, male alioqui de Hebraica veritate meritus, *Lud Cappellus* in apologetica aduersus Bootium epistola ad Vsserium Armachanum p. 110. ita scribit: *Cura & prouidentia diuina circa libros sacros eo maior & illustrior adparet, quod omnes eorum descriptores omnibus locis & seculis ita rexerit, vt in singulis eorum omnium codicibus, & variis librorum illorum translationibus, veritas omnis momentosa & necessaria, quam voluit nobis esse reuelatam, contineatur integra & illibata, ringente & frendente frustra aduersus eam diabolo; qui nihil contra potuit, nisi vt innoxiam maximeque tolerabilem varietatem lectionis multiplicem in eos libros introduceret, per hominum, qui eos descripserunt,* ἀδιάβλητον *infirmitatem: quæ sine perpetuo & grandi ac extraordinario miraculo ita corrigi atque emendari non potuit, quin illius manifesta vestigia in multiplici illa varietate remanerent. Id quod magis est mirabile & ad retundendam aduersus sacros illos libros blasphemiam magis adcommodatum, quam si ipsa sacra scriptorum* αὐτόγραφα *ad hæc vsque tempora nobis essent conseruata: vtpote quæ possent magis in suspicionem fraudis & suppositionis vocari, quam tot diuersi codices, a tot diuersis hominibus tam diuersis locis & temporibus descripti, totque translationes ex iis factæ, quæ tam vnanimiter consentiunt in rebus essentialibus & necessariis, & tam parum differunt in variis leuioribus quibusdam lectionibus nullius pæne momenti.*

i) Quæ ad integritatem sensus non prorsus necessariæ interdum sunt, e. c. quum voces eadem significatione vel *plene*, vel *defectiue* scribuntur.

ciminis sui p. 1. 2. & K. 1. verba Psalmi 29, 1. 2. tanquam impia notare ausus est, quae tamen & alibi in S. litteris leguntur: idemque plus quam futilis est, quando ibidem p. e. 2. בעוני Psal. 31, 11. pudenda libidine *de nimia Venere* exponit; vt de praesumto eius metro, nescio quo, secundum quod Hebraeum codicem reformare, h. e. deturpare ausus est, aliisque plurimis insani iudicii speciminibus taceamus. Quae tamen nonnullis incautis ita arriserunt, vt hos etiam in caussa mihi fuisse fatear, cur laborem collationis plurium codicum susciperem, quum inuidiosissime obiectam variationem lectionis per ipsum vsum & experientiam discutere vellem. Quam intempestiue etiam vir cetera doctissimus, *Ioannes Clericus* artem suam criticam heic exerceat & commendet, vberioribus adnotationibus ad Hagiographos libros passim pro veritate monendum fuit. Tantum abest, vt prurientibus ingeniis nostra diligentia quidquam heic datum & conquisitum velimus. ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί. 1 Cor. 1, 25.

Varr Lectt diversi fontes.

§. V. Ceterum vti non vnius generis sunt Variae Lectt. V. T. quod iam supra §. 1. ex parte indicauimus; ita *varii* etiam sunt earum *fontes*, ex quibus in ipsum Hebraeum codicem manarunt. Nam 1. variant inter se ipsi *libri biblici*, qui *diuersi* admodum temporis sunt, & diuersos adeo auctores habuerunt: e c. primus omnium liber Geneseos, et vltimus in nostro codice, Paralipomenon, coll. Gen. 10, 3. 4 cet. & 1 Par 1, 6. 7. cet. vbi codex noster 22 differentiam in margine notauit. Conf. etiam ibidem vberius a nobis adnotata.

2. Obserua, occasionem diuersis lectionibus dedisse *litteras*, *quarum ductus aliquid similitudinis habet*, quales sunt ב, כ, & נ; ר & ד; ה & ח; ו & י; ז & ן; ס & ם; שׁ & שׂ k) & hoc cumprimis in nominibus propriis vsu venire solet: quorum genuina lectio, si scriptura quodammodo ambigua sit, ex contextu colligi nequit, quemadmodum in appellatiuis quidem vt plurimum fieri potest. Exemplum esto 2 Reg. 22, 14. vbi MSCti nostri 1. 2. 5. & ex impressis 6. 9. 20. pro חרחס habent חרחם. Sic Ier. 15, 14. pro והעברתי habent והעבדתי 1. 3. 8. quomodo etiam heic interpretati sunt veteres LXX. Chald. Syrus et Arabs. Nec spernenda prorsus varietas est: nam & Ier. 17, 4. ita legitur. Sic Esa. 44, 4. pro בבין complures libri habent כבין, quomodo LXX ὡς ἀνὰ μέσον. Ezech. 30, 18. pro חשׂך *inhibebit* scil. lucem suam, vnus MSCtus Erf. et nonnulli impressi habent חשׁך *obtenebrabitur*: quomodo LXX. Vulg. Chaldaeus et Syrus reddiderunt. Ier. 4, 16. pro נוצרים Chaldaeus, notante Kimchio ad h. l. בוצרים legisse videtur; reddidit enim *exercitus populorum diripientium*, *quasi vindemiatores*. Psal. 71, 3. pro מעון habent מעוז vnus MSCtus et aliquot impres-

k) Quantum vero sensus discrimen in similibus litteris interdum pariat vnius puncti vel apiculi additio, pluribus exemplis ostendit liber *Tanchuma* ab initio statim, fol. 1. c. 1.

impreſſi, quos ibi vide notatos: quomodo etiam Chald. *rupes fortis valide*, & Vulg. *& in locum munitum.* Prou. 23, 5. pro ועוף in quibusdam exemplaribus, & in Kri marginali, eſt יעוף. pro הצן Ezech 23, 24. vnus MSCtus Erf. & alii in margine 22di ſ. Bragadinæ editionis habent חצן. Sic שֵׁם & שָׂם Pſal. 50, 23.

3. *Litteræ eiusdem aut cognatæ pronuntiationis*: e. c. Iob. 20, 22. pro ספקו habent שׂפקו duo MSCti et plures impreſſi. conſ. etiam Pſ. 139, 23. Prou. 23, 10.

4. *Confuſio ſignorum diacriticorum*; v. g. Metheg & Merca etc. coll. breuitatis cauſſa *Summe Rev. D. Iablonski* Præfat. in Bibl. Berol. §. 17. & diſſert. noſtra de Codicibus MSCtis §. 15.

5. *Accentuum traiectio*, e. c. Tiphcha & Merca in ditione Silluki 1 Sam. 14, 41. Hab. 2, 4. & ſæpius.

6. *Diuerſum verſiculorum initium*; non ſolum in locis illis 15. per *Piska* notatis, e. c. Gen. 35, 22. ſed etiam pluribus, vt ſuo loco varr. noſtræ lectt. indicabunt.

7. *Synonymia*; quum v. c. diuina nomina יהוה & אדני ſæpius permutata fuerunt.

8. Non tantum ignorantia, præſertim in metricis libris, ſed etiam præſumta ſiue *imaginaria conſecutionis accentuum analogia.* Sic v. g. Ezech. 31, 15. in האבלתי, v. 18. in עצי ערן, 2 Par. 22, 11. in ותגנב אתו, c. 30. 6. in יהוה vulgares codices pro *Rbhia* vel *Gereſch* perperam habent *Sakeph Katon*: quod eorum ſcribæ vel editores putarent, Paſchta, quod præcedit, alioqui conſiſtere non poſſe.

9. *Idemtitas vocum initialium ac finalium.* Inſigne huius rei exemplum habemus in loco, quem ab iniuſta excluſione, aduerſus vulgares noſtros Codices euidentibus rationibus vindicauimus, Ioſ. 21, 36. 37. coll. quæ ibidem in varr. Lectr. a nobis notata ſunt, & *Celeb. Iablonski* in Præf. §. 27. not. *t*); qui bene coniecit, ſcribam ſimilitudine vocis וממטה, quæ tam verſui 37 quam 39 initialis eſt, deceptum, familiari errore a priori ad poſteriorem ſaltum feciſſe. Et ex eodem hoc fonte ſine dubio etiam error manauit, quando *in ſecunda bibliorum Clodii editione* Francoſ. Ezr. 8, 5. 6. manifeſto ſatis & grandi ſphalmate comma 5. & 6. transpoſita fuere.

10. *Ipſius Maſoræ ambiguitas & confuſio*, ex qua ſibi ipſi haud raro aduerſatur; *l*) e. c. Num 5, 13. ל in ונעלם per *Dageſch* geminant

l) Ex Maſoræ ambiguitate & confuſione ſæpe etiam non tantum multa prætermiſit, ſed quoque errauit, cum in claue, tum in caſtigatione Maſoræ, vir princeps in his literis, doctiſſ. *Buxtorfius*: vt pluribus demonſtrari poſſet ſi id agere colliberet. Neque enim probamus eorum ingenium, qui in magnis viris nihil, niſi defectus & næuos obſeruant. Ideo tantum hoc moneo, vt conſtet, rectius his rebus conſultum dudum fuiſſe, ſi nondum omnia vnius laborioſiſſimi viri opera elucubrata eſſe, poſteri eius perſuaſum habuiſſent

minant duo MSCti Erf. 2. & 3. pariterque Num. 30, 3. ס in לאסר *Dageſchatum* habent MScti 1 & 2. idque inde, quod Maſorethæ iſtas voces inter דגשין connumerarint, quæ ſub gutturali littera loco Schua compoſiti *Schua ſimplex* habent, coll. *Buxtorfii* clave Maſoreth. p. 58. Confuſæ autem Maſoræ exemplum hic eſto Prou. 9, 13. vbi ſine ו defectiue המיה ſcribendum recte poſtulat *Maſora impreſſa* ad Prou. 7, 11. At eadem plene id ſcribendum eſſe male dictitat ad Eſa. 22, 2. Cuiusmodi exempla de plene & defectiue ſcribendis longe plurima ex ipſa Maſora adhuc controuerſa reſtant, & pasſim indicabuntur in variantibus noſtris lectionibus, v. c. Exod. 35, 27. Prou. 9, 13. Iob. 15, 7. c. 19, 14. cet. ſalua interim prorſus ſub his omnibus diuina veritate, & ſenſu Scripturæ perfecto ac integro, in quamcumque tandem partem deciſio eius litis feratur. *m*)

Variæ claſſes varr. lectt.

§. VI. Atque vt compendium hic et finem dicendi faciamus, ſicut de variis lectionibus, quæ 1. in *integris verſibus* rarisſime, 2. in varia vnius verſus *diſtinctione* ſæpius, 3. in *dictionibus* frequentisſime, & ſimiliter 4. in *litteris* ſ. conſonis occurrunt; ex hactenus dictis quodammodo conſtabit: ita de illis, quæ 5. in *vocalibus*, 6. in *accentibus*, & 7. in *notis diacriticis* longe plurimæ dantur, non pauca iam expoſita ſunt, in diſſ. noſtra de codicibus MSctis Biblico-Hebr. §. 12. ſeqq. quo nunc ablegamus. Fuſius vero & diſtinctius doceri hæc omnia poterunt, ſi quod Deus otium vel mihi vel clariſſ. Cognato ad hæc digerenda & explicanda aliquando conceſſerit: nunc enim vltra præſcriptos nobis terminos progredi non licet.

CAP. IV.

De

MASORA SIVE DOCTRINA CRITICA HEBRAEORVM.

§. I.

Tranſitus cum cautela.

SVb finem præcedentis capitis data occaſione dictum eſt aliquid de ambiguitate & confuſione Maſoræ; quæ tamen in ſe alioqui minime ſpernenda erit: optandumque foret, vt labor

ſent. Addo etiam in gratiam ſtudioſorum, laudatum Buxtorfium in commentario ſuo Maſoræ Critico ſæpius non tam ſuam, quam Venetam, editionem recenſuiſſe: vnde pasſim laudat vel caſtigat, quod fruſtra in Baſilenſi opere quæris.

m) De *plena* ac *defectiua* vocum ſcriptione bene iudicat *Abraham ben Ezra*, in præf. Comm. ad Pentat. §. vlt. ſiue 5. non eſſe myſteria inde rimanda, ſecus ac nunc quibusdam videtur; adde *Sal. ben Melech* in Michlal Iophi ad Gen. 24, 39. *Eliam Leuitam* in Maſoreth Hammaſoreth p. 17. & *R. Menachem* in Or Torah fol. 5. a. 13. b. & 15. b. cet.

labor, incredibili ſtudio a priſcis Hebræis inceptus, ad poſteros etiam, et ad noſtra vsque tempora integer veniſſet. Sic enim ex ſalua & integra Maſora plura ſine dubio, quam ex laceris & confuſis eius partibus haberi poſſent, quæ in ambiguis genuinam & priſcam lectionem conſtabilirent. Iam vero quum per ea, quæ ſupra dicta ſunt, eruditis pateant non eius tantum laudes, ſed vitia quoque ſeu defectus: videndum vtique prudenter eſt, ne quid nimis, ſiue laudando ſiue vituperando eam, fiat. Vtrimque enim per extrema peccari ſolet; & qui medium hic tenet, tutiſſimus ibit.

§. II. Vt vero tironibus, in quorum gratiam hæc ſcribuntur, paullo diſtinctius de ea conſtet, eſt Maſora *a*) priſcorum ſapientum ſ. eruditorum inter Hebræos *b*) doctrina critica, circa textum S. eiusque verſus, *c*) voces *d*) & elementa ſ. conſonantes, *e*) vocales, *f*) tonum *g*) accentus *h*) & notas diacriticas, *i*) ad genuinam eius lectionem conſeruandam: vnde etiam סייג לתורה *legis* & ſcripturæ *ſepimentum* illis dicitur. Vide de ea in compendio *Io. Benedicti Carpzouii* Introd. in Theol. Iud. p. 77. ſeq. Maſoræ deſcriptio.

§. III. Alia autem eius forma & diſpoſitio olim fuit, quam nunc eſt in MScriptis & impreſſis, eiusque minima tantum pars in noſtra aliisque vulgatis editionibus Bibliorum habetur. Veteres enim eam ſeorſim in variis ſchedis vel pluribus libris *k*) exhibuerunt: vt etiam *Maſora* noſtra *Erfurt.* ſupra c. 1. §. 2. laudata, docet; Poſtea vero eamdem ad textum retulerunt, ita vt קצור המסרת quam *Maſoram paruam* ſ. *intercolumnarem* hodie dicimus, per numerales et ſymbolicas litteras, vocibus textus, circello notatis, ad latus adſcriberetur; *l*) cetera ſupra vel infra columnam, nonnunquam etiam ad margi- Eius forma diſpoſitio.

a) Hebræis etiam מסרת *Maſoreth*, a verbo מסר *tradidit*, dicta.

b) Nam dudum ante conſcriptum Talmud priſcos Maſorethas floruiſſe, *Buxtorf.* in Tiberiade extra controuerſiam poſuit.

c) Vide e. c. in notis Maſorethicis poſt finem Geneſeos, Exodi, cet *numerum verſiculorum*, & *medium verſum* librorum. Huc etiam refer *Piska* ſ. ſpatium vacans, vt. Gen. 35, 22. Num. 25, 19. Deut. 2, 8. cet. quod verſus initium in medio verſu ex alio codice indicat, coll. præced. capitis §. V. num. 6.

d) Quarum *variam lectionem* ſignificant ſub *Ctibh* poſitæ vocales τȣ̃ *Kri* in margine adſcripti, vt Gen. 8, 17. vel *nudæ* in textu *vocales* cum Kri in margine, vt Iud. 20, 13. 1 Sam. 14, 32. 2 Sam. 8, 3. c. 16, 32. c. 18, 20. cet. vel nota Maſorethica genuinam lectionem firmat, vt Gen. 9, 29. vel diuerſam notationem indicat, vt Gen. 18, 3. coll. c. 19, 2. 18. c. 35, 7.

e) v. c. maiuscul. Gen. 1, 1. Lev. 11, 42. & minusc. Gen. 2, 4. cetera.

f) vt Gen. 6, 19. c. 11, 3. 11. c. 18, 13. cet.

g) vt Lev. 15, 29. Num. 24, 17. 21.

h) e. c. duplex in vna voce, & quomodo pronuntiandus Gen. 5, 29.

i) e. c. *Dageſch* poſt *Schurek* Gen. 2, 25. ב *ſine Dageſch* Gen. 4, 4.

k) Nam vt *Buxtorf.* de Abbrev. p. 438. refert, *innumeri ſunt libri Maſoræ MScti*; e quibus variis extractus olim fuit liber, a frontiſpicio אכלה ואכלה nominatus, & *R. Eliæ Leuitæ* in Maſ. Hammaſ. p. 7. laudatus, ſed nunquam impreſſus.

Quæ tamen ex textuali magna & finali non ſolum refingenda, ſed ex MSctis etiam Maſoræ libris ſæpiſſime ſupplenda eſſet.

marginem adnotarentur, quæ *Maſoram magnam,* & *textualem* dictam, efficerent. Quod inſtitutum, ſicut vſui lectoris adcommodatisſimum eſſet, ſi omnia ſuo loco rite digeſta & adplicata fuiſſent; ita ex aduerſo mutilandæ & confundendæ Maſoræ præcipua occaſio fuit: quum imperiti ſcribæ prorſus a ſcopo aberrarent, et inſtitutionem in picturam conuerterent.

Maſoræ mutilatio & confuſio.

§. IV. Poſtquam enim illi non tam id egerunt amplius, vt Maſoram perfectam transſcriberent, & lectoribus ſuis exhiberent; quam vt columnas codicum textu Maſorethico elegantiores et omnes æquales facerent, per varias imagines, flores & ornamenta, quæ in MSctis codicibus frequenter, præſertim ab librorum initio occurrunt, vt diſſertatione noſtra §. XVII. dictum eſt, ſæpe coacti ſunt, ſicubi ſpatium deeſſet, textum Maſoræ decurtare; & contra, vbi ſpatium ſupererat, aliunde ex Maſora aliquid adſciſcere, quod illuc non pertinebat; cuius mentionem tamen deinde loco conuenienti non fecerunt. Hinc poſtea ex recentioribus illis & corruptis exemplaribus natæ ſunt querelæ inter Iudæos & Chriſtianos, qui rectius de Maſoræ inſtituto ſentiebant: in ſpecie etiam primus Maſoræ a Bombergio editæ compilator *R. Iacob ben Chaiim*, Tunetenſis Afer, de hac Maſoræ corruptione valde conqueſtus eſt in Præf. ſua ad Biblia Maſorethica col. 7. it. *R. Elias Leuita* in Maſ. Hammaſ. p. 7. *Abrahamus, fil. Eliezeris*, Bibliorum Buxtorfii Corrector, Præf. poſt titulum operis, et *Io. Rittangel* in not. ad librum Ietzira p. 34. vt plures non adſcribamus.

Remedium fruſtra tentatum.

§. V. Remedium quidem iſtis omisſionibus & dilaceratæ Maſoræ adhibere voluit dictus modo *R. Iacob ben Chaiim*, addita nouo inſtituto impresſis bibliis *Maſora*, quam vocant, *maxima* ſ. *finali:* quæ per modum indicis, ſatis tamen confuſe conſarcinati, ſuppleret, quod alibi excluſum erat. Vnde etiam magnam ſatis laudem ei non immerito tribuit *Elias Leuita* loco cit. ſed valde tamen limitatam; nec non laudatus ſupra ad c. 1. §. 5. *R. Menachem* in ſuo Or Torah pasſim. Nam reuera tentatum ſolummodo, non autem perfectum a R. Iacobo remedium illud fuit, nec res ad vmbilicum peruenit: ſiue ille tanto oneri ſe vnum viribus imparem ſenſerit; ſiue etiam plus iuſto feſtinantem & vrgentem typographum expertus ſit. Multo vtique melius Maſoræ magnæ conſultum fuiſſet, ſi ad modum concordantiarum cum indice locorum, ex collatione variorum codicum & MSctorum prius reparatam, primi editores diſpoſuiſſent: ita enim ſi qua de re ſcrupulus exiſteret, ſtatim ad eam recurri, indeque deciſio peti poſſet: quod nunc, donec præſens Maſoræ facies eſt, non niſi magno, & ſubinde tamen inani, temporis diſpendio fieri poteſt. Rectisſime enim iudicauit *Celeb. D. Iablonski* in Præf. Bibl. Berol. §. 31. *Maſoram, qualis hodie impreſſa adparet, adeo mutilam eſſe & perplexam, multis in*

locis

locis manifeste erroneam, in pluribus suspectam, & cum ipsam sibi, tum codicibus MSctis passim contrariam, vt vere Hercule opus sit, istud Augiæ stabulum purgaturo.

§. VI. Quod ne frustra dictum inexpertus quis putet, agedum vel vnico exemplo id ostendemus. Nimir. Gen. 22, 2. ad primum istius versus verbum ויאמר in *Masora parua* breuissime י״ד בטעם siue *quatuordecim locis* hoc verbum *cum isto accentu* Paser occurrere, recte monetur. In maiori autem s. textuali Masora illic nihil eius habetur. Ista igitur loca si cognoscere aueas, vel incredibili labore secundum concordantiarum Hebraicarum indicem aliquot locorum centuriæ, immo chiliades euoluendæ et dispiciendæ tibi sunt; vel potius patienter tamdiu ferendum est desiderium, & progrediendum in lectione omnis Masoræ, donec ad secundum istorum locorum, nimir. Gen. 27, 33. perueneris: ad quem in Margine *mendose* adscriptum deprehendes י״ג בטעם פזר quum י״ד iterum scribendum fuisset, indicemque locorum frustra adhuc requires. Ad tertium itaque locum, vbi ויאמר cum accentu Paser extat, Gen. 27. 36. quum legendo Masoram perueneris, etsi nondum edoctus es, vbi extent 14. illa loca cum accentu Paser, in *Masora magna* textuali nouam & *aliam prorsus obseruationem* adscriptam inuenies: *septem* scil. esse *versus*, in *quibus* primum Milel וַיֹּאמֶר & deinde Milra וַיֹּאמֶר legitur, *quorum loca enumerata* sint *in Masora finali*. Abductus igitur hac remissione ab inquirendis illis 14. locis, nunc nouo studio quære, mi lector, vbi in confusis sarcinis Masoræ finalis septem hæc loca posterioris obseruationis inuenias. Nam si quid forte monitum a Buxtorfio ad hæc loca in castigationibus eius suspiceris, frustra te, inquisitione facta, esse deprehendes. Euolue igitur *Masoram finalem* ab initio vsque ad fol. 9. et nihil huius illic reperies. Itaque perge ad fol. 10. & inaniter col. 1. fatigatus, tandem in medio col. 2. *loco promissi indicis locorum* vel vtriusque, vel posterioris saltem obseruationis, ad quam Masora Gen. 27, 36. te huc remittebat, hæc verba adscripta habebis ויאמר י״ד בטעם וסימני׳ נמסר פרשה m) כי תשא: i. e ויאמר *cum accentu* Paser *14. locis* occurrit, *quæ recensita sunt* in Masora textuali *in Sectione* maiori legis 21. quæ incipit Exod. 30, 11. & c. 34, 35. finitur. Nunc ergo perlege secund. hoc Masoræ finalis indicium omnem Masoram per 4. illa capita, vel si nimis longum aut molestum illud videtur, 20. saltem & aliquot loca ab Exod. 30, 11. incipiendo, Concordantiarum beneficio euolue, & sic voti tui tibi compos factus videberis, quum ad Exod. 34, 9. notatum leges non solum in *Masora parua* י״ד בטעם פזר sed idem etiam in *Masora magna* supra textum, & præterea additum reperies: וסי׳ קח נא את בנך ׀ הכי קרא שמו ׀ אם נא מצאתי חן ׀ וישמע דוד, ויאמר שלחני כי זבח ׀ וישמע אליו דוד,

Exemplum corruptæ Masoræ

m) Pro quo בפרשה scribendum erat.

דוד ׀ ואת אלהי אשר ׀ וישמע אליו דוד ׀ ויאמר עד מתי ׀ ויאמר חלילה לי מאלהי ׀ ויאמר עבד מלך הכושי ׀ ויאמר בוא אל בינות ׀ ויאמר חזאל ׀ ואני באתי בית שמעיה דעזרא:
h: e. *quatuordecim locis* ויאמר *cum hoc accentu* occurrit, *& loca sunt:* *n*) 1) Gen. 22, 2. 2) Gen. 27, 33. *o*) 3) Exod. 34, 9. 4) 1 Sam. 25, 39. 5) 1 Sam. 20, 29. *sextus* locus expungendus est, & ex confusione pro quarto repetitus, vbi versus initium habet וישמע דוד non וישמע אליו דוד 7) Iud. 18, 24. 8) iterum vt sextus per confusionem ex repetito quarto oriundus, adeoque expungendus est. 9) Esa. 6, 11. 10) 1 Par. 11, 19. *p*) 11) Ier. 38, 2. 12) Ezech. 10, 2. 13) 2 Reg. 8, 12. 14) Neh. 6, 10. Nam *Ezræ* librum cum Nehemia olim pro vno habitum fuisse, iam supra c. 2. §. 2. a nobis monitum esse memineris.

consideran-dum exhibe-tur,

§. VII. Tot nimir. ambagibus opus fuit ad vnam illam disquisitionem 14. locorum, quibus verbum ויאמר cum accentu Paser occurrit, rite absoluendam; quæ & mihi cum Commilitonibus olim duarum horarum impendio constitit: qua quidem non vnus, sed multiplex Masoræ error detectus est, & lectio 14. locorum in liquido tandem collocata fuit. Id tamen, quod Masora ad Gen. 27, 36. de וַיֹּאמֶר & וַיֹּאמַר in 7. locis concurrentibus, dictitabat, nondum ita exploratum est, sed aliunde adhuc conquirendum erit. Vnum enim tantum exemplum heic producere volui, ex quo de ceteris quamplurimis eruditus lector facile iudicabit, quid agendum ei restet, qui laborem in integrum restituendæ Masoræ subire voluerit. Quod enim præstitum illud a quoquam adhuc sit, dubitare nos αὐτοψία iubet; & variantes nostræ lectiones contrariantis sibi adhuc Masoræ exempla passim plurima dabunt.

& Media reparationis ostenduntur.

§. VIII. Masoræ MSctos libros in posterum consulendos esse, iam ante sæculum *Buxtorfius* scite monuit in Comment. suo Masorethico p. m. 72. fin. Quod, si vel ab ipso fieri potuisset, vel factum saltem ab aliis esset, plura sine dubio accuratius edita fuissent: ingens enim spicilegium castigationum vir laboriosissimus reliquit. Quam in rem non spernenda quidem sunt MScta, quæ notas Masorethicas ad textum additas habent, sæpius enim feliciter illa supplent, quod in impressa desideratur, & contra; plus tamen heic conferunt separatim scripti Masoræ libri, vt ex vsu nos docuit laudata iam supra *Masora Erfurtensis*; etsi & ipsa non ἀναμάρτητος & recentioribus notis passim interpolata fuit. Specimen eius, & simul reparandæ ex collatis nostris libris Masoræ, exhibere tibi propositum nobis erat; sed chartæ angustia prohibemur. Itaque ei, qui bono publico excitatus, ad finiendas inutiles alioqui lites, duram hanc prouin-

n) Vel ex memoria, vel Concordantiarum adminiculo indaganda.

o) Omittitur locus, qui tertius hic numerari debebat, Gen 27, 36. vt etiam alter, post 10) a nobis addendus; & contra ex vno loco 1 Sam. 25, 39. per confusam Masoram triplex factus est, vt sequentia docebunt.

p) Hic addendum erat וחברו *& locus ei parallelus* 2 Sam. 23, 17.

prouinciam ſubire, & Maſoræ emendationem plene ac cum fructu ſuſcipere voluerit, otium ad vnum hoc opus per aliquot annos non interruptum, indefeſſum ſtudium, integraſque animi & corporis vires, nec minus acre iudicium, præſtantisſimos etiam & complures Maſoræ MSctos codices, & adiutores non minus alacres, quam fidos & laboris patientes, optamus. Sic enim fieri omnino poterit, vt non ſolum parua & textualis Maſora longe perfectior & emendatior prodeat; ſed etiam magna & finalis, per modum Concordantiarum, cum addito locorum indice diſpoſita, vno iuſto, nec adeo prorſus magno volumine erudito orbi reſtituatur. Quod ſi etiam de plene & defectiue ſcriptis ipſi Maſoræ libri MScti & impresſi in concordiam penitus reduci forte non posſint; inde tamen nec ſalus Eccleſiæ, nec veritas diuina pendebit, vt ſupra diximus: poteruntque controuerſæ lectionis loca & exemplaria, citra damnum & præiudicium veritatis, aperte deſignari.

CAP. V.

De IPSA EDITIONE NOSTRA, ET AD EAM ADNOTATIS.

§. I.

DEdimus iam ſupra c. 1. hiſtoriam laboris noſtri, quod ad occaſionem & progreſſum operis, eiusque impedimenta attinet. Reſtat, vt de vno vel altero eius momento ſpecialius adhuc lectorem moneamus. Equidem ſentio, quam multa in ſuperioribus præterierim, quæ dicenda fuiſſent, & denuo campum mihi heic ingredi videor patentisſimum; ſed cogit tamen me imperata breuitas, vt reliquum præfationis curſum compendioſius abſoluam. Tranſitio.

§. II. Quod igitur ad ipſam hanc editionem attinet, non dubium eſſet nobis, quin cum optimis ea comparari poſſet, ſi per vnum alterumue impedimentum, quod remoueri per nos prorſus non potuit, illud licuiſſet. Omni enim ſtudio, quantum in nobis erat, id operam dedimus, vt quam emaculatisſime textus Hebræus prodiret. Hinc magna cura ac ſollicitudine exemplar, ex quo impresſio facta eſt, non ex ingenio vel coniectura noſtra, ſed ſecundum collatos a nobis codices recenſuimus: *a*) eaque occaſione quamplurima ſphalmata in præſtantisſimis quoque editionibus, nonnumquam ſatis grauia, animaduertimus; quæ indicari etiam potuiſſent, ſi id magnopere e re lectoris noſtri eſſet. Verum nolumus quidquam eorum bene meritis viris exprobrare, quæ vt humanæ imperfectio- De præſentis editionis textu Hebraico.

a) Et contra, quæ non manifeſte vitioſa in vulgatis eſſent, inter variantes lectiones exhibuimus, vt iam ſupra ad c. 1. §. 7. nota *m*) eſt dictum.

fectionis documenta ipſi hac in re experti ſumus. Facilius enim in his litteris eſt, præteritos antecedentium lapſus obſeruare, quam vbiuis inter tot difficultates ſatis oculatum eſſe, & nouum errorem præcauere, præſertim ſi pluribus curis diſtraharis. Nullius certe labor hucusque ab omni macula immunis fuit, & omnium minime eius, qui haud ita pridem aliis talia ſatis immodeſte, nec ſine nouo errore, exprobrauit. Ita noſtræ editioni næuum vnum & alterum adſperſit non tantum typothetarum imperitia ab initio laboris, ſed maxime etiam ipſorum typorum inexpugnabilis inconſtantia, inprimis *Iod dageſchati*: quod ſub aliquoties facta recenſione typographici laboris omnem noſtram induſtriam deluſit, donec tandem meliori eius typo inuento remedium huic malo paratum fuit. Sic in concurſu plurium punctorum vocalium & accentuum ſiue notarum diacriticarum, in breuiori præſertim voce ſiue ſyllaba, non potuit ſemper per typum noſtrum ſingulorum ſitus quaſi ad amusſim & ſatis exacte obſeruari. Nonnunquam etiam, vel typi vel impresſionis vitio, ה pro ח, & verſa vice in nonnullis exemplaribus poſtea viſum fuit. Qualia ſi quis plura etiam, quam nos in mendis notauimus, in nonnullis exemplaribus forte obſeruauerit, non tam noſtram is deſideret diligentiam, quam typorum et typographi, nonnumquam etiam ipſius chartæ defectum, immo omnium rerum humanarum imperfectionem: & grata interim in Deum mente ipſo verbo diuino, ceu ſummo beneficio, vtatur. Laudat *Euſebius* de vita Conſtantini l. 4. c. 36. p. m. 543. ſq. piam magni illius principis curam, qua eccleſiæ vſibus proſpexit in parandis *QVINQVAGINTA SACRORVM BIBLIORVM VOLVMINIBVS*, quæ εὐανάγνωστά τε καὶ πρὸς τὴν χρῆσιν εὐμετακόμιστα, h. e. *& legi facile & ad omnem vſum circumferri poſſent.* At quid illud, pro illorum temporum ratione ſplendidisſimum munus, ſi cum tot exemplis comparetur, quæ noſtra ætate varia forma & incredibili numero, variis etiam linguis, typographicæ artis beneficio prodierunt? Parum grati in Deum ſumus, ſi tantum hoc adminiculum non digne adhibemus, aut etiam ob leuiora ſphalmata rem ipſam longe pretioſisſimam non magni æſtimamus.

huiusque næuis.

De Lemmatibus.

§. III. Alterum, de quo dicendum heic eſt, ſunt *Lemmata* ſ. ſummaria ſacri textus, quæ interiori margini codicis noſtri ab initio ideo *noua* adiecimus, ne quis ſibi quid de his ſurreptum quereretur. Eadem tamen poſtea cum noſtris ſcholiis commutauimus, ſuaſu amicorum, quod plus hinc, quam inde vtilitatis redundare in ſtudioſos videretur. Quumque longe attentius, quam initio fieri poterat, poſtea ſcribendis adnotationibus animum adhiberem, facile hæ omne ſpatium occuparunt: lemmatumque defectum alia ratione compenſare in prophetis incepimus, non ſolum nexum & cohærentiam ſingulorum capitum cum antecedentibus, ſed partes etiam

etiam eorum ad primum verſiculum indicando; quod præſertim in Hagiographis ad finem vsque obſeruatum fuit.

§. IV. Tertio igitur loco agendum *de Scholiis & adnotationibus noſtris*. Quæ præcipua harum occaſio mihi fuerit, c. I. §. VIII. dictum eſt. Sunt tamen & aliæ rationes, quæ amicorum poſtulationibus obtemperandum eſſe ſuadebant. Etenim, quod illuſtris *Leibnitius* apud Cl. *Fellerum* in Otio Hannou. pag. 309. dixiſſe fertur: *Vellem tam breues notæ & tam ſolidæ in ſacras litteras exſtarent, quales Gothofredus in Corpus Iuris elaborauit*: id non ſolum ipſe optaui ſæpius, quum animum ſerio ad ſacra hæc ſtudia adhibuiſſem, viua manuductione in hac parte ſanctioris doctrinæ deſtitutus; ſed etiam deprehendi apud alios & celeberrimos quoque viros idem in votis fuiſſe. Ita inter recentiores *D. Io. Fechtius* in Præfat. ad *Dorſchei* Analyſin Ieſaiæ, poſt alia bene dicta ſic ait: *Quum grandes libri lectorem facile deterreant, optandum foret, vt breuiori inſtituto exorienti faſtidio poſſet occurri, omneque adeo obſtaculum remoueri.* Immo & paupertati auditorum noſtrorum aliqua ex parte ita conſultum putabamus, quibus plerisque facultates non ſuppetunt ad magnum librorum adparatum comparandum; qui tamen indicato a nobis parallelismo ac breui verborum declaratione in lectione curſoria V. T. ſe non parum adiutos ſentiebant.

& Adnotationibus noſtris.

§. V. *Parallelismus* enim Scripturæ, de quo modo dictum, ſi *cum attenta ipſius contextus conſideratione* adhibeatur *b*) omnino ex certisſimis eius intelligendæ mediis eſt, & commentarius ſine dubio omnium optimus atque tutisſimus; dum res & verba diuina, quæ breuius aut obſcurius alicubi dicta videntur, alibi ab ipſo Spiritu S. dilucidius vel fuſius proponuntur. Nobisque hoc vnum adminiculum ſub piis precibus et attenta locorum inſpectione, tantum præſtitit in difficilioribus rebus & verbis rectius intelligendis, quantum vix aliud vllum, etſi non ſpernendum ſubſidium. Vnde prima etiam cura in noſtris adnotatis parallelismo data fuit, cum *verbali*, quando ad rectius cognoſcendam genuinam vocis ſignificationem & emphaſin eius radix, cognata item & deriuata, vel ſinitima ſiue ſynonyma, aut etiam oppoſita ſiue contraria conferuntur; tum *reali*, quum ſc. res inter ſe componuntur, collata præfatione noſtra in Ieſaiam §. 14.

De locis parallelis.

§. VI. Nec tamen ſpernendum quoque vſum præbet *collatio veterum & Orientalium verſionum*, præſertim Græcæ *LXX Interpretum*, de quo in ſpecie peculiari Differt. nuper auctius recuſa, egit dilectisſimus quondam noſter συνεργός, & nunc deſideratisſimus Glau-

De nucleo verſionum Orienta. & Græcæ.

b) *Phraſeon ſacris litteris vſitatarum verisſimum & maxime genuinum ſenſum lectori pio & attento nullus alius commentarius tam perfecte, tamque ſufficienter explicabit, atque ipſa diligentisſima iſtorum contextuum, in quibus ea reperiuntur, æſtimatio, antecedentiumque & conſequentium accurata collatio*, ait Wolfg. *Franzius* de Interpr. S. p. m. 72.

Glauchensis ecclesiæ Diaconus, *M. Georg. Io. Hencke*, his ipsis diebus, dum hæc scribimus, præmatura, sed beata morte defunctus. Quæ vero ex Orientt. versionib. adduximus, exemplo studiosis esse possunt, quid multo cumulatius inde sit exspectandum ei, qui aliquid studii etiam in eas, post probe cognitos Ebræos fontes, transmittere possit. Sæpe tamen aliis magis necessariis rebus & spatii angustia prohibiti sumus, ne plura ex illis adscriberemus.

Scrupuli eximuntur.

§. VII. Ceterum duo discutienda heic sunt, antequam ad reliqua pergam, quæ lectorem nostrum forte offendere possent: 1. quod adeo raræ & tenues in priorem Geneseos partem adnotationes nostræ compareant, & 2. quædam tamen adscripta illic sint, quæ non in totum probanda videantur. Respondeo itaque ad illud: quod, quum hoc negotium adgressi sumus, eæ mox remoræ, secundum dicta c. 1. §. 5. seqq. inciderint, quibus & nostrum studium impeditum, & quæ plurimum valet in rebus agendis, omnis propemodum alacritas excussa fuit. Magnitudo enim varii & molesti laboris ita omne tempus nobis surripuit, vt hæ adnotationes velut hyperpondium tantummodo occupationum nostrarum tunc essent; quæ pleniores & limatiores exhiberi omnino potuissent, si per alia id fieri potuisset. Ignosces igitur, beneuole lector, tenui initio, & nobis saltem non succensebis, quod studium & attentio in his deinde non decreuit, sed auctum magis magisq; fuit, ita vt multa, quæ non inutiliter iam scripta erant, delenda iterum fuerint, quum chartæ spatium ea non admitteret; quod easdem semper paginas cum Athiæ s. Leusdenii, Clodii & Berolinensi editione, pro iuuanda memoria immutabiliter conseruare propositum nobis esset, donec cum Iesaiæ initio limites illos migrare, prorsus necesse fuit. Vtinam tunc eodem modo, vt in Hagiographis factum est, seorsim vberiores adnotationes editæ fuissent! Quando vero ab initio huius laboris ex veteribus quædam adscripsimus, quæ tamen nec ipsi simpliciter probamus, partim ideo id fecimus, quod festinandum esset; partim, vt occasionem tantum illa suppeditarent nobis, auditores de isto genere interpretationum viua voce rectius & vberius instituendi. e. c. ad Gen. 2, 25. Quia tamen id offendiculo tironibus esse poterat, viua docentium voce destitutis, ideo in sequentibus talia haud facile sine addita censura aut monito nostro admisimus.

De allegatis.

§. VIII. In *allegatione auctorum* studiose quidem ipsa illorum verba retinuimus; sæpe tamen angustia spatii breuiloquentiores eos introducere nos coegit. Sic etiam in Rabbinicis dictis modo ipsa eorum verba, modo sensum tantum referimus. In difficultatibus autem chronologicis aliisque, quas præsertim in libris Regum & Chronicorum inter se collatis offendunt studiosi lectores, meliorem interpretum sententiam sequuti sumus, additis breuiter

 ratio-

rationibus, quas fuſius in vberioribus adnotationibus ad Hagiographos libros enarratas videbis: ex quibus hoc ſaltem conſtabit, non eſſe prorſus ἀδιάλλακτα loca illa Scripturæ: modo quis eam modeſtiam adferat, quæ cuiuis cordato & graui ſcriptori debetur, ne præcipiat temere ſacris auctoribus, quid ipſe velit; ſed quid illi ſcripſerint, cognoſcere ex illis paratus ſit.

§. IX. Inprimis in vaticiniis prophetarum aliisque textibus ſacris id operam dedimus, ne *CHRISTVM*, totius Scripturæ centrum & nucleum, ex animis oculisque amitterent ſtudioſi lectores. Pius enim quisque interpres cum *B. Luthero, Schmidio, Coccejo* aliisque hoc aget, vt quæ ex Vet. in N. T. tamquam de Chriſto dicta allegantur, litteraliter etiam de eodem intelligenda eſſe, & intellecta olim a veteribus Iudæis fuiſſe, luculentis rationibus confirmet potius, quam vt per adplicationem tantum de Chriſto intelligenda eadem eſſe, cum aliis præpoſtere ſentiat. Pro modulo noſtro illud diligenter exſequuti ſumus, ſed plura tamen alio tempore communicari, & ab induſtrio lectore notari poterunt. Nouaturientes autem ſententias & temerarias opiniones ex adnotationibus noſtris fruſtra requirent earum curioſi ſcrutatores; ſed potius, qui amat veritatem τὴν κατ' εὐσέβειαν & ſimplicem verbi diuini ſenſum, ſi debitam ipſe quoque adhibuerit diligentiam, plus fortasſis ad confirmationem veritatis hic ipſo vſu inueniet, quam pollicitus ſibi ab initio erat. In notabili diſſenſu interpretum ad mitigandam inuidiam libenter *B. Seb. Schmidii* verbis & auctoritate vtimur, ſub breuisſima *S.* vel *Schm.* nota: ita tamen, vt frequenter noſtra diligentia in tironum commodum loca ſcripturæ addiderimus, ad quæ tacite ille reſpiciebat. Quod in aliis quoque auctorum verbis ſæpe eſt obſeruatum.

CHRISTVS ſcripturæ ſcopus generalis.

§. X. Vt iam ſupra §. 4. innuimus, adnotationibus noſtris id præcipue quæſitum eſt, vt incipientibus in lectione fontium Ebraicorum adiumento eſſemus: doctis enim & eruditis viris talia nequaquam obtrudimus aut commendamus. Habebunt illi, quo curtam hanc ſupellectilem, in pauperum gratiam compendioſius adornatam, non ſolum compenſare, ſed longisſime etiam ſuperare posſint. Nec etiam exiſtimare ſacrarum litterarum ſtudioſi debent, noſtris adnotatis ita exhauſtum eſſe fundum ſacri textus, vt nihil amplius ipſis in eo reſtet quærendum. Fallentur, quam qui maxime, qui ita ſentient: tantumque ſemper differt cognitio, quæ ex ipſa adſidua ſacrorum fontium lectione & propria meditatione naſcitur, a conceptibus, qui obiter ex aliorum tantum interpretum dictis formantur, vt ſolidus habitus a primis eius rudimentis. Quumque magnis & iuſtis voluminibus nondum enodatæ ſint prorſus omnes, quæ in lectione S. Scripturæ ſuboriuntur, quæſtiones & difficultates; inconſiderati animi eſſet, ſi quis breuisſimis adnotationibus

Specialior adnotationum ſcopus.

bus omnia exhauriri præſumeret. Quumque varia fuerit noſtra conditio ſecundum cap. I. non mirum erit, ſi plura ſubinde vel ex viua inſtitutione, vel propria meditatione & lectione ſupplenda ſint. Sic. e. c. vberiores adnotationes ad 1 Par. 1. cap. euidenter docebunt, plura Geneſ. 10. cap. obſeruanda eſſe, quam in illa prima feſtinatione adſcripta ibidem fuerunt. Pulchre ait *B. Auguſtinus* epiſtola *ad* Voluſianum non longe poſt initium: *Tanta eſt Chriſtianarum profunditas litterarum, vt in eis quotidie proficerem, ſi eas ſolas ab ineunte pueritia vsque ad decrepitam ſenectutem, maximo otio, ſummo ſtudio, meliore ingenio conarer addiſcere: non, quod ad ea, quæ neceſſaria ſunt ſaluti, tanta in eis perueniatur difficultate; ſed quum quisque ibi fidem tenuerit, ſine qua pie recteque non viuitur, tam multa tamque multiplicibus myſteriorum vmbraculis opaca, intelligenda proficientibus reſtant, tantaque non ſolum in verbis, quibus iſta dicta ſunt, verum etiam in rebus, quæ intelligendæ ſunt, latet altitudo ſapientiæ, vt annoſisſimis, acutisſimis, flagrantiſſimis cupiditate diſcendi, hoc contingat, quod eadem ſcriptura quodam loco habet: Quum conſummauerit homo, tunc incipit.* Sirac. 18, 6.

De methodo ſtudii Ebraici.

§. XI. Interim tamen nec male prorſus pro tironibus ſic factum eſt, vt parcius ab initio, vberius in progreſſu, iterumque vberiores in fine obſeruationes ad ſacrum textum conſcriptæ ſint: incipientibus enim per gradus pergendum, & ſatis ab initio erit, ſi poſt breuiter, ſed ſolide percepta linguæ Hebrææ fundamenta, vocabula, phraſes & idiomata ſacri textus in Geneſi addiſcant, eaque in re viua ac fideli docentis inſtitutione vtantur. Tum vero ſi etiam accentuum ſ. interſtinctionum ſacrarum rationem, vel ex noſtra vel ex aliorum manuductione ſolide didicerint, in ſequentibus ſaltem facilius progredientur, pluribus obſtaculis heic remotis, quæ incipientis progreſſum poterant morari. Facilius tamen & ſolidius totius codicis ſacri curſoriam lectionem inſtituet, qui præeuntem doctorem adſidue audiuerit, nec laboris ſui eum in fine pœnitebit, collata præf. in Ieſaiam §. 13. not. *d*)

Auctores adnotationum.

§. XII. Sicut vero ego adnotationes ab initio ſacri Codicis ad finem vsque conſcripſi, præterquam in Ieremiam, Amos Obadiam, Micham, Zachariam, Threnos & Danielem, quæ Cl. Cognatum, C. B. MICHAELIS auctorem agnoſcunt; quibus quid præſtitum ab eo ſit, malo te lectione, v. c. Præf. in Ieremiam, quam mea laude cognoſcere: ita hic etiam per totum Codicem textum, vbi id opus erat, emendauit, & *ſelectum variantium lectionum* conſignauit, quæ ſingulis columnis ſubiiciuntur, poſtquam in primis ſoliis ego exemplo præiueram. In his prima omnium, ſpeciminis tantum cauſſa Gen. 1, 1. adſcripta, adfectata valde eſt; nec nomen variæ lectionis meretur, coll. ſupra c. III. §. I. not. *b*) Nonnunquam tamen inter illas minutias data occaſione recenſitum quid eſt,

quod plus ad illuſtrationem veritatis momenti habet, e. c. Exod. 34, 6. Deut. 6, 4. Ioſ. 21, 36. 37. cet.

§. XIII. Ceterum, vti varia de noſtro labore iudicia fuerunt, antequam eius quidquam in lucem prodiret; ita non dubito, nunc quoque fore plures, qui multa in eo vel ideo deſideraturi ſint vel reprehenſuri, quod feſtinata interdum aliqua prodierint, & ob id minus elaborata cet. Verum vti omnino plura in his noſtris ipſi deſideramus, quam vllus forte cenſor; tantum abeſt, vt aliis omnibus nos ſatisfeciſſe ſperemus: quum heic plurima occurrant, quæ adcuratam, diuturnam & fixam admodum meditationem, ac ſollicitam rerum collationem exigunt, ad quam non fuiſſe mihi ſatis ingenii nec in laborioſisſimo vitæ genere otii, ingenue fateor; ita tamen paullo iniquioribus iudicibus, non meis, ſed pii atque grauis Theologi, præſtantisſimique Scræ. S. interpretis, B. *Io. Brentii* verbis, ex eiusdem præf. in 2 Sam. librum Tom. II. p. m. 200. reſpondeo: *Non ignoro, quam varie de tali meorum ſcriptorum genere iudicetur; & alius deſiderat dicendi breuitatem, alius diſſerendi elegantiam. Sunt, qui dicunt, talia ſcripta oſtentationem magis, quam Eccleſiæ ædificationem continere. Alii alia, neſcio quæ, vociferantur. Sed ſi diſplicuiſſe ſufficit, quid obſecro rei, quod omnibus placeat, faciendum ſuscipies? &, ſi nihil, niſi quod ex omni parte abſolutum eſt, probandum fuerit, quod ſcriptum luce dignum erit? Ego in his diuulgandis amicorum magis, quam meæ voluntati morem geſſi. Quod ſi hæc eſt oſtentatio, neſcio, quod officii genus non in aliquam ſuspicionem aut etiam reprehenſionem incurrat. Scripſi autem iſta non doctis, ſed mei ſimilibus, nec vllum exſtat prætorium edictum, quo quisquam ad hæc legenda cogatur. Si quis fuerit,* ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει, φρασσάμενος τὰ κ᾽ ἔπειτα καὶ εἰς τέλος ἦσιν ἀμείνω, *vtatur ſuo dono ad Eccleſiæ vtilitatem, & conferat in medium, quod melius ſit. Non fauebo tantum, verum etiam & meo & Eccleſiæ Filii Dei nomine gratias agam. Si nihil aliud, certe hic meus labor teſtimonium dicet, mihi voluntatem bene de Eccleſia merendi non defuiſſe.* Conatus ſaltem noſtros non improbabunt boni & cordati lectores; & venia dignos cenſebunt, ſicubi lapſi ſimus, qui noſtrum de ſtudioſa iuuentute bene merendi ſtudium reſpexerint. *Non pigebit me*, vt iterum pulchre B. *Auguſtinus* ait de Trinit. c. 3. *ſicubi hæſito, quærere; nec pudebit, ſicubi erro, diſcere.* Atque vti optandum, ita ſperandum etiam eſt, Deum porro excitaturum viros doctos & pios, qui ſe totos in hoc impendant, vt Scripturas S. ſolide explicent, & veritatem ex Scripturis πνευματικῶς ac potenter aduerſus aliorum inanes coniecturas & corruptelas illuſtrent. Excuſatio.

§. XIV. Atque heic coram facie Dei & Eccleſiæ eius vos etiam cohortor ac moneo, *dilectiſſimi S. litterarum ſtudioſi!* vos præſertim, qui vel docentes nos audiuiſtis, vel etiam in veſtrum commodum hæc elaborata legitis. Etiam atque etiam videte, quo pretio hæc ſacra oracula habeatis! Sunt enim per Dei gratiam in numero veſtro, qui verbum Dei & cæleſtem veritatem excipiunt Parænefis ad ſtudioſam iuuentutem.

corde

corde bono ac integro, qui & ſpem faciunt nobis, laborem noſtrum nec inpoſterum inanem eſſe futurum. Sunt tamen etiam, qui ad clarisſimam lucem euangelicæ veritatis ex verbo Dei propoſitam ſua culpa & damno cæcutiunt, neque id agunt, vt ipſi ante omnia ex eo erudiantur ad ſalutem per fidem in Chriſtum Ieſum; ſed tantum vt habeant, quod aliis pſittacorum more aliquando pronuntient, nec tam quod Chriſti, quam quod ſuum eſt, ex verbo Dei quærant. Immo etiam ſunt, qui hæc diuina ſtudia vel prorſus negligunt, vel ad inanes tantum inutilesque quæſtiones adhibent, quibus eccleſiam turbare posſint. Τὸ *δὲ τέλος τῆς παραγγελίας ἐςὶν ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας, καὶ συνειδήσεως ἀγαθῆς, καὶ πίςεως ἀνυποκρίτȣ. ὧν τινες ἀςοχήσαντες ἐξετράπησαν εἰς ματαιολογίαν. θέλοντες εἶναι νομοδιδάσκαλοι, μὴ νοȣ͂ντες, μήτε ἃ λέγȣσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιȣ͂νται*, vt diuinus docet Apoſtolus 1 Tim. 1, 5--7. Itaque deſiſtat ab impietate omnis, qui nomen Chriſti inuocat, 2.Tim. 2, 19. & operam vos date, vt puri ſitis, qui fertis arma Domini, Eſa. 52, 11. vt quisque ſcilicet humili & integra mente ad eum ſe conuertat, per quem gratia & veritas Dei nobis patefacta eſt, in quo & omnes theſauri ſapientiæ diuinæ reconditi reperiuntur. Quumque alia ratione, niſi ſecundum ſcripturas diuinitus datas, homo viam ſuam recte ad cælum inſtituere non posſit, collato Pſ. 119, 9. ideo nolite negligere occaſionem, quamcunque vobis ad veritatem ex iis cognoſcendam Deus obtulerit. Καὶ *γὰρ ἐντεῦθεν τὰ μυρία ἔφυη κακὰ, ἀπὸ τῆς τῶν γραφῶν ἀγνοίας, ἐντεῦθεν ἡ πολλὴ τῶν αἱρέσεων ἐβλάςησε λύμη, ἐντεῦθεν οἱ ἠμελημένοι βίοι, ἐντεῦθεν οἱ ἀκερδεῖς πόνοι. ὥσπερ γὰρ οἱ τȣ͂ φωτὸς ἀπεςερημένοι τȣ́τȣ, ȣ̓κ ἂν ὀρθὰ βαδίσειαν. ȣ̔́τως οἱ πρὸς τὴν ἀκτῖνα τῶν θείων μὴ βλέποντες γραφῶν πολλὰ ἀναγκάζονται καὶ συνεχῶς ἁμαρτάνειν, ἅτε δὴ ἐν σκότῳ χαλεπωτάτῳ βαδίζοντες. ὅπερ ἵνα μὴ γίνηται, διανοίξωμεν τȣ̀ς ὀφθαλμȣ̀ς πρὸς τὴν λαμπηδόνα τῶν ἀποςολικῶν (καὶ προφητικῶν) ῥημάτων*, vt grauiter & copioſe inculcat B. *Ioannes Chryſoſtomus* prooemio in epiſt. ad Rom. p. m. 2. Legite vero eas animo ſincero, & ad obtemperandum monitis diuinis promto atque parato, Io. 7, 17. Qui enim Spiritum Dei intra pectus ſuum non vult admittere, is ſibi imputet, quod æque feliciter mentem eius ad ſuam aliorumque ſalutem minime adſequitur, ac pius atque fidelis verbi diuini ſcrutator, quem ex adſidua eius lectione Spiritus S. in omnem ſcitu neceſſariam veritatem ducit. Ἡ *γὰρ συνεχὴ ἀνάγνωσις τῶν θείων γραφῶν, εἰς τὴν γνῶσιν αὐτῶν ἄγει. ἀψευδὴς γὰρ ὁ εἰπὼν, ζητεῖτε, καὶ εὑρήσετε, κρȣ́ετε, καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν*, vt *Theophylactus* habet præfat. in ep. ad Rom. Plura, quæ huc adferri poſſent, & ad perſuadendum fortasſis non parum valerent, prohibet præſentis inſtituti ratio.

§.XV.

§. XV. Tibi vero, æterne ac ſumme DEVS, T. O. M. cuius ſunt hæc verba & ſcripta, immortales, nec vmquam finiendas gratias ago, inprimis quod te, vnum & verum Deum, & quem redemtorem miſiſti, Ieſum Chriſtum ex verbo tuo per Spiritus S. gratiam me cognoſcere feciſti, & hucusque in omni mea infirmitate auxilio tuo mihi adfuiſti. Ex animo agnoſco, & palam profiteor, me indignum & minorem eſſe cunctis miſerationibus, quas ſeruo tuo præſtitiſti. Tu enim adflictam valetudinem corporis ſuſtentaſti, & ſub plurimis aduerſis mentem in pace tua tranquillam conſeruaſti: nunc quoque diu exoptatum huius laboris finem dediſti. Ignoſce, clementisſime DEVS, omnibus defectibus meis, nec concede, vt per meam indignitatem verbi tui veritas apud vllum lectorem detrimentum patiatur; ſed fac, vt & ipſe, & omnes, qui mecum hæc tua oracula legent, ſemper inde proficiamus ex fide in fidem, & ex virtute in virtutem: donec illud, quod perfectum erit, in beata illa ac immortali vita apud te conſequamur. Pro omni vero gratia ac veritate tua non nobis, DOMINE, non nobis; ſed nomini Tuo ſit laus, honor & gloria per omnia ſæcula. Amen! Concluſio.

Pro illuſtranda chalcographi figura ſequentia adhuc addimus diſticha.

Qvisquis amas, Lector, cupidus reſtinguere mentem
Cæleſti potu, nectareis & aquis:
Huc ades! & ſacrum fontem, *cæleſtibus vndis*
Vndantem guſta! Heic cælica mella fluunt.
Si tibi dulce fuit verſos *haurire* liquores:
Dulcius ex ipſo fonte bibentur aquæ.
Fontis enim viui pleno heic fluit alueus amni:
Vino ſi gaudes, en tibi vina ſcatent!
Vina quidem, multo quæ nobiliora Falerno:
Quæ diuina tibi gaudia vina ferunt.
Ergo'ne pigeat, paullum ſubiiſſe laboris:
In terra, in cælis Fons tibi CHRISTVS erit.

(o)

LIBER

LIBER GENESEOS,

Hebr. בראשית

Continet historiam Ecclesiæ Patriarchalis ab Adamo & mundo condito vsque ad mortem Iosephi, plus quam 2300. annorum.

Cap. I. *Initium mundi:*

א בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ׃ ב׳ רבתי
2 והארץ היתה תהו ובהו וחשך על־פני תהום ורוח *Terræ & aquarum,*
3 אלהים מרחפת על־פני המים׃ ויאמר אלהים יהי
4 אור ויהי־אור׃ וירא אלהים את־האור כי־טוב ויבדל *Lucis,*
ה אלהים בין האור ובין החשך׃ ויקרא אלהים
לאור יום ולחשך קרא לילה ויהי־ערב ויהי־בקר יום
אחד׃ פ
6 ויאמר אלהים יהי רקיע בתוך המים ויהי מבדיל בין *Expansi,*
7 מים למים׃ ויעש אלהים את־הרקיע ויבדל בין המים
אשר מתחת לרקיע ובין המים אשר מעל לרקיע ויהי־
8 כן׃ ויקרא אלהים לרקיע שמים ויהי־ערב ויהי־בקר
יום שני׃ פ
9 ויאמר אלהים יקוו המים מתחת השמים אל־מקום *Collectionis aquarum,*
י אחד ותראה היבשה ויהי־כן׃ ויקרא אלהים ליבשה
ארץ ולמקוה המים קרא ימים וירא אלהים כי־טוב׃
11 ויאמר אלהים תדשא הארץ דשא עשב מזריע זרע *Fœcunditatis terræ,*
עץ פרי עשה פרי למינו אשר זרעו־בו על־הארץ ויהי־
12 כן׃ ותוצא הארץ דשא עשב מזריע זרע למינהו ועץ
עשה־פרי אשר זרעו־בו למינהו וירא אלהים כי־טוב׃
13 ויהי־ערב ויהי־בקר יום שלישי׃ פ
14 ויאמר אלהים יהי מארת ברקיע השמים להבדיל בין *Luminarium & stellarum,*
היום ובין הלילה והיו לאתת ולמועדים ולימים ושנים׃
טו והיו למאורת ברקיע השמים להאיר על־הארץ ויהי־
כן

A א

℣. 1. a) Ioh. 1, 1. Hebr. 1, 10. b) Rom. 4, 17. Hebr. 11, 3. *Ar. P. & E. primum, quod creauit.* c) ℣. 26. Pſ. 33, 6. Pſ. 96, 5. d) Eſ. 37, 16. Col. 1, 16.

℣. 2. e) Eſ. 34, 11. Ier. 4, 23. f) c. 41, 38. Exod. 31, 3. Pſ. 33, 6. *Onk.* & ſpiritus a coram Domino. *Hier. & Ion.* & *ſpiritus miſerationum a* coram Domino. *Bechai* & *Baal Tur.* Spiritus *Regis Meſſiæ.* cf. 1 Pet. 1, 11. g) vt auis Deut. 32, 11. Matth. 3, 16.

℣. 3. h) verbo ſubſtantiali. Pſ. 33, 6. Ioh. 1, 3. i) Pſ. 33, 9. k) Pſ. 104, 2. 2 Cor. 4, 6.

℣. 4. l) 2 Cor. 6, 14.

℣. 5. m) ſc. *nomen*, c. 2, 20. n) Pſ. 74, 16. o) *primus* c. 2, 11.

℣. 6. p) Ez. 1, 22. ſeq. Eſ. 40, 22. Pſ. 104, 2. Ier. 10, 12. ὁ ςερέωμα ſic *Ar. P. & E.* cf. Luc. 16, 26.

℣. 7. q) Pſ. 148, 4. & Pſ. 104, 3.

℣. 8. r) Deut. 4, 17.

℣. 9. s) Ier. 3, 17. c. 5, 22. Iob. 26, 10. c. 38, 8–11. t) Coh. 1, 7. u) 2 Petr. 3, 5. x) Pſ. 33, 7. Pſ. 95, 5.

℣. 10. y) Exod. 7, 19. *Onk.* & *locum congregationis aquarum.* cf. Eſ. 11, 9.

℣. 11. z) *Hiph.* (3) v. 12. Leuit. 12, 2.

℣. 12. a) *Syr.* cuius *planta in ea. Ar. P.* cuius *transplantatio* ex ipſa. b) *Ar. P. poſtquam* cognouiſſet.

℣. 14. c) Pſ. 136, 7. Ez. 32, 8. ὁ φωςῆρες. Phil. 2, 15. d) c. 8, 22. *Onk.* & vt numerentur per ea dies.

℣. 15. e) ℣. 17. Deut. 4, 19.

℣. 1. אלהים ברא בראשית ſic mutato ordine deſcripſerunt LXXII. pro Ptolomæo, ad vitandam hæreſin; vt tradunt in *Megillah* f. 9. a. *Ialkut* f. 1. b. &c. conf. v. 26. c. 2, 2. &c. tredecim ſcil. locis. ℣. 2. ורוח cum *Metheg* otioſo poſt *Patach gnubha* 1. 2. ſic 1. alibi ſæpius. ℣. 3. יהי cum impreſſis habet 2. At יהי per *Munach* 3. & *Berol.* cum R. *Menachem* in Or Torah. f. 2. a. ex *Ben Aſcher*, ſex MSS. Bibliis & duobus Maſoræ MSS. ℣. 11. תדשא cum *Metheg* plerique ſecundum *Maſoram* 7. 8. & *Erffurt.* item *Elia Maſ. Hamm.* p. 75. דשא per *Sakef katon* omnes noſtri impreſſi & MSSti; at *Berol.* per *Rbhia* ex aliis MSS. & O. T. ℣. 14. מאורות ſic *Hebr. Samarit.* ℣. 15. למאורת plerique ſec. *Maſoram* 1. & *Erff.* & O. T. f. 2. a. at למארת 2. item *Steph.* 4. *Vat.* & *Hutt.*

16 כֵן׃ וַיַּעַשׂ אֱלֹהִים אֶת־שְׁנֵי הַמְּאֹרֹת הַגְּדֹלִים אֶת־
הַמָּאוֹר הַגָּדֹל לְמֶמְשֶׁלֶת הַיּוֹם וְאֶת־הַמָּאוֹר הַקָּטֹן
17 לְמֶמְשֶׁלֶת הַלַּיְלָה וְאֵת הַכּוֹכָבִים׃ וַיִּתֵּן אֹתָם אֱלֹהִים
18 בִּרְקִיעַ הַשָּׁמָיִם לְהָאִיר עַל־הָאָרֶץ׃ וְלִמְשֹׁל בַּיּוֹם
וּבַלַּיְלָה וּלֲהַבְדִּיל בֵּין הָאוֹר וּבֵין הַחֹשֶׁךְ וַיַּרְא אֱלֹהִים
19 כִּי־טוֹב׃ וַיְהִי־עֶרֶב וַיְהִי־בֹקֶר יוֹם רְבִיעִי׃ פ
Piscium כ וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים יִשְׁרְצוּ הַמַּיִם שֶׁרֶץ נֶפֶשׁ חַיָּה וְעוֹף יְעוֹפֵף
& auium, 21 עַל־הָאָרֶץ עַל־פְּנֵי רְקִיעַ הַשָּׁמָיִם׃ וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת־
הַתַּנִּינִם הַגְּדֹלִים וְאֵת כָּל־נֶפֶשׁ הַחַיָּה ׀ הָרֹמֶשֶׂת אֲשֶׁר
שָׁרְצוּ הַמַּיִם לְמִינֵהֶם וְאֵת כָּל־עוֹף כָּנָף לְמִינֵהוּ וַיַּרְא
22 אֱלֹהִים כִּי־טוֹב׃ וַיְבָרֶךְ אֹתָם אֱלֹהִים לֵאמֹר פְּרוּ וּרְבוּ
23 וּמִלְאוּ אֶת־הַמַּיִם בַּיַּמִּים וְהָעוֹף יִרֶב בָּאָרֶץ׃ וַיְהִי־עֶרֶב
וַיְהִי־בֹקֶר יוֹם חֲמִישִׁי׃ פ
animali- 24 וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים תּוֹצֵא הָאָרֶץ נֶפֶשׁ חַיָּה לְמִינָהּ בְּהֵמָה
um terre- כה וָרֶמֶשׂ וְחַיְתוֹ־אֶרֶץ לְמִינָהּ וַיְהִי־כֵן׃ וַיַּעַשׂ אֱלֹהִים אֶת־
ſtrium, חַיַּת הָאָרֶץ לְמִינָהּ וְאֶת־הַבְּהֵמָה לְמִינָהּ וְאֵת כָּל־
Homi- 26 רֶמֶשׂ הָאֲדָמָה לְמִינֵהוּ וַיַּרְא אֱלֹהִים כִּי־טוֹב׃ וַיֹּאמֶר
num, אֱלֹהִים נַעֲשֶׂה אָדָם בְּצַלְמֵנוּ כִּדְמוּתֵנוּ וְיִרְדּוּ בִדְגַת הַיָּם
וּבְעוֹף הַשָּׁמַיִם וּבַבְּהֵמָה וּבְכָל־הָאָרֶץ וּבְכָל־הָרֶמֶשׂ
Vtriusque 27 הָרֹמֵשׂ עַל־הָאָרֶץ׃ וַיִּבְרָא אֱלֹהִים ׀ אֶת־הָאָדָם בְּצַלְמוֹ
ſexus. 28 בְּצֶלֶם אֱלֹהִים בָּרָא אֹתוֹ זָכָר וּנְקֵבָה בָּרָא אֹתָם׃ וַיְבָרֶךְ
אֹתָם אֱלֹהִים וַיֹּאמֶר לָהֶם אֱלֹהִים פְּרוּ וּרְבוּ וּמִלְאוּ אֶת־
הָאָרֶץ וְכִבְשֻׁהָ וּרְדוּ בִּדְגַת הַיָּם וּבְעוֹף הַשָּׁמַיִם וּבְכָל־
29 חַיָּה הָרֹמֶשֶׂת עַל־הָאָרֶץ׃ וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים הִנֵּה נָתַתִּי
לָכֶם אֶת־כָּל־עֵשֶׂב ׀ זֹרֵעַ זֶרַע אֲשֶׁר עַל־פְּנֵי כָל־הָאָרֶץ
וְאֶת־כָּל־הָעֵץ אֲשֶׁר־בּוֹ פְרִי־עֵץ זֹרֵעַ זָרַע לָכֶם יִהְיֶה
ל לְאָכְלָה׃ וּלְכָל־חַיַּת הָאָרֶץ וּלְכָל־עוֹף הַשָּׁמַיִם וּלְכֹל ׀
רוֹמֵשׂ עַל־הָאָרֶץ אֲשֶׁר־בּוֹ נֶפֶשׁ חַיָּה אֶת־כָּל־יֶרֶק
עֵשֶׂב

ỳ. 16. f) Pſ. 104, 19. Ier. 31, 35. *Ar. E.* par ſ. *bigam luminari, um.* g) Pſ. 136, 8. 9.

ỳ. 20. h) Exod. 7, 18. Pſ. 104, 25. i) volatile autem &c. *Ar. E.* & auem, quæ &c. k) *verſus.* c. 18, 16. c. 19, 28.

ỳ. 21. l) ſtupenda animalia; terreſtre Eſ. 34, 13. aquatile Iob. 7, 12. m) ỳ. 20. c. 8, 17.

ỳ. 22. n) ỳ. 28. Leu. 25, 21. Pſ. 133, 3. *Ar. P.* & *dixit imperans,* ſ. per modum imperandi.

ỳ. 24. o) Pſ. 50, 10. Pſ. 104, 11. 20.

ỳ. 26. p) Iud. 16, 20. Pſ. 32, 5. cf. Iac. 1, 18. q) *pulcherrimam creaturam.* Thren. 4, 7. cf. Pſ. 45, 3. r) Eph. 4, 24. Col. 3, 10. Iac. 3, 9. Sap. 2, 23. Addit *Ar. P.* eumque dominantem, qui præſit &c. 7. s) *Hier.* & ỳ. 2 creauit *Verbum Domini.* cf. Ioh. 1, 1. t) c. 5, 1. 3. c. 9, 6. 1 Cor. 11, 7. cf. Coh. 7, 29. u) Matth. 19, 4. Marc. 10, 6.

ỳ. 28. x) ỳ. 22. c. 8, 17. c. 9, 1. Ez. 36, 11. y) ὁ κατακυριεύσατε. Matt. 20, 25. *Onk.* potentes eſtote ſuper ipſa. Sir. 17, 4. z) ỳ. 26. Pſ. 72, 8. a) Pſ. 8, 7. 8.

ỳ. 29. b) Pſ. 104, 14. *Ar. P.* ecce iam donaui vobis.

ỳ. 30. c) ſc. dedi. ỳ. 29.

ỳ. 16. הַמְּאוֹרֹת ô *plene* fecit 2. quia variat a ceteris in ỳ. 15. ſed noſtram lectionem probat *Maſ. Buxt.* & *Erffurt.* ỳ. 19. וַיְהִי־ ſic *Metheg* ponere ſolet 1. 2. 3. ỳ. 21. עוֹף *defect. Buxt. Steph. Plant. Vat.* &c. ſed *plene* plures & *O. T.* f. 2. a. ỳ. 24. לְמִינָהּ *Mappik* ſub ה ponit 2. 3. etiam in ſqq. וְחַיְתוֹ ſine *Metheg Ben Naphtali.* ỳ. 26. אעשה אדם בצלם ובדמות ſic LXXII. ſeniores mutare maluerunt; vide ſupra ỳ. 1. 6. 2, 7. ỳ. 29. וְאֵת per *Tſere* & *Darga* 1. יִהְיֶה ſine *Metheg* 1. 2. 3. *Bomb.* & ỳ. 30.

31 עשב לאכלה ויהי־כן׃ וירא אלהים את־כל־אשר
עשה והנה־טוב מאד ויהי־ערב ויהי־בקר יום
הששי׃ פ
ב ויכלו השמים והארץ וכל־צבאם׃ ויכל אלהים ביום — Cap. II. *Sabbatum.*
2 השביעי מלאכתו אשר עשה וישבת ביום השביעי
3 מכל־מלאכתו אשר עשה׃ ויברך אלהים את־יום
השביעי ויקדש אתו כי בו שבת מכל־מלאכתו אשר־
ברא אלהים לעשות׃ פ
4 אלה תולדות השמים והארץ בהבראם ביום עשות — ה זעירא
ה יהוה אלהים ארץ ושמים׃ וכל שיח השדה — *Circumstantiæ creationis, ratione pluuiæ,*
טרם יהיה בארץ וכל־עשב השדה טרם יצמח כי לא
המטיר יהוה אלהים על־הארץ ואדם אין לעבד את־
6 האדמה׃ ואד יעלה מן־הארץ והשקה את־כל־פני
7 האדמה׃ וייצר יהוה אלהים את־האדם עפר מן־ — *creationis Adami,*
האדמה ויפח באפיו נשמת חיים ויהי האדם לנפש
8 חיה׃ ויטע יהוה אלהים גן־בעדן מקדם וישם שם את־ — *plantationis Paradisi,*
9 האדם אשר יצר׃ ויצמח יהוה אלהים מן־האדמה
כל־עץ נחמד למראה וטוב למאכל ועץ החיים בתוך
י הגן ועץ הדעת טוב ורע׃ ונהר יצא מעדן להשקות — *cum fluuio quadruplici.*
11 את־הגן ומשם יפרד והיה לארבעה ראשים׃ שם
האחד פישון הוא הסבב את כל־ארץ החוילה אשר־
12 שם הזהב׃ וזהב הארץ ההוא טוב שם הבדלח ואבן
13 השהם׃ ושם־הנהר השני גיחון הוא הסובב את כל־
14 ארץ כוש׃ ושם־הנהר השלישי חדקל הוא ההלך
טו קדמת אשור והנהר הרביעי הוא פרת׃ ויקח יהוה
אלהים את־האדם וינחהו בגן־עדן לעבדה ולשמרה׃
16 ויצו יהוה אלהים על־האדם לאמר מכל עץ־הגן אכל
17 תאכל׃ ומעץ הדעת טוב ורע לא תאכל ממנו כי

d) Es. 11, 6. 7.
℣. 31. e) Sap. 1, 14. Sir. 39, 16. 33. 1 Tim. 4, 4.
Cap. II. ℣. 1. f) res cœlestes & terrestres. *De angelis* 2 Par. 18, 18. Luc. 2, 13. *de stellis* Deut. 4, 19. Es. 40, 26.
℣. 2. g) Ios. 5, 12. ὁ κατέπαυσεν. Hebr. 4, 4.
℣. 3. h) Exod. 20, 8. seqq. i) artificiose elaborando. Exod. 31, 4. Coh. 2, 11.
us, p. 161. Georgius *Cedrenus* in Synopsi s. Comp. Hist. p. 110. *Chronicon Paschale s. Fasti Siculi* edit. du Fresne p. 118. 155. *Martyrologium Romanum* die 6. Iulii p. m. 373. cum notis *Baronii*, aliique plures Adscribemus tamen vnum adhuc *Abul Pharagii* ex Sæc. XIII. testimonium Hist. Dynast. Lat. p. 43. Arab. p. 66. seq. *Hic Manasses omne quidquid vetitum atque illicitum est, patrauit -- & Esaiam, ipsum a scelere cohibentem, inter binos asseres colligatum, serra dissecuit.* Nec abnuunt ipsi quoque *Muhammedani*, etsi more suo nouos errores admittant. Vid. de iis *Herbelot* in Biblioth. Orient. p. 500. seq. sub titulo *Ischaia*. Nos mediam viam hic sequimur. Nondum enim graues satis & sufficientes rationes videmus, quo minus cum veteribus Christianis & Iudæis, Esaiam ab impio Rege Manasse cum aliis viris piis & iustis e medio esse sublatum statuamus. Concedimus tamen etiam solertiæ & animaduersioni aliorum, ad historiam accessisse circumstantias ex ingenio Iudaico depromtas: quibus plura quoque recentiores addiderunt. Nec tamen sequitur necessario, quod supra *A. b. Ezra* & *Calouius* communi sententiæ obiiciebant: (1) In titulo libri *Manasses* non memoratur, E. regnum eius non attigit Iesaias. Sufficit enim, immo plus non requirebatur, quam titulum eos indicare Reges, sub quibus vaticinia hæc Iesaiæ, quæ scripta supersunt, edita fuerunt. *Non refert Scriptura Manassen, quia mox, ex quo ille regnauit, Iesaias a prophetico munere abstinuit, & ab eo occisus est, sicut memoriæ prodiderunt Rabbini*; inquit *Abarb.* ad Esa. 1, 1. fol. 4. a. Nec (2) ab *iterata* s. speciali eius *vocatione*; quæ c. 6. describitur, argumentari licet ad vocationem eius primam, quæ ad c. 1. & seqq. merito supponitur; nisi velis cum quibusdam Rabbinis caput Esaiæ sextum pro primo venditare; quod merito tamen improbant *Kimchi*, *Abarb.* aliique. Nec (3) vlla ex parte solidior est obiectio, quæ ex Iesaiæ longæuitate incredibili, vt putant, desumitur. Non enim desunt alia istorum temporum exempla: e quibus vnum sufficit produxisse *Iehoiadam*, qui tempore Ioasi (patris Amatsiæ, & aui Vsiæ) floruit. De illo namque diserte scriptum est 2. Par. 24, 15. *Et consenuit Iehoiada, & satiatus est diebus, tandemque mortuus: centum & triginta annos natus erat, cum moreretur.* Quo exemplo pro hac caussa nostra nihil potest esse manifestius; hodieque publicæ relationes, præsertim ex Gallia, frequenter confirmant dicta *Lactantii* Instit. l. 2. c. 12. p. m. 101. *quod ad centesimum ætatis annum* homines *perueniant sæpissime*, & quod auctores idonei tradant, ad *CXX. annos perueniri.* Sic apud *Socratem* Hist. Eccl. l. 7. c. 6. *Dorotheus* Arrianorum Constantinopoli episcopus, sub Honorio diem suum obiit, *quum CXIX. annos natus esset.* Et ne recentius exemplum desideretur, referendum hic putamus, quod de celebris Historici, Christoph. Hartknochii abauo, *Stephano Hartknochio*, in Actis Erud. Lips. mense Iun.

1712,

Fides in obeundo munere ex argumento demonstratur,

§. VII. Officium vero suum, ad quod semel iterumque a Spiritu S 2 Pet. 1, 21. excitatus fuit (vid. c. 6, 1. 8.) diuino zelo, & summa fide, tam *comminando*, quam *consolando* & *exhortando* executus est. Nam corruptam totius gentis suæ vitam & fidem *s*) cordate adgreditur *t*): hypocrisin & vitia, principum & sacerdotum non minus, quam populi, acerrime reprehendit, horrendaque Dei iudicia, reiectionem, grauissimasque pœnas impiorum prædicit, & hostes eorumque truculentiam, ad viuum describit: idque agit serio, vt omnes *per veram pœnitentiam ad fidem in Christum*, & sic in viam æternæ salutis suæ reuocarentur, c. 45, 22. Paucas vero piorum reliquias grauissimis argumentis de Dei omnipotentia, iustitia & veritate, inprimis autem promissa ipsius gratia in Christo, huiusque certissimo aduentu; de morte ipsius & resurrectione, nostraque redemtione: item de spirituali & glorioso eius regno, super omnes tandem hostes triumphaturo, idemtidem in fide erigit, atque in via crucis amplissima spe æternæ lucis & gloriæ solatur. Ita vt B. Hieronymo *non tam Propheta dicendus* videatur, *quam Euangelista. Ita enim* (pergit Hieronymus) *vniuersa Christi Ecclesiæque mysteria ad liquidum prosecutus est, vt non putes eum de futuro vaticinari, sed de præteritis historiam texere. u*)

Eloquentia Iesaiæ & grauitas in dicendo.

§. VIII. Id vero agit noster *eloquentissime*, & semper diuina cum grauitate. Summi enim Numinis & Seruatoris sui CHRI-

1711. p. 307. seq. Iac. Henr. *Zerneke* im Kern der Thornischen Chronic p. 327. testatur, *eum vna cum vxore Catharina centum annorum spatio in coniugio vixisse, & denique annos natum centum & triginta diem suum obiisse.*

s) Dum maxima pars populi vel in fœda idololatria aut superstitione, cum impiis suis rectoribus, qualis fuit Ahazus, hærebat; aut sub bonis etiam Regibus, qualis initio erat Vzzias, item Iotham & Hiskias, sine vera tamen resipiscentia & fide, in cultu externo acquiescebat, aut rebus florentibus elati, & humanis præsidiis freti, securi in diem viuebant.

t) Vnde Apostolus Rom. 10, 20. Ἡσαΐας δὲ ἀποτολμᾷ ϗ λέγει, *Esaias autem audet & dicit.* Vbi *Origenes*, *audet*, inquit, *& libere prædicat, cum sciret sibi ex eo mortem imminere.* De intrepido Iesaiæ animo vide sis etiam *Abarb.* Præf. fol. 1. col. 2.

u) Præfatione in translationem Iesaiæ ex Hebraica veritate ad Paulam & Eustochium, mihi tom. III. p. 26. Idem in Procemio Comment. ad Eustochium: *Sic*, inquit, *exponam Esaiam, vt illum non solum Prophetam, sed Euangelistam & Apostolum doceam.* &c. Et in epist ad Paulinum, t. III p. 8. *Non prophetiam mihi videtur texere Esaias, sed euangelium.* *Augustinus* de Civ. Dei lib. 8 c 29. *Esaias ergo inter illa, quæ iniqua arguit, & iusta præcepit, & peccatorum mala futura prædixit, etiam de Christo & Ecclesia, h. e de Rege, & ea, quam condidit ciuitate, multo plura, quam ceteri, prophetauit: ita, vt a quibusdam Euangelista, quam Propheta potius diceretur,* coll. Esa. LII -- LIV.

x) Sira-

CHRISTI maieſtatem ſupra omnia humana longisſime & mirifice extollit; ita vt terribiles Eccleſiæ hoſtes, potentisſimos etiam mundi Reges, vaſtique imperia, ad illam Dei potentiam vix cum *locuſta* aut *guttula aquæ*, vel cum *terræ puluiſculo* comparandos eſſe cenſeat. vid. c. X. XXXVII. XL &c. Sancto in Deum & Saluatorem amore ardentisſimus fuit, & luce prophetica præ ceteris vberrime donatus; ita, vt non ea tantum, quæ ad Iudæos ſui temporis ſenſu proximo & litterali ſpectabant, indicet; ſed etiam vsque ad tempora Chriſti, & per omnia mundi ſæcula; immo vsque ad triumphantem in cælis Eccleſiam, vna eademque concione ſæpe proſpiciat, typicis & ſymbolicis dictionibus eam in rem frequentisſime vſus *x*). Ad mouendos in auditore *adfectus*, quod maximum oratoris artificium eſt, non ficta vtitur eloquentia, aut inani Rhetorum πιθανολογίᾳ, ſed divino zelo armatus aduerſus hypocriſin aut perfidiam ſuorum totus inſurgit, verbisque ac phraſibus, quæ Spiritus S. eum docuit, 1 Cor. 2, 13. docilem quemque & attentum lectorem in obſequium fidei non flectit tantum, ſed trahit & rapit, nec vllum ſine fructu a ſe dimittit, niſi præfracte impium & perdite malitioſum. Tanta certe eſt in Ieſaia dictionis grauitas, tanta ſermonis ipſius dulcedo & elegantia, tamque viuidæ rerum imagines ſunt, vt ab artificioſisſimo oratore ſimile quid præſtitum eſſe, nunquam viderimus *y*) Et quod optime ad Eſa. 1, 2. dixit B. noſter *Lutherus* Tom. III. Ien. Lat. fol. m 236. b. *Si quis penitus poſſet introſpicere adſectus Prophetæ, videret in ſingulis verbis caminos ignis, & vehementisſimos ardores eſſe.*

ex diuino adfectu.

)( )(

§. IX.

x) Siracides c. 48, 24. 25. πνεύματι μεγάλῳ εἶδε τὰ ἔσχατα, ϗ παρεκάλεσε τοὺς πενθοῦντας ἐν Σιών. Ἕως τοῦ αἰῶνος ὑπέδειξε τὰ ἐσόμενα, ϗ τὰ ἀπόκρυφα, πρὶν ἢ παραγενέσθαι αὐτά. *Cornelius a* Lapide ad Eſaiæ init. p 43. ſeq. *Eſaias non tantum præuidit & prædixit ea, quæ paullo poſt, nec tantum ea, quæ vltimis ſæculis Chriſti, ſed etiam, quæ tempore Antichriſti in fine mundi euentura ſunt: hoc eſt enim, quod ait Eccleſiaſticus* c. 48. Spiritu magno vidit vltima, & conſolatus eſt lugentes in Sion, vsque in ſempiternum.

y) *Hieronymus* Præf. in translationem Eſaiæ iam ſupra citata: *Ac primum quidem de Eſaia ſciendum, quod in ſermone ſuo diſertus ſit, quippe vir nobilis & vrbanæ eloquentiæ, nec habens quidquam in eloquio ruſticitatis admixtum: vnde accidit, vt præ ceteris florem ſermonis eius translatio non potuerit conſeruare.* Moſes *Amyraldus* præf. ad paraphraſin pſalmorum f. 3. b In reuelationibus ſuis Eſaias & alii prophetæ ſpirant aliquid longe altius, & quod lectoris mentem vehementer attollit. *Tonat ille nonnunquam atque fulgurat, & terribili verborum ſtrepitu atque fragore, non Græciam,* vt de Pericle dictum eſt olim, non Iudæam & vicinas regiones, *ſed cælum & terram & elementa reliqua, & vniuerſam mundi naturam, miſcere & confundere videtur.* Petrus *Cunæus* de republ. Hebr

§. IX. Ex hoc igitur ſacrorum adfectuum fonte deriuanda ſunt, quæ in ſtilo Ieſaiæ frequentisſime occurrunt, *tropi & ſchemata* orationis. Hinc illæ ſæpius adhibitæ *ſimilitudines* aut comparationes, *exclamationes*, *interrogationes*, *apoſtrophæ*, *paronomaſiæ*, *aſyndeta*, aut conciſæ locutiones. Hinc crebræ non ſolum perſonarum, generum, numerorum & temporum *enallagæ*; ſed etiam loquentium mutationes & *mimeſes* &c. tanquam ſi *viuum dialogismum* tibi ipſius ſcripta interdum referrent. *Ita enim rem, quam tractat, tibi vult propoſitam, quaſi eam ex ore eius coram audires; eamque ſæpe non tam eloquitur, quam certis adhibitis geſtibus & adfectibus agit, & quaſi in comœdia viua repraeſentat*, vt bene B. Wolfgang *Franzius* de Interpret. Script S. p. m. 501. obſeruauit.

Hinc ſtilus figuratus.

§. X. *Magnus* igitur *& fidelis Propheta* Ieſaias merito vocatur z), talis enim reuera fuit, & eſt; ſiue materiam intueare, ſiue genus orationis, ſiue rerum, quas vaticinatur, veritatem, multitudinem, ordinem ac maieſtatem. Et quia poſt *Dauidem* nullus, præter Ieſaiam, extat Propheta, qui totius regni Dei myſteria diſertius & magis perſpicue exponat a), ſentiamus cum *Brentio* p. 128. eum principem inter cæleſtis & vere ſalutaris doctrinæ Interpretes locum tenere; prout in N. T. Deus Pater, Chriſtus, Angeli, Euangeliſtæ & Apoſtoli, eius teſtimoniis in confirmationem diuinæ veritatis frequentisſime vſi ſunt.

Elogium Ieſaiæ a Siracide datum.

§. XI. Ceterum vt tota Scriptura S. non eſt ἰδίας ἐπιλύσεως, 2 Pet. 1, 21. ita etiam *non eſt cuiuslibet, ob adfectuum ſummam vehementiam, interpretari prophetas, niſi Spiritum ſanctum doctorem habeat*, vt iterum l. c. rectisſime monuit *Lutherus*. „Valde tamen etiam prodeſſet ad verum intellectum, vt totius „Scripturæ, ſic & Ieſaiæ, probe noſſe varios caſus, motus & „conditiones, qui in animo hominis accidunt: ſiue a noſtra „propria malitia aut fragilitate, vt ſunt varii prauique adfectus, „vel cupiditatum, vel timiditatis; ſiue a prauo ſpiritu, nos va„rie tentante, cribrante & adfligente: tum & a Spiritu conſo„lan-

Adfectus Ieſaiæ in lectione eius obſeruandus, & imduendus.

Hebr. lib. 3. c. 7. *Inter eos vates, qui de Meſſia ſcripſere, perquam diſertus eſt Eſaias. Oratio eius, erudita vbique & maieſtatis plena, facile oſtendit, qua eſſet natus origine. Vir enim nobilisſimus, & Principum conſanguinitate clarus, artes omnes ſcientiasque didicerat, quibus ingenia ad magnæ fortunæ cultum excitantur. Liber autem eius non tam vaticinia continere, quam Euangelia videtur. Res eſſe pridem geſtas, non futuras putes.*

z) Sirac. 48, 22. Ἡσαΐας ὁ προφήτης ὁ μέγας ϗ πιστὸς ἐν ὁράσει Κυρίου. *Ioſephus* A. I. lib. 10. c. 3. ὁ προφήτης ὁμολογουμένως θεῖος ϗ θαυμάσιος τὴν ἀλήθειαν.

a) *Iſidorus Peluſiota* lib. 1. epiſt. 43. ὁ διορατικώτατος *perſpicacisſimus Eſaias.* & ibid. epiſt. 366. Ἡσαΐας τῶν προφητῶν σαφέστατος, *omnium apertisſimus.*

"lante. Quare quemadmodum in Scripturis obseruáre oportet "mutationes temporum & personarum, ita & in eisdem operæ "pretium est, obseruare frequentes *mutationes adfectuum & passio-"num*, secundum vicissitudinem Spiritus S. euntis & redeuntis, "ac hominis animam multifariam visitantis. -- Multum con-"ducit ad intellectum Scripturarum, si lector consideret, alia di-"ci sciscitantis seu percunctantis animo, alia vero admirantis, "alia deprecantis, alia gratias agentis, alia peccata deplorantis "adfectu. *Scripturam vtiliter legis, si vniuscuiusque sancti loquen-"tis adfectu induaris*; vt bene scribit *Flacius* in Claue Script. Part. II p. 43 §. 21.

Parallelismus attendendus in historicis.

§. XII. Præterea conferendi ante omnia sunt *libri historici*, & eorum præsertim *Regum historia*, quorum expressa in titulo huius libri mentio fit. Nam vt *Abarbanel b*) monuit, sunt *posteriores Prophetae quasi rami priorum*; & in Iesaia ac reliquis ea omnia supponuntur, quæ in prioribus, vel Prophetis vel historicis, de vtriusque reipublicæ & ecclesiæ statu tractata fuerunt. Ideoque, vt incipientium commodo consuleremus, succinctam *status in Iuda*, tempore Iesaiæ, *descriptionem*, a D. *Augusto Varenio* in Prodromo Iesaiano p. m. 13. seq. ex 2 Reg. XIV--XXI. & 2 Par. XXVI-XXXII. capitibus collectam, hic statim subiungere voluimus.

Status in Iuda tempore Iesaiæ

sub Amatsia,

1. *Stabat* nimirum *regnum Iuda sub AMATSIA, Idumæorum victore, gloriosum; at illo, insolenti ex tot victoriis animo, belli signum efferente, & prouocante suadentem meliora Israelis Regem, dum infelicissime pugnatur, factum vt parum a funere abesse videretur sceptrum Iuda. Capta ipsa metropolis, diruti amplo spatio muri, thesauri sacris pariter & profanis locis erepti, cæsi sine numero. Rex ipse non diu post a coniuratoribus Hierosolymitanis trucidatur.*

sub Vsia,

2. *Successit Rex ASARIAS, sub quo status ille luctuosus in gloriosiorem paullatim enitebatur, iamque in fastigio stabat splendoris regii. Rex ipse VSIAS s. Asarias Arabibus, Philistinis, Ammonitis, aliisque nationibus bello victis, expugnatis editissimis illarum gentium castellis, nominis pariter ac armorum terrore per ipsam Ægyptum circumlato, triumphator magnificus, tot gentibus tributariis imperator factus, id magno opere egit, vt illa calamitas Hierosolymitana sub Patre, admirabili aliqua temporum emendatione insigniretur. Exædificantur Hierosolymis turres; munimenta stupenda mo-*

b) Comment. in Prophetas posteriores fol. 1. a. Conf. iterum laudatam supra *Lutheri Præfationem*.

lis & artis. Extra vrbem sanctam hinc inde fortalitiis & castellis firmissimis exaggerandis, ad intercludendos hosti futuro similes aditus, opera summa impenditur. Florida omnia. Virorum praeterea pacis belliqueartibus incomparabilium copia. In castris numerabantur (præter 2600 duces, vid. 2 Par 26,12.13.) *trecenta & septem millia & quingenti* (307500) *bellatores. Ita status regni & Regis in gloriæ mundanæ fastigio. Et regni quidem status mansit pro tempore inclutus, ipsius autem Regis luctuosus: dum sceptro destinatus, sacris ex insolentia sese obtrudit, vim etiam elata manu minatus sanctissimis monitoribus, simul sacerdos esse parat, fit leprosus, & eiicitur templo cum fremitu, impurus vsque ad mortem.*

3. Mansit tamen Leo Iuda, seu ipsum regnum in flore sub IOTHAMO successore, Rege Amatsia & Vsia nec pietate, nec bello, nec gloria regni minore. Rebellionem parabant Ammonitæ, sed redigebantur in ordinem felicibus vbique armis Iothami. In mœnibus magis exaggerandis, turribus, palatiis, vrbibus, castellis siue fundandis, siue amplificandis, id Rex agit, vt Patris laudem si non superet, certe exæquet. Ita & hic splendida, & quæ sæculo habentur gloriosa, in summo gradu. *sub Iothamo,*

4. Successit Iothamo ACHAZ, rex impietate nullo minor, & cum illo adeo noua calamitas. Pangunt sociale fœdus bellicum Retzin & Pecah; *ille Syriæ, hic Ephraimitici regni s. Israelis Rex: qui, etsi in turbulento hactenus (per carnificinas Regum & succesfiones cruentas sine lege, nisi quam parricidium armabat) imperio Rex, armis tamen in Iuda felix fuit. Fit per Iudæam omnem strages & ruina ingens.* Cadunt ex castris Iuda vno prælio 120 mille bellatores, *quos gladius absumit:* capitur viduarum *(tales enim bellum fecerat)* & puerorum ac puellarum numerus mixtus ad 200000, *qui tamen ex commiseratione victoris, consilio prophetæ, domum remittitur.* Obsidetur vrbs sancta. *Fiunt iam in castris,* de eradicanda domo Davidica, *& dando alio successore, atrocia senatus consulta. Rex Achaz, re desperata (ita enim videbatur, nequicquam contra, fidem Immanuelis inculcante Propheta) adorat deos opitulatores Assyrios, auro argentoque ex thesauris regiis ac* *sub Achaso,*

sacris

ſacris ſine diſcrimine ſumto. Expugnatur ab Aſſyrio Damaſcus, retrahitur Syrus. Sed, dum it Damaſcum Ahazus opitulatori gratulaturus, per aram Damaſcenam & profanisſimum Vriam, *fit ſacrilegus Templi profanator, & cultus reformator ſceleratisſimus; quia ad ſcelera omnia expromtus eſt ſacerdos.*

ſub Hiskia, *5. Succedit Rex magis ſceptro dignus, & hactenus Dauidi proximus, ceteris omnibus maior, & temporum nouus emendator,* CHISKIAS; *qui a reformatione ſolemni regimen auſpicatus, paſchali etiam ſolemnitate publicata, & ad illam per oratores legatos conuocatis Iſraelis regni reliquiis, tantum pietatis & ſancti regiminis exemplum dedit, quantum antecesſorum Regum nullus. Rediit ita facile gloria externi ſtatus ſatis ſplendidi, niſi interceſſiſſet* captæ anno Chiskiæ ſexto ab Aſſyrio Salmanaſſare Samariæ, Regis vltimi Hoſeæ, & Iſraelis *deportati lamentabile ſpectaculum; cuius cauſſæ in Manifeſto Dei, velut programmate publico, intimantur 2. Reg. 17, 7-24. Succesſit calamitas noua, etſi euentu illi ipſi, qui intulit, pasſiua. Noluit Chiskias ſceptrum Iuda vaſallagio Aſſyriis obligari, quod ſtipulatus erat Pater. Belli cauſſam id interpretatus* Aſſyrius Sennacheribus anno 14. Chiskiæ *iuit in Iudæos, conſilio eodem, quo anteceſſor paucis annis ante in Iſraelis X. tribus.* Ruit alto a culmine Iuda. Triſtis vbique pauor, & plurima mortis imago. *Occurrit Chiskias auri argentique talentis, cum lacrimis etiam, deprecaturus & auerſurus tyrannum; ſed ſagax ille accipit aurum, æque implacabilis. Mittit ad vrbem quinque oratores blasphemos. Nihil armorum, præter officium precum, ſupererat. In has totus effuſus Chiskias expertus eſt, interprete Eſaia, quamdiu tales ſuperſint precatores, inuictam vrbem, nec victorem fore tyrannum, ſed cum filiæ Sionis iubilis, ſuperiori manu extemplo tollendum. Fit* ſtrages Angelica. *Vnus Angelus cædit bellatores hoſtes 185000. Hinc triumphus Hieroſolymorum & Iſraelis iam tum captiui. Succesſit beneficium beneficio, miraculum miraculo, in Chiskia ſanato, annis vitæ aucto, & ſigno dato; hoc vno infelix, & oſtendens, quam ſibi relictus homo miſer ſit, quod gratulatoribus ex vrbe Babylone adfectu humano nimis indulſerit: vnde vltimo ab Eſaia noſtro de arcanis hactenus cæli iudiciis informandus fuit. Hic Eſaias,*

Orator apud Reges in scripturis notatus, desinit. Finimus & nos, vsum huius tituli in sequentibus ostensuri. Sufficit vnum exempli loco monuisse: sine illis, quæ thesi 1. diximus, intelligere nemo potest caput Esaiæ primum, sine illis, quæ thesi 2. & 3. diximus, probe intellectis, nemo caput 2. 3. 4. 5. 6. Eadem sequentium ratio. Hactenus verba Varenii & descriptio rerum Iudaicarum *ex historicis* Regum & Paralipomenon libris facta.

Nec tamen negligendi sunt etiam *Prophetæ*, qui Iesaiæ vel σύγχρονοι, vt supra §. VI. diximus, vel & *posteriores*, ea nonnunquam referunt, quæ a Iesaia in specie non memorata fuerunt; vt sunt inter horrenda DEI iudicia horribilis ille *terræ motus*, Amos 1, 1. Zach. 14, 5. *locustarum strages*, Ioel 1. & 2. item *calamitas ignis*, Am. 7, 4. s. *maximæ siccitatis*, Ioel 1, 20. cum qua commixtæ fuerunt terribiles flammæ de cælo decidentes, vt olim in Aegypto, Exod. 9, 23. per quas & *ciuitates* quædam *euersæ* sunt, sicut Sodoma & Gomorrha, Am. 4, 11. Esa. 1, 7. 9. &c. Immo non tantum libri historici antecedentes, *Regum* & *Paralipomenon*, item *Iosuæ*, *Iudicum* & *Samuelis*, tanquam fundamentum eorum, quæ in Prophetis dicuntur, conferendi; sed & *Mosis scripta* perpetuo, quasi in animo & ante oculos habenda sunt: ex his enim velut oceano Sir. 24, 23. seqq. cetera omnia hauriuntur. Sic euidentissime Iesaias statim c. 1, 2. ad Deut. 4, 26. & c. 32, 1. item ad Exod. 4, 22. respicit; vt plura omittamus. Nec minus, vt modo dictum, legendi sunt sequentes Prophetæ & *reliqui V. T. libri*: qui omnia ea euenisse Iudæis ostendunt, quæ ab Esaia in nomine Domini prædicta fuerunt. Inprimis quoque diligenter cum Iesaia conferendum est *N. Testamentum*, quod ad hunc frequentissime respicit, & in *S. Apocalypsi* vltimum eius ceterorumque vaticiniorum complementum tradit. *Scopus enim principalis*, vt totius Scripturæ, sic *Iesaiæ*, *CHRISTVS est*, Act. 3, 24. c. 10, 43. per quem, vt omnia facta sunt, ita ad eum etiam, tanquam caput & fundamentum Ecclesiæ suæ, cuncta huius referuntur.

Parallelismus in Prophetis, Mose & N. Test. siue vniuersa Scriptura: cuius Scopus principalis.

§. XIII. Ex hoc perspiciet quisque cum *B. Hieronymo c)* quanti laboris sit, Prophetas intelligere; quamque necessarium, quod B. *Lutherus* monebat, Spiritus S. gratiam & auxilium exorare. *Quo enim Spiritu Scripturæ factæ sunt, eo Spiritu legi desiderant, ipso etiam intelligendæ sunt*, &c. vt aureum habet *Bernhardi* s. *Gui-*

Difficultas in libris propheticis.

c) Verba eius sunt in Præf. translationis iam supra §. VII. allegata: *Nec ignoro, quanti laboris sit, Prophetas intelligere; nec facile quempiam posse iudicare de interpretatione, nisi intellexerit ante, quæ legerit,*

f. *Guilielmi Abbatis* consilium in epistola ad fratres de monte Dei, p. m. 1749. Vnde nec ita facile quispiam iudicare poterit de vera interpretatione, nisi qui per *Spiritum veritatis* & res diuinas probe intellexerit, & in Scripturis ac lingua Hebraica non leuiter fuerit versatus, animumque habuerit ipso vsu subactum. Quare incipientibus Iesaianæ scholæ studiosis magnopere suademus, vt post probe perlectam vernaculam eius versionem, & haud supine institutam Fontium Hebraicorum in Mose & historicis libris degustationem, docentem cum illo Eunucho Act. 8, 31. circumspiciant, qui viua verborum & phrasium declaratione viam in difficilibus sternat *d*), ipsasque res, quas tractat Iesaias, indicato parallelismo Scripturæ, & attenta perpetuæ praxeos in Ecclesia obseruatione, breuiter illustret.

Monitum de adnotatis nostris.

§. XIV. Nos pro instituti ratione adnotauimus in scholiis nostris non tam ea, quæ præstantissimi commentatores, vt ex nostris sunt B. *Lutherus*, *Brentius*, *Varenius*, *Dorscheus*, *Calouius* & *Schmidius*, cet. copiose suppeditare poterant, vt veteres & Orientales taceamus, quos hic parcius attigimus; quam quæ haud supine instituta lectio textus, & scripturarum collatio suggessit: neque tamen omnia, quæ habuimus, sed quæ chartæ angustia admisit. In qua collatione locorum quod ad rem parallelorum (alia enim verba & phrases potissimum respiciunt, quædam & rem & phrasin eandem exhibent) animaduertendum diligenter erit, quomodo eadem materia, alibi in Scripturis tractata, cum Iesaia congruat, siue *historia* cum eadem alibi narrata vel allegata, siue *sententia* cum eadem alibi obuia, vel *typus* aut *symbolum* cum antitypo alibi euoluto, seu *parabola* cum expositione alibi facta, seu *prophetia* cum complemento alibi descripto, & contra. Sic facile diuinas sanctissimi huius vatis virtutes, & vberrimum laboris sui fructum percipient, qui eamdem nobiscum diligentis scrutinii viam ingredi voluerint, de virtute in virtutem ex eo proficientes. Tum vero familiares quodammodo cum ipso sacro oratore facti, in confirmationem veritatis, non

d) *Hieronymus* epist. CIII. ad Paulinum cap. II. *Habet nescio quid latentis energiæ viua vox, & in aures discipuli de auctoris ore transfusa fortius sonat.* Plinius Lib. II. Epist 3. ad Nepotem: *Dices, Habeo hic, quos legam, non minus disertos. Etiam: sed legendi semper occasio est, audiendi non semper. Præterea multo* magis, *vt vulgo dicitur*, viua vox afficit. *Nam licet acriora sint quæ legas, altius tamen in animo sedent, quæ pronunciatio, vultus, habitus, gestus etiam dicentis adfigit. -- Quæ omnia huc tendunt, vt audias Isæum* (Isaiam); *vel ideo tantum, vt audieris.*

non ſine iudicio & proprio ſenſu in vſum ſuum adhibere poterunt, quæ ex aliorum induſtria in communem vſum elaborata ſunt.

Finis in lectione Ieſaiæ obſeruandus.

§. XV. Hoc ergo vos facite, ſacrarum litterarum ſtudioſi, & Ieſaiam hac mente cognoſcite, *vt reportetis finem fidei veſtræ, ſalutem animarum: de qua ſalute exquiſiuerunt & ſcrutati ſunt Prophetæ, qui de ventura in vos gratia vaticinati ſunt, ſcrutantes, ad quem, aut cuiusmodi temporis articulum ſignificaret, qui in illis erat* SPIRITVS CHRISTI, *qui, priusquam acciderent, teſtabatur venturas in Chriſtum adflictiones, &, quæ has ſecuturæ eſſent, glorias; quibus & illud reuelatum eſt, quod haud ſibi ipſis, immo* nobis *miniſtrarent hæc.* &c. 1 Petr. I, 9. ſeqq.

Μηδεὶς δὲ πολυπράγμων εἰσίτω !

LIBER IESAIAE,

LIBER
IESAIAE,
Hebr.
ישעיהו

De argumento huius libri ita *Hieronymus*: Quidquid sanctarum est Scripturarum, quidquid potest humana lingua proferre, & mortalium sensus attingere, isto volumine continetur. Attamen, si paucis verbis summam & argumentum Esaiæ explicare volueris, vno *Pœnitentiæ* vocabulo omnia dices. Docuit enim, quod fuit omnium Prophetarum officium, sese a via sua mala auertere, & in futuro Messia veniam peccatorum quærere atque æternam salutem. vide præfat. nostram §. 7.

CAP. I.

הפטרת אלה הדברים

א חֲזוֹן יְשַׁעְיָהוּ בֶן־אָמוֹץ אֲשֶׁר חָזָה עַל־יְהוּדָה
וִירוּשָׁלִָם בִּימֵי עֻזִּיָּהוּ יוֹתָם אָחָז יְחִזְקִיָּהוּ
2 מַלְכֵי יְהוּדָה׃ שִׁמְעוּ שָׁמַיִם וְהַאֲזִינִי אֶרֶץ כִּי יְהוָה דִּבֵּר
3 בָּנִים גִּדַּלְתִּי וְרוֹמַמְתִּי וְהֵם פָּשְׁעוּ בִי׃ יָדַע שׁוֹר קֹנֵהוּ
וַחֲמוֹר אֵבוּס בְּעָלָיו יִשְׂרָאֵל לֹא יָדַע עַמִּי לֹא הִתְבּוֹנָן׃
4 הוֹי ׀ גּוֹי חֹטֵא עַם כֶּבֶד עָוֺן זֶרַע מְרֵעִים בָּנִים מַשְׁחִיתִים
עָזְבוּ אֶת־יְהוָה נִאֲצוּ אֶת־קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל נָזֹרוּ אָחוֹר׃
ה עַל־מֶה תֻכּוּ עוֹד תּוֹסִיפוּ סָרָה כָּל־רֹאשׁ לָחֳלִי וְכָל־
6 לֵבָב דַּוָּי׃ מִכַּף־רֶגֶל וְעַד־רֹאשׁ אֵין־בּוֹ מְתֹם פֶּצַע
וְחַבּוּרָה וּמַכָּה טְרִיָּה לֹא־זֹרוּ וְלֹא חֻבָּשׁוּ וְלֹא רֻכְּכָה
7 בַּשָּׁמֶן׃ אַרְצְכֶם שְׁמָמָה עָרֵיכֶם שְׂרֻפוֹת אֵשׁ אַדְמַתְכֶם
לְנֶגְדְּכֶם זָרִים אֹכְלִים אֹתָהּ וּשְׁמָמָה כְּמַהְפֵּכַת זָרִים׃
8 וְנוֹתְרָה בַת־צִיּוֹן כְּסֻכָּה בְכָרֶם כִּמְלוּנָה בְמִקְשָׁה כְּעִיר
9 נְצוּרָה׃ לוּלֵי יְהוָה צְבָאוֹת הוֹתִיר לָנוּ שָׂרִיד כִּמְעָט
כִּסְדֹם הָיִינוּ לַעֲמֹרָה דָּמִינוּ׃
י שִׁמְעוּ דְבַר־יְהוָה קְצִינֵי סְדֹם הַאֲזִינוּ תּוֹרַת אֱלֹהֵינוּ עַם
11 עֲמֹרָה׃ לָמָּה־לִּי רֹב־זִבְחֵיכֶם יֹאמַר יְהוָה שָׂבַעְתִּי
עֹלוֹת אֵילִים וְחֵלֶב מְרִיאִים וְדַם פָּרִים וּכְבָשִׂים וְעַתּוּדִים

לא

CAP. 1, ℣. 1. Titulus & diuisio libri generalis. *a) Visio Prophetica*. cf. Gen. 15, 1. Num. 12, 6. 1 Sam. 9, 9. 1 Par. 9, 22. c. 21, 9. *b)* q.d. *Dominus saluabit*. Ef. 35, 4. ipso nomine *IESVM*, verum *salutis cornu* Luc. 1, 69. præfigurabat. *c)* vid. Præf. §. 3. *d)* Am. 2, 1. *e)* eaque occasione de Israelitis, Syris, Assyriis, Babyloniis, Moabitis &c. *f) & inprimis* de Hierosf. sic ו c. 2, 1. Gen. 7, 21. Marc. 16, 7. *g)* qui *Asarias* dicitur 2 Reg. 15, 1. seqq. Eius etiam priora & posteriora facta Esaias descripsit 2 Par. 26, 22. *h)* cf. 2 Reg. 15, 32. *i)* c. 7, 1. 2 Reg. 16, 1. *k)* 2 Reg. 18, 1. Conf. Præfat. nostram §. 4. & 12. & lectu dignissimam *Præfationem Lutheri* §. 1. 2.

℣. 2. *l)* Exordium emphaticum respicit ad Deut. 32, 1. cf. Mich. 1, 2. Ps. 50, 4. *m)* Deut. 31, 28. Ier. 2, 12. 13. *n)* respicit Deut. 4, 26. *o) ipse Dominus!* v. 20. c. 21, 17. *p)* Incipit querela de malitia Iudæorum, & respicit Ex. 4, 22. Deut. 32, 5. 15. coll. c. 14, 2. *q) eduxaui*, enutriui. 2 Reg. 10, 6. Esth. 3, 1. *r) & exaltaui*. c. 23, 4. in spiritualibus Rom. 9, 4. 5. & temporalibus. cf. Ps. 80, 9-12. & Ps. 147, 20. item Mat. 11, 23. *s)* v. 29. vid. 1 Reg. 12, 19. 2 Reg. 1, 1. 2 Par. 10, 19. Hos. 7. 13. 14. LXX. vt Luc. 10, 16. 1 Thess. 4, 8. Ion. *rebellavunt contra Verbum meum*.

℣. 3. *t) bos & asinus*, quibus vix quidquam est stupidius. Comparatio epanorthotica. conf. Ier. 8, 7. *u)* Zach. 11, 5. *x) præsepe*, Gussetio *area*, in qua trituratur. (3) Prou. 14, 4. Iob. 39, 9. LXX. vt Luc. 2, 12. *y)* Ex. 21, 29. cf. not. 1 Sam. 25, 27. 2 Sam. 2, 5. *z)* c. 48, 2. Hos. 2, 2. ab illo Gen. 32, 29. plane alius. cf. not. 1 Sam. 6, 12. *a)* ignorantia plus quam brutali. Hos. 2, 10. Luc. 19, 42. Ier. 8. 7. *b)* Ex. 19, 5. 6. *c) non excitat, aut adplicat se ad intelligendum*, c. 52, 15.

℣. 4. *d) Va!* c. 5, 8. 11. in tempore Apoc. 9, 12. & æternum Mat. 18, 7. c. 23, 13. *e)* malitiose *peccanti*. c. 3, 9. *f)* populo *gravi seu onusto* iniquitate. (1) Gen. 18, 20. Ef. 24, 20. conf. 1 Reg. 21, 25. *g) semini malitiosorum* c. 9, 16. c. 14, 20. non Dei aut Abrahami &c. Mat. 3, 7. c. 12, 39. *h) perditoribus* Ier. 6, 28. *corrupte* & perdite omnia *facientibus*. Ex. 32, 7. cf. Mat. 23, 15. *i)* c. 65, 11. Hos. 4, 10. Omnia hæc præterita intelligenda cum continuatione præsenti, q.d. *dereliquerunt*, & pergunt derelinquere. *S. k)* cf. Ier. 2, 27. *l)* vid. Num. 14, 11. Deut. 32, 19. Ps. 10, 3. *m)* c. 5, 24. c. 6, 3. c. 30. 11. Redemtorem. *n) abalienarunt se*. Ez. 14, 5. *o)* cf. c. 59, 13. 14.

℣. 5. *p)* Ier. 2, 30. c. 5, 3. *q) quod addisis apostasiam*, defectionem & rebellionem c. 59, 13. Deut. 13, 6. Hos. 4, 16. Reprehenditur contumacia malitiosorum: q. d Quis furor, quod pergitis in malo? num amplius vultis percuti, quod additis præuaricationem. *S. r)* q.d. *in morbum* abiit. 2 Par. 21, 18. Depingitur autem Ecclesia Iudæa omni parte laborans, suisque fœda vitiis & maculis, ob regnans peccatum. cf. Gen. 6, 3. 5. Rom. 7, 18. &c. *s) languidum*. (3) Ier. 8, 18. Thren. 1, 22. cf. ibid. c. 5, 17. ℣. 6. *t)* Deut. 28, 35. Iob. 2, 7. *u)* cf. Leu. 13, 12. *x) integritas*. (2) Ps. 38, 4. *y)* sed *vulnus*. Gen. 4, 24. *z) & tumor* c. 53, 5. Ps. 38, 6. *a)* Ier. 10, 19. *b) humida*, saniosa & purulenta. (2) Iud. 15, 15. *c) expressa sunt*. c. 59, 5. Iud. 6, 38. Iob. 39, 15. *d) nec obligata*. c. 3, 7. c. 30, 26. Ez. 30, 21. Hos. 6, 1. *e) nec vllum emollitum est*. Py. (2) cf. c. 7, 4. *f)* Luc. 10, 34. ℣. 7. *g)* Ideo *terra vestra solitudo* s. *in solitudinem redacta est & erit* c. 61, 4. Respicit Leu. 26, 33. Extendenda hæc sunt vsque ad tempora Christi. *S. h)* 2 Reg. 25, 9. cf. Ef. 5, 5. Am. 4, 11. *i) alieni*, extranei hostes. Hos. 7, 9. *k) sec. euersionem*, sicut fit in euersione hostili, quam extranei faciunt. c. 13, 20. Deut. 29, 22. *l)* qualis fuit Romanorum c. 29, 5. Dan. 9, 26. cf. Ps. 137, 7. ℣. 8. *m)* i. e. *Hierosolyma*, a regia sede sic dicta. 2 Sam. 5, 7. *n)* Ion. 4, 5. Ps. 18, 12. *o) ficus tuguriolum*. (2) c. 24. 20. cf. c. 10, 29. *p) in cucumerario*, loco cucumerum. (1) cf. Num. 11, 5. *q) vix* ex reliquarum omnium excidio *seruata* c. 49, 6. c. 65, 4. al. *obsidione vastata*, a rad. צור. ℣. 9 *r) Nisi*. Gen. 31, 42. *s)* ex mera gratia *reliquisset*. Ier. 44, 7 Ez. 12, 16. *t)* Num. 21, 35. LXX vt Rom. 9, 29. *u)* cf. c. 17, 6. & vid. Ps. 105, 12. *x)* Gen. 19, 24. 25. Zeph. 2, 9. *y)* v. 10 Am. 4, 11. *z) similes essemus*, Cant. 2, 9. præsertim tempore N. T. ℣. 10. *a)* c. 48, 1. Hos. 4, 1. ne præter meritum hæc mala vobis contingere puteris. *b)* c. 3, 6. Ios. 10, 24. Mich. 3, 1. *c)* quia Hierosolyma tota corrupta & vitiis inquinata. cf. Deut. 32, 32. Apoc. 11, 8. Ez. 16, 46. *d)* de qua falso gloriabantur Ier. 8, 8. Rom. 2, 17. *e)* v. 9. Ier 23, 14. ℣. 11. *f)* Gen. 27, 46. *g)* si pœnitentia & fide destituuntur. 1 Sam. 15, 22. Ier. 6, 20. Hos. 6, 6. Am. 5, 22. *h)* Ps. 88, 4. *i)* c. 11, 6. vid. 2 Sam. 6, 13. *k)* Ps. 50, 9. 13.

℣. 9. ולעמרה cum præf. *Vau* 1. 3. sic su. 2. 5. ℣. 11. למה per *Makk*. 2. 5. 7. 8. 12. 13. 15. 16. 19.

12 לא חפצתי׃ כי תבאו לראות פני מי־בקש זאת
13 מידכם רמס חצרי׃ לא תוסיפו הביא מנחת־שוא
קטרת תועבה היא לי חדש ושבת קרא מקרא לא־
14 אוכל און ועצרה׃ חדשיכם ומועדיכם שנאה נפשי
טו היו עלי לטרח נלאיתי נשא׃ ובפרשכם כפיכם
אעלים עיני מכם גם כי־תרבו תפלה אינני שמע ידיכם
16 דמים מלאו׃ רחצו הזכו הסירו רע מעלליכם מנגד
17 עיני חדלו הרע׃ למדו היטב דרשו משפט אשרו
חמוץ שפטו יתום ריבו אלמנה׃
18 לכו־נא ונוכחה יאמר יהוה אם־יהיו חטאיכם כשנים
19 כשלג ילבינו אם־יאדימו כתולע כצמר יהיו׃ אם־תאבו
כ ושמעתם טוב הארץ תאכלו׃ ואם־תמאנו ומריתם
21 חרב תאכלו כי פי יהוה דבר׃ איכה היתה
לזונה קריה נאמנה מלאתי משפט צדק ילין בה ועתה
22 מרצחים׃ כספך היה לסיגים סבאך מהול במים׃ שריך
23 סוררים וחברי גנבים כלו אהב שחד ורדף שלמנים
יתום לא ישפטו וריב אלמנה לא־יבוא אליהם׃
24 לכן נאם האדון יהוה צבאות אביר ישראל
כה הוי אנחם מצרי ואנקמה מאויבי׃ ואשיבה ידי עליך
26 ואצרף כבר סגיך ואסירה כל־בדיליך׃ ואשיבה
שפטיך כבראשנה ויעציך כבתחלה אחרי־כן יקרא לך
27 עיר הצדק קריה נאמנה׃ ציון במשפט תפדה ושביה
28 בצדקה׃ ושבר פשעים וחטאים יחדו ועזבי יהוה יכלו׃
29 כי יבשו מאילים אשר חמדתם ותחפרו מהגנות אשר
בחרתם

l) Pf. 51,18. 19.
℣. 12. m) *Quando venitis*. c. 8,19. Gen. 4, 12. n) q. d. *vt videantur facies meæ*. Ex. 23, 15. c. 34, 23. 24. Pf. 42, 3. o) *calcare atria mea* c. 26, 6. Ez. 26, 11. cf. Am. 5, 21.
℣. 13. p) cf. c. 66, 3. q) *abominandus suffitus* illa mihi eft. cf. Leu. 26, 31. Prou. 15, 8. Pf. 16, 4. r) Leu. 23, 4. s) *ferre non possum* prauitatem & festas, quæ vos coniungitis. Pf. 101, 5. Hof. 8, 5. t) c. 10, 1. u) 2 Reg. 10, 20. Ioel 1, 14. cf. Num. 29, 35.
℣. 14. x) *nouilunia* Hof. 5, 7. y) Leu. 23, 2. 4. z) Pf. 21, 5. a) vid. Deut. 1, 12. b) *defeffus fum* c. 16, 12. Ex. 7, 18. Ier. 15, 6. c) *ferendo*. Ier. 44, 22. Pf. 69, 8. vel *condonando* Pf. 99, 8.
℣. 15. d) c. 25, 11. 1 Reg. 8, 38. Ier. 4, 31. Pf. 143, 6. e) 1 Sam. 12, 3. Ez. 22, 26. f) *Etiam fi, fi vel maxime* Hof. 8, 10. g) conf. 1 Sam. 1, 12. Mat. 6, 7. h) Ier. 14, 12. Ez. 8, 18. i) *quia manus veftræ* c. 59, 5. 2 Reg. 9, 7. k) Pf. 51, 16. Ez. 13, 37.
℣. 16. l) *Lauate vos*. Ex. 29, 4. Ier. 4, 14. 1 Cor. 6, 11. Præceptum eft Euangelicum, quod pœnitentiam & fidem, verumque & internum cultum poftulat: adeoque lotio non humanarum virium, fed diuinæ operationis cf. Act. 22, 16. m) *mundate vos* Hithp. (1) Pf. 73, 13. n) Pf. 28, 4. o) *ceffate* Pf. 34, 15. Pf. 37, 27. 1 Pet. 3, 11. p) 1 Sam. 12, 25.
℣. 17. q) Ier. 4, 22. c. 7, 3. r) *bonum facere* Ier. 13, 23. s) *dirigite*, in rectam viam reducite. c. 3, 12. t) *quod corruptum*, f. *eum*, qui fermento vitiorum *corruptus eft* (1) cf. Pf. 71, 4. u) *ius dicite* pro orphano v. 23. Deut. 24, 17. Pf. 10, 8. x) *cauffam agite* c. 51, 22. y) *viduæ*, quæ *loqui nequit*. Pf. 39, 3. pro tuendo iure fuo. Pf. 82, 3. 4.
℣. 18. z) *& difceptemus, demonftratione inuicem vtamur*. Mich. 6, 2. a) *ficut dibapha*. Ex. 25, 4. Prou. 31, 21. b) *albefcent* Pf. 51, 9. c) *fi rubuerint* Hiph (t) cf. Ex. 25, 5. d) *ficut purpura* f. *coccinum* (1) Thr. 4, 5. cf. Ex. 25, 4. e) *ficut lana* fc. *alba* f. *munda*, vt add. Ion. Cf. Pf. 147, 26. Refpici autem putant hoc verfu ad ritum Iudæorum, f. *particulam* illam *coccineam*, quæ ponebatur inter cornua ad frontem *hirci emiffarii* (de quo Leu. 16, 8. feqq.) & ad ianuam porticus Templi. Ea fi *albefceret* poft hircum emiffum, lætati admodum funt, & fignum ipfis fuit remifforum peccatorum. Id vero cum aliis *defiiffe quadraginta annis ante Templi defolationem* (a morte fcil. Chrifti) ipfi tradunt in Codice *Ioma* fol. 39. b. cf. *Buxtorff*. de Abbreuiat. p. m. 218. feqq. *Lundius* p. 1038. aliique.
℣. 19. f) Prou. 1, 29. g) Gen. 45, 18. 20. h) cf. c. 55, 2.
℣. 20. i) Gen. 39, 8. Ier. 5, 3. k) c. 3, 8. c. 63, 10. Thr. 1, 18. l) *gladio* c. 31, 8. Deut. 32, 42.

עד כאן

Ier. 14, 12. m) v. 2. c. 40, 5. qui fallere nefcit Num. 23, 19. Ion. *quia Verbum Domini ita decreuit*. ℣. 21. n) Thr. 1, 1. Cum parum fe proficere videret, fœdiffimam corruptionem fecum deplorat Propheta. o) Leu. 17, 7. Ier. 2, 20. Ez. 16, 15. c. 23, 45. Hof. 1, 2. Apoc. 17, 1. p) *vrbs* Hierofolyma c. 22, 2. Deut. 2, 36. q) olim *fida* Deo v. 26. Hof. 12, 1. cf. Num. 12, 7. r) *plena* quondam. *Iod parageg*. ex adfectu, vt Thr. 1, 1. s) *noctesque diesque* in ea *manebat* &c. Iob. 19, 9. Cant. 1, 13. t) cf. 2 Reg. 6, 32. Ier. 7, 9. Mat. 23, 37.
℣. 22. u) *in fcorias* v. 25. Ez. 22, 18. cf. Thr. 4, 1. x) *potus tuus* & doctrina (2) Hof. 4, 18. y) *mixtus* f. *adulteratus* eft (1) ℣. 23. z) c. 30, 1. Hof. 9, 15. a) Ier. 7, 9. Pf. 50, 18. Prou. 29, 24. b) c. 5, 23. Ez. 22, 12. Mich. 3, 11. c) cf. Mich. 7, 2. d) vid. v. 17. e) c. 10, 2. f) Ier. 5, 28. Zach. 7, 10. ℣. 24. g) c. 3, 15. Num. 24, 3. 2 Sam. 23, 1. h) c. 3, 1. c. 10, 16. Ex. 23, 17. i) *Iehouah* Deus *exercituum* 2 Sam. 5, 10. 1 Reg. 19, 14. k) *fortis, potens*, omnipotens Deus c. 49, 26. l) 1 Reg. 13, 30. m) *confolabor me* Ez. 5, 13. i. e. efficiam, vt ceffet animus meus ægritudine adfici & indignari, vt extet in iis demonftratio iuftitiæ & fanctitatis meæ. *Cocc. Lex*. 493. n) Iud. 15, 7. c. 16, 28. Ier. 46, 10. ℣. 25. o) *Conuertam enim* Am. 1, 8. Pf. 81, 15. p) *igne excoquam* Pf. 66, 10. Ier. 6, 29. cf. Iud. 7, 4. ὀ. πυρώσω. 1 Petr. 4, 12. q) S. *ficut fmegmate* Iob. 9, 30. al. *ficut puritatem*, h. e. puriffimum aurum. Pf. 18, 21. cf. Mal. 3, 2. 3. r) v. 22. improbos puta. s) *ftanna tua* (5) Ez. 22, 18. *feparanda* ab auro & argento. hypocritas. ℣. 26. t) Etfi tales fuerunt *Zerubbabel* & *Nehemias* &c. recte tamen fcribit *Kimchi*: hoc fiet tempore Meffiæ. cf. Mat. 19, 28. u) Ier. 33, 7. cf. Mich. 4, 8. 9. Ita poft Zedekiam, & reuerfi ex deportatione Babylonica, vixerunt. *Cocc. Lex*. p. 943. fed cf. Dan. 7, 22. Apoc. 20, 4. x) fcil. *nomen* Gen. 2, 23. np. reale, vt infra c. 7, 14. y) v. 21. cf. Zach. 8, 3. Apoc. 21. & 22. ℣. 27. z) Iufto *iudicio* c. 4, 4. c. 9, 6. quo Satanas & peccatum damnabitur Ioh. 16, 8. 11. Rom. 8, 3. 4. coll. c. 3, 26. a) Leu. 27, 29. cf. not. 1 Sam. 14, 45. b) S. *& reduces*, al. *conuerfi eius* c. 59, 20. c) per *veram* Chrifti *iuftitiam* c. 5, 16. 1 Cor. 1, 30. ℣. 28. d) *Sed confractio* c. 15, 5. e) *qui a Deo & Seruatore deficiunt* v. 2. c. 48, 8. f) *qui* conftanter *pergunt in peccatis* v. 4. c. 33, 14. 1 Ioh. 3, 8. 9. g) *vna fiet*. c. 18, 6. h) v. 4. c. 65, 11. i) c. 31, 3. Apoc. 19, 15. 21. ℣. 29. k) *a quercubus* c. 57, 5. c. 61, 3. l) *quas defideraftis*. c. 53, 2. m) *& erubefcetis* pudore fuffufi c. 24, 23. demiffis oculis, vt qui terram *fodiunt*. Apud Arabes radix hæc fcripta per *Hha* eft *fodere* & *fcrutari*, vt Hebr. Gen. 21, 30. Iof. 2, 2. 3. per *Cha* a. *pudore fuffundi*, vt h. l. n) c. 65, 3.

℣. 16. הזכו *milel* 1. 14. ℣. 21. משפט fic per *Rbbia* ℣. 8. 12. 13. 15. 16. 19. 21. at per *Sakephk*. reliqui. ℣. 22. לסיגים fic 1. 2. 3. 6. 9. 22. 23. fec. *Maf*. 1. & *Erff*. h. l. & *impr*. Prou. 25, 4. at לסגים *def*. & cum *Dag*. alti. ℣. 23. סוררים per *Chatephpat*. 1. 22. at *fo. defect*. 2. 3. & in marg. 6. 9. fec. *Maf. Erff*. ℣. 25. בבר per præf. ב loco כ 6. 9. in marg.

ל בחרתם׃ כי תהיו כאלה נבלת עלה וכגנה אשר־
31 מים אין לה׃ והיה החסן לנערת ופעלו לניצוץ ובערו
שניהם יחדו ואין מכבה׃

ב הדבר אשר חזה ישעיהו בן־אמוץ על־יהודה וירושלם׃
2 והיה באחרית הימים נכון יהיה הר בית־יהוה בראש
3 ההרים ונשא מגבעות ונהרו אליו כל־הגוים׃ והלכו
עמים רבים ואמרו לכו ונעלה אל־הר־יהוה אל־בית
אלהי יעקב וירנו מדרכיו ונלכה בארחתיו כי מציון
4 תצא תורה ודבר־יהוה מירושלם׃ ושפט בין הגוים
והוכיח לעמים רבים וכתתו חרבותם לאתים
וחניתותיהם למזמרות לא־ישא גוי אל־גוי חרב ולא־
ילמדו עוד מלחמה׃
ה בית יעקב לכו ונלכה באור יהוה׃ כי נטשתה עמך
6 בית יעקב כי מלאו מקדם ועננים כפלשתים ובילדי
7 נכרים ישפיקו׃ ותמלא ארצו כסף וזהב ואין קצה
לאצרתיו ותמלא ארצו סוסים ואין קצה למרכבתיו׃
8 ותמלא ארצו אלילים למעשה ידיו ישתחוו לאשר עשו
9 אצבעתיו׃ וישח אדם וישפל־איש ואל־תשא להם׃
י בוא בצור והטמן בעפר מפני פחד יהוה ומהדר גאנו׃
11 עיני גבהות אדם שפל ושח רום אנשים ונשגב יהוה
לבדו ביום ההוא׃
12 כי יום ליהוה צבאות על כל־גאה ורם ועל כל־נשא
13 ושפל׃ ועל כל־ארזי הלבנון הרמים והנשאים ועל כל־
14 אלוני הבשן׃ ועל כל־ההרים הרמים ועל כל־הגבעות

℣. 30. o) *sicut quercus.* c. 6, 13. p) *defluens*, decidens. c. 28, 1. 4. q) *foliis suis* c. 64, 5. Ier. 8, 13.

℣. 31. r) *fortis.* (2) Am. 2, 3. S. intelligit *idola.* s) *in stupam.* (2) Iud. 16, 9. t) *& factor*, al. *opus eius.* Ier. 22, 13. u) *in scintillam.* (1) Ez. 1, 7. x) *conflagrabunt* c. 10, 17. æternis flammis inferni. y) c. 43, 17. Ier. 4, 4. Am. 5, 6. Mat. 3, 12. Apoc. 19, 3.

CAP. II, ℣. 1. z) c. 1, 1. in confirmationem vaticinii præcedentis, de statu Ecclesiæ N. T. Spectat igitur hæc concio ad Iudæos tempore Prophetæ & tempore Christi, litteralis, & mystica s. symbolica.

℣. 2. a) Deut. 4, 30. Ier. 23, 20. Mich. 4, 1. Dan. 10, 14. mundi, & in primis politiæ Iudaicæ. S. Sic tempora Messiæ vocari solent, vt obseruat *Kimchi.* b) *confirmatus, stabilitus*, ita firmiter constitutus, vt portæ inferorum præualere non possint. de domo 2 Sam. 7, 26. de throno 1 Reg. 2, 45. de perfectione diei Prou. 4, 18. c) 2 Par. 3, 1. c. 33, 15. Ps. 24, 3. d) 1 Reg. 6, 1. e) *in summitate montium.* Ps. 72, 16. Ez. 43, 12. f) & eminentior, *sublimior erit*, v. 13. 14. c. 57, 7. g) vid. Ez. 40, 2. Apoc. 21, 10. h) *& confluent* c. 60, 5. Ier. 31, 12. i) cf. Ier 3, 17. Ioh. 12, 19.

℣. 3. k) cf. Mat. 8, 11. 12. Marc. 3, 6. seqq. Act. 2, 9. 10. Hinc illa panegyris Hebr. 12, 23. l) cf. v. 5. Ier. 31, 6. Hos. 6, 1. m) cf. Zach. 8, 21. 22. n) Ps. 122, 1. vbi Iesus quotidie docebat Luc. 19, 47. o) *vt doceat nos.* 1 Reg. 8, 36. *de viis suis* infr. c. 48, 17. Ps. 103, 7. p) v. 4. Hos. 14, 10. q) c. 26, 7. 8. Ps. 25, 4. 10. r) v. 2. c. 59, 20. Ps. 2, 6. Ps. 110, 2. cf. Act. 8, 1. 4. c. 11, 20. s) c. 51, 4. Ps. 19, 8. *doctrina* Euangelii s. *lex fidei* Rom. 3, 27. cf. Iac. 1, 25. t) vid. Act. 4, 31. c. 6, 7. &c. u) c. 37, 32. cf. Luc. 24, 47. Act. 8, 1. 4. 14. &c.

℣. 4. x) cf. c. 42, 1. c. 51, 5. iudicio doctrinæ Ioh. 8, 16. c. 16, 8. qua peccata arguuntur, pœnitentes absoluuntur, & impii damnantur. S. y) *idque demonstrabit* c. 11, 3. 4. z) *& cudent illi.* Mich. 4, 13. Ioel 4, 10. conf. Zach. 9, 10. Ps. 72, 7. a) *in ligones.* (5) 1 Sam. 13, 20. 21. b) *in falces s. cultros putatorios.* c. 18, 5. Mich. 4, 3. c) conf. c. 11, 9. Hos. 2, 20. Rom. 12, 18. Act. 4, 32. 1 Cor. 1, 10. Eph. 2, 14.

℣. 5. d) *o domus Iacobi!* c. 48, 1. Verba Prophetæ; secundum alios ex gentibus conuersorum ad Iudæos, Rom. 11, 11. e) v. 3. seria Iudæorum ad Messiam inuitatio. f) c. 60, 1. Ioh. 1, 5. c. 3, 19. c. 8, 12. c. 12, 35. Eph. 5, 8.

℣. 6. g) *nam* iusto iudicio *deseruisti, o Deus!* Iud. 6, 13. 1 Reg. 8, 57. 2 Reg. 21, 14. Ier. 12, 7. Am. 5, 2. ex iure talionis Deut. 32, 15. h) *domum* v. 5. cf. Matth. 8, 12. i) *nam repleti sunt* superstitione & idolis *ex Oriente* c. 9, 11. Orientales, vt viri docti obseruarunt, semper summopere dediti fuerunt cum incantationibus, tum etiam prædictionibus, futurique cognoscendi summa cupiditate flagrarunt, & præcognosci posse existimarunt. Vid. *Selden.* de Diis Syris Synt. 1. c. 2. *Stanleii* Phil. Or. libr. I. Sect. 2. c. 22. seqq. & *Clerici* not. ad Deut. 18, 11. k) *& augurantur ex nubibus* c. 57, 3. Ier. 27, 9. Mich 5, 11. cf. Deut. 18, 10. 14. l) ab Occidente. m) *& filiis alienigenarum*, h. e. gentilium superstitioni deditis. cf. c. 57, 3. 4. Ez 44, 7. n) *abundant*, al. *plaudunt* in iis, & acquiescunt. (2) 1 Reg. 20, 10. cf. Iob. 27, 23.

℣. 7. o) *Etenim repleta est* cf. v. 8. p) diuino indultu Hos. 2, 10. q) *nec finis*, aut modus est. Nah. 2, 10. c. 3, 3. 9. r) cf. 2 Par. 26, 5. seqq. s) c. 31, 1. Ps. 20, 8. cf. Deut. 17, 16. t) cf. Mich. 5, 9. seq.

℣. 8. u) *ideo repleta est idolis* v. 18. vt apud Israelitas Hos. 2, 10. c. 8, 4. c. 10, 1. x) Mich. 5, 12. Hos. 14, 4. y) *per summam insaniam.* cf. c. 44, 15. seqq. z) *ei idolo, quod fecerunt.* a) *digiti ipsius* c. 17, 8.

℣. 9. b) *Et idolis deprimit se homo* c. 29, 4. qui Deo tamen se non vult submittere. seq. v. 11. c) *& humiliat se quisque* c. 5, 15. c. 57, 9. d) *ne igitur condones illis, o Deus.* Gen. 18, 24. 26. Num. 14, 19. nisi scil. serio resipiscant, quod moneo. v. 10. cf. Num. 16, 15.

℣. 10. e) Resipisce igitur, & vera pœnitentia ductus, potius *ingredere in petram* v. 19. quam vt porro sis elato & obstinato aduersus Deum animo. cf. v. 19. f) *& abscondere.* Niph. (1) cf. Kal Gen. 35, 4. Ex. 2, 12. g) 1 Sam. 11, 7. 2 Sam. 17, 10. h) *& præ splendore* s. gloria *maiestatis* aut magnificentiæ *eius.* v. 19. 21.

℣. 11. i) *Quoad oculos* namq; superbiæ s. *altitudinis* (2) v. 17. *hominis* Ps. 101, 5. Ps. 131, 1. k) *humiliabitur* homo v. 17. Similis constructio 1 Sam. 2, 4. l) *& deprimetur* v. 17. Iob. 9, 13. m) quam Deus ferre non potest c. 10, 12. Prou. 21, 4. 1 Petr. 5, 5. cf. Es. 40, 4. n) *& exaltabitur Dominus* Messias v. 17. c. 33, 5. conf. Phil. 2, 10. 11. o) de quo v. 12. seqq.

℣. 12. p) cf. c. 13, 6. Ier. 46, 10. q) c. 1, 24. r) *elatum*, superbum. (2) Ps. 94. 2. Iob. 40, 11. 12. s) cf. v. 2. 13. c. 6, 1. t) *vt humilietur* v. 11. al. *& humilem*; coll. 2 Sam. 6, 22.

℣. 13. u) mystice *proceres* s. primarios populi c. 14, 8. x) conf. v. 2. 12. 14. y) *quercus Baschanis* Ez. 27. 6. Am. 2, 9. Zach. 11, 2.

℣. 14. z) regna eminentiora. cf. v. 2. c. 40, 4. c. 41, 15. Zach. 4, 7. Luc. 3, 5. a) conf. Mich. 6, 1.

℣. 30. עליה sic plene s. pluraliter 1. su. 2. 5. & sic in marg. 6. 9. contra *Mas.* 2. *impr.* & *Erff.* וכגנה ita 1. 2. at per *Sakephg.* 3. 13. su. 5. & per *Sakephk.* reliqui. CAP. II, ℣. 3. וירנו *def.* 3. 22. sic se. 1. sec. *Mas.* 1. & *Erff.* ℣. 4. ולא ילמדו ita 1. 3. ℣. 12. על per *Makk.* 1. 2. 3. sic su. 5.

טו הנשאות ׃ ועל כל־מגדל גבה ועל כל־חומה
16 בצורה ׃ ועל כל־אניות תרשיש ועל כל־
17 שכיות החמדה ׃ ושח גבהות האדם ושפל רום אנשים
18 ונשגב יהוה לבדו ביום ההוא ׃ והאלילים כליל יחלף ׃
19 ובאו במערות צרים ובמחלות עפר מפני פחד יהוה
כ ומהדר גאונו בקומו לערץ הארץ ׃ ביום ההוא ישליך
האדם את אלילי כספו ואת אלילי זהבו אשר עשו־
21 לו להשתחות לחפר פרות ולעטלפים ׃ לבוא
בנקרות הצרים ובסעפי הסלעים מפני פחד יהוה
22 ומהדר גאונו בקומו לערץ הארץ ׃ חדלו לכם מן־
האדם אשר נשמה באפו כי־במה נחשב הוא ׃

ג כי הנה האדון יהוה צבאות מסיר מירושלם
ומיהודה משען ומשענה כל משען־לחם וכל משען־
2 מים ׃ גבור ואיש מלחמה שופט ונביא וקסם וזקן ׃
3 שר־חמשים ונשוא פנים ויועץ וחכם חרשים ונבון לחש ׃
4 ונתתי נערים שריהם ותעלולים ימשלו־בם ׃ ונגש
ה העם איש באיש ואיש ברעהו ירהבו הנער בזקן
6 והנקלה בנכבד ׃ כי־יתפש איש באחיו בית אביו
שמלה לכה קצין תהיה־לנו והמכשלה הזאת תחת
7 ידך ׃ ישא ביום ההוא לאמר לא־אהיה חבש ובביתי
8 אין לחם ואין שמלה לא תשימני קצין עם ׃ כי כשלה
ירושלם ויהודה נפל כי־לשונם ומעלליהם אל־יהוה
9 למרות עני כבודו ׃ הכרת פניהם ענתה בם וחטאתם
כסדם

℣. 15. b) c. 30, 25. ab Vzzia magnifice structas 2 Par. 26, 9. 15. c) *murum*, resartum a ruptura 2 Reg. 14, 13. d) *munitum*. Deut. 3, 28. c. 28, 52. cf. Ier. 51, 58.

℣. 16. e) c. 23, 1. Ps. 48, 8. vid. 1 Reg. 22, 49. f) *imagines*. (1) cf. Num. 33, 52. g) *desiderii*. Ier. 25, 34. 2 Par. 32, 27.

℣. 17. h) S. *vt deprimatur superbia*. vid. v. 11. i) v. 11. 20.

℣. 18. k) *idola vero*. c. 10, 11. vid. Leu. 19, 4. l) *in totum*, *omnia*. Leu. 6, 15. 16. Deut. 13, 16. 17. m) *transibunt* & euanescent Ps. 90, 5. 6. per lucem Euangelii. cf. Mich. 5, 12.

℣. 19. n) *Et intrabunt* idololatræ pœnitentes v. 10. o) Iud. 6, 2. 1 Sam 13, 6. cf. Hos. 10, 8. Luc. 23, 30. Apoc. 6, 15. 16. p) *& in fissuras*. (1) cf. Iob. 30, 6.

℣. 20. r) *in die itaque illo* v. 11. 17. c. 11, 10. s) *abiiciet*. c. 30, 22. c. 31, 7. t) v. 8. 18. cf. Gen. 35, 4. u) *ad talpas*. (1) vna voce diuisim scripta, vt c. 61, 1. i. e. e summo loco, in quo eminebant, in tenebras detrudet. Prouerbialis locutio fuisse videtur, qua ad *talpas* & *vespertiliones proiici* dicebatur, quod erat plane despectum atque in summo contemtu. ¶ *Bochart. Hieroz.* Al. *ad fodiendum* (cf. not. c. 1, 29.) pro iis *foueas* (1) c. 24, 19. Al. cum Vulg. *vt adoraret talpas & vespertiliones*, vt dementes Aegyptii omnes bestias pro sacris habuerunt. x) Leu. 11, 19. Deut. 14, 18.

℣. 21. y) *in scissuras*. (2) Ex. 33, 22. z) c. 57, 5. Iud. 15, 8. 11. a) v. 10. 19. b) c. 33, 2. Ps. 8, 6. LXX. vt 2 Thess. 1, 9. c) v. 19. Ps. 10, 18.

℣. 22. d) *Desistite igitur*, o Iudæi, ab irritando. 2 Par. 25, 16. c. 35, 21. e) *ab homine illo* θεανθρώπῳ v. 11. c. 3, 1. cf. Ps. 2, 10. seqq. f) c. 30, 33. Ps. 12, 9. 16. Iob. 4, 9. quia non nudus homo est, sed talis, qui spirare potest ignem vindictæ in æternum; *Mains*. g) nam *pro quo reputatur ille?* c. 53, 8. cf. Ioh. 5, 26. 27. Act. 17, 31. Alii cum Chald. *Desistite ergo* Ex. 14, 12. 1 Sam. 9, 5. *ab homine superbo* v. 17. & impio v. 20. *qui naribus respirat* Gen. 7, 22. *Nam pro quo ille a vobis reputatur*, i. *quomodo* tanti habetur, vt in eo fiduciam collocetis? Nam & c. c. 3, 1.

CAP. III, ℣. 1. h) *Nam ecce*, quod non putastis. Respicit c. 2, 7. conf. Ier. 30, 3. Am. 6, 11. i) c. 1, 24. k) Messias a vobis malitiose spretus c. 2, 22. l) *ablatum est* v. 18

Cap. III.

bis & præ[illegible]ris; & si[illegible] destruet [illegible] fiducia vestram, t[illegible] respectu virorum, cuiuscunque ordinis, v. 1. seqq. quam fœminarum superbarum v. 16. seqq. m) i. e. *omnis generis fulcimentum* vestrum. (1) n) Leu. 26, 26. Ez. 4, 16. c. 5, 16. cf. 2 Sam. 22, 19.

CAP. XLII, ℣. 1. f) *Ecce!* c. 32, 1. q. s. Filium iam iam in carne sistere vellet. Continuatur enim concio, in solatium Iudæorum cap. 40. instituta & huc vsque producta. S. Est nimirum in hoc capite I. Messiæ præsentatio & commendatio. II. eiusdem vocatio & constitutio v. 5. III. Adplicatio dictorum pædeutica v. 10. & IV. Applicatio epanorthotica v. 18. *Dorscheus* duo obseruat: 1. promissionem Messiæ, 2. comminationem aduersus ingratos Iudæos v. 18. S. vero quinque partes facit: 1) Messiæ commendationem. 2) eiusdem celebrationem v. 10. 3) aduentum v. 13. 4) Cæcorum consolationem v. 18. & 5) Desperabundorum erectionem v. 22. sed vide notas ad v. 18. seqq. g) Loquitur Deus *Pater de Filio* Messia, vt v. 5. eumque *seruum suum* vocat respectu voluntariæ sponsionis & obligationis ad obedientiam & satisfactionem pro genere humano. confer c. 43, 10. c. 52, 13. Ps. 69, 18. Gal. 4, 4. 5. Phil. 2, 7. 8. Non enim (vt Lectio LXX. Interpretum habet) *de populo Israel*, qui hic *seruus Dei* ex fœdere *datus est* v. 6. nec de *Esaie Propheta* (vt Grotius male cum A. Esra censuit) qui illum prænunciauit, ipse vero elogiorum mensuram nunquam expleuit; multo minus *de Cyro*, vt R. Gaon voluit; sed de Christo h. l. intelligendum esse, docet aperte Matthæus c. 12, 18. & totus contextus. Et sic expresse Ion. *Ecce seruum meum Messiam* &c. Sic Kimchi, & cum illo Abarbanel ad h. l. qui omnes illos interpretes cæcitate percussos iudicat, quod non obseruauerint, textum hunc legitima ratione de alio, quam de Messia Filio Dauidis exponi non posse. h) *quem sustineo*; S. coll. Mat. 12, 18. *in quem incumbo animo*, nempe vt eum sustentem, fulciam & e morte rursus eripiam. cf. c. 33, 15. c. 41, 10. Ez. 17, 12. Ps. 41, 13. Ps. 63, 9. Prou. 28, 17. Notat *specialem sustentationem*, de qua Iob. 3, 2. c. 8, 29. Act. 10, 38. 2 Cor. 5, 19. Col. 2, 9. *Dorscheus*. i) *electus meus*. Mediator, & singularissime *dilectus* Filius. c. 43, 20. 2 Sam. 21, 6. Ps. 106, 23. k) S. *in quo beneplacitum habet anima mea* Ier. 14, 10. vid. Matth. 3, 17. propter generationem ab æterno Ps. 2, 7. incarnationem & expiationem hominum per oblationem corporis sui. Ps. 40, 8. 9. Ps. 110, 4. Eph. 5, 2. coll. Leu. 1, 3. 4. &c. l) Ion. *Spiritum meum Sanctum*. vid. c. 11, 2. c. 61, 1. 1 Ioh. 3, 34. m) v. 3. 4. confer c. 2, 4. c. 4, 4. c. 28, 17. c. 32, 16. c. 33, 5. c. 40, 14. c. 51, 4. *Iudicium* h. l. inquit S. est *ordo salutis* a Deo constitutus, iuxta quem Messias suum iudicium exercet tum in Ecclesia, tum in extremo die *h. e. ipsum Euangelium* Rom. 2, 16. n) non Iudæis tantum, sed etiam *gentibus*. v. 4. c. 49, 6. &c. o) *educet* s. *proferet* per Euangelii prædicationem. v. 3. vel vt Ion. *reuelabit*, sq. mysterium a sæculis absconditum Rom. 16, 25. 26. ℣. 2. p) *Non clamabit* contentiose, coll. Mat. 12, 19. q) *nec* cum strepitu aut pompa sæculari *extollet* sc. *vocem suam*, ex fine versus. confer v. 11. Num. 14, 1. r) c. 30, 30. s) confer c. 24, 11. c. 33, 11. t) confer Prou. 1, 20. & Mat. 11, 28. 29. Nempe Christus haud voluit acriter obiurgare aduersarios suos, sed placide eos omisit Mat. 12, 14. seqq. interdum tamen diuinis responsis cauillatores ad silentium adegit. *Gurtler*. Theol. Prophet. p. 388. seq. coll. Es. 29, 14. c. 44, 25. c. 45, 9. c. 49, 2. Ps. 45, 6. Iob. 5, 13. ℣. 3. u) *Arundinem quassatam*, *calamum contusum*. c. 36, 6. c. 58, 6. x) *non prorsus confringet*. c. 14, 29. y) *& linum*. c. 43, 17. Ex. 9, 31. z) *contractum*, *obscurum* & fumigans c. 61, 3 a) *non extinguet*. confer c. 40, 11 c. 43, 17. 2 Sam. 14, 7. Ion. *Humiles, qui similes sunt calamo quassato, non confringentur; & pauperes, qui sunt sicut linum obscurum, non extinguentur*. Sic *Dorscheo* aliisque ad h. l. conscientiæ, mole peccatorum territæ & in angustias deductæ, per arundinem quassatam & ellychnium fumigans depinguntur. Conf. Mat. 9, 12. 13. At *Gurtler* l. c. p. 389. §. 70. solet, inquit, vulgo calamus quassatus ac linum fumigans de *fide infirma*, a Domino non repudianda, intelligi; sed præter Esaiæ & Matthæi mentem: quia hic non agitur de suscipiendis infirmis fide, sed de tolerandis ad tempus IESV Christi hostibus Iudæis, interitui proxime vicinis. Conf. v. 2.

℣. 25. וַיַּאת per *Kamets* 1. 2. 5. 6. 9. 20. 23.

לֶאֱמֶת יוֹצִיא מִשְׁפָּט׃ לֹא יִכְהֶה וְלֹא יָרוּץ עַד־יָשִׂים 4
בָּאָרֶץ מִשְׁפָּט וּלְתוֹרָתוֹ אִיִּים יְיַחֵילוּ׃
כֹּה־אָמַר הָאֵל ׀ יְהוָה בּוֹרֵא הַשָּׁמַיִם וְנוֹטֵיהֶם רֹקַע ה
הָאָרֶץ וְצֶאֱצָאֶיהָ נֹתֵן נְשָׁמָה לָעָם עָלֶיהָ וְרוּחַ לַהֹלְכִים
בָּהּ׃ אֲנִי יְהוָה קְרָאתִיךָ בְצֶדֶק וְאַחְזֵק בְּיָדֶךָ וְאֶצָּרְךָ 6
וְאֶתֶּנְךָ לִבְרִית עָם לְאוֹר גּוֹיִם׃ לִפְקֹחַ עֵינַיִם עִוְרוֹת 7
לְהוֹצִיא מִמַּסְגֵּר אַסִּיר מִבֵּית כֶּלֶא יֹשְׁבֵי חֹשֶׁךְ׃ אֲנִי יְהוָה 8
הוּא שְׁמִי וּכְבוֹדִי לְאַחֵר לֹא־אֶתֵּן וּתְהִלָּתִי לַפְּסִילִים׃
הָרִאשֹׁנוֹת הִנֵּה־בָאוּ וַחֲדָשׁוֹת אֲנִי מַגִּיד בְּטֶרֶם 9
תִּצְמַחְנָה אַשְׁמִיעַ אֶתְכֶם׃ שִׁירוּ לַיהוָה י
שִׁיר חָדָשׁ תְּהִלָּתוֹ מִקְצֵה הָאָרֶץ יוֹרְדֵי הַיָּם וּמְלֹאוֹ אִיִּים
וְיֹשְׁבֵיהֶם׃ יִשְׂאוּ מִדְבָּר וְעָרָיו חֲצֵרִים תֵּשֵׁב קֵדָר יָרֹנּוּ 11
ישבי

& qui suspendit eos. r) qui expandit. c. 44,24. Ps. 135.

הפטרת בראשית

℣. 5. s) c. 22, 24. c. 34, 1. c. 48, 19. t) Gen. 2,7. c. 7, 22.

℣. 6. u) v. 8. c. 41, 17. x) vocavi te Messiam. Hebr. 5. 4. 5. conf. supra c. 41, 9. y) in iustitia vel pro iustitia; h. e. sec. S. vt doceas promissionum mearum iustitiam, eamque adducas. cf. c. 63, 1. Dan. 9, 24. Rom. 5, 19. Videtur ad id respici, quod omnino iustitia Dei requisiuerit Messiam. Mat. 3, 15. *Dorsch.* Conf. Rom. 2, 3. 4. z) *& apprehendam ac confirmabo manum tuam* in muneris tui administratione, vt feliciter cuncta expedias, & vincas. cf. c. 45, 1. c. 51, 18. Iob. 2, 10. a) *& custodiam te*, c. 27, 3. Ps. 40, 12. & hereditatem tuam Ps. 16, 5. 8. 10. 11. Hebr. 5, 7. b) *in fœdus populi* Iudaici: vt pacta & promissa, Patribus facta, per te præstentur & exhibeantur. cf. c. 49, 8. Gen. 17, 7. seqq. Ex. 24, 5. seqq. Deut. 29, 9. seqq. Rom. 9, 4 5. c. 15, 8. Act. 3, 25. c) & simul *in lucem gentium*. c. 49, 6. c. 60, 3. Luc. 2, 32. Act. 13, 46. 47. ℣. 7. d) *Ad aperiendum* s. *vt aperias* v. 20. c. 61, 1. cf. Ioh. 1, 9. e) *oculos* inprimis spiritualiter *cæcos*, vid. c. 35, 15. Mat. 11, 5. Iudæorum & gentilium infra v. 16. 18. cf. Eph. 1, 18. c. 4, 18. Ps. 146, 8. Rom. 11, 25. f) *vt educas e carcere*. Ps. 142, 8 g) c. 24, 22. h) *vinctos*, captiuos. (i) c. 10, 4. conf. Zach 9, 11. 12 Ioh. 8, 32. 36. Hebr. 2, 14. 15. i) *e domo claustri* vel *conclusionis*, i. e. e *carcere*. v. 22. 2 Reg. 25, 27. k) gentiles *in tenebris sedentes*. c. 9, 1. c. 49, 9. Luc. 1, 79. Col. 1, 12. ℣. 8. l) Deus Pater adhuc loquitur cum Messia, vt in præcedentibus v. 6. & sigilla qs. immo *iuramento* illa obsignat, *per nomen suum* gloriosum & laudabile *Iehoua*, quod *alteri*, qui non sit *natura Deus* Gal. 4, 8. *dare nolit*; ne in alio, quam in Iehoua, quisquam glorietur. *Maii* Oecon. p. 950. m) Ex. 6, 3. Hos. 12, 6. Am. 5, 8. cf. Ps. 48, 11. Ps. 111, 9. n) q. d. *Quam vere ego Iehoua sum*, quod summum est & maximum meum nomen, *tam vere gloriam meam* &c. Nam sic alibi etiam *Vau* inseruit iuramentis, v. c. Num. 14, 21. Ez. 35, 11. & simile iuramentum Messiæ factum est Ps. 110, 4. S. o) *alteri* extra me, *qui non sit Iehoua*. cf. Deut. 32, 17. 21. 27. Messias enim non est *alius* Deus, nec secundum diuinam naturam essentialiter, nec secundum humanam personaliter. *Maii* Oecon. l. c. Ideo namque Messias quoque *Iehoua* vocatur c. 45, 17. Deut. 33, 29. Ps. 118, 27. coll. *Ialkut* part. II. fol. 86. a. & *Targum Ionath.* ad Gen. 49, 18. *Midrasch Tillim* fol. 15. d. & fol. 27. b. *Zohar* ed. Cremon. fol. 63. col. 251. &c. item *Iehoua* Deus exercituum, coll. *Ion.* ad Es. 18, 5. & *Iehoua iustitia nostra* Ier. 23, 6. &c. Vt pluribus antiquitatis Iudaicæ testimoniis ostensum est a Cognato meo in *Dissert. de Nominibus Christi*, quam hac de re Lectoribus commendamus. p) c. 48, 11. q) v. 10. 12. r) conf. Ex. 20, 5. ℣. 9. s) *Priora*, c. 41, 22. c. 43, 9. c. 48, 3. quæ sc. vobis annunciaui. v. g. de possessione terræ Canaan, & nuper de clade Assyriorum. t) *ecce euenerunt* & facta sunt omnia. Ios. 21, 45. Iud. 13, 12. 17. u) *& noua*, inprimis de Messia v. 10 c. 48, 6. x) *ego* (non idola gentilium c. 41, 26.) vobis *indico*. conf. c. 43, 12. c. 44, 8. c. 45, 21. c. 46, 10. c. 48, 3. Alloquitur autem heic Deus Pater populum suum, vt patet ex fine versus. y) *antequam*. c. 7, 16. c. 28, 4. c. 66, 7. z) *efflorescant*. c. 43, 19. conf. c. 4, 2. c. 45, 8. 2 Sam. 23, 5. a) c. 43, 12. c. 44. 8. c. 48, 3. 5. 6. quod gentilium dii non possunt c. 41, 22. 26. crederetis itaque me vnum esse & verum Deum; atque hisce promissis vos sub adflictionibus erigeretis. *Schmidius*. Obserua namque, pie lector, quomodo Deus per Prophetam id sedulo agat inde a c. XL. ut muniat populum suum aduersus grauissimam illam tentationem, qua se relictos a Deo & prorsus reiectos putabant c. 40, 27. &c. adeoque Iehouam eatenus inanibus gentilium diis comparabant, quorum oracula sæpissime fallerent & promissa irrita essent. Certissime enim Messiam iusto tempore aducturum Deus sæpius confirmat, & opus redemtionis liquidissime describit. Castigationes autem Ecclesiæ & populi non ex odio Dei sed peccatis illius deriuandas esse docet c. 42, 23. seqq. &c. nec tamen ideo promissa Dei irrita fore ostendit, & a Babyloniis vastandos & adfligendos non solum restituendæ reipublicæ, vrbis & templi, sed amplissimi etiam ac gloriosi regni Christi spe solatur. Hinc superiora in sequentibus applicat vel ad doctrinam & vberiorem institutionem, vel ad errorum elenchum, vel ad morum & vitiorum epanorthosin, vel ad excitationem in pietate siue ad pædiam, vel etiam ad piorum consolationem. Sic iam proxime, quæ hactenus dicta sunt, v. 10. pædeutice, epanorthotice vero v. 18. seqq. applicantur. ℣. 10. b) *Cantate* itaque propter hæc noua beneficia a Messia expectanda. conf. c. 26, 1. c) *Iehovæ* & Messiæ Filio eius v. 8. 12. 13. d) conf. v. 9. c. 43, 19. Ps. 33, 3. Apoc. 5, 9. e) *laudem ipsius*. v. 8. 12. Hab. 3, 3. f) cantate etiam *ab extremitate terræ*. c. 5, 26. c. 43, 6. i. e. totus orbis, cui Messias Redemptor datus est. Mich. 5, 3. Ps. 2, 8. *Varenius* confert Mal. 1, 11. Ps. 113, 3. g) *descendentes in mare*, i. e. abeuntes *nauigaturi*. conf. Ion. 1, 3. h) *& plenitudo eius*, i. e. omnes illi, qui per totum mare hinc inde nauibus feruntur. S. Conf. Ps. 96, 11. Ps. 98, 7. 1 Par. 16, 32. i) v. 4. 12. c. 49, 1. ℣. 11. k) *Extollant* sc. *vocem*, vt v. 2. conf. c. 40, 9. Nah. 1, 5. l) *villæ, pagi*. Leu. 25, 31. Ios. 13, 23. Neh. 12, 29. m) quas inhabitat *Kedar*. Ion. *Arabes*. vid. c. 21, 16. & cf. Gal. 1, 17. n) *cantent*. c. 35, 6.

b) *ad veritatem*. non notat modum aut qualitatem iudicii, sed conuictionem conscientiarum, vt *veritas esse* agnoscatur. Hinc Mat. 12, 19. εἰς νῖκος, *ad victoriam*, vt per veritatem demonstratam triumphet iudicium. S. c) *proferet*, vt ipsi mandatum est v. 1. d) cf. c. 2, 4.

℣. 4. e) *Non hebescet* aut *caligabit*. (7) Gen. 27, 1. Deut 34, 7. Zach. 11, 17. Iob. 17, 8. ita vt ipse sec. Ion. *delassetur* aut deficiat animo (coll. infra c. 61, 3. Ez. 21, 7. & signif. verbi Arabica *imbecillis & pusillanimis fuit*;) aut instar cæci offendat & corruat: cum ipse sit Lux mundi Ioh. 8, 12. Vel: *Non obscure aut corrugata fronte* erga homines erit, coll. 1 Sam. 3, 13. *Schmidius* vero id reddidit transitiue: *Non* inquam *extinguet* linum fumigans v. 3 f) Varen. *nec discurret* ad gentes, coll. Mat. 15, 24. al. vt *Maii* Oecon. p. 950. *nec curret* præcepsque fugiet, perterritus diaboli & mundi potentia; coll. Ioh. 14, 30. &c. Ion. *nec defatigabitur*. Sed S. *neque confringet* calamum quassatum v. 3. a וְיָרוּץ vt *inf*. hud Ps. 91, 6. a שדד. g) *donec*, non notat hic terminum sed finem intentum. *Dorsch.* Conf. Hos. 10, 12. h) *disposuerit*, *constituerit*. c. 28, 17. Ion. *donec direxerit*. i) *in terra*; primum Iudaica, deinde etiam in gentibus. k) *iudicium illud*. v. 1. 3. cf. c. 11, 3. 4. l) *nam doctrinam eius*. v. 20. c. 2, 3. c. 51, 4. m) *insulæ*. v. 10. 12. c. 41, 1. & reliquæ *gentes*. Mat. 12, 21. n) *expectabunt*. c. 51, 5. eamque cupide accipient. cf. Act. 16, 9. c. 13, 41. 48. c. 28, 28, &c.

℣. 5. o) *Deus Pater* ad Filium, quem vocat & confirmat in officio & ad iudicium, de quo dictum v. 1. p) c. 40, 22. Gen. 1, 1. q) c. 42, 22. Ion.

CAP. XLII, ℣. 6. וְאַחְזֵק sic per Chateph pat. 1. 2. 3. ℣. 7. עִוְרוֹת *Vau* per *Dagesch* 1. 2.

12 ישבי סלע מראש הרים יצוחו : ישימו ליהוה כבוד
13 ותהלתו באיים יגידו : יהוה כגבור יצא כאיש מלחמות
יעיר קנאה יריע אף־יצריח על־איביו יתגבר :
14 החשיתי מעולם אחריש אתאפק
טו כיולדה אפעה אשם ואשאף יחד : אחריב הרים
וגבעות וכל־עשבם אוביש ושמתי נהרות לאיים
16 ואגמים אוביש : והולכתי עורים בדרך לא ידעו
בנתיבות לא־ידעו אדריכם אשים מחשך לפניהם
לאור ומעקשים למישור אלה הדברים עשיתם ולא
17 עזבתים : נסגו אחור יבשו בשת הבטחים בפסל
18 האמרים למסכה אתם אלהינו : החרשים
19 שמעו והעורים הביטו לראות : מי עור כי אם־עבדי
וחרש כמלאכי אשלח מי עור כמשלם ועור כעבד

יהוה Bbb 4 מח ד

o) *incolæ petrarum*, vt Arabiæ Petrææ. cf. c. 16, 1. Obad. v. 3. y) *e vertice montium*, in quibus habitant. cf. Num. 23, 9. c. 74, 21. q) *clament*, & Regi suo a Benefactori applaudant. (1) cf. c. 24, 11.

℣. 12. r) *Tribuant* inquam. Ios. 7, 19. s) *Iehouæ Mesiæ*. v. 10. 13. Ps. 29, 1. t) v. 8. 10. u) v. 4. 10.

℣. 13. x) Nam *Iehoua* Messias. v. 12. cf. c. 40, 10. y) c. 9, 5. Ps. 24, 8. z) *exibit* aduersus hostes suos. cf. Iud. 4, 14. 2 Sam. 5, 24. c. 11, 1. & 1 Ioh. 3, 8. Ion. *Dominus ad faciendum magnalia reuelabitur*. a) Ex. 15, 3. b) *excitabit zelum*, quem diuinum pro salute humani generis concepit c. 9, 6. cf. Ps. 78, 38. item Apoc. 6, 16. 17. c. 11, 18. c. 19, 15. Quare autem dicatur Christus *excitare zelum suum*, patet ex versu sequenti. vbi se hactenus tacuisse, ipse fatetur. S. c) *vociferabitur*. Ioel. 4, 16 d) *etiamque vehementer* & magno animo *exclamabit* (2) Zeph. 1, 14. Loquitur noster Propheta ad morem Orientalis militiæ; estque symbolica descriptio militiæ spiritualis a militia temporali *Dorsch*. e) cf. 2 Sam. 11, 23. f) *se superiorem faciet*, *se præualidum ac victorem præbebit*. Hisp. (3) Ioh. 15, 25. conf. Luc. 11, 22. Apoc. 5, 5. c. 6, 2. c. 17, 14.

℣. 14. g) *Tacui* c. 57, 11. Loquitur nunc ipse Messias, cum in v. 13. locutus sit Propheta, adeoque est mutatio personæ, & elegans quidem. Nam Propheta vix cœpit prophetare de gressu Messiæ futuro, cum Messias ipse se sistit, & quid facturus sit, manifestius exponit. S. h) *a sæculo*, vel potius *ab æterno*. c. 63, 16. 19. Respicitur enim ad decretum Dei æternum de genere humano per Filium redimendo. S. coll. Tit. 1, 2. 3. &c. i) *num ergo semper tacebo?* c. 41, 1. k) *& continebo me?* cf. c. 62, 1. c. 64, 11. Gen. 45, 1. S. aliique in præterito *silui & satis diu surdum* qs. *egi ac continui me*; nunc vero, suo tempore sicuti parturiens clamabo. Ion. *Dedi iis dilationem a sæculo, si forte conuerterent se ad legem, sed se non conuerterunt*. l) c. 13, 8. m) *clamabo* (1) Proprie apud Chaldæos hoc est *balare ouium*; sed brutorum voces propriæ sæpe ad homines transferuntur. *Boch*. Hieroz. I. p. 470. nec de clamore quouis vsurpatur, sed *de clamore in par*[tu] ibid. Parte II. p. 364. n) S. aliique *desolabo*, a rad. שמם ad formam אסק; al. *spirabo*, a rad. נשם Chald. Syr. Samar. Ar. *spirauit, animatus fuit*, coll. v. 5. & 1 Reg 9, 8. o) *& absorbebo*. Ps. 56, 2. Ier. 2, 24. Ita absorpta est mors in victoriam 1 Cor. 15, 54. S. Ion. *dispergentur & consumentur simul*. p) c. 44, 11. *simul*, i. e. sine mora & qs. sine successione temporis. *Schmid*. ℣. 15. q) *Desolabo*. c. 37, 18. r) *montes & colles* c. 40, 4. c. 41, 15. Principem & populum puniam, omniaque mutabo. *Maii* Oecon. p. 951. s) c. 44, 27. t) cf. c. 50, 2. u) *& stagna* c. 14, 23. Ier. 51, 32. Iudæos pascuo salutari & aqua viua abundantes eo beneficio priuabo; ceteras autem gentes in tenebris sedentes, & suis viis incedentes, ad lumen Euangelii viamque salutis perducam. *Gartler*. Theol. Proph. p. 499. Sic etiam *Dorsch*. sequentem versum accipit de Christianismi propagatione. ℣. 16. x) *Ducam vero*. Ez. 36, 12. Hos. 2, 16. y) *cæcos*, spiritualiter tales. vid. v. 7. 18. c. 35, 5. Ion. *domum Israel, qui similes sunt cæcis*. z) quam *non nouerant*. c. 59, 8. Eph 4, 17. 18. a) *in semitis*. c. 43, 16. Ps. 119. 35. b) *deducam eos*. Ps. 25, 5. 9. De reductione ex captiuitate Babylonica hæc intelligi non possunt, quia fit per vias ignoratas, qualis illa non erat. *Dorscheus*. c) *tenebras*. c. 25, 15. 18. ignorantiæ. d) cf. c. 58, 10. Ps. 18, 29. Eph. 5, 8 Hanc *lucem spiritualem* exposuit nobis Simeon Luc. 2, 32. & Act. 26, 28. Paulus de hac reductione loquitur. *Dorsch* e) *& tortuosa, obliqua*. (1) f) *in planum*. c. 40, 4. Zach. 4, 7. g) *hæc sunt, quæ faciam*. c. 46, 11. Ez. 21, 25. h) S. *& non omittam ea*. cf. Ps. 37, 8. Sed Tig. aliique: *nec derelinquam eos*, vt c. 41, 17. Ps. 37, 28. Ps. 94, 14. ℣. 17. i) *Conuersi sunt* vel *conuertentur retrorsum*. Ier. 38, 22. Ps. 35, 4. Præt. Proph. vt c 5, 13. c. 37, 22. k) & tunc in luce Euangelii v. 16. *pudore suffundent* idololatræ. c. 44, 9. Ps. 6, 11. l) *qui iam in sculptilibus confidunt*. conf. c. 41, 26. m) c. 30, 22. n) c. 44, 17. Videtur hoc respexisse Paulus Act. 17, 29. 30. *Dorsch*. ℣. 18. o) Itaque, *o surdi* Iudæi, *audite*! c. 6, 10. c. 29, 18. c. 43, 8. Est hic epanorthotica applicatio præcedentium, vt ad v. 1. & 9. iam diximus: nec placent, qui de consolatione Iudæorum hic cogitant. Increpat potius Deus eorum duritiem & contumaciam, quod nec Prophetis, nec Christo aures animumque præberent, nec calamitatibus admoniti resipiscerent. Quamuis omnino & hæc correptio eorum intenderit emendationem & salutem. v. 23. p) *& o cæci!* v. 7. 16. c. 35, 5. c. 56, 10. Mat. 15, 14. 2 Petr. 1, 9. 1 Ioh. 2, 11. q) Hab. 1, 5. Thren. 1, 12. r) *vt videatis*. Deut. 29, 3. Ez. 12, 2. Ion. *O impii, qui estis qs. surdi, nonne aures habetis? audite! & o impii, qui estis qs. cæci, annon oculos habetis? attendite & videte!* cf. Mat. 13, 13. ℣. 19. s) *Quis ita cæcus est?* c. 43, 8. t) *quam*. Ier. 7, 23. c. 16, 15. Coh. 3, 12. q. d. *Nam si seruus meus* cæcus est, quid non ceteri? cf. supra c. 33, 21. u) *seruus meus*. Dissentiunt valde Interpretes de hoc seruo Dei, quod ille & *cæcus ac surdus*, & tamen etiam *perfectus* dicitur. (1) Rabbini *ipsum Esaiam* ab impiis Iudæis contumeliose sic dictum esse volunt, coll. Ier. 5, 12. 13. Hos. 9, 7. sed præter contextum. At (2) Lutherus & Brentius ad h. l. it. Varenius III. p. 115. seqq. Dorscheus in analysi, & Maius in Oecon. p. 951. ipsum *stupidum & cæcum Israelis populum* notari censent; per *nuncium* autem *Dei* Israelis Doctores, Sacerdotes & Leuitas, qui *consummati* esse debuissent, vel sua etiam opinione *perfecti* erant, intelliunt. Alii (3) apud Brentium, & Carpzouius in homiliis vernac. ex Esaia part. I. p 599. *blasphemias Iudæorum aduersus sanctissimum Seruatorem, qui velut cæcus ac stultus ab ipsis habitus sit*, exhiberi putant; cui nomen *serui Dei* non tantum ab initio huius capitis, sed etiam alibi sæpius, v. g. c. 43, 10. c. 52, 13. Zach. 3, 8. &c. tribuitur. Tandem (4) aliis *Christus* non tantum per calumniam Iudæorum, sed *reuera*, *imputatiue tamen* (In se quippe perfectissimus) *cæcus & surdus est*. Ita S. ad h. l. coll. insuper Es. 53, 7. Mat. 27, 13. In qua sententiarum diuersitate vel tertia, vel potius secunda præferenda videtur. Nam quæ dubia aduersus eam mouentur, remoueri haud difficulter poterunt. Præcipuum est, quod obiicitur, quod textus in numero vnitatis *de seruo Dei cæco & surdo, & tamen perfecto* loquatur, & quod exemplis probari non posit nominis *serui & nuncii* in singulari *collectiua significatio*. Verum tn. vide nomen *serui Dei de populo* Israelitico c. 41, 8. & c. 44, 1. 2. &c. & nomen *angeli s. nuncii Dei de sacerdotibus* Mal 2, 7. vt alia breuitatis caussa omittamus. x) v. 18. Ps. 38, 14. y) de Sacerdotibus Mal. 2, 7. de Prophetis Infra c. 44, 26. de Christo c. 63, 9. Mal. 3, 1. &c. vide modo dicta. z) quem *mitto* vel *mittam*, vel qui saltem se missos iactitabant. Ier. 23, 21. 31. 32. Conf. Mich. 3, 4. a) cf. Mat. 19, 20. Luc. 6, 40. vel de Christo Hebr. 7, 26.

℣. 14. כיולדה per *Paschta* l. 3. ℣. 18. והעורים ה per *Patach* l. 7. 8. 22. 23. secundum *Masoram impressam*. Reliqui per *Kametz*.

ראות קרי יְהוָה׃ רָאִית רַבּוֹת וְלֹא תִשְׁמֹר פָּקוֹחַ אָזְנַיִם וְלֹא יִשְׁמָע׃ כ
21 עד כא יְהוָה חָפֵץ לְמַעַן צִדְקוֹ יַגְדִּיל תּוֹרָה וְיַאְדִּיר׃ וְהוּא
22 עַם־בָּזוּז וְשָׁסוּי הָפֵחַ בַּחוּרִים כֻּלָּם וּבְבָתֵּי כְלָאִים
הָחְבָּאוּ הָיוּ לָבַז וְאֵין מַצִּיל מְשִׁסָּה וְאֵין־אֹמֵר הָשַׁב׃
23 מִי בָכֶם יַאֲזִין זֹאת יַקְשִׁב וְיִשְׁמַע לְאָחוֹר׃ מִי־נָתַן
24 לִמְשׁוֹסָּה יַעֲקֹב וְיִשְׂרָאֵל לְבֹזְזִים הֲלוֹא יְהוָה זוּ חָטָאנוּ
למשיסה קרי
לוֹ וְלֹא־אָבוּ בִדְרָכָיו הָלוֹךְ וְלֹא שָׁמְעוּ בְּתוֹרָתוֹ׃ וַיִּשְׁפֹּךְ כה
עָלָיו חֵמָה אַפּוֹ וֶעֱזוּז מִלְחָמָה וַתְּלַהֲטֵהוּ מִסָּבִיב וְלֹא
קמץ בז״ק יָדָע וַתִּבְעַר־בּוֹ וְלֹא־יָשִׂים עַל־לֵב׃

CAP. XLIII. מג

וְעַתָּה כֹּה־אָמַר יְהוָה בֹּרַאֲךָ יַעֲקֹב
וְיֹצֶרְךָ יִשְׂרָאֵל אַל־תִּירָא כִּי גְאַלְתִּיךָ קָרָאתִי בְשִׁמְךָ לִי־
2 אָתָּה׃ כִּי־תַעֲבֹר בַּמַּיִם אִתְּךָ אָנִי וּבַנְּהָרוֹת לֹא
יִשְׁטְפוּךָ כִּי־תֵלֵךְ בְּמוֹ־אֵשׁ לֹא תִכָּוֶה וְלֶהָבָה לֹא
3 תִבְעַר־בָּךְ׃ כִּי אֲנִי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל מוֹשִׁיעֶךָ
נָתַתִּי

℣. 20. b) *Videndo* quidem multa, o Israel, *vidisti*. c. 30, 10. c) *nec tamen obseruas ea*. cf. v. 18. 19. & c. 53, 1. 1 Reg. 2, 3. c. 9, 4. d) *aperiendo* sc. *aperire* voluit ipsi Deus. v. 7. conf. not. Leu. 6, 7. Hic incipit loqui Propheta. S. e) *nec tamen audit* vel obtemperat hic cæcus Dei seruus v. 19. Israel v. 24. ab electo illo seruo Dei & illuminante alios v. 1. seqq. prorsus diuersus. cf. Ez. 33, 31. 32. Hos. 4, 6. c. 7, 15. Zach. 7, 11. Act. 13, 45. 46. Rom. 11, 25. Hebr. 4, 2.

℣. 21. f) *Dominus* quidem *optime vult* ipsi. Tig. *egregiam voluntatem erga eos habuit*. conf. c. 62, 4. Num. 14, 8. g) *propter iustitiam suam* & promissionum veritatem Rom. 3, 8. vel *propter* satisfactionem & *iustitiam Christi*. ita S. Conf. supra c. 41, 10. c 53, 10. 11. Zach. 8, 8. h) *ideo magnificam reddet*. Ps. 18, 51. i) *doctrinam* Euangelii, de qua v. 4. k) *& miraculis gloriosam ac illustrem faciet*. (3) Ex. 15, 6. 11.

℣. 22. l) *Verum ille*, ob pertinaciam suam *est & erit*. m) *spoliatus*. c. 14, 3. n) *& direptus*. c. 17, 14. o) S. & plerique *illaqueando* illaqueantur, a פח *laqueus* vt. Tig. etiam reddunt hoc verbum Prou. 29, 8. vbi S. tamen habet *exsufflent*. Et sic Cocc. in Lex. sum p. 622. *insufflatio iuuenum* (hostium) ipsi omnes sunt, coll. Ps. 10, 5. *Gusset*. vero p. 677. *anhelando*, pugnando, conando, fugiendo *fatigati iuuenes* tamen *capientur*. p) *iuuenes*. c. 40, 30. al. vt Luth. *in ipsis foraminibus* seu cauernis terræ, in quibus præ formidine hostium latibula quærent, coll. c. 11, 8. q) *& constricti carceribus* includentur vid. v. 7. r) *absditi sunt* & porro *abscondentur*. Iroph. (1) s) *facti sunt*

sunt & porro erunt prædæ. 2 Reg. 21, 14. t) vid. c. 5, 29 u) *direptioni*. v. 24. vid. 2 Reg. 21, 14. x) *redde*, *restitue eos*. Gen. 10, 7. cf. infra c. 43, 6.

℣. 23. y) cf. Hos 14, 10. z) S. *qui auribus percipiat hoc* c. 1, 2. 10. c. 28, 23. a) *qui attendat & audiat*. c. 28, 23. Ier. 8, 6. c. 23, 18. Iob. 33, 31. b) *saluim in posterum*. c. 41, 23. vt seria pœnitentia ad Deum conuertatur. ℣. 24. c) *Quis namque tradidit*. Iud. 2, 14 c. 13, 1. Ps. 106, 41. 2 Par. 29, 8. c. 30, 7. d) v. 21. Ier. 30, 16. e) c. 43, 1. 22. f) c. 17, 14. g) c. 45, 7. Am. 3, 6. h) *cui*. c. 43, 21. i) Ier. 3, 25. Dan. 9, 5. 8. 11. 15. k) c. 28, 12. l) Deut. 8, 6. c. 19, 9. c. 26, 17. c. 28, 9. c. 30, 16. Ps. 119, 3. m) v. 20. c. 66, 4. cf. Iud. 21, 17. 2 Reg. 17, 14. 40. c. 32, 9. Ier. 13, 11. &c. n) v. 4, 10. ℣. 25. o) *Ideo effudit*. Ier 6, 11. Ps. 69, 25. p) *excandescentiam*, s. *furorem* Ier. 10, 25. q) חמה *iram suæ*, vel & *iram suam*. cf c. 66, 15. r) *& vim* s. *violentiam* (3) Ps. 145, 6. s) per Romanos. *Varenius* III. p. 120. coll. Dan. 9, 16. 27. Luc. 21, 20. t) *& inflammauit* s. *succendit eum* ira ipsius. Deut. 32, 22. Mal 3, 19. cf. Ier. 11, 16. 17. u) *vndique, vndiquaque*. cf. Deut. 12, 10. Iud. 2, 14. Ier. 21, 14. x) *sed non animaduertit*. Ps. 82, 5. y) c. 10, 17. Ier. 44, 6. Ps. 79, 5. Ps. 89, 46. Thr. 2, 3. cf. Num. 11, 1. z) *nec tamen id attendit aut ad animum sibi reuocat & curat*. c. 57, 1. 11. 2 Sam. 13, 20. cf. supra c. 9, 12. CAP. XLIII. ℣. 1. a) *Iam vero*. c. 44, 1. Oppositum hoc est tempori præterito iræ Dei, q. d. Iam non erit, vt prius &c. S. Nempe excæcationis & reprobationis pœnam (c. 42, 18. 24.) non æternam fore, sed gratiæ locum relinqui, Deus iam declarat & confirmat, promissa redemtione, vocatione & adoptione, ac conseruatione in variis tribulationibus &c. *Mais*: Oec. p. 951. Duo hic iterum obseruat *Dorscheus*: I. instantium periculorum medicinam, II. futurorum beneficiorum copiam v. 16. seqq. *Schmidius* autem quatuor: 1) Promissionem diuinam. 2) gloriæ diuinæ adsertionem v. 11 seqq. 3) promissionis iterationem & vberiorem explicationem v. 14. seqq. & 4) Caussam impulsiuam omnium illorum beneficiorum v. 22. seqq. b) Loquens hic *Iehoua* est Deus *Pater*, in testem vocans Filium suum v. 10. S. c) v. 7. 15. Ita se vocat, vt maiestatem suam ac dominium in creaturas insinuet, cui toto confidi possit. S. Conf. c. 40, 28. c. 42, 5. c. 45, 12. d) v. 22. 28. c. 42, 24. Nomen antonomasticum. e) c. 44, 2. 24. f) c. 44, 1. Immediate intelligitur populus Israeliticus, tum temporis in summis difficultatibus positus, & excidio proximus: mediate vero & per ampliationem, Ecclesia militans in genere; quæ vti Abrahamum patrem habet Rom. 4, 11. ita etiam est *Israel sec. promissionem* Rom. 9, 8. g) v. 5. c. 41, 10. 13. c. 44, 2. q. d. *noli timere interitum tuum*. S. h) *Schmidius* cum *Brentio* hoc refert ad eductionem ex Aegypto. At *Dorsch*. Non nego, inquit, per *redemtionem & saluationem* (v. 3.) intelligi eam, quæ ex seruitute Aegyptiaca & aliis temporalibus adflictionibus est; sed & ex spirituali, cuius illa typus fuit. Conf. v. 14. c. 44, 6. 22. ὁ. ἐλυτρωσάμην σε. Luc. 24, 21. Tit. 2, 14. i) c. 40, 26. c. 45, 3. k) cf. c. 41, 9. Ex. 4, 22. c. 19, 5. Rom. 9, 4. Cant. 2, 16. ℣. 2. l) *Quum transibis*. c. 1, 12. m) Locutio prouerbialis, a transitu per aquam & ignem; *Dorscheus*. coll. Ps. 66, 12. Sic S. non intelligimus, inquit, cum quibusdam *aquam*, *flumina & ignem* proprie sic dicta, sed metaphorica, crucis & tribulationis, nominatim captiuitatis Babylonicæ. n) v. 5. c. 41, 10. Gen. 28, 15. Ps. 91, 15. Ion. Quoniam in principio, quando transiistis per mare Suph, *Verbum meum fuit in adiutorium vestrum*: Pharao & Aegyptii, qui multi erant sicut *aqua fluminis*, nil potuerunt contra vos: Et sic cum iterum iueritis inter populos, qui fortes sunt sicut *ignis*, non præualebunt contra vos, & regna quæ valida sunt sicut *flamma*, non exscindent vos. o) *& per flumina* quamuis transibis. cf. c. 44, 27. p) *non tamen obruent aut inundabunt te* c. 8, 8. Ps. 69, 3. 16. Cant. 8, 7. sicut cum olim transirent per mare rubrum Ex. 14, 29. & per Iordanem Ios. 3, 16. 17. Conf. supra c. 11, 15. 16. q) *per ignem*. S. captiuitatis Babylonicæ. cf. Ps. 66, 12. 1 Petr. 4, 12. r) *non combureris*. (2) Prou. 6, 28. cf. Ex. 21, 25. & rem Apoc. 3, 10. s) cf. c. 5, 24. c. 47, 14. t) *non incendet te*, non aget in te. c. 42, 25. vt ad litteram etiam factum est Dan. 3, 23. seqq. ℣. 3. u) c. 41, 10. 12. x) v. 14. c. 1, 4. c. 41, 14. y) *Saluator tuus* v. 11. 12. qui non tantum ex Aegyptiorum aliorumque seruitute te liberaui, nec minus ex Babylone te educturus sum v. 14. sed etiam ex omnibus mundi partibus v. 5. 6. meos recolligam, & sine vllo merito vestro v. 22. seqq. vos ex spirituali captiuitate ac miseria æternum saluos faciam. v. 16. seqq. conf. not. ad v. 1. & c. 45, 15. 21. c. 47, 15. c. 49, 26. c. 60, 16. c. 63, 8. 9. ὁ. ὁ σώζων σε. Mat. 1, 21.

℣. 20. פקוח sic *plene* l. 2. 21. secund. *Mas*. l. 2. & *Erff*. Kol. *ast*. ℣. 23. יאזין pro eo habent יזין 2. 3. יקשיב *def*. 2. cum *Mas*. & 22. CAP. XLIII. ℣. 2. תעבר *plene* postulat *Mas*. *impr*. ad Num. 22, 26. sed citra consensum vllius codicis. אתך per *Makk*. 5. 7. 8. 13. 19. fu. 2.

4 נָתַתִּי כָפְרְךָ מִצְרַיִם כּוּשׁ וּסְבָא תַּחְתֶּיךָ׃ מֵאֲשֶׁר יָקַרְתָּ
בְעֵינַי נִכְבַּדְתָּ וַאֲנִי אֲהַבְתִּיךָ וְאֶתֵּן אָדָם תַּחְתֶּיךָ וּלְאֻמִּים
ה תַּחַת נַפְשֶׁךָ׃ אַל־תִּירָא כִּי־אִתְּךָ אָנִי מִמִּזְרָח אָבִיא
6 זַרְעֶךָ וּמִמַּעֲרָב אֲקַבְּצֶךָּ׃ אֹמַר לַצָּפוֹן תֵּנִי וּלְתֵימָן אַל־
7 תִּכְלָאִי הָבִיאִי בָנַי מֵרָחוֹק וּבְנוֹתַי מִקְצֵה הָאָרֶץ׃ כֹּל
הַנִּקְרָא בִשְׁמִי וְלִכְבוֹדִי בְּרָאתִיו יְצַרְתִּיו אַף־עֲשִׂיתִיו׃
8
9 הוֹצִיא עַם־עִוֵּר וְעֵינַיִם יֵשׁ וְחֵרְשִׁים וְאָזְנַיִם לָמוֹ׃ כָּל־
הַגּוֹיִם נִקְבְּצוּ יַחְדָּו וְיֵאָסְפוּ לְאֻמִּים מִי בָהֶם יַגִּיד זֹאת
וְרִאשֹׁנוֹת יַשְׁמִיעֻנוּ יִתְּנוּ עֵדֵיהֶם וְיִצְדָּקוּ וְיִשְׁמְעוּ וְיֹאמְרוּ
י אֱמֶת׃ אַתֶּם עֵדַי נְאֻם־יְהוָה וְעַבְדִּי אֲשֶׁר בָּחָרְתִּי לְמַעַן
תֵּדְעוּ וְתַאֲמִינוּ לִי וְתָבִינוּ כִּי־אֲנִי הוּא לְפָנַי לֹא־נוֹצַר
11 אֵל וְאַחֲרַי לֹא יִהְיֶה׃ אָנֹכִי אָנֹכִי יְהוָה

z) *dedi*, vt olim, sic & nunc in decreto meo. Num. 8, 19. a) *lytron s. expiationem tuam*. Ex. 21, 30. aut *victimam piacularem*, vt Prou. 21, 18. ὁ. ἄλλαγμά σου. Mat. 16, 26. b) *Aegyptios*, extrema tibi minitantes. Ex. 14, 3. seqq. Sic *Varenius* in Es. 1. l. p. 121. Cladem Israelitis intentatam transtuli in Aegyptios c) *Cuschaos* vel *Aethiopes*. cf. not. c. 18, 1. c. 20, 3. d) *& Sabaos* Arabes. c. 45, 14. Gen. 10, 7. Ps. 72, 10. e) *loco tui* v. 4. 2 Sam. 3, 13. Prou. 21, 14. Quod ad complementum seu tempus huius vaticinii attinet, variant Interpretes. *Kimchius* aliique ad tempora Hiskiæ & cladem Aegyptiorum ac Aethiopum, a Sancheribo acceptam, id referunt, qua de supra c. 18, 1. c. 19, 1. & 2 Reg. 19, 9. 35. *Alii* ad tempora Regum Persicorum, a quibus etiam Aegyptus & Aethiopia afflicta & subacta fuit. *Schmidius* vero ad Zedekiæ ætatem, & stragem Aegypti per Nebucadnezarem factam respicit, qua de Ez. 29, 19. c. 30, 10. seq. c. 32, 1. &c. *Gurtlerus* autem in Theol. Proph. p. 352. & 355. ad euersionem regni Aegypti, & clades Arabum, per Romanos. Conf. supra not. ad c. 19, 1. & ibid. in nota u) pro Es. scribe Ez. 29 &c. Ceterum quæritur, quid heic sit *dare expiationem seu satisfactionem pro aliquo*? Nobis l. certum est, inquit *Schmidius*, phrasin istam, cum altera *dare loco alicuius*, h. l. non vsurpari *proprie*, sed *tropice*. Proprie namque loquendo solus is, qui infra v. 24. dicit: *laborare me fecisti per peccata tua*, h. e. Christus, est expiatio populi Israelitici & omnium hominum. vid. infra c. 53, 4. seqq. 1 Ioh. 2, 2. Videtur autem Il. id h. l. notare, quod (1) *sicut in expiatione proprie sic dicta, ira & pœna ab expiando transfertur in expiantem*; Sic ira Dei & pœna ab Israelitis se sit conuersura aduersus Aegyptios, Aethiopes & Sabæos: & quod (2) sicut in expiatione proprie sic dicta *culpa ab expiando in expiantem puniendo traducitur*, sic Israelitis culpa remittenda sit, in Aegyptiis & ceteris punienda: non tamen (3) *q. s. culpa Israelitarum in istos translata*, sed quod propriam habuerint. Scilicet quædam Israelis redemtio, v. 3. & 4. descripta, *fit substitutione hostium in locum Israelis, ad patiendos ira diuina ictus*. Sed & hoc improprie dictum lytron est. Hostes enim non patiuntur vice Israelitarum, cum propter propria peccata patiantur, aliasque nullius pretii sint, nedum æquiualentis &c. *Gusset*. p. 157. seq. ℣. 4. f) Vulg. *Ex quo*, Nold. p. 578. *A quo tempore*; sed S. Tig. aliique: *Eo quod*. g) *pretiosus fuisti*. 1 Reg. 1, 13. 14. h) *& tanti habitus es*. c. 49, 5. i) S. *vt ego amem te*. Ier. 31, 3. Mal. 1, 2. k) *ideo* etiam porro *daturus sum homines*. v. 3. l) vid. v. 3. ὁ. ὑπὲρ σοῦ. Luc. 22, 20. Ioh. 6, 51. &c. m) c. 34, 1. c. 41, 1. n) 1 Reg. 20, 41. ℣. 5. o) *Ne itaque timeas*. vid. v. 1. p) Ion. *quia in auxilio tuo est Verbum meum*. vid v. 2. q) c. 41, 25. Zach. 8, 7. r) Zach. 10, 10. r) c. 45, 6. cf. Ez. 6, 8. Zach. 8, 7. LXX. vt Mat 8, 11. t) c. 54, 7. c. 56, 8. Ier. 23, 3. Mich. 4, 6. Zeph. 3, 19. Zach. 10, 10. ℣. 6. u) *dicam*. 1 Sam. 20, 21. 21. x) *Septentrioni*, & Babyloniis. cf. c. 41, 25. c. 49, 12. Zeph. 2, 13. Zach. 2, 10. y) *da* vel *redde* meos. cf. c. 42, 22. z) *& meridiei*, Ios. 12, 3. Zach. 6, 6. a) Coh. 8, 8. ὁ. μὴ κώλυε. Marc. 10, 14. b) vid. v. 5. c. 66, 20. c) c. 49, 12. c. 60, 4. 9. d) c. 42, 10. ὁ. ἀπ᾽ ἄκρων τῆς γῆς. Marc. 13, 27. Ingenue autem D. *Kimchi* fatetur, quod nulla hic quadret expositio, nisi de tempore Messiæ. Promittit itaque Deus, se non tantum eos ex Babel reducturum, sed etiam semen eorum in immensum aucturum sub aduentum Messiæ, adscitis *ab omnibus mundi plagis* gentilibus quoque. *S*. ℣. 7. e) *Omnem* inquam, *vocatum de nomine meo* & filium spiritualem. cf. c. 48, 1. Ier. 14, 19. Vnde patet, quod non soli Iudæi congregandi sint, sed & gentiles, non promiscue tamen, sed qui Deo sese tradunt, & de nomine eius se vocari patiuntur. S. f) *& quem* (subintell. relat.) *ad gloriam meam creaui* v. 1. Eph. 2, 10. g) v. 21. h) Deut. 32, 6. Emphatice per tria vocabula spiritualis regeneratio & renouatio describitur. *Schm*. Conf. Rom. 8, 30.

℣. 8. i) *Educ*, *produc*. c. 42, 7. Ps. 142, 8. k) S. *populum* spiritualiter *cæcum*, cui tamen oculi sunt. c. 42, 18. seqq. l) c. 29, 8. c. 35, 5. m) c. 32, 5. c. 44, 7. ℣. 9. n) *si congregata fuerint vna* cum Babyloniis. c. 34, 15. c. 49, 18. o) *quis inter eos indicabit* & *prædicet talia*? v. 12. vt ego ex omniscientia mea facio. Interrogatio vehementer negat cum toto versu. *S*. p) *vt priora* illa decreta mea. v. 18. c. 41, 9. q) *audire nos faciant*, vt ego Deus Pater feci. v. 12. c. 41, 22. r) *producant testes suos* idoneos v. 10. quod nunquam poterunt. s) S. *vt iustificentur in hac caussa*. confer v. 26. c. 41, 26. Ps. 51, 6. t) *vt* nempe *audiant* testes ac dicant. u) *verum est*, quod sc. illi etiam futura prædixerint. confer Deut. 13, 15. c. 17, 4. c. 22, 20. 1 Reg. 10, 6. ℣. 10. x) *Vos autem estis testes mei*. v. 12. c. 44, 8. Verba Dei Patris sunt ad Iudæos. *Schmidius*. y) testis etiam est & erit per Euangelium annunciandum inter gentes *Seruus meus* Messias, de quo c. 42, 1. Ion. *& seruus meus Messias, in quo beneplacitum est mihi*. z) de quo vos moneo, *vt agnoscatis*. v. 19. a) c. 7, 9. c. 28, 16. b) *quod ego sim ille*, qui conscientiæ de Deo quærenti satisfacit: Ens sc. illud vnicum summum & verum, semper idem & immutabilis. confer Deut. 32, 39. 2 Reg. 19, 15. Ps. 102, 28. & *Dissert*. nostram de *Historia lingua Arab*. p. 40. Ion. *quod ego sim is, qui ab æterno: etiam sæcula sæculorum mea sunt, & præter me non est Deus*. c) *ante me*. Coh. 1, 16. Neh. 5, 15. d) *non formatus est* Deus. Niph. (1) confer c. 44, 9. 10. e) *post me etiam nullus erit*. Ego enim non formatus, sed æternus sum & independens, id quod de formatis diis cogitare, absurdum est. ℣. 11. f) *Ego*, *Ego* inquam solus. confer v. 25. g) Pater cum Filio & Spiritu Sancto *sum Iehoua*. c. 42, 8.

℣. 5. כִּי אִתְּךָ־אָנִי ita 7. 8. 13. 19. se. 5. ℣. 7. כֹּל per *Makk*. 2. su. 5. contra R. *Chaiim* ad *Masoram finalem* f. 26. c. ℣. 10. וְעַבְדִּי ita in margine 5. at in textu habet וְעַבָדַי male.

12 ואין מבלעדי מושיע: אנכי הגדתי והושעתי והשמעתי
13 ואין בכם זר ואתם עדי נאם־יהוה ואני־אל: גם־מיום
אני הוא ואין מידי מציל אפעל ומי ישיבנה:
14 כה־אמר יהוה גאלכם קדוש
ישראל למענכם שלחתי בבלה והורדתי בריחים
טו כלם וכשדים באניות רנתם: אני יהוה
קדושכם בורא ישראל מלככם:
16 כה אמר יהוה הנותן
17 בים דרך ובמים עזים נתיבה: המוציא רכב־
וסוס חיל ועזוז יחדו ישכבו בל־יקומו דעכו
18 כפשתה כבו: אל־תזכרו ראשנות וקדמניות
19 אל־תתבננו: הנני עשה חדשה עתה תצמח
הלוא תדעוה אף אשים במדבר דרך בישמון
כ נהרות: תכבדני חית השדה תנים ובנות יענה
כי־נתתי במדבר מים נהרות בישמן להשקות עמי
22 בחירי: עם־זו יצרתי לי תהלתי יספרו: ולא־אתי
קראת

quibus, vrbe & regione ab hostibus occupata, vel fugam parabunt, vel captiui abducentur. cf. c. 47, 1. seqq. g) clamor & eiulatio commun erit, vel audietur. Ita namque hoc nomen etiam eiulantium clamorem notat Ps. 17, 1. Ps. 106, 44. &c. repete not. ad 1 Reg. 8, 28. Alii ita: Deturbabo etiam & in fugam vertam Chaldaeos, quorum, in nauibus (vel animi, vel commercii caussa) laetus clamor & iubilus fuit. coll. c. 14, 7. c. 44, 23. &c.

קמץ בזק

הפטרת ויקרא

h) Et nullus est praeter me. c. 44, 6. 8. c. 45, 21. i) v. 3. 12. Hos. 13, 4. 9. Act. 4, 11.

℣. 12. k) Ego indicaui priora, & noua nunc indico. v. 9. c. 42, 9. c. 44, 7. l) vid. v. 1. 3. m) v. 9. c. 42, 9. Ion. Ego annunciaui Abrahamo Patri vestro, quae ventura erant. Ego liberaui vos ex Aegypto, sicut iuraui ei inter diuisiones (Gen. 15, 13. seqq.) Et ego audire vos feci doctrinam legis meae de Sinai &c. n) nec inter vos alius est salutis reuelator aut dator. cf. 2 Reg 3, 18. o) vos ergo estis testes mei. v. 10. p) S. Et ego sum Deus nec quisquam alius. conf. Gen. 17, 1.

℣. 13. q) Etiam prae die seu antequam dies esset. al. ex quo dies fuit. conf. c. 48, 16. Mich. 5, 1. Ps. 93, 2. Prou. 8, 23. r) ego idem sum. v. 10. s) Deut. 32, 39. Hos 5, 14. Iob. 10, 7. conf. 2 Sam. 4, 8. sum namque Omnipotens, & superior omnibus Ioh. 10, 29. t) faciam quod decreui. Num. 23, 23. u) Et quis repellet? i. e. nemo impediet illud. c. 14, 27. Num. 23, 19. conf. Ps. 115, 3.

℣. 14. x) vid. c. 41, 14. c. 47, 6. Hic Iehoua loquens est Filius Dei, Messias, Rex Iudaeorum v. 15. qui laborauit pro peccatis v. 24. S. y) v. 3. 15. z) propter vos e captiuitate liberandos. a) misi, in praeterito, ob decretum iam factum, & quia res tam certo futura, ac si iam facta esset. S. Verbum autem absolute hic ponitur, vt Ps. 18, 17. & subintelligi potest salutem, auxilium, angelum meum &c. vel Cyrum, c. 44, 28. expresse nominatum. b) aduersus Babelem. conf. c. 21, 2. c) Et descendere faciam seu deiiciam Ez. 26, 20. d) omnes vectes eius. cf. c. 27, 1. c. 45, 2. Ier. 51, 30. forma צריק Al. fugitiuos eius. coll. c. 15, 5. e) Et ad Chaldaeos quod attinet. f) in nauibus, quibus

℣. 15. h) vid. v. 3. 14. i) vid. v. 1. k) Messias & Rex vester. c. 52, 1. c. 33, 17. 22. c. 41, 21. ℣. 16. l) qui dedi populo meo viam per mare. Ex. 14, 21. Praedicata, quae sibi hic tribuit Iehoua, respiciunt eductionem populi Israel ex Aegypto. Schmidius. m) & per aquas validas seu effera maris rubri Neh 9, 11. vel etiam Iordanis Ios. 3. 15. n) sicce populi: conf. supra c. 17, 12. 13. Ps 46, 4. n) c. 42, 16. ℣. 17. o) Qui eduxi c. 40, 26. conf. Ex. 14, 8. 17. p) currus & equos Pharaonis Ex. 14, 9. q) exercitum & fortissimos Aegyptiorum. (r) Ps. 24, 8. r) vt vna omnes occumberent. c. 51, 20. Ez. 32, 27. 29. vid Ex. 14, 27. 28. c. 15, 1. 4. 5. &c. conf etiam Iud. 15, 15. 16. s) nec. c. 40, 24. t) resurgerent. c. 14, 21. c. 26, 14. Am. 8, 14. Ps. 140, 11 u) prostrati vel deleti sunt in aquis. (9) Prou. 20, 20. c. 24. 20. Iob, 6, 17. c. 18, 6. x) sicut ellychnium. c. 42, 3. y) exstincti sunt c. 1, 31. 1 Sam. 3, 3. ℣. 18. z) sed ne memineritis priorum. Non absolute intelligendum est, q. s. memoria praeteritorum omnis negaretur, atque prohiberetur; sed comparate, quod futura & noua beneficia Christi maioris momenti futura sint & magis memoranda, quam praeterita. S. Cf. Ier. 3, 16. & infra c. 54, 4. a) priorum. v. 9. vid. c. 65, 17. b) & antiqua s. prisca. Mal. 3, 4. ὁ. τὰ ἀρχαῖα 2 Cor. 5, 17. c) c. 1, 3. c. 52, 15. ℣. 19. d) Ecce namque ego Iehoua, Messias, Rex & Redemptor vester v. 14. 15. 24. e) facturus sum nouum quid; nouam sc. & spiritualem non Iudaeorum tantum, sed & gentium liberationem, vid. c. 42, 9. 10. Ier. 31, 22. ὁ. ἰδοὺ ἐγὼ ποιῶ καινά. 2 Cor. 5, 17. Apoc. 21, 5. f) conf. Hagg. 2, 6. Mal. 3, 1. g) c. 42, 9. conf. Ier. 23, 5. Zach. 3, 8. c. 6, 12. 2 Sam. 23, 1. h) annon agnoscitis vel agnoscetis illud? Vtique agnoscere id debetis. cf. v. 10. c. 40, 21. & Act. 15, 18. i) nam etiam faciam. c. 41, 18. 19. c. 42, 16. k) in deserto gentium. v. 20. c. 35, 15. 16. conf. c. 49, 6. l) viam gratiae. c. 35, 8. m) in solitudine. v. 20. Deut. 32, 10. Ps. 68, 8. n) flumina caelestis doctrinae. conf. c. 35, 6. Noua sc. Christi inter gentiles manifestatio promittitur, & sensus est: quam facile ego olim per mare rubrum viam feci Israeli, tam facile per gentilismum viam gratiae meae dispensandae faciam; & quam facile in deserto aquas dedi, tam facile per deserta superstitionum & Idololatriae penetrabo, & ibi fontes gratiae aperiam. Dorschaeus. ℣. 20. o) Vnde me quoque Redemtorem suum celebrabunt. c. 25, 3. Ps. 50, 15. 23. & Ps. 86, 9. p) i. e. ferae & barbarae gentes. conf. supra c. 11, 6. 7. & Ier. 27, 6. q) dracones. Ps. 44, 20. r) vid. c. 13, 22. c. 34, 13. & conf. Matt. 24, 14. Apoc. 15, 4. s) v. 19. c. 41, 18. cf. c. 44, 3. t) c. 27, 3. Gen. 2, 10. u) c. 45, 4. Ps. 89, 4. ὁ. τὸ γένος μου τὸ ἐκλεκτόν. 1 Petr. 2, 9. ℣. 21. x) Populum, vel Populus namque hic, quem. c. 42, 24. Ex. 15, 13. 16. y) v. 7. c. 44, 21. Ion. Populum hunc paraui ad cultum meum. z) c. 42, 10. 12. ὁ. λαόν μου, ὃν περιεποιησάμην τὰς ἀρετάς μου διηγεῖσθαι vid. 1 Petr. 2, 9. ℣. 22. a) Ceterum non. Vau hic inchoat nouam concionem de beneficiorum origine, quae neutiquam sunt merita aut sacrificia seu cultus Israelitarum, sed mera gratia & merita Messiae, vt ipse probat in sequentibus. Conf. Ez. 36, 22. 32. b) tu non vocasti aut elegisti me, sed ego potius te. c. 41, 9. c. 51, 2. Ioh. 15, 16. 1 Ioh. 4. 19.

℣. 14. שלחתי pro eo In marg. hab. שִׁלַּחְתִּי 6. 9. ℣. 19. אף per Matt. 2. 3.

23 קראת יעקב כי־יגעת בי ישראל׃ לא־הביאת לי שה
עלתיך וזבחיך לא כבדתני לא העבדתיך במנחה ולא
24 הוגעתיך בלבונה׃ לא־קנית לי בכסף קנה וחלב
זבחיך לא הרויתני אך העבדתני בחטאותיך הוגעתני
כה בעונתיך׃ אנכי אנכי הוא מחה פשעיך למעני
26 וחטאתיך לא אזכר׃ הזכירני נשפטה יחד ספר אתה
27 למען תצדק׃ אביך הראשון חטא ומליציך פשעו בי׃
28 ואחלל שרי קדש ואתנה לחרם יעקב וישראל
לגדופים׃

מד ועתה שמע יעקב עבדי
2 וישראל בחרתי בו׃ כה־אמר יהוה עשך ויצרך מבטן
3 יעזרך אל־תירא עבדי יעקב וישרון בחרתי בו׃ כי

אצק

c) O Iacobe! v. 1. d) *vt*; vel: nec probare potes, *quod*. conf. c. 36, 10. & not. 2 Reg. 18, 35. it. Iud. 9, 28. e) *laborauerit* & laborando *fatigatus* es. 1 Sam. 23, 10. f) *pro* vel *propter me*. c. 61, 8. Ios. 14, 13. g) v. 2. 28.

ẏ. 23. h) *Non adduxisti*. Leu. 1, 2. c. 4, 4. 5. 15. &c. i) *mihi* & mei caussa. conf. etiam Am 5, 25. k) *pecudem*. Deut. 14, 4. l) Ex. 20, 21. Deut. 12, 13. 14. Ps. 50, 8. m) *&* *sacrificiis* vel *victimis tuis*. v. 24. c. 1, 11. n) *non* ad meritum *honorasti me*. c. 29, 13. Ps. 50, 23. Omnis namque valor & pretium sacrificiorum ab ipso Christo pendebat, quem illa cum toto Leuitico cultu adumbrarunt. Confer notata ad Leu. 1, 3. c. 3, 1. c. 16, 4. 34. c. 17, 4. 10. c. 21, 4. c. 25, 48. Num. 7, 70. c. 16, 3. 10. c. 19, 8. 9. 18. c. 20, 7. c. 21, 5. &c. o) *non seruire te feci*. v. 24. Ex. 1, 13. p) Leu. 2. 1. q) nec mei caussa *fatigaui te*. Hiph. (?) v. 24. Mal. 2, 17. r) *thure*, c. 66, 3. quod alioquin ad suffitum & cum sacrificiis offerendum erat. Ex. 30, 34. Leu. 2, 1. 15. &c.

ẏ. 24. s) *Non emisti*. Ier. 13, 1. 2 4. t) *mihi*, in meum vsum aut necessitatem. v. 23. u) Ion. *calamum aromaticum*. conf Ex. 30, 23. Ier. 6, 20. Ez. 27, 19. x) *& adipe*. Ez. 39, 13. 22. Leu. 3, 3. 4. 9. 10. 14. 16. 17 y) *non irrigasti* vel *exsatiasti me*. c. 55, 10. Ier. 31, 25. Ego namque nec carnem victimarum esurio nec adipem aut sanguinem sitio. Ps. 50, 13. z) *Imo*, etiam. *Enimuero tantum*. c. 34, 14. 15. 1 Sam. 16, 6. quod & victimæ a te oblatæ ex intentione DEI præfigurarunt. repete loca notata v. 23. a) *me seruire fecisti*. v. 23. cf. c. 50, 6. c. 52, 13. Phil. 2, 7. Mat. 20, 28. Ad Christum autē hæc pertinent.

tinent, quia *seruire* nunquam & nusquam de Deo ἀσύγκω dicitur. *Dorscheus*. b) *in peccatis tuis*. cf. c. 53, 4. seqq. Rom. 4, 25. 1 Petr. 2, 24. Hebr. 1, 3. c. 9, 22. 2 Cor. 5, 21. c) *fatigatum me reddidisti*. v. 23. cf. c. 49, 4. Ps. 22, 15. 17. Ps. 69, 2. 3. Luc. 22, 43. & 25, 26. d) *in iniquitatibus tuis*. c. 53, 5. Ps. 40, 12. 13. Serui enim formam propterea adsumsi, onus peccatorum tuorum suscepi, baiulaui, & ad mortem crucis vsque laboraui, vt te liberarem. cf. not. Leu. 4, 33. coll. Gal. 3, 13. & 2 Cor. 5, 21.

CAP. XLIV.

ẏ. 25. e) *Ego, ego* inquam vnus & solus *is sum*. v. 11. Deut. 32, 39. Hos 5, 14. f) *qui delet* vel *deleo*. c. 44, 22. Ex. 32, 32. ὁ. ὁ ἐξαλείφων, vt Act. 3, 19. Col. 2, 14. *Deletio* intelligenda iudicialis. *Dorsch*. Sic *Corn. a Lapide*: Delet Deus, cum reatum & obligationem delet. Ion. *Ego, ego sum remittens debita tua*. g) *præuaricationes tuas*, & plurimas & maximas. c. 53, 5. 8. c. 59, 12. cf. supra verbum c. 1, 2. & 1 Reg. 12, 19. h) *propter me ipsum*. c. 37, 35 c. 48, 11. *non propter vos* aut vestra merita. Ez. 36, 22. 32. cf. Ioh. 10, 18 c. 17, 19. 1 Ioh. 4, 10. i) Mich. 7, 18. 19. k) *non recordor*, *nec recordabor* ad pœnam, prout meritus eras; modo id humili pœnitentia ac fide tu agnoscas Ier. 31, 34. Ez. 18, 22. cf. etiam Leu. 16, 44. seqq. Nihil ergo meritorum pro te allegare poteris. Aut si quid nihilominus te habere putas, tu id *memora mihi*. v. 26. ẏ. 26. l) *Fac me recordari* s. *in memoriam mihi reuoca* merita tua, si qua tibi sunt. c. 62, 6. m) nam condescendam tecum in disquisitionem. c. 1, 18 n) *tu ipse enarra* illa; cf. Gen. 40. 8. 9. 2 Reg. 8, 4. o) *vt*, si possis, *iustificeris*. v. 9. c. 41, 26. Scio autem, te nihil habere. quo iustitiam tuam demonstrare queas, nec vel propria, vel Patrum merita allegare posse, quibus me tibi obstrictum probes. ẏ. 27. p) *Nam primus tuus Pater*, Adam, *peccauit*, Gen. 3, 6. & cum eo omnes homines. Rom. 5, 12. tuq; etiam ab eo originale peccatum habes Ioh. 3, 6. Statuimus omnino hic *originale peccatum* inculcari, inquit *S*. coll. *Kimchio* ad h. l. Luth. cum LXX. in plurali: οἱ πατέρες ὑμῶν πρῶτοι. np. Abrahamus etiam, cæterique. q) *& Oratores tui* s. ductores & voluntatis diuinæ *interpretes*, vt Moses & Aharon Num. 20, 11. (5) Gen. 42, 23. Iob. 33, 23. r) c. 2, 2. cf. de Mose & Aharone Deut. 32, 51. & de omnibus hominibus Rom. 3, 23. c. 11, 32. Ion. *& doctores tui rebellarunt in Verbum meum*. cf. Mat. 12, 24. Ioh. 19, 15. Act. 13, 45. &c. ẏ. 28. s) *Ideo etiam* ob illa peccata vestra non per Babylonios tantum, sed vel maxime per Romanos *profanabo*, *& tanquam profanos tractabo*. Ez. 28, 16. Ps. 89, 40. t) *Principes sanctitatis*. 1 Par. 24, 5. ἀρχιερεῖς in N. T. dictos, Sacerdotes primarios & Pontifices, vna cum templo eiusque cultu. u) *& dabo* c. 42, 24. *anathemati*. Leu. 27, 29. Ios. 6, 18. Mal. 3, 24. cf supra c. 34, 5. Ion. *cædi*. x) vid v 1. 22. y) *opprobriis*. c. 51, 7. Zeph. 2, 8. cf. Leu 26, 38. 37.

Cap. XLIV, 1 z) S. *Porro tamen*. vid. c. 43, 1. Postquam np. destruxerat Deus c. 43, 22. seqq. omne meritum Israelis, ad opus suum præcipuum hic redit Propheta, quod est erigere Israelem. cf. not. c. 41, 9. Estque hic applicatio antecedentium 1) paracletica. 2) elenchtica v. 6. & 3) pædeutica v. 21. seqq. seu vt *S*. obseruauit. I Israelis per promissionem de N. T erectio. II. eiusdem per comparationem Iehouæ cum idolis confirmatio v. 6. & III. iterata, & nouis circumstantiis illustrata promissio de liberatione e Babylonica captiuitate v. 24. a) v. 2. vid. c. 41, 8. b) v. 2. 21. c. 42, 19. c. 45, 4. c) *& o Israel*. c. 42, 2. d) *quem* ad sanctum seruitium *elegi* v. 2. Israel h. l. *electus* dicitur non respectu prædestinationis ad vitam æternam, sed excitationis & euocationis in peculium Dei, ad possessionem sacrorum & sedem ecclesiæ. coll. Rom. 9, 4. 11. *Dorsch*. Cf. supra c. 41, 9. ẏ. 2. e) Filius Dei v. 6. qui supra c. 43, 24. dixit: *seruire me fecisti* &c. & infra v. 22. *deleui vt nubem præuaricationes tuas*. S. Abrahamo fœderatus, & de florente numerosaque posteritate vaticinatus. Gen. 12, 15. 17. 18. capp *Dorscheus*. f) *qui feci te*. c. 51, 13. c. 17, 7. c. 27, 11. Iob. 10, 8. Ipsum primum Israelis principium ita indicat. *Schmidius*. g) *& formator tuus*. c. 43, 1. h) *ex quo in vtero esse cœpisti*, מן enim inclusiuum est, vt v. 24. c. 48, 8. c. 49, 5. Iud. 16, 17. confer Ps. 22, 10. 11. i) *qui* etiam porro per omnem vitam *adiuuabit te*. c. 41, 10. 13. 14 k) c. 41. 10 13. c. 43, 1. Luc. 12, 32. l) v. 1. Ier. 30, 10. c. 46, 27. m) v. 1. Ps. 24, 6. n) Deut 32, 15. c 33, 5. 26. Nomen *Israelis*, a *rectitudine*, æquitate & iustitia sic dicti, coll. Gen. 25, 27. formæ *Zebûlun*, cohabitatio Gen. 30, 20. & *Iedûthun* dilectio 2 Par. 35, 15. o) *quem elegi*. v. 2. c. 41, 8. Deut. 7, 6. ẏ. 3. p) *Nam*. sequuntur argumenta solatii.

ẏ. 23. הביאת sine *Iod*. 2. 3. in marg. 6. 9. su. 5. contra *Mas. impr*. h. l. & 2 Reg. 9, 2. שה per *Sagol* 2. 3. (cum nota contrar.) in margin 6. 9. contra *Masoram impressam* h. l. & Deut. 14, 4. ẏ. 25. אנכי ita per *Kadma* omnes nostri recte, præter 17. 18. & *Berol*. qui habent *Paschta*. ẏ. 28. לחרם per *Ethnas* 3. 6. 9. 10. 14. 20.

אֶצָּק־מַיִם עַל־צָמֵא וְנֹזְלִים עַל־יַבָּשָׁה אֶצֹּק רוּחִי עַל־
זַרְעֶךָ וּבִרְכָתִי עַל־צֶאֱצָאֶיךָ׃ וְצָמְחוּ כְּבֵין חָצִיר 4
כַּעֲרָבִים עַל־יִבְלֵי־מָיִם׃ זֶה יֹאמַר לַיהוָה אָנִי וְזֶה יִקְרָא ה
בְשֵׁם־יַעֲקֹב וְזֶה יִכְתֹּב יָדוֹ לַיהוָה וּבְשֵׁם יִשְׂרָאֵל יְכַנֶּה׃
כֹּה־אָמַר יְהוָה מֶלֶךְ־יִשְׂרָאֵל וְגֹאֲלוֹ יְהוָה צְבָאוֹת 6
אֲנִי רִאשׁוֹן וַאֲנִי אַחֲרוֹן וּמִבַּלְעָדַי אֵין אֱלֹהִים׃ וּמִי־כָמוֹנִי 7
יִקְרָא וְיַגִּידֶהָ וְיַעַרְכֶהָ לִי מִשּׂוּמִי עַם־עוֹלָם וְאֹתִיּוֹת
וַאֲשֶׁר תָּבֹאנָה יַגִּידוּ לָמוֹ׃ אַל־תִּפְחֲדוּ וְאַל־תִּרְהוּ הֲלֹא 8
מֵאָז הִשְׁמַעְתִּיךָ וְהִגַּדְתִּי וְאַתֶּם עֵדָי הֲיֵשׁ אֱלוֹהַּ מִבַּלְעָדַי
וְאֵין

propinquationis & approximationis, quæ includit *tum* adessentiam substantialem, *tum* etiam largitionem donorum, partim *extraordinariorum* Act. 2, 3. seqq. c. 10, 45. 1 Cor. 12, 13.14. partim *ordinariorum* Ex. 35, 35. c. 39, 29. Tit. 3, 6. Vtraque h. l. & Ioel 3, 1. insinuatur. Hæc *Dorsch.*

Ion. *Quia sicut dantur aquæ super terram sitientem, illæque fluunt super aridam, ita dabo Spiritum meum Sanctum super filios tuos, & benedictionem meam super filios filiorum tuorum.* x) *semen Iacobi* omnino posteros Iacobi notat; non tamen exclusiue, sed inclusiue, & in iusto ordine. Primo namque & insigni effusione Spiritus S. Act. 2. effusus est super Apostolos ex semine Iacobi, sed deinde etiam super gentiles. *S.* y) cf. Ez. 34, 26. Ps. 68, 10. Vocatur autem etiam Spiritus S. *benedictio*, quia benedictionem Abrahamo iam promissam (cf. Gal. 3, 14.) obsignat omnibus credentibus Eph. 1, 3. *S.* z) c. 22, 24 c. 34, 1 ℣. 4. a) *Vnde copiose ac læte germinabunt.* cf. c. 42, 9. c. 43, 19. Ps. 85, 12. Effectus effusi Spiritus S. efflorescentia spiritualis & incrementum in donis cælestibus. Nam sub *Zemach* crescent. Zach. 6, 12. Hinc emergunt fructus Spiritus S. Gal. 5, 22. Ioh. 15, 1. seqq. *Dorsch.* b) qs. *in medio graminis* vel *inter medias herbas.* cf. c. 66, 14. Iob. 5, 25. c) aut *sicut salices.* c. 15, 7. d) *iuxta riuos.* (2) c. 30, 25. cf. Ier. 17, 8. Duplex est comparatio Nam sicut tum gramina, tum salices celeriter crescunt, deinde vero se etiam augent; ita Ecclesia inter Iudæos post primam Spiritus S. effusionem celeriter creuit, & mox se etiam inter gentes diffudit & multiplicauit. *S.* ℣. 5. e) *Domini ego sum!* cuius gloriæ & seruitio ad humillimum obsequium me consecraui, idque ore, gestu & opere profiteor, cf. c. 43, 7. Apoc. 14, 1. Ex. 32, 26. Ion *De timentibus Iehouam ego sum.* Alter hic est effectus, nominis Dei & Iacob adsumtio, qs. diceret Propheta: insigniri cupient esse Iehouiani, Messiani, Iacobitæ, Israelitæ. *Dorsch.* Simplicissime dicitur, quod hic habeatur professio Christiana, qua Christianus profitetur 1) *se esse Domini*, i. e. Messiæ, 2) *se esse Iacobi*, i. e. Ecclesiæ membrum. *S.* f) *& iste vocabit se*, vel *vocabitur* nomine Iacobi c. 48, 1. g) *& ille s. & alius manu sua se adscribet Domino.* Per *hic*, *iste*, *ille* notatur multitudinis confluxus, in primis ex gentibus. Nam si omnes ex Iacobo & Israele essent, non opus foret, vt se demum a Iacobo & Israele cognominarent. *S.* h) *& nomine Israelis.* cf. Apoc. 3, 12. i) *cognominabit se.* (4) c. 45, 4. Iob. 32, 21.22. ℣. 6. k) Sequitur doctrinæ de liberatione spirituali c. 43, 16. seqq. *elenchtica applicatio* aduersus idololatras, ab hoc vsque ad v. 20. l) v. 2. c. 32, 1. c. 43, 15. m) *& vindex s. redemtor eius.* v. 22. 24. c. 47, 4. c. 59, 20 De emphasi huius nominis dignus est, qui conferatur, *Gussetius* p. 157. seq. Nempe *vi propriæ significationis*, quam vsus radicis commonstrat, id non tantum ereptionem aut liberationem e miseria vel malo physico, sed vel maxime nostri, vt personarum, e peccatorum reatu ac pœna vindicandarum, liberationem, & vt hereditatis Deo acquirendæ, vindicationem, & debiti solutionem a cognato nostro factam, inuoluit Ita vt Deus dici non possit Goel noster perfecte, proprie ac plene, nisi in Christo Filio suo, per natiuitatem naturam nostram induto, & se ipsum dante ad mortis supplicium, tq. ἀντίλυτρον pro nobis; & quidem necessarium, quoniam e manu iusti detentoris redimendi eramus, non diaboli, meri lictoris, sed iustitiæ vltricis & Iudicis iustissimi ac potentissimi, vt postmodum liberi viuamus, in Christi Redemtoris nostri φρατρίᾳ, & tq. hereditas ad eum tanto pretio reuersa, æterna eius simus possessio. &c. n) c. 41, 4. c. 48, 12. Apoc. 1, 8. 11. 17. c. 22, 13. o) i. e æternus ab ante & a post Non qs. cœperit unquam, aut finem habiturus sit; sed quod fuerit ante omnia ipse sine principio, & futurus post omnia, sine fine, si vel maxime omnia perirent. *S.* Aliis ita inferat omnes illos alios deos desituros, se superstite. p) v. 8. c. 43, 11. q) v. 8. c. 45, 21. 22. ℣. 7. r) *Ecquis enim sicut Ego?* c. 46, 9. s) tacite quid *proclamabit* Zach. 7, 7. S. *vocabit.* coll Rom. 4, 17. t) *& tanquam certo futurum id indicabit.* cf. c. 41, 9. c. 43, 9. 12. u) *atque id ordine disponet mihi*, vt sc. videam & agnoscam. cf. Ps. 50, 21. Iob. 33, 4. x) *idque* non nunc demum, sed etiam *ex quo ego posui* inde ab exordio mundi. cf. Prou. 8, 29. y) q. d *populum æternitatis.* Hyperbolica est dicendi formula inter Hebræos, qua ab *æternitate* denominant, quæ vetusta admodum sunt, & dudum ante nos fuerunt cf. c. 58, 12. c. 61, 4. Ez. 26, 20. Am. 9, 11. Ps. 143, 3. Prou. 22, 28. Thr. 3, 6. Proprie enim Deo competit, vt supra c. 40, 28. conf. etiam not. 2 Reg. 5, 27. & *S.* ad h. l. At *Dorscheo* Propheta respicit ad potestatem diuinam in imperia & termines populorum omnibus sæculis vbique in orbem terrarum exercitam, ex qua etiam populum Israeliticum sibi tanquam peculium elegerit, & in perpetuum defensurus sit, nisi malitiosa desertione a Deo desciuerit. z) *& subsequentia s. inuenientia.* c. 41, 23. c. 45, 11. a) c. 41, 22. b) *indicent* vel *annuncient.* c. 43, 8. c) *sibi* h. e. in honorem suum, vel illis, cultoribus suis c. 23, 1. c. 43, 8. ℣. 8. d) Ne itaque *paueatis*, o mei! a sculptilibus & eorum cultoribus Babyloniis. c. 12, 2. e) *neque extimescatis* aut *formidetis* (1) Apud Arabes *rahiaa* significat *ven isso animo infirmum iniuit consilium, debilis, languidus, lentus, inconstans fuit & vacillauit.* f) *ab illo tempore i pridem.* c. 16, 13. c. 48, 3. 5. 7. Ps. 93, 2. g) c. 42, 12. c. 48, 5. 6. h) c. 43, 12. c. 45, 21, i) *vos namque testes mei estis.* c. 43, 10. 12. k) *num est Deus?* Interrogatio vehementer negat, vt Ps. 18, 32. vnde etiam stilus mox vertitur in negationem: *& non est petra.* l) v. 6.

q) *ego* Filius Dei v. 2. *effundam.* cf. Ez. 34, 26. c. 36, 25. Ioh. 7, 37. 38. 39. Act. 2, 33. Tit. 3, 6. r) *super sitientes*, h. e. aquam cælestem & refocillationem desiderantes. Cf. de hac siti c. 35, 7. c. 41, 17. c. 55, 1. Ps. 42, 3. Ps. 63, 2. Mat. 5, 6. Ioh. 6, 35. c. 7, 37. Apoc. 21, 6. c. 22, 17. Itaque & gentes ad Ecclesiam vocandas h. l. insinuat Propheta. *Dorsch.* s) *& fluenta*, fluentes aquas (Arab in specie *pluuia*) c. 63, 19. Ex. 15, 8. Ier. 18, 14. Ps. 78, 16. 44. Prou. 5, 15. Cant. 4, 15. t) Ps. 143, 6. 1 Reg. 17, 1. seqq. u) *effundam*, inquam *Spiritum meum* c. 32, 15. Effundendus indicatur *tum metaphorice* per aquas & flumina, coll. Zach. 9, 11. Ioh. 4, 10. c. 7, 38. *tum proprie Spiritus Dei*, sec. significationem famosissimam: *Spiritus S.* qui in creatione aquis incubabat Gen. 1, 2. cum antediluuianis disceptabat Gen. 6, 3. qui Mosen gubernabat Num. 11, 17. qui in Dauide loquebatur 2 Sam. 23, 2. qui homines formabat ad imaginem & similitudinem DEI Iob. 33, 4. cuius inhabitationem sibi perpetuari Dauid orabat Ps. 51, 13. quem Israelitæ exacerbarunt Es. 63, 10. qui exercitum cælorum creabat Ps. 33, 6. qui est Omnipræsens Ps. 139, 7. deducit in vias salutis Ps. 143, 10. Spiritus iudicii & ardoris Es. 4, 4. Spiritus intelligentiæ & sapientiæ &c. c. 11, 2. omniscius & omnipræsens c. 40, 13. *tum metonymice* per benedictionem, quæ est effectus (Spiritus S. &) SS. Trinitatis Num. 6, 22, seqq. 2 Cor. 13, 13. Effusionem respectu ministri, Paulus 1 Cor. 3, 7. ποτισμὸν s. *rigationem* vocat. Est autem actus gratiosæ diuinæ appropinquatio-

CAP. XLIV, ℣. 4. כבין per *Caph loco* ב *præf.* 1. 6. 9. 10. 14. 20. 21. 23. contra *M. l.* ad Exod. 20, 17. ℣. 7. ויערכה *Ain per Pat.* 1. 2. 3. 5. & *Ber.* contra *M. l.* ℣. 8. הלא *sic defect.* 1, 2, 7. 8. 22. 23. *sec. Mas.* h. l. alii *plene.*

9 ואין צור בל־ידעתי׃ יצרי־פסל כלם תהו וחמודיהם
בל־יועילו ועדיהם המה בל־יראו ובל־ידעו למען
11 יבשו׃ מי־יצר אל ופסל נסך לבלתי הועיל׃ הן כל־
חבריו יבשו וחרשים המה מאדם יתקבצו כלם יעמדו
12 יפחדו יבשו יחד׃ חרש ברזל מעצד ופעל בפחם
ובמקבות יצרהו ויפעלהו בזרוע כחו גם־רעב ואין
13 כח לא־שתה מים ויעף׃ חרש עצים נטה קו יתארהו
בשרד יעשהו במקצעות ובמחוגה יתארהו ויעשהו
14 כתבנית איש כתפארת אדם לשבת בית׃ לכרת־
לו ארזים ויקח תרזה ואלון ויאמץ־לו בעצי־יער נטע
טו ארן וגשם יגדל׃ והיה לאדם לבער ויקח מהם ויחם
אף־ישיק ואפה לחם אף־יפעל־אל וישתחו עשהו
16 פסל ויסגד־למו׃ חציו שרף במו־אש על־חציו בשר
יאכל יצלה צלי וישבע אף־יחם ויאמר האח חמותי
ראיתי

m) c. 26, 4. Ps. 18, 32. Deut. 32, 4. 2 Sam. 23, 3. n) *ego sane non noui quenquam*, nec quisquam alius talem esse demonstrabit.

℣. 9. o) Itaque *formatores sculptilium*. cf. Hab. 2, 18. p) *omnes vanissimi* sunt. q. d. *ipsa inanitas*. c. 41, 29. cf. 1 Sam. 12, 21. q) *& desiderabilia* s. desideratissima & *pretiosissima eorum* simulacra. (3) Ps. 39, 22. Iob. 20, 20. conf. fem. Gen. 27, 15. r) *nihil proderunt*. v. 10. Hab. 2, 18. Prou. 10, 2. s) *& testes eorum ipsimet sunt* idolorum insani cultores, quod simulacra nec videant, nec cognoscant quidquam. Alii: *& testes idololatrarum ipsa illa idola sunt*, quæ nihil vident nec cognoscunt, ita vt pudere illos oporteat. t) Ps. 115, 5. u) cf. c. 41, 20. x) c. 43, 10. Ps. 51, 6. y) v. 11. c. 42, 17. c. 45, 16. Ps. 97, 7.

℣. 10. z) *Quis enim*, sanæ mentis homo, *formauerit* Deum? cf. v. 17. c. 43, 10. & interrogat. Num. 23, 19. 2 Sam. 16, 10. Prou. 20, 9. a) *aut sculptile adornauerit?* c. 40, 19. b) *ad nullam prorsus vtilitatem*. v. 9. c. 30, 5. Ier. 7, 8.

℣. 11. c) c. 52, 1. d) *socii* idoli vel adeo dementis idololatræ. conf. Ps. 119, 63. Prou. 22, 24. e) vid. v. 9. f) *nam ipsimet etiam artifices* s. *fabricatores* simulacrorum. c. 45, 16. g) *ex* impotentibus *hominibus sunt*, qui Deum facere nec possunt nec debent. S. h) *congregent se vna* omnes. confer Ios. 9, 2. Iud. 9, 47. 1 Sam. 7, 7. i) *sistant se*. c. 47, 13. k) *pauebunt* certe, v. 8. c. 19, 17. l) c. 27, 4. c. 42, 14.

℣. 12. m) *Faber ferrarius*. c. 40, 19. Sic plerique censent esse hic nomen constructum, vt v. 13. & Ez. 28, 11. At S. *Fabricat enim ferrum*, & v. 13.

נקוד עליו

Aut fabricat ligna, quamuis alibi verbum hac significatione non extet. Ceterum ab hoc versiculo vsque ad 20. pluribus demonstratur a Messia idolorum vanitas, ab ipsis insanis fabricatoribus vel manibus palpanda, si modo animum attendere vellent. Sed quia ex re indignissima vehementior est adfectus Prophetæ, hinc stilus fit abruptus sæpe & concisus, vt facilius omnino a linguæ peritis intelligi secundum adfectum, quam pari gratia ac venustate in aliam linguam transferri omnia possint. Conferatur Præf. nostra §. 9. & 11. n) *forcipe* sc. prehendit aut tractat materiam, seu opus suum. (2) Ier. 10, 3. rad. Arab. *comprehendit*, it. *resecuit*, hinc alii intelligunt *securim*, sed non bene ad contextum. o) *& elaborat* illud, v. 15. p) *prunis*. (3) c. 54, 16. Prou. 26, 21. q) *& malleis acutis*. Ier. 10, 4. 1 Reg. 6, 7. r) *format* seu *fingit* illud. Ier. 1, 5. s) *& tum efficit ipsum*. t) *brachio roboris sui*, vel *robusto*. confer Ps. 89, 21. u) *etiam esurit* interim. 2 Sam. 17, 29. x) Tig. *ita vt vires deficiant*. confer c. 37, 3. c. 40, 29. y) præ insano studio *non bibit aquam*. confer Ex. 34, 28. z) *ita vt delassetur*. c. 40, 28. ℣. 13. a) *Faber* autem *lignarius*. vid. v. 12. & confer c. 40, 19. 20. c. 41, 7. Ier. 10, 3. b) *extendit filum* mensorium. c. 34, 11. Iob 38, 5. Zach. 1, 16. c) *designat ipsum*. (6) Ios. 15, 9. d) Schmid. *amussi* seu *gnomone*. (1) sed *Bochartus* Hieroz. Ii. p. 696. seq Tig. aliique *rubrica*, qua signant fabri. Hi enim apud veteres funiculo rubrica tincta ligna secanda dirigebant, quod hodieque in vsu est. e) Tig. *& format illud normis*, al. *dolabris* vel *securibus*. rad. Chald. *abscidit*, *abrasit*. confer etiam Leu. 14, 41. At Schmid. *facit illud in angulos suos*, forte ex coll. Ex. 26, 23. vbi tamen alia forma nominis est. f) *& circino*. (1) confer c. 40, 21. g) *secundum formam viri*. Ps. 106, 20. Ex. 25, 9. h) Schmid. *iuxta pulchritudinem hominis*. confer c. 3, 18. At *Raschio* intelligitur *mulier*, *quæ sit decus mariti sui*. quocum confer 1 Cor. 11, 7. & Prou. 17, 6. Sic Ion. *iuxta decorem mulieris*. i) *vt deinde sedeat in ade sua*, sibi constructa. ℣. 14. k) *Vt cædere sibi possit* aliquando *cedros*, vel similes præstantes arbores. Vel: *Quum cædere sibi vult*. Deut 19, 5. 1 Reg. 5, 10. Schmid *Postquam abiit ad exscindendum sibi cedros*. Tig. *Accingit se ad incidendum sibi cedros*. Tale quid namque subintelligitur in supplementum constructionis. cf. not. ad v. 12. l) *accipit etiam ilicem*. al. *cupressum*. (1) m) *aut robur*. c. 6, 13. Hos 4, 13. n) *& firmat* aut *statuminat sibi eas in vsum suum*. confer c. 25, 3. c. 41, 10. o) delectas *inter reliquas siluæ arbores*. confer Ez. 15, 2. Cant. 2, 3. p) aut plantat etiam *ornum* vel *pinum*. (1) q) *quam pluuia* porro *auget* vel *crescere facit*. conf. c 1, 2. Ion. 4, 10. ℣. 15. r) Tig. *Eaque fit*. Schmid. *Et quæ mox natura fit homini*. s) *ad comburendum*, vel ad ignem accendendum. c. 6, 13. Num. 24, 22. t) *nam & ipse accipit de his lignis*. u) *& calefit*, seu *calefacit se*. v. 16. 2 Reg. 4, 34. x) *etiam*. c. 26, 8. 9. c. 41, 10. y) *accendit ignem* & *furnum*. (3) Ez 39, 9. Ps. 78, 21. z) *& coquit* panem v. 19. Gen. 19, 3. a) *etiam tamen*. Iob. 14, 3. Coh. 2, 9 b) stultissimus inde *deum facit*. v. 11. 17. c) *eumque adorat*. Ex. 34, 8. d) *fecit ipsum* truncum vel ex trunco. Hos. 8, 6. e) *& tamen procumbit* seu *prosternit se*. (4) v. 17. 19. f) *iis*, talibus diis. v. 7. c. 43, 8. al. *ei*, coll. c. 53, 8. *Sic faber incertus*, *scamnum faceretne*, *Deumue?* *Maluit esse Deum*. ℣. 16. g) Nempe *partem eius* ligni v. 19. Ios. 8, 33. h) *combussit* c. 47, 14. i) *igne*. v 19. c. 43, 2. k) *assat*. (3) v. 19. l) *assatam*. (3) Ex. 12, 8. 9. m) *calefit etiam* ℣. 15. n) *& dicit euge!* Ps. 35, 21. 25. o) *caleo* 1 Reg. 1, 2.

נון זעירא
קמץ בוק

℣. 9. יצרי per *Kadma milra* 1. 3. 6. 9. 14. 20. המה per *Sakephk*. 1. 3. 6. 7. 9. 20. 21. Ceterum *puncta extraordinaria* innuunt absentiam integræ huius vocis in alio exemplari. vid. *Hilleri* Kri & Cthib p. 154.
℣. 11. והרשים sine præfixo *Vau* alius codex in margine 22. ℣. 13. בשרד per *Rbhia* 2. 6. 9. 10. 14. 20. יתארהו *Tau* per *Patach* 1. 2. 19. cum *Masora* 1. et per *Chateph-patach* sub *Aleph* 1. 2. 7. 12. 15. 19. contra *Masoram impressam* & *M. I.* ℣. 14. ארן *Nun ordinarium* hab. 10--14. 15. 19. 20. 23. *Nun maius* vero 18. sed *minus* poscit *Masora finalis* f. 1. a. & ad Leu. 1, 1. &c. Variam lectionem ארן subesse credit *Hillerus* p. 184. ℣. 15. המותי *milel* 2. 3. sic sc. 5. contra *M. I.*

ראיתי אור׃ ושאריתו לאל עשה לפסלו יסגוד־לו 17
וישתחו ויתפלל אליו ויאמר הצילני כי אלי אתה׃
לא ידעו ולא יבינו כי טח מראות עיניהם מהשכיל 18
לבתם׃ ולא־ישיב אל־לבו ולא דעת ולא־תבונה 19
לאמר חציו שרפתי במו־אש ואף אפיתי על־גחליו
לחם אצלה בשר ואכל ויתרו לתועבה אעשה לבול
עץ אסגוד׃ רעה אפר לב הותל הטהו ולא־יציל את־ כ
נפשו ולא יאמר הלוא־שקר בימיני׃ זכר־אלה 21
יעקב וישראל כי עבדי־אתה יצרתיך עבד־לי אתה
ישראל לא תנשני׃ מחיתי כעב פשעיך וכענן חטאותיך 22
שובה אלי כי גאלתיך׃ רנו שמים כי־עשה יהוה הריעו 23
תחתיות ארץ פצחו הרים רנה יער וכל־עץ בו כי־גאל
יהוה יעקב ובישראל יתפאר׃ כה־אמר יהוה גאלך 24
ויצרך מבטן אנכי יהוה עשה כל נטה שמים לבדי רקע
הארץ מי אתי׃ מפר אתות בדים וקסמים יהולל משיב כה
חכמים אחור ודעתם יסכל׃ מקים דבר עבדו ועצת 26
מלאכיו ישלים האמר לירושלם תושב ולערי יהודה
תבנינה וחרבותיה אקומם׃ האמר לצולה חרבי 27
ונהרותיך

יתיר ו׳

קמ״ץ בז״ק עד כאן

מאתי קרי

קמץ ברביע

z) :& magis magisque declinare facit eum. c. 29, 21. 2 Reg. 11, 2. 3. 4. a) c. 9, 14. Ier. 20, 14. c. 16, 19. c. 51, 16. b) cf. Ps. 144, 8. 11. Ion. annon mendacium operatus sum dextra mea? Absurdum namque est, circa elaborandum Deum fabrum lignarium & ferrarium (v. 12. 13.) fatigari, atque vnam eandemque materiam Deum præbere & ligna in culina comburenda. v. 14. seqq. Et insanum est, eum pro Deo colere, qui est sine sensu. v. 19. *Dorsch.* ℣. 21. c) *Memento* itaque *istorum, o Iacob.* v. 1. conf. Deut. 9, 7. Mich. 6, 5. *Applicatio* dictorum *pædeutica*, qua excitantur Israelitæ, ad considerandum gentilium insaniam, & beneficiorum Redemtoris sui magnitudinem. d) vid. v. 1. e) *formaui* namque *te* c. 43, 21. f) Gussetius p. 539. *ne patiaris tibi induci oblivionem mei.* Schmidius: *quare Israel non obliuisceris mei.* Sic Ion. *ne obliuiscaris timoris mei.* At Varenius III. p. 242. *non obliuioni traderis a me.* Niph. (1) confer Thren. 3, 17. ℣. 22. g) *Deleui* enim c. 43, 25. h) *sicut densam nubem* vel *nebulam* dispulsam Iob. 30, 15. confer supra c. 18, 4. i) Ion. *& sicut nubem transeuntem.* confer Hos. 6, 4. Iob. 7, 9. k) *Conuerte te itaque ad me.* c. 31, 6. Zach. 1, 4. l) vid. v. 6. 23. 24. ℣. 23. m) *Cantate* itaque *cæli*! c. 49, 13. confer c. 1, 2. c. 12, 6. n) *quia* omnia hæc Messiæ beneficia pro voto & sententia *perfecit* Dominus. confer verbum ita absolute positum 1 Sam. 26, 25. Ps. 22, 32. Dan. 8, 24. c. 11, 7. 30. 32. Ion. *quia fecit Dominus redemtionem populo suo.* o) *iubilate* Zeph. 3, 14. Ps. 66, 1. p) *inferiora terræ.* confer Ps. 63, 10. q) *erumpite* vel *personate* (7) c. 49, 13. c. 54, 1. r) *Cantu* c. 14, 7. s) Ps. 96, 12. Per hæc verba intelliguntur homines, qui cælum,, terram, montes, siluas & arbores iubilo suo implere debent. *Dorscheus.* t) vid. v. 6. 22. u) *gloriosum se exhibebit.* c. 49, 3. c. 10, 15. ℣. 24. x) Hic *noua* incipit oratio, qua superiores promissiones Christus confirmat, ac solutionem captiuitatis Babylonicæ promittit *per Cyrum*, v. 28. plus quam 200. annis ante complementum. vide *Iosephum* A. I. XI. c. 1. y) vid. v. 6. z) v. 2. 21. c. 27, 11. a) vid. v. 2. b) *faciens omnia* in regno naturæ & gratiæ. c. 45, 7. c. 40, 26. Ps. 95, 5. 6. Ioh. 1, 3. Heb. 1, 2. c) c. 40, 22. c. 45, 12. c. 51, 13. d) conf. c. 63, 3. e) c. 42, 5. f) *a me ipso* Gen. 44, 28. vel *& quis mecum?* coll. Es. 40, 12. ℣. 25. g) *Irrita reddens* Iob. 5, 12. h) *signa.* c. 7, 11. 14. c. 37, 30. i) *mendacium* astrologorum & diuinatorum inter Chaldæos perpetuitatem regni Babylonici, atque adeo exilii Iudaici, vane iactantium. de nomine vid. supra not. ad c. 16, 6. k) c. 3, 2. Deut. 18, 10. 14. cf. Iob. 5, 13. l) *insanos reddit* vel *in transuersum agit* Iob. 12, 17. Thren. 1, 13. m) *conuertens* c. 38, 8. n) c. 5, 21. o) *retrorsum* c. 42, 17. p) *&* qui omnem scientiam eorum *infatuat* 2 Sam. 15, 31. ὁ. μωραίνων 1 Cor. 1, 20. ℣. 26. q) *stabiliens autem* & infallibiliter præstans. 1 Sam. 1, 23. 1 Reg. 8, 20. r) *verbum serui sui.* c. 50, 10. per quem alii Messiam, vt c. 42, 1. alii vero Prophetas intelligunt, coll. Ier. 7, 25. c. 26, 5. Deut. 35, 5. Ios. 1, 1. 2. c. 24, 29. &c. s) c. 14, 26. 27. Ps. 33, 11. t) *nunciorum suorum*, Esaiæ, Ieremiæ, Ezechielis &c. de instauratione Hierosolymorum, & regni Babylonici destructione per Cyrum. *Maius.* u) *perficiet.* v. 28. c. 38, 12. 13. x) *dicens Hierosolymæ*, terrenæ & cælesti. *Dorscheus.* conf. v. 24. y) in 2. persona masc. S. *habitaberis*; sed alii rectius in 3. fæmin. *habitabitur.* Hoph. (2) c. 5, 8. z) c. 40, 9. a) *ædificabuntur* Ez. 36, 10. b) c. 5, 17. c. 49, 19. c. 51, 3. c) *instaurabo* vel *erigam.* c. 58, 12. ℣. 27. d) *Qui dicis profundo.* (1) confer Mich. 7, 19. Ex. 15, 5. Zach. 10, 11. e) *exsiccare* c. 19, 5. 6. confer Ier. 50, 38.

p) S. *dum vidi.* q) *ignem.* (5) c. 31, 9. c. 50, 11. c. 47, 14.
℣. 17. r) *Et nihilominus tamen reliquam partem eius* c. 14, 30. Ier. 15, 9. s) v. 10. 15. t) v. 15. coll. Hab. 2, 19. u) vid. v. 15. 19. x) c. 1, 8. y) c. 45, 20. z) c. 36, 15. Ps. 7, 2. a) c. 42, 17.
℣. 18. b) *Nihil neque norunt* c. 56, 10. c) *neque intelligunt* insani homines c. 40, 21. Ps. 82, 5. d) *quia oblevit s. tectorio quasi induxit oculos eorum.* Leu. 14, 42. Ez. 22, 28. Impersonalis locutio. Nec opus est, vt subaudiamus *Deus*; sed subintelligi potest caussa propior & inferior, *Satanas* vel error, aut simile. Quanquam suo modo ad caussam summam etiam referatur. *S.* Ion. *quia obturati sunt oculi eorum, vt corde suo nihil intelligant.* e) c. 33, 15. Gen. 27, 1. f) cf. 2 Cor. 4, 4. g) cf. c. 41, 20.
℣. 19. h) *Neque enim reuocat* sibi. c. 46, 8. i) *ad animum* vel *cor suum.* c. 57, 1. k) c. 5, 13. Prou. 19, 2. l) Deut. 32, 28. Obad. v. 7. 8. m) *vt dicat* Ier. 8, 6. n) vid. v. 16. o) *etiamque coxi* v. 15. p) c. 47, 14. Leu. 16, 12. q) *assabam.* (3) v. 16. 1 Sam. 2, 15. r) *an ergo residuum eius*, Leu. 14, 17. s) *abominandum idolum faciam?* Gentium enim idola *abominationes* appellant sacri scriptores. conf. Deut. 7, 25. 1 Reg. 11, 5. &c. Apoc. 21, 27. t) *trunco s. frusto exsiccato & attrito ligni.* z) Iob. 40, 20. vbi *fœnum* vel *pabulum herbæ exsiccatæ* sic dicitur. Cf. Neumanni Exod. S. p. 167. u) *num prosternam me?* (4) v. 15. 17. c. 46, 6.
℣. 20. x) *Pascit* tamen *se cinere*, & falsa se lactat spe & fiducia. cf. Hos. 12, 2. Hoc velle videtur, quod sicut qui cinerem edit, tantum abest, vt nutriat corpus, vt potius magis corrumpat, sic illi stulti deteriores fiunt, & cor eorum semel a Diabolo illusum, magis magisque eos aberrare facit. *S.* y) *cor seductum* vel *delusum est.* Pyal (1.) cf. Gen. 31, 7.

℣. 17. ויאמר per *Mun.* 6. 9 10. 12—16. 19—23., ℣. 19. דעת per *Merca* 7. 8. 13. 15—19. 21. 22. 23. præter *Masoram impressam* Gen. 30, 16. ℣. 21. יצרתיך עבד־לי ita 1. 3. & sic su. 5. ישראל cum præt. fe. 5. & fn. 2. sic in marg. 6. 9. ℣. 22. חטאותיך cum ן otioso 3. 22. sec. *Mas. impr.* Ier. 15, 13. ℣. 24. כה cum : *Dag. euphon.* 8. 10. 17. 18. 21. 22. 23. & *Ber.* sic in marg. 6. 9. reliqui vero omittunt. מי אתי ita *Cthib* diuellunt 2. 3. 15. 21. sec. *Mas.* 2. & *Erff.* ceteri coniungunt. *Cthib* explicatur in libro *Bahir* f. 2. d. מי אתי *quis fuit mecum?* q. d. *Non fuit quisquam neque ex Angelis, neque ex Seraphinis, mecum; sed Ego solus.*

f) & fluuios tuos cf. c. 11, 15. c. 19, 5. 6. *g) arefaciam.* c. 42, 15. Hæc nopice de Babylone accipienda sunt, inquit *S.* cum respectu ad exsiccationem maris Suph & Iordanem duuium. Attamen & proprius verborum sensus locum habet. Cyrus namque vt Babylonem caperet, Euphratem diffidit, & parte eius in lacus abducta, per alveum veterem in vrbem ingressus est; vt ex *Herodoto* & *Xenophonte* docuimus supra ad c. 21, 4. Conf. etiam Apoc. 16, 12.

℣. 28. *h)* vid. v. 24. c. 45, 1. *i) pastor meus.* i. e. gregis mei, *tu eris.* cf. 2 Sam. 5, 2. c. 7, 7. 1 Reg. 22, 17. Ps. 78, 71. 72. *k)* c. 46, 10. *l)* v. 26. Iob. 23, 14. cf. supra c. 21, 2. &c. *m) & quidem dicendo Hierosolymæ: instauretur.* cf. 2 Par. 36, 23. Esr. 1, 1. seqq. *n) & Templo; fundaberis!* cf. Zach. 4, 9. c. 8, 9. Esr. 3, 6. 10. c. 5, 1. Viuente quidem Cyro Templum Hierosolymitanum non perfectum fuit, sed autoritate & vi mandati ipsius, regnante Dario Hystaspide vel Notho. Esr. 6, 1. 2.

CAP. XLV, ℣. 1. *o)* Quod de Cyro in fine præcedentis capitis cœptum est, hoc nunc copiosius exponitur, & I. confirmatur non tantum Iudæorum ex Babylonica captiuitate per Cyrum, sed & hominum spiritualis per Christum v. 8. certissima liberatio. II. Applicatio epanorthotica fit aduersus contumaces Iudæos v. 9. 10. III. Repetitur promissio de liberatione ex Babylone v. 11. & de felicissima liberatione spirituali v. 14. IV. sequitur Applicatio didascalica v. 18. elenchtica v. 20. & pædeutica v. 22. Vel vt breviter C. habet: Est hic (1) Prophetiæ de Cyro c. 44, 24. seqq. vberior explicatio. (2) Populi Iudaici ab impatientia exhortatio v. 9. 10. (3) Maiestatis Messiæ tam per Prophe-tiam

28 וְהַרְבֹתַיִךְ אוֹבִישׁ׃ הָאֹמֵר לְכוֹרֶשׁ רֹעִי וְכָל־חֶפְצִי יַשְׁלִם

מה וְלֵאמֹר לִירוּשָׁלַם תִּבָּנֶה וְהֵיכָל תִּוָּסֵד׃ כֹּה־

אָמַר יְהוָה לִמְשִׁיחוֹ לְכוֹרֶשׁ אֲשֶׁר־הֶחֱזַקְתִּי בִימִינוֹ לְרַד־

לְפָנָיו גּוֹיִם וּמָתְנֵי מְלָכִים אֲפַתֵּחַ לִפְתֹּחַ לְפָנָיו דְּלָתַיִם

2 וּשְׁעָרִים לֹא יִסָּגֵרוּ׃ אֲנִי לְפָנֶיךָ אֵלֵךְ וַהֲדוּרִים אוֹשר

3 דַּלְתוֹת נְחוּשָׁה אֲשַׁבֵּר וּבְרִיחֵי בַרְזֶל אֲגַדֵּעַ׃ וְנָתַתִּי לְךָ

אוֹצְרוֹת חֹשֶׁךְ וּמַטְמֻנֵי מִסְתָּרִים לְמַעַן תֵּדַע כִּי־אֲנִי יְהוָה

4 הַקּוֹרֵא בְשִׁמְךָ אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל׃ לְמַעַן עַבְדִּי יַעֲקֹב

וְיִשְׂרָאֵל בְּחִירִי וָאֶקְרָא לְךָ בִּשְׁמֶךָ אֲכַנְּךָ וְלֹא יְדַעְתָּנִי׃

ה אֲנִי יְהוָה וְאֵין עוֹד זוּלָתִי אֵין אֱלֹהִים אֲאַזֶּרְךָ וְלֹא

6 יְדַעְתָּנִי׃ לְמַעַן יֵדְעוּ מִמִּזְרַח־שֶׁמֶשׁ וּמִמַּעֲרָבָהּ כִּי־אֶפֶס

7 בִּלְעָדָי אֲנִי יְהוָה וְאֵין עוֹד׃ יוֹצֵר אוֹר וּבוֹרֵא חֹשֶׁךְ עֹשֶׂה

שָׁלוֹם וּבוֹרֵא רָע אֲנִי יְהוָה עֹשֶׂה כָל־אֵלֶּה׃

הרעיפו

ta v. 15. ta per

CAP. XLV.

ipsum Messiam v. 12. 18. seqq. descriptio. Nam quod

אישר קרי

Dorsch. v. 13. Messiam, per Cyrum figurandum, repræsentari existimat, id *S.* aliique ad Cyrum referunt. Loquitur autem FILIVS DEI, coll. c. 44. & hic v. 13. & Rom. 14, 11. *p) Vncto suo,* i. e. *in statione typica Messiæ,* diuina destinatione & auctoritate Regis Persarum. Omnes enim vncti fuit typi Christi (ita Dorsch.) & non est potestas, nisi a Deo. Rom. 13, 1. Namque alioqui non constat, vt *S.* obseruat, quod Reges Persarum vncti sint, vt de Iudæorum Regibus illud Scriptura testatur. Ad ritum itaque Hebræorum eiusque rationem hic respici, recte adnotant. Et cum vnctio apud Hebræos non Regibus tantum propria fuerit, sed etiam Sacerdotibus, communis ratio quærenda est, quæ fuit ipsius *summi Dei destinatio & auctoritas.* Habuit etiam Cyrus felicissimis rerum successibus clarissima diuinæ clementiæ & gubernationis indicia. Conf. etiam 1 Reg. 19, 15. *q)* c. 44, 28. 2 Par. 36, 22. *r)* cuius *apprehendi & confirmabo dexteram.* c. 42, 6. Ps. 73, 22. *s)* S. *ad subiiciendum,* al. *ad sternendum.* (4) Iud. 19, 11. 1 Reg. 6, 32. Ps. 144, 2. *Inf. Kal.* formæ שך Ier. 5, 26. *t) gentes,* Medos, Ionas, Babylonios &c. *u) soluam, discingam.* c. 5, 27. c. 20, 2. Omnia a more militiæ desumta: victi enim discingebantur. *Dorsch. x) vt aperiam ante* Cyrum. Deut. 20, 11. 2 Reg. 15, 16. cf. Apoc. 3, 8. *y)* cf. 1 Cor. 16, 9. 2 Cor. 2, 12. ℣. 2. *z) Ego* Messias. v. 1. Ion. *Verbum meum tibi præibit. a) & inæqualia,* tortuosa. (1) *b) recta faciam* s. complanabo. c. 40, 3. Hieron. & Vulg. *gloriosos terræ humiliabo. c)* c. 48, 4. Ps. 107, 16. *d)* cf. c. 43, 14. Amos 1, 5. 1 Reg. 4, 13 *e) concidam.* c. 9, 9. Ps. 75, 11. Ps. 107, 16. vt nihil felicissimos tuos progressus remorari possit. ℣. 3. *f) thesauros tenebrarum,* h. e. abditissimos thesauros & opes Babyloniorum, si vel maxime summo studio occultati fuerint. *S. g) & occultas opes* (1) cf. Ier. 41, 8. *h) latibulorum.* Ier. 49, 10. *i)* non vt insolescas, aut tibi id tribuas; sed *vt agnoscas, quod ego Iehoua,* Deus Israelis is sim, qui ad talia te nomine diu ante vocauerim. Commemorat vero *Iosephus* loco supra ad c. 44, 24. allegato, Cyrum huius vaticinii notitiam obtinuisse, & antiquitatem eius miratum, ex consideratione eius decreuisse populi Iudaici libertatem. Id quod vero dissimile non est. Floruit enim Daniel in aula Cyri Dan. 6, 29. vixitque Susis Dan. 8, 2. vbi Cyrum quoque vernum tempus transegisse, Xenophon docet lib. 8. Cyropæd. p. m. 233. Vnde probabile fit, Danielem Esaiæ codicem Cyro præmonstrasse. cf. Esr. 1, 1. seqq. 2 Par. 36, 23. ℣. 4. *k)* Ante omnia hic obseruandum, quod Ecclesia Deo sit summæ curæ, vt etiam regna propterea euertat. *S. l)* c. 44, 1. *m)* c. 43, 20. *n) ideo inquam nomine te vocaui* v. 3. c. 44, 28. *o) & appellaui te* c. 44, 5. *p) quum nondum* Ps. 139, 16. Iob. 22, 16. *nosses me.* v. 5. h. e. ex mero fauore & singulari beneplacito meo tibi, o Cyre, regnum destinaui, & nomen tuum in sacro codice expressi, vt quem alias ignoras, fatearis esse Deum omnipotentem, & omnia præscientem, dimittasque populum meum e captiuitate, in qua iniuste a Babyloniis detinetur. ℣. 5. *q)* v. 6. 14. 18. *r) præter me* v. 21. Hos. 13, 4. Deut. 32, 39. *s)* v. 21. 22. c. 44, 8. 2 Sam. 22, 32. *t) accingam te igitur* Ps. 18, 33. 40. *u)* vid. v. 4. ℣. 6. *x) Vt* omnes gentes quoque per omnes mundi partes *cognoscant* 2 Par. 6, 33. *y)* c. 59, 19. Ps. 50, 1. Ps. 113, 3. Mal. 1, 11. *z)* c. 43, 5. *a) quod nullus* sit DEVS v. 14. c. 40, 17. c. 46, 9. *b) præter me* Gen. 41, 44. *c)* v. 5. 14. ℣. 7. *d) formans* v. 18. *lucem* s. *diem* coll. Iob. 26, 10. Hab. 3, 4. Ps. 139, 11. per *lucem* felicitatem & liberationem, per *tenebras* autem infelicitatem & imminentem captiuitatem Babylonicam h. l. intelligere solent; & satis commode dici potest, lucem & tenebras proprie esse accipienda, sed comparationis gratia hic posita, & non sine argumento, quod Deus quoque pacem & malum immittat; q. d. *quemadmodum formaui olim lucem & creaui tenebras,* sic formo & formare possum quoque pacem & malum. &c. *S. e)* dicitur Deus *creare tenebras* per remotionem oppositi luminis; alioqui tenebræ, quia sunt priuatio, proprie non creantur. *Dorsch.* Atqui *Deus creauit tenebras,* quando terram & aquam ita condidit, vt nihil illa lucis habeant, & lumini etiam obstent per suam interpositionem, vt in eclipsibus lunæ videmus. *S. f)* Iob. 25, 2. *g)* c. 42, 24. c. 48, 7. Am. 3, 6. Num. 16, 30. conf. Thren. 3, 37. *h)* quod inquam *ego Iehoua* v. 6. *i)* c. 44, 24. & quod meum hoc opus & munus sit.

℣. 27. והרותיך *Orientales plene.* CAP. XLV, ℣. 1. לכורש sic 3. 6. 9. 14. & sic se. 1. 5. & *Ber. Perpetuum* Mun. 2. 8. 10. 13. 19. at per *Segolta* 7. 12. 15—17. 20—23. analogice quidem: sed contra *Masar.* 1. לפניו ירקא בלא סגולתא *semel hic occurrit Sarka sine Segolta.* vid. *Iablonski* Præfat. §. 8. לרד per *Mahpach* 2. 1. 3. 7. ℣. 6. וממערבה *milel* 42. at *milra* per ה *mappikatum* in margine 6. 9.

הַרְעִיפוּ שָׁמַיִם מִמַּעַל וּשְׁחָקִים יִזְּלוּ־ 8
צֶדֶק תִּפְתַּח־אֶרֶץ וְיִפְרוּ־יֶשַׁע וּצְדָקָה תַצְמִיחַ יַחַד אֲנִי
יְהוָה בְּרָאתִיו׃ הוֹי רָב אֶת־יֹצְרוֹ 9
חֶרֶשׂ אֶת־חַרְשֵׂי אֲדָמָה הֲיֹאמַר חֹמֶר לְיֹצְרוֹ מַה־תַּעֲשֶׂה
וּפָעָלְךָ אֵין־יָדַיִם לוֹ׃ הוֹי אֹמֵר לְאָב 10
מַה־תּוֹלִיד וּלְאִשָּׁה מַה־תְּחִילִין׃ כֹּה־אָמַר 11
יְהוָה קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל וְיֹצְרוֹ הָאֹתִיּוֹת שְׁאָלוּנִי עַל־בָּנַי
וְעַל־פֹּעַל יָדַי תְּצַוֻּנִי׃ אָנֹכִי עָשִׂיתִי אֶרֶץ וְאָדָם עָלֶיהָ 12
בָרָאתִי אֲנִי יָדַי נָטוּ שָׁמַיִם וְכָל־צְבָאָם צִוֵּיתִי׃ אָנֹכִי 13
הַעִירֹתִהוּ בְצֶדֶק וְכָל־דְּרָכָיו אֲיַשֵּׁר הוּא־יִבְנֶה עִירִי
וְגָלוּתִי יְשַׁלֵּחַ לֹא בִמְחִיר וְלֹא בְשֹׁחַד אָמַר יְהוָה
צְבָאוֹת׃ כֹּה אָמַר יְהוָה יְגִיעַ מִצְרַיִם 14
וּסְחַר־כּוּשׁ וּסְבָאִים אַנְשֵׁי מִדָּה עָלַיִךְ יַעֲבֹרוּ וְלָךְ יִהְיוּ
אַחֲרַיִךְ

✠. 8. k) *Rorate, stillate.* (5) Iob. 36, 28. Ps. 65, 12 conf. cognatum Deut. 32, 2. De bonis aut beneficiis per Cyrum populo Iudaico concedendis hoc versu sermonem esse, plerique statuunt, (ita tamen, vt talitus destillandus non sit ipse Cyrus, sed *iustitia & salus*. vid. *Dorsch.* ad h. l. & *Gusset.* p. 717. aliique) sed nimis magnifica verba sunt, quam vt videantur de Cyro sumi posse. *Loquitur* autem (1) non Propheta nec Ecclesia, sed *ipse Iehoua* Messias, ex fine versus. (2) Imperatiuus est propheticus (vt supra c. 23, 2. c. 26, 19. vel certæ promissionis, vt 2 Reg. 5, 10.) vnde sequentia verba sunt futura; & nihil aliud hic habetur, quam promissio Messiæ Iehouæ. q. d. *rorabunt cæli desuper, & nubes stillabunt iustitiam; aperiet se terra &c.* (3) Versus hic immediate nec de natiuitate Messiæ, nec de conceptione eius in vtero Mariæ per Spiritus S. ἐπέλευσιν, vt alii putant, loquitur: sed describit Messias ea, quæ sunt extra personam suam. Ipse namque, vt dictum est, hic loquitur. Dicimus autem describi felicitatem N. T. comparando eam cum præsenti mundi statu, quasi tota mundi machina sit renouanda: ita quidem vt cælum serenum roret, non aquas, vt hactenus, sed *iustitiam*; nubes stillent, non guttas aquarum, sed *iustitia* &c. Sic alias N. T. status nouo cælo & nouæ terræ comparatur Es. 65, 17. c. 66, 22. qui quidem status in vita æterna complendus est. *S.* l) *desuper* Ex. 20, 4. m) *& nubes* Deut. 33, 26. 1 Sam. 22, 12. n) *stillent* vel *fluant* Ier. 9, 17. Iob. 36, 28. o) *aperiat se terra*, cf. Ps. 67, 7. p) S. vt

S. *vt habitatores eius fructificent salutem*, vel *fructus proferant, qui saluti* per Christum *concessæ, respondeant.* Al. cælum & terra fructum *proferant Salutem*, np. Germen illud iustum ac Seruatorem, coll. Ier. 23, 5. 6. 1 Cor. 1, 30. Verbum actiuum est, vt Deut. 29, 17. Nomen confer infra c. 51, 5. c. 61, 10. c. 62, 11. Ps. 85, 10. q) cf. Ier. 23, 5. r) cf. c. 42, 9. 2 Sam. 23, 5. Ps. 85, 12. s) *creaui* & mirabiliter producturus sum *illud*, v. 7. c. 4, 5. Ion. *creaui illa.*

✠. 9. t) *Væ* itaque impio & contumaci Iudæo v. 10. c. 1, 4. u) *litiganti*. Iud. 11, 25. x) *cum formatore* aut *conditore suo* c. 64, 7. Gen. 2, 7. y) *testa* cum ille sit c. 30, 14. z) *cum reliquis testis terræ.* cf. Thr. 4, 2. 2 Cor. 4, 7. a) vid. c. 29, 16. b) *figulo suo*. c. 64, 7. cf. Ier. 18, 6. Rom. 9, 20. c) *& opus tuum*, o impie litigator c. 41, 24. num de te dicere potest? d) *manus ipsi non sunt*. np. operatori meo. Nimirum litigantes isti accusabant tum *sapientiam* Dei, per, *Quid facis?* & omnipotentiam, per *Non sunt manus ipsi.* Quasi Deus *non debuisset* permittere captiuitatem Babylonicam; *aut non potuisset* eam auertere, nec ex ea eripere. *S.* ✠. 10. e) Mysteria & beneficia ista maxima negantibus *væ* denunciatur, cum Dei sapientiam & potentiam accusent, & absurde faciant. *Maius* Oec. p. 955. Altera hæc est comparatio, qua contumaces illi Iudæi cum proteruo filio comparantur, qui parentibus illudit, aut cum iis expostulat suam generationem. *Varenius* III. p. 152. seq. ad mysterium incarnationis v. 9. & 10. refert, idque p. 156. verbis Hieronymi declarat, quæ in Comment. ad h. l. ita habent: Væ eis, qui contradicunt Deo, & Christum non putant esse venturum, quasi lutum & testa de testis contradicat figulo suo. *Væ qui dicit omnipotenti Patri, quare tu generas filium, & mulieri sanctæ Mariæ, quid parturis?* &c. sed vt Hieronymus non hanc solam, sed etiam aliam sententiam de Cyro exposuit, ita nostram habet *Lutherus*, *Brentius* & *Schmidius* ex contextu. f) *quid generas?* *Quid* non accipio aduerbialiter pro *quare*, sed *pronominaliter*, *quale quid generas?* Vt iterum arguantur accusantes tum sapientiam, tum omnipotentiam Dei, ipsumque opus eius, quasi non bene factum sit. Sermo autem est cum Israelitis, quorum se patrem & matrem Deus vocare solet, non gentilium. *S.* g) c. 26, 17. c. 66, 7. ✠. 11. h) Messias. v. 15. 17. 21. c. 1, 4. i) c. 43, 7. 21. k) *ventura* c. 41, 23. l) *rogate* vel *interrogate Me* c. 7, 11. c. 30, 2. c. 41, 28. c. 58, 2. non alios deos, aut impia consilia vestra: quoniam ego solus futura vobis indicare ac præstare possum. vid. c. 42, 9. c. 43, 9. 12. &c. m) c. 43, 6. n) c. 5, 12. 19. o) *præcipiatis mihi*, h. e. vos Iudæi & Israelitæ, nunc *Gentes agite & postulate a me*; commemorabo namque vobis (si modo id serio quis postulauerit ac fieri petierit) futura ac præterita opera mea, non tam ea, quæ creatione iam olim perfeci, quam illa, quæ adhuc in filiis meis, in populo Ecclesiæ meæ perficiam: vt perspicuum fiat, diuinam maiestatem non ad deos gentium, sed ad me solum pertinere, & me solum esse ecclesiæ Seruatorem. *Brentius*. Dixerat nempe Iehoua Messias v. 9. 10. male facere, qui accusent aut sapientiam aut potentiam ipsius. Iam itaque porro conuincere eos vult, nihil in se sapientiæ aut potentiæ desiderari. *S.*

✠. 12. p) Ion. *Ego in Verbo meo feci terram.* q) v. 18. cf. not. c. 43, 1. r) *Ego* is sum, nam *manus meæ*; vel *Mea inquam manus*. s) c. 44, 24. t) præcepto creationis Ps. 33, 9. Ps. 148, 5. vide etiam 1 Reg. 17, 4. Qui ergo cælum terramque feci, ista quoque efficiam; ac excitabo non tantum Cyrum, vrbis Hieros. instauratorem v. 13. sed etiam Israelem eleuabo super omnes gentes, vt hæ ei se submittant, ac vna adorent Iehouam Messiam. v. 14. ✠. 13. u) *excitaui eum*, np. Cyrum v. 1. seqq. cf. c. 41, 25. c. 44, 28. x) c. 42, 6. y) vid. v. 2. Prou. 3, 6. z) vid. c. 44, 28. Esr. 1, 2. &c. a) c. 20, 4. Ier. 24, 5. b) *nec pretio* c. 55, 1. Ier. 15, 13. cf. infra c. 52, 3. ὁ. ȣ̓ μετὰ λύτρων. Mat. 20, 28. c) *neque muneribus* permotus Prou. 21, 14. ✠. 14. d) Imo non istud tantum de instauratione vrbis, sed & longe plura de N. T. *prædicit Dominus* e) *labor* & diuitiæ c. 55, 2. f) cf. c. 11, 11. 15. c. 19, 18. seqq. g) *& merces* s. opes negotiatione partæ c. 23, 3. 18. h) Ps. 68, 32. cf. supra c. 18, 1. 7. i) c. 43, 3. k) *virorum magnæ staturæ*. vid. Num. 13, 32. 1 Par. 20, 6. Quod etiam *Agatharchides* de Sabæis his verbis testatur: τὰ σώματα δ' ἐστὶ τῶν κατοικούντων ἀξιολογώτερα, corpora eorum, qui terram illam incolunt, sunt spectabiliora. c. 50. vid. *Boch.* Geogr. S. p. 250. l) *ad te transibunt* Ex. 38, 26. 2 Sam. 24, 20. 2 Reg. 4, 9.

✠. 12. אני per *Mahp.* 17. 18. & *Ber.* ✠. 14. מצרים per *Merca* 7. 8. 12. 13. 15. 16. 19. 21. 22. 23. præter *Masoram impressam* ad Gen. 30, 16. וסחר *Samech* per *Chatephpatach* præced. *Metheg* 1. 2. 5. 6. 9. 20.

אחריך ילכו בזקים יעברו ואליך ישתחוו אליך יתפללו
טו אך בך אל ואין עוד אפס אלהים: אכן אתה אל
16 מסתתר אלהי ישראל מושיע: בושו וגם־נכלמו כלם
17 יחדו הלכו בכלמה חרשי צירים: ישראל נושע ביהוה
תשועת עולמים לא־תבשו ולא־תכלמו עד־עולמי
18 עד: כי כה אמר־יהוה בורא השמים
הוא האלהים יצר הארץ ועשה הוא כוננה לא־תהו
19 בראה לשבת יצרה אני יהוה ואין עוד: לא בסתר
דברתי במקום ארץ חשך לא אמרתי לזרע יעקב
תהו בקשוני אני יהוה דבר צדק מגיד מישרים:
כ הקבצו ובאו התנגשו יחדו פליטי הגוים לא ידעו
הנשאים את־עץ פסלם ומתפללים אל־אל לא
21 יושיע: הגידו והגישו אף יועצו יחדו מי השמיע
זאת מקדם מאז הגידה הלוא אני יהוה ואין־
עוד אלהים מבלעדי אל־צדיק ומושיע אין זולתי:
22 פנו־אלי והושעו כל־אפסי־ארץ כי אני־אל ואין עוד:

m) Gen. 24, 5. n) S. *in vinculis*, al. *compedibus*. Ion. *in catenis*. (4) Nah. 3, 10. Pf. 149, 8. Iob. 36, 8 o) cf. c. 49, 23. Gen. 23, 7. 1 Sam. 24, 9. c. 25, 23. 2 Sam. 14, 4. 22. 33. &c. & not. 2 Sam. 1, 2. p) *ad te* conuerfi fuppliciter *orabunt*. v. 20. 1 Reg. 8, 30. 42. 2 Par. 6, 21. 35. fcil. *dicentes*, vt fupra c. 14, 8. c. 22, 13. c. 33, 14. 16. q) tantummodo v. 24. *in te* ecclefia, *Deus eft*. r) v. 5. 6. cf. Eph. 2, 12. s) *nullus praeterea Deus eft*. v. 6.

✡. 15. t) *Vere* c. 40, 7. c. 53, 4. quod didicimus ex tua ifta concione & reprehenfione, atque agnofcimus, quod tu Iehoua Meffia fis *Deus abfconditus*, &c. Verba funt Prophetæ, & porisma ex præcedentibus elicitum. s. Conf. v. 24. u) c. 29, 14. 1 Sam. 23, 19. cuius confilia & cogitationes nemo hominum perfcrutari aut comprehendere poteft. Conf. Prou. 25, 2. Rom. 11, 33. c. 16, 25. 26. 1 Tim. 6, 16. Eph. 3, 9. Col. 3, 3. 2 Tim. 1, 9. &c. x) c. 29, 23. y) v. 17. 21. 22. c. 43, 3.

✡. 16. z) *Erubefcent itaque* certiffime. c. 19, 9. c. 20, 5. c. 24, 23. c. 42, 17. c. 44, 9. Præteritum Prophet. vt v. 17. c. 5, 13. c. 42, 17. a) *etiamque pudore fuffundentur*. c. 41, 11. 2 Sam. 19, 4. b) *cum ignominia abibunt* fimul. c. 30, 3. c. 50, 6. c) *fabricatores* c. 44, 10. 11. Ion. *cultores idolorum*. d) S. *dolorum*, c. 21, 3. al. *fimulacrorum*. coll. Ez. 43, 11.

✡. 17. e) Ifrael namque *faluabitur*. c. 25, 9. Deut. 33, 29. Act. 13, 26. f) *per Iehouam* Meffiam. v. 15. 21. 24. Ipfimet veteres Iudæi hunc locum de redemtione Meffiæ filii Dauidis exponunt. vid. *Ionathan* ad Gen. 49, 18. in edit. Berol. *Ialkut* ad Zach. 9, 9. parte II. fol. 86. a. *Medrafch Tillim* f. 25. d. Sic *Ion.* h. l.

h. l. Ifrael *faluabitur per Verbum Domini*. g) *falutatione* fpirituali & *æterna*. cf. c. 51, 6. 8. Dan. 9, 24. Heb. 9, 12. h) *non erubefcetis* vos Ifraelitæ, quos Propheta alloquitur. cf. v. 16. c. 49, 23. Zeph. 3, 11. Pf. 25, 3. i) v. 16. c. 54, 4. k) *perpetuitatis*. c. 9, 5. c. 57, 15.

✡. 18. l) Hic Filium DEI loqui, certum eft ex Rom. 14, 11. Phil. 2, 10. Incipit autem hic *applicatio didafcalica*, vt ad v. 1. diximus. In qua rationes, datam promiffionem v. 17, firmantes, fubiiciuntur. m) v. 12. c. 40, 28. c. 42, 5. Gen. 1, 1. feqq. Pf. 33, 6. Ioh. 1, 1. 3. Col. 1, 16. 17. n) *ille verus* DEVS c. 37, 16. o) *qui formauit*. v. 7. Ier. 10, 16. p) *& qui fecit eam*. confer Ier. 33, 2. Pf. 95, 4. 5. q) *qui ipfe parauit* feu *firmauit eam*. Deut. 32, 6. Pf. 24, 2. Pf. 119, 90. r) vid. Gen. 1, 2. s) fed potius *ad inhabitandam* eam ab hominibus. c. 44, 7. Act. 17, 26. t) fic adhuc idem *ego fum Iehoua*, qui hominibus benefacio, & in fpecie Ifraeli promifi, non fruftra fore, fi me quærant. v. 19. u) v. 5. 6. 21. ✡. 19. x) c. 48, 16. Deut. 13, 7. Ier. 37, 17, 0. ἐν κρυφῷ. Eph. 5, 12. Ioh. 18, 20. confer Deut. 30, 11. y) *in loco terræ tenebrarum*. confer Iob. 10, 21. Per id refpicie exiftimo ad oracula dæmonum apud gentiles fallacia, quæ ex abfcondito, & e terra ipfa locuta funt obfcuriffime, ambigue & fallaciffime. *Schmidius*. Confer fupra c. 29, 4. z) v. 25. vid. c. 41, 8. &c. c. 44, 3. a) *inaniter & fruftra*, c. 41, 29. c. 49, 4. vt reuera fit, quando gentiles oracula fua quærunt. confer fupra c. 8, 19. Zach. 10, 2. b) *quærite me*, Zeph. 2, 3. Pf. 27, 8. fed certiffime me inuocantes exaudio. confer Heb. 11, 6. c) *loquens iuftitiam*; i. e. quidquid ego loquor, promitto & promifi, id infallibile, certum & *tale eft*, *ex quo appareat iuftitia mea*, quod vt promifi, fic faciam; fic annuncio recta & indubitata. *Schmidius*. Confer v. 23. c. 33, 15. Prou. 16, 13. & oppofitum Pf. 101, 7. d) *indicans fum*. c. 42, 9. e) *recta*. c. 33, 15. ✡. 20. f) *Congregamini* itaque *& venite* c. 43, 14. Ez. 39, 17. g) *accedite*. Hithp. (1) confer c. 41, 1. h) *fugientes gentium* feu *erepti ex gentibus*. c. 66, 19. Iud. 12, 5. de electis ex gentilibus, qui in CHRISTVM credituri, intelligendum eft, non tamen exclufiue. *Schmidius*. i) vid. c. 44, 18. k) *qui ferunt*. Ironice dicitur, quod idola per fe ire non poterant. confer c. 46, 7. & Pf. 115, 7. l) vid. c. 44, 13. feqq. m) c. 44, 17. n) *qui faluare non poteft*. c. 46, 7. confer Ier. 3, 23. c. 14, 22. Pf. 135, 15. ✡. 21. o) c. 41, 22. 23. c. 43, 20. p) c. 41, 21. q) Pf. 71, 10. 1 Reg. 12, 6. r) *a priori*. c. 46, 10. s) *ab illo momento* c. 44, 8. c. 48, 8. t) *quis indicauit illud?* c. 41, 26. c. 48, 14. u) v. 5. 6. 18. x) v. 14. 18. 22. c. 44, 6. 8. y) c. 43, 11. z) confer v. 19. & Deut. 32, 4. a) *& Saluator* v. 15. 22. c. 47, 15. quod CHRISTO, vt Angelo DEI, etiam infra tribuitur c. 63, 9. b) *nullus* alius *eft*. Hof. 13, 4. c) v. 5. confer Pf. 3, 9. ✡. 22. d) *Refpicite ergo ad Me*. Iob. 21, 5. confer fupra c. 44, 22. Ioh. 20, 29. Phil. 3, 7. feqq. Ion. *Vertite vos ad Verbum meum*, *& faluamini omnes*, *qui eftis in finibus terræ*. Applicatio pædeutica. e) v. 15. 21. confer c. 63, 1. Ioh. 6, 40. Act. 4, 12. f) c. 52, 10. Pf. 2, 8. Pf. 22, 28. 1 Tim. 2, 4. g) *nam ego* Meffias. Vide infigne antiquitatis Iudaicæ teftimonium apud *Raymundum Martini* in Pug. fid. p. m. 828. h) c. 9, 5. Rom. 9, 5. 1 Ioh. 5, 20.

✡. 14. אליך cum præfixo ו 1. 3. fic fu. 2. 5. & fic in margine 6. 9. contra *Mafforam finalem* f. 28. col. 6 ✡. 17. עד per *Kametz* 1. 2. 3. fic fu. 5. contra *Indicem Rapleenfem* f. 60. col. 8. ✡. 18. יוצר *plene Occidentales*. ✡. 20. ומתפללים per *Metheg* loco *Pafchta* 2. 3. 5. — 11. 13. 17—20. & Ber. ac ומתפללים אל־אל לא־ hab. 1. fic fu. 5.

rum, conſtat ex Ier. 50, 2. c. 51, 44. Nomen eius *Seldenus* de diis Syris II. c. I. cum aliis de.

CAP. XLVI.

ducit ex Chald. *Beël* & Hebr. *Baal*, quod initio etiam *ſummum rerum omnium Dominum ac Deum* ſignificaverit, coll. Hoſ. 2, 18. *Hillero* autem in Onom. S. i. e. ex integra voce בהל *Belil, celer, velox* ſc. *Sol* primo illius gentis Deus. *d*) *incuruatus*

23 בי נשבעתי יצא מפי צדקה דבר ולא ישוב כי־לי תכרע
24 כל־ברך תשבע כל־לשון: אך ביהוה לי אמר צדקות
כה ועז עדיו יבוא ויבשו כל הנחרים בו: ביהוה יצדקו
ויתהללו כל־זרע ישראל: מו כרע בל קרס נבו היו
עצביהם לחיה ולבהמה נשאתיכם עמוסות משא
2 לעיפה: קרסו כרעו יחדו לא יכלו מלט משא ונפשם
3 בשבי הלכה: שמעו אלי בית יעקב
וכל־שארית בית ישראל העמסים מני־בטן הנשאים
4 מני־רחם: ועד־זקנה אני הוא ועד־שיבה אני אסבל
אני עשיתי ואני אשא ואני אסבל ואמלט:
ה למי תדמיוני ותשוו ותמשלוני ונדמה:
6 הזלים זהב מכיס וכסף בקנה ישקלו ישכרו צורף
ויעשהו

℣. 23. *i*) *Per me iuraui* c. 54, 9. Gen. 22, 16. cf. Hebr. 6, 16. Ion. *In Verbo meo iuraui. k*) *exiuit ex ore meo verbum* c. 48, 3. c. 55, 11. Thr. 3, 37. *l*) *in iuſtitia*, Kimchi, ſubintell. ב, quod extat c. 43, 1. At S. aliique: *exiuit ex ore meo iuſtitia*, i. e. vox vel *verbum vi iuſtitiæ ſeruandum*. cf. ſupra v. 19. *m*) *idque non reuertetur* aut reuocabitur. c. 55, 11. *n*) *quod mihi ſe incuruabit*. Pſ. 22, 30. Illa incuruatio ab omnibus exigitur vt debitum Phil. 2, 10. 11. & ab omnibus obtinebitur in extremo iudicio Rom. 14, 11. *Dorſch. o*) *& iurabit omnis lingua*. c. 19, 18. c. 65, 16. Deut. 6, 13. c. 10, 20. Addit Kimchi Zeph. 3. 9.

℣. 24. *p*) *Tantummodo* v. 14. *q*) *in Iehoua Meſſia* v. 17. 25. Ier. 23, 6. Ion. *in Verbo Domini. r*) *mihi dixit* Dominus. Hæc, in parentheſi ſec. accentus legenda, verba ſunt Eſaiæ, qui rurſus concluſionem aliquam facit, & in ſummam colligit totam concionem Domini. *S.* Conf. v. 15. *s*) *ſunt iuſtitia* c. 54, 17. c. 52, 11. Ier. 23, 5. 6. 1 Cor. 1, 30. 2 Cor. 5, 21. *t*) *& robur* ad ſeruandum ſuos, & ad reprimendum hoſtes. conf. c. 52, 1. Hab. 3, 4. Zach. 12, 5. Pſ. 62, 12. Eph. 6, 10. Phil. 4, 13. *u*) *ad ipſum* & tribunal ipſius Rom. 14, 10. Ion. *in Verbo ipſius confitebuntur. x*) *venient & pudore ſuffundentur* Eſ. 16, 12. *y*) *omnes, qui excandeſcunt aduerſus eum* c. 41, 11. Cant. 1, 6.

℣. 25. *z*) vid. v. 24. Phil. 2, 9. Ion. *In verbo Domini iuſtificabuntur &c. a*) c. 41, 16. Ier. 9, 23. Pſ. 34, 3. 1 Cor. 1, 31.

CAP. XLVI, ℣. 1. *b*) *Curnatus eſt, incuruauit ſe*. c. 10, 4. c. 65, 12. vt moribundus concidit aut ſeſe flectit ac contorquet. *S.* coll. Ind. 5, 27. *c*) *Belum* fuiſſe idolum Babyloniorum

vel *reflexus* eſt. (2) v. 2. Conf. nomen cognatum Exod. 26, 6. quod *anſulas inflexas* notat. *S.* Tig. *corruit*; Alii *in naſum cecidit* vel *in faciem proſtratus eſt*, vt Dagon 1 Sam. 5, 3. 4. Ion. habet *ſucciſus eſt*; vel ſimpliciter ex vſu noſtri verbi Chaldaico: *Fiſſus, diffractus, contritus eſt*, coll. ſupra c. 21, 9. *e*) *Nebo* deus Chaldæorum, Hillero ab *altitudine* ſic dictus. Alibi eius mentio non fit. Supereſt tamen in *Nebucadnetſar*, *Nebuzaraddan*, &c. Nomen *vrbis Moabiticæ* vide ſupra c. 15, 2. quæ quondam Rubenitarum Num. 32, 3. 38. eique vicinus *mons Nebo* fuit Deut. 32, 48. 49 c. 34, 1. & aliud *Iudæ oppidum* Ezr. 2, 29. Neh. 7, 33. *f*) *fuerunt* vel *facta ſunt* ſimulacra eorum; ſc. *onus* vel *oneri*, ex fine verſus. *S. g*) c. 10, 10. 2 Sam. 5, 21. ſuffixum multi ad Babylonios, S. vero aliique ad deos, Belum & Nebo referunt. *h*) *beſtiis & iumentis* Leu. 25, 7. &c. ſc. impoſita, & in Perſiam deportanda. Notat hic *Kimchi*, etiam *feras* quaſdam adhiberi ferendis oneribus, vt *Elephantas*. *i*) Hoc cum aliis *Boch.* Hieroz. I. p. 220. reddit *geſtatrices veſtræ*, i. e. beſtiæ, quæ vos portant, vel onera veſtra; quod participia paſſiua, cum nomina ſunt, actionem ſignificent, coll. Prou. 28, 17. Ier. 9, 7. quæ tamen exempla regulam illam non probant. Hinc Tremell. *geſtamina veſtra*, & S. *portanda veſtra ſ. portanda de vobis* ſc. fruſta vel ſimulacra. Nam de Belo & Nebo prius in 3. perſona locutus, iam in ſecunda eosdem alloquitur, vt acerbius eos irrideat. Ion. *onera eorum*. Conf. v. 3. & Gen 45 23 *k*) *tanquam onus portandum impoſita*. cf. v. 3. Gen. 44, 13. Neh. 4, 11. *l*) *onus* ſunt v. 1. c. 22, 25. *m*) *laſſæ* i. *defeſſæ* beſtiæ c. 32, 2. Ier. 4, 31. ac ſi diceret: onus tantum, vt laſſas etiam reddat vos abſportantes beſtias. Eximii ſc. dii eſtis! Nempe Deus Meſſias promiſſam in ſuperioribus Iſraëli liberationem & felicitatem, eiusque immotam certitudinem, nunc typo declarat, prædicens idolorum Babylonicorum ſub Cyro caſum. v. 1. 2. Quibus deinde ſe, verum Deum Iſraelis, opponit, non portatum ſed portantem cultores ſuos inde ab vtero vsque ad ſenectutem conſtantiſſime, & liberantem eos potentiſſime v. 3. 4. Nequaquam igitur impotentibus idolis, ab hominibus operoſe & pretioſe conflatis v. 5. ſe aſſimilandum vel æquiparandum eſſe ſe vere monet v. 8. ſeqq. contumaces Iudæos v. 12. c. 45, 9. 10. ℣. 2. *n*) *Deſtructi* (2) *& incuruati ſunt* vna, Bel & Nebo v. 1. ceterique dii Babyloniorum c. 21, 9. *o*) 2 Paral. 32, 13. *p*) *eripere* & liberare ab hoſtibus, v. 4. 2 Sam. 19, 10. *q*) *onus*, i. e. ſimulacra ſua, beſtiis ad abſportandum impoſita v. 1. *r*) *& anima ipſorum*, i. e. ſecundum Kimchium, *ipſimet*, coll. c. 5, 14. Pſ. 105, 18. quomodo frequentiſſime Arabes dicunt. ſic ὁ. αὐτοὶ δὲ αἰχμάλωτοι ἤχθησαν. At S. falſiſſima, inquit, eſt irriſio, dum *anima* pro ipſo *trunco* ponitur, ad exprobrandum, quod alia ipſis anima & ſpiritus non ſit; q. d. *Et ſic adparuit: quam egregii illi dii ſint, in captiuitatem abducti, nempe idola ſine anima, quæ illis præter onus iſtud & truncum nulla eſt vel fuit. s*) Deut. 28, 41. Ier. 30, 16. Nah. 3, 10. Ceterum in eo morem veterum ducum agnoſcit *Boch.* Hieroz. I. p. 357. qui non ſolum de victis gentibus; ſed etiam de diis triumphabant, coll. Ier. 48, 7. ℣. 3. *t*) v. 12. c. 48, 1. 12. 16. *u*) c. 2, 5. c. 44, 1. *x*) *portati* a me (vid. v. 1.) *ab vtero*; vid. c. 44, 2. 24. & particulam cum *Iod paragogico* Pſ. 44, 19. Iob. 20, 4. *y*) *geſtati*, reſpicit ad v. 1. *z*) *a matrice* Num. 12, 12. Ier. 1, 5. c. 20, 18. Ion. *qui dilecti eſtis præ omnibus populis, & chari præ cunctis regnis*. ℣. 4. *a*) *Nam vsque ad ſenectutem*. Pſ. 71, 9. 18. *b*) *ego idem ſum* c. 43, 10. vt immutabilis eſſentiæ, ſic immutabilis voluntatis & miſericordiæ in promiſſionibus. *S. c*) *& vsque ad canitiem* Pſ. 71, 18. Gen. 15, 15. c. 25, 8. *d*) *ego baiulabo* vos. v. 7. c. 53, 4. 11. *e*) reſpicit v. 2. cf. Ier. 39, 18. Ion. *Iam vero vsque in ſeculum ego idem ſum, & vsque in ſeculum ſeculorum Verbum meum perſiſtit. Ego creaui omnes homines; & ego diſperſi vos inter populos; ego quoque remittam peccata ipſorum & condonabo.* ℣. 5. *f*) vid. c. 40, 18. 25. & cf. c. 41, 7. c. 44, 9. *g*) *& æquiparabitis*. c. 40, 25. Thren. 2, 13. *h*) *& cui*, velut *exemplo, me comparabitis*. cf. c. 14, 10. Iob. 30, 19. *i*) *ita, vt conueniat inter nos ſ. vt ſimiles ſimus* ego & mecum comparati. Pſ. 144, 4. q. d. nulli certe me comparare poteſtis, ne dum putidis eiusmodi idolis. *S.* Ideo Ion. addit: vt ſimiles ſimus *in veritate*. ℣. 6. *k*) *Prodigi idololatræ profundunt*. (2) Thren. 1, 8. *l*) *e loculis* vel e *crumena*. (3) Mich 6, 11. Prou. 1, 14. *m*) *ſtatera*; in genere *culmum* vel *calamum* notat, vt Gen. 41, 5. in ſpecie *arundinem* Eſ. 19, 6. c. 36, 6. *calamum aromaticum* c. 43, 24. *calamum menſorium* Ezech. 40, 4. 5. *ſcapum candelabri* Exod. 25, 31. ſeqq. & *calamum libræ ſ. ſcapum trutinæ* h. l. *n*) *appendunt*. c. 55, 2. Gen. 23, 16. *o*) *mercede conducunt*. Gen. 30, 16. *p*) c. 40, 19. Ind. 17, 4.

℣. 2. k) *Excute te ipsam* Iud. 16, 20. l) *a squalore & puluere*, in quem per deuastationem deiecta eras c. 51, 23. c. 29, 4. cf. c. 25, 12. c. 26, 5. c. 47, 1. &c. m) Ion. *sede in solio gloriae*, tq. reginae vel sponsa. n) *solue vel explica te* c. 51, 14. o) *vinculis* (3) c. 28, 22 p) *o captiua* (1) Respectus quidem est ad datum imminentem, cum respublica in grauissimum captiuitatis Babylonicae discrimen lapsura esset, in quo & ecclesia versabatur; interim ad vniuersum statum Ecclesiae calamitosum & miserum respicitur, quae carceribus quasi quibusdam semper inclusa, & in puluere esse, dici potest. *Dorsch.* q) c. 1, 8. c. 62, 11. Excutere eam iubet intolerabile iugum legis, Antichristi & tyrannorum, & ad libertatem Euangelicam adspirare. *Maii Oecon.* p. 963. ℣. 3. r) Certissime illud futurum, *Propheta* confirmat ex *ore Iehouae*, dicentis &c. s) np. *Messias*, qui supra etiam locutus est. t) sicut *gratis* & sine iusta causa, *respectu opprimentium*, v. 5. Ps. 35, 19. u) *venditi* & in seruitutem redacti *estis ab oppressoribus vestris.* Aliud est c. 50, 1, cf. Ier. 15, 13. Ps. 44, 13. x) *ita etiam sine pecunia* aut pretio, ipsis quidem oppressoribus praestito. cf. c. 45, 13. y) per me ipsum tanquam ἀντίλυτρον omnium 1 Tim. 2, 6. *redimemini.* v. 9. Es. 41, 14. LXX. cf. cum 1 Petr. 1, 18. 19. qui huc omnino respexisse videtur. ℣. 4. z) *Nam.* illustratur haec repetundarum actio (1) *exemplo captiuitatis Aegyptiacae*, in quam populus Dei nullo suo merito, quantum quidem ad Aegyptios, peruenit: ab illis enim iure hospitii donatus, postea autem per tyrannidem oppressus fuit, vnde denique magno Dei robore repetitus & gratis in libertatem datus est. (2) *Exemplo captiuitatis Assyriacae.* In eam respectu Assyriorum Ecclesia Dei immerenter traducta fuit; ideoque & illa libertatis ante promissae compos futura est. Vnde concludit: eadem ratione Messiam suo tempore ecclesiam suam liberaturum & Deo restituturum esse. *Dorsch.* a) *in Aegyptum* Gen. 46, 6. seqq. Ex. 1, 1. seqq. b) *initio s. primum.* Gen. 13. 4. c) Gen. 47, 4. sed postea sine caussa ab Aegyptiis oppressus & in seruitutem redactus fuit. vid. Ex. 1. seqq. d) *& deinde Assyrius* Salmanasser 2 Reg. 17, 3. seqq. Non miramur, inquit *S.*, quod alii Nebucadnezarem maluerint; putarunt enim sermonem h. l. esse de liberandis ex Babel; cum sit *liberatio per Christum*, qui non tantum Iudaeos a Babyloniis oppressos, sed totum Israelem redemit. &c. e) immerito & *propter nihilum.* c. 41, 12. f) *oppressit eum* c. 23, 12. Ier. 50, 33. v. 5. g) *Et nunc.* Ab Aegyptia & Assyriaca iam ad aliam captiuitatem transit Messias. h) *quid mihi hic faciendum est?* cf. c. 22, 16. nempe sec. *S.* in *Babylonica captiuitate*; qua de multum in antecedentibus dictum fuit, ideoque nec h. l. illa omittenda videtur. Iudaei id de praesenti suo exilio interpretantur. *Brentius* vero *de spirituali captiuitate*, in quam impiis suis traditionibus Scribae & Pharisaei populum abripuerunt: quae & multo grauior ac perniciosior fuerit, quam illae duae priores: q. d. grauiter quidem populus meus antea ab Aegyptiis & Assyriis adflictus est, grauiter etiam post adfligetur a Babyloniis; *sed vide, quid mihi* nunc hoc tempore in populo meo *acciderit?* &c. Nos & Babylonicam, & quaecunque eam secuta est, Ecclesiae calamitatem intelligimus: sec. ea, quae ad v. 2. ex Dorscheo notata sunt. i) c. 1, 24. k) *qui abreptus est* Ier. 48. 46. l) vid. v. 3. m) *dominatores eius* Babylonii, & deinde domestici & apostatae c. 14, 5. c. 28, 14. c. 49, 7. n) *eiulare eum faciunt* c. 15, 2. cf. de forma 1 Sam, 17, 47. o) c. 51, 13. Hab. 1, 17. p) c. 28, 22. c. 65, 2. 5. q) *nomen meum* & ab impiis Iudaeis, & a gentibus ac Babyloniis, e. gr. Belsasare Dan. 5. *contemnitur* aut *blasphematur*, quasi promissam dudum salutem praestare non possim. cf. supra c. 1, 4. c. 5, 24. Deut. 28, 58. Ez. 36, 20. Ps. 74, 18. Rom. 2, 24.

℣. 6. r) *cognoscet tandem vera fide, & experietur.* c. 49, 23. c. 66, 14. Hos. 2, 22. s) *nomen meum* Messiae v. 6. 7. c. 10, 23. quod vere sim vester *Immanuel* c. 7, 14. c. 8, 10. & *Iesus* Matth. 1, 21. t) *propterea* inquam u) *in die* vel *tempore illo* (de quo v. 1. 2. &c.) scil. *cognoscet populus meus nomen meum.* x) *quia ego ipse* c. 51, 12. c. 44, 6. c. 48, 12. y) *qui haec loquor* aut *locutus sum.* cf. c. 45, 19. c. 46, 11. c. 48, 15. 16. c. 63, 1. z) *ecce adsum* vel *adero* in salutem meorum. ὁ παρέιμι cf. supra c. 40, 9. ℣. 7. a) *Quam grati* aut *iucundi sunt* piis ac fidelibus, Ps. 93, 5. Cant. 1, 10. Incipit hic II. pars capitis, & compellatio Sionis per Prophetam, qui speculatores Noui Test. praedicit ac describit. b) c. 40, 9. Ion. *super montibus terrae Israel.* c) *pedes euangelizantis*, vel *euangelizantium* c. 41, 27. c. 60, 6. Nah. 2, 1. In fontibus hic singularis est *euangelizantis*, sed Rom. 10, 15. illud pluraliter explicatur. Vnde nonnulli dicunt, verba in fontibus collectiue sumenda esse, vt scil. intelligatur *cohors euangelizans & pacem annuncians.* Rectissime autem ista verba primo & immediate de Christo intelliguntur, qui ipse pedibus suis in monte Ecclesiae circumiuit & euangelizauit Act. 10, 38. postmodum vero ex ea potestate, quam habuit, etiam alios euangelistas & praecones pacis emisit. coll. Matth. 10, 1. c. 28, 19. Luc. 10, 1. Ioh. 20, 21. Eph. 4, 11. Et huc respicit Apostolus Rom. 10, 15. vbi in specie ad vocationem gentium probandam loco Esaiae nostro vtitur. &c. *Dorsch.* d) c. 26, 3. 12. c. 32, 17. c. 54, 13. Col. 1, 20. e) cf. c. 2, 10. 1 Reg. 1, 42. Philem. v. 6.

Cap. LII, ℣. 4. בראשונה *plene* 2. sec. *Mas.* 2. & *Erff.* sed contra *Mas.* 1. ℣. 5. ועתה per *Ribia* 1. 3. 5.

Num. 16, 26. Quæritur, quis hic loquatur? Non improbamus plane, inquit S., quod aliuut, esse continuationem concionis Doctorum N.T. Videntur tamen melius verba hæc *Deo Patri* attribui, quem mox in v. 13. de Messia loqui, non dubium esse debet *f) exite*

קמץ בזק

8 יְשׁוּעָה אֹמֵר לְצִיּוֹן מָלַךְ אֱלֹהָיִךְ׃ קוֹל צֹפַיִךְ נָשְׂאוּ קוֹל
9 יַחְדָּו יְרַנֵּנוּ כִּי עַיִן בְּעַיִן יִרְאוּ בְּשׁוּב יְהוָה צִיּוֹן׃ פִּצְחוּ
רַנְּנוּ יַחְדָּו חָרְבוֹת יְרוּשָׁלִָם כִּי־נִחַם יְהוָה עַמּוֹ גָּאַל
10 יְרוּשָׁלִָם׃ חָשַׂף יְהוָה אֶת־זְרוֹעַ קָדְשׁוֹ לְעֵינֵי כָּל־הַגּוֹיִם
וְרָאוּ כָּל־אַפְסֵי־אָרֶץ אֵת יְשׁוּעַת אֱלֹהֵינוּ׃
11 סוּרוּ סוּרוּ צְאוּ מִשָּׁם טָמֵא אַל־תִּגָּעוּ צְאוּ
12 מִתּוֹכָהּ הִבָּרוּ נֹשְׂאֵי כְּלֵי יְהוָה׃ כִּי לֹא בְחִפָּזוֹן תֵּצֵאוּ
וּבִמְנוּסָה לֹא תֵלֵכוּן כִּי־הֹלֵךְ לִפְנֵיכֶם יְהוָה וּמְאַסִּפְכֶם
13 אֱ־הֵי יִשְׂרָאֵל׃ הִנֵּה יַשְׂכִּיל עַבְדִּי יָרוּם
14 וְנִשָּׂא וְגָבַהּ מְאֹד׃ כַּאֲשֶׁר שָׁמְמוּ עָלֶיךָ רַבִּים כֵּן־מִשְׁחַת
מֵאִישׁ

illinc. Hoc & quod sequitur, *exite e medio eius*, aliqui ad Hierosolymam v. 9. & ad pertinaces Iudæos restringunt, quorum communionem, & cum iis cohabitationem deserere, atque in locum tutum se recipere iubeantur credentes, ne communi cum illis iudicio inuoluantur, coll. Hos. 1, 2. Mal. 3, 20. Mat. 24, 16. 20. it. Apoc. 18, 4 *Schmid.* autem ad *fines terræ* v. 10. hæc refert; & *spiritualem exitum ex gentilismo* ad amplectendum Christi καθαρισμὸν cum *Dorscheo* intelligit, coll. 2 Cor. 6, 17. Verum que nos iterum coniungendum esse putamus. *g)* cf Leu. 13, 45. *h) e medio eius* vel Hierosolymæ v. 9. vel sec. S. aliōs que *terræ gentilium* v. 10. vt modo diximus. *i) purificate vos.* 2 Sam. 22, 27. Dan. 12, 10. cf. supra c. 4. 4. 1. Ioh. 3, 3 *k) portantes vasa* sacra, vt olim Leuitæ & Sacerdotes Num. 10, 17. Ios. 3, 8. 13. vel *arma Domini*, vt 1 Sam. 18, 17. spirituales sacerdotes & milites, quales in N T. omnes esse debent Christiani. cf. Eph. 6, 11. 13. 1 Pet. 2, 5. Apoc. 1, 6. *v. 12. l)* sequuntur argumenta pro imperata purificatione. *m) non cum festinatione* Ex. 12, 11. 39. sed spiritualiter exibitis., S. Respicit ad modum liberationis ex Aegypto, quæ fuit *festinata* primum Ex. 12, 33. deinde etiam *fugitiua* coram Pharaone. Ex. 14, 5. *Dorsch. n) & cum fuga*, 1) Leu. 26, 36. *o)* Hos. 11, 10. *p) Iehoua* Messias. vid Hebr. 12, 2. Rursus respicitur ad modum eductionis ex Aegypto, de quo Ex 13, 21. 22. coll. 1 Cor. 10, 4. 9. *Dorsch. q) & in vltimo agmine vos colliget*, primam & extremam vestram aciem aget, & ab hostibus vos tutos reddet. cf. Num. 10, 25. Ios 6, 8. & Matth. 28, 20. *r)* c. 29, 22. *v. 13. s) Ecce* namque, vt confirmem liberationem illam per Messiam certo futuram Communiter fere ab hoc versu incipiunt c. LIII. quasi hoc non commode cum v. 12. coniungatur, sed nouam Dei Patris orationem incipiat. At sec. S Pater cælestis inceptum v. 11. sermonem suum hic continuat, & postquam v. 12. dixit, Iehouam Messiam ductorem & collectorem fore Ecclesiæ, iam instruit eandem, qualis ille dux futurus, & quid de eo sperandum sit, nempe quod prudenter acturus sit, & victor magnam gloriam habiturus *t) prudenter & feliciter aget*; licet corruptæ rationi, & præconceptæ inter sequiores Iudæos opinioni stolide agere videatur 1 Cor. 1, 23. 24. *Egregie* quadrat hoc verbum, quod de ducibus bellicis vsurpari solet, vt Ios 1, 7 8 1 Sam. 18, 5 30. item de regibus 1 Reg. 2. 3. & de ipso Rege Messia Ier. 23, 5. S. *u) Seruus* ille *meus*, *Messias* nempe, vt supra c. 42, 1. vt etiam expresse h. l. addit *Ion.* etsi in ceteris nimium a textu recesserit Ita *Ialkut* ad h. l. ex *Tanchuma*: זה מלך המשיח Et sic magno consensu veteres Iudæi ad Messiam hoc retulerunt. Testis Moses *Alschech*, qui in Comment. ad h. l. *Ecce*, inquit, *Doctores nostri laudatæ memoriæ vno ore statuunt, & a maioribus acceperunt, de Rege Messia sermonem esse* Idem de maioribus suis fatentur *A ben Ezra* & *Abarbenel* Comment. ad h. l. etiam *Raschi* apud Raymundum parte II. Pug. fid c. 9. & III dist. 1. c. 10. aliique; qui tamen in alia potius omnia se vertunt, quam vt manifestam veritatem agnoscant. Alii namque hunc textum de Abrahamo, alii de Mose, alii de Iosia, alii de Ieremia (quod pessime etiam *Grot.* elegit) plerique vero de populo Iudaico inter gentes vexato intelligunt. Nobis autem cum D. *Pfeiff.* in Dub. Vex. ad h. l. aliisque non tantum ex infallibili Spiritus S. in N. T. expositione (vid ad v. 15. & c. 53, 1. 4. 5 6. 7. 8. 12.) & antiquitatis iudaicæ testimonio, (quod ex frequenti N. T. allegatione passim in confesso fuisse, etiam liquet) sed ex ipsius etiam textus collatione euidentissimum est: (1) non de populo, sed de indiuiduo aliquo, quod populo semper, & expressissime c. 53, 8. contradistinguitur, loqui Prophetam. (2) Nemini ex omnibus illis, quos fingunt Iudæi, adplicari posse, quæ dicuntur: cum nemo illorum ista passus sit, quæ soli nostro Seruatori omnia & singula bene conueniunt. Ita etiam hunc versiculum de Messia allegat *Midrasch Tillim* ad Ps. 2, 7. fol. 4, b. Confer etiam pro Commentario huius loci, quæ habes in *Ialkut ad Es.* 60. supra ad c. 48, 16. ex parte a nobis adducta: & plura in tractatu Cl. *Margalitha* de Passionibus Christi &c *x) exaltabitur* 2 Sam. 22, 47. Ps. 21, 14. *Statui exinanitionis*, per *serui* nomen expresso, subiicit statim Pater cælestis *statum exaltationis* Phil. 2, 8. tribus verbis emphaticis & particula *valde* indicatum, procul dubio respectu graduum 1. resurrectionis. 2. adscensionis, & 3. sessionis ad dextram maiestatis Vtrobique exinanitio & exaltatio *ad stuporem vsque* significatur. & mox nonnihil plenius exponitur, sed in compendio v. 14. 15. *Maii* Oecon. p 965. *Ialkut* autem ad h. l. tria ista verba sic illustrat: *Altior erit* Messias *Abrahamo*, *sublimior Mose & excelsior Angelis ministrantibus*, quod confer cum Heb. 1, 4. *y)* c. 33, 10. c. 57, 15. *z)* c. 5, 16. *v. 14. a)* S. *Quemadmodum* autem *obstupuerunt.* Ier. 2, 12. *b)* S. *super te* o Israel, s. ecclesia mea. coll. v. 4. 11. Sic *Tarnouius* in Paraphrasi huius capitis apud *Dorsch.* Alii *super te*, dilecte & electe serue mi, vt totum versum de Christo intelligant; coll. Matth. 11, 6. Luc. 2, 34. Sed mutatio personæ, etsi Scripturæ non infrequens, tamen vbi commode vitari potest, vitanda est, vt bene monet *S.* *c)* S. *ita* (in passione & ignominiosa morte) *corruptus erit magis, quam viri, adspectus eius.* Dixerat nempe v. 13. Deus Pater de seruo suo, *quod prudenter acturus sit*; iam itaque exponit, in quo sita sit ista prudentia: nimirum, quod similis factus hominibus, persecutionem contemtumque subiit, quæ ab impio mundo ecclesia & quiuis fideles subire coguntur, vt hac ratione redimeret ecclesiam, & totum humanum genus. *Elegantissima comparatio* subministrans imaginem Christi in Ecclesia, de qua Rom. 8, 17. Phil. 3, 21. 2 Tim. 2, 11. item 2 Cor. 5, 21. *S.* Ipsum nomen *Mischchat* non nisi h. l extans. *Kimchi* habet pro *adiectiuo*, coll simili forma Ios. 16, 9. Aliis est *Substantiuum*, corruptio s. *res corrupta.* formæ *mischpat, mirmas* &c. sic *Cocc.* Lex. p. 884. *adeo corruptum præ viro erat forma eius*, adeo miserabilis eius species, vt non deceret virum, qui esset in vlla eminentia. Conf. Ioh. 19, 5. 6.

f) dicentis Sioni. conf. not. Num. 2, 9. *g)* Messias v. 6 cf. c. 40, 9. c. 54, 5. Ps. 96, 10. Ion. *reuelatum est regnum Dei tui* conf. Mat. 3, 2. c. 4, 17. c. 10, 7. Luc. 19, 11.

v. 8. h) S. *Vox speculatorum tuorum*, qui tollent vocem suam, & simul cantabunt, quum oculo ad oculum viderint, quod reducat Iehoua Sionem; hæc erit: *Personate*, *cantate* &c. v 9. *i)* c 56, 10. 2 Sam. 18, 24. Ier. 6, 17 Ezech. 3, 17. *k)* c. 40, 9. c. 58, 1. Iud. 9, 7. cf. Mat. 10, 27. Act. 1, 13. 24. 19. 20. *l) vno ore clamabunt* at *iubilabunt.* v. 9. c. 35, 2. conf. e. c. Act. 5, 41. *m)* clarissime & cominus. Num 14, 14 *n)* c. 49, 7. cf. Mat. 13, 15. *o) cum reduxerit Iehoua ex illa miseria sua.* Ps. 14, 7. Ps. 126, 1. *o.* ἡνίκα ἂν ἐλεήσῃ Κύριος τὴν Σιών. At *Gussetius* p. 834 *cum redierit ad Sionem*, subintell. ל, vt Num. 10, 36. Ion. *cum reduxerit Dominus Schechinam suam Zioni*

v. 9. p) c. 14, 7. c. 54, 1 Hic & sequens versus 10. habent concionem N. T. vt v. 8. indicatum. (1) de vocatione Iudæorum, v. 9. (2) de vocatione gentium, v. 10. *S. q)* v. 8 *r)* c. 51, 3. c. 58, 12. *s)* v. 1. *Ierusalem* significat ecclesiam Dei, vt se habebat tempore Christi in Iudæa, quia Iudæi quoque tum adhuc dicti fuerunt *populus Dei.* S. *t)* c. 51, 12. *u) populum suum miserum* & diu adflictum. c. 40, 1. *x)* v. 3. c. 43, 23. c. 48, 20.

v. 10. y) Denudauit Iehoua. Messias c. 47, 2. Ezech. 4, 7. conf. Col. 2, 15. *z)* c. 51, 5. 9. c. 53, 1. Ps. 98, 1. Luc. 1, 51. 69. *a)* Ps. 98, 2. *b)* c. 35, 2. c. 40, 5. Ps. 98, 3. *c)* c. 45, 22. cf. c. 11, 5. c. 62, 11. Ion. *omnes qui in finibus terræ sunt* *d)* v. 7. c. 42, 6. confer. Ex. 14, 13. *o.* τὴν σωτηρίαν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

v. 11. e) Discedite ergo, discedite

Num.

v. 8. יחדו cum *Kri* יחדיו *Mas. Erf.* v. 11. Sine præmisso *spatio* 1, 3. 7. 8. 14. 19.

מאיש מראהו ותארו מבני אדם: כן יזה גוים רבים עליו
יקפצו מלכים פיהם כי אשר לא־ספר להם ראו ואשר
נג לא־שמעו התבוננו: מי האמין לשמעתנו וזרוע יהוה
2 על־מי נגלתה: ויעל כיונק לפניו וכשרש מארץ ציה
לא־תאר לו ולא הדר ונראהו ולא־מראה ונחמדהו:
3 נבזה וחדל אישים איש מכאבות וידוע חלי וכמסתר

CAP. LIII.

Domini omnipotens ipsis reuelabitur, vt fide ei adhæreant. Iudæi autem, qui Messiam in diebus carnis viderant & audiuerant, non crediderant; quod vaticinatur, admiratur & conqueritur Esaias, suo pariter ac Saluatoris ipsius, omniumque Zioni euangelizantium nomine, c. 53, 1. Maii Oecon. p. 965.

CAP. LIII, 1. q) *Quis* aut *Quotusquisque*? Mal. 3, 2. præsertim ex gente Iudaica. c. 49, 4. Ioh. 12, 37. 38. Rom. 10, 16. Interrogatio non est plane negatiua, sed *admirationis*, ob exiguum credentium numerum. Conf. supra c. 1, 9. c. 10, 22. coll. Rom. 9, 27. 29. Mich. 7, 1. r) *credit*, certus & minime ambiguus *anime*. c. 7, 9. c. 28, 16. c. 43, 10. Gen. 45, 26. s) *nuncio nostro*. c. 28, 9. s. *euangelio*, a nobis Prophetis & Apostolis perspicue proposito & *annunciato*, ita vt Iudæi non solum, sed etiam gentes illud *audiuerint*, c. 52, 15. *Querela est Propheta* de scandalo Iudæorum, quod sua culpa & malitia ex Messiæ exinanitione acceperunt, 1 Cor. 1, 23. Habetur autem in hoc capite I. *Scandali* istius *remotio* v. 1--7. II. *Exaltationis Messiæ*, s. maiestatis, per exaltationem ei datæ, *celebratio* ℣. 8. seqq. t) *& brachium Domini* Messiæ c. 51. 9. quod denudauit in conspectu omnium gentium c. 52, 10. s. omnipotens eius virtus, quam in redemptionis opere demonstrauit. c. 59, 16. u) *super quo*, vel *cui* Iudæorum, sublato Mosis velamine 2 Cor. 3, 14. 15. *reuelatum est*? Alibi cum אל vel ל construitur sequens verbum e. c. Gen. 35, 7. 1 Sam. 2, 27. c. 3, 7. 21. c. 14, 8. 11. & Iob. 38, 17. Dan. 10, 1. x) c. 40, 5. c. 56, 1. Col. 3, 3. 4. Quin imo iustam caussam habere se putant Iudæi, quod Messiam fastidiant; vilem quippe eius ortum contemptibilemque adspectum obiiciunt. Conf. Matth. 13, 55. seqq. Marc. 6, 3. Ioh. 7, 27. c. 9, 29. ℣. 2. y) Occasio scandali. *Nam* non cedri instar *adsurgit* aut eminet; sed *succrescit* Gen. 41, 5. ille *seruus Dei* supra c. 52, 13. z) *sicut tenera planta*, vel *stolo*, ex arbore seu trunco, in terra arida, recens enatus, indeque *succum trahens*, a rad. ינק *suxit*. De *infantibus* proprie sumitur Num. 11, 12. Deut. 32, 25. 1 Sam. 15, 3. per metaphoram autem notat *plantulam* vel *ramum tenellum*. vid Hos. 14, 7. Iob. 8, 16. cf. etiam supra c. 11, 1. a) *coram illo* populo superbo & incredulo, opinione regni mundani, quod Messias erigere deberet, fascinato; vt *brachium Dei* exsertum in Christo non videat nec agnoscat. v. 1. b) *& sicut radix*. al. metonymice *surculus* aut *virgultum adnascens radici*. cf. c. 11, 1. 10. At *radix* hic non consideratur in prædicamento relationis, quatenus surculus ex ea nascitur, cuius radix origo est; sed *in prædicamento qualitatis*, quoad statum. Radix est *res humilis*, & lente atque exiguos minusque felices surculos emittit *in terra arida*. Sic Christus visus est nimis contemtim regnum suum inchoare. S. c) c. 41, 18. d) *non forma illi* singularis c. 52, 14. e) *nec* propter adsumptam serui formam Phil. 2, 7. *splendor* aut *maiestas* illi fuit, quam Iudæi in fictitio suo Messia sibi imaginabantur. Tametsi enim fideles & illuminati viderint *gloriam eius* c. 2, 10. c. 35, 2. eamque agnouerint e concionibus & miraculis, diuinam maiestatem spirantibus, Ioh. 1, 14. &c. plerique tamen Iudæi cœcutiebant, & Satanæ potius, quam Deo talia tribuebant. f) *videbamus quidem eum*, dicunt stulti Iudæi. g) *sed nulla adspectabilis forma* occurrebat, quæ nos in amorem & admirationem aliquam illius rapere potuisset. c. 52, 14. 15. 1 Sam. 17, 42. h) *num ergo desideraremus* c. 2, 29. Cant. 2, 3. & auide, tanquam Regem promissum & Prophetam, *susciperemus eum*? Ioh. 1, 11. De Sacerdotali enim Messiæ officio, quod pati & mori, sicque nos redimere ille deberet, plerique Iudæorum ne quidem cogitarunt, & adhuc non cogitant: etiamsi illud Scriptura liquido prodiderit, v. g. Zach. 6, 12. 13. Ps. 40. 7. Ps. 110, 4. &c. *Interrogatiue* autem, suadente sic præuio accentu, hoc comma reddidimus, quod varie alii, & nonnulli *vt desideraremus*, reddiderunt. Eaque interrogatio, vt S. obseruat, emphatice exprimit vehementem adfectum Iudæorum, iuxta quem putant, se optimo iure Christum repudiare. Conf. similiter interrog. post præfixum *Vau* subintelligenda supra c. 37, 11. 1 Sam. 24, 20. c. 25, 11. &c.

℣. 3. i) *Contemtus* namque c. 49, 7. Ps. 22, 7. & *despectus* fuit a Pontificibus, Pharisæis & eruditis nostris. &c. cf. Marc. 9, 12. Luc. 16, 14. c. 23, 11. k) *& cessans* aut *desinens*. (3) Ezech. 3, 27. Ps. 39, 5. l) *virorum* plur. (3) Ps. 141, 4. Prou. 8, 4. Est vero *cessans virorum* ex mente S. qui cum omnibus rebus & conatibus suis citius desinet, quam vllus virorum. Tremellio *abiectissimus virorum*, a quo omnes cessant & desistunt auctoritate & sapientia conspicui Ioh. 7, 43. 49. vel *qui cito desinet inter homines* vel *viros* refertl. m) *vir dolorum* vel ægritudinum & ærumnarum. ℣. 4. quibusuis doloribus, qua animam, & qua corpus obnoxius. Ps. 38, 18. Ps. 69, 27. cf. similis constr. passiue significans Prou. 29, 1. n) *& cognitus*. (3) Deut. 1, 13. 15. o) *infirmitate* s. *infirmitatibus*, quas subiit & sustinuit, in prætorio & in cruce, vt negare aut excusare eas nemo possit; famoso nomine *suspensi* propterea etiam notatus. *Choli*, quod *morbum* vertunt, non tantum morbum ex naturæ infirmitate oriundum significat, sed etiam *infirmitatem ex vulneribus & plagis*, & quidem *grauissimam*. cf. 1 Reg. 22, 34. Ier. 6, 5. c. 10, 19. At grauissima vulnera passionis Dominicæ, historia euangelica graphice nobis depingit. S. p) S. *vnde fuit quasi occultatio facierum ab ipso*; malim *sicut quod abscondere facit faciem a se*, res sc. tam fœda & abominabilis, vt homines propter eam faciem suam tegant & auertant, v. g. a lepra aut leproso Leu. 13, 45. Conf. infra verbum c. 59, 2. & rem ex N. T. Ioh 7, 3. 4. 5. c. 19, 15. &c. Imo Deus ipse eum destituisse videbatur clementi adspectu, quando clamare coactus fuit *Deus mi! Deus mi! quare me dereliquisti?* Ps. 22, 2. Matth. 27, 46. Marc. 15, 34. cf. etiam Ps. 88, 5. 6. 16. &c.

d) c. 53, 2. e) *& forma eius*. c. 53, 2. 1 Sam. 28, 4. f) *deformior ceteris hominibus*; non naturaliter Ps. 45. 3. sed ex adsumta conditione & tolerata passione. *Dorsch.*

℣. 15. g) *Sed sic adsperget* gentes multas & validas, & sanguine suo easdem purgabit ab operibus mortuis, ut abiurata turpi idololatria, Deo viuo seruiant. Heb. 9, 13. 14. 19. seqq. Verbum נזה de *adspersione sanguinis sacrificiorum* frequenter vsurpatur, vt Leu. 4, 6. 17. c. 5, 9. c. 6, 20. c. 8, 11. 30. &c. quod merito h. l. vt typus cum veritate confertur. Adde Hebr. 10, 22. c. 12, 24. 1 Pet. 1, 2. & not. Num. 19, 18. *Dei iustitia*, inquit *Bochartus*, iis solis parcit, quorum conscientiæ Christi sanguine adspersæ sunt. Quippe vt agni Paschalis, ita & Christi sanguis non alia de caussa effusus est, quam vt adspergeretur, & aspersione sua nos e morte eximeret & liberaret. Hieroz. I. p. 615. h) Zach. 8, 22. Plurale רבים interdum non sumitur *partitiue*, vt distinguatur ab *omnibus*, quasi partem duntaxat omnium contineat, sed *emphatice*, vt comprehendat *omnes*, & denotet simul, *omnes* illos esse *multos numero*. Sic h. l. *goiim rabbim* sunt *omnes gentes*, quia finis versus ostendit nullam excipi. -- Sic Ps. 97, 1. Dan. 12, 2. Rom. 5, 15. Hæc *Gusset*. p. 773. i) *& super eo etiam Reges claudent os suum*. Ps. 77, 10. Ps. 107, 42. k) c. 49, 7. l) *Oris compressio* indicium est *partim* ex errore agnito nati pudoris, *partim* ex pudore emergentis amoris; coll. Iob. 21, 5. c. 29, 9. c. 40, 4. Ps. 39, 2. Mich. 3, 7. c. 7, 16. Am. 5, 13. c. 6, 10. *Dorsch.* m) *quia viderunt*, vel *quando videbunt*. v. 8, 10. c. 40, 5. n) *quod antea enarratum haud fuerat illis*. c. 65, 1. Rab. 1, 5. Rom. 15, 21. o) *&* *quod non audiuerant*. c. 64, 3. p) *intelligent* c. 1, 3. ex prædicatione euangelii, qua brachium

CAP. LIII, ℣. 1. *Spatium* præmittunt 2. 10. 12. 14. 19. 20. 23. & (vt videntur) 6. 9. 7. 8. ℣. 3.
ויךע *defect.* per *Kibbuts* 2. sec. *Mas.* 1. & *Erff.*

meris impositum ferentis 2 Par. 2, 1. 27. Conf. Pf. 38, 5. Pf. 40, 13. Pf. 69, 5. 2 Cor. 5, 21. Gal. 3, 13. Inn. *Ita pro peccatis nostris ipse deprecabitur, &*

קמץ בז״ק

delicta nostra propter eum remittentur. a) *nos vero* ex

פנים ממנו נבזה ולא חשבנהו : אכן חלינו הוא נשא 4
ומכאבינו סבלם ואנחנו חשבנהו נגוע מכה אלהים
ומענה : והוא מחלל מפשענו מדכא מעונותינו מוסר ה
שלומנו עליו ובחברתו נרפא־לנו : כלנו כצאן תעינו 6
איש לדרכו פנינו ויהוה הפגיע בו את עון כלנו : נגש 7
והוא נענה ולא יפתח־פיו כשה לטבח יובל וכרחל
לפני גזזיה נאלמה ולא יפתח פיו : מעצר וממשפט 8
לקח

adfectu carnis & cæcæ rationis sensu; cui illud passionis dominicæ mysterium non nisi stultitia est, etsi a fidelibus superetur. 1 Cor. 1, 23. 24. b) *reputauimus eum.* v. 3. Gen. 38, 15. Iob. 19, 15. Includit se Propheta, vt Dan. 9. 5. &c. c) non *propter* nostra aut aliena, sed *sua peccata adflictum,* Pf. 73, 14. Pf. 38, 12. vel *diris plagis adflictum*, qualis lepra est Leu. 13, 3. seqq. Hinc Vulg. *quasi leprosum:* quomodo veteres Iudæi Messiam etiam dici putant in Tract. *Sanhedrin* c. XI. fol. 98. b. vbi passiones Messiæ ex hoc loco & capite probant; quæ fusius etiam enarrantur in Ialkut ad Esaiæ c. LX. d) & diuinitus (. a *Deo* ob propria delicta *percussum.* Nam alioquin etiam Zacharias a Deo percussum dicit Zach. 13, 7. cf. etiam Pf. 69, 27. Matth. 26, 31. Quod autem veteres & Pontificii hoc comma verterunt *Deum percussum*, & non humanitatem tantum, sed & diuinitatem Christi inde probare satagunt, id contra grammaticam est & constructionem Hebræorum. Vid. *Pfeiff.* Dub. Vex. h. l. e) *& tantopere adflictum.* v. 7. Gen. 16, 6. c. 31, 51. Pf. 102, 24. Pyal (4) Leu. 23, 29. Pf. 119, 71. ℣. 5. f) *At ille* non ob sua, vt stolida ratione putauimus, sed ob nostra crimina. g) *excruciatus & dolore* exquisitissimo *adfectus est.* Pyal (1) cf. Piel c. 51, 9. rad. חול c. 26, 18. Al. *vulneratus* aut *confossus fuit* a rad. חלל, vt Ez. 32, 26. cf. supra c. 22, 2. &c. & Pf. 22, 17. Zach. 12, 10. h) *ob prauaricationes nostras* v. 8. quibus a Deo & Domino nostro *defecimus* c. 1, 2. c. 48, 8. Hos. 6, 7. & æternas pariter ac temporales pœnas promeriti sumus. Rom. 5, 16. 18. Gal. 3, 10. i) *Contusus*, fractus & oppressus fuit v. 10. c. 19, 10. cf. Pf. 72, 4. Pf. 143, 3. Thren. 3, 34. k) *propter prauitates s. iniquitates nostras* v. 6. 11. c. 43, 23. l) *Castigatio*, exemplaris & crudelis Ier. 30, 14. Hos. 5, 2. Prou. 13, 24. c. 22, 15. c. 23, 13. m) *pacis nostræ*, qua pacem nobis meruit & acquisiuit Rom. 5, 1. Eph. 2, 14. Col. 1, 20. n) *super ipso* fuit, vel *ei* tanquam Sponsori *incubuit.* Gen. 27, 13. Iud. 19, 20. 2 Sam. 18, 11. c. 19, 39. &c. o) *& in liuore s. vibice eius*, flagris aut alia ratione inflicta c. 1, 6. 1 Petr. 2, 24. p) *sanatio obtigit* vel *sanitas &* efficax *medicina data est nobis* c. 6, 10. contra venenum peccati & stimulum mortis. cf. Hos. 13, 14. Apoc. 22, 2. Ex. 15, 26. & supra c. 1, 6. Ion. hæc duo commata ita: *& in doctrina eius multiplicabitur pax super nos; & cum obedinerimus verbis eius, dimittentur nobis peccata nostra.* Cetera peruertit, vt not. c. 52, 13. ℣. 6. q) *Omnes nos*, tam Iudæi, quam gentiles Pf. 14, 3. Rom. 3, 9. seqq. r) cf. 1 Reg. 22, 17. Ezech. 34, 5. Zach. 10, 2. Matth. 9, 36. 1 Pet. 2, 24. 25. s) *errauimus* a via salutis Pf. 58, 4. Pf. 95, 10. Pf. 119, 176. Eph. 4, 17. 18. t) *singuli* nostrum c. 47, 15. u) relicto Deo, *ad viam suam*, quam sibi quisque ineundam putabat 1 Reg. 1, 49. etsi in barathrum nos præcipitaret & æternum exitium Prou. 14, 12. c. 16, 25. x) *respeximus.* c. 56, 11. Act. 14, 16. y) *sed Iehoua* v. 10. Deus Pater, nolens vllos perire, sed omnes ad pœnitentiam concedere 1 Tim. 2, 4. 2 Pet. 3, 9. pro benignitate sua, qua omnibus ac singulis bene consultum voluit Eph. 1, 9. 10. Col. 1, 20. z) *incurrere fecit in eum* Ex. 5, 3. Num. 35, 19. Iud. 8, 21. 2 Sam. 1, 15. cum se vadem stitisset (vid. ad v. 4.) & Pater illius sponsionem acceptasset, adeoque & culpam & pœnam ei iuste imputasset. cf. 2 Cor. 5, 21. a) *iniquitatem nostrum omnium*, v. 5. 11. Pf. 40, 13. *quæ & mortem* ei intulit; vt emphasis habet præcedentis verbi. Nos ipsi (inquit *Gusset.* p. 663.) iniquitatem exercentes, *non irruimus in eum*: nam Prophetæ tempore non versabatur in terris Christus, nec nunc versatur, vt ab illius æui aut ab huius ætatis impiis hominibus impetatur. Quid ergo? *Iniquitas ipsa nostra præcise*, *quam etiam* Prophetæ verba exprimunt, *in eum irruit.* Quomodo vero? nisi *quatenus ei imposita est ad mortem inferendam*, imputata ei, vt *pœnas eius lueret*, *loco nostro.* ℣. 7. b) s. Hinc ille *exactionem sustinuit.* vel: Hinc *solutio* iniquitatum *exacta* fuit. Nam cum debito & debitore verbum construitur, c. 3, 5. c. 9, 3. c. 58, 3. Ex. 5, 6. Deut. 15, 3. 2 Reg. 23, 35. &c. c) *& ipse*, vt præs & sponsor pro totius mundi peccatis 1 Ioh. 2, 2. d) *adflictus fuit & se ipsum humiliauit* v. 4. c. 58, 10. Ex. 10, 3. Pf. 119, 107. patiens & obediens factus vsque ad ignominiosissimam mortem crucis Phil. 2, 8. vt, quod non rapuit, ita solueret Pf. 69, 5. & lytron daret se ipsum & diuinum sanguinem v. 10. Mat. 20, 28. 1 Tim. 2, 6. cum sanguis taurorum & hircorum placare iratum Numen, & reconciliationem mutuam parare nequiret Hebr. 10, 4. seqq. Col. 1, 20. e) *vt ne quidem os suum* contra conuiciatores & tortores *aperuerit.* cf. Matth. 27, 14. 1 Pet. 2, 23. f) *vt parua pecus*, v. g. agnus vel hœdus paschalis Ex. 12, 3. 5. aut agnus quotidie immolatus Ex. 29, 38. Num. 28, 3. &c. quos typos ita Christus expleuit. cf Ioh. 1, 29. Apoc. 5, 6. g) *ad mactationem* c. 34, 2. c. 65, 12. Act. 8, 32. h) *ducitur*, c. 23, 7. Ier. 11, 19. qui non reluctatur, nec arrodit mordetue ducentem vel occidentem, sed leniter insequitur; ita quoque toto illo tempore, quo quæsitus, raptus & ductus est ad occisionem, nullum impatientiæ aut vltricis iræ indicium prodidit, sed inde a circumcisione cruenta, vsque ad extremum vitæ halitum, summæ clementiæ, mansuetudinis & patientiæ exemplar fuit. *Maii Oecon.* p. 969. i) *& sicut* debilis *ouis* (4) Gen. 31, 38. c. 32, 15. k) *coram tonsoribus suis* Gen. 38, 12. l) *obmutescit* aut *muta est* Ezech. 3, 26. m) *sic* inquam (Prou. 10, 23.) etiam Messias *non aperuit os suum*, sed nudari ac spoliari se passus est, Pf. 22, 19. vt nos vestibus iustitiæ, quas amisimus Rom. 3, 23. indueret. infra v. 11. c. 61, 10. Hæc omnia nempe debebat Messiam pati, quemadmodum Deus per os omnium Prophetarum suorum, & cumprimis Esaiæ h. l. prænunciauit, Act. 3, 18. sed quia impossibile erat, vt a morte detineretur, Act. 2, 24. Deus sponsorem, lytro ex asse soluto, e carcere liberauit; honore & gloria coronauit, Pf. 8, 6. quod Propheta nunc sequenti v. 8. subiicit, & exaltationem post exinanitionem exponit. ℣. 8. n) *Ex coarctatione* vel *angustia*, omnique animi ac corporis cruciatu. (3) Pf. 107, 39. Prou. 30, 16. Gusset. p. 631. e media *firmitate & vi* aduersariorum, Cocc. *e potestate* Pilati. At Dorscheo *ex coarctatione* s. angustia & *ex indicio* (In quo Messias fuit κατάρα Gal. 3, 13.) idem est, ac si dixisset, *ex iudicio coarctante* & torcularis instar constringente ad sanguineum vsque sudorem Luc. 22, 42. 44. o) *& ex* rigido Dei *iudicio*, Pf. 143, 2. cuise, vt Sponsor noster submiserat, pro nobis factus peccatum & maledictum. 2 Cor. 5, 21. Gal. 3, 13.

q) *tam contemtus* fuit ab omnibus, summis & imis. Pf. 15, 4. Pf. 22, 7. r) *vt enim non æstimauerimus*, c. 2, 22. c. 33, 8. Mal. 3, 16. Pf. 144, 3. sed indignum potius *reputaremus* (infra v. 4.) quem terra ferret ac viuere sineret.

℣. 4. s) *Verum enim vero*, *Profecto.* c. 40, 7. c. 49, 4. Ex. 2, 14. Sequitur hic *scandali illius refutatio* per demonstrationem veræ caussæ exinanitionis, nempe satisfactionis pro peccatis nostris, quæ Christo imposita & imputata fuerunt. Atque vt peruersum illud Iudæorum iudicium de Saluatore fortius refellat, se ipsum & pios includit, & ex omnium recte sentientium iudicio nunc loquitur Propheta. t) *morbos nostros & infirmitates quasuis* corporis ac animæ v. 3. ipsam etiam mortem v. 12. 1 Cor. 15, 26. 54. tanquam fructus & pœnas peccatorum; *meas, vestras & omnium, qui sumus homines.* c. 1, 5. u) *ipse* licet sanctus & nulla peccati labe laborans, sed impollutus prorsus, & a peccatoribus segregatus esset. v. 9. Hebr. 7, 26. tanquam *sponsor melioris fœderis* Heb. 7, 26. quemadmodum post lapsum protoplastorum has partes in se suscepit Gen. 3, 15. & spopondit, se pœnas peccatis nostris debitas nostro nomine subiturum, Confer Iob. 33, 24. & excerpta ex Ialkut ad Es. 48, 16. x) vere *portauit*, *tulit & abstulit*, v. 12. Matth. 8, 17. Marc. 9, 12. 1 Pet. 2, 24. vt olim in typo hircus emissarius Leu. 16, 21. 22. y) *& ad dolores nostros quod attinet* v. 3. Ex. 3, 7. Thr. 1, 12. 18. z) *eos ipse in locum generis humani, tum ratione culpæ, tum ratione pœnæ, surrogatus, portauit*, v. 11. c. 46, 4. *instar bajuli* onus graue humeri

---

℣. 4. Post ומכאבינו habent *circellum*, & in marg. notam הוא קרי ולא כתיב Esse הוא *legendum*, *etsi in textu non sit scriptum*, 6. 9. 11. 21. 23. Idem ומכאובינו *plene Orientales.* ℣. 5. שלומינו *plene* 1. 2. 5. 7. 8. 13. 14. 15. 16. 22. & in margine 6. 9.

לקח ואת־דורו מי ישוחח כי נגזר מארץ חיים מפשע
9 עמי נגע למו׃ ויתן את־רשעים קברו ואת־עשיר במתיו
י על לא־חמס עשה ולא מרמה בפיו׃ ויהוה חפץ דכאו
החלי אם־תשים אשם נפשו יראה זרע יאריך ימים
11 וחפץ יהוה בידו יצלח׃ מעמל נפשו יראה ישבע
בדעתו Ddd 2 נב

קמץ בז״ק ſupra v. 4. Sic *pluraliter* particulam hanc reddunt nobiſcum S. & *Cocc.* Lex. p. 254. Alii ſingulariter. *plaga illi* fuit. קמץ בז״ק ſed præter neceſſitatem.

Conf ſupra c. 23, 1. c. 30, 5. c. 43, 8. c. 44, 7. &c. nec contrarium probant exempla *a Noldio* allegata in Conc. Part. p. 513. ℣. 9. *a) Et dedit* ſ. *poſuit* Meſſias vel Deus Pater. Hic verſus eſt vexatiſſimus, inquit S. ſuntque omnino adeo variantes de illo ſententiæ, vt recenſeri hic neutiquam poſſint. Vide ſis *Pfeifferi* Dub. Vex. Dorſcheum. alioſque Commentatores. Nos quod & ſimpliciſſimum, & verbis ac contextui aptiſſimum videtur, proponemus, quoad rem ipſam conſentientes cum *Brentio, Dorſcheo, Schmidio, Maio* & *Glaſſio* in Phil. S. p. 534. ed. nou. Tum vero etiam de ceteris vnam vel alteram, ſed breuiter tantum, attingemus. *b) impios* & a lege Dei damnatos, quales natura omnes ſunt homines Rom. 3, 9. ſeqq. vel ſec. *Glaſſium* d. l. *impietates*, a ſingulari *Reſcha*. *Pluralis* tamen ex ſubſtantiuo alibi non reperitur, niſi forte huc referas Iob. 34, 16. *c) in ſepulcro ſuo* vel *eius*, (ב ſub intelligimus hic, quia in ſequenti במותיו expreſſe extat;) vt conſepulti ipſi, vi meriti ipſius a peccatis liberi reſurgerent Rom. 6, 4. 8. Col. 2, 12 Gal. 2, 20. Recte enim iudicamus, docente Paulo 2 Cor. 5, 15. quod, ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, omnes mortui ſint; quandoquidem Chriſto omnium impiorum iniquitates imputatæ ſunt, ſupra v. 6. *Sepultura Chriſti*, inquit Glaſſius, vltimus actus eſt ſtatus exinanitionis, in quo peccata noſtra tulit, & pro iis ſatisfecit. Quare Scriptura exprimere volens plenariam ſatisfactionem pro peccatis eorumque ἀθέτησιν Heb. 9, 26. dicit, ea cum Chriſto ſepulta eſſe, & in ſepulcro quaſi remanſiſſe. &c. *d) & diuitem* reddidit ipſum Pater. vid. v. 11. 12. vel *& ipſe* Chriſtus *diuitem fecit* hominem ſ. genus humanum pauperrimum Rom. 3, 23. c. 4, 25. 2 Cor. 8, 9. Eph. 1, 18. c. 2, 7. At *Maius* in Oecon. & *diuitem* ſ. *iniquum*, tenacem, *durum* quemuis; talis enim ſignificatio vocis in Arab, lingua vſitata eſt. *e) in mortibus ſuis*, i. e. *in acerbiſſima morte*, quam plurimæ paſſiones & cruciatus, quaſi totidem mortes præceſſerunt. Pluralis (2) Ezech. 28, 10. Alii ſic fere: *Et adſtituit*, vel imperſon. *adſtituerunt impios* milites *ſepulcro eius*, *& diuitem* (Pfeifferus ſubintell. latronem, al. Ioſephum Arimathæum) *in mortibus eius*, al. *excelſis eius*. Conf. Pfeiff. Dub. Vex. & VVaſmuthi Diſſert. Inaug. &c. At *Cocc.* Lex. p. 729. *Et dedit* populus meus *cum improbis ſepulcrum* vel *ſepulturam eius* in cruce; *& cum diuite* in monumento Ioſephi, obſignantes & cuſtodientes illud: Sic ex parte *Gurtlerus* in Theol. Prophet. p. 403. ita ſcribens: *Iudæi* Ieſum *cum impiis viris* vti extinctum, ſic & ſepultum, & in ſepulcro ſine fine latentem optarunt; ſed *diuino* accidit *fato*, vt præter ipſorum votum ſepeliretur honorifice in tumulo viri opulenti & auctoritate conſpicui Matth. 27, 57. ſeqq. Huc tendit etiam *Guſſet.* p. 730. coll. Ioh. 19, 31-38. *f) propterea quod*, ſubintell. *aſchar* vt Pſ. 119, 136. *g) nihil violentiæ*, c. 59, 6. c. 60, 18. Gen. 6, 11. *h) fecit*, vt crucifixi eum eo latrones; ipſe quippe ſanctiſſimus Dan. 9, 24. Luc. 1, 35. et a peccatoribus ſeparatus Heb. 7, 26. *i) neque fraus* aut *dolus* aduerſus Deum vel Cæſarem, vel alios etiam homines Gen. 34, 13. 2 Reg. 9, 23. *k) in ore* ipſius inuentus *fuit*. 1 Pet. 2, 22. 1 Ioh. 3, 5. Neque factis neque dictis aut cogitationibus vnquam peccauit. *Si enim* Chriſtus feciſſet ipſe iniquitatem & deſignaſſet peccatum, neceſſe habuiſſet ſolus in mortem & ſepulcrum ſuum ingredi, nec potuiſſet aliorum peccata expiare. Nunc autem, quia ipſe peccatum nullum fecit, nec corde, nec verbis, nec factis, ſed eſt perfecte iuſtus & ſanctus, idcirco expiauit morte, & ſepeliuit ac aboleuit ſepultura ſua aliorum peccata, vt recte & apte dicatur, *quod duxerit impios & iniquos ſecum in mortem & ſepulcrum ſuum*. Brentius.

℣. 10. *l) Ideo Iehoua Pater* v. 6. pro beneuola ſua erga lapſum humanum genus voluntate Ioh. 3, 16. Rom. 5, 8. 1 Ioh. 4, 9. vt iuſtus eſſet ipſe, ac iuſtificaret eum, qui crederet in Chriſtum Rom. 3, 26. *m) voluit* Iob. 13, 3. c. 33, 32. & decreuit æterno conſilio Eph. 1, 5. 9. *n) conterere* & adfligere *ipſum* v. 5. Iob. 6, 9. Non ſemper ſignificat contritionem in partes minutas, ſed vehementem preſſuram & adflictionem, vt h. l. S. *o)* variiſque calamitatibus, & cruciatibus quouis etiam morbo grauiſſimo ſuperioribus, eum implicuit, & *infirmum fecit*. Hiph. (3) Hoſ. 7, 5. Mich. 6, 13. quemadmodum iam ſupra dictum v. 4. Non eo quidem fine, quem Iudæi intendebant, vt odio illorum iniuſto ſatisfieret, ſed vt ipſe, ceu Mediator inter Deum & homines, 1 Tim. 2, 5. 6. pactum de redemtione generis humani ſic expleret. Bene vero ante ſequentia hic ſubintelligi poteſt *dicens* vel *dicendo*: ſi poſuerit &c. vt ſupra c. 14, 8. c. 22, 13. c. 45, 14. &c *p) ſi poſuerit* vel *dederit*. Ioſ. 7, 19. Iob. 17, 3. *q)* S. *reatum*. Tig *beſtiam delicti*. Sic enim *delictum* ſignificat, vt notet etiam *ſacrificium, cui delictum imputatum eſt*. vide paſſim, inprimis Lev. 4, 3. c. 5, 6. 7. 16. c. 7, 1. &c. & conf. Pſ. 40, 7. Rom. 8, 3. 2 Cor. 5, 21. Gal. 3, 13. Ioh. 1, 29. Recte etiam *Raſchi* ad h. l. *Aſcham*, inquit, *ſignificat ſatisfactionem* ſ. *lytron, quod quis alteri exſoluit, in quem deliquit, Gallice Amande*, i. e. *mulcta*. *Prout de Philiſtæis* 1 Sam. 6, 3. *dicitur: ne remittatis arcam vacue; ſed omnino reddatis ei mulctam* ſ. ſatisfactionem. Conf. Iob. 33, 20. Matth. 20, 28. 1 Tim. 2, 6. *Lex enim* iniungens peccatoribus ſacrificia pro peccato & pro reatu, tanquam mulctam & ſatisfactionem, oſtendit citra ſatisfactionem peccata non remitti, ſiue peccati accuſationem non tolli Heb. 9, 22. At ſanguis pecorum non poteſt eſſe ſatisfactio Pſ. 50, 13. Heb. 10, 4. Ea demum vera eſt ſatisfactio, quam *ponit* h. e. Deo exhibet & hominibus donat, *anima Iuſti ſerui Dei*. Conf. not. Lev. 16, 34. Num. 35, 25 *r) anima ipſius* v. 12. cf. Marc. 10, 45. Ioh. 10, 11. 15. 17. atque ita ſanguine ſuo homines *aſperſerit* c. 52, 15. Matth. 26, 28. *s)* tum reſuſcitatus *videbit* ſpirituale *ſemen* e Iudæis & gentilibus innumerabile Pſ. 22, 31. Cf Pſ. 110, 3. & ſupra c. 11, 1. Aduerſus exceptionem Iudæorum *Guſſetius* p. 234. ſeq. conſ. Gen. 3, 15. *t)* & cum iſto ſemine ſuo in omne æuum *prolongabit dies*, regnumque & ſacerdotium obtinebit æternum, cum lætitia ineffabili. vid. v. 8. & cf. Pſ. 16, 11. Pſ. 21, 5. Pſ. 110, 4. Heb. 7, 24. c. 12, 28. *u) & voluntas Iehouæ*, ſ. ardens eius deſiderium pro hominum ſalute Ioh. 3, 16. 1 Tim. 2, 4. cf. ſupra c. 44, 28. c. 46, 10. c. 48, 14. *x) per manum & miniſterium* prudentiſſimi illius ſerui Dei c. 52, 13. cf. Gen. 39, 3. Ier. 17, 8. & ſupra c. 20, 2. *y) feliciter perficietur, proſperrime ſuccedet* Ier. 12, 1. Pſ 45, 5. Pſ. 118, 25. nec fruſtra, vt videbatur, Meſſias laborabit Eſ. 49, 4 nec Eccleſia a Deo relicta aut filiis deſtituta erit. c 49, 14. 21. c. 54, 1. ſeqq. ℣. 11. *z)* S. *Ex labore* itaque *animæ ſuæ*. v. 10. de quo etiam c. 43, 24. Cf. Iud. 10, 16. Pſ 73, 5. Pſ. 25, 18. Præpoſitio ex, ordinem ſignificat, quo ad viſionem illam regiam in throno diuino adſenſurus eſt. cf Heb. 2, 9. 10. *a) videbit* ſc. *ſemen* & fructum laboris v. 10. At ſec. Dorſcheum *viſio* hæc *abſolute* ſumitur, neq; ad certum obiectū reſtricta eſt, vt v. 10. ſed ad omnia obiecta, regno ipſius ſubdita extenditur, imo ad ea etiam, quæ intra Deum ſunt, porrigitur Matt. 11, 27. adeoq; plane eſt diuina viſio. Hinc & *ſaturans* eſt, quia caret exinanitione Phil. 2, 7. & habet *omnem plenitudinem* Col. 1, 19. c 2, 9. idq; non tantum ad inhabitationem, ſed ad omnium impletionem Eph 4, 10. Phil. 3, 21. Hinc etiam ſalutari notitia fidei implebit terram Eſ. 11, 9. *b)* & *ſatiabitur* omnibus bonis in æternum Pſ. 16, 11. Pſ. 17, 15. & cum ipſo omnes vera fide ei adhærentes. Pſ. 22, 27.

p) poſtquam ſatisfecit, *exemtus*, & propter iuſtificationem noſtram reſuſcitatus Rom. 4, 25. atque in cælum ad dextram maieſtatis *adſumtus eſt*. cf. Gen. 5, 24. 2 Reg. 2, 3. 9. Pſ. 73, 24. *q) & ætatem* vel vitam *ipſius* c. 38, 12. nullis ſæculis terminandam, Infra. v. 10. Hebr. 7, 24. quam Chriſtus poſt mortem ſuam ingreſſus eſt Luc. 24, 26, ita ut in æternum amplius non moriatur Rom. 6, 9. Sed quia דור frequentiſſime ſignificat *generationum ſeriem*. ſ. *homines vna viuentes & aliis ſuccedentes*, v. g. Ex. 1, 6. Num. 32, 13. Deut. 2, 14. Coh. 1, 4. Ideo alii fructum exaltationis Chriſti inde colligunt, procreationem nempe ſobolis, & generationem ſpiritualem innumerabilem. Tametſi enim pro more Regum terrenorum nec filium procreauerit, ſucceſſorem ve reliquerit, tamen *ſemen habebit ſpirituale* copioſum v. 10. & tantam multarum *generationum* ſibi ſuccedentium *ſeriem*, vt eam *nemo* facile adſequi & *cogitare*, nedum *enarrare* poſſit. Ita *D. Maii* Oecon. p 970. *r) quis?* difficultatem indicat interrog. vt Pſ. 106, 2. *s)* Piel (2) Pſ. 143, 5. cf. Iud. 5, 10. Pſ. 77, 4. 7. 13. Iob. 7, 11. *t) quia exciſus eſt* Pſ. 88, 6. Thren. 3, 54. violenta morte 1 Cor. 15, 3. Chriſtus arbor vitæ, ſupra v. 2. c. 11, 1. Luc. 23, 31. ſine ſpe ſurculi vel radicis refloreſcentis Pſ. 41, 9. vt nos, qui natura aridæ & emortuæ arbores ſumus Eph. 2, 1. ipſi inſeri, & ſuccum vitæ ex eo trahere poſſimus. Ioh. 15, 1-8. *u) ob præuaricationem*. v. 5. c. 43, 25. *x) populi mei*. verba Prophetæ. *y) & propter plagam* Gen. 12, 17. Ex. 11, 1. Deut. 17. 8. Pſ. 38, 12. *z) illis* c. 44 15. infligendam, ipſe *plagis adfectus eſt*.

בְּדַעְתּוֹ יַצְדִּיק צַדִּיק עַבְדִּי לָרַבִּים וַעֲוֺנֹתָם הוּא יִסְבֹּל׃
12 לָכֵן אֲחַלֶּק־לוֹ בָרַבִּים וְאֶת־עֲצוּמִים יְחַלֵּק שָׁלָל תַּחַת
אֲשֶׁר הֶעֱרָה לַמָּוֶת נַפְשׁוֹ וְאֶת־פֹּשְׁעִים נִמְנָה וְהוּא
חֵטְא־רַבִּים נָשָׂא וְלַפֹּשְׁעִים יַפְגִּיעַ׃

Cap. LIV. נד רָנִּי עֲקָרָה לֹא יָלָדָה פִּצְחִי רִנָּה וְצַהֲלִי לֹא־חָלָה כִּי־
2 רַבִּים בְּנֵי־שׁוֹמֵמָה מִבְּנֵי בְעוּלָה אָמַר יְהוָה׃ הַרְחִיבִי
מְקוֹם אָהֳלֵךְ וִירִיעוֹת מִשְׁכְּנוֹתַיִךְ יַטּוּ אַל־תַּחְשֹׂכִי
3 הַאֲרִיכִי מֵיתָרַיִךְ וִיתֵדֹתַיִךְ חַזֵּקִי׃ כִּי־יָמִין וּשְׂמֹאול
תִּפְרֹצִי

℣. 12. *i) Ideo etiam ego Pater dividam*, impertiam s. *partem ei dabo*. cf. c. 34, 17. Ios. 13, 7. *k) inter multos* & amplissimos populos. c. 52, 15. vid. Ps. 2, 8. Zach. 8, 22.

הפטרת נח וגם הפטרת כי תצא

l) & fortissimos hostes, vt Deut. 4, 38. c. 7, 1. c. 9, 1. c. 11, 23. Ios. 23, 9. Ps. 135, 10. *Satanam* scil. cum malis angelis; tyrannos & Antichristum Matt. 12, 29. Ez. 39. 18. seq. Ps. 63, 1. seqq. mortem 1 Cor. 15, 26. & infernum Apoc. 20, 14. *Malus*. At S. *vt cum fortibus* diuidat spolium spirituale, iustitiam & vitam æternam, intelligitque *fortes in fide*. De quibus conf. Eph. 6, 10. 1 Ioh. 5, 4. Ps. 16, 3. *m)* ipse victor vt *prædam partietur*. conf. c. 9, 2. Gen. 49, 27. Ex. 15, 9. Ps. 68, 13. Prou. 16, 19. & Luc. 11, 22. *n) propterea quod*. 1 Sam. 26, 21. Deut. 21, 14. *non quasi Christus* sibi quid meruisset. sed *vicissitudinis* & nostri respectu, quibus proprie meruit. *Dorsch*. Conf. Ps. 68, 19. *accepisti dona pro hominibus*. *o)* totaliter, velut aquam dissipandam Ps. 22, 15. & sua sponte Ioh. 10, 18. *effudit*, S. *exinaniuit*. cf. not. c. 32, 15. Ps. 141, 8. ὁ. ἀνθ᾽ ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. Rom. 4, 25. *p) in mortem vsque* execrabilem Phil. 2, 8. *q) animam suam* & omnes eius vires. v. 10. Conf. typum Christi 2 Sam. 24, 17. *r) & cum sceleratis* & *fœdifragis* s. *seditiosis* peccatoribus. vid. 2 Reg. 1, 1. c. 3, 5. 7. &c. Marc. 15, 28. Luc. 22, 37. c. 23, 33. *s) connumeratus fuit*. c. 65, 12. *t) ipseque*, non tantum iudicio mundi, sed etiam diuina imputatione. v. 6. 2 Cor 5, 21. Gal. 3, 13. *u) peccatum* & pœnas peccati Leu. 19, 17. *totius multitudinis hominum*, vid. ℣. 6. 11 Hebr. 9, 28. *x) tulit* & ferendo *abstulit* vid. v. 4. 11. Ioh. 1, 29. LXX. vt 1 Pet. 2, 24. conf. Leu. 22, 9. Num. 18, 22. 32. vt typice hircus pro Israelitis Leu. 16, 21. 22. Aaron pro populo Ex. 28, 38. *y) imo etiam pro rebellibus*, c. 46, 8. c. 66, 24. Ps. 68, 19. qui ipsum pro Rege aut doctore suo non tantum non agnouerunt, sed ad ignominiosam vsque mortem exagitarunt. c. 1, 2. Luc. 19, 14. 27. Ioh. 19, 15. &c. multo ergo magis speciali oratione pro fidelibus Ioh. 17, 9. *z) intercedet* c. 59, 16. Gen. 23, 8. Ier. 7, 16. c. 27, 18. c. 36, 25. atque ita officio Sacerdotis & expiatoris catholici omni ex parte satisfaciet. vid. Luc. 23, 34. & confer, si verbum in futuro accipias. Rom. 8, 34 Heb. 9, 24. 1 Ioh. 2, 1. CAP. LIV, 1. *a) Canta* itaque s. *iubila* c. 12, 6. cf. Col. 3, 16. Ion. add. *Ierusalem*, sc. mystica s. cælestis Gal. 4, 26. Quum Propheta non solum c. 53, 1. sed ipsa etiam ecclesia c. 49, 14. 21. de paucitate credentium inter Iudæos, præsertim sub N. T. initia, conquesti essent; paucitatem illam Iudæorum gentilium multitudine resarciendam esse, prædixerat Deus c. 49, 21. seqq. c. 52, 15. Idque capite hoc LIV. confirmat ipse Messias, cui gentes in hereditatem datæ sunt c. 53, 12. Ps. 2, 8. Ps. 52, 8. & Sponsam suam ad laudem lætitiamque excitat, *promissâ* I. *Ecclesiæ multiplicatione*. v. 1--10. II. eiusdem *exornatione*. v. 11. seqq. ac III. *defensione* v. 14. seqq. *b) quæ sterilis* videbaris c. 49, 21. vt quondam Sarai & Rebecca Gen. 11, 30. c. 25, 21. cf. Ps. 113, 9. *c)* Ellipsin relatiui, & personæ mutationem bene resoluit Ion. *quæ eras sicut mulier, quæ non peperit*: quod iterum de Sarai legitur Gen. 16, 1. *Citat* etiam hunc versum Esaiæ Paulus Gal. 4, 27. & cum typo Saræ & Hagaris confert: quo simul indicat, Esaiam quoque ad duas istas mulieres respectum habuisse. Atque ex isto Pauli loco optime etiam Esaiæ sensus habetur S. *d) prorumpe* in laudem & *cantum*. S. *persona cantu*. c. 14, 7. c. 44, 23. c. 49, 13 c. 55, 12. Ps. 98, 4. *e) & iubila* c. 10, 30. c. 12, 6. Ier. 5, 8. Ps 104, 15. *f)* Ion. *quæ eras sicut mulier, quæ non concepit*, s. parturiuit, c. 23, 4. c. 66, 8. *g) nam* per gentium aggregationem c. 49, 22. c. 52. 15. *plures* erunt. cf. Ps. 87, 4. 5. *h) filii desolatæ* c. 49, 8. Thr. 1, 4. 13. quæ ob maximam Iudæorum incredulitatem & apostasiam tota fere *vastata ac solitaria* videbatur c. 49, 21. *quasi maritum aut liberos non haberet*. cf. 2 Sam. 13, 20. *i)* quam filii *maritatæ* v. 5. c. 62, 4. Gen. 20, 3. h. e. Synagogæ, quæ sibi (ob plurimos filios, sed sec. carnem tantum & ad seruitutem ex Abrahamo natos, adeoque sub maledictione legis existentes Gal. 3, 10. c. 4, 23. 24. 25.) adhuc in coniugio mystico cum Deo viuere videbatur. cf. supra c. 50, 1. Ioh. 8, 33. 37. 39. 41. item Rom. 7, 1. 4. ℣. 2. *k) Amplifica* igitur s. *dilata* c. 30, 33. c. 57, 8. *l) locum tentorii tui* pro gentilibus recipiendis. Non enim arctis Hierosolymorum tantum aut Palæstinæ terminis concludetur Ecclesia, sed ad fines vsque terræ extendetur. cf. c. 49, 20. Zach. 10, 10. *m)* S. *& qui cortinas*. Ex. 26, 11. *n) tabernaculorum tuorum*. c. 32, 18. *o) extendant* c. 31, 3. 2 Sam. 21, 10. sc. doctores Euangelii, Apostolos eorumque cooperarios. *p) ne prohibeas*. c. 58, 1. Præuidit nimirum Messias, quod credentes ex Iudæis ægre fere laturi essent extensionem, vtpote qui zelum pro Mose nondum deposuissent. S. Capere enim Iudæi vix poterant, quod gentiles etiam cohæredes & participes promissionis fieri deberent, Eph. 3, 5. 6. Conf. Act. 10, 47. c. 11, 3. *q) prolonga* s. *longos fac*. c, 53, 10. c. 57, 4. *r) funes tuos* Ex. 35, 18. vid. not. Num. 3, 26. *s) & paxillos* s. *claues tuos*. vid. c. 33, 20. *t) firma* c. 33, 23. h. e. *firmiter infige*, vt euelli nequeant: quo perpetuitas Ecclesiæ N. T. indicatur. S. ℣. 3. *u) Nam*. Ratio hic habetur, quare extendendum sit tabernaculum ecclesiæ: quia multos habitura sit filios in toto orbe terrarum, vt angustius tabernaculum omnes recipere non possit. S. *x) ad dextram & sinistram*, & versus omnes mundi plagas. cf. c. 9, 19. Zach. 12. 6.

c) & per scientiam sui, non qua ipse cognoscit, sed *qua* vera fide ac fiducia ipse tanquam Propitiator *cognoscitur* Ioh. 17, 3. Rom. 3, 22. 25. cf. Ier. 9, 23. c. 24, 7. Hos. 4, 1. c. 6, 3. *c. suffixum* h. l. passiue s. *obiectiue* significat, vt c. 56, 7. Ps. 35, 4. Thren. 3, 59. *d) iustitiam dabit, iustificabit*. c. 5, 23 Phil. 3, 8. 9. *e) iustus ille* 2 Sam. 23, 3. Ier. 23, 6. Zach. 9, 9. 1 Petr. 1, 18. 19. 1 Ioh. 2, 1. Christus vocatur *iustus* etiam post passionem suam, vt ostendatur, quod a peccatis nostris non sit superata iustitia ipsius, vt prævaluerit hæc potius. S. adeoque *æternam iustitiam* reduxerit Dan. 9, 24. Heb. 9, 12. *f) multis* s. *multos*, quotquot oblatam iustitiam vera fide receperint Hab. 2, 4. Ioh. 1, 12. Rom. 1, 16. *Omnibus* enim, adeoque *multis*, non paucis, eam acquisiuit, quia *omnium iniquitates* portauit. v. 6, 12. licet, si euentum spectes, sua culpa non omnes ad iustitiam perueniant. vid. not. c. 52, 15. & cf. Ioh. 1, 9. Rom. 5, 15. 18. 19. 1 Tim. 4, 10. 1 Ioh. 2, 2. *g) nam iniquitates eorum*. ℣. 4. 5. *h)* vid. v. 4. Thren. 5, 7. Ioh. 1, 29. ὁ. ἀνοίσει & v. 12. ἀνήνεγκε, vt 1 Pet. 2, 24. *Iustificatio* itaque secundum Esaiam fundatur in portatione peccatorum a Seruo Dei iusto consummata. *Dorsch*. coll. 2 Cor. 5, 21. Christus peccata nostra *tulisse & abstulisse* dicitur, quia ferendo illa abstulit. *Gurtler*. Theol. Prophet. p. 409. Egregia nimirum est permutatio: Christus *iustificat* homines *dando ipsis iustitiam suam*; & vicissim in se suscipit peccata ipsorum, vt ea expiet, & Deo Patri ipse reconciliet. S.

℣. 12.

CAP. LIV. ℣. 2. מיתריך *Mich.* pro *Mem*, c. 3. 5. 7. 8. 18. 19. ℣. 3. ושמאול *defect.* sine *Vau* Leb. 3. 5.

4 תִפְרֹצִי וְזַרְעֵךְ גּוֹיִם יִירָשׁ וְעָרִים נְשַׁמּוֹת יוֹשִׁיבוּ׃ אַל־
תִּירְאִי כִּי־לֹא תֵבוֹשִׁי וְאַל־תִּכָּלְמִי כִּי־לֹא תַחְפִּירִי כִּי
ꝟ. 16. q) Schmid. *Vidit, inquam.* v. 15. r) Schmid. *quod non esset vir* scil. iudicii, ex v. 15. Ion. *vir, cui opera bona.* confer c. 41, 28. Deut. 32, 36. 2 Reg. 14, 26. Ps. 14, 2. 3. s) *& quasi obstupuit.* Ps. 143, 4. t) quod nullus esset *intercessor* c. 53, 12. Ion. *qui staret & intercederet pro illis.* ut Abraham quondam pro perituris Sodomitis. u) *ideo salutem præstitit ipsi* c. 63, 5. Ps. 98, 1. x) *brachium ipsius omnipotens* c. 40, 10. c. 51, 5. 9. c. 52, 10. i. e. secundum R. Sal. *vindictam sumsit de hostibus suis.* propria scil. virtute & instinctu. vid. not. 1 Sam. 25, 26. Confer etiam Iud. 7, 2. Ps. 44, 4. y) confer c. 42, 21. c. 43, 4. c. 45, 23. c. 51, 6. 8. 2 Thess. 1, 6. z) *ipsa suffulsit* & confirmauit *ipsum.* c. 63, 5. confer c. 48, 11. Deut. 32, 36. seqq.

ꝟ. 17. a) c. 51, 9. b) *iustitiam* v. 16. per quam vindicat gloriam suam. *Schmidius.* c) *sicut loricam.* (3) 1 Reg 22, 34. 2 Par 18, 33. confer 1 Sam. 17, 5. 38.

g) *vestes ultionis* c. 35, 4. c. 47, 3. h) Schmid. *sicut vestitum* (1) i) Schmid. *& texit se*, Tig. *amictus est.* c. 22, 17. 1 Sam. 28, 14. k) *sicut pallio.* confer c. 61, 10. 1 Sam. 18, 4. Iob. 29, 14. *Pallium* h. l. *militare* intelligendum est; e cuius distinctu & accinctu videri poterat, seruere in hostes Ducem. Itaque Messias ad modum ducis militaris h. l. describitur, utpote ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς Act. 3, 15. in quo Deus sibi mundum reconciliauit 2 Cor. 5, 19. *Dorschæus.* l) *zelo*, ut & populum suum liberet, & hostibus suis promeritam pœnam rependat. vid. c. 9, 6.

ꝟ. 18. m) *Secundum eminentiam* c. 63, 7. 2 Sam. 23, 1. n) *meritorum.* c. 3, 11. Prou. 12, 14. o) *secundum eminentiam* etiam *rependet* c. 65, 6. c. 66, 6. Ier. 51, 6. Sic fere Cocc. Lex. p. 612. Paria meritis, paria reddet. At Schmidius: *Tanquam super retributionibus* (confer c. 35, 4. Ier. 51, 56.) *tanquam super eo*, *ut retaliet.* Variant alii. Nobis sanet simplex constructio & sensus. p) *excandescentiam* seu *iram.* c. 34, 2. c. 66, 15. q) *hostibus suis*, in anteced. descriptis. confer c. 26, 11. c. 64, 1. Deut. 32, 43. Nah. 1, 2. r) *retributionem* c. 35, 4. c. 66, 6. Thr. 3, 64. s) *inimicis suis* c. 41, 13. c. 49, 26. t) *insulis* etiam c. 41, 1. 5. c. 49, 1. *Insulanis*, gentilibus & gentibus Antichristianis. *Maii* Oec. p. 979. Confer Apoc. 16, 20. u) confer Ioel 4, 4. 7. 11. seqq. Luc. 19, 27.

ꝟ. 19. x) *Et timebunt.* Tum pauor incutietur ab ortu ad occasum habitantibus, & reuerebuntur nomen & gloriam Domini. *Maius* d. l. Confer c. 41, 5. Ps. 67, 8. Ps. 102, 16. y) *ab Occidente* c. 43, 5. c. 45, 6. Mat. 8, 11. z) c. 56, 6. a) Mal. 1, 11. Ps. 50, 1. Ps. 113, 3. b) confer c. 6, 3. c. 40, 5. Ps. 72, 19. Ps. 102, 16. Mat. 24, 14. c) Schmid. *quamuis enim*, al. *quum venerit.* d) *instar* rapidi *fluminis.* confer c. 8, 7. 8. c. 48, 18. Ps. 124, 4. 5 Apoc. 12, 15. e) *hostis.* Num. 10, 9. Ps. 74, 10. Thren. 1, 5. 7. 10. Ion. *Quoniam venient sicut inundatio fluminis Euphratis angustantes* seu hostes; *sed per Verbum Dei conterentur.* Alii constr. *sicut fluuius angustus*, ut Num. 22, 26. *locus* dicitur *angustus*; sed contra accentus h. l. f) *Spiritus* tamen *Iehouæ* c. 40, 13. c. 63, 14. quo unctus est Messias sine mensura c. 11, 2. c. 61, 1. Ioh. 3, 34. a quo Spiritu etiam omnis verbi Euangelici virtus est, ut sit virtus DEI in salutem omni credenti Rom. 1, 16. *Schmidius.* g) q. d. *signifer* erit. Schmid. *signum inferet*; vel *vexillum salutis tollet* & ostendet. (4) Kal c. 10, 18. Hithp. Zach 9, 16. Ps. 66, 6. h) Schmid. *in illo* Iehoua Messia v. 15. seqq. conf. Ex. 17, 14 Prou. 18, 10. Act. 4, 12.

ꝟ. 20. i) Schmid. *Tunc ergo veniet*, non ad vindictam, sed ad salutem. c. 60, 1. Rom. 11, 26. Gen. 49, 10. Hab. 2, 3. Matth. 11, 3. Hebr. 9, 11. k) *Tsioni* & populo Iudaico c. 1, 3. c. 46, 13. c. 49, 14. l) *Redemptor*, v. 15. seqq. descriptus. vid. c. 41, 14. c. 44, 6. 23. & confer Leu. 25, 15. Ruth 3, 9. 12. Ceterum hunc versum & totam pericopen non solum in *Likach tobh* inter consolationes de Messia referunt Iudæi; sed etiam in *Echah Rebbathi* fol. 66. col. 2. Rabh Aeha ex littera *Vau* in גואל aliquid eruit, & dicit: Quemadmodum non nisi propter *persecutorem perfectum* (רודף Thren. 1, 6.) in exilium abierunt Israelitæ; ita etiam per *Redemtorem consummatum* redimentur: Sic enim *plene scribitur* Ies. 59, 20. *& veniet Sioni Redemtor.* m) *& conuertentibus se* c. 1, 27. Deut. 30, 2. 8. 10. 2 Cor. 3, 16. n) *a præuaricatione* seu rebellione aduersus Dominum & Regem suum. vid. v. 12. 13. c. 58, 1. & cf. c. 29, 23. 24. Mat. 13, 39. o) c. 29, 22. c. 49, 5. 6. c. 65, 8. 9. p) c. 1, 24. c. 14, 22.

ꝟ. 21. q) *Nam ad me quod attinet*, c. 66, 18. Gen 17, 4. c. 24, 27. non pœnitet me promissæ gratiæ Rom. 11, 29. r) vid. c. 55, 3. c. 61, 8. Ier. 31, 31--37 Heb. 8, 8 seqq. s) *cum illis.* Iud. 21, 22. 2 Reg. 3, 12. c. 6, 16. t) c. 42, 1. Ion. *Spiritus meus Sanctus, qui est in te, & verba mea prophetica, quæ posui in ore tuo, non auferentur* &c. u) c. 61, 1. *Hoc vel ad Esaiam dicitur, ut mihi videtur; vel ad Dominum, ut plerique existimant.* Ita ad h. l. *Hieronymus.* At ex mente *Dorschei* contextus ostendit, verba esse Messiæ ad Ecclesiam. *Schmidio* tamen non placent, qui ecclesiæ vel Esaiæ hæc dicta putant; quanquam quod de ecclesia dicunt, tolerabilius esse censeat. x) confer c. 61, 1. seqq. & Ioh. 7, 16. c. 14, 10. c. 17, 8. y) vid. c. 51, 16. Deut. 18, 18. 19. & confer Ier. 1, 9. z) c. 54, 10. Ios. 1, 8. a) spiritualis *seminis tui*, nempe Messiæ, ut c. 48, 19. c. 53, 10. al. populi, ut c. 43, 5. c. 45, 3. c. 48, 19. vel ecclesiæ c. 54, 3. b) c. 61, 9. confer Hag. 2, 4. 5. c) c. 9, 6.

---

* 19. וייראן sic *plene* 1. 2. 3. 6. 9. 10. 13. 14. 19. 20. 22. 23. sic fe. 5. sec. *Mas.* 1. & *impr.* ad Deut. 2, 4. itemque ad Mich. 7, 17. & *Erff.* h. l. Mendosa igitur est *impr. h. l.* כב cum *Dagesch* 1. 2. 5. 6. 7. 9. 13. 14. 19. 20. 21. 23.

וְעַד־עוֹלָם׃ קוּמִי אוֹרִי כִּי־בָא אוֹרֵךְ ס

וּכְבוֹד יְהוָה עָלַיִךְ זָרָח׃ כִּי־הִנֵּה הַחֹשֶׁךְ יְכַסֶּה־אֶרֶץ 2

וַעֲרָפֶל לְאֻמִּים וְעָלַיִךְ יִזְרַח יְהוָה וּכְבוֹדוֹ עָלַיִךְ יֵרָאֶה׃ 3

וְהָלְכוּ גוֹיִם לְאוֹרֵךְ וּמְלָכִים לְנֹגַהּ זַרְחֵךְ׃ שְׂאִי סָבִיב 4

עֵינַיִךְ וּרְאִי כֻּלָּם נִקְבְּצוּ בָאוּ־לָךְ בָּנַיִךְ מֵרָחוֹק יָבֹאוּ

וּבְנֹתַיִךְ עַל־צַד תֵּאָמַנָה׃ אָז תִּרְאִי וְנָהַרְתְּ וּפָחַד וְרָחַב ה

לְבָבֵךְ כִּי־יֵהָפֵךְ עָלַיִךְ הֲמוֹן יָם חֵיל גּוֹיִם יָבֹאוּ לָךְ׃

שִׁפְעַת גְּמַלִּים תְּכַסֵּךְ בִּכְרֵי מִדְיָן וְעֵיפָה כֻּלָּם מִשְּׁבָא 6

יָבֹאוּ

Cap. LX. הפטרת כיתבא

men non possumus, etiam ad vltimum batum promissionum complementum a Propheta respici (cf. verba *Dorschei* not. ad c. 6, 9.) ex coll. Apoc. XXI. & XXII. quæ frequenter huc respiciunt. Nisi quis Apocalypsin non ad nouissima mundi, sed ad vltima Reipubl. Iudæorum fata tantum spectare, cum nonnullis perperam adfirmare voluerit: quod tamen Ipsa Apocalypsis, post euersam dudum Hierosolymam consignata, & attenta eius consideratio fieri non permittit. *f) illuminare* 1 Sam.14, 29. Prou. 4, 18. h. e. sec. S. tenebras in te discuti permitte, nec luci orienti introitum nega. & sic sec. Ion. & Syr. etiam *lucem ede.* Imperatiui sunt euangelici, vt c. 55, 1. *g) quia venit* Ioh. 1, 11. Hoc significare, *quia occidit lux tua,* cum A. b. Ezra existimat Gusset. p. 110. coll. v. 20. Gen. 15, 12. 17. Leu. 22, 7. &c. sed contra mentem contextus. *Lux* enim hæc non est *Sol* proprie dictus, qui בא *occidere* dicitur in scripturis; sed ipse Iehoua Messias; qui non occidens, sed oriens hic prædicatur v. 2. 3. & ad c. 59, 20. in hac connexione respicitur. *h) Lux tua æterna* v. 19. 20. magna illa c. 9, 1. & essentialis Ioh. 1, 5. 9. 10. c. 8, 12. &c. *Lumen de Lumine*; sec. *Symb.* Nic. *Messiam* hic intelligendum esse, agnoscunt Iudæi in Ialkut ad h. l. P. II. fol. 56. col. 3. ex Pesikta Rabbathi, coll. Ps. 36, 10. Quærunt enim: *Quid est illud, quod dicitur: Et in lumine tuo videmus vel videbimus lumen?* ac respondent: Hæc est Lux Messiæ, *sicut dictum est Gen. 1, 4. Et vidit Deus lucem, quod bona. id quod docet, Deum benedictum ad ætatem & opera Messiæ respexisse iam ante mundum conditum.* Ita etiam in Echa Rabbathi fol. 68. col. 4. R. Biba Sangorianus *Messiam nomine Lucis* vocari, probat ex verbis Dan. 2, 22. *& Lux apud Deum habitat.* Idem quoque ex nostro hoc Esaiæ, & citato Danielis loco, ostendit R. Abba Serongianus in Breschit rabba fol. 3. col. 4. &c. Sic sancta Apocalypsis c. 21, 23. ὁ λύχνος αὐτῆς τὸ ἀρνίον. *i) & gloria Iehouæ,* idem Messias Filius & Gloria Patris. c. 4, 5. c. 58, 8. Heb. 1, 3. Ioh. 1, 14. cf. Ex. 29, 43. c. 40, 34. 35. *k) super te* de cælo exorta & in carne manifestata *est.* cf. v. 2. 3. c. 58, 10. Mal. 3, 20. Luc. 1, 78. 79. ℣. 2 *l)* c. 50, 2. *m)* c. 8, 22. c. 9, 1. c. 29, 18. c. 59, 9. *n)* c. 29, 10. *o) & caligo.* Deut. 4, 11. Ier. 13, 16. *p)* c. 49, 1. c. 55, 4. Ion. *regna.* vt olim tenebræ Aegyptum Ex. 10, 11. seqq. *q)* vid. v. 1. *r)* Zach. 9, 14. cf. Ex. 40, 34. 1 Reg. 8, 10. 11. Ion. *in te autem habitabit Schechina Domini, & gloria eius supra te reuelabitur.* ℣. 3. *s) Et ambulabunt gentes* c. 2, 3. Ps. 47, 8. 9. Eph. 2, 12. non amplius, vt olim, in vanitate mentis suæ Rom. 1, 24 Eph. 4, 17. 18. sed vt filii lucis Eph. 5, 8. cf. Act. 17, 30. *t) ad lucem tuam*, v. 1. vt hæc dirigat eos ac ducat in viam salutis S. Cf. Apoc. 21, 24. *u) etiam Reges.* v. 10. 16. c. 49, 23. c. 52, 2. Ps. 148, 11. Regiam enim & omnem magistratus dignitatem ecclesia non eliminat, sed Christo consecrat. *Dorsch.* x) *ad splendorem* c. 50, 10. c. 62, 1. *y) ortus tui* (1) i. e. Messiæ s. *Lucis* istius, *qua tibi exorietur* v. 1. 2. s. ad lucem euangelii 2 Pet. 1, 19. ℣. 4 *z)* Vt magis certa reddatur promissio, in rem præsentem quasi deducitur ecclesia, vt ipsa circumspiciat, videatque ad se aggregari gentium multitudinem. S. Cf. c. 49, 18. *a)* cf. Ioh. 4, 35. *b) omnes isti,* quos dixi venturos v. 3. *c)* ex omnibus partibus orbis *congregantur.* v. 7. cf. c. 56, 8. Ps. 102, 23 *d)* v. 5. LXX. vt Matt. 8, 11. *e)* v. 9. c. 43, 6 *f)* c. 49, 12. *g)* c. 49, 22. cf. Gal. 3, 28. 1 Pet. 3, 7. *h) ad latus* c. 66, 12. *i)* Tig. *fouebuntur.* S *a nutricibus adportabuntur*, Neumanno *augebuntur*, i. e. *nutrientur* vel *educabuntur.* Cf. Ruth. 4, 16. 2 Sam. 4, 4. Varenio *constantes erunt.* Sic cf. 1 Reg. 8, 16. ℣. 5. *k) Tunc videbis,* quod iam prædico futurum. cf. c. 40, 5. Alii cum A. b. Ezra ex rad. ירא quod tamen Kimchi reiicit tq. erroneum: *tunc timebis.* coll. Matt. 2, 3. *l)* S. *& adflues,* h. e. læta filiis tuis ac filiabus occurres, ad recipiendum illos. Trem. *confluet.* cf. c. 2, 2. Ier. 51, 44. Al. *instar fluuii erumpes*, vel vt Gusset. p. 498. *fluminis instar decurres,* in regiones sc. remotas, idque copiose ac cito Ion. & Syr. ex signif. Chald. *& illustraberis* s. *splendesces*; quam tamen non fert vsus biblicus. cf. præter l. c. Ps. 34, 6. Ier. 31, 12 Mich. 4, 1. *m) & stupebit* ex re improuisa & non sperata. cf. Ier 33, 9. *n) & mox* gaudio & effusa lætitia *dilatabit se* cor tuum. Ps. 119, 32. 1 Reg. 5, 9. 2 Cor. 6, 11. 12 cf. Gen 45, 26. 27. & ad rem Luc. 2, 32. Act. 11, 34. 35. c. 11, 18. *o) quod conuertatur ad te* 1 Sam. 4, 19. c. 10, 6 *p)* Tig. *copia.* Trem. *fremitus maris,* sed S. cum A. Ezra & Kimchio *multitudo* instar *maris.* cf. c. 17, 12. & Gen. 17, 4. 5. *q) S. exercitus* c. 8, 4. al. *copiæ* s. *opes* gentium, vt v. 11. c. 10, 14. c. 61, 6. *r)* v. 4. 6. cf. Ps. 87, 5. 6. ℣. 6. *s)* S. *Turma* etiam, *multitudo* s. *agmen*, vulgo *Caravana* (5) 2 Reg. 9, 17. *t) obteget te.* cf. Ex 8, 2. c. 10, 5. 15. c. 16, 13. Num. 22, 5. 11. *u)* S. & plerique *dromades* s. *dromedarii* cameli. At Bocharto Hieroz. I p 82. seqq. ex vsu vocis Arabico non certa camelorum species, qualis est *dromedarius*, sed certa ætas, & *cameli iuniores* denotantur. Sic etiam Kimchi & Abarb. & Vatablus, item Malus in supplem. ad Cocc. Lex. p 11. quod *rad.* ... proprie sit *præuertere.* Verum ex hac signif. D Neumann in Exodo L. S. p. 165. non minus commode deducit *dromedarii* significationem, qui alios *velocitate* cursus *anteuertat.* Isidorus Orig. XII, 1. *Dromada genus est camelorum, minoris quidem staturæ, sed velocioris, vnde & nomen habet. nam* δρόμος *Græce cursus velocitas appellatur. Centum & amplius milliaria vno die pergere solet.* Curtius lib. V. c. 2. *Dromades cameli inter dona erant velocitatis eximiæ.* x) *Midianis & Epha,* posterorum Abrahami ex Ketura; quarum gentium conditor *Midian filius Abrahami, & Epha* ex eodem *nepos* fuit. vid. Gen. 25, 2. 4. 1 Par. 1, 31. 33. Nullibi vero cameli sunt frequentiores, quam in Midianitide vid. Iud. 6, 5. c. 7, 12. *y) omnes.* v. 4. non vt olim vna regina cum comitatu suo 1 Reg. 10, 1. seqq *z) e Sabæa.* Ps. 72, 10. Fuit etiam *Scheba* Abrahami & Keturæ nepos, ex filio Iokschano Gen. 25, 3. Alii tamen nostros referunt ad Gen. 10, 7. 28.

d) c. 45, 17. c. 54, 10. c. 55, 13. Matt. 16, 18.

CAP. LX. ℣. 1. *e) Surge itaque, o Ierusalem*, quod iterum h. l. & v. 4, 12. 17. addit *Ion.* vt c. 54, 1. nempe *mystica* s. *spiritualis* Gal. 4, 26. cf. not. supra c. 51, 17. Cohæret vero hoc caput immediate cum fine præcedentis, & pœnitenti Hierosolymæ vberius exponitur insignis N. T. status, cuius ibi mentionem facit. Verba autem sunt diuinæ personæ, vel Dei Patris, vt c. 59, 20. 21. vel potius ipsius Iehouæ Messiæ, hic v. 7. 9. 10. 13. 16. coll. c. 61, 1. qui sec S. ecclesiam Iudaicam, tenebris traditionum & falsarum opinionum (sicut vniuersum orbem terrarum v. 3. idololatriæ tenebris) obscuratam, coll. c. 9, 1. Matt. 4, 16. Luc. 1, 78. 79. c. 2, 32. vel sec. *Maii* Oec. p. 979. populum Iudaicum, diu sine Rege & Principe &c. sec. Hos. 3, 4. considentem, excitat, vt tandem *surgat e tenebris* Eph. 5, 14. & ex squalore suo, vt supra c. 51, 17. c. 52, 2. Estque in hoc capite descripta sec. *S.* I. Ecclesiæ N. T. lux, II. eiusdem lucis maiestas v. 17. seqq. Differunt igitur *circa tempus complementi* sententiæ interpretum. *Schmidius* ad initia N. T. respici, exinde manifestum esse, colligit, quod v. 2, 3. tota gentium terra dicatur tenebricosa, & gentes prædicantur ad Ierusalem confluxuræ. Sec. *Gurtleri* vero Theol. Proph. p. 113. aliorumque mentem, hic describitur gloria ecclesiæ vltimi temporis, quod liquido constet ex v. 11. seqq. vbi promittitur, ianuas ecclesiæ neque interdiu neque noctu fore clausas, Solem non amissurum lumen, sed finiendos miseriæ dies. Nos vt lubenter præstita Ecclesiæ beneficia Christi agnoscimus, & S. sententiam tenemus, negare tamen

CAP. LX, ℣. 4 תֵּאָמַנָה *Mem* per *Kam.* 3. 6. 9. 10. 14. 20. 23. contra *Mas.* 1. 2. *impr.* a. *Erff.* b. I. & *Ind. Bas.* f. 60. col. 8. ℣. 5. תִּרְאִי *Tau* cum *Meth.* 1. 2. 3. 11. *Ber.* Nalii in *M. l.* item cum inserto *Iod.* (quasi a ירא esset) 1. 2. 3. sed vtrumque pro vitio habet *M. l.* Etiam *Chatephpat.* (quod habent 7. 8. 11. 17. 18. 22. & *Ber.*) videtur esse contra *Mas. impr.* חֲתַף coll. *Buxt.* in *Cl. Mas.* c. VII. p. m. 59.

7 יָבֹאוּ זָהָב וּלְבוֹנָה יִשָּׂאוּ וּתְהִלֹּת יְהוָה יְבַשֵּׂרוּ׃ כָּל־צֹאן
קֵדָר יִקָּבְצוּ לָךְ אֵילֵי נְבָיוֹת יְשָׁרְתוּנֶךְ יַעֲלוּ עַל־רָצוֹן
8 מִזְבְּחִי וּבֵית תִּפְאַרְתִּי אֲפָאֵר׃ מִי־אֵלֶּה כָּעָב תְּעוּפֶינָה
9 וְכַיּוֹנִים אֶל־אֲרֻבֹּתֵיהֶם׃ כִּי־לִי ׀ אִיִּים יְקַוּוּ וָאֳנִיּוֹת
תַּרְשִׁישׁ בָּרִאשֹׁנָה לְהָבִיא בָנַיִךְ מֵרָחוֹק כַּסְפָּם וּזְהָבָם
אִתָּם לְשֵׁם יְהוָה אֱלֹהַיִךְ וְלִקְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל כִּי פֵאֲרָךְ׃
י וּבָנוּ בְנֵי־נֵכָר חֹמֹתַיִךְ וּמַלְכֵיהֶם יְשָׁרְתוּנֶךְ כִּי בְקִצְפִּי
11 הִכִּיתִיךְ וּבִרְצוֹנִי רִחַמְתִּיךְ׃ וּפִתְּחוּ שְׁעָרַיִךְ תָּמִיד יוֹמָם
וָלַיְלָה לֹא יִסָּגֵרוּ לְהָבִיא אֵלַיִךְ חֵיל גּוֹיִם וּמַלְכֵיהֶם
12 נְהוּגִים׃ כִּי־הַגּוֹי וְהַמַּמְלָכָה אֲשֶׁר לֹא־יַעַבְדוּךְ יֹאבֵדוּ
13 וְהַגּוֹיִם חָרֹב יֶחֱרָבוּ׃ כְּבוֹד הַלְּבָנוֹן אֵלַיִךְ יָבוֹא בְּרוֹשׁ
תִּדְהָר וּתְאַשּׁוּר יַחְדָּו לְפָאֵר מְקוֹם מִקְדָּשִׁי וּמְקוֹם רַגְלַי
14 אֲכַבֵּד׃ וְהָלְכוּ אֵלַיִךְ שְׁחוֹחַ בְּנֵי מְעַנַּיִךְ וְהִשְׁתַּחֲווּ עַל־
כַּפּוֹת רַגְלַיִךְ כָּל־מְנַאֲצָיִךְ וְקָרְאוּ לָךְ עִיר יְהוָה צִיּוֹן

קדוש

Eee 2 נא ב

a) aurum & thus, cf. 1 Reg. 10, 10. Ier. 6, 20. Pſ. 72, 15. *b) portabunt* cameli Gen. 37, 25. 1 Reg. 10, 2. Ion. *auro & thure onuſti erunt; & qui venerint cum iis, gloriam Domini enarrabunt.* Kimchi ita: *mercatores camelis thus & aurum venalia convehent, atque etiam in oblationem ſ. munus Regi Meſſiæ.* Cf. Matth. 2, 11. munera Magorum, ex Oriente ſ. Perſide venientium; cum Sabæi ſint ad auſtrum Iudææ. *c) & laudes Iehouæ* Meſſiæ. v. 1. c. 63, 7. Pſ. 78, 4. *d)* c. 40, 9. c. 61, 1.

℣. 7. *e)* Tig. *Omnes oves.* S. *omnia pecora*: nam & *capras* vox late ſumta ſub ſe continet. vid. Gen. 27, 9. c. 38, 17. Leu. 1, 10 *f)* Pſ. 120, 5. Cant. 1, 4. S. *Arabia.* Ion. *Arabum.* vid. ſupra not. c. 21, 16. Fuerunt etiam *Kedar & Nebaioth* Abrahami nepotes, ex filio Iſmaele, quem ex Hagare ſuſceperat. vid. Gen. 25, 13. 1 Par. 1, 29. Horum autem pecora tam illuſtribus verbis in Scriptura prædicari, non mirabitur, qui ſciet, gentis opes ſolo fere pecore conſtitiſſe. Quod de Nabatæis diſerte ſcribunt Diodorus & Strabo apud *Boch.* Hieroz. I. p. 535. *g)* vid. v. 4. *h) arietes.* Gen. 31, 38. *i) Nabatæorum*, in Arabia Petræa. Erat autem *Nebaioth* primogenitus Iſmaelis, Gen. 25, 13. c. 28, 9. c. 36, 3. & ſub *Nabatæis*, quos paſſim celebrant, profani ſcriptores cognatos *Cedræos* comprehendiſſe videntur: cum contra in Sacris litteris horum frequentius mentio fiat. *k) miniſtrabunt* ſ. *ſervient tibi.* v. 10. c. 56, 6. c. 61, 6. Quemadmodum autem ex hoc prædicato bene colligit S per *pecora Arabum* ipſos Arabes intelligendos eſſe; ſic per *Arietes* ipſos quoque Nabatæos & eorum *Duces* ſ. *Antiſtites* intelligimus. cf. Ez 34, 17. *l) offerentur* Leu. 2, 12. vel ſec. S. *adſcendent*, h. e. *ſeipſos offerent*, sq. hoſtiam ſpiritualem c. 66, 20. Rom. 12, 1. *m) ad beneplacitum*, ſ. ita vt gratum & acceptum ſit Deo illud ſacrificium. cf. c. 56, 7. Ex. 28, 38. *n)* ſuper *altare meum.* Conf. c. 19, 19. Pſ. 84, 4. it. Hebr. 13, 10. *o) nam* hac ratione & cultu, non vt olim ſacrificiis Moſaicis, *domum gloriæ meæ* ſ. eccleſiam 1 Tim. 3, 15. quæ a me ornata ornamento mihi eſt. cf. infra. v. 13. 19. c. 63, 15. c. 64, 10. *p) ego Meſſias exornabo.* v. 9. 13. c. 55, 5.

℣. 8. *q) Quinam illi ſunt?* Inquies. Gen. 33, 5 Continuatur *admiratio eccleſiæ*, de qua v. 5. S. *r) qui ſicut nubes* velox c. 19, 1. Iob. 30, 15. vel denſa, ſupra c. 25, 5. Heb. 12, 1. Ion. *qui veniunt publice, ſicut nubes velociſſime, & non morantur.* *s) aduolant.* cf. Hab. 1, 8. Introducitur hic Eccleſia, sq. proſpiciens aliam multitudinem, præter v. 6. 7. dictam, multitudinem ſcil. ex inſulis & ex Tharſchiſch &c. S *t) & ſicut columbæ.* Hoſ. 11, 11. quarum perniciſſimus volatus eſt. vnde Pſ. 55, 7. *alas columbæ* optat Dauid, vt celeri fuga ſe ſubducat ex imminenti periculo. vid. *Boch.* Hieroz. II. p. 13. ſeq *u) ad cauernas ſuas* ſ. *foramina* in columbariis. (8) *catarrhactæ* cæli c. 24, 18. *cauerna* oculorum Coh. 12, 3. *fumarium* Hoſ. 13, 3. ℣. 9. *x) Nam me* Meſſiam. v. 7. Ion. *Verbum meum.* *y) inſulæ* c. 11, 11. c. 42, 4. remotiſſimæ etiam c. 66, 19. Zeph. 2, 11. maris præſertim Mediterranei, ſec. *Varenium.* *z) expectant* vel *expectabunt.* c. 51, 5. *a) & naues Tarſchiſch.* vid. c. 2, 16. c. 23, 1. c. 66, 19. 1 Reg. 10, 22. *b)* S. & Vulg. *in principio* Num. 10, 13. 14. *c)* c. 49, 22. *d)* vid. v. 4. *e)* vid. v. 6. *f) cum illis*; vt olim Regina Sabææ, & claſſis Salomonis Ophirica 1 Reg. 10, 1. ſeqq. cf. Apoc. 21, 24. *g)* c. 55, 13. Ioſ. 7, 9. 1 Reg. 10, 1. *h)* c. 55, 5. *i)* vid. v. 7. 13. Pſ. 149, 4. & ſ. Ezr. 7, 27. ℣. 10. *k)* c. 61, 4. Zach. 6, 15. *l)* c. 55, 3. 6. c. 61, 5. 2 Sam. 22, 45. *m)* v. 13. c. 49, 16. *n)* v. 3. 11. 16. c. 49, 23. Pſ. 72, 10. 11. Apoc. 11, 15. c. 21, 24 *o)* vid. v. 7. cf. Apoc. 5, 10. *p) nam in ira* quidem *mea.* vid. c. 54, 7. 8. *q)* c. 27, 7. Ier. 30, 14. *r)* c. 49, 8. c. 61, 2. Pſ. 30, 6. Pſ. 51, 20. Pſ. 89, 18. *s) ego* Meſſias v. 7. 9. 16. *miſerebor tui* c. 14, 1. c. 54, 8. 10.

℣. 11. *t)* S. *Aperient vero portas tuas.* Vulg. *& aperientur*, Tig. *apertæ erunt* vid. c. 26, 2. Apoc. 21, 25. *u)* c. 49, 16. c. 58, 11. c. 62, 6 *x)* c. 27, 3. *y)* cf. c. 45, 1. Ez. 46, 2. Neh. 7, 3. c. 13, 19. *Aditus ad eccleſiam* datur omni tempore, diu noctuque: vnde dicit, portas eius fore ſemper apertas. Hoc magis dicendum, cum textus *finem apertionis* ipſe hunc det, *vt adducantur copiæ gentium*; quam vt cum aliis ſtatuatur, ſignificari *pacem eccleſiæ.* verba ſunt S. ad h. l. *Pacem* tamen ita non excludi, ex contextu & paralleliſmo conſtabit. *z)* v. 9. *a) copias & opes gentium.* v. 5. Rom. 11, 25. Apoc. 21, 24. 26. vt euidens eius rei ſpecimen fuit temporibus Conſtantini M. *b)* vid. v. 10. *c) adducendos* c. 11, 6. c. 20, 4. c. 63, 14. ℣. 12. *d)* cf. c. 14, 2. Zach. 12, 9. c. 14, 17. ſeqq. *e)* c. 41, 11. 12. Iud. 5, 31. Pſ. 37, 20 Pſ. 68, 3. Pſ. 73, 27. Pſ. 92, 10. Conf. Eſ. 30, 25. c. 49, 26. c. 66, 6. 15. 16. Mich. 5, 8. c. 7, 10. Zeph. 3, 15. Apoc. 19, 17. 18. 21. *f) & gentes* antichriſtianæ. Ioel 4, 11. 12. 13. *g)* c. 34, 10. Ier. 26, 9. ℣. 13. *h) Gloria Libani* & præſtantiſſimæ eius arbores c. 35, 2. Reſpicitur ad Templum V. T. quod ex cedris Libani fuit ædificatum. S. Conf. Cant. 3, 9. *i)* c. 55, 13. *k) tæda & buxus* (2) vid. c. 41, 19. *l) ad exornandum.* v. 7. 9. *m) locum ſanctuarii* ſ. Eccleſiam meam. c. 18, 7. Ez. 37, 26. 28. *n)* Ez. 43, 7. Reſpicitur iterum ad adytum Templi, vel Tabernaculi Moſis, in quo Deus ſuper Propitiatorio ita Cherubinis inſidebat, vt Arca fœderis quaſi *ſcabellum pedibus eius* præberet Ex. 25, 22. 1 Sam. 4, 4. cf. Pſ. 99, 5. Pſ. 132, 7. Thr. 2, 1. 1 Par. 28, 2. & infra c. 66, 1. Ion. *nam locum domus habitationis Schechinæ meæ glorificabo.* Conf. Apoc. 21, 3. *o) ego* Meſſias v. 7. 10. 16. *glorioſum* & honorabilem *reddam, honorabo.* 1 Sam. 2, 30. ℣. 14. *p)* vid. v. 3. Zach. 14, 16. *q) incuruatione* ſ. *incuruando ſe.* cf. c. 2. 11. 17. Prou. 14, 19. Iob. 9, 13. *r) filii oppreſſorum tuorum* Zeph. 3, 19. Aegyptiorum, aliorumque. cf. Gen. 15, 13. Ex. 1, 11. 2 Sam. 7, 10. *s)* cf. Ex. 11, 8. *t)* c. 49, 23. Apoc. 2, 26. 27. c. 3, 9. *u) contemnentes te.* c. 1, 4. conf. c. 14, 2. *x)* c. 62, 12. *y)* conf. c. 26, 1. c. 37, 21. Ez. 48, 35. Pſ. 48, 2. Apoc. 21, 2. *z)* Pſ. 48, 3. Ion. *Tſion, in qua beneplacitum habet Sanctus Iſraelis.* Senſus eſt: tunc dicent populi, te demum veram vrbem Iehouæ factam, iam te eſſe veram Tſion Sancti Iſraelis, propter cuius excellentiam vetus Zion tantum vmbra extiterit. S.

קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל׃ תַּחַת הֱיוֹתֵךְ עֲזוּבָה וּשְׂנוּאָה וְאֵין עוֹבֵר טו
וְשַׂמְתִּיךְ לִגְאוֹן עוֹלָם מְשׂוֹשׂ דּוֹר וָדוֹר׃ וְיָנַקְתְּ חֲלֵב 16
גּוֹיִם וְשֹׁד מְלָכִים תִּינָקִי וְיָדַעַתְּ כִּי־אֲנִי יְהוָה מוֹשִׁיעֵךְ
וְגֹאֲלֵךְ אֲבִיר יַעֲקֹב׃ תַּחַת הַנְּחֹשֶׁת אָבִיא זָהָב וְתַחַת 17
הַבַּרְזֶל אָבִיא כֶסֶף וְתַחַת הָעֵצִים נְחֹשֶׁת וְתַחַת
הָאֲבָנִים בַּרְזֶל וְשַׂמְתִּי פְקֻדָּתֵךְ שָׁלוֹם וְנֹגְשַׂיִךְ צְדָקָה׃
לֹא־יִשָּׁמַע עוֹד חָמָס בְּאַרְצֵךְ שֹׁד וָשֶׁבֶר בִּגְבוּלָיִךְ 18
וְקָרָאת יְשׁוּעָה חוֹמֹתַיִךְ וּשְׁעָרַיִךְ תְּהִלָּה׃ לֹא־יִהְיֶה 19
לָּךְ עוֹד הַשֶּׁמֶשׁ לְאוֹר יוֹמָם וּלְנֹגַהּ הַיָּרֵחַ לֹא־יָאִיר לָךְ
וְהָיָה־לָךְ יְהוָה לְאוֹר עוֹלָם וֵאלֹהַיִךְ לְתִפְאַרְתֵּךְ׃ לֹא־ כ
יָבוֹא עוֹד שִׁמְשֵׁךְ וִירֵחֵךְ לֹא יֵאָסֵף כִּי יְהוָה יִהְיֶה־לָּךְ
לְאוֹר עוֹלָם וְשָׁלְמוּ יְמֵי אֶבְלֵךְ׃ וְעַמֵּךְ כֻּלָּם צַדִּיקִים 21
לְעוֹלָם יִירְשׁוּ אָרֶץ נֵצֶר מַטָּעַו מַעֲשֵׂה יָדַי לְהִתְפָּאֵר׃
הַקָּטֹן יִהְיֶה לָאֶלֶף וְהַצָּעִיר לְגוֹי עָצוּם אֲנִי יְהוָה 22
בְּעִתָּהּ אֲחִישֶׁנָּה׃

מטעי קרי

עד כאן

רוח

✠. 15. a) S. *Pro eo, quod fuisti*, cf. v. 17. c. 61, 3. *Tahhat* non est meriti, sed tantum *vicissitudinis* diuinitus datæ. S. b) c. 54, 6. c. 62, 4. c) *& odiosa* Gen. 29, 31. 33. Deut. 21, 15. 16. Prou. 30, 23. d) *ita vt nemo fuerit transiens per te.* c. 33, 8. c. 34, 10. Ier. 9, 9. 11. e) *pro eo, inquam, faciam te* c. 41, 15. f) *in gloriam s. magnificentiam æternam.* Tig. *clarum in perpetuum.* cf. c. 4, 2. Ez. 7, 20. g) *gaudium.* cf. c. 30, 29. c. 66, 10. Ps. 48, 3. h) c. 58, 12. c. 61, 4.

✠. 16. i) *Suges autem lac* gentium. cf. c. 49, 23. Deut. 33, 19. Ion. *Et satiaberis diuitiis populorum.* Alii conferunt supra c. 55, 1. 1 Pet. 2, 2. k) *& mammam s. vbera* c. 66, 11. Thr. 4, 3. Iob. 24, 9. LXX. & Ar. *diuitias.* Ion. non bene: *& præda Regum delectaberis.* 2 Sic Syr. *& spolia regum suges.* forte ex v. 18. c. 59, 7. &c. l) vid. v. 3. 10. 11. m) c. 66, 11. 12. Deut. 33, 19. n) c. 49, 23. o) *quod Ego* Messias v. 7. 9. 10. 13. 22. c. 61, 1. sum *Iehoua.* p) c. 43, 3. c. 63, 8. q) c. 41, 14. c. 63, 16. r) c. 49, 26.

✠. 17. s) cf. c. 54, 11. 12. Ion ad veterem Hierosolymam: *Pro ære, quod rapuerunt ex te, o Ierusalem.* t) Alludit Propheta ad copiam sub regno Salomonis 1 Reg. 10, 21. 27. sed sub imagine bonorum temporalium hæc de spiritualibus intelligenda sunt. *Dorsch.* u) c. 28, 17. c. 54, 12. x) *præfecturam tuam, s. collegium præfectorum* 1 Par. 23, 11. 2 Par. 24, 11. y) *pacem* cf. c. 26, 1. 3. 12. Phil. 4, 7. Col. 3, 15. z) *& exactores tuos* c. 3, 12. c. 9, 3. Zach. 10, 4. a) c. 10, 22. c. 28, 17. c. 31, 16. c. 59. 9. c. 61, 10. 11. Rom. 6, 18. 1 Ioh. 2. 29.

✠. 18. b) c. 65, 19. c) *vis s. iniuria* c. 59, 6. vt olim ante diluuium Gen. 6, 11. & deinde. Ier. 6, 7. Hab. 1, 2. 3. Ista namque natura est regenerationis s. charitatis, satis, vt nemini faciat iniuriam. S. coll. 1 Cor. 13, 4. 5. d) c. 51, 19. c. 59, 7. e) cf. c. 11, 9. c. 32, 17. 18. c. 65, 25. Apoc. 21, 4. De intermissione persecutionum, ecclesiam vastantium. *Dorsch.* Conf. v. 20. f) Eusebius *IESVM* vel *salutem.* vid. c. 26, 1. & cf. c. 59, 11. g) v. 10. cf. Rom. 5, 11. c. 8, 31. seqq. h) v. 11. c. 54, 12. i) *laudem* c. 61, 3. c. 62, 7. Ps. 148, 14. cf. 1 Pet. 2, 9.

✠. 19. k) cf. c. 24, 23. Apoc. 21, 23, c. 22, 5. Ion. *Non indigebis amplius lumine Solis.* Sensus est: Ecclesiam diuina gloria multo splendidius esse illustrandam, quam Sol & Luna vastum hoc mundi theatrum illustrant. *Vitringa* ad Apoc. 21, 23. At Schmidio *Sol & Luna*, quæ lucebant ecclesiæ, antequam Messias lucere cœpit, sunt vmbræ legis Mosaicæ. Aliqua quidem fuit lux in V. T. sed per claritatem lucis N. T. plane absorpta. l) Ier. 31, 35. Gen. 1, 16. m) *& ad splendorem* c. 4, 5. quo noctu alioqui lucet luna. n) c. 13, 10. cf. c. 24, 23. Gen. 37, 9. o) *non lucebit* Gen. 1, 15. 17. *tibi*, maiori lumine instructæ. cf. supra c. 30, 26. p) *Iehoua* Messias. v. 1. 2. Apoc. 21, 23. q) *In lucem æternam* v. 20. Ps. 84, 12. Regnum enim gratiæ huius terræ in regno gloriæ futuri sæculi consummandum, & ab eo absorbendum. *Vitringa* ad Apoc. 22, 5. r) v. 7. c. 52, 1. ὁ. κύριος ὁ Θεὸς δόξα σου cf. Apoc. 21, 11. 23. ✠. 20. s) *Non occidet amplius.* Ier. 15, 9. Mich. 3, 6. Am. 8, 9. t) *Sol tuus* v. 19. *Sol iustitiæ*, Christus Mal. 3, 20. non occultabitur ab oculis tuis, nec obscuratio veritatis salutificæ fiet. coll. Apoc. 21, 25. c. 22, 5. u) *& Luna tua non recipiet se*, aut deliquium patietur. cf. Ioel 4, 15. Ion. *Non cessabit amplius regnum tuum; & gloria tua non auferetur.* x) *nam*, vt versu præcedenti iam dictum est *Iehoua* &c. y) *& finiti erunt* c. 38, 12. 1 Reg. 7, 51. z) *dies luctus tui.* c. 61, 2. cf. supra v. 18. Apoc. 7, 16. 17. Verba hæc persuadent, caput hoc esse de N. T. accipiendum, inquit *Dorsch.* Neque etiam de eo dubium superest. sed de hoc dissentiunt Interpretes: num *de ecclesia militante in terris*, an vero *de triumphante in cælis* hic textus loquatur? Posterius placuit Hieronymo & pluribus; prius Luthero, Brentio aliisque. Vtramque sententiam h. l. coniungi posse optime, censet *Schmidius*, & quod Iohannes Apoc. XXII. hunc textum adduxerit *in respectu ad vltimum complementum* in regno gloriæ. Quæ omnino recte se habent: nam typum Ecclesiæ, in his terris dotibus Spiritus S. exornandæ, & gloria diuina illustrandæ, ita exhibuit Esaias h. l. & Iohannes Apoc. 21. & 22. vt sub eiusdem narratione gustus quoque & imago æternæ vitæ exhibeatur. Quod enim alioquin hæc loca Esaiæ & Iohannis *non absolute de ecclesia in cælum recepta* accipi possint, *Gurtlerus* in Theol Proph. p. 704. seq. ita probat: (1) quia post ecclesiæ gloriam & illuminationem subiiciunt nouum populorum & nationum ad illam confluxum, coll. hoc capite v. 3. 11. cum v. 1. 2. & c. 66, 19. 23. cum v. 10. 11 12. it. Apoc. 21, 24. 26. cum v. 1. seqq (2) Minatur hic v. 12. Deus vastationem iis gentibus, quæ detrectabunt accedere ad ecclesiam gloriosam; at post diem vltimum nulla erit occasio amplectendi aut repudiandi euangelii, nec metus supplicii temporalis (3) Iohannes Apoc. 22, 10. *prohibetur obsignare verba huius prophetiæ*, quod *prope sit tempus*, quo expleri debeant. At in vita altera neque prophetiæ locum habent, neque ibi obsignatæ sunt, coll. 1 Cor. 13, 8. 12. Accedit, quod sec. v. 11. huius capitis & Apoc. 21, 24. 26. Reges terræ *gloriam suam in nouam Hierosolymam* conferant: At in cælum gloriam non ferent, sed ibi accipient pii Reges. item, quod Hierosolyma hæc cælitus orta in terris exhibenda sit Apoc. 21, 2. 10. cum contra in die nouissimo iusti ad cælestes sedes transferendi sint 1 Thess. 4, 17. Adde, quod versus 22. huius capitis, vt S. obseruat, non potest accipi de vita æterna, in qua non datur multiplicatio vnius in mille &c.

✠. 21. a) *Populus autem tuus*, o ecclesia mea! vid. c. 35, 24. Versum saltem 21. quidam etiam ad vitam æternam referunt; sed nimis arcte cohæret cum v. 22 vt modo dictum ex S. b) cf. c. 4, 3. c. 52, 1. c. 53, 11. Ez. 44, 9. Ioel 4, 17. Zach. 14, 20. 21. Rom. 5, 1. 1 Ioh. 2. 1. 2. 29. Tit. 2, 14. Apoc. 21, 27. c. 12, 15. c) cf. Ps. 37, 9. 11. 22. Dan. 2, 44. Matt. 5, 5. d) tq. *surculus* (4) c. 11, 1. e) *plantarum mearum* c. 61, 3. Matt. 15, 13. f) cf. c. 19, 25. c. 64, 7. c. 65, 21 Eph. 2, 10. g) S. *vt gloriosum reddam me* c. 49, 3. c. 61, 3. 2 Thess. 1, 10. ὁ. εἰς δόξαν. Eph. 1, 5. 6. 14. vt Adam fuit imago & gloria Dei 1 Cor. 11, 7. ✠. 22. h) *Paruus s. minimus.* cf. Ier. 49, 15. Am. 7, 2. 5. Obad. v. 2. i) cf. Gen. 15, 5. 1 Par. 12, 14. k) *& exiguus vel paucissimus* Ps. 68, 28. 1 Sam. 9, 21. ὁ. κύριος ὁ ἐλάχιστος vid. 1 Cor. 15, 9. Eph. 3, 8. l) *in gentem numerosam.* Gen. 18, 18. Mich. 4, 7. cf. supra v. 8. c. 49, 18–21. m) *Ego Iehoua* Messias v. 7. 10. 13. 16. c. 61, 1. n) *suo tempore.* cf. Coh. 3, 11. o) Tig. *accelerabo*, Vulg *subito faciam illud.* c. 5, 19. cf. c. 46, 13. c. 66, 7. 8. 9. Apoc. 1, 1. c. 22, 6.

✠. 16. וְיָנַקְתְּ per simplex *Paschta* 2. 6–. 12. 14. 15. 16. 20. 21. 22. 23. & *Ber.* contra analogiam. ✠. 17. אָבִיא הַב *milra* 1. 2. 3. 12. 20. ✠. 19. וְהָיָה per *Kadma mild* 2. 3. sic su. 5. at milra 4.

Cap. LXI.

סא רוח אדני יהוה עלי יען משח יהוה אתי לבשר ענוים
שלחני לחבש לנשברי־לב לקרא לשבוים דרור
2 ולאסורים פקח־קוח׃ לקרא שנת־רצון ליהוה ויום
3 נקם לאלהינו לנחם כל־אבלים׃ לשום לאבלי ציון
לתת להם פאר תחת אפר שמן ששון תחת אבל
מעטה תהלה תחת רוח כהה וקרא להם אילי הצדק
4 מטע יהוה להתפאר׃ ובנו חרבות עולם שממות
ראשנים יקוממו וחדשו ערי חרב שממות דור ודור׃
ה ועמדו זרים ורעו צאנכם ובני נכר אכריכם וכרמיכם׃
6 ואתם כהני יהוה תקראו משרתי אלהינו יאמר לכם
7 חיל גוים תאכלו ובכבודם תתימרו׃ תחת בשתכם

CAP. LXI, 1. p) c. 11, 2. c. 40, 13. c. 59, 19. c. 63, 10. 11. 14. q) v. 11. c. 7, 7. r) c. 11, 2. c. 59, 21. c. 60, 22. Luc. 4. 18. Col. 2, 9. Promissa omnia se effecturum, & suo tempore acceleraturum adfirmaverat Messias c. 60, 22. Iam, vt donis viribusque sufficientibus se instructum declaret ad tantum opus perficiendum, *Spiritum Domini Dei*, a Patre ac se ab æterno procedentem, *supra se esse*, in se conquiescere c. 11, 2. & se vnxisse donis immensis dicit, *vt lætum hoc nuntium de redemtione ex captiuitate spirituali*, tacitate &c. non tantum in diebus adsumtæ carnis Iudæis retulerit; sed etiam conuersis olim e prauaricatione c. 59, 20. *annum beneplaciti* s. *acceptationis* gratiosæ & & *condonationis* v. 2. secundum promissionem fœderalem paulo ante c. 59. 21. indicatam, hostibus autem *diem vindictæ* prædicaturus & allaturus, adeoque amplissime omnia illa hactenus memorata adimpleturus sit v. 1-9. Hinc concioni & promissioni illustri Messiæ Ecclesia Israelitica respondet, eamque vera fide exultabunda acceptat, & gratias Deo agit pro habitu spirituali magnifico & pulcherrimo v. 10. coll. cum v. 3. ac fructu iustitiæ & gloriæ copiosissime progerminante v. 11. Hæc *Maii* Oecon p. 930. Habemus igitur in hoc capite I. *Messiæ concionem & iteratum promissum* v. 1-9. II. *Ecclesiæ responsionem & canticum* s. *iubilum* v. 10. 11. Neque enim de alio, quam *de solo Messia*, hoc caput intelligendum esse, multis rationibus probant nostrates, Dorsch. Schmid. aliique: (1) ex operibus diuinis v. 1. 2. 3. (2) quia *Iehoua* est, qui loquitur v. 8. & (3) idem, qui c. 60. locutus. (4) quia Christus ipse Luc.

Luc. 4, 21. diserte hoc caput de seipso interpretatur. (5) quia Ecclesia induentem ipsam vestibus iustitiæ, Iehouam esse, prædicat v. 10. coll. cum v. 3. (6) Quia Deus iisdem prope verbis non Prophetam, sed Messiam compellat c. 42, 7. Neque (7) desunt ex Iudæis, qui de Christo s. Messia id intelligant. Ita R. *Saadia Gaon* in libro haemunot c. 8. apud *Voisinium* ad Raymundi Pug. fid. p. m. 160. item *LeKach Tobh*. Et sic *Kimchi* in Lexico suo sub rad. משח fol m. 73. a *Verba hæc*, inquit, *sunt Prophetæ de Messia: nam Messias ita dicturus erat; quia propterea me vnxit Deus, vt lætum nuntium adferam miseris.* s) *ideo, propterea* namque. c. 29, 13. Num. 20, 11. t) *me* sec. humanam naturam *vnxit* Ps. 45 8. Ebr. 1, 9. Spiritu S. Ioh. 3, 34. Act. 10, 38. inde ab vtero matris Luc. 1, 35. u) c. 60, 6 Ps. 40, 10. 2 Sam. 18, 19 20. x) Vulg. Tig. aliique *mansuetis*; at S. cum LXX. & Luca, *pauperibus & humilibus*, qui agnoscunt suam humilitatem in peccatis, & paupertatem in spiritualibus, vnde vera oritur mansuetudo & sancta. Cf. c. 11, 4. c. 29. 19 Zeph. 3, 9. Ps. 9, 13. Mat. 5, 3. c. 11, 5. & e contrario superbos mente cordis sui Luc 1, 51. y) c. 48, 16 z) c. 1, 6. a) Ps. 147, 3. cf. Ps. 51 19. b) *ad proclamandum* s. *ad prædicandum* v. 2. Ier. 34, 8. 25. 17. c) *captiuis*. cf. c. 49, 24 25. c. 52, 2. Rom. 7, 14. 23. Heb. 2, 15. d) *libertatem*, a lege & omni condemnatione; consequenter etiam a seruitute elementorum mundi. *Cocc* Lex. p. 844. vide typum Lev. 25, 10. e) *& vinctis* c. 49, 9. Zach. 9, 11. 12. f) *aperire* s. *apertionem*. Infin. forma פְּקַח c. 58, 9. cf. c. 35, 5. c. 42, 7. Act. 26, 18. g) Trem. *ergastuli*, R Ioseph Kimchio *carceris* vel *vinculorum*. (1) Hoc quid sit, ipsi Hebræi non norunt certo, inquit S. Aliis vna est cum præcedente, aliis duæ voces, sed eiusdem originis & significationis, q. d. *omnimodam apertionem: & carceris*, & consequenter etiam *oculorum*, i.e. sec. LXX. & Lucam ἀνάβλεψιν, s. *clarum visum*, ex obscuro carcere eductis. vid. c. 42, 7. Forcassis obscura vox aliquid luminis accipere potest ex Aethiopica lingua, in qua מוקה cum cognatis frequentissime est *compes, vinculum & carcer*. vid. *Ludolff* nouum Lex. Aeth. col 89. & 639.
 ℣. 2. h) c. 49, 8 c. 60, 10. Luc. 4, 19. cf. Act. 17, 30. 2 Cor. 6, 2. 3. Multi putant, respectum etiam haberi aliquem ad annum iubilæum V. T. quod non improbamus. S. i) c. 34, 8. c. 63, 4. Deut. 32, 35. cf. Matt. 2, 12. c. 10, 15. Luc. 18, 7. c 21, 22. Apoc. 6, 17. k) c. 12, 1. c. 40, 1. c. 49, 13. c. 51, 3. 12. c. 65, 13. Zach. 1, 17. l) *omnes lugentes* v. 3. c. 57, 18. c. 66, 10. Matt. 5, 4. 2 Cor. 7, 10.
 ℣. 3. m) *Ad tribuendum* s. *ad exhibendum* c. 47, 6. n) vid. v. 2. & cf. c. 49, 14. c. 62, 19. Apoc. 21, 4 o) *ad dandum* inquam; vel *& ad dandum illis* p) *ornatum* capitis v 10 c. 3, 20. Ez. 24. 17. 23. cf. supra c 35, 10. q) *pro cinere*. cf. c. 58, 5. 2 Sam. 13, 19. r) *oleum lætitiæ* Ps. 45, 8. Syr. *vnguentum suauissimum*: cf. Ps. 23, 5 s) *pro luctu* c. 60. 15. 20. Ier. 31, 13. t) S. *pallium*. al. *amictum* (1) cf. verbum c. 22, 17 c. 59, 17. &c. u) v. 11. c. 60, 18. Ion. *spiritum orantem* x) *pro spiritu contracto* s. animo mœsto & desperabundo. cf c. 42, 3. Leu. 13. 39. 56. & Ez. 21, 12 y) *& dicetur illis*, i.e. *vocabuntur* c. 58, 12. c. 62, 2. z) arbores s. *quercus iustitiæ* c. 1, 29. c. 60, 21. Ps. 92, 13. 14. Vt *planta Iehouæ* est, quæ a Iehoua plantata, sic *quercus iustitiæ* esse putamus, quas iustitia promissionum diuinarum, & ipsa iustitia Christi imputata educat & corroborat: quanquam eædem quercus deinde etiam proferre incipiunt fructus iustitiæ. S. a) c. 5, 2. c. 60, 21. Matt. 15, 3 b) c. 60, 21. Ioh. 15, 8. Phil. 1, 11.
 ℣. 4. c) S. *Tum ædificabunt*. c. 60. 10. d) c. 58, 12. Spirituales ruinæ intelligendæ veniunt. S. e) *solitudines* c. 49, 19. f) *priorum* hominum vel sæculorum, s. *priscas*. cf. Leu. 26, 45. Deut. 19, 14. Ps. 79, 8. g) c. 44, 26. c. 58, 12. h) *& instaurabunt, reficient*. 2 Par. 15, 8. i) *vrbes vastatas* Ez. 29, 10. Zeph. 3, 14. k) c. 49. 8. Ez. 36, 4. Dan. 9, 25. l) c. 58, 12. c 60, 15. Respicit ad solitudinem ciuitatis Dei, per gentilismum tot seculis miserandum in modum destructæ: hanc ædificandam & restaurandam prædicit. *Dorsch.*

℣. 5. m) S. *Stabunt vero*. al. *Surgent etiam*. cf. Mich. 5, 3. n) quondam *alieni* s. *extranei* c. 1, 7. Eph. 2, 12. o) Id Hieronymus aliique de re pastoritia & agricultura spirituali, accipiunt; Brentius de adiumento in bonum, Dorscheus de obsequio gentium. Conf. c. 60, 10. 11 12. Ier. 3, 15. c. 23. 4. Ez 34, 2. 10. 1 Pet. 5, 2. &c. p) c. 60, 10. q) *agricolæ vestri* (7) Ier. 51. 23. c. 52 16 cf 1 Cor. 3, 9. r) *& vinitores vestri* erunt (5) 2 Par. 26, 10. cf. supra c. 5, 7.
 ℣. 6. s) *Vos autem Sacerdotes Domini. &c.* cf Deut. 7, 6. Hos. 14, 3. Mal. 1, 11. Ps. 50, 14. 1 Pet. 2, 5. t) *vocabimini & eritis* v. 3. 12. c. 54, 5. c 56, 7. Nam *in regno Christi* omnes Israelitæ genuini sunt sacerdotes, quia *habent meliorem illam spem, per quam adpropinquant Deo* Heb 7, 19 *accessum ad Patrem* Eph. 2, 18. *& viam recentem*, dedicatam vel *initiatam sanguine* Christi Hebr. 10. 19 20. Cum iis vero *etiam fideles gentium sunt Sacerdotes* Apoc. 1, 6. c. 5, 10. Es. 66. 20. 21. *Cocc.* Lex. p. 363. u) c. 56, 6. c. 60, 7. Ioel 2, 17. x) c. 4, 3. c. 62, 4. y) c. 60, 5. 16. z) c. 23, 18. a) *gloriabimini, efferetis* vos (1) cf. Ps. 94, 4. *Aleph & Iod* permutatis.
 ℣. 7. b) vid. v 3. c. 60, 15. c) cf. c. 25, 8. c. 54, 4.

CAP. LXI, ℣. 1. פְּקַחקוֹחַ Ita coniunctim scribunt 1. 3. contra *Mas.* impr. ℣. 6. ואתם per *Graschaim* 2. 6. 9. 10. 11. 12. 14. 16. 17. 18. 20. 21. 22. 23. & *Ber.* sed *Rbhia* aptius est.

משנה וכלמה ירנו חלקם לכן בארצם משנה יירשו
8 שמחת עולם תהיה להם׃ כי אני יהוה אהב משפט
שנא גזל בעולה ונתתי פעלתם באמת וברית עולם
9 אכרות להם׃ ונודע בגוים זרעם וצאצאיהם
בתוך העמים כל־ראיהם יכירום כי הם זרע ברך
יהוה׃
10 שוש אשיש ביהוה תגל נפשי באלהי כי הלבישני בגדי־
ישע מעיל צדקה יעטני כחתן יכהן פאר וככלה תעדה
11 כליה׃ כי כארץ תוציא צמחה וכגנה זרועיה תצמיח
כן אדני יהוה יצמיח צדקה ותהלה נגד כל־הגוים׃
Cap.LXII סב למען ציון לא אחשה ולמען ירושלם לא אשקוט עד־
2 יצא כנגה צדקה וישועתה כלפיד יבער׃ וראו גוים
צדקך וכל־מלכים כבודך וקרא לך שם חדש
3 אשר פי יהוה יקבנו׃ והיית עטרת תפארת ביד־
יהוה

tus de *notitia sani iudicii*, non praui; nec sine verbo, sed cum eo. Quotquot enim vident, & non agnoscunt, in iis est ignorantia prauæ dispositionis. S. Conf. 2 Cor. 4, 3. 4. Col. 3,

הפטרת נצבים

3. 4. d) *semen*, cui *benedixit* Dominus. cf. c. 19, 24. 25. c. 65, 23. Num. 6, 24. Eph. 1, 3. 4.

℣. 10. e) S. Quare *lætando lætabor*, vehementer gaudebo. cf. c. 61, 5. c. 66, 14. Ion. præmittit: *Dixit Ierusalem*, sc. *noua* s. *Spiritualis* c. 51, 17. c. 54, 1. cf. c. 60, 1. quæ grata mente agnoscit promissa Messiæ beneficia, & vehementer in iis exultat. vid. not. ad v. 1. f) *in Iehoua* Messia. v. 1. 8. c. 29, 19. Ion. *in Verbo Domini*. g) c. 9, 2. c. 25, 9 c. 41, 16. Zach. 10, 7. h) c. 60, 9. Ion. *in salute Dei mei*. cf. 1 Sam. 2, 1. i) Zach. 3, 4. 5. & supra v. 3. k) c. 51, 5. c. 52, 1. Ps. 45, 10. 14. 15. l) *amiculo* c. 59, 17. vt Pontifex indutus fuit Leu. 8, 7. vel Regis filiæ 2 Sam. 13, 18. m) cf. c. 1, 27. Ps. 132, 9. 1 Cor. 1, 30. 2 Cor. 5, 3. 21. Gal. 3, 27. Apoc. 3, 18. c. 12, 1. c. 19, 8. 14. & oppos. Zach. 3, 3. n) *texit, amicivit me* (1) o) *sicut sponsus* Ps. 19, 6. p) S. *imponit*. Trem. qui *administrat*, al. *adplicat*. Gusset p. 367. *vt sponsus sacerdotare*, h. e. tam bene concinnare, eamque nitidum atque auro ac gemmis splendidum reddere *solet ornatum capitis, vt sacerdotem æmulari videatur*. Alibi verbum hoc significat *sacerdotio*, s. *eximio & propioris admissionis ministerio fungi*, vt Ex. 28, 1. 41. c. 29, 1. 44. 2 Sam. 8, 18. Non autem dicitur Ecclesia h. l. *Sponsus* nec *Sponsa*, sed in ornatus pulchritudine cum iis comparatur: q. d. sicut sponsus & sponsa se ornant, sic Dominus ornauit me pulcherrime & magnifice. S. q) *ornatum capitis*. vid. v. 3. r) c. 49, 18. Apoc. 21, 2. s) *ornat se* (8) Ez. 23, 40. Hos. 2, 15. t) *apparatu suo* s. *nuptialibus vestibus suis* Deut. 22, 5. cf. Ps. 45, 14. 15. ℣. 11. u) Gen. 1, 12. Hag. 1, 11. x) Ps. 65, 11. Gen. 2, 9. y) *& sicuti hortus* c. 51, 3. Num. 24, 6. z) *satiua semina sua*. (2) Leu. 11, 37. a) *germinat* s. *germinare facit*. cf. verbum Gen. 3, 18. Deut. 29, 22. b) vid. v. 1. c) c. 45, 8. c. 55, 10. Ion. *reuelabit*. d) v. 10. c. 60, 17. e) v. 3. c. 60, 18. Ion. *laudem Hierosolymæ*. cf. c. 62, 7. f) *coram* Ex. 34, 10. Deut. 31, 11. Ios. 8, 35. g) c. 2, 2. c. 40, 5. c. 52, 10. Luc. 1, 10.

CAP. LXII, ℣. 1. h) *Propter Zionem*. c. 49, 14. Non meritum id significat, sed amorem Dei erga ecclesiam cf. c. 37, 35. c. 42, 21. c. 43, 14. 25. c. 45, 4. &c. i) *non silebo* aut *abstinebo*. v. 6. cf. c. 42, 14. c. 64, 11. c. 65, 6. Ps. 28, 1. *ego Messias*; cuius hic sequitur responsio ad illum iubilum Ecclesiæ c. 61, 10. 11. repræsentatum. Nempe quæ de restitutione Zionis & Hierosol. magnifice hactenus *promisit Messias*, eadem hoc capite magis *confirmat*, pollicetutque, se non quieturum, donec omnia in apertam lucem produxerit, & effectui dederit, vt gentes & reges gloriam & maiestatem eius videant & venerentur v. 1.-6. quia per vigiles sedulos, constitutos vbique terrarum, propaganda sit cito ea fama, de restituenda Hierosolyma; qui etiam Zionem excitare & viam præparare debeant ad excipiendam salutem cælitus aduenientem. *Maii* Oecon. p. 981. *Partes sec. S. duæ* sunt; I. *Promissio Messiæ* de propaganda Ecclesiæ gloria v. 1.-7. II. *Promissio Dei Patris* de aduentu Filii in carne v. 8. seqq. Alii tamen continuum Christi dialogum cum Ecclesia obseruant. vid. c. 63, 1. 2. 3. 7. c. 65, 1 seqq. nec insolens est, vt monet Dorscheus, vel Deum Patrem, vel Filium de se etiam in tertia persona loqui. *Deum* autem hic loqui, non Prophetam, agnoscit Kimchi & Chaldæus, qui ita: *Donec fecero liberationem Zioni, non dabo requiem populis, & donec adduxero consolationem Hierosolymæ, non sinam quiescere regna*. k) vid. c. 51, 17. c. 52, 1. c. 54, 1. c. 60, 1. c. 61, 10. & conf. 1 Reg. 11, 13. 32. l) cf. c. 18, 4. Ps. 83, 2. Ruth. 3, 18. m) c. 2, 3. Hos. 6, 5. scil. ad gentes. S. ex coll. v. 2. n) c. 60, 1. o) v. 2. c. 56, 1. c. 61, 11. Ps. 37, 6. p) v. 11. c. 51, 10. q) *sicut fax* Gen. 15, 17. Iud. 7, 16. r) *quæ ardet* c. 9, 17. *Ellipsis relat.* vt c. 28, 16. c. 30, 6. c. 56, 2. &c. ℣. 2. s) S. *Tum videbunt gentes* c. 52, 10. c. 60, 3. t) v. 1. Rom. 1, 17. u) c. 60, 3. 16. x) c. 35, 2. c. 60, 1. 2. c. 66, 11. Apoc. 21, 11. y) *& vocabitur*, q. d. *pronunciabitur tibi* c. 48, 12. c. 61, 3. coll. c. 48, 8. z) c. 56, 5. c. 65, 15. Ez. 48, 35. Apoc. 2, 17. c. 3, 12. sc. *amicorum & filiorum Dei* Ioh. 15, 15. 1 Ioh. 3, 1. 2. *Nomen nouum* esse videtur illud ipsum, quod v. 4. sequitur, *Chephzi-bah & Beulah* - & *nouum* vocatur, quia ad nouum testamentum pertinet, in quo omnia noua sunt 2 Cor. 5, 17. per gratiam Dei nouam in Christo Domino nostro; idq. non de litteris & syllabis accipiendum, sed de re. Deus nimirum dicit res. S. a) c. 1, 20. c. 40, 5. c. 58, 14. Ion. *quod per Verbum Domini ipse declarabit*. b) S. *enunciabit*. Gen. 30, 28. Num. 1, 17. Ezr. 8, 20. ℣. 3. c) *corona gloriæ* i. e. sec. S. *gloriosum & spirituale regnum*. Cf. c. 4, 2. c. 28, 1. 3. Ier. 13, 18. Ez. 16, 12. Prou. 4, 9. c. 12, 4. Iob. 31, 36. & Phil. 4, 1. 1 Thess. 2, 19. d) *in manu Domini*, h. e. *ab ipso Domino administrandum* coll. 2 Reg. 14, 5. c. 15, 19. 2 Par. 17, 5. Respici omnino videtur ad regnum, quod in Israel quondam fuit, tale quidem, vt Dominus ipse fuerit rex eius 1 Sam. 8, 7. c. 12, 12. vt esset typus regni spiritualis N. T. in quo nullus est rex, nisi Christus ipse. S.

d) *duplum* bonum, cf. c. 40, 2. Zach. 9, 12. e) *& pro ignominia* c. 50, 6. Ps. 44, 16. f) *iubilabunt*. c. 12, 6. c. 65, 14. g) *in sorte vel parte sua*. cf. c. 57, 6. Ier. 10, 16. Thr. 3, 24. *Mutat personam*; quia promissum datur præsentibus, & implendum est in posteris absentibus. Alio sensu hæc verba exponit *Cocc.* Lex. p. 816. *& ignominiam cantant partem suam*. i. e. partem suam cum gaudio profitentur ignominiosam Christi crucem, coll. 1 Pet. 4, 16. h) *Propterea* inquam, pro pudore & ignominia. i) Iob. 42, 10. k) c. 60, 21. cf. Ps. 105, 44. l) c. 35, 10. c. 51, 11. Persecutionum recessum, & largam compensationem hic prædici, notat *Dorsch.*

℣. 8. m) *ego Iehoua* Filius Dei. v. 1. 10. n) cf. c. 56, 1. Ier. 23, 5. Ps. 45, 8. Iob. 34, 17. o) *& odio habeo* c. 1, 14. Ps. 11, 5. p) *rapinam* s. *raptum* (4) Leu. 5, 21. Ez. 22, 29. Ps. 62, 11. q) *in holocausto* mihi oblatum. Sic Vulg. Tig. aliique, & fauent accentus. cf. c. 1, 11. Deut. 23, 19. Prou. 15, 8. c. 21, 27. At S. mauult cum LXX. Syr. Ar. intelligere *raptum per iniquitatem*. coll. Ps. 58, 3. Ps. 64, 7. Iob. 5, 16. r) cf. c. 40, 10. c. 65, 7. Ier. 31, 16. Prou. 10, 16. s) c. 16, 5. Ps. 69, 14. Ps. 111, 8. Prou. 29, 14. Zach. 8, 8. t) Gen. 17, 7. Ier. 33, 20. 21. c. 50, 5. ab æterno Eph. 1, 4. & in æternum Ps. 54, 10. u) c. 55, 3. Gen. 15, 18.

℣. 9. x) *Et notum erit*, vel *cognoscetur inter gentes*. cf. c. 66, 14. ex doctrina & fructibus Matt. 5, 16. c. 7, 16. 1 Pet. 2, 12. &c. y) c. 59, 21. c. 66, 22. Zach. 8, 13. 23. z) *& noti eorum* c. 22, 24. c. 65, 23. a) cf. Deut. 4, 6. b) cf. Cant. 6, 9. Esth. 2, 15. c) *agnoscent eos*. Gen. 42, 7. *Loquitur textus*

℣. 9. כי per *Makk.* 1. 2. sic fu. 5.

4 יהוה וצנוף מלוכה בכף־אלהיך׃ לא־יאמר לך עוד | וצניף קרי
עזובה ולארצך לא־יאמר עוד שממה כי לך יקרא
חפצי־בה ולארצך בעולה כי־חפץ יהוה בך וארצך
ה תבעל׃ כי־יבעל בחור בתולה יבעלוך בניך ומשוש
6 חתן על־כלה ישיש עליך אלהיך׃ על־חומתיך
ירושלם הפקדתי שמרים כל־היום וכל־הלילה תמיד
7 לא יחשו המזכירים את־יהוה אל־דמי לכם׃ ואל־
תתנו דמי לו עד־יכונן ועד־ישים את־ירושלם תהלה
8 בארץ׃ נשבע יהוה בימינו ובזרוע עזו אם־אתן את־
דגנך עוד מאכל לאיביך ואם־ישתו בני־נכר תירושך
9 אשר יגעת בו׃ כי מאספיו יאכלהו והללו את־יהוה
ומקבציו ישתהו בחצרות קדשי׃
י עברו עברו בשערים פנו דרך העם
סלו סלו המסלה סקלו מאבן הרימו נס על־העמים׃
11 הנה יהוה השמיע אל־קצה הארץ אמרו לבת־
ציון הנה ישעך בא הנה שכרו אתו ופעלתו לפניו׃
12 וקראו להם עם־הקדש גאולי יהוה ולך יקרא
דרושה עיר לא נעזבה׃

e) & *diadema* (4) c. 13, 23. Zach. 3, 5. Iob. 29, 14. f) c. 34, 12. g) cf. c. 49, 16.

℣. 4. h) *Non amplius*, inquam, *vocaberis*. c. 61, 6. i) v. 12. c. 54, 6. 7. c. 60, 15. k) c. 1, 7. c. 64, 9. cf. Ier. 33, 10--13. l) v. 12. c. 1, 26. c. 34, 8. m) q. d. *Deliciæ meæ sunt in ea*. Opponitur *Dereliɛta*. cf. 2 Reg. 21, 1. & Mal. 3, 12. Pſ. 16, 3. Pſ. 45, 12. Pſ. 68, 17. Pſ. 132, 13. Luc. 2, 14. Hoſ. 2, 20. 21. n) q. d. *maritata*. cf. c. 54, 1. 5. LXX. & Ion. *habitata*. Opponitur namque *vaſtata*: quia, vt Kimchi ſcribit, *terra habitata* ſimilis eſt mulieri, quæ habet maritum; at cum *vaſtata* iacet, eſt ſicut vidua, cui non eſt maritus. o) Sequitur ſtatim expoſitio & ratio iſtorum nominũ. p) c. 42, 21. Num. 14, 8. 2 Sam. 22, 20. q) q. d. *occupabitur, habebitur*. v. 5. Prou. 30, 23. LXX. & Ion. *habitabitur*.

℣. 5. r) *Nam ſicut habet* vel *maritat*. v. 4. c. 54, 5. Deut. 24, 1. Ad mentem S. & ex ſignificatione verbi, hoc comma ita reddendum cenſet D. Neumann: *uti adoleſcens ſit ſuperior virginis maritando eam, ita ſuperiores, & quaſi mariti, vel rectores & tutores tui erunt*, non peregrini homines, ſed proprii *filii tui*. in Exodo L. S. p. 187. s) Deut. 32, 25. Coh. 11, 9. t) cf. c. 51, 18. Varenius confert Gal. 4, 19. u) & *gaudio* c. 60, 15. x) *ſponſi* c. 61, 10. Ier. 7, 35. y) *ſuper ſponſa* c. 49, 18. Ioel 2, 16. z) c. 65, 19. Deut. 28, 63. Zeph. 3, 17. cf. ſupra c. 61, 10.

℣. 6. a) c. 60, 10. Apoc. 21, 12. b) *conſtitui* Gen. 39, 5. 1 Sam. 29, 4. 2 Reg 7, 17. c) Cant. 3, 3. Ez. 3, 17. c. 33, 7. Rectiſſime intelliguntur *Eccleſiæ miniſtri*, in primis vero *Apoſtoli*. Nam hi ſunt, qui non tacuerunt, donec Ieruſalem conſtituta eſt laus ſeu gloria in terra, h. e. donec euangelium prædicatum, & eccleſia propagata eſt in totum mundum.

mundum. S. d) c. 28, 24. c. 65, 2. e) c. 27, 3. cf. Act. 20, 7. ſeqq. 2 Cor. 6, 5. c. 11, 27. f) c. 60, 11. g) *non tacebunt* v. 1. cf. Pſ. 87, 3. Pſ. 102, 22. Act. 4, 19. 24. 33. Apoc. 4, 8. h) Schmid. in Verſ. *commemorantes*, & in *Comment. prædicantes Iehouam*. vt c. 12, 4. c. 63, 7. Gen. 40, 14. At Cocc. Lex. p. 202. *qui commonefacitis Dominum*, qui precibus, clamoribus & ſuſpiriis *facitis*, *vt Deus non obliuiſcatur* Hieroſolymæ. ſic confer ſupra c. 43, 26. i) *ne ſit quies aut ſilentium*. (3) v. 7. Pſ. 83, 2.

℣. 17. b) *Qui se sanctificant* 1 Sam. 16, 4. vel vt *Varenius* habet P. III. p. 485. *qui se ipsos pro sanctis & puris venditant*; ita tamen, vt, in quo sibi videntur maxime sancti & mundi, in illo sint maxime polluti & immundi, quia idololatræ aut hypocritæ. cf. supra v. 5. c. 65, 5. Prou. 30, 12. c) cf. Gen. 35, 2. Leu. 14, 7. 8. Num. 8, 7. Ios. 22, 17. Matt. 15, 2. c. 23, 25. seqq. Marc. 7, 2. 3. 4. Ioh. 18, 28. &c. d) son. *in hortis idolorum*; s. *in lucis*, vt c. 65, 3. q. d. relicto Templo Dei digressi ad hortos. cf. partic. אחר c. 7, 3. Ios. 5, 3. Ez. 18, 6. e) S. *post vnam arborem in medio*; Sic etiam *Boch.* Hieroz. I. p. 700. *supplet*, inquit, vocem *arborum*, cum quia locus postulat, tum quia implicite continetur in Hebræo *bagganoth*, quod non quosuis hortos significat, sed *hortos arboribus consitos*, vno verbo *lucos* aut *paradisos*. Carpzouius vero l. c. *post vnum s. post aliquod* idolum. Ion. *turba post turbam*. Syr. *alter post alterum*. Sic Tremellius, Noldius p. 11. &c. Pfeifferus autem in Dub. Vex. *post vnum in medio*, i. e. *vnum choragum in medio* imitantes. Al. *post* vel *præter* (Iob. 19, 26. Neh. 5, 15.) *vnum* illum verum Deum Iehouam Deut. 6, 4. quem colere voluce Ex. 20, 3. & in quo purgationem quærere debebant (cf. supra c. 8, 14. c. 43, 24. c. 44, 21. c. 52, 15. c. 53, 5. 6. Ier. 23, 6. 1 Cor. 1, 30. Heb. 1, 3. Apoc. 1, 5. c. 7, 14. &c.) eo deserto sequuntur *vnam* illam meretricem Babylonicam in medio positam, & omnibus propinantem falsam lustrationis rationem Apoc. 17. 1. seqq. c. 18, 3. *qui magis polluuntur, ac qui comedebant abominabilia lege diuina olim vetita v. g. carnem suillam, murem &c.* ita *Maii* Oecon. p. 984. Mittimus plures & incertas coniecturas. cf. autem supra c. 57, 5. seqq. f) vid. v. 3. c. 65, 4. g) *& abominabilia* aues, pisces &c. Leu. 7, 21. c. 11, 10.-20. 41. 42. h) *& mures* (6) Leu. 11, 29. i) *vna omnes*. c. 65, 7. k) *consumentur*. Kal (2) Esth. 9, 18. cf. 2 Thess. 1, 7. seqq. Apoc. 19, 2. l) c. 1, 24. ℣. 18. m) *Ad me vero quod attinet*. cf. c. 59, 21. Gen. 17, 4. c. 24, 27. n) & ad *opera* eorum; per asyndeton; vel *propter* talia *opera & cogitationes eorum*, subintell. על vel ב vt 1 Reg. 11, 27. 2 Reg. 24, 4. *Nimirum* prædixit Messias h. l. quod suo tempore Paulus experientiam testatam esse dicit Rom. 11, 11. *Iudæorum lapsu salus gentibus* obtigit, & v. 15. *reiectio illorum est reconciliatio mundi* S. o) c. 65, 2. p) *venturum est tempus*, vel *futurum est*. cf. Ez. 7, 10. c. 30, 9. q) *vt*: per verbum euangelii ad ecclesiam meam *colligam*. cf. c. 56, 8. Ioel 4, 2. r) c. 61, 11. c. 62, 10. Zach. 8, 23. cf. Gen 10, 20. 31. & Deut. 32, 21. Rom. 11, 30. s) cf. c. 27, 13. c. 35, 10. c. 49, 18. c. 60, 4. Zach. 8, 22 t) v. 19. c. 40, 5. c. 62, 2. cf. Ex. 16, 7. Apoc. 15, 4. Mal. 1, 5. ℣. 19. u) *Ponam enim s. faciam* Gen. 4, 15. *inter illos* Iudæos. S. x) *signum s. miraculum* c. 7, 11. c. 19, 20. S. per effusionem Spiritus Sancti Act. 2, 2. seqq. Al. *signum congregationis*, coll. supra c. 11, 12. c. 49, 22. c. 62, 10. y) *& emittam* c. 57, 9. z) *ex illis*, Iudæis. S. a) *ereptos*, ex ceterorum impœnitentia & incredulitate, eorumque strage v. 16. cf. c. 4, 2. c. 10, 20. c. 37, 31. 32. c. 45, 20. scil. *Apostolos* sec. S. aliosque. At Gurtlerus in Theol. Proph p. 709. intelligit *residuos* ex vltima Ecclesiæ calamitate & dispersione. b) c. 2, 2. 3. c. 49, 22. c. 60, 3. 5. cf. Apoc. 3, 7. 8. c) c. 60, 9. in India vel Hispania. vid. 1 Reg. 10, 22. d) Hillero eadem, quæ *Put s. Afri ad oceanum Atlanticum* e Chami posteris Gen. 10, 6. 1 Par. 1, 8. *Bocharto* autem in Phaleg lib. 4. c. 26. *Phila* vel *Elephantine*, insula & vrbs in Nilo, supra Syenem, ambigui inter Aegyptios & Aethiopes iuris. e) *& Lydiam*. Ez. 27, 10. *Lydia* nota alias est Asiæ minoris regio, ad Mæandrum fluuium; a *Lud*, Semi filio Gen. 10, 22. incolas & nomen habens. Hic vero & Ier. 46, 9. *Africani Lydi* intelligi videntur, a *Mitzraimo* & Chamo descendentes Gen. 10, 13. f) *trahentes s. tendentes arcus*, h. e. *sagittarii*. cf. 1 Reg. 22, 34. Ier. 46, 9. Hinc *Bochartus* in Phaleg p. 99. cum de Asiaticis Lydis ex auctoribus probasset, eos sagittarios non fuisse, itaque, inquit, *Lydi illi sagittarii*, de quibus Esaias & Ieremias, Asiatici Lydi non sunt, sed Africani, supra Aegyptum. g) *Iberos* vel *Tibarenos*, Moschis & Colchidi vicinos. *Boch. Phal.* p. 204. seqq. Cf. Gen 10, 2. 1 Par. 1, 5. Ez. 27, 13. c. 38, 2. h) *& Iones s. Græcos* Ez. 27, 13. 19. Dan. 8, 21. Ioel 4, 6. a *Iauane* Gen. 10, 2. 1 Par. 1, 5. sic dictos. ὁ. εἰς τὴν ἑλλάδα. Act. 20, 2. Eorum, qui ex vltima Antichristi grassatione euadent, nonnulli Deo prouidente in Græciam venient, ad purificandam religionem, & stabiliendum Christi regnum. *Gurtler.* Theol. Proph p. 756. i) *ad remotissimas* etiam regiones vel *insulas*. cf. c. 11, 11. c. 42, 4. c. 60, 9. k) c. 51, 15. l) cf. Num. 14, 15. Ios. 9, 9. m) vid. v. 18. & cf. c. 65, 1. n) *& annunciabunt* c. 42, 12. ℣. 20. o) *Et sic* ad ecclesiam meam *adducent* Apostoli. cf. v. 18. c. 43, 5. c. 16, 11. p) *omnes fratres vestros*, spirituales, ex gentibus collectos, & ex eodem Patre & Spiritu S. per baptismum & verbum Euangelii renatos Ioh. 1, 13. c. 3, 3. 5. Iac. 1, 18. 1 Pet. 1, 3. 23. æque vt ex Iudæis conuersos, cum quibus loqui cœpit v. 5. 10. sqq. sec. S. Alii erant *fratres* supra v. 5. sec. *carnem* ita dicti. q) cf v. 12. 18. c. 11, 10. c. 49, 18. &c. Apoc. 21, 24. r) tanquam spiritualem *oblationem* v. 3. Gen. 4, 3. Mal. 1, 11. c. 3, 3. Es. 60, 7. Rom. 12, 1. c. 15, 16. ex subiectione & veneratione Deo sacratam, cf 2 Sam. 8, 2. 2 Reg. 8, 8. & supra c. 16, 7. s) Ier. 17, 25. t) Ier. 22, 4. u) S. *& super rhedis cameratis* (3) vid. Num. 7, 3. x) *& mulis* 2 Sam. 13, 29. c. 18, 9. 1 Par. 12, 40. y) S Trem. aliique *& super veredariis* (1) vox (quæ Arab. etiam *hominum cœtum & cateruam* significat. vid. Castelli Lex. col. 1795.) valde est ambiguæ & incertæ significationis. *Bochartus*, ex Hebræis sequitur eos, qui *camelos* aut *dromades* (de quibus supra ad c. 60, 6.) interpretantur, vt A. ben Ezra, Kimchi &c. quia series orationis prope requirit, vt *de camelis* agatur. Neque enim verisimile est, Prophetam hic prætermisisse tam nobile iumenti genus, & in Oriente tam recepti. Dictum ei videtur ab Arab. *carb*, camelus strenuus, vel a *Carir*, vehementer cucurrit, *saltauit*, quo & Hebræum כרכר 2 Sam. 6, 14. alludere videtur. *Hieroz.* I. p. 89. seqq. z) c. 2, 2. 3. c. 11, 9. c. 56, 7. c. 57, 13. c. 65, 11. 25. Ps. 2, 6. a) *Hierosolymam* sc. nouam & spiritualem v. 10. Apoc. 21, 2. b) v. 21 23. c. 65, 7. c) *Mincham* Syr. *similam* vid. v. 3. Leu. 2, 1. d) cf. 1 Sam. 21, 6. Zach. 14, 20. 21.

℣. 21. e) *Nam ex illis quoque*, nempe ex gentilibus conuersis v. 19. 20. e quibus etiam egregii doctores Euangelii extiterunt. S. f) *eligam & adsumam* Gen. 47, 2. Ex. 6, 7. Deut. 4, 20. 2 Sam. 7, 8. Esth. 2, 7. 15. g) *sacerdotes* spirituales. vid. c. 61, 6. &c. abrogato sacerdotio Mosaico c. 50, 7. cf. Leu. 8, 2. sqq. Num. 18, 1. sqq. Ier. 31, 31. sqq. Heb. 7, 11. 12. h) *& Leuitas*. vid. Num. 3, 41. 45. c. 8, 6. 16. 18. cf. Ier. 33, 21. i) vid. v. 20. 23. ℣. 22. k) *cæli illi noui*, quos promisi c. 51, 16. c. 65, 17. Hag. 2, 6. 22 i. e. *cæleste illud & spirituale regnum meum* Ioh. 18, 36. quod ideo etiam in N. T. & *cælum*, vt Apoc. 4, 1. c. 12, 1. 3. 4. 7. &c. *& regnum cælorum* v. gr. Matt. 3, 2. &c. sæpe dicitur. cf. etiam Eph. 1, 3. c. 2, 6.

℣. 19. מיהם sine *Psik* 17. 18. & *Brix.* conf. *Ind. Bas.* f. 50. col. 6. ℣. 20. אחיכם sine *Psik* (quod 1. 2. 22. habent) reliqui; contra *Mas. fin.* f. 50. col. 6. הגוים sine *Psik* 1. 3. 6. 9. 10. 20.

הַחֲדָשִׁים וְהָאָרֶץ הַחֲדָשָׁה אֲשֶׁר אֲנִי עֹשֶׂה עֹמְדִים לְפָנַי
נְאֻם־יְהוָה כֵּן יַעֲמֹד זַרְעֲכֶם וְשִׁמְכֶם׃ 23 וְהָיָה מִדֵּי־חֹדֶשׁ
בְּחָדְשׁוֹ וּמִדֵּי שַׁבָּת בְּשַׁבַּתּוֹ יָבוֹא כָל־בָּשָׂר לְהִשְׁתַּחֲוֺת
24 לְפָנַי אָמַר יְהוָה׃ וְיָצְאוּ וְרָאוּ בְּפִגְרֵי הָאֲנָשִׁים הַפֹּשְׁעִים
בִּי כִּי תוֹלַעְתָּם לֹא תָמוּת וְאִשָּׁם לֹא תִכְבֶּה וְהָיוּ דֵרָאוֹן
לְכָל־בָּשָׂר׃ והיה מדי חדש

סכום הפסוקים של ישעיה אלף ומאתים ותשעים וחמשה ·
בריח ניחח ארצה אתכם סימן · וחציו · כי אם שם אדיר יי לנו ·
וסדרי · כו · והיה יי למלך על כל הארץ סימן׃

חזק ונתחזק

tenſione (.iuſta menſura *menſis*. Non ter tantum in anno vt olim Ex. 23. 14. aut ſingulis tantum nouiluniis Num. 28, 11. Am. 8, 5. ſed *a menſe in menſem*, vel *ab interlunio ad interlunium*, h. e. *continua ſolemnitate*, & eunctis diebus Luc. 1, 75. Apoc. 4, 8. Similem conſtruct. vide 1 Sam. 7, 16. 2 Par. 24, 5. & ſimul rem eandem Zach. 14, 16. *t*) Num. 28, 14. Non ſunt otioſæ particulæ iſtæ מדי & *in ſuo*: hoc namque notat legitimum terminum temporis *in ipſo menſe præciſe*, ſine dilatione aut impedimento. Recte etiam D. Kimchi notat, quod *continuitas temporis* ſignificetur: ſicut etiam *ab anno in annum* 1 Sam. 1, 3. &c. longam ac conſtantem conſuetudinem denotat. Atque hæc continuitas cum h. l. non habeat expreſſum terminum, in æternitatem extendenda eſt. S. *u*) cf. Num. 28, 10. Phraſeologia ex V. T. petita eſt, in quo celebrabantur neomeniæ & ſabbata, quibus etiam colendus erat Deus.- *Quemadmodum igitur in V. T. in bona pace obſeruarunt ſua ſabbata & neomenias ſtatuto ſibi tempore*, h. e. poſt ſeptenos dies aut ſingulos menſes; *ſic in vita æterna celebrabunt in ſumma pace ſua ſabbata & neomenias*: quæ pro iſtius vitæ ratione ſunt ſingulis diebus, h. e. ſemper, idque ſine vllo impedimento & intermiſſione. S. *x*) *veniet* ad nouam illam & cæleſtem Hieroſolymam v. 10. ſeqq. cf. c. 60, 3. 4. 11. Apoc. 15, 4. c. 22, 14. *y*) *omnis caro* c. 40, 5 Pſ. 65, 2. *Iudæi & gentes*, ſupra v 16. c. 60, 5 Rom. 11, 12. 25. Apoc. 7, 9. *Q. d.* ſic itaque fiet, vt Iudæi & gentiles ſimul veniant. S. *z*) Perpetua erit Dei adoratio. *Dorſch.* vid Zach. 14, 16 17. Apoc. 15, 4. c. 19. 4. ſeqq. Cf. etiam Ier. 7, 2. 2 Par. 20, 18. *a*. Apoc. 4, 10. c. 5, 14. c. 7, 11. c. 11, 16. c. 14, 7. c. 19, 4. c. 22, 3. 4. *a*) *hoc Dominus dixit*, v. 20. adeoque certiſſimum eſt. cf. c. 1, 20. Apoc. 19. 9. c. 21, 5. c. 22, 6. ✠. 24. *b*) *Et egredientur* iuſti; *non loco, ſed intelligentia*, ait *Hieronymus* ad h. l. Phraſeologia, inquit S. mihi etiam ex V. T. deſumta videtur, reſpiciendo ad *iter ſabbati*. Nam in V. T. peracto cultu diuino licebat Iudæis exſpatiari, non tamen vltra *iter ſabbaticum* ſ. bis mille cubitos. cf. Act 1, 12. Sic ipſum Seruatorem die ſabbatico cum diſcipulis per ſegetes iniſſe legimus Marc. 2, 23 Addunt alii, quod exſpatiantes ex vrbe plerumque ad montem oliuarum, & torrentem Kidron tranſiuerint, cf. Ioh. 18, 1. Iuxta quem cum eſſet profunda illa vallis *Tophet* ſ. *Gehinnom*, in quam cadauera, oſſa, aliæue res immundæ conſectæ fuerunt 2 Reg. 23. 10 Ier. 7, 32. &c. hinc ad illam nonnunquam ſubſiſtentes vidiſſe, quomodo aquilæ, corui, aliæue immundæ aues in cadauera iſta, vermibus etiam ſcatentia, inuolarent, eaque vngulis & roſtris diſcerperent ac dilaniarent. Imo ſi verum eſt, quod dicit Autor libri *Cozri* P. I. n. 115. ed. Buxt. p. 71. *Gehenna locus erat notus prope Hieroſolymam, vallis ſcilicet, in qua ignis nunquam extinctus fuit, & oſſa immunda, morticina, & reliquas res immundas comburebant*, &c. fortaſſis etiam non raro fumum ex igne cum fœtore adſcendentem, vel in cineribus ac buſtis illis ſerpentes ac vermes reptantes viderunt. Quale ſpectaculum non potuit quam horrorem & nauſeam videntibus mouere. Cf *Varen.* ad h. l. P. III. p. 497. ſeq. *Carpzov.* P. IV. Homil. p. 316. ſeq aliosque. *c*) *& videbunt* extra ſanctam illam Dei ciuitatem, Apoc. 14, 20. c. 21, 27. c. 22. 3, 15. cf. Pſ. 58. 11. Metaphora, inquit *Dorſch.* deſumta a pugna, poſt quam victores corpora deuictorum luſtrant. At S. Poſt illa quæ modo adduximus verba, ita pergit: Sic itaque hoc vult hæc ſcriptura, quod in vita æterna, peracto ſabbathi ſui cultu, quaſi delectationis gratia exſpatiaturi ſint, & viſuri condemnatos; h. e. in vita æterna beati non tantum meditabuntur & cantabunt miſericordiam Dei erga ſe, ſed etiam iuſtum eius iudicium in impiis. Quanquam autem etiam in hac vita pii quodammodo cernunt & intelligunt infelicitatem impiorum; hic tamen locus primo de æternis impiorum cruciatibus loquitur. Chriſtus certe Marc. 9, 44. ſqq. eum manifeſte de æterna morte citat. *d*) *in cadaueribus* c. 34, 3. c. 37, 16. cf. Zach. 14, 12. ὁ. κῶλα Hebr. 3, 17. *e*) *hominum*, cuiuscunq; ſexus, ordinis vel ætatis. cf. Num 14, 22. 37. Ez. 24, 17. 22. *f*) Ion. *qui rebellarunt contra Verbum meum.* cf. c. 1, 2. c. 45, 8. Marc. 16, 16. Luc. 19, 14. 27. Ioh. 19. 15. 2 Pet. 2, 1. Apoc. 14. 9. c 20, 10. 14. 15. c. 21, 8. item Ez. 47, 11. Zach. 14, 27. ſeqq. *g*) *quod vermis eorum* c. 14, 11. Ex 16, 20. *non moritur.* LXX vt Marc. 9, 44. 46. 48. Cuius metaphoricæ locutionis etiam alibi veſtigia ſunt, vt Iudith 16, 17. Sir. 7, 17. *Cadauera* dimittit vermis, cum abſumſit vsque ad oſſa, ita, vt præter ſolum ſceleton nihil ſuperſit. At in inferis alius eſt vermis, qui animas nunquam dimittit. Et *vermis* nomine plerique intelligunt *peccati conſcientiam*, quæ reos perpetuo mordet. Hoc *Victor Antiochenus* diſertius atque vberius explicat, quam vllus veterum. Verba vide apud *Bochart.* Hieroz. II. p 531. Ion. *anima eorum non morientur.* *h*) *& ignis eorum* infernalis c. 50, 11. Matt. 18, 8. 9. c. 25, 41. Apoc. 14, 11. c. 20 9. *i*) *non extinguetur* c. 34, 10. Ier. 7, 20. Matt. 15, 46. Apoc. 19, 3. c. 20, 10. 14. 15. *Phraſeologia*, vt manifeſtum ſatis, deſumta eſt *ab occiſorum corporibus, quæ putreſcunt & vermibus cibus fiunt, aut etiam igne tandem comburuntur.* Iſta iam, cum æterna damnatio ſit mors æterna animæ & corporis, conuenienter adplicanda ſunt, vt *vermis & ignis* ſint ſumma, exquiſitiſſima, & ignominioſiſſima pœna damnatorum; & quidem non temporalis, vt corporum mortuorum; ſed vt textus expreſſe addit, æterna. Et per duo iſta genera cruciatuum coaceruatio pœnarum infernalium indicatur, tam animæ, quam corpori infligendarum. S. *k*) *& erunt nauſeæ* ſ. *aucr*ſationi atque *horrori.* (2) Dan 12, 2 Rad. Ar. *pepulit, repulit.* *l*) *Omnibus beatis hominibus*, ſiue ex Iudæis ſ. ex gentibus v. 23. cf. etiam Apoc. 14, 9. c. 18, 10. 15 17. Complectamur igitur, vt *Brentius* hic monet, euangelium Filii Dei omni ſtudio noſtro: vt ex fide iuſtificati, & in filios Dei adoptati, capiamus, propter Ieſum Chriſtum, Dominum noſtrum, hereditatem cæleſtis regni & ſempiternæ vitæ.

m) Ez. 20, 41. *n*) c. 33, 21. *o*) Zach. 14, 9.

p) 2 Sam. 10, 12. vid. not. poſt libros Regum.

✠. 22. *q*) 2 Pet. 3, 13. Apoc. 21, 1. 4. coll. c. 65, 17. *m*) *quæ ego facturus ſum.* vid. c. 43, 19. 2 Cor. 5, 17. Apoc. 21, 5. ita vt plane noua futura ſit Eccleſiæ facies. cf. etiam Luc. 2, 14. *n*) *ſtabunt* ſ. *permanebunt coram me* cf. Pſ. 148, 6. nec euerſioni hoſtium Matt. 16, 18. nec mutationi, vt prior Eccleſiæ ſtatus, obnoxia erunt. cf. Hebr. 8, 13. c. 12. 27. 28. *Regnum* enim *gratiæ* huius terræ *in regnum gloriæ futuri* ſæculi deſinet, eoque in omne æuum conſummandum erit, vt iam ſupra c. 60, 19. monuimus. cf. Mich. 4, 7. Dan. 2, 44. c. 7, 14. 27. Luc. 1, 33. Apoc. 11, 15. *o*) *ſic etiam manebit* Ier. 31, 14. Pſ 33, 11. *p*) c. 59. 21 c. 61, 9. c. 65, 9. *q*) *& nomen veſtrum* c. 56, 5. c. 62, 2. c. 65, 15. in cælis conſcriptum Luc. 10, 20. Apoc. 3, 5. Nempe ſec. S. ad implendam promiſſionē de ſemine Iſraelitarum Patrumque eorum non interituro, ſed manſuro coram Domino ſemper. Conſ. Ier. 33, 21. Ioel 4. 20. Am. 9, 15 Mich. 7, 20. Zach. 14, 11. Firma ſanctorum *conſeruatio*, inquit *Dorſch.* comparatur cum immutabili cæli & terræ nouæ adparatu propter fideles facto, coll. Matt. 25, 34.

✠. 23. *r*) *Atque ita fiet.* c. 65, 24. in beato illo Eccleſiæ ſtatu, de quo ✠. præced. 22. & not c. 60, 20. quando nimirum epulum nuptiale Agni cum ſumma & ſpirituali lætitia Eccleſiæ habebitur Apoc. 19, 7. regnumq; erit Iehouæ Obad. v. 21. Apoc. 11, 15. Regis regum & Domini dominorum Apoc. 17, 14 c. 19, 16. conuerſis vel deſtructis deſtructoribus terræ Apoc. 11, 18. c. 19 2. cf ſupra not. ad c. 49, 5 Hoc enim etiam ſpectat ad complementum illius myſterii, de quo locuti ſunt omnes Prophetæ. Apoc. 10, 7. S aliique ſimpliciter ad vitam æternam, h. m. *Tandemque in vita æterna erit* &c. *s*) q. d. *ab extenſione*

✠. 22. הַחֲדָשִׁים per *Tlischakt.* 1.

IN IEREMIAM PROPHETAM
PRAEFATIO.

§. I.

Ieremiæ familia. IEremias Propheta, cui nostræ editiones inter Esaiam ac Ezechielem medium locum, veteres vero in maiorum Prophetarum volumine primum adsignarant, (vide Varr. Lect. ad c. 1, 1.) *Hilkiæ filius* fuit, c. 1, 1. Hunc vero *Hilkiam* nonsolum Hebræi, sed & Christianorum aliqui, putant summum fuisse sacerdotem, qui decimo octauo Iosiæ anno librum legis in templo reperit, 2 Reg. 22, 3. 8. Quod quidem, si solide probari posset, haud minimum in Ieremiæ historia momentum faceret: ostenderet enim, veris prophetis familiæ splendorem adeo nullam a ludibriis iniuriisque immunitatem præstitisse, vt Ieremias, quamuis summi esset Pontificis filius, tamen a conuiciis, verberibus carceribusque nullum habuerit priuilegium; similem sortem nactus cum *Zacharia, Ioiadæ* summi sacerdotis filio, quem lapidibus Iudæi in ipso templo peremerunt, 2 Par. 24, 21. & cum Esaia, regia stirpe nato, qui serra dissectus; vid. Præf. in Esa. §. 3. Attamen ista sententia hanc difficultatem habet, quod *Anathothæi* (ex quorum numero Ieremias) non de *Pinehasi*, sed *Ithamaris* familia fuisse videntur, coll. 1 Reg. 2, 26. ibidemque not. ad v. 27. Pontificalis autem dignitas, inde a Salomonis regno vsque ad captiuitatem Babylonicam, penes Pinehasi familiam, *Tsadokum* scilicet ac posteros eius, fuit, coll. 1 Par. 5, 38. seqq. & not. Num. 25, 13.

Genus. §. II. *Genus* autem nostri Prophetæ si spectes, fuit *ex Sacerdotibus*, seu posteris Aharonis, ad sanctum Dei ministerium delectis, c. 1, 1. ex quo ordine *Ezechiel* quoque fuit Ez. 1, 3. Adeoque duplici est functus officio, prophetico ac sacerdotali. Ceterum vti collegas cognatosque ob neglectum officii sui passim coarguit, ita ei vicissim sacerdotes, velut fanatico homini, maxime restiterunt & adversati sunt, coll. c. 26, 7-11. c. 20, 1. seqq. c. 29, 26.

Patria. §. III. Patria fuit *Anathoth*, quam tertio ab Hierosolymis milliario, versus septemtrionem ponit *Hieronymus*; sita *in tribu Beniaminis*, c. 1, 1. c. 32, 8. sed habitata a sacerdotibus, quibus in distri-

 butio-

butione terræ quondam obtigerat, Ios. 21, 18. Vnde facilius intellectu est, cum dicitur Ieremias c. 37, 12. in animo habuisse, commigrare Hierosolymis *ad terram Beniaminis, vt portionem inde* (forte ex patriæ fundis) sibi debitam *acciperet in medio populi.* Neque vero abs re colligit *Lightfootus*, Prophetam initio non Hierosolymis, sed *Anathotis* prophetasse, donec ciues sui iam vitæ ipsius imminerent c. 11, 21. 22. coll. c. 12, 5. 6. Idque vel exinde fit probabile, quod Iosias octauo decimo regni sui anno *Huldam* potius, ceu Hierosolymis præsentem, quam Ieremiam, super Mosaico legis exemplari consuluisse legitur, 2 Reg. 22, 14. Posthac tamen dubium vix est, quin Hierosolymis maximam temporis partem exegerit, non tam sacerdotalis, quam prophetici muneris caussa, scil. vt vaticinia ipsius tum vniuerso populo, tum Regibus ac sacerdotibus eo magis innotescerent. Ceterum quo animo fuerint Anathothæi in cognatum ac ciuem suum Ieremiam, liquet ex c. 11, 21. 23. & c. 12, 5. 6. Nimirum expertus est ipse quoque, quod Christus Luc. 4, 24. ait: *Nullum Prophetam in patria sua acceptum esse.*

§. IV. Aetatem suam ipsemet c. 1, 2. 3. exprimit, cum inde a *decimo tertio Iosiæ anno*, ac deinceps *tempore Ioiakimi, ad vndecimum vsque Tsedekiæ annum*, prophetico munere se functum fuisse dicit. Vbi tamen obseruandum, *Ioiakimi* tempora antecessoris ac fratris *Ioachasi*, itemque successoris ac filii *Iechoniæ* regnum, vtpote breuius (vtrumque enim trimestre tantum fuit) simul complecti, coll. c. 22, 11. 12. 24. seqq. Computatis igitur *18. annis Iosiæ*, post decimum tertium residuis, (vnum namque ac triginta regnauit, 2 Reg. 22, 1.) *trimestri Ioachasi*, 2 Reg. 23, 31. *11. annis Ioiakimi*, v. 36. iterumque *trimestri Iechoniæ*, c. 24, 8. & *11. annis Tsedekiæ*, v. 18. efficitur *summa 40. annorum cum 6. mensibus.* quos inde ab initio muneris sui ad destructam vsque a Chaldæis Remp. Iudaicam exegit, notabiles admodum Iudaico regno, quippe ad quos Ezechielem c. 4, 6. in definitione *40. annorum peccatorum domus Iudæ*, respexisse, probabilis interpretum sententia est. Sed & vltra vndecimum Tsedekiæ annum (qui c. 1, 3. memoratur, siue vt specialis terminus prioris partis, a c. 1--40. siue vt maxime fatalis omnium vaticiniorum Ieremiæ) vitam ac prophetias protulit, scilicet in Iudæa primum, c. 40, 1. seqq. ac deinde in Aegypto, c. 43, 8. seqq. quamdiu tamen hic fuerit, nequit determinari. Exinde vero constat, Ieremiam admodum adolescentem fuisse ad propheticum munus a Deo vocatum, quod & ipse innuit c. 1, 6. (vbi vide sis notam nostram) & ex c. 16, 2. haud difficulter colligitur.

Aetas ipsius ad Reges.

§. V. Coæuos autem ex Prophetis habuit (1) *Iosiæ* tempore *Tsephaniam*, coll. Tseph. 1, 1. *Huldam* Prophetissam, quæ tamen est ἄγραφος, coll. 2 Reg. 22, 14. & probabiliter *Habacucum*, quippe quem de Babylonica captiuitate iam proxime imminente vaticina-

ac ad Prophetas coæuos relata.

cinatum discimus ex Hab. 1, 5. 6. (2) *Ioiakimi* tempore *Vriam*, itidem ἄγραφον, coll. Ier. 26, 20. ibidemque notis nostris: (3) sub Tsedekia vero & consequutis temporibus *Danielem* ac *Ezechielem*, quorum vterque in Babylonia vaticinatus, coll. Dan. 1, 1. seqq. Ezech. 1, 2. sicut Ieremias e contrario Hierosolymis. Videlicet Deus qua erat in populum suum benignitate & fide, id egit serio, vt & Hierosolymitani Iudæi & Babylonienses de voluntate ac iudiciis suis admonerentur, missis eum ad finem non vno ac altero forte, sed compluribus Prophetis. Conf. Ier. 7, 13. 25. c. 25, 4. c. 29, 19. &c. Verum & Pseudoprophetas non paucos habuit ætas eius, 2 Petr. 2, 1. qui, quæ ipse Iehouæ nomine vaticinabatur, contrariis vaticiniis audacter conuellebant, coll. c. 14, 13. seqq. c. 23, 9. seqq. c. 27, 14. 15. &c. Speciatim nominantur ex Hierosolymitanis *Paschur filius Immer* c. 20, 6. ac *Ananias* c. 28, 1. seqq. ambo sacerdotes; e Babyloniensibus vero *Achab, filius Kolaiæ, Tsedekias, filius Maaseiæ*, c. 29, 21. & *Semaias Neelamita* v. 24. seqq.

Status populi Iudaici ante Iosiam,

§. VI. Ad intelligendum vero Ieremiam cumprimis iuuat, tempora tum antecedentia, tum ea ipsa, quibus vixit ac prophetavit, ex historiis 2 Reg. XXI-XXV. & 2 Par. XXXIII-XXXVI. sibi nota ac familiaria reddere: siquidem cum ratione dici potest, *Historiam esse vaticiniorum lucem.* Potiora hic dabimus momenta. Effluxerant enim tum, cum Ieremias prophetare inciperet, XCIV. anni, ex quo X. tribus regni Israelitici, ob peccata sua, maximeque ob idololatriam, ab Assyriis deportatæ fuerant, 2 Reg. 18, 9. seqq. Quod seueritatis diuinæ exemplum etsi vidissent Iudæi, tamen nil quidquam meliores facti erant, immo ipsis Israelitis ac gentibus deteriores, Ier. 3, 6-11. Ezech. 23, 11. seqq. sub impio *Manasse*, huiusque filio *Amone*, in apertissima scelera fœdissimamque idololatriam prolapsi fuerant, nullis vel Prophetarum vocibus vel Dei iudiciis ad officium reuocandi, 2 Reg. 21, 1. seqq. 2 Par. 33, 10. Ier. 2, 30. Ita tandem Deus eadem seueritate, qua Samariæ, etiam Hierosolymæ ac Iudaici regni excidium decreuit, 2 Reg. 21, 10. seqq. protinus exsequendum, nisi piissimi Regis Iosiæ supplex humiliatio dilationem a Deo impetrasset, c. 22, 16-20.

Sub Iosia,

§. VII. Cœperat *Iosias* octauo regni sui anno, puer sedecennis, Iehouam quærere; indeque viis Dauidis insistens, optime ac laudabiliter regnauit, eliminatis idolis, non modo per Iudam ac Hierosolymam, sed Manassiticas quoque, Ephraimiticas, ceterasque Israeliticarum reliquiarum vrbes, 2 Par. 34, 1-7. reparato templo, v. 8. seqq. renouato cum Deo fœdere, v. 29. seqq. Pascha solennissime celebrato, sacerdotumque classibus ordinatis, c. 35, 1-19. Iustitiam porro & ius fecit, pauperibus maxime & adflictis, Ier. 22, 15. 16. coll. Sirac. 49, 1-6. Et Spiritus S. ipse ei attestatur 2 Reg. 23, 25. *Similem eius Regem nec ante nec post exstitisse, qui ita se conuertisset ad*

Dominum toto corde, ac tota anima, & omnibus viribus, secundum vniuersam legem Mosis. Videbatur ergo sub hoc Rege Iudaicus populus se conuertisse, indeque reconciliatum habere Deum; saltem ita sibimet blandiebatur, coll. Ier. 2, 35. nihilominus vero *Deus non reuertit ab excandescentia iræ suæ magnæ, qua exarserat propter omnes illas irritationes, quibus illum irritarat Manasses* &c. 2 Reg. 23, 26. 27. Quod paradoxon dum ab Ieremia inculcaretur, non poterat non aures hypocritici populi grauiter offendere, coll. Ier. 4, 8. 10. Sed ita omnino erat: nam vtut pientissimus Rex anno *duodecimo* regni idolorum cultum eliminasset, 2 Par. 34, 3. seqq. tamen quam propere in illum populus relapsus fuerit, partim ex eo intelligitur, quod Ieremias altero statim post anno, sc. *decimo tertio* c. 1, 2. adeo grauiter Iudæorum idololatriam arguit, vt c. 2, 11. c. 7, 17. 18. & alibi, partim vero exinde, quod *decimo octauo* anno, cum fœdus Deum inter ac vniuersum populum Iosias renouaret, 2 Par. 34, 8. 29-32. noua idolorum ex Israele exterminatione opus fuit, populo ad cultum Dei adacto, v. 33. Impietas nimirum & insanus idolorum cultus ita animos insederat, vt, quidquid ageret Iosias, ipsi tamen mox summa leuitate ad ingenium redirent suum, coll. Ier. 3, 4. 5. 10. nec, vt cœperant, fideliter ac serio pergerent, c. 4, 1-4. sed conuersione per hypocrisin simulata, a Deo interim *auersi manerent auersione perpetua*, c. 8, 5. 6. externo cultu ac ceremoniis contenti, c. 6, 20. eisque temere confidentes, c. 7, 4. quasi cum quibusuis flagitiis, ac idololatria cumprimis, bene consisterent, v. 5. seqq. Igitur fit tandem *iusto Dei iudicio*, vt Iosias, pius alioqui Rex, quod neglecta monitione diuina, & sine sufficiente caussa, contra *Nechonem* pugnare obstinasset, prælio in campis prope *Megiddo* commisso cæderetur, 2 Par. 35, 20. seqq. cuius mortem vniuersus populus & Ieremias solenniter, & merito quidem, luxit, v. 24. 25. quippe non ipsi magis, quam Reip. luctuosam & tantum non exitiabilem, Ier. 22, 10.

§. VIII. Ab eo enim tempore iudicia diuina, quæ hucusque dilata fuerant, sub impiis pii Iosiæ filiis pertinacem populum premere cœperunt, grauiora in dies futura, donec Remp. Iudaicam plane euerterent. Primo *Ioachasum*, alias *Schallumum*, feroci ingenio hominem, quod populo iuuante, patris victore inconsulto, maiori fratri *Ioiakimo* regnum iniuste præripuisset, *Necho* post trimestrem vsurpationem regni in Ægyptum (vbi mortuus est) deportauit, imposita terræ multa, 2 Reg. 23, 30-36. 2 Par. 36, 1-4. Ier. 22, 10. 11. 12. Ezech. 19, 3. 4. Ita *filii Mempheos ac Taphnes* verticem populi (vt prædixerat Ieremias c. 2, 16.) *depasti sunt*. *Post Iosiam sub Ioachaso,*

§. IX. Suffectus fratri *Ioiakimus*, alias *Eliakim*, initio quidem Nechonis (ab hoc enim regnum acceperat) fiduciarius ac fœderatus exstitit: verum fracto a Chaldæis Aegyptii exercitu, Ier. 46, 2. tandem octauo regni anno ab iisdem obsessus eoque adactus est, *sub Ioiakimo,*

vt

vt in clientela Nebucadnetsaris esset, ac tributa penderet. Cum vero tertio post anno, videlicet vndecimo regni sui, Aegyptiorum auxilio fretus, rebellasset, 2 Reg. 24, 1. iterum a Chaldæis obsessus, captus, ac in vincula coniectus est, vt cum aliis Iudæis, regii præcipue stemmatis, ac magnatibus (inter quos Daniel ac socii eius) & parte vasorum templi, Babelem deportaretur, 2 Par. 36, 6. Dan. 1, 1-6. Ezech. 19, 5. seqq. in via tamen (vt est probabile) vel occisus, vel mortuus, & cadaueris instar aliquo proiectus, sepultura caruit, dignum suis sceleribus supplicium nactus, Ier. 22, 18. 19. c. 36, 30. homo atrocis ac durissimi ingenii, contumax, superbus, regii splendoris ac deliciarum malus adfectator, sumtuosus ædificator, auarus, iniustus, sanguinolentus, ac, vt vno verbo dicam, tyrannus, v. 13-17. qui non contentus, *Vriam prophetam* ex Aegypto ad cædem raptasse, Ier. 26, 20. nec veritus, Ieremiæ prophetias, vno volumine comprehensas, flammis iniicere, c. 36, 23. 24. 25. ipsum quoque Ieremiam piumque Baruchum ad necem quæri iussit, diuino tamen miraculo seruatos, v. 26. Cuius impietatis inter alia hoc fuit præmium, quod nullum habuerit in regno filium successorem, v. 30.

sub Iechonia, §. X. Nam *Iechoniam* filium, qui ei successerat, Chaldæi (forte quod rebellionem & ipse molitus esset) post trimestre, cum matre, principibus, regiisque thesauris, ac meliore populi & vasorum sacrorum parte, Babelem abduxerunt, regno ad patruum eius *Tsedekiam* delato, 2 Reg. 24, 8--17. Conf. Ier. 13, 18. c. 22, 24--30. Quod Iechonias propter voluntariam deditionem mitius iudicium acceperit, quam Ioiakim & Tsedekias, dicemus infra §. 12.

sub Tsedekia. §. XI. *Tsedekias*, alias *Matthanias*, tertius Iosiæ filius Ier. 37, 1. 1 Par. 3, 15. magnam Reip. Iudaicæ de se ac regno suo spem concitauit, Thren. 4, 20. verum tristi prædecessorum exemplo nec quidquam emendatus, eorumdem vestigiis pertinaciter institit, donec & sibi & regno suo totale exitium attraheret; ita vt hoc ipsum, quod ille regnum fuisset indeptus, iræ ac iudicii potius argumentum fuerit super Iudaicum populum, cuius in dies crescebat impietas, 2 Reg. 24, 19. 20. quam gratiæ diuinæ ac meriti; prout Hierosolymitani, ceterique in Iudæa sub Tsedekiæ regno superstites, contra Babylonienses exules, superbe gloriabantur, Ezech. 11, 15. Quamuis enim Nebucadnetsar regnum ei dedisset viribus attritum, vt eo minus ad res nouas ipsi suppeteret virium, 2. Reg. 24, 14. sumto insuper ab eo fidei sacramento per Iehouam, Ezech. 17, 13. seqq. 2 Par. 36, 13. quamuis etiam ipse Tsedekias quarto regni anno Babelem fuisset profectus, procul dubio, vt fidem suam Babyloniis testatiorem faceret, Ier. 51, 59. tamen a vicinis Regibus sollicitatus, c. 27, 3. coll. v. 9. seqq. & a Pseudoprophetis instigatus, v. 14. seqq. ac denique a principibus suis confirmatus, c. 38, 4. 22. spreta monitione Iere-

miæ ex ore Domini, c. 37, 2. 2 Par. 36, 12. aduerſus Nebucadnetsarem rebellauit, inſelici & exitiabili prorſus ſucceſſu; quippe menſe quarto anni vndecimi Tſedekiæ, Babylonii Hieroſolymam poſt 18. menſium obſidionem expugnarunt, 2 Reg. 25. 1. ſeqq. fruſtra ab Aegyptiis tentato auxilio, Ier. 37, 5. ſeqq. fame interim ac peſte intra vrbem horribiliter graſſata, c. 21, 6. 7. &c. Tſedekias a Chaldæis ex fuga reprehenſus, Riblamque, vbi Nebucadnetsar erat, adductus, filios ſuos trucidari miſerrimus pater vidit, ipſe excœcatus, vinctusque Babelem deportatus, vrbe ac templo combuſtis, c. 39, 5. ſeqq.

Specialior conſideratio hiſtorica (1) de culpa & pœna Ioiakimi, Iechoniæ & Tſedekiæ comparata,

§. XII. Lucem inſuper Ieremiæ fœnerari potuerit ſpecialior hiſtoricarum conſiderationum biga, (1) quod *vltimi iſti Reges, vt contumaciæ, ſic pœnarum gradibus diuerſi fuerint*, ſiue, quod obſervari poſſit *quædam inter contumaciam eorum ac pœnam proportio.* Nam *Iechonias*, tempore inter Ioiakimum & Tſedekiam medius, prauas quidem ſectatus eſt vias, ob quas merita ipſi pœna adnunciatur, c. 13, 18. captiuitatem puta, c. 22, 24. ſeqq. verum præterea, quod admodum iuuenis eſſet, (quæ ætas vt ad virtutes, ſic ad vitia facile flectitur;) hoc ſaltem laudabile habuit, quod Nebucadnetsari, vrbem obſidenti, ſpontanea deditione ſeſe permiſit, 2 Reg. 24, 12. Ier. 29, 2. ad quam ſubmisſionem obſtinatior Tſedekias adduci non potuit, quamtumuis id Ieremias ex mandato Dei vrgeret, c. 38, 17. 18. ſeqq. Igitur mitisſima quoque Iechoniæ animaduerſio fuit: quippe ex carcere (in quo probabiliter coram Deo ſeſe humiliauit) tandem *Euilmerodachi* gratia emerſit, vna cum victu regio eminentiorem ſupra ceteros Reges, qui Babele erant, locum indeptus, 2 Reg. 25, 27. ſeqq. Ier. 52, 31. ſeqq. Sicut & reliqua cum ipſo captiuatorum Iudæorum multitudo aliquot ſaltem pios habuit viros, meliusque ac tolerabilius ſortita exilium eſt, quam qui poſtea cum Tſedekia deportati, quos fæcem populi recte dixeris. Inde conf. Ier. 24. & 29. Item Ezech. 11, 16. ſeqq. c. 33, 24. ſeqq.

§. XIII. Porro *Ioiakimus* & *Tſedekias*, contumaces ambo principes. Verum *Ioiakimo* durius atrociusque ingenium fuit, cuius iconem & ſpecimina ſupra §. 9. dedimus: qui quamuis ſuo tempore aliquot adhuc ex miniſtris haberet bonos & meliora ſuadentes, c. 36, 25. tamen nec his obſequutus eſt; durius proinde ſupplicium meritus, ac *aſini inſtar ſepultus*, c. 22, 18. 19. c. 36. 30. *Tſedekias* vero, cum Ioiakimo comparatus, tractabilior fuit, Ieremia aliquoties nec inclementer audito; forte non adeo malus futurus, niſi principum ſuorum nequitia in transuerſum actus fuiſſet, coll. c. 38, 4. &c. Aliquo Dei timore, quanquam ſeruili & hypocritico, adficiebatur Tſedekias; ſed Ioiakimus nullo penitus. Hinc fata Tſedekiæ duriora quidem, quam Iechoniæ fuerunt, quippe non captiuatus ſolum eſt, ſed excœcatus quoque; meliora tamen quam Ioiakimi, dum placide tandem exſtinctus, ac regia ſepultura honoratus

fuit,

fuit, vt multi Interpp. ex c. 32, 5. c. 34, 5. 6. colligunt. Interea mirum non est, populi captiuitatem sub Ioiakimo tolerabilem, sub Tsedekia vero exitiabilem Reip. fuisse: quia hæc proportionata erat, non tam ad Regum, quam populi peccata. Nam piorum numerus, qui tempore Ioiakimi ex Iosiæ ætate supererat, sub Tsedekia magis magisque imminutus, vt Deus haud posset amplius parcere. Et in hunc modum intelligimus illud veterum Rabbinorum in Comment. *R. Salomonis* ad c. 37. *Tsedekias fuit iustus* (comparate,) *ætas autem ipsius improba*; *Ioiakimus vero fuit improbus, ætas autem ipsius* (intellige meliores principes, coll. c. 26, 24. c. 36, 25.) *iusta*.

(2) de iudiciis Dei gradatim procedentibus.

§. XIV. (2) Quod *iudicia Dei* non vno eruperint statim impetu, sed *cum tempore gradatim processerint*, *cumulatiora ac rigidiora in dies facta*: ita vt consideratio eorum & *longanimitatis* & *seueritatis* diuinæ illustre præbeant documentum. Incumbebat Iudæis iamtum Iosiæ tempore grauis Dei ira, sed cohibebatur, in gratiam pientissimi huius Regis, 2 Reg. 22. 13. seqq. 19. 20. Prophetis interim crebro serioque, sed frustra, populum ad pœnitentiam hortantibus, c. 25, 3. seqq. conf. 2 Par. 36, 15. 16. Ariditatis tamen & sterilitatis præludio (vt populus de agenda pœnitentia efficacius moneretur) se exserebat, Ier. 3, 3. c. 12, 4. 13. c. 14, 1. seqq. grauius eruptura post mortem Iosiæ: quo quidem (quod luctuosissimum Reip. erat) cæso, Necho Aegyptius *Ioachasum* (qui regnare præsumserat) in Aegyptum deportauit, surrogato in eius locum *Ioiakimo*, sumtaque a populo mulcta pecuniaria &c. Vid. §. 8. 9. Ita *Tsedekias* potuisset sane, si voluntarie Chaldæis se dedidisset, grauius malum vel hac submissione euitare, c. 38, 17. vt neque vrbs vna cum templo a Chaldæis fuisset combusta, v. 18. 23. neque ipse, filiis ac primoribus trucidatis, excœcatus, c. 39, 6. 7. Verum hunc supplicii cumulum ipsius ac populi contumax obstinatio, vltra decretam a Deo captiuitatem, sibi attraxit. Porro cum populi maior ac potior pars a Chaldæis esset abducta, tamen Rex Babel tenuioribus, quos in terra reliquit, v. 9. 10. ex indulgentia diuina hanc fecit gratiam, vt vellet eos, post vrbem combustam, in qualemcunque Remp. rursus coalescere; constituto eis gentili magistratu *Gedalia*, c. 40, 11. sed & hoc beneficio eos indignos fuisse, euentus commonstrauit, Gedalia per insidias ab Ismaele occiso, c. 41, 1. seqq. Nam licet his reliquiis etiam tum, Ieremia interprete, meliora polliceretur, si in terra manere vellent, tamen populus, qua erat obstinatione & cœcitate, mandato Dei nequaquam obsequutus, in Aegyptum concessit, vbi in turpissimam idololatriam publice relapsi, c. 44. tandem omnes vel gladio, vel fame, vel peste, absumti, c. 42. & 43. præter admodum paucos, c. 44, 28. Ita quo maior Dei in Iudæos longanimitas, eo Iudæi deteriores facti: sed quo deteriores illi, eo grauiorem Dei rigorem experti sunt.

§. XV.

§. XV. Habes, in quæ tempora Vates noster inciderit: lamentabilia profecto & deploranda, Thren. 3, 1. seqq. quia Spiritu S. testante, eo fuerat processum, vt veniæ nullus tum apud Deum locus superesset, 2 Reg. 24, 4. Ier. 15, 1. seqq. Tanta erat ac tam desperata populi contumacia. Itaque vel coniectando intelligi potest, quomodo Ieremias ab improba gente acceptus fuerit? Nimirum concitauit in se concionibus suis, non modo Regum ac principum tyrannidem, sed cleri quoque ac totius populi odium, c. 1, 18. 19. derisiones, calumnias, probra, insidias, exsecrationes, verbera, carceres ac durissima vincula passus, c. 11, 18. seqq. c. 12, 5. 6. c. 15, 10. c. 18, 18. seqq. c. 20. c. 26, 7. seqq. c. 32, 3. c. 36, 26. c. 37. 13. seqq. c. 38. ita vt haud temere optarit ipse, alicubi desertorum in casula habitare, a perfidia populi sui malitiaque semotus, c. 9, 1. seqq. Attamen contra omnes aduersariorum machinationes *Iehoua murus aheneus* ipsi fuit, vti promiserat c. 1, 18. liberando eum a periculis ac malis, c. 26, 24. c. 38, 13. præstando ei auctoritatem & reuerentiam apud ipsos hostes, c. 15, 11. coll. c. 21, 1. 2. c. 37, 3. c. 42, 2. conciliando ipsi Nebucadnetsaris gratiam, c. 39, 11. 12. qua factum, vt libertatem in Iudæa manendi impetraret, c. 40, 2. seqq. Tandem in Aegyptum a Iudæis per vim abstractus, c. 43, 6. a popularium suorum odio ac contradictionibus non magis illic, quam in Iudæa, liber fuit, coll. c. 44, 15. seqq. Quem exitum vero tandem habuerit, haud constat satis; nisi quod ferat Patrum quorundam traditio, eum in Aegypto a Iudæis lapidatum. *Ieremiæ fata,*

§. XVI. Tot ac tantæ adflictiones animum Prophetæ non absterruerunt, quin & munere suo defungeretur fideliter, & tenerrimo esset in suum populum amore. Equidem c. 1, 6. propheticum munus, partim ex timore, partim ex sensu infirmitatis & ineptitudinis suæ deprecatur; sed ita, vt vrgenti Deo ac vires promittenti, contra exceptiones carnis lubenter paruerit. Humani quid etiam passus est, dum c. 12, 1. seqq. fidelium, & suas maxime, adflictiones cum iustitia & bonitate Dei conciliare nequit; item dum c. 20, 7. seqq. caro ipsi suggessit, abstinendum esse ab annunciatione Verbi diuini, quæ tot passiones ac probra sibi adhuc concitarit. Verum has tentationes carnis Dei gratia mox represſit ac superauit ibidem, finem intuitus, atque auxilio diuino erectus. *Fides in obeundo munere,* Iudæorum persecutiones item adeo animum ipsius non exasperarunt, vt intima potius commiseratione, c. 8, 23. & pene excessu quodam amoris erga populum suum ferretur, intercessionibus apud Deum ad extremum instans, adeo vt inhiberi aliquoties a Deo debuerit, c. 7, 18. c. 11, 14. c. 14, 7. 11. seqq. Id quod contra calumnias Principum notari potest, qui Ieremiam infesto erga populum animo esse criminabantur c. 38, 4. c. 43, 3. Attamen & ipse pertinaciter malitiosos iusto Dei iudicio alicubi potius reliquit, quam deuouit, c. 6, 11. c. 18. *Amor erga populum suum.*

21. 22.

21. 22. 23. c. 20, 12. Qua modeſtia & reuerentia erga ſuperiores fuerit, exemplo pateſcit c. 26, 14. 15. c. 37, 20.

Argumentum. §. XVII. *Argumentum* totius Prophetiæ ſuæ expresſit ipſe c. 1, 10. Conſiſtit autem I. in *Euellendo, deſtruendo, perdendo:* quo pertinent comminationes, tum in genere, contra *gentes*, tum in ſpecie contra *Iudæos*, *de fame*, *peſte*, *gladio & totali terræ*, *vrbis*, *ac templi per Chaldæos excidio*, propter enormia incolarum flagitia, & idololatriam cumprimis, quæ ideo grauiter coarguit. Breue harum comminationum compendium ſub duplici ſymbolo exhibetur c. l. duabus quidem propoſitionibus, α) quod *Vigilet Deus ad exſequendum verbum ſuum*, v. 12. β) quod in ſpecie *Venturum ſit malum a Septentrione (Babyloniam* puta) *ſuper omnes incolas terræ*, v. 14. II. *Aedificando & plantando*, quod facit triplici potisſimum ratione, promittendo α) *Iudæis immunitatem ab inſtanti excidio* vrbis, ſi verbo Dei obediant, ſeque ſua ſponte Chaldæis permittant; *reliquiis vero*, poſt fata Iudæorum in terra ſuperſtitibus, *incolumitatem*, ſi in terra manere velint, β) *Reditum ex 70. annorum captiuitate Babylonica;* * quam promisſionem Daniel cumprimis reſpexit, Dan. 9, 2. Eſdras Eſr. 1, 1. & ſecundum aliquos, etiam Zacharias Zach. 1, 12. c. 7, 5. γ) & quod primarium eſt, *Aduentum Mesſiæ;* cuius perſonam, officium, beneficia, regnum, luculenter deſcribit. vid. e. g. c. 30. & 31.

Partes. §. XVIII. Duæ ſunt libri *Partes generales:* I. VATICINIA AD POPVLVM DEI, hoc eſt, Iſraelem, maximeque Iudam, ſubdiuidenda

* Terminus ille LXX annorum in Ieremia admodum eſt notabilis. Nonnulla iam diximus de eo ad c. 25, 12. quibus nunc addimus alium computum, ex Scriptura S quanta potuimus diligentia, compilatum. Primo notemus ſtudioſe, annum *quartum Ioiakimi* eſſe *primum Nebucadnetſaris*, coll. Ier. 25, 1. Inde igitur ſi Nebucadnetſaris tempora metiamur, ipſius erunt XLV. anni. Scil.

	anni	*menſes*
Anni VIII. a quarto ad vndecimum Ioiakimi, coll. 2 Reg. 23, 36.	8.	- -
Menſes III. regiminis Iechoniæ, coll. 2 Reg. 24, 8.	- -	3.
Anni XXXVII. captiuitatis Iechoniæ, coll. Ier. 52, 31.	37.	- -
	45.	3.

Attendamus porro, Aegyptum Babyloniis paruiſſe per XL. annos, coll. Ezech. 29, 11. 12. 13. quorum initium annum XXVII. captiuitatis Iechoniæ, ſ. Nebucadnetſaris XXXV. non anteuertit, coll. Ez. 29, 17. & ſeqq. cum c. 1, 2. Demamus igitur de quadraginta illis annis decem adhuc captiui Iechoniæ, quibus viuo adhuc Nebucadnetſari ſubiecta Aegyptus fuit: ſic pro ſucceſſoribus eius ſupererunt XXX. anni ſeruitutis Aegyptiacæ. 30. - -

Summa 75 anni 3 menſes.

Supponimus iam, annos iſtos Aegypti ad finem LXX annorum Ieremiæ excurrere, coll. Ier. 25, 11. 12. cum v. 19. Supponimus porro, LXX. hos annos cum Nebucadnetſaris nepote Belſatſare terminari, coll c. 27, 7. & Dan. 9, 2. 1. c. 5, 30. c. 6, 1. Inde igitur regrediendo, *initium LXX annorum incidet in annum octauum Ioiakimi*, quo hic ipſe ſeruire Nebucadnetſari cœpit, coll. 2 Reg. 24, 1.

denda rurſus in ea, quæ (1) ab Ioſiæ decimo tertio anno ad excidium vsque vrbis, c. I--XXXIX. itemque c. XLV. collato frontiſpicio libri c. 1, 1. 2. 3. (2) quæ poſt vrbis excidium ad Iudæorum reliquias partim in Iudæa, partim in Aegypto, edita ſunt, adſperſis eiusdem temporis hiſtoriis, c. XL--XLIV. coll. noua huius partis inſcriptione c. 40, 1. II. VATICINIA CONTRA GENTES, vti Aegyptios, Philiſthæos, Moabitas, Ammonitas, Idumæos, Damaſcenos, Cedarenos, regna Hatſor, Elamitas, ipſosque Babylonios, c. XLVI--LI. (c. LII. eſt velut hiſtorica appendix) coll. huius partis inſcriptione generali c. 46, 1. ibidemque notatis noſtris. Quæ vero c. 25, 9. ſeqq. & c. 27, 1. ſeqq. *contra gentes* ſcripta reperiuntur, tantum prodromi inſtar ſunt.

§. XIX. Hæc omnia vaticinia, iuſſu Dei, Ieremias in litteras retulit, tum vt coæuis prælegerentur, c. 36, 2. ſeqq. tum vt poſteritati (ad quam plurima pertinebant) inſeruirent, c. 30, 2. ſeqq. coll. v. 24. Sed & hoc clarum fit ex c. 25, 3. ipſum quoque ordinem, quo prophetiæ per totum librum diſpoſitæ ſunt, ab Ieremia eſſe, etiamſi temporum rationibus ſeu chronotaxi adcommodatus non ſit. Cuius diſpoſitionis vtut posſit qualiscunque ratio & nexus inueniri, maxime ex argumenti vicinitate; tamen, teſte *Lightfooto* in *Chronotaxi*, difficilis ſubinde eſt, & nonnullibi pæne ἀδύνατος. *Non enim curæ erat Prophetis* (inquit *Hieronymus* Comm. ad c. 25, 1.) *tempora conſeruare, quæ hiſtoriæ leges deſiderant; ſed ſcribere, vtcunque audientibus atque lecturis vtile nouerant.* Sic in Pſalterio aliisque Scripturæ S. libris, quin & in ipſa totius Codicis Hebræi diſpoſitione, vt iacet, fruſtra chronologiæ ordinem ſemper quæſiueris. *Ordo vaticiniorum.*

§. XX. Quoniam vero ad intelligenda eo rectius vaticinia multum omnino chronotaxis valet; itaque ſingula capita ac prophetias ad leges ipſius breuiter hic in vſum lectoris digeremus. *Eorundem Chronotaxis.*

Sola quidem c. I, 2. & c. III, 6. tempus *Ioſiæ* expreſſum referunt; attamen inde a. c. I. vsque ad c. XII. incluſ. nullum adparet veſtigium, ex quo colligi poſſet, ordinem temporis fuiſſe transpoſitum. Relinquenda ſunt igitur iſta Capita ſecundum Lightfootum, eo loco & ſerie, qua collocata. Sed præterea *Ioſiæ* temporibus accenſenda videntur capita XIV. XV. & XVI. nam c. XIV. agitur *de ariditate* v. 1. de qua Ieremias ſub Ioſia prophetauit, coll. c. 3, 3. 4. 6. c. 5, 24. c. 8, 13. 20. c. 9, 10. 1. c. 12, 4. XVtum vero caput cum fine præcedentis arctisſime cohæret, ceu reſponſio ad Prophetæ intercesſionem; neque verſiculus 4. ab Ioſiæ tempeſtate abludit, coll. 2 Reg. 23, 26. ſeqq. Ita XVI. eo eſt tempore editum, cum forte iuuenis adhuc Ieremias de vxore ducenda cogitaret, v. 2. quod vix poteſt, niſi ſub regno Ioſiæ, accidiſſe, ſecus quidem ac ſtatuit *Lightfootus*: quippe vates probabiliter ſub initium Ioiakimi Regis, quadrageſimum iam annum agebat, coll. c. 25, 3. Denique c. XLVII. editum *ante percuſſam a Pharaone Gazam*, ad vltima *Ioſiæ* tempora, aut certe poſt fata eius proxime referendum eſſe videtur; quod tamen alii ad Tſedekiæ tempora referre malunt, coll. not. v. 1. *Ad IOSIAE tempora pertinent c. I-XII. item c. XIV. XV. XVI. c. XLVII.*

Hoc vero largimur, Capita XVII. XVIII. XIX. & XX. ad *Ioiakimi* tempora pertinere; quia c. XVII. arguit (1) fiduciam in Aegyptiaco auxilio v. 5. (2) opes iniuſte conquiſitas, v. 11. quorum vtrumque Ioiakimo peculiariter fuit proprium, coll. 2 Reg. 23, 34. Ier. 22, 13. 17. (3) vix auſus fuiſſet Paſchur, regnante Ioſia, adeo inſultare Ieremiæ, vti tamen legimus c. XX. quod per v. 1. arcte cum præcedentibus c. XVIII. & XIX. copulatur: quanquam annum, in quem inciderint, determinare nequeamus. Ceterum c. XXII, 1-23. pertinet *ad prima* ac florentiora *Ioiakimi tempora*, coll. v. 18. cum *Sallum* ſeu *Ioachazus* haud ita pridem fuiſſet in Aegyptum deportatus, coll. v. 10. 11. 12 Ei vero connexum eſt ſequens c. XXIII. quippe quod itidem directum eſt contra malos paſtores ſeu Re- *Ad IOIAKIMI tempora c. XVII. XVIII XIX. XX. c. XXII, 1-23. c. XXIII.*

c. XXV. ges, v. 1. contra quos c. XXII. Succedit c. XXV. *quarto Ioiakimi anno* editum v. 1. cum plerisque vaticiniis contra exteras gentes, exceptis nimirum illis, quæ expressum editionis tempus ab hoc diuersum præferunt. Etenim v. 13. diserte prouocatur ad prophetias contra Babelem aliasque gentes, cum remissione ad alteram libri partem, quæ inscribitur על הגוים c. 46, 1. Huc igitur re-
c. XLVI, 1-12. fer c. XLVI, 1-12. contra *Aegyptios* s. exercitum Nechonis, eodem anno prope
c. XLVIII. Circesium a Chaldæis cæsum, v. 2. item c. XLVIII. contra *Moabitas;* c. XLIX.
c. XLIX. contra *Ammonitas*, *Idumæos* ac *Syros;* tandemque c. L. & LI, 1-59. contra *Ba-*
c. L. LI, 1--59. *bylonios:* quippe his omnibus supra c. XXV. prælusum fuit. His demum sub-
c. XXVI. iungimus c. XXVI. eodem (vti videtur) anno editum: nam quod v. 1. de *initio regni Ioiakimi* exstat, conciliari ex c. 28, 1. haud difficulter potest. Porro se-
c. XXXVI. quitur c. XXXVI. cuius initium v. 1-9. ad *quartum Ioiakimi annum* (exeuntem) spectat, cetera vero v. 9. seqq. ad *quintum*, quo celebratum Hierosolymis extraordinarium ieiunium est, procul dubio, quod, cæso Nechonis exercitu, periculum a Nebucadnetsare iam propius immineret. Quo tempore *ad Baruchum*, cuius opera Ieremias ad describendum ac prælegendum hæc vaticinia vsus, fit
c. XLV. verbum Domini c. XLV, coll. v. 1. Et hic demum succedit c. XXXV, incidens
c. XXXV. in *octauum circiter Ioiakimi annum*, cum Nebucadnetsar non immineret iam amplius, sed actu in Iudæam irruptionem fecisset, coll. v. 11. Vid. §. 9. & *Lightfooti* Chronol. p. 120.

Ad IECHONIAE tempora c. XIII. & XXII. 24. sqq. Sub *Iechoniæ* regno, quod breuius fuit, edita solum sunt c. XIII. (coll. v. 18. ibidemque notatis nostris) & c. XXII, 24 seqq. quod posterius vaticinium præcedentibus contra *Ioachazum* ac *Ioiakimum* iungi videtur ob parallelismum rei: nisi malis cum antecedentibus ad tempora Ioiakimi referre v. 18. & anticipationem statuere propheticam.

Ad TSEDEKIAE tempora Ad *Tsedekiæ* regimen referri debet c. XXIV. de *duobus ficuum calathis*, quippe post deportatum Iechoniam editum v. 1. quod c. 29, 17. ceu præcedaneum respicitur. Item c. LI, 59. seqq. incidens *in quartum Tsedekiæ annum*, quo
c. XXIV. Babylonem ipse cum comitatu profectus fuerat, v. 59. Et huic demum, ex men-
c. LI, 59. seqq. te *R. Salomonis & Seder Olam*, ordine subiiciuntur c. XXVII. XXVIII. & XXIX.
c. XXVII. XXVIII. XXIX. quippe eodem anno, & (vt probabile est) post reditum Tsedekiæ ex Babylone, edita, coll. inscriptione c. XXVIII, 1. quæ & precedenti c. XXVII. suum tempus conciliat, vtut quarto Ioiakimi anno inscriptum sit, quam ἐναντιοφάνειαν resoluimus in not. ad c. 27, 1. Aptissime vero cum c. XXIX. (quod Pseudoprophetarum
c. XXX. rum temerarias ac præmaturas de Israelis restitutione pollicitationes conuellit)
XXXI. iunguntur c. XXX. XXXI. vbi verum solatium ex mente Dei substituitur. Adde
c. XLIX, 34. seqq. c. XLIX, 34. seqq. Dein cum a Chaldæis vrbs obsideri cœpisset, incidit prior Tsedekiæ ad Ieremiam legatio c. XXI. cui post interpositum c. XXXIV. (editum nam-
c. XXI. que hoc est, cum, soluta obsidione, Chaldæi Aegyptiacis suppetiis obuiam iuis-
c. XXXIV. sent v. 22; necdum Ieremias carceri inclusus esset, v. 2.) succedit altera eiusdem
c. XXXVII. legatio c. XXXVII. itidem tempore solutæ obsidionis facta, coll. v. 4. 5. post quam
c. XXXII. Ieremias in carcerem coniectus v. 12. seqq. vbi edidit prophetias c. XXXII. XXXIII.
XXXIII. comprehensas, coll. c. XXXII, 2. c. XXXIII, 1. Inde consequuntur c. XXXVIII.
XXXVIII. coll. v. 28. & c. XXXIX, 15. seqq. ac tum demum huiusdem capitis v. 1-14. quæ ad
XXXIX, 15. sq. vltima Tsedekiæ, sub & post expugnationem vrbis, spectant. Adiungi hic potest,
v. 1--14. aut ad extremum reseruari c. LII. ex quo plura huc pertinent.

c. LII. *Post excidium vrbis* Propheta concionatus est primum in terra Iudæ, ad
℣. 29. מִירוּשָׁלִַם per *Sakephg.* & *Meth.* 1. 5. ℣. 30. הֶגְלָה per *Rbbia* 2. 5. 6. 9. 13. 19. 21. 23. & cum *Mahpach*, simul 21. ℣. 32. מִמַּעַל per *Rbbia* 1. ℣. 34. לּוֹ sine *Dag.* 1. 7. 8. 10-16. 19.--22. sic su. 5. מֵאֵת מֶלֶךְ ita 1. 2. sic su. 5. Prosphonema illud scribarum חזק ונתחזק penitus omittunt 1. 2. 3. 5. 6. 9.--13. 15. 16. 20. 21. 22. 23. at חזק solum habent 7. 8. 10. 14. 19.

IN EZECHIELIS PROPHETIAM PRAEFATIO.

§. I.

Transitio ad visiones Ezechielis:

Quod bene feliciterque vertat DEUS T. O. M. ad *Ezechielis visiones*, breuiter pro nostro instituto declarandas, accedimus. Cuius (τοῦ προφητῶν θαυμασιωτάτου καὶ ὑψηλοτάτου, sec. *Gregor. Nazianz.* orat. 23. p. 421.) cum omnium consensione nobilissima & difficillima visa sint, multæque ac variæ conciones; non inconsultum aut inutile erit, si etiam heic nonnulla præmittemus generalia monita, quibus incipientium animos excitare, & ad consideranda hæc mirabilia Dei paratiores quodammodo reddere possimus. Neque tamen multi erimus in repetendis illis, quæ vel alibi, vel ad ipsum Ezechielis librum adnotata iam sunt; quin potius velut in compendio tantum referemus, quæ huc pertinent; paullo autem vberius vnum vel alterum momentum edisseremus, quod per chartæ angustias ad ipsum textum commode adiici non potuit.

cuius Nomen,

§. II. *Nomen* noster nactus est יְחֶזְקֵאל IEHEZKIEL, vulgo EZECHIEL, quod ab inuicta potentia Dei & Seruatoris nostri desumtum, idem significat, ac si diceres, *praualebit DEUS!* Nempe fidem suam non tantum explicabant pii parentes per nomina, quæ liberis imponebant; sed & ipse noster Propheta, vt *Iosua*, *Iesaias*, *Hoseas* aliique, etiam nomine suo CHRISTUM, *tanquam DEUM omnipotentem & fortissimum heroem* a) qui superatis tandem omnibus hostibus æternum sit regnaturus, prædicabat, atque adversus quasuis tentationes & difficultates in obeundo munere suo prophetico semet ipsum quoque vel sola recordatione & significatione nominis sui erigere ac confirmare poterat. b)

Familia, & Genus;

§. III. *Filius* autem fuit BUZI, Aharonidæ (*Sacerdotis*: qui qualis in vita sua fuerit, pius an impius, de eo nihil memoriæ in S. litteris proditum est; meliora tamen ex charitate & ex filii nomine de illo quoque præsumimus. Quod vero ipse etiam *Buzi Propheta* fuerit (nisi *ordinarium illud docendi munus Sacerdotum* in V. T. intelligas) id nuspiam S. Scriptura indicat, adeoque nec probat illud incerta Hebræorum regula: *quod Propheta fuerint etiam patres Prophetarum, quando parentum nomina in sacris commemorata reperimus*; vt dudum Christiani interpretes recte monuerunt. Fuit itaque noster natalibus suis *Sacerdos*, & sec. oeconomiam Vet. Testamenti minister Dei in populo suo ordinarius: quamuis cum in Babylonia neque Templum curari, neque cruenta sacrificia offerri potuerint. Ac licet eo tempore, vt etiam postea Mal. 2, 8. plerique Sacerdotes recessissent a via Domini, Ezech. 22, 26. seruauit tamen DEUS Aharoni semen aliquod fidele & sanctum, a quo gratiam suam non abstulit, & per illud etiam populum erudiuit, vt Ieremiæ quoque exemplo certum est, Ier. 1, 1. &c.

Patria, Aetas, & locus visionum.

§. IV. *Patriam* ergo habuit Ezechiel *Iudæam* s. regnum Iudæ: in quo & natus fuit, & vixit, quando *cum Iechonia* aliisque per Chaldæos *octauo Nebucadnezaris anno* in exilium abductus est, c. 1, 2. 2 Reg. 24, 12. 14. non quidem tunc puer, vt vulgo *Iosephum* intelligunt in Antiq. Iud. lib. 10. c. 8. sed potius παῖς ὤν *iuuenili ætate*. Eum namque non tantum, *quinto* post exilium suum *anno*, grauissimo muneri adhibuit Dominus c. 1, 2 sed porro post quadriennium, siue *nono* deportationis suæ *anno*, etiam viduum fecit, c. 24, 1. 18. *Locus* vero *visionum* non Hierosolyma aut patria terra fuit, etsi aliquoties ad eam in Spiritu S. per ecstasin diuinam raperetur; sed *in Chaldæa aut inferiore Mesopotamia ad Chaboram fluuium*, iuxta quem non exiguo numero exules Iudæi degebant. Vid. c. 1, 1. & ibi notata. Deus namque totius orbis terrarum Dominus, nulli terræ aut loco (quæ Iudaica opinio est) alligauit χαρίσματα & regnum suum: vt quocunque in loco commemoremus nomen ipsius, ipsum ibi præsentem esse cum Christo & Spiritu suo, persuasi simus. *Ita vero*, vt bene monuit *Cocceius*, c) *Deus populum non deseruit, sed cum eo quasi in exilium iuit, magnoque beneficio dedit illis Prophetas* d) *etiam in medio gentium, in terra impura, & visiones maximarum rerum indices. Quod Iudæis post excidium Templi vltimum dispersis non contigit. Abiit enim tunc ab iis prophetia: & discipuli Christi Euangelium omnibus gentibus prædicarunt ac prophetarunt, quos adspernati illi sunt, atque ita Spiritum Dei e synagoga sua eiecerunt.* Conf. not. ad Ezech. 33, 12. ier. 24, 5. seqq. item not. Ier. 29, 15 & Præf. in Ier. §. 5

Synchronismus verorum & falsorum prophetarum.

§. V. Quo autem anno *Ezechiel in Chaldæa* prophetare incepit, *Ieremias Hierosolymis* iam trigesimum quartum muneris sui prophetici exegerat, vna cum nostro minimum octo adhuc annos eodem officio magno cum labore perfunctus. Cumque noster inceperit *anno* post exilium suum *quinto*, & vaticinatus adhuc sit anno *vigesimo septimo*, vt ex c. 29, 17. constat; minimum per *viginti duos annos* propheticum munus sustinuit. Vltima enim omnium ipsius visio s. prophetia non est ratione temporis, quæ c. 40. seqq. ad finem vsque libri describitur, prout etiam illic adnotauimus. *Coæuos* igitur ex veris prophetis in Babylonia *habuit Danielem*, & in Iudæa, præter *Tzephaniam* (qui eadem interdum cum nostro dicit, coll. Ez. 7, 19. & Zeph. 1, 18.) inprimis *Ieremiam*; vt etiam Præfat. ad Ierem. §. 5. diximus. Vti vero diuinam veritatem, quam Ieremias obstinato populo in Iudæa adnunciabat, egregie confirmabant Zephaniæ, Ezechielis aliorumque seruorum Dei testimonia; ita tamen eadem ætate vtrobique, tum in Iudæa, tum in Babylonia, etiam non defuerunt *falsi vates*, 2 Petr. 2, 1. qui grata auribus vulgi, blandaque somnia nunciabant, vt omnibus chari & in pretio essent; sicut ad c. 12, 24. & c. 22, 28. ex aliis notauimus. Atque ita, quod isti Dei homines concionibus suis ædificabant, hi ex aduerso mendaciis suis audacter conuellebant ac destruebant. Nec tantum in Babylonia erant *Achabus Kolaiæ*, & *Zedkias Maasciæ filius*, mira populo pollicentes, ridentesque illorum facilitatem, qui temere adeo vaticiniis Ieremiæ persuasi patriam deseruissent, neque extrema potius pro libertate eius aduersus Babylonios tentassent, Ier. 29, 20 21. sed etiam ibidem erat *Semaia Nehelamites*, qui audacissime ad Hierosolymitanum Pontificem, quasi ex diuino instinctu scribebat, arguens eum velut segnem & mollem, quod non seuerius in Ieremiam, tanquam phreneticum aut arreptitium animaduerteret, eumque comprimeret. Vide l. c. v. 24. Sicut etiam Hierosolymis *Chananias*, *Azzuri filius*, quarto Zedekiæ anno, publice in Templo coram sacerdotibus & reliquo populo aduersus Ieremiam strenue diuinum mentiebatur oraculum, Ier. 28, 1. seqq. De quibus omnibus confer etiam Præf. nostram in Ierem. §. 5. & quæ hic notauimus ad c. 22, 25. Immo etiam *ex sequiori sexu* non deerant *falsæ vates*, quæ diabolico ausu vesanis suis deceptionibus *nomen* Iehouæ prætexebant. Vide nostrum c. XIII, 2. 17 seqq. c. XXII, 28. &c.

Status reipublicæ Iudaicæ.

§. VI. Incidit autem *initium huius prophetiæ* Ezechielis *in medium fere tempus regni Zedekiæ*, quando respublica Iudæorum quasi reflorescere & vires aliquas recuperatura videbatur, percusso fœdere cum po-

ten-

a) Confer. Esa. 9, 5. c. 40, 10. b) *Abarbanel* in Præf. ad hunc librum fol. 153. col. 4. לפי שהנביא הזה חזק ואמץ לבבות בני ישראל בנבואותיו נקרא בהשגחת השם מלידה ומבטן יחזקאל ר״ל מספר חוזק האל וגבורתו בגאולה העתידה ׃ כי הנה שמות הנביאים לא יחשוב אדם שהיו מפעל הבחירה ורצון יולדיהם׃ אבל מן השמים בדרך ההשגחה נמשכה קריאת שמותיהם מסכים עם פעלותיהם ומעשיהם וגו׳ *Quia*, inquit, *hic Propheta confirmauit & corroborauit animos Israelitarum, per diuinam prouidentiam a natiuitate & ab vtero adpellatus est* IECHEZKIEL, i. e. Propheta, *qui prædicaret robur & fortitudinem Dei in futura redemtione præstandam. Nemo enim sibi imaginetur, nomina Prophetis imposita esse ab arbitrio & voluntate parentum; sed cælitus per diuinam prouidentiam eiusmodi nomina ipsis indita sunt, quæ ipsorum operationibus & factis conueniebant.* Vide etiam sequentia fol. sequenti 154. c) in Comment. ad h. l. §. 1. & 8. d) Quos inter primus fuit *Ezechiel* deinde etiam *Daniel*: & vt quidam non male colligunt, *Ezechiel prophetiam suam ad illos, qui habitabant in Ierusalem misit; quemadmodum* Ieremias *vicissim epistolas ad Babylonienses dedit*, vt vnius in diuersis regionibus Dei prouidentia probaretur. Conf. not. ad c. 16, 2. & D. Io. *Meyeri* Dissert. ad vltima Ezechielis p. 14.

tentissimo Aegyptiorum Rege, aemulo Nebucadnetsaris, hoc ipso vel sequenti anno. At quia id Zedekias cum suis faciebat nulla pietate in Deum, & pessima fide in Babylonium, non, nisi tristissimum quoque res illa habuit euentum. Magnam sane spem Iudaeis de se excitauerat Zedekias Thren. 4, 20. poteratque feliciter satis sub Babylonio Rege cum suis viuere, si monitis Dei, per Ieremiam capessitis, fuisset obsequutus. At neglecto Dei verbo, & violato iure iurando, quod in obsequii fidem per sacrosanctum *Iehouae nomen* ab illo exegerat Babylonius, ille iugum eius excussit ac rebellauit, partibusque Aegyptii aduersus Nebucadnetsarem accessit. Id quod falsis prophetis in Iudaea & Babylonia, verbum Dei, quod Ieremias dixerat, miris modis calumniandi occasionem praebuit: & in contumeliam ipsius Iehouae, per cuius nomen fidem pollicitus erat Zedekias, apud Babylonios cessit. Vnde istam Zedekiae perfidiam grauissime in Babylonia sequenti anno ei exprobrauit Ezechiel, vt legimus c. 17, 15. seqq.

Impietas populi & iudicia Dei.

§. VII. Interea *populus cum in Babylonia*, tum *in Iudaea* (namque ad hos comparati illi meliores erant, coll. Ezech. 11, 15. seqq. Ier. 24, 1. sqq.) quod ad maximam sui partem, in impoenitentia & pertinaci obstinatione mentis aduersus verbum diuinum perseuerabat: quod Rex & Principes, Sacerdotes etiam & Doctores malo exemplo reliquis praeirent. Ideo nonsolum a Deo frequentissime *familia inobedientiae* hic audiunt (vide c. 2, 5. seqq. c. 12, 2. c. 24, 3. c. 44, 6.) & dura vaticinia pronunciata in illos sunt; sed seuerissima quoque Dei iudicia maturata fuerunt: ad quae alioquin ipse, pro ineffabili clementia sua, non vno impetu, sed lento admodum gradu, & quasi inuitus, procedebat. Nihil enim omisit benignissimus Deus, per Prophetas eos monendo & adhortando, vt exitio eriperentur; sed [illegible], inexcusabiles quidem facti plerique tamen maluerunt perire, quam verbo Domini obsequi. Vide Ezech. [illegible], 2. seqq. c. 21, 30. & conf. Praef. in Ier. §. 11. 12. 13.

Ezechielis fides in obeundo munere & fata.

§. VIII. In ista ergo populi sui corruptione noster prope fluuium Chaboram in Chaldaea, e frequenti exulum coetu a Deo electus, *& prophetico officio luculenter inauguratus*, c. 1, 1. seqq. seruum Deo fidelem praestitit, tam in detegenda hypocrisi deportatorum exulum, inter quos agebat, quam in redarguenda impietate populi, in Iudaea reliqui, eiusque & aliarum gentium satis explicandis. Vnde tandem, si *Epiphanio* (vel Scriptori, qui sub illius nomine vitas prophetarum in litteras retulit) credimus, martyrio vitam finiit, a Iudaeis occisus; eiusque synagoga & sepulcrum adhuc hodie in Oriente inter Euphratem & Chaborum fluuium ostendi, ex *Itinerario Beniaminis* p. m. 77. seqq. tradit *Abarbanel*, in Praef. ad hunc librum. fol. 153. col. 3 quod nos merito tamen inter incerta & suo loco relinquimus. Vide sis etiam *Schalsch. Hakkab.* f. m 96. b. *Hottingeri* Cippos p. 81. *Huetii* Demonstr. Euang. p. m. 437. seq. & Io. *Meyerum* ad Seder Olam p. 979.

Argumentum.

§. IX. *Idem* igitur Ezechielis *argumentum* fere est, *quod* ceterorum Prophetarum, & in specie *Ieremiae*, de quo Praefatio nostra in Ieremiam §. 17. consuli poterit. Agit namque Ezechiel in visionibus suis frequentissimis de fame, peste, gladio, & Iudaeorum, in terra patria cum Zedekia superstitum, excidio, captiuitate ac dispersione per Nebucadnetzarem, adeoque gloria Dei, iustissimo iudicio, a Templo & Vrbe auferenda; eiusque iudicii caussis; grauissimis scil. sceleribus & peccatis, inprimis fiducia in templo & cultu externo, item praesidiis humanis, Aegyptiorum aliorumque; quibus freti, perpetuam vel longissimam saltem immunitatem a malis, quae prophetae denunciabant, sibi fastuose pollicebantur. Saepius tamen etiam, in paucorum piorum & totius Ecclesiae solatium agit de captiuorum liberatione & reditu, & de iudiciis Dei in vicinas & inimicas gentes. Inprimis vero & saepissime idoneis locis interserit conciones de CHRISTO, eiusque officio & regno, de gratia Euangelii, tandem etiam de restitutione Templi & vrbis nouae: *mysteria haud dubie inuolucro quodam Ecclesiae proponens*, vt *Heiddeggerus* in Enchiridio suo loquitur p. 270. De quo infra in hac Praef. § 15 & 16. & in notis ad c. 40 I. &c.

Scopus & vsus.

§. X. Idem proinde etiam *generalis & praecipuus scopus*, qui Iesaiae, Ieremiae ceterisque, etiam nostro fuit propositus. *CHRISTVS* nimirum, *eiusque regnum* siue Ecclesia diuersis imaginibus repraesentata. Ideo (vt *Calouius* scribit ad hunc librum p 497. seq.) sub initium exhibetur Christus, *currum Euangelii & regni sui* per orbem prouecturus, eiusdem gloria in progressu iterum sistitur c. 10 & 11. v. 23. & sub finem, capitibus nouem integris, *Templi & Vrbis* ac ciuitatis spiritualis effigies adumbratur. Ideo & in ipso exitio vrbis Christus introducitur *suos signo* notans, ne simul pereant, c. 9. & promissa *liberatio* e captiuitate ac *reductio* populi *propter regnum Christi* in Iudaea conseruandum: donec aduentu suo id per totum orbem inde propagaret. Ideo etiam *coniunctio Israelis & Iudae* mystica promissa est, capp. 11. 20. 29. & 37. & *peccatorum remissio*, c 16. ac *regni Christi propagatio*, c. 17. & *gratiosa Dei voluntas* iureiurando confirmata, c. 18. & 33. Ideo & Christus, *Pastor ille bonus*; promittitur c. 34. ac conuersio gentium ad eundem c. 36. vt & resuscitatio fidelium ad aeternam vitam c. 37. hostiumque Ecclesiae deletio c. 38. & 39. Ac profecto, vt iam supra §. 4. indicauimus, singularis haec bonitas ac gratia Dei fuit, quum diabolus in Babylonia & Iudaea instrumenta sua s. deceptores haberet, qui omni nisu veritati diuinae, quam Ieremias voce & scriptis proponebat, repugnarent, quod illis Ezechielem apud captiuos legitimo prophetandi munere opposuit: ne mendaciis obsequentes, etiam qui in Babylonia supererant, cum istis deceptoribus misere perirent. Sed & qui Hierosolymis erant, audientes Ezechielis vaticinia cum prophetiis Ieremiae per omnia conspirare, non parum de illarum veritate confirmari poterant. Naturaliter enim fieri haud potuit, vt alter Hierosolymis, alter in Chaldaea, sic quasi ex vno ore vaticinia sua proferrent. Conf. *Heideggeri* Enchirid. Bibl p. 272.

Partes libri.

§. XI *Partes libri* non vno modo constituunt Interpretes, totumque hoc vaticinium in XXII. visiones s. periochas propheticas distribuit *Heideggerus* in Enchirid. p. 273. Distincte vero post *titulum* totius libri c. 1, 1. agitur I. de *vocatione & destinatione Prophetae* ad munus suum, c. 1.--3. II. de iudiciis Dei *aduersus Iudaeos*, & de excidio vrbis per Babylonios, c. 4--24. III. *aduersus gentes*: (1) *Ammonitas*, e c. 25, 1--7. (2) *Moabitas*, c 25, 8--11, (3) *Idumaeos*, c. 25, 12-14. coll. c. 35, 2 seqq. (4) *Philistaeos*, c. 25, 15-17, (5) *Tyrios*, c. 26-28. (6) *Sidonios*, c. 28. 20. seqq. (7) *Aegyptios*, c 29- 32. IV. *Promissiones & consolationes f)* sequuntur 1) de gratiosa Dei voluntate erga poenitentes, c. 33. 2) de Bono illo pastore, c. 34. 3) de vindicta ab hostibus, cumprimis Idumaeis, c. 35. 4) de reditu & congregatione Israelis ad regnum Christi, c. 36. 5) de resuscitatione mortuorum, & vnione Israelitarum, c. 37. 6) de interitu Gogi & Magogi, c. 38 39. 7) de nouo Templo & vrbe, c. 40. seqq. vbi agitur א) de restitutione Templi, c. 40--42. ב) de ipso cultu, c. 43. & 44. ג) de reformatione totius regni, c. 45--48.

Ordo vaticiniorum.

§. XII. Ceterum vaticinia sua & visa, a Deo sibi oblata, ipsemet Ezechielis litteris consignauit, vt omnia huius libri docent. *g)* In quibus *ordinem naturae & temporis* satis accurate seruauit; nisi quando certa ratio exigebat, cur alterum vaticinium nonnunquam cum priori coniungeret, aut huius implementum ex sequentibus temporibus illi statim adnecteret. Confer. notas nostras ad c. 26, 1. c. 29, 1. & v. 17. c. 30, 20. c. 31, 1. Non itaque dubitamus, quin *ad annum* regnantis Zedekiae (vel deportati Iechoniae) *quintum* referenda sint *primum* & sequentia capita, vsque ad c. 7. inclusiue; *ad annum VI.* c. 8 19. ad VII. & VIII. annum c. 20-23. *ad IX.* c. 24. & 25. *ad X.* c. 29, 1--17. *ad XI. annum* c. 26. 27. 28. item c. 30, 20. seqq. c 31, 1. *ad XII.* c. 32. & 33, 21. *ad XIII.* vero & XIV *Lightfootus* in Chronol. sua p. 130 refert c. 34--39. *Ad annum* XXV. autem pertinet c. 40. & sequentia vsque ad libri finem. *Ad XXVII* denique c. 29, 17. seqq. & sec. nonnullos c. 30, 1--20. quamuis hoc fortassis melius referri possit ad annum X. coll. c. 29, 1. & c. 30, 20. Conf. etiam *Lightfootum* in Chronol. V. T. p. 131.

Chronologia.

§. XIII. Circa *chronologiam* tamen Ezechielis multa etiam & varia dubia mouentur, de quibus necessaria suo loco monuimus. Vnicum tantum hic speciminis loco discutiemus, ex ipso statim initio libri enatum. Verba, quibus incipit Propheta, haec sunt: *Et factum est trigesimo anno* &c. c. 1, 1. Hic, quia non indicat

e) Quorum iam facta erat mentio c 21, 33 seqq. occasione eorum, quae ibidem dicta sunt c. 21, 24. 25. *f)* Quae alii demum a 40. capite incipiunt. *g)* Nec audiendi sunt Talmudici, qui Viris Synagogae magnae (Ezrae & Collegis Haggaeo, Zachariae, Malachiae, Zerubabeli, &c.) elucubrationem huius & aliorum librorum, etiam Danielis & Estherae tribuerunt, quod extra terram sanctam permissum non fuerit vaticinia diuina conscribere. Vid. Tract. *Bababathra* c. 1. fol. 15. a. & *Schalschelleth Hakkab.* fol. 66. b. & 69. b.

indicat, sed aliunde colligendum relinquit *terminum a quo* numerauerit hos 30. annos, in varia abeunt docti viri *Lighfootus* namque in Chronol. p. 123. & *Maius* in Oecon. V. T, p. 1027. aliique, cum auctore *Schalschelet Hakkab.* f. m. 96. b. *ad ætatem Ezechielis, & annum vitæ eius trigesimum* id referunt: quo tempore Leuitæ & Sacerdotes ministerium suum alias adgrediebantur, vt legimus Num. 4, 23. 30 &c. Sicut etiam Christus Seruator noster Luc. 3, 23. Alii vero, vt *Vsserius* in Annal. V. T. & celeberrimi quidem Interpretes, *Iunius*, *Coccéius*, *Calouius* &c. *annum trigesimum Legis ab Hilkia repertæ*, & fœderis cum Deo, cultusque eius solemniter a Iosia instaurati, ac *Paschæ* solemnissime *celebrati*, intelligunt. Ita etiam Chaldæus interpres f. *Ionathan* addit; *a tempore, quo Hilkia, summus Sacerdos f. Pontifex, librum legis inuenerat* &c. 2 Reg. 22, 8. Quippe Iosias pascha illud celebrauit sec. 2 Reg 23, 23. anno regni sui *decimo octauo* ineunte *h*) adeoque post illud regnauit *quatuordecim annos*, *i*) coll 2 Reg. 22, 1. *Iojakimus* autem *vndecim*, 2 Reg. 23, 36. Adde his *quinque Iechoniæ* vel *Zedekiæ* annos ex Ezech. 1, 2. & prodeunt *triginta anni*: quos, dum *Kimchi* a *Iubilæo* numerat, *Raschi* ex *Seder Olam* cum præcedenti sententia istam, nescio qua ratione, coniungit in Comment. ad Ezech. 1, 2 Et sane tantorum beneficiorum solemnis recordatio facile Iudæis nouam annos numerandi rationem suppeditare poterat; in quam sententiam etiam confer *Præfat.* in Ierem. §. 7. Magis tamen cum aliis inclinamus *ad æram Nabopollassari*, quæ in Chaldæa, vbi Ezechiel scribebat, tum in vsu & notissima erat. Vid Ios. *Scaliger* de Emend. Temp. lib. 5. p. m. 218. Et *Vitringa*: Sic intelligendus est Ezechiel, (inquit) vbi Ipse auspicia ministerii sui consignans scribit *anno trigesimo*, eumque copulat cum *quinto deportationis* Iechoniæ v. 2. Si enim annis Nabopollassari 21. quot illi dantur in Canone Ptolemæi, subducas biennium, quod Nebucadnetzar cum Patre regnauit, inuenies, quos quæris, *annos XXX, ab initio Nabopollassari vsque ad deportationis Iechoniæ quintum*; in typo doctrinæ proph. p. 41. Conf. etiam Aegid. *Strauchii* Breuiar. Chronol. p. 515. seq Edit. Lips. 1708.

Stilus & modus proponendi.

§. XIV. Ceterum quod ad ingenium & doctrinam, item orationem ac stilum Ezechielis attinet, purus, tersus ac grauis eius sermo est, nihil habens, quod cum venustate Hebraicæ linguæ pugnet, vt temere etiam hic, sicut de Ieremia, censuit *Abarbanel* in præfatione sua ad h. l fol. 254. col. 1. sed pro re nata diligens est inculcatio per vocabula & phrases aptissimas, etsi nostro æuo difficiliores, & non vbiuis in ceteris libris Biblicis obuias. Mirum certe est, contrarium quibusdam visum esse, e. c. c. 12, 1. seqq. *Sed pronunciet quis illa omnia s. et. membra sua, paululum subsistens in singulis, & videbit* (vt recte Cl *Cocceius* ad c. 12. §. 6. notat) *omnia, vti oportebat, scripta esse.* Eo vtique valuit noster Propheta ingenio & eruditione, vt præterquam, quod incomparabili prophetiæ dono a Deo instructus esset, ob pulcherrimas sententias, illustres comparationes, magnam rerum multarum, inprimis eximiam militaris & ciuilis architecturæ cognitionem (vide c. 4, 1. 2. 3. & c. 40. ac seqq.) non cum Homero, vt male putauit *Grotius*, sed cum maximis & summis Prophetis sit comparandus: quod late etiam ostendit *Abarbinel* in Præf. ad Ezechielem fol. 353. Videatur quoque Io. *Mayeri* Dissertatio ad vltima capita Ezechielis p. 1. 2. Nec tamen apertis tantum *verbis* consilium Dei exposuit, sed quam plurima etiam *per figuras, symbola & typos* demonstrauit, quæ & illius ætatis homines in admirationem raperent, & omnium temporum ingenia exercerent. Sunt enim reuelationes, quas a Deo accepit, siue sublime fictionis ingenium, siue sensus sublimitatem spectes, plane mirabiles, & nullius humani tantum ingenii viribus, sine Spiritus S. gratia & verbo penitus intelligendæ aut peruiæ.

Exemplum ex primo viso capitis I. cuius describitur a) imago,

§. XV. Patebit illud vel vnico *exemplo primi visi*, c. 1. descripti, quo Deus eum dignatus est *ab initio vocationis ad extraordinarium & propheticum munus.* Omnium enim Iudæorum & Christianorum interpretum consensu inter emblemata prophetica nullum hoc ipso illustrius & nobilius, sed & nullum intellectu difficilius est, ac magis abstrusos recondit sensus. Quos vt eruerent, semper quidem a Viris doctis & piis laboratum est, non pari tamen ab omnibus successu; vt maxima ostendit Iudæorum & Christianorum Interpretum dissensio, quam hic breuitatis caussa non recensemus. Vid. B. Iac. *Thomasii* Dissert. de Insignibus IV. Euangelistarum, Lips. 1667. Nouissime autem, post solicitos harum rerum scrutatores Cl. *Cocceium* in Comment. in hunc librum, & doctissimum *Lightfootum* in descript. Templi Hieros. c. 38. T. I. Operum, p. 651-658. augustum hoc visum more suo solide considerauit doctissimus *Vitringa* in lib. 4. Obseru. Sacr. vbi c. 1. eius *imaginem* cum cura dispicit, capite vero 3. *sensum* eius f. mysticam significationem, studiose eruit. *Summa imaginis rerum*, quæ menti Prophetæ a Deo obiectæ sunt, ex descriptione Cl Viri loco cit. c. 1. p. 2. seq. huc redit: *Ezechielem, grauissimo muneri prophetico initiandum, per ἔκστασιν* vidisse *procellosum ventum* suscitatum *e septemtrionibus*; vento iunctum *fulgentissimi ignis splendorem, nube circumdatum*; ex igne vero prodiens *candens quid & eximie coruscans ad instar electri*; vnde formatæ sunt, Propheta vidente, species *quatuor animantium*, iunctarum totidem *Rotis*, alis suis *k*) sustinentium celsum quendam *thronum*, cui *Deus* humana forma, veluti Rex quidam aut Imperator insidebat. Animantes illæ compositæ erant ex quatuor præcellentium animalium, *Hominis*, *Aquilæ*, *Bouis* & *Leonis* speciebus: *l*) *quadruplicem* singulæ ad quatuor latera præferentes *faciem*; positura ceteroquin corporis (erecta &) ad *humanam* accedente; *pedibus*, quod ad infimam eorum partem, *vitulinis*; *alis* instructæ *quatuor*; binis manus, pedes & partes corporis minus conspicuas tegentibus, binis alis sursum elatis *m*) & iunctim sustinentibus solium diuinæ maiestatis. Animantibus aderant (earumque basin sustinebant) *quatuor Rotæ*, spectatæ altitudinis totidem rotas, ex transuerso f. decussatim eas secantes complexæ; apsidibus instructæ & præterea *oculis humanis*, in iisdem adparentibus, conspicuæ. Simul autem tam Rotæ, quam Animantes acutissimo *fulgore*, ad instar *æris candentis*, *chrysolithi* aut *carbonum ignis*, corruscabant; eædemque simul *rapidissimo* agitabantur *motu*, seorsum, vorsum, sursum, deorsum: vno *eodemque Spiritu*, qui Animantes mouebat, ipsas quoque *agente rotas*. Mouebantur autem recta, ita vt mouendo se nunquam ad aliam cæli plagam conuerterent, aut situm suum mutarent: idque tanto cum *strepitu*, quantum *aquarum concitatarum fluctus*, *vehementiora tonitrua*, aut maiores *exercitus*, ad prælium instructi, edere solent. Hæc præcipua sunt, quæ ab Ezechiele binis distinctis temporibus (*anno* videlicet exilii sui *quinto*, c. 1, 2. & *sexto*, c. 10. coll. c. 8. 1.) visa narrantur. Quæ, quam sint admiranda & omni attentione dignissima, quisque me non monente facile videt. Hactenus verba doctissimi Viri de imagine f. emblemate prophetico.

b) Significatio mystica.

§. XVI. Quod vero ad *mysticam eius significationem* attinet, certis hypothesibus, iisque erudite adstructis, ipse quoque ostendit l. c. capite 2. per *insessorem* currus *Deum*, *n*) per *thronum* f. *solium* eius, quod animantes sustinebant, *regnum Christi*, cum typicum in V. T. tum spirituale in N. T. & per *Animantia* non tam *Angelos ministratiuos* (vt alioqui sentit etiam Dn. D. *Maius* in Oecon. V. T p. 1028.) aut 4. *Archangelos*, vel 4. tantum *Euangelistas*, quod veteribus placuit; nec tamen etiam totam sanctorum *Ecclesiam*, quod putauit *Cocceius*; sed *excellentissimos & extraordinarios omnium ætatum ministros Dei*, in N. T. præsertim Apostolos & Apostolicos viros; per *Rotas* autem *ordinarios verbi diuini Doctores*; quibus ceu instrumentis Deus in stabiliendo & promouendo regno suo, in his terris vtitur, in S. Iohannis Apocalypsi per 24. *presbyteros* repræsentatos, intelligi. *o*) Siquidem hæc *quatuor Animalia* in tota illa visione Iohannis c. IV. Apocalypseos *p*)

† † 2 con

h) *Mense* enim *primo* Pascha celebrandum fuit, ex lege Exod. 12, 1. seqq. *i*) Quibus *Ioachazi* duos vel tres menses includimus, ex 2 Reg. 23. 31. *k*) Vel capitibus, v. 22. 26. *l*) Quarum figuras etiam in quatuor vexillis primariis Israelitarum quondam expressas fuisse tradunt Hebræi. Vid. *A. b. Ezra* ad Num. 2, 2. vbi verba eius sunt: *Dixerunt Maiores nostri. quod in vexillo Rubenis expressa fuerit forma Hominis -- in vexillo Iudæ Leonis -- in vexillo Ephraimi Bouis -- in vexillo Danis Aquilæ, ita vt exhibuerint formam Cheruborum, quos vidit Ezechiel Propheta.* *m*) Vel recta extensis, & iunctis cum sociorum alis. *n*) h. e. Christum f. *Filium Dei*, coll. Esa. 6, 1. seqq. Ioh. 12, 41. *o*) Ita *Calouio* in Prolegom. ad h. librum significat *currum Euangelii Christi, in quo per ministerium Euangelii, Spiritus Sancti vehitur in omnes terræ partes.* *p*) Quæ vtique ad hanc Ezechielis conformata est: etsi alii aliud sentiunt.

coniunguntur cum cœtu *Presbyterorum* q) & *Angelis* non modo, sed & *omnibus Angelis* diserte contradistinguuntur Apoc. 7, 11. & inprimis Apoc. 5, 9. 10. 12. vbi totus cœtus cælestis, qui erat coram throno, in *duos choros* s. classes diuiditur: Alterum constituebant *Animalia & Presbyteri*, v. 8. alterum *Angeli*, v. 11. Immo in doxologia, quæ Animalibus & Presbyteris tribuitur, *Animalia cum Presbyteris* agnoscunt & celebrant maximum illud *beneficium redemtionis per sanguinem CHRISTI, quod sibi obtigisse prædicant*, v. 9. & quæ plura post *Lightfootum* l. c. p. 656. cum in Obseruationibus sacris, tum in Commentario ad Apoc. 4, 6. vrget Vir solide doctus. Quorum argumentorum vim & robur vti lubenter agnoscimus; ita tamen hæc omnia comparata sunt, vt nondum audeamus, aduersus veteres aliosque audacius quidquam pronunciare vel simpliciter eorum sententias reiicere. Nam de IV. *Euangelistis* certum est, ex ipsius quoque doctissimi Viri sententia, quod & illi ad ordinem excellentium Dei ministrorum referendi sint; & quod aliis placet de IV. *Archangelis*, etsi ex Scripturis non constat nobis, nisi de vno *Archangelo*, Filio Dei; r) certum tamen ex diuinis libris est, quod inter ipsos etiam angelos sit diuersitas quædam & ordines certi, coll. Eph. 1, 21. Col. 1, 16. etsi nostrum non est, temere sine diuina reuelatione eosdem definire. Atque vt in Regno suo Christus & inter homines hominibus ministris vtitur, ita quoque non minus vtitur ministerio Angelorum ἐν ἀοράτοις, Col. 1, 16. illi quippe sunt πνεύματα λειτουργικὰ, ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν, vt docet Apostolus Hebr. 1, 14. Nec minus fit voluntas Dei in cælis, quam fieri eam optamus in terris. præsertim quum non solum alibi, vt in Ps. 18, 11. & 80, 2. & 99, 1. Deus & Christus Dominus noster super *Cherubim* vehi dicatur, & super Arca fœderis gloria Eius a Cherubim sustentata fuerit; sed & nostra *Animalia* expresse *Cherubim* nominentur infra Ezech. 10, 20. Quod licet sententiæ suæ obesse non putat cum *Cocceio* Vir doctissimus in Obseruu. S. l. c. p. 35. §. 31. quod *Cherubes* esse possint, & vere sint, *symbola omnium Dei ministrorum*, qui summa cum promtitudine, sinceritate & studio diuinæ gloriæ, Dei iussa exsequantur &c. nihil tamen impedit, quo minus etiam sub hac visione Prophetæ simul ostensum putemus, *quomodo etiam ab Angelis & cælesti exercitu promtissime fiat voluntas Principis sui, quemadmodum fieri eam vult a sanctis & ministris suis in his terris*: cum reuera sit inter hæc iusta analogia & conformitas, vt nec ipsemet diffitetur, sed probat Vir doctissimus. Difficulter sane persuademur, non proxime Angelos sub *Cheruborum* nomine esse intelligendos. Cumque *Cherubim* s. Angeli alibi etiam tq. Dei vehiculum repræsententur, vt ex scripturis modo citatis probauimus, quid obest, quo minus etiam hoc loco? Certe locus, in quo nomen *Cherubim* in S. litteris immediate de *hominibus* dicatur, nuspiam nobis succurrit. Præterea *scopus & argumentum* huius primæ & II. Visionis proxime *non tam de regno Dei sub N. T. agit, quam de Iudæorum euersione per Babylonios*, etsi neque sic negamus, figuratum esse, quale illud futurum esset. Et quamuis per *Animalia & Rotas* non figurata sit tota sanctorum Ecclesia, quod Cl. *Cocceius* existimauit, nullus tamen sanctorum aut fidelium seruorum Christi eiusque membrorum excludi ab huius totius Quadrigæ consortio poterit; si vere, quod cum Viro doctissimo credimus, *Regnum Christi* hisce symbolis figuratum fuit. Ita sane adplicationem piam & suauem ad omnes pias & sanctas animas huius primi visi habet B. ille *Macarius* in Homilia I. quam lectoribus nostris merito etiam commendamus.

De adnotationibus nostris. §. XVII. Quod ad *adnotationes* nostras in hunc librum attinet, in eo illustrando adiutor nobis fuit Pl. Rev. & Cl. M. *Abrahamus KALL*, socius quondam noster ab initio huius laboris; quemadmodum constat ex *Dissertatione*, quam dudum exhibuit publico *de Codicibus Bibliorum MSS.* nunc minister verbi diuini Charlottenburgi in vicinia Regiæ vrbis Berolini. Eius itaque industriæ debentur cum alia, tum maximam partem, quæ ex aliis auctoribus & interpretibus, ex *Poli* Synopsi, *Cocceii* Commentario, & *Bocharti* Hierozoico adnotata hic sunt. Substitit tamen Vir Cl. ad XXXIX. huius prophetiæ caput, vocatione ad munus illud pastorale, aliisque curis ab huius laboris continuatione impeditus; nobisque vt in ceteris nonnulla, ita in vltimis illis capitibus omnia in solidum elaboranda reliquit. Vnde, etiam ob temporis penuriam, de significatione mystica vltimæ illius visionis non, nisi pauca, subinde notauimus: cum, quia difficile erat, breuibus verbis totius istius sancti ædificii partes in adplicatione dilucide monstrare: tum, ne rerum multitudine plane obruerentur incipientium studiosorum animi, qui satis occupati iam sunt, si spectanda & animo concipienda sit admirabilis illius structuræ symmetria. Consuli vero de vberiore adplicatione poterunt Interpretes, & peculiari de hoc Templo commentario *Hassenrefferus*; vel crescente profectu in cognitione & sensu veritatis diuinæ, ex collatis inter se ipsius Scripturæ S. locis hæc illustrari magis poterunt, & tum aliorum quoque meditationes adhiberi. Vti enim *Ecclesia Christi Dei Templum est, sic ipse Christus est Altare, ipse etiam sacerdos & sacrificium*; quod ex *Brentio* nostro ad Lev. 1, 3. iam monuimus. Ceterum *Kallius* noster in notis suis constanter consuluit *Schmidii* versionem Latinam, *Iunii & Tremellii* Biblia, nec non (ex *Poli* Synopsi) *Iunii* commentarium posthumum in Ezechielem. Hunc, vt a Iunii Bibliis distingueret, per *Iun.* vel *Iunium*; Biblia vero per *Tremell.* vel *Iun. & Tremell.* allegauit. Euoluit quoque non tantum *Poli Synopsin*, sed ipsos etiam *Criticos sacros*: quod subinde profuit ipsi ad dubia vel errata Poli corrigenda. Præterea *Cocceii* Lexicon & comment. in Ezechielem, *Gussetii* Lexicon, *Maii* Oecon. V. T. *LXX Interpretes*, Targum *Ionathanis*, Versionem *Syriacam*, & *Rabbinicos* commentatores, *Bocharti* Hierozoicon & Geographiam S. *Pfeifferii* dubia vexata, & *Glassii* Philologiam S. cuius tantum paginas ex *nouissima edit. Lipsiensi* per compendium citamus. Auctores tamen non vbique & semper adscripsit, quorum aliquot verba adducta sunt: vbi namque facilia habuerunt & cuiuis obuia, suffecit, rem verbis vel ipsorum (iisdemque vel retentis, vel ex parte mutatis) vel propriis expressisse, sine illorum nomine. Neque etiam omnium Interpretum nomina, quos in hanc vel aliam explicationem conspirantes inuenit, adposuit, sed contentus fuit vno alteroque præcipuo; addito sæpissime, *aliique*. Aliquando latine etiam ea reddidit, quæ facilia videri possunt, vt difficiliora connecteret, vel nexum & cohærentiam textus, aut discrimen temporum & verborum Hebraicorum, variasque significationes seu connexiones *præfixi Vau* &c. vocula quadam aut particula subindicaret; quod tironibus non semper patet. Circa *varias interpretum sententias*, quas interdum adduxit, moneri hic voluit Ben. Lectorem, eas sæpe ita comparatas esse, vt vna alteram non tollat, sed apte *coniungi* vel *subordinari* possint; quod subinde ad ipsum quoque textum indicauimus. Vnde in talibus tantum abest, vt attenti lectoris animus eiusmodi diuersitate confundatur, vt meditatio potius adiuuetur. In iis vero, quæ omnino discrepant, nec simul consistere possunt, iudicium nostrum non raro interposuimus, & nihilominus pii & prudentis lectoris arbitrio tandem reliquimus, in qua sententia rectius putet sibi acquiescendum in talibus esse. Si vero vnus & alter Interpretum, quem allegauimus, sub citatis phrasibus aut verbis singulares suas foueat vel tegat hypotheses, eas nemo æquioris animi *Kallio* nostro tribuerit. Duo namque cum idem adhibent verbum, non idem tamen dicunt, si constat de diuerso eorum scopo ac sensu. Sed & hæc monuisse, satis sit.

Conclusio Præfationis. §. XVIII. Faxit DEVS T. O. M. & Dominus noster IESVS CHRISTVS, cuius iudicia, regnum & gloria hic describuntur, vt ita spectemus hæc mirabilia ipsius, ne mente nostra in vanas aut inutiles cogitationes aberremus; sed gratia ipsius adiuti ita hæc omnia consideremus, quo & nos, per veram fidem, Spiritu ipsius animati, ducamur sec. voluntatem ipsius, eandemque faciamus hic sub gratia, & illic in gloria æterna per omnia sæcula. Amen!

q) Pro quibus hic *Rotæ* sunt, vt diximus. r) Quamuis Iudæi, vt ipse quoque Vir Cel. obseruauit, in Pirke Eliezeris c. 4. & alibi subinde omnes Angelos in 4. classes distribuunt, quæ singulæ suum habeant Principem, *Michaelem, Gabrielem, Vrielem & Raphaelem*.

LIBER EZECHIELIS,

LIBER EZECHIELIS,

Hebr.

יחזקאל

CAP I, v. 1. a) *Et factum est.* Ita Hebræi non solum posteriores libros præcedentibus annectunt, vt Ios. 1,1. Iud. 1,1. 2 Sam. 1,1. sed etiam de integro incipiunt. vid. 1 Sam. 1, 1. Ruth. 1, 1. Esth. 1, 1. b) *anno trigesimo;* scil. ætatis Ezechielis; vel potius reformati cultus a Iosia; aut ab initio Nabopollassari, patris Nebucadnezaris vid. Præf. §. 13. c) *in quarto*, sc. mense. cf. c. 8, 1. c. 20, 1. Ion. & Kimchi: *mense Tammus*, i. e. *Iunio.* d) *in quinto*, sc. die. cf. c. 24, 1. c. 40, 1. e) *cum ego essem*, abductus cum Rege Ioiachin v. 2. cf. not. 2 Reg. 24, 15. 16. f) *in medio turbæ captiuæ* s. deportatorum. c. 3, 11. 15. c. 11, 24. pius cum impiis & hypocritis, instar talis. c. 2, 5. 6. c. 12, 2. Matth. 5, 13. vt esset, qui doctrina sua pios solaretur, & exules contineret in officio. cf. Præf. §. 4. g) cf. Ps. 137, 1. h) nomen fluuii v. 3. c. 3, 15. c. 10, 15. sec. nonnullos *ab aquarum copia* sic dicti. vid. *Castelli* Lex. col. 1672. De Euphrate ad exponit *Kimchi.* Intellige vero *alueum Euphratis*, a *Chobare* præfecto sic appellatum, qui fossam regiis auspiciis (vnde etiam *Nahar Malca* dictus est) ex Euphrate in Tigrim deduxit, ne præcipiti cursu Babylonem infestaret. vid. *Plin H. N.* Lib. 6. c. 26. & *Boch.* Phaleg p. 39. cf. etiam not. 1 Reg. 17, 6. Alii *fluuium Mesopotamiæ* intelligunt; qui Ptolemæo *Chaboras*, Straboni *Abor-ras* dictus est. cf. *Nold.* ad Conc. Part. p. 994. i) cf. Apoc. 4, 1. c. 19, 11. Ioh. 1, 52. Act. 7, 56. Sic Christus anno 30. ætatis iuxta fluuium in Iudæa cælos apertos habuit Matth. 3, 16. *Lightf.* k) *&* *vidi*, sc. in ecstasi, vt plerique sentiunt, coll. Act. 10, 10. 11. At *Gurtler.* in Theol. Proph. p. 15. *Corporeis*, inquit, *oculis vidit* Propheta (quasi) currū a 4. animalibus tractū & Schechina s. Filium Dei vehentem. cf. not. Es. 6, 1. l) h. e. *diuina* & a Deo exhibita *visa*. c. 40, 2. ℣. 2. m) *Quinto*, in-

Cap. I.

הפטרה ליום א׳ של שבועו׳

א וַיְהִי ׀ בִּשְׁלֹשִׁים שָׁנָה בָּרְבִיעִי בַּחֲמִשָּׁה לַחֹדֶשׁ
וַאֲנִי בְתוֹךְ־הַגּוֹלָה עַל־נְהַר־כְּבָר נִפְתְּחוּ
2 הַשָּׁמַיִם וָאֶרְאֶה מַרְאוֹת אֱלֹהִים׃ בַּחֲמִשָּׁה לַחֹדֶשׁ הִיא
3 הַשָּׁנָה הַחֲמִישִׁית לְגָלוּת הַמֶּלֶךְ יוֹיָכִין׃ הָיֹה הָיָה דְבַר־
יְהוָה אֶל־יְחֶזְקֵאל בֶּן־בּוּזִי הַכֹּהֵן בְּאֶרֶץ כַּשְׂדִּים עַל־
4 נְהַר־כְּבָר וַתְּהִי עָלָיו שָׁם יַד־יְהוָה׃ וָאֵרֶא וְהִנֵּה רוּחַ
סְעָרָה בָּאָה מִן־הַצָּפוֹן עָנָן גָּדוֹל וְאֵשׁ מִתְלַקַּחַת וְנֹגַהּ
ה לוֹ סָבִיב וּמִתּוֹכָהּ כְּעֵין הַחַשְׁמַל מִתּוֹךְ הָאֵשׁ׃ וּמִתּוֹכָהּ

Ooo ס א דמות

quam, die quarti *mensis* v. 1. n) Erat autem *ille* &c. Parenthesis ad finem versus. o) *annus quintus.* cf. annum *sextum* c. 8, 1. *septimum* c. 20, 1. *nonum* c. 24, 1. *decimum* c. 29, 1. *vndecimum* c. 26, 1. &c. ac vide Præf. §. 13. & ad hanc temporis circumstantiam Præf. §. p) *post transmigrationem*; non enim captus, vrbe superata, sed voluntate se tradens, ductus est in Babylonem. cf. Præf. in Ier. §. 10. 12. q) *Ioiachin* s. *Iehoiachin* 2 Reg. 24, 8. qui etiam *Iechonia* Ier. 24, 1. & *Coniahu* dicitur Ier. 22, 24 28 diuersa nominis forma, sed eadem significatione, q. d. *stabiliet Dominus.* ℣. 3. *Expresse factum est.* Locutio *emphatica*, ad rei veritatem amplius confirmandam, & in mentibus lectorum vehementius obsignandam. cf. Gen. 15, 13. 1 Reg. 13, 32. &c. s) Quod prius *visiones*, nunc *verbum Dei* vocat; np. prophetiam, quæ tam visiones, quā verba & iussa diuina continet: estque simul hic *titulus* s. *inscriptio totius libri.* cf. Hos. 1, 1. Ion. 1, 1. Zach. 1, 1. t) vid. Præf §. 1. u) *sacerdotis.* cf. iterum Præf. §. 3. & Ier. 1, 1. it. Præf. in Ierem. §. 3. x) *in terra Chaldæorum.* i. e. sec. *Iun.* aliosque in Mesopotamia, Chaldææ parte; quia & ibi Chaldæi reges firmauerant imperium suum. Immo *inferiora Mesopotamiæ* non raro Chaldææ nomen induunt, sicut superiora Babyloniæ, Mesopotamiæ nomen. *Cellarius* Geogr. antiq. p. 213 y) vid. not. ad v. 1. z) *fuit que super eo*, efficax scil. & fecit, vt videret, quæ alii non viderunt; deinde, vt omnium, quæ viderat & audiuerat, meminisset, & vt intelligeret mentem Domini, ac mandata ipsius faceret. *Cocc.* a) *ibi*, in terra Chaldæorum. cf. Præf. §. 4. b) c. 8, 1. 1 Reg. 18, 46. Ion. *Spiritus prophetiæ a facie Domini.* *Raschi*: præualuit ipsi prophetia, etiam inuito. cf. infra c. 3, 14. ℣. 4. c) *Vidi vero* v. 1. (1) e nube & igne 4. *Animalia*, (2) cum iis coniunctas *Rotas* v. 15. (3) super illis *Expansum* v. 22. (4) *Thronum*, & in eo *sedentem* Filium Dei v. 25. d) *& ecce!* Est excitantis & confirmantis, vt v. 15. c. 40, 3. I. r. 31, 8. e) *ventus procella.* Raschi: Currus erat solii gloriæ Schechinæ Domini; quia autem veniebat cum excandescentia ad perdendum Israelem, ideo vento procellæ & nubi adsimilatur. cf. 1 Reg. 19, 11. Iob. 38, 1. item Ez. 17, 10. Ier. 4, 11. 12. f) i. e. sec. *Raschi*, ex terra Chaldæorum, quæ Iudææ aquilonaris erat, vel media inter orientem & septemtrionem. cf. not. c. 9, 2. & Ier. 1, 14 g) *nubes magna*, quales in vehementi tempestate solent. cf. Ier. 4, 13. Ps. 97, 2. *Grotio* exercitus Chaldæorum, *Coccejo* status miser, plenus tristitiæ & obscuritatis. cf. infra c. 30, 3. Ioel 2, 2. h) *& splendor* s. *fulgor* erat *ei*, nubi. v. 27. 28. Ps. 18, 13. ab igne interlucente. i) *circumquaque.* v. 18. 27. 28. Tota huius visionis species nata est ex *tempestate in septentrionibus orta.* quod omnino referendum videtur ad iudicium Dei in Iudæos, a Chaldæis ex septemtrione in ipsos deuoluendum; inquit *Vitringa* in Obs S. lib. 4. c. 2. p. 28. k) *& e medio eius*, sc. *ignis* (vt in fine versus) splendor effulsit. l) *sicut adspectus.* De inanimatis dicitur; v. 7. 16. 22. 27. c. 8, 2. Num. 11, 7. Dan. 10, 6. דמות autem de re viua v. 5. 10. 13. Dan. 10, 16. & inanima v. c. de folio infra v. 26. it. c. 8, 2. c. 10, 1. 2 Reg. 16, 10. Ps. 58, 5. m) S. *prunæ*, al. *fulgoris*, *LXX.* *electri*, Hiller. *fulguris* &c. (3) v. 27. c. 8, 2. At *aurichalcum*, nobilissimum æs, auro concolor, & æqualis cum auro pretii, intelligendum esse, copiosissime probatum iuit Bochart. Hieroz. II. p. 871. seqq. Conf. hic v. 7. & Dan. 10, 6. vbi *æs tersum* dicitur: it. χαλκολίβανον Apoc. 1, 15. c. 2, 18. n) e *medio ignis fulgentis*: ad aurichalcum namque per accentus referendum est. ℣. 5. o) *E medio etiam ignis* v. 4.

℣. 2. הַחֲמִישִׁית *defect.* seq. *Dag.* 6. 9. sec. *Mas.* *impr.* Leu. 19, 25. & Ier. 36, 9. sed contra *Erff.* h. l. & *Ber.* præter *Ind.* *Bas.* f. 60. col. 7. ℣. 4. עָנָן cum *Psk* 5. 6. 8. 9. 12. 13. 17—20. הַחַשְׁמַל per *Kam.* 2, 6. 9. 10. 14. 20. sic su. 5. contra *Mas.* 1. & *Erff.*

דְּמוּת אַרְבַּע חַיּוֹת וְזֶה מַרְאֵיהֶן דְּמוּת אָדָם לָהֵנָּה׃
6 וְאַרְבָּעָה פָנִים לְאֶחָת וְאַרְבַּע כְּנָפַיִם לְאַחַת
7 לָהֶם׃ וְרַגְלֵיהֶם רֶגֶל יְשָׁרָה וְכַף רַגְלֵיהֶם כְּכַף
8 רֶגֶל עֵגֶל וְנֹצְצִים כְּעֵין נְחֹשֶׁת קָלָל׃ וִידֵו אָדָם
מִתַּחַת כַּנְפֵיהֶם עַל אַרְבַּעַת רִבְעֵיהֶם וּפְנֵיהֶם
9 וְכַנְפֵיהֶם לְאַרְבַּעְתָּם׃ חֹבְרֹת אִשָּׁה אֶל־אֲחוֹתָהּ
כַּנְפֵיהֶם לֹא־יִסַּבּוּ בְלֶכְתָּן אִישׁ אֶל־עֵבֶר פָּנָיו יֵלֵכוּ׃
10 וּדְמוּת פְּנֵיהֶם פְּנֵי אָדָם וּפְנֵי אַרְיֵה אֶל־הַיָּמִין
לְאַרְבַּעְתָּם וּפְנֵי־שׁוֹר מֵהַשְּׂמֹאול לְאַרְבַּעְתָּן וּפְנֵי־נֶשֶׁר
לְאַרְבַּעְתָּן׃

ויִדי קרי

digereot, quibus faciem, vt illi(s) tegerent. Nolunt n. veri Ministri Christi ἐμβατεύειν, ἃ μὴ ἑώρακασι Col. 2, 18. sed binis expansis volabant s. pergebant, binis aliis manus (quas sub alis habebant, vid. v. 8. c. 10, 8. 11. Es. 6, 6. Apoc. 15, 7.) & inferiores corporis partes tegebant. v. 11. 23. y) *vnicuique illorum*, vel *singulis ipsis* erant. Es. 19, 18. ℣. 7. z) *Pedes vero eorum.* Suffixum *masc.* ad rem præcedentem respicit, non ad formam nominis *Animalium.* cf. not. Hos. 10, 5. a) q. d. vnusquisque eorum *pes rectus* erat. v. 13. non curuus aut labantibus genibus. Es. 35, 3. b) *&* vola s. *planta* pedis eorum. cf. Es. 1, 6. Deut. 2, 8. c. 28, 56. &c. c) erat sicut *planta pedis vitulini*, rotunda nempe & omni parte sibi similis: cum *pes humanus* in longum porrectus, & certæ semper regioni cæli oppositus sit; a qua si homo se conuertere velit, necesse habet pede suo circumagi. *Vitringa* Observ. S. lib. 4. p. 20. Et quamuis *Animal* quodque haberet *Leonis vultum*; tamen non habebat leonis pedes & vngues, ad laniandum factos, nec *Aquilæ*, &c. Cocc. d) *& splendentia* erant, seu *splendebant* pedes eorum (1) cf. Es. 1, 31. e) *instar æris.* vid. not. v. 4. & c. 40, 3. f) *tersi, lauigati, politi.* (1) Dan. 10, 6. al. *candentis*, coll. Apoc. 1, 15. ℣. 8. g) *Et manus humana*; vel in singulari, *Et manus humana.* vid *Hillerus* de Kri p. 110. & 285. h) erant *sub alis eorum.* cf. not. ad v. 6. & c. 10, 8. 11. &c. Humana operatio significatur, quæ decet imaginem Dei. Cocc. vel sec. *Maii* Oecon. p. 1013. *manus* representant agilitatem & aptitudinem ad obeundas sui muneris partes, i) *in quatuor quartis* seu lateribus *eorum* (6) v. 17. c. 43, 16. 17. k) *& sic vultus sui & alæ quatuor.* v. 6. l) *quatuor ipsis* & singulis erant, vt etiam dictum est v. 6. Omnia namque ἰσόμα habebant. Cocc. ℣. 9. m) Ita vt *iunctæ* essent alæ eorum. v. 11. Ex. 26, 3. n) i. e. *vna ad alteram.* vid. v. 23. c. 3, 13. Ex. 26, 3. 5. 6. 17. quod concordiæ & vnionis in efficiendis iussis Domini symbolum erat. coll. Ex. 25, 20. 1 Reg. 6, 27. o) *non vertebant sese* v. 12. 17. c. 10, 11. 16. ό. οὐκ ἐπεστρέφοντο. cf. Luc. 17, 31. Poterant enim ire in omnes partes, h. e. progredi, regredi; pergere ad dextram aut sinistram; quocunque spiritus ea flectebat. Omnia enim ipsis anteriora erant, quia quaqua versum faciem habebant. v. 6. p) *cum irent* & loco se mouerent. v. 11. 12. 17. cf. Prou. 4, 25. 26. Phil. 3, 13. 14. q) sed *quodque* s. *singula* Es. 47, 5. c. 53, 6. r) q. d. *ad plagam aduersam faciei suæ*, h. e. *recta ante se*, non obliquo aut circulari motu, *pergebant.* v. 12 c. 10, 22. cf. Ex. 28, 26. Ios. 22, 11. ℣. 10. s) *Porro quod ad* figuram s. *similitudinem vultus eorum attinet.* v. 4. 5. 13. t) *facies hominis* s. *humana.* c. 10, 14. sc. ab anteriore parte. symbolum humanitatis, clementiæ, moderationis & prudentiæ, quibus hi Ministri Dei se commendarent. *Vitringa* ad Apoc. 4, 7. p. 251. u) *& facies leonis* s. *vultus leoninus* c. 10, 14. Quo notatur egregia illa animi præcellentium Ministrorum Christi adfectio, qua nulla habita ratione periculorum sibi vndique imminentium, acti a spiritu Dei, instar heroum, animo excelso & *generoso* (נָדִיב) se mundo & diabolo fortiter opponerent. *Vitringa* ibid. p. 250. Conf. Es. 31, 4. Prov. 28, 1. c. 30, 29. & 1 Par. 12, 8. x) *ad dextram* Ios. 17, 7. y) *quatuor illis* erant. v. 8. 16. vt adeo singula Animantia *quatuor* habuerint *vultus*; cum respectu ad quatuor climata cæli, & quæ secundum ea censentur, *quatuor* partes huius orbis terrarum, in quibus esset sedes Regni Christi, (cf. c. 42, 16. seqq.) & illi suo fungerentur officio. *Vitringa* d. l. p. 250. z) *facies* autem *tauri* s. *bouis.* Quo significatur, fore hos Christi Ministros in opere & officio suo peragendo constantes, adsiduos, rectos, laboriosos, & ad magnos labores egregie paratos. Sic *cornua* bouis robur & fortitudinem notant Deut. 33, 17. Ceterum hæc *facies* infra c. 10, 14. *Cherubi* fuisse dicitur. Vnde *Bochartus* colligit, Cherubos diuersorum quidem animalium formas varias expressisse, sed ita, vt propius ad bouis speciem accesserint. Caue tamen hic tibi boum figuram imagineris. Corpora enim horum Animalium humana & erecta fuerunt v. 5. præter *plantam* pedum, quam vitulinam habuerunt v. 7. a) 2 Par. 3, 17. sic in omnia parati. v. 6. cf. 2 Cor. 6, 7. & 1 Par. 12, 2. b) *tandem* etiam a tergo *facies aquilina*; pernicitatis, perspicaciæ & diuinæ sagacitatis symbolum. cf. Es. 40, 31. Iob. 39, 27. seqq. Matth. 24, 28.

p) emicabat vel nascebatur *figura* s. *species.* v. 1. 2 Par. 4, 3. cf. modo not. ad v. 4. q) *quatuor Animantium* s. *Animatorum*, quæ ob varietatem & excellentiam suarum attributorum, figura mirabili, terribili, & plane paradoxa, in hoc emblemate exhibentur. De significatione mystica vid. Præf. §. 16. Numerus enim *quaternarius mysticus* est & numerus vniuersitatis; cum respectu ad 4. plagas mundi, per quas & vniuersum orbem terrarum Regnum Dei s. Ecclesia Christi sub N. T. esset diffundenda; *Animalia* autem s. *Animata* vel Angeli, vel alii excellentes ministri Dei dicuntur, quibus in regno suo stabiliendo & promouendo vtitur, quod in iis esset *vita* s. principium veræ & continuæ actuositatis, quæ *fidei* est & *spei*, coniuncta cum adfectu puri & ardentissimi *amoris* in Deum, Christum & sanctos: quæ vita a spiritu Dei in iis producta erat & continuo fouebatur. vid. *Vitringa* ad Apoc. 4, 6. p. 244. & 249. seq. r) *quorum animantium hæc species* s. *adspectus erat.* v. 13. 16. c. 10, 10. 22. Dan. 1, 13. 15. s) *forma* nempe *hominis* v. 10. t) *illis* erat; ita vt formam humanam figura sua exprimerent, nec vt bestiæ depressa, sed erecta essent.

℣. 6. u) *Quatuor tamen facies vnicuique erant*: vt prompti statim & parati essent hi Ministri Dei, ad iussa Domini in omnes partes capessenda; statimque viderent, quæ ubivis agenda essent. x) *& quatuor alæ* : non sex, vt Es. 6, 2. Apoc. 4, 8. quod hic subter thronum Dei stantes binis non indi-

℣. 10. מהשמאול sic plen. cum Vau ʃ. 7. 8. 13. 22. 23. 24. & sic se. 5. sec. Mas. impr. & Erf. Alii defect.

℣. 11. c) q. d. *Et ha quidem erant facies eorum. d) alæ vero eorum* superiores *separatæ* f. *diiunctæ* (ı) cf. Gen. 2, 10. c. 13, 9. 11. 14. &c. Vel, mutata *dentali* littera in *lingualem*, *passæ* f. *expansæ erant*. coll. 1 Reg. 8, 7. c. 6, 27. 2 Par. 3, 13. &c. e) *sui eius, superne* v. 22. 26. c. 10, 19. nam inferiores alæ ad tegendū corpus contractæ erant. f) *vnicuique* enim animanti. v 9 g) *binæ* extensæ erant ad volandum f. pergendum, vt ad v. 6. dicimus. quas, etiam cum subsisterent, remittebant f. contrahebant v. 24. h) *iunctæ alteri* v. 9. quemadmodum etiam in Templi adyto Cherubi alas iungebant 1 Reg 6, 27. i) *binæ autem tegebant* v. 23. k) *corpora* v. 23. *& pedes eorum* Ef. 6, 2.

℣. 12. l) *Singula inquam* &c. Repetuntur hæc ex præced. v 9. vt hic novi quid addatur, nempe *caussa motus*; quæ erat Spiritus Christi, qui omnes excellentes Dei ministros animat. Conf. not. 2 Sam. 3, 7. Hof. 12, 5. & infra ad c. 3, 11. m) *quocunque*. Ion. & Syr. *ad locum*, *quo* erat. vid. v. 20. Num. 33, 54. Ruth. 1, 16. n) *Noldius* aliique: *quo erat animus eundi*; quod ille ad Conc. Part. p. 819. nota 355. pluribus probandum fuscipit. At S. *quorsum erat Spiritus ad eundum*. quod merito præferimus. Erat namque *Spiritus Christi*, qui omnia hic animabat, vt diximus. cf. v. 20. 21. o) eo promtissime *ibant* p) ficut dictum est. v. 9.

℣. 13. q) *Quod autem ad similitudinem* f. *speciem Animantium* attinet, de qua etiam dictum est v. 4. fqq. r) color & *adspectus eorum* v 5. 16. De genere suffixi vid. not. ad v 7. s) erat *ficut prunarum ignis* Leu.

11 לְאַרְבַּעְתָּן׃ וּפְנֵיהֶם וְכַנְפֵיהֶם פְּרֻדוֹת מִלְמָעְלָה לְאִישׁ
שְׁתַּיִם חֹבְרוֹת אִישׁ וּשְׁתַּיִם מְכַסּוֹת אֵת גְּוִיֹּתֵיהֶנָה׃
12 וְאִישׁ אֶל־עֵבֶר פָּנָיו יֵלֵכוּ אֶל אֲשֶׁר יִהְיֶה־שָׁמָּה הָרוּחַ
13 לָלֶכֶת יֵלֵכוּ לֹא יִסַּבּוּ בְּלֶכְתָּן׃ וּדְמוּת הַחַיּוֹת מַרְאֵיהֶם
כְּגַחֲלֵי־אֵשׁ בֹּעֲרוֹת כְּמַרְאֵה הַלַּפִּדִים הִיא מִתְהַלֶּכֶת
14 בֵּין הַחַיּוֹת וְנֹגַהּ לָאֵשׁ וּמִן־הָאֵשׁ יוֹצֵא בָרָק׃ וְהַחַיּוֹת
טו רָצוֹא וָשׁוֹב כְּמַרְאֵה הַבָּזָק׃ וָאֵרֶא הַחַיּוֹת וְהִנֵּה אוֹפַן
16 אֶחָד בָּאָרֶץ אֵצֶל הַחַיּוֹת לְאַרְבַּעַת פָּנָיו׃ מַרְאֵה
הָאוֹפַנִּים וּמַעֲשֵׂיהֶם כְּעֵין תַּרְשִׁישׁ וּדְמוּת אֶחָד
לְאַרְבַּעְתָּן וּמַרְאֵיהֶם וּמַעֲשֵׂיהֶם כַּאֲשֶׁר יִהְיֶה הָאוֹפַן
17 בְּתוֹךְ הָאוֹפָן׃ עַל־אַרְבַּעַת רִבְעֵיהֶן בְּלֶכְתָּם יֵלֵכוּ לֹא
יִסַּבּוּ

Ooo 2 סב

Leu. 16, 12 t) *ardebant* namque animantia (cf. Pf. 18, 9.) zelo & charitate in Deum & fanctos. cf. Ioh. 5, 35 Rom. 12, 11. u) *instar* v. 14. 26. 27. 28. x) *lampadum* f. *veluti facer.* Ex. 20, 15 Dan. 10, 6. Apoc. 4, 5. y) *ille ignis versabatur* f. *discurrebat* inter animalia. cf. Ex. 9. 23. z) vid. v. 4. & cf. Matth. 5, 16. Act. 2, 3. a) *fulgur erumpebat*. Apoc. 4, 5.

Omnia post longam patientiam Dei ad vltionem spectabant, inquit *Grotius*. Conf. 2 Sam. 22, 15. Pf. 144, 6. ℣. 14. b) *Animalia vero*, quod ad motum eorum attinet. c) *currendo* (ı) conuenit cum רוּץ vel רָצָה coll. Pf. 50, 13. d) *& reuertendo*, fcil. *velocia erant*, vt addit *Ion.* e) *instar* v. 13. &c. f) *fulgetri* (ı) quod fubito latissime spargitur. rad. Chald. & Syr. *sparsit*, *dispersit*, *dissipauit*. cf. Matth. 24, 27. Luc. 17, 24 Et sic Talmudistæ per פִּזּוּר f. *sparsum quid* illud explicant. ℣. 15. g) *Cumque ita viderem* f. attentius *adspicerem Animalia*, hacteous descripta. h) vid. v. 4. i) *Rota vna* erat. Sicut in *basibus luterum* f. *concharum aenearum* 1 Reg. 7, 30. fqq. (vnde imago huius emblematis desumta videtur) Cherubini cum rotis iuncti fuerunt; *rotis* inferiorem, *Cherubinis* superiorem locum occupantibus. *Vitringa* Obferv. S. lib. 4. c. 1. p. 11. k) *in terra* vt intelligat, Cherubinos supra rotas eminuisse; ficut *bases* illæ concharum easdem animantium species exhibentes 1 Reg. 7, 29. ab inferiore parte *quatuor rotis* fubnixæ fuerunt, curruum rotas per omnia referentibus; quæ basibus illis ita iunctæ fuerunt, ficut rotæ plaustris iungi, eademque ferre & fustinere folent. *Idem.* d. l. l) *iuxta animalia*; quibus ita iunctæ fuerunt, vt vnum corpus absque altero moueri & agitari non potuerit. Ipsa enim illa Animantia thronum diuinæ Maiestatis alis (vel potius *capitibus* v. 22) fuis fustinuerunt, non currus aut carruca aliqua ab iis distincta Itaque rotis eum in modum animantia iuncta fuerunt, quemadmodum vehiculi pars fuperior rotis iungi folet; non vt vehiculum iungi folet iumentis. *ibid.* p. 7. *Rotas* vidit Ezechiel *Basi* alicui iunctas & immissas, vt rotæ plaustrorum tabulis iungi folent. Super basi illa vidit *Cherubinos*, rotis arcte adiunctos, ipsum illum *currum* conficientes, qui rotis fulfultus & fubnixus est. Ibid. p. 13. m) *ad quatuor facies suas*, np. totius currus f. quadrigæ. adeoque *quatuor* numero *rotæ fuerunt*, coll. c. 10, 9. 1 Reg. 7, 30. Ceterum vti per *Animalia* excellentissimos & extraordinarios, ita per *Rotas* ordinarios Dei ministros, seu *instrumenta*, quibus *regnum Dei* in his terris *innititur*, & per quæ idem *promouetur*; intelligit *Vitringa* Obferv. S. lib. 4. c. 2. p. 28. fq Et p. 34. fq. Quod apud Ezechielem funt *Animantes* (inquit) & *Rotæ*; apud Iohannem (Apoc. 4, 4. 6. &c.) funt *Animantes* & *Presbyteri*. Iohannes enim, qui rotarum non meminit, meminit Presbyterorum. Per *Presbyteros* autem 24. apud Iohannem omnino *intelligendi* funt *ordinarii ministri* totius Ecclesiæ Christianæ per omnia tempora, *relate ad* 24. *ordines sacerdotum*, qui fuerant ordinarii ministri Ecclesiæ Veteris Testamenti (vid. 1 Par. 24, 18. c. 25, 31.); ergo idem per Rotas apud Ezechielem. *Ordinarii* autem Ecclesiæ Ministri cum contradistinguantur *extraordinariis*; liquet, per *Animantes* designati *Extraordinarios*. ℣. 16. n) *Adspectus*, species & color (v. 5. 13. 14) *rotarum*. o) *& opus* f. *structura earum*. Ex. 24, 10. c. 28, 15. 1 Reg. 7, 33. p) erat *ficut species* f. color. vid. not. v. 4. q) *chrysolithi* c. 10, 9. Ex. 28, 20. Dan. 10, 6. gemmæ f. lapidis, instar purissimi auri fulgentis. *Vitringa* l. c. p. 11 Hebræis a loco, vnde tunc eruebatur, fic dictus est. cf. not. 1 Reg. 10, 22. r) *vna autem eademque figura* erat. v. 5. 10. 13. cf. not. v. 4. s) *quatuor ipsis* v. 18. ad quatuor fcil. latera fua in omnibus fimiles. cf. v. 8. 10. t) *adspectus autem* f. figura *& structura* earum adeo mirum in modum comparata erat. u) *ac si esset* Zach. 10, 6. Iob. 10, 19. x) rota *in medio rotæ* c. 10, 10 ficut e. c. in globo aliquo cælesti vel terrestri *circulus meridianus* transuersim implicitus est *horizontali*. Non obscure hic significat Propheta, nouum quid & inexspectatum esse, quod in his rotis deprehendit: fuisse nimirum illas eum in modum factas, *ac si rota vna alteri implicita fuerit, eamque decussatim quasi ad lineas rectas fecuerit*: vt adeo rotæ *non vnius* fuerint *circuli*, vt folent esse ordinariæ curruum rotæ; fed quod duplicatæ fuerint, & altera alteri inserta, eamque decussatim ad rectas lineas fecante, *duos descripserint circulos*. *Vitringa* l. 4. Obferv. S. p. 18. fq. ℣. 17. y) *Ad quatuor quadrantes suas* partes, vel *femicirculos*, verfus 4. cæli plagas respicientes, v. 8. z) *cum irent*, fine conversione *ibant*. v. 9. 11. a) *non conuertebant se*, *cum pergerent*; vt v. 9. 12. Certum habeo, inquit *Vitringa*, l. c. p. 19. Prophetam dicere voluisse, Rotas ita fuisse compositas, vt moueri potuerint ad 4. plagas cæli, absque quo *currus* qui *quadratus* erat, necesse habuerit circumagi & conuerti ad illam cæli plagam, in quam moueretur. quod vtique de hoc *curru* omnino concipi non potest, nisi *rotas* quatuor habuerint *duplices*.

℣. 11. חֹבְרוֹת *defect.* 1, 2. 3. 22. fec. *Maf. Erff.* הוּא vero fcribunt. בֵּין per *Makk.* 2. 12. 17. 18. & *Ber.* 10. 13. 14 20 23 Et fic ℣. 16. iidem.

℣. 13. הִיא Ita & *Orientales* legunt, ℣. 15. אוֹפָן per *Kam* 1. 2. 5. 6. 9.

18 יִסַּבּוּ בְּלֶכְתָּן׃ וְגַבֵּיהֶן וְגֹבַהּ לָהֶם וְיִרְאָה לָהֶם וְגַבֹּתָם
19 מְלֵאֹת עֵינַיִם סָבִיב לְאַרְבַּעְתָּן׃ וּבְלֶכֶת הַחַיּוֹת יֵלְכוּ
הָאוֹפַנִּים אֶצְלָם וּבְהִנָּשֵׂא הַחַיּוֹת מֵעַל הָאָרֶץ יִנָּשְׂאוּ
הָאוֹפַנִּים׃ עַל אֲשֶׁר יִהְיֶה־שָּׁם הָרוּחַ לָלֶכֶת יֵלֵכוּ שָׁמָּה כ
הָרוּחַ לָלֶכֶת וְהָאוֹפַנִּים יִנָּשְׂאוּ לְעֻמָּתָם כִּי רוּחַ הַחַיָּה
21 בָּאוֹפַנִּים׃ בְּלֶכְתָּם יֵלֵכוּ וּבְעָמְדָם יַעֲמֹדוּ וּבְהִנָּשְׂאָם
מֵעַל הָאָרֶץ יִנָּשְׂאוּ הָאוֹפַנִּים לְעֻמָּתָם כִּי רוּחַ הַחַיָּה
22 בָּאוֹפַנִּים׃ וּדְמוּת עַל־רָאשֵׁי הַחַיָּה רָקִיעַ כְּעֵין הַקֶּרַח
23 הַנּוֹרָא נָטוּי עַל־רָאשֵׁיהֶם מִלְמָעְלָה׃ וְתַחַת הָרָקִיעַ
כַּנְפֵיהֶם יְשָׁרוֹת אִשָּׁה אֶל־אֲחוֹתָהּ לְאִישׁ שְׁתַּיִם מְכַסּוֹת
לָהֵנָּה וּלְאִישׁ שְׁתַּיִם מְכַסּוֹת לָהֵנָּה אֵת גְּוִיֹּתֵיהֶם׃
וָאֶשְׁמַע

Animalibus, idemque spiritus viuus etiam erat in Rotis. ita *Raschi* ad h. l. q) *ita etiam rotæ attollebantur* v. 19. r) *apud illa* v. 21. c. 3, 13. c. 10, 19 Ex. 25, 27. s) *caussam* dicit istius harmoniæ inter rotas & animantes. t) *Spiritus Animalis*, vel vt bene habet Ion. *Animalium*; quippe instar vnius illa considerari poterant ex summa ipsorum consensione. conf. v. 21. 22. Spiritus enim Dei omnes Ministros Christi animat, vnit, & concordes reddit. u) *in Rotis* erat. c. 10, 17. Hinc recte cum aliis colligit doctissimus *Vitringa* l. 4. Obseru. S. p. 29. per *Animalia* & *Rotas* intelligenda esse *instrumenta* diuini regni promouendi *ratione prædita*; quia aliis subiectis hoc prædicatum non conuenit, nec etiam, quod *oculis plenæ* fuisse rotæ dicuntur v. 18. ꝟ. 21. x) *Cum* Animantia *irent*: v. 12. y) *ibant* etiam rotæ v. 19. 20. z) *& cum illa subsisterent.* v. 24. 25. a) etiam hæ *subsistebant* c. 10, 17. b) *sic cum illa efferrent se.* c) *efferebant se* etiam *rotæ* iuxta illa. v. 20. d) *quia* scil. vt dictum est v. 20. e) c. 10, 17. ꝟ. 22. f) *Ceterum similitudo* seu *figura firmamenti* erat v. 5. 10. 13. & not. v. 4. Hactenus *Animantia* & *Rotæ* descriptæ sunt; pergit itaque Propheta nunc ad *Expansum* super capitibus & alis Cherubinorum v. 23. & quod illi impositum fuit diuinæ maiestatis solium v. 26. g) c. 10, 1 h) *Animantis* seu *Animantium.* vid. not. v. 20. i) quod veluti pauimentum aut basin Throno Christi præbebat v. 23. 25. c. 10, 1. Gen. 1, 6. k) *instar* &c. vid. v. 4. l) LXX. Vulg. Syr. S. &c. *crystalli.* Al. *glaciei.* (6) Vti Græcum nomen κρύσταλλος, ita etiam Hebræum קרח *vel gelu* seu frigus conglacians Gen. 31, 40. Ier. 36, 30. Iob. 6, 16. & ipsam *glaciem* Iob 37, 10. c. 38, 29. *vel* etiam lapidem *crystallum*, vti hoc loco denotat; siue ob similitudinem, siue quod *crystallus* fit ex *gelu* vehementer *concreto*: vt *Plinius* tradit H. N. l. 37. c. 2. Non alibi certe *crystallus* reperitur, inquit ille l. c. quam vbi maxime hibernæ niues rigent: *glaciemque* esse, certum est: vnde & nomen Græci dedere. Conf. Apoc. 4, 6. & ibidem *Vitringa* in Comment p. 241 seq. vbi *iustitiam Christi* per hoc pauimentum solii eius intelligit. Thronus enim *Gratiæ* fundatus est in *iustitia Christi*: coll. Ps. 89, 15. Ps. 97, 2. m) *terribilis*, *venerabilis*: cuius tanta est puritas, vt præstringat intuentium oculos, & *venerationem* sui excitet. cf. v. 18. & Iud. 13, 6. Iob. 37, 22. n) *extensum* erat illud firmamentum seu *expansum.* De cælo alibi e. c. Es. 40, 22. c. 42, 5. c. 44, 24. &c. o) v. 11. 26. Thronus ergo Dei incubuit ipsis illis animalibus, quibus Rotæ adiunctæ fuerunt. ꝟ. 23. p) *Sub expanso autem illo* v. 22. q) *alæ* animalium. cf. v 6. r) *rectæ* seu *in rectum extensæ* erant conf. v. 6. 7. s) i. e. *vna ad alteram*, seu ita vt *vna iuncta* esset *alteri* v 9. Al. *vnius erga alterum.* Sic *Schm.* Verum præcedentia verba *de alis* loquuntur. cf. etiam v. 9. & 11. Itaque Animantia illa ipsa alis (*vel capitibus*) suis sustinuerunt thronum Maiestatis diuinæ, sicut etiam thronum Dei inter Israelitas super Arca in sancto sanctorum Cherubum alæ suffulciebant Ex. 25, 19. seqq. In sacratissimo inquam templi Hierosolymitani adyto, vt vulgo notum est, *Deus* dicebatur *habitare* instar Regis, *inter Cherubinos*; qui alis suis sursum elatis thronum Dei, super ipsis quasi recumbentem, sustinuerunt. Hæc ipsa species a Deo, ad exemplum huius emblematis, expressa est apud Iesaiam c. 6, 1. qui Dominum & imperatorem Iudaici populi celso insidentem vidit solio in sancto sanctorum, fimbriis vestium ipsius anteriorem Templi partem replentibus. Hæc ipsa species, exigua *cum variatione*, ostensa est Iohanni, quemadmodum liquet ex ipsius Apocalypsi c. 4, v. 2. & vtraque illa visio conuenit cum hac nostra Ezechielis. *Vitringa* Observ. S. lib. 4. c. 1. p. 7. t) Præter illas vero extensas alas *vnicuique* Animalium v. 9. 11. u) *binæ* corpus ipsorum *tegentes* alæ. vid. v. 11. x) *illis* animantibus erant, duobus scilicet ex vna parte. y) *& sic cuique* binæ tegentes erant illis duobus ex altera parte. Repetitio huiusdem commatis 4. Animalia in duas partes distribuit, quas לָהֵנָּה generatim denotat, & לְאִישׁ singulatim distinguit. z) vid. v. 11.

ꝟ. 18. b) *Quod autem ad terga*, h. e. circumferentias seu *apsides earum* attinet. cf. 1 Reg. 7, 33. c) *&* insignis *altitudo.* cf. c. 19, 11. Am. 2, 9. Iob. 11, 8. d) *& terror* s. terribilis adspectus *illis erat.* cf. v. 22. e) *nam & apsides earum*, vt reliqua ipsarum omnia, etiam Animantium corpora c. 10, 12. Apoc. 4, 6. f) *plenæ erant oculis*; quod omnino rationem & perspicaciam intelligendi supponit in subiectis illis, quæ per has rotas symbolice figurata sunt: & significat tum *scientiam mysteriorum fidei & veræ sapientiæ*, qua hi Ministri Christi imbuti essent, tum præcipue summam *prudentiam & prouidentiam*, quam demonstrarent in vniuerso regimine vitæ suæ. *Vitringa* ad Apoc. 4, 6. p. 249. g) v. 4. 27. h) vid. v. 16.

ꝟ. 19. i) *Ita cum irent Animantia* v. 12. 14. k) *ibant* etiam *Rotæ* v. 15. 17. l) *apud illa* v. 15. c. 10, 16. m) *& cum Animantia*, ad nutum Rectoris sui, *se attollerent.* v. 11. cf. c. 10, 15. seqq. n) eodem momento *etiam rotæ se efferebant*; quia ab eodem Spiritu animabantur & agitabantur. v. 20.

ꝟ. 20. o) *Quocunque* erat *Spiritus* intentus *ad eundum*, Animantia *ibant.* vid. v. 12. p) *eo etiam* in rotis *Spiritus erat* ad eundum. Vel q. d. conuersa propositione: *& vicissim*, quo *Animantia ibant*, eo etiam *tendebat Spiritus.* quod summa eorum harmonia & consensio demonstrabat. Non opus erat, vt ipsis diceret, hoc eatis; nam Spiritus Dei S. B. erat in Ani-

ꝟ. 20. עַל־ per *Makkeph* l. 2.

24 וָאֶשְׁמַע אֶת־קוֹל כַּנְפֵיהֶם כְּקוֹל מַיִם רַבִּים כְּקוֹל־שַׁדַּי
בְּלֶכְתָּם קוֹל הֲמֻלָּה כְּקוֹל מַחֲנֶה בְּעָמְדָם תְּרַפֶּינָה
25 כַנְפֵיהֶן׃ וַיְהִי־קוֹל מֵעַל לָרָקִיעַ אֲשֶׁר עַל־רֹאשָׁם
26 בְּעָמְדָם תְּרַפֶּינָה כַנְפֵיהֶן׃ וּמִמַּעַל לָרָקִיעַ אֲשֶׁר עַל־
רֹאשָׁם כְּמַרְאֵה אֶבֶן־סַפִּיר דְּמוּת כִּסֵּא וְעַל דְּמוּת
27 הַכִּסֵּא דְּמוּת כְּמַרְאֵה אָדָם עָלָיו מִלְמָעְלָה׃ וָאֵרֶא ׀
כְּעֵין חַשְׁמַל כְּמַרְאֵה־אֵשׁ בֵּית־לָהּ סָבִיב מִמַּרְאֵה
מָתְנָיו וּלְמָעְלָה וּמִמַּרְאֵה מָתְנָיו וּלְמַטָּה רָאִיתִי כְּמַרְאֵה־
28 אֵשׁ וְנֹגַהּ לוֹ סָבִיב׃ כְּמַרְאֵה הַקֶּשֶׁת אֲשֶׁר יִהְיֶה בֶעָנָן
בְּיוֹם הַגֶּשֶׁם כֵּן מַרְאֵה הַנֹּגַהּ סָבִיב הוּא מַרְאֵה דְּמוּת
כְּבוֹד־יְהוָה וָאֶרְאֶה וָאֶפֹּל עַל־פָּנַי וָאֶשְׁמַע קוֹל
ב מְדַבֵּר׃ וַיֹּאמֶר אֵלַי בֶּן־אָדָם עֲמֹד עַל־

CAP. II.

רגליך Ooo 3 ס ג

℣. 24. *a) Et audivi.* Hactenus visa tantum descripsit Propheta; nunc etiam *audita* refert. *b)* c. 10, 5. per quam alii preces & feruorem spiritus in Ecclesia militante intelligunt; *Coccio* vero significat sermonem, rumorem, famam, tumultum in mundo, quando Ecclesia mouetur. cf. not. c. 3, 13. *c)* cf. c. 43, 2. Apoc. 14, 2. c. 19, 6. & Es. 18, 11. *d)* c. 10, 5. cf. Psalm. 29, 3. seqq. Quod loquitur Ecclesia, est *verbum omnipotentis Dei*, potens & efficax &c. Hebr. 4, 12. Es. 51, 16. *Cocc.* *e) cum irent* aut se citissimo cursu mouerent *Animalia* v. 9. 12. 14. 21. *f) vox tumultus* aut *strepitus maximi* (1) Ier. 11, 16. *g) sicut vox* concurrentium *castrorum.* cf. Præf. § 15. Inn. *vox verborum ipsorum, quum laudarent & celebrarent Dominum suum aeternum, Regem seculorum, erat sicut vox castrorum Angelicorum in excelsis. h) sed quum stabant* v. 21. 25. *i) remissas faciebant* Ier. 35, 4 vel *remittebant alas suas*; ita, vt vocem non ederent, *Raschi.* Conf. 2 Sam. 17, 2. 2 Par. 15, 7. *Ion.* addit: *propter verbum*, sc. Dei loquentis, vt sequitur.

℣. 25. *k) Quum namque fieret vox*: scil. Christi Regis v. 26. np. imperium eius, quo gentes continet, easque quiescere iubet, & ecclesiæ locum dare, vbi subsistat. *Cocc.* Conf. Ps. 46, 7. 11. Ps. 76, 9. *l) de (super) expanso* v. 21. Gen. 1, 7. *m)* vid. v. 22. 26. c. 10, 1. *n)* Schmid. *constiterunt & remiserunt* &c. v. 24.

℣. 26. *o) Porro supra*, Gen. 22, 9. Ier. 43, 10. *p) expansum illud*, quod basin s. solum Throno Christi præbebat. v. 22. *q)* vid. v. 25. *r) sicut aspectus* erat s. *species.* cf. v. 13. 14. *s) lapidis Sapphiri* Ex. 24, 10. *Aureis hæc punctis collucet, carulea, rareq; cum purpura*; inquit *Plinius* H. N. l. 37. c. 9. *Caruleus* itaque color animum cælestia spirantem & meditantem significat *Vitringa* ad Apoc. 21, 19. At *Coccejus*, Sapphirus, inquit, in S. literis est *gemma rubra*, quod innui *videtur* Thren. 4, 7. Thronus enim gratiæ in sanguine ædificatus est, coll. Act. 20, 28. *t) similitudo* s. *figura.* cf. not. v. 4. *u) throni* s. *solii* c. 10, 1. cf. Apoc. 4, 2. seqq. & Ps. 9, 5. Alluditur ad *thronum* Dei inter Israelitas, incumbentem alis Cherubum super Arca in sancto sanctorum, *Vitringa* Observ. S. lib. 4. c. 1 p. 9. Idem c. 2. p. 27. Per *thronum* intelligo, inquit, (1) *Regnum gratiæ*, quod Deus habuit *inter Israelitas*, tq. typum regni illius spiritualis & cælestis, quod Deus aliquando erigeret in Filio suo sub Oeconomia noua; (2) *ipsum illud regnum oeconomiæ nouæ. spiritua le & caleste*, quod *Pater per Filium* suum, summa cum gloria & maiestate administrat, *Filio sedente in throno Patris sui.* Quod cum sit ἀντίτυπον prioris, ac proinde eo multo illustrius & excellentius, haud dubie præcipue hic a Spiritu S. intentum est &c. Conf. etiam ex eodem not. ad v. 23. *x)* intellige Christum, Filium Dei, qui a Patre iudex huius vniuersi constitutus Gen. 18, 25. Ps. 110, 1. Zach. 6, 13. Es. 11, 3. 4. Ioh. 5, 22. Act. 10, 42. c. 17, 31. incarnationis suæ mysterium ita quoque præfigurabat. cf. Dan. 7, 13. Zach. 1, 8. Apoc. 1, 13. c. 4, 2. sqq. & not. Ex. 24, 10. *y) superius.* v. 11. 22.

℣. 27. *z) Vidi insuper.* v. 1. 4. 15. *a)* aliquid lucidissimum *instar.* vid. not. v. 4. *b) S. prunæ*, al. *electri.* al. *fulguris*, al. *aurichalci vel æris candentis* (3) vid. v. 4. *c) & quasi speciem* v. 13. 14. 26. *d) ignis.* cf. Ex. 13, 21. 22. Leu. 16, 2. 3. coll. Num. 9, 15. 16. c. 14, 14. it. Es. 4, 5. & Deut. 4, 24. Es. 33, 15. Ps. 50, 3. Hebr. 12. 29. coll. Ex. 32, 10. c. 33, 3. 20. *e) intra vel inter eam, speciem* æris candentis. coll. infra c. 41, 9. Prou. 8, 2. sed *Danzii* Interpres p. 36. seqq. *cui igni ambitus* s. locus continens *erat*; coll. 1 Reg. 18, 31. *f) circumcirca* v. 4. 18. 28. *g) & sursum* c. 8, 2. c. 43, 15. *h) & inferius* s. *deorsum* 2 Par. 32, 30. *i)* ita vt totus fulgidus esset v. 4. cf. Es. 4, 5. & Apoc. 1, 14. seqq. *k)* v. 4. 18.

℣. 28. *l) Qualis est species* (v. 27.) *iridis.* Gen. 9, 13. Apoc. 4, 3. c. 10, 1. *Iris* est symbolum fœderis & gratiæ Dei in Iesu Christo promissæ. Vnde & *Grotius* hic colligit, iudicia diuina, vt cumque seuera, non tamen abolitura memoriam fœderis facti cum Abrahamo, Isaaco & Iacobo, coll. Es. 54, 10. Ier. 33, 20. 21. 25. 26. *m)* v. 4. 27. *n)* v. 4. 18. 27. *o)* v. 5. 10. cf. not v. 4. *p)* c. 3, 12. c. 10, 4. Ergo *Iehoua* visus est in throno sedens specie hominis, vt dictum præced. v. 26. cf. Ex. 16, 10. c. 40, 35. &c. & Es. 60, 1. Ioh. 1, 14. Heb. 1, 3. Hæc visio, inquit *Cocc.* non fuit res gloriosa, qualis fuit *nubes* vel *ignis* (apud Mosen, locis modo ad v. 27. ex parte citatis) sed *adumbratio gloriosa apparitionis Iehouæ in carne cum regno suo* 1 Tim. 3, 16. Visus est hic Dei Filius, vt caput & rex cum fratribus suis, tum beatis in cœlo, tum militantibus in terra, & cum seruis suis ac conseruis fratrum suorum, & propter eos missis, np. Angelis. *q) quum itaque* illam *viderem.* v. 1. 4. 15. tanta maiestate percussus, præ infirmitate, item reuerentiæ & adorationis caussa, *cecidi in faciem meam.* cf. c. 3, 23. c. 43, 3. Dan. 8, 17. 18. c. 10, 7. 8. 9. Matth. 17, 6. Act. 9, 7. Apoc. 1, 17. Nulla enim vis est in homine peccatore ad consistendum coram Deo sanctissimo & purissima ipsius luce, nisi gratia & spiritu ipsius corroboretur. cf. Es. 6, 5. Luc. 5, 8. &c. *s) audiui tamen* c. 2, 2. c. 43, 6. Dan. 8, 16. *t) vocem loquentem* s. *loquentis* Iehouæ c. 2, 1. 2. Es. 6, 8.

CAP. II, v. 1. *u) Et dixit*, sc. sessor solii. c. 1, 26. 28. Post primam illam diuinæ maiestatis visionem c. I. descriptam, in hoc secundo capite sequitur I. Vocatio & missio Prophetæ v. 1-5. II. eiusdem confirmatio per verba v. 6. 7. & symbolum diuinum v. 8. sqq. *x)* sic v. 3. 6. &c. Testimonium est hæc allocutio φιλανθρωπίας Christi, q. d. noui infirmitatem tuam, te esse hominem, nec sustinere posse diuinæ maiestatis fulgorem. *Coccejus*: *Filium hominis* nominat is, qui visus vt filius hominis, (c. 1, 26.) q. d. *mi frater!* coll. Ps. 22, 23. Hebr. 2, 11. 12. At *Raschi*: ita vocat ipsum, ne mens eius inflaretur ob hanc visionem. cf. 2 Cor. 12, 7. *y) Sta*, erige te. cf. Dan 8, 17. 18. c. 10, 11. Matt. 17, 7. Act. 26, 16.

℣. 24. המלה *Lamed* sine *Dag.* 1.

2 רגליך ואדבר אתך: ותבא בי רוח כאשר דבר אלי
ותעמדני על־רגלי ואשמע את מדבר אלי:
3 ויאמר אלי בן־אדם שולח אני אותך אל־בני
ישראל אל־גוים המורדים אשר מרדו־בי המה ואבותם
4 פשעו בי עד־עצם היום הזה: והבנים קשי פנים וחזקי־
לב אני שולח אותך אליהם ואמרת אליהם כה אמר
אדני יהוה: והמה אם־ישמעו ואם־יחדלו כי־בית מרי 5
6 המה וידעו כי נביא היה בתוכם: ואתה בן־אדם אל־
תירא מהם ומדבריהם אל־תירא כי סרבים וסלונים
אותך ואל־עקרבים אתה יושב מדבריהם אל־תירא
7 ומפניהם אל־תחת כי בית מרי המה: ודברת את־
דברי אליהם אם־ישמעו ואם־יחדלו כי מרי המה:

ואתה

z) *vt loquar tecum* c. 3, 22. 17.

✡. 2. *a*) *Et ingressus est in me* c. 3, 24. cf. Apoc. 1, 17. *b*) *Spiritus S.* qui rotas & animalia egit. c. 1, 20. 21. *c*) *& erexit me* Dan. 8, 18. *d*) c. 1, 28. Typus regenerationis. Deus nos iubet surgere ex morte, in qua iacemus Eph. 2, 1 5. c. 5, 14. simul Spiritum in nos mittit, qui viuificet nos & *faciat erectos stare*. Talis est corroboratio in omni bono. Iubemur facere officium, & Deus facit, vt faciamus. *Coccejus.* cf. Phil. 2, 13. *e*) *loquentem.* vid v 1. 3. *Partic. Hithp.* pro מתדבר eadem forma c. 43, 6. Num. 7, 89. *Raschi*: Schechina *loquebatur intra semet ipsam* in gloria sua, legati autem ipsius auscultabant.

✡. 3. *f*) *Kimchi*: qui in captiuitate Babylonica, coll. c. 3, 11. *g*) Hæc vox apud Iudæos erat nota probri. Plurali vtitur licet gens esset vna. Hi enim colebant idolum Ammonitarum, illi Moabitarum aut alius populi. Videtur etiam pluralis respicere discrimen tribuum & familiarum; *Kimchi*, coll. Deut. 33, 19. Iud. 5, 14. Ea igitur voce eos æquiparat reliquis gentibus, vt *non-populum* Hos. 1, 9. Sed eo quod sequitur, eos infra reliquas gentes deiicit. *h*) *rebelles illas.* Articulus notat, hoc ipsis proprium quasi esse, c. 20, 38. cf. c. 17, 15. Neh 2, 19. ὁ. τοὺς παραπικραίνοντάς με. cf. Hebr. 3, 8. 16. *i*) vid. Num. 14, 9. Ios. 22, 16. Dan. 9, 9. Neh. 9, 26. Nempe regnum Dei, quod est regnum iustitiæ in Christo, ipsi admittere nolunt, eique resistunt; & regnum Dei in mundo volunt trahere ad se. Neque tantum pertinet hoc ad eos, qui illo tempore partim in captiuitate, partim adhuc in

Iudæa viuebant; sed etiam ad eos, qui visuri erant rem & veritatem illius visionis (cap. 1.) ad quos regnum Dei venturum erat, quod illis symbolis adumbrabatur. Cuius rei testis est Ps. 2. & 81. & 95. *Coccejus.* *k*) Ier. 3, 25. Mal. 3, 7. Non tantum indicantur *maiores*, sed etiam principes, iudices.

קמ״ן בז״ק seniores. *Coccejus* ad v. 6. coll. Dan. 9, 6. *l*) *defecerunt, prævaricati sunt* Es. 1, 2. sqq. significat *abnegationem* Domini seu regni; at מרד *oppugnationem* Regis & Domini. *Cocc.* *m*) Ion. *contra Verbum meum.* cf. 1 Cor. 10, 9. Loquitur is, quem viderat, in throno sedentem; eum Patres debuere recognoscere Regem & Dominum. Quando igitur in Decalogo dicitur; *Non erit tibi Deus alius*; intelligitur Deus manifestandus in carne &c. *Coccejus.* Conf. not. Ex. 20, 1. *n*) *vsque ad ipsum* c. 24, 2. Leu. 23, 14. Ios. 10, 27. ✡. 4. *o*) *Et quidem ad filios duros* &c. Hæc de filiis, ad quos tum mittebatur Ezechiel, recte accipiuntur; tamen κατ' ἐξοχὴν sunt adplicanda iis, quibus Christus erat adpariturus in carne. Nam ad omnes consequentes Israelitarum generationes missus est Ezechiel, testis reuelationis Domini. *Cocc.* *p*) *duros facie*, perfrictæ frontis, impudentes. cf. c. 3, 7. Es. 48, 4. *Kimchi*: qui pudorem faciei exuerunt, vocantur עזים (Deut 22, 50) & קשים; contra cui pudor inest, teneræ sunt facies ipsius, & erubescunt, si quis ipsum reprehenderit. *q*) *& obfirmatos corde* in malum; nec promissis vel beneficiis, nec minis vel flagellis victos. Vocantur *incircumcisi corde* Leu. 26. 41. Deut. 10, 16. Ier. 4, 4. c. 9, 25. Act. 7, 51. Non autem est seruorum Dei, ad homines aut euentus respicere, sed ad vocantem Deum. *r*) S. notam abrupti sermonis add. *& cetera*, vt etiam c. 3, 11. 27. & Ex. 4, 21. *Coccejus*: Informat Prophetam, quem nominare deberet missionis suæ auctorem; & sensus est, quod debeat dicere, se vidisse humanam speciem in throno, & a throno vocem, qua iuberetur sedentem in throno adpellare *Dominum Iehouam.* ✡. 5. *s*) *Ipsi vero.* *t*) S. *siue audiant, siue* (quod magis ob summam ipsorum pertinaciam metuendum) *omittant.* Kimchi: licet dubius sis de ipsis, an sint obsecuturi &c. *u*) v 7. c. 3, 11. 27. Verbum חדל significat non tantum *desistere*; sed etiam simplici negatione *non esse* vel *non agere* *Cocc.* ad v. 7. *Raschi* & *Kimchi* add. *ab audiendo* seu obediendo. *Ion.* vt obseruat *M. I.* interrogatiue: *num recipient institutionem? immo an desinent peccare?* *x*) *domus rebellionis* seu inobedientiæ; *familia inobedientium*, apud quos est πατροπαράδοτον, non obedire, nec credere. cf. 1 Petr. 1, 18 & hic v. 6. 7. 8. c. 12, 2. Act. 7, 51. *y*) *sciant tamen*, experimentis aliquando cognituri, *Prophetam in medio ipsorum extitisse*; & non πλάνον in nomine non-Dei, tanquam Dei, locutum esse. cf. c. 5, 13. Es. 9, 8. &c. Erunt inexcusabiles & conuicti. Tolletur ab iis prætextus erroris, & iustitia Dei vindicabitur. conf. Ioh. 15, 22. *z*) c. 33, 33. ✡. 6. *a*) Ier. 1, 8. 17. Matth 10, 26. 28. *b*) *& a verbis*, consiliis, calumniis, minis *ipsorum.* *c*) *refractarii*, calcitrantes, & iugo Dei se submittere nolentes (1) Rad. Chald. *repugnare*, *rebellare*, Conf. quos Paulus vocat τοὺς τῆς ὑποστολῆς Hebr. 10, 39. *d*) *& spinæ*, vel vt S. habet, *spinosi* & asperi monitoribus *erunt* (2) c. 28, 24. *e*) *tecum*, erga te Ps. 59, 21. *f*) *& apud* c. 3, 15. 1 Reg. 13, 20. *g*) *scorpiones*, dolosos & clam noxios, Deut. 8, 15. 1 Reg. 12, 11. 14. Sir. 26 10. Ion. *in medio populi, cuius opera similia scorpionibus, tu habitas.* Insignis est gradatio: (1) dicuntur rebelles, (2) spinosi, (3) scorpiones. *h*) *ne consterneris*, frangaris animo. Intrepidus sis contra euentuum omnium & impedimentorum contemplationem c. 3, 9. Ios 1, 9. *i*) v. 5. ✡. 7. *k*) *Sed loquaris* &c. etiamsi surdis cantare fabulam videaris c. 3, 4. *l*) v 5. *m*) i. e. *domus rebellionis* sec. Kimchi, vt v. 5. 6. 8 conf. c. 44, 6. At S. *quia rebellio ipsa illi sunt.* conf. v. 8. Eph. 5, 8.

CAP. II. ✡. 6. כי־סרבים per Makk 1. 2. 5. 6. 9. 10. 14. 30.

8 וְאַתָּה בֶן־אָדָם שְׁמַע אֵת אֲשֶׁר־אֲנִי מְדַבֵּר אֵלֶיךָ
אַל־תְּהִי־מֶרִי כְּבֵית הַמֶּרִי פְּצֵה פִיךָ וֶאֱכֹל אֵת אֲשֶׁר־
9 אֲנִי נֹתֵן אֵלֶיךָ׃ וָאֶרְאֶה וְהִנֵּה־יָד שְׁלוּחָה אֵלָי וְהִנֵּה־
10 בוֹ מְגִלַּת־סֵפֶר׃ וַיִּפְרֹשׂ אוֹתָהּ לְפָנַי וְהִיא כְתוּבָה
פָּנִים וְאָחוֹר וְכָתוּב אֵלֶיהָ קִנִים וָהֶגֶה וָהִי׃

ג וַיֹּאמֶר אֵלַי בֶּן־אָדָם אֵת אֲשֶׁר־תִּמְצָא אֱכוֹל
אֱכוֹל אֶת־הַמְּגִלָּה הַזֹּאת וְלֵךְ דַּבֵּר אֶל־בֵּית יִשְׂרָאֵל׃
2 וָאֶפְתַּח אֶת־פִּי וַיַּאֲכִלֵנִי אֵת הַמְּגִלָּה הַזֹּאת׃ וַיֹּאמֶר
3 אֵלַי בֶּן־אָדָם בִּטְנְךָ תַאֲכֵל וּמֵעֶיךָ תְמַלֵּא אֵת הַמְּגִלָּה
הַזֹּאת אֲשֶׁר אֲנִי נֹתֵן אֵלֶיךָ וָאֹכְלָה וַתְּהִי בְּפִי כִּדְבַשׁ
לְמָתוֹק׃
4 וַיֹּאמֶר אֵלַי בֶּן־אָדָם לֶךְ־בֹּא אֶל־בֵּית יִשְׂרָאֵל וְדִבַּרְתָּ
5 בִדְבָרַי אֲלֵיהֶם׃ כִּי לֹא אֶל־עַם עִמְקֵי שָׂפָה וְכִבְדֵי
6 לָשׁוֹן אַתָּה שָׁלוּחַ אֶל־בֵּית יִשְׂרָאֵל׃ לֹא אֶל־עַמִּים
רַבִּים עִמְקֵי שָׂפָה וְכִבְדֵי לָשׁוֹן אֲשֶׁר לֹא־תִשְׁמַע
דִּבְרֵיהֶם

Ooo4 ס ד

✠. 8 n) detrectando functionem, instar Ionæ cf. Ex. 4, 13. Ier 1, 6. o) v. 7. *Kimchi* tanquam adiect. z. M. i. ellipsin vocis אִישׁ innuit. coll Ps. 109, 4. p) *aperi os tuum* Gen. 4, 11. Ps 22, 14. i. e. *hiante quasi ore* excipe mandata mea, eaque cupide audi, & in animum admitte, atque in succum quasi & sanguinem conuerte. cf. not. c. 3, 1. Apoc. 10, 9. item Ps. 81, 11. *Keschi*: Parabolica est locutio, quasi dicat: attende aurem tuam, & audi, adeoque iucundum sit tibi, ac si ederes cibum ad famem sedandam. Qui (enim) libenter audiunt verbum Dei, illis omnia panduntur, quæ in verbo Dei scripta sunt, & ipsorum memoriæ infiguntur, & cordi inscribuntur, vt per ea sapientes fiant & prudentes &c. *Cocceius.* cf not c. 3, 1

✠. 9 q) c. 1, 1. 4. 27. r) c. 1, 4. s) *manus emissa* erat. Ier 1, 9. t) *Et ecce in ea manu.* nam יָד ad *communia* referunt Grammatici, & Kimchi ad h. l. coll. Es. 44, 5. u) *volumen libri*; membrana conscripta atque conuoluta more veterum Ps 40, 8 Apoc. 10, 2. ὁ. κεφαλὶς βιβλίȣ Ebr. 10, 7.

✠. 10. x) *Cumque explicaret* 2 Reg. 19. 14. Mysteria cælestia manent hominibus incognita, donec Deus ea explicuerit. cf. Es. 29, 11. Apoc 5, 5. y) S. *ante & post.* a fronte & a tergo 1 Par 19, 10. cf. Apoc. 5, 1. Scriptum erat non vna tantum facie, sc. interiori (vt olim in aduersa membrana l. tabula tantum scribebant, non æque a tergo, nisi verba abundarent;) sed etiam exteriori; adeoque erat ὀπισθόγραφον. prophetia in longum tempus data, & longam seriem maiorum continente. *Cocceius*: vt significetur abundantia expositionis mysteriorum Dei, & quasi πλεονασμός, item quod omnibus obvia sit in omni parte scripti eius sententia & intentio. z) S. *quod autem scriptum super eo* c. 10, 1. a) erant *lamentationes* c. 19, 1. Am 8, 10. b) *& gemitus*, carmen lugubre (3) Iob. 37, 2. Ps. 90, 9. cf. verbum Es. 38, 14. Vox in se *versationem & volutationem* omnemque *meditationem* designat, siue cum iubilo, siue cum luctu coniunctam, cf. etiam Ps. 5, 2. c) & *va*, S. *heu!* Interiectio seu particula eiulantis (1) Conuenit cum הוֹ Am. 5, 16. & הוֹי Es. 1, 4. &c.

CAP. III, ✠. 1. d) *Tum dixit.* Sequitur in hoc capite I. exhibiti voluminis comestio, II. repetita prophetæ vocatio & confirmatio v. 4. III Eiusdem ad Tel Abibh translatio v. 12. IV. Secunda Prophetæ compellatio & instructio v. 16. V. Euocatio eius in vallem v. 22. & VI. illic datum mandatum v. 24. e) *inuenis* sc. in manu mea tibi porrectum c. 2, 9. f) v. 3 Apoc. 10, 9. Explicationem vid. infra v. 10. & not. c. 2, 9. Desumtum *emblema* est ex vulgata omnibus fere gentibus locutione metaphorica, qua veritatis cognoscendæ cupidi, rem honesto huic desiderio explendo vtilem, auide *helluonum instar deuorare, & in succum & sanguinem conuertere* dicuntur. Sic Ier. 15, 16. Symbolice ergo hic exprimitur id quod legimus Es. 51, 16. Ier. 1, 9. Matth. 10, 20. g) *comede* inquam c. 2, 8 h) & *comesto libello abi.* i) Apoc. 10, 11. ✠. 2. k) *Aperui ergo.* cf. c. 2, 8. Ps. 119, 131. l) *comedendum autem dedit mihi.* v. 3. Deut. 8, 3. Ion. & *docuit me illud, quod scriptum erat in libro.* ✠. 3. m) ne forte dentibus mansum exspueret. cf. v. 1. 2 it. Iob. 32, 18. 19. 1 Tim. 4, 6 Innuitur, quod minister Ecclesiæ non in theoria conquiescere, sed veritatem diuinam in succum & sanguinem conuertere, deque thesauro cordis soliditus esse debeat, vt si ex illo aliis quoque viam veritatis rite commonstrare possit. cf Matt 13, 52. Luc. 6, 45. n) c. 7, 19. cf. Ps. 40, 9 Qui auide audiunt verbum Dei, in illorum cor & omnia quasi viscera intrat, fitque in ipsis thesaurus, ex quo affatim possint depromere omnem doctrinam necessariam, & totos ita implet. vt sine illo non cogitent, consulant, deliberent, adpetant quidquam. *Cocceius.* o) *comedi ergo* Ier. 15, 16. p) Apoc. 10, 9. 10. Cognitio verbi Dei summam habet suauitatem; est enim verbum bonum, & sapientia, & vita animæ. Licet contenta essent *lamentationes* &c. c. 2, 10. adeoque amara populo, prophetæ tamen dulcia erant, a Deo quippe oblata & dulcia facta, ita vt acquiesceret Dei mandatis, eiusque iusto iudicio subscriberet. cf. Ps. 19, 11. Ps. 119, 103. q) *quoad dulcedinem*, vel *in rem dulcem.* Substant. formæ כִּבְיךְ cf. Iud. 9, 11. Prou. 16, 24. c. 24, 13. Subintelligunt vero quidam alterum antitheseos membrum: *sed in ventre amarum sicut fel.* coll. Apoc. 10, 10. ✠. 4. r) *Mox dixit.* s) *abi* ergo v. 1. 11. Es. 22, 15. t) *meis verbis.* conf. not. 1 Reg. 13, 1. 2. ✠. 5. u) i.e. ἑτερογλώσσων, qui *profundi* sunt, i. e. obscuri & difficiles intellectu v. 6. Es. 33, 19. x) *& graues, difficiles* v. 6. Ex. 4, 10. y) Ion. *sed ad.* z) ad eiusdem linguæ homines & iam adsuetos illis verbis, quæ Propheta erat loquuturus; non noua & barbara, sed quæ iam Moses & alii Prophetæ locuti erant. Non enim tantum de dialecto, sed etiam de ipso sermonis argumento hic cogitandum, *Cocceius.* ✠. 6. a) S. *Nonne tamen?* cf Iud. 21, 22. 2 Sam. 23, 5. 1 Reg. 22, 17. 2 Reg. 5, 26. Alii simpliciter: *non*, inquam, vel: *neque ad* &c. b) *numerosos* atque diuersos. c) vid. v. 5. d) v. 5. e) *quorum non audieris*, vel *non intelligas verba.*

✠. 9 שְׁלוּחָה Quidam masorethici libri *defect.* per *Kibbuts* ponunt, vt notat *Masor.* Gen. 32, 18. CAP III, ✠. 1. בֵּית Hoc expungitur, substituto בְּנֵי 2. ✠ 2. וַיַּאֲכִילֵנִי *plene* 1. 2. 5. 22. sec. *Mas.* 1. 2. & *Kiff.* sed contra *impr.* Per *Sakephg.* 2 5. ✠. 3. בֶּן־אָדָם sic per *Paschta* 1. 2. 5. 6. 7. 8. 9. 12. 15. Alii per *Sakephg.* quod est præter *Mas. fin.* f. 3. col. 4. בְּפִי ita per *Dagesch* 2. 5. 7. 8. 15. 22. 23.

tantum dici de manifesto improbis, & non de illis, qui sibi videbantur sapientes & iusti. *n*) sunt *obfirmati*, obstinati *fronte*, impudentes. cf. Es. 48, 4. Ier. 3, 3 ὁ. φιλόνεικοι εἰσι. conf. 1 Cor. 11, 16. Frons & vultus testantur de animi adfectu; hinc etiam Ciceroni *frons animi ianua* dicitur *o*) *& duri corde* c. 2, 4. Ex. 32, 9. Es 48. 4. ὁ. σκληροκάρδιοι. cf. Matt. 19, 8. Act. 7, 51.

דבריהם אם־לא אליהם שלחתיך המה ישמעו
אליך: ובית ישראל לא יאבו לשמע אליך כי־ 7
אינם אבים לשמע אלי כי כל־בית ישראל חזקי־מצח
וקשי־לב המה: הנה נתתי את־פניך חזקים לעמת 8
פניהם ואת־מצחך חזק לעמת מצחם: כשמיר חזק 9
מצר נתתי מצחך לא־תירא אותם ולא־תחת מפניהם
כי בית מרי המה: ויאמר אלי בן־ 10
אדם את־כל־דברי אשר אדבר אליך קח בלבבך
ובאזניך שמע: ולך בא אל־הגולה אל־בני עמך 11
ודברת אליהם ואמרת אליהם כה אמר אדני
יהוה אם־ישמעו ואם־יחדלו: ותשאני רוח 12
ואשמע אחרי קול רעש גדול ברוך כבוד־יהוה
ממקומו: וקול כנפי החיות משיקות אשה 13
אל־

f) S. *nonne inquam: ad hos si mitterem te*, illi obedituri essent tibi? At *Kimchio*, *Abarb. & M. I.* est *formula iurantis*, per ellipsin in iureiurando vsitatam; q. d. *vtique ad hos si mitterem* vel misissem te, audirent. Conf Ios. 13, 9. Es. 5, 9. c. 14, 24. Ier. 22, 6. & *Glassii* Phil. S. Lib. I. p. 158. 159. *g*) S. *si mitterem te*. Ita Praeteritum cum Futuro saepe iungitur, vt illud etiam *sine particula conditionali* notet antecedens, hoc autem consequens, modo cum, modo sine copula. cf. e. c. 2 Reg. 5, 13. At *Cocceio* simplicissima constructio videtur haec: *si non ad illos* (Israelitas) *misissem te, illi* (populi multi incognitarum & diuersarum linguarum) *auscultarent tibi*, si iam esset tempus vocationis gentium; tempus vero nunc esse, vt mittantur Prophetae adhuc ad Israelem, ad quem etiam ipse Dominus venturus erat, cuius prodromi erant Prophetae. *h*) *obedituri essent*. Quamuis non intelligerent linguam tuam, & tu vicissim ipsorum non intelligeres, quaesituri tamen essent aliquem, qui exponeret ipsis vaticinia tua. *Clarius & Cocceius*: quo dicto subindicat, vocandas olim gentes ἑτερογλώσσους, & eas ad suscipiendum Euangelium paratiores fore Iudaeis. cf. Matt. 11, 21 23.

ꝟ. 7. *i*) *At domus*. *k*) *nec volent quidem auscultare tibi*. Leu. 26, 21. Si prophetam praemunit aduersus scandalum & taedium praedicationis infructuosae, *l*) c. 20, 8. q. d. patienter fer contemtum, quem ego tecum fero. cf. Matt. 10, 14. 25. Ioh. 15, 20. *m*) exceptis paucis fidelibus, prophetis & eorum discipulis. Hoc autem propterea dicit, ne putarent, hoc tan-

ꝟ 8. *p*) *Ecce tamen*. *q*) cf. Ier. 1, 18. 19. c. 15, 19. 20. Mich. 3, 8. *Grot.* animum tibi addam, quo ipsorum impetus contemnas, nec timeas. *r*) *obfirmatas, fortes* & interritas. Metaphora desumta ab animalibus cornupetis, quorum alterum alteri robore praeualet. cf. Ier. 15, 19. coll. ib. c. 5, 14. *s*) *contra*. Coh 7, 14. 2 Sam. 16, 13. ꝟ. 9. *t*) Sch. *Sicut adamantem*. Zach. 7, 12. vid. not. Ier. 17, 1. *u*) *firmam prae petra*. *x*) cf Es 48, 4 *y*) *ne itaque timeas*. Luc. 12, 4. *z*) c. 2, 6. *a*) v 26. 27. c. 2, 5. *Kimchi*: noui enim, fore, vt resistant tibi, quando redargues ipsos. ꝟ 10. *b*) *Porro dixit*. *c*) c. 2, 1. *d*) *omnia*, non partem tantum. Iob. 33, 1. Act. 20, 20 27. *e*) S. *locutus sum*. al. *loquor*. *f*) conf. 1 Sam. 21, 13. Iob 22, 22. *g*) *& auribus* non solum externis, sed etiam internis c. 40, 4. Contrar. Ier. 6, 10. Act. 7, 51. *Cocceius*: Non est ὕστερον πρότερον. Oportet in audiente fiduciam esse erga loquentem, & cupiditatem audiendi, vt auris officium faciat, atque ita verbum cordi instilletur & inferatur Quamdiu cor abest, auris nihil recte audit. cf. Act. 16, 14. Deus vero in suis efficit, quod praecipit. cf. Es 55, 1. ꝟ. 11. *h*) v. 4. *i*) *Captiuitatem*, eos, qui captiui tenentur, inter Chaldaeos v. 15. c. 1, 1. *k*) i. e. *ad populares tuos* c. 33, 2. 12. 17. al. ad filios populi *tui*, non *mei*; coll. Ex 32, 7. 11. Hos. 1, 9. *l*) *Kimchi*: Intensionis caussa variis verbis eadem res exprimitur. Sensus autem est, Prophetam hoc ipsis dicere debere iterum iterumque. *Cocceius*: Stilus prophetae non est superflue abundans. Distincte omnia & particulatim inculcat: nihil vult ignorari: diligens est. Ideo aliquando repetit dicta, vt aliquid notabile, nondum dictum, addat, ne quid praeterfluat aut praetermittatur. cf. supra not. ad c. 1, 12. *m*) cf. not. c. 2, 4. *Raschi*: hanc prophetiam sc. vt vobis exponam. *Cocceius*: Discamus, audiendum esse prius quam loquamur: auscultationem inutilem esse sine cordis praeparatione ad doctrinam Dei recipiendam: quod didicerimus, loquendum est sine pauore ad eos, ad quos necesse est, idque in nomine Christi, vt qui est *Dominus & Iehouah*. *n*) *siue audiant*. v. 27. c. 2, 5 7. *o*) Hactenus prima visio, qua praeparatur Propheta ad prophetiam obeundam. *Cocc.* ꝟ. 12. *p*) *Mox sustulit me* v. 14. vel in ecstasi tantum (conf. 2 Cor. 12, 2. 3 4.) sec. *Kimchium*; vel etiam ratione corporis, exemplo Eliae 1 Reg. 18, 12. Christi Matth. 4, 1. & Philippi Act. 8, 39. *Raschi*: Cum absoluisset verba sua, praecepit vento, vt deportaret ipsum eo, vbi captiui erant. *q*) *Spiritus* v. 14. c. 2, 2. & *manus Domini*, infra v. 22. c. 1, 3. *r*) vid. c. 1, 24. *s*) *strepitus*, concussionis, *fragoris*. v 13. c. 37, 7. *Ion.* addit: *eorum, qui laudes Dei canentes dicebant: benedicta sit* &c. *Cocceius*: Ista vox est Animalium, h. e. fidelium, qua glorificant eum, qui est *gloria Dei*, Christum, in quo omnis virtus Dei manifestatur. vid not. c. 1, 5. & 28. At *Grotius* intelligit chorum Angelorum, Dei iudicia adprobantium cf. Apoc. 19, 10. 11. 12. *t*) Syr. add. *qua dicebat*. Sic Ar. *eorum, qui dicebant*. *u*) *benedicta sit*. Apoc. 5, 12. *x*) conf Luc. 2, 14. *y*) v. 23. c. 1, 28. *z*) *Cocceius*: Animalia, h. e. Ecclesia, hoc optant vnice, vt gloria Iehouae benedicatur, non tantum in loco manifestationis ipsius, quo manifestari debuit; sed etiam *inde a loco manifestationis ipsius per totum mundum*. coll. Mal 1, 5. Al. *Domini* mox discessuri, iusto iudicio, *a loco suo*, templo, propitiatorio, e medio duorum Cherubim. coll. c. 9. 3. Ion. *a loco Schechinae suae*. ꝟ. 13. *a*) Audiui *etiam vocem*. al. *Et vox erat*. *b*) c. 1, 6. 24. *c*) *contingentium se*, more *osculantium*; h. e. per conspirationem fidei, quae est in Ecclesia. *Cocc.* Hiph. (1) conf. not. c. 1, 9. 11. Ion. *collidentium se inuicem*. *d*) *vnius*.

ꝟ. 10. אשר per *Makk.* I. sic fu. 5.

אֶל־אֲחוֹתָהּ וְקוֹל הָאוֹפַנִּים לְעֻמָּתָּם וְקוֹל רַעַשׁ
14 גָּדוֹל׃ וְרוּחַ נְשָׂאַתְנִי וַתִּקָּחֵנִי וָאֵלֵךְ מַר בַּחֲמַת רוּחִי
וְיַד־יְהוָה עָלַי חָזָקָה׃ טו וָאָבוֹא אֶל־הַגּוֹלָה תֵּל אָבִיב
הַיֹּשְׁבִים אֶל־נְהַר־כְּבָר וַאֲשֶׁר הֵמָּה יוֹשְׁבִים שָׁם וָאֵשֵׁב
16 שָׁם שִׁבְעַת יָמִים מַשְׁמִים בְּתוֹכָם׃ וַיְהִי מִקְצֵה
שִׁבְעַת יָמִים * וַיְהִי דְבַר־יְהוָה אֵלַי לֵאמֹר׃
17 בֶּן־אָדָם צֹפֶה נְתַתִּיךָ לְבֵית יִשְׂרָאֵל וְשָׁמַעְתָּ מִפִּי דָּבָר
18 וְהִזְהַרְתָּ אוֹתָם מִמֶּנִּי׃ בְּאָמְרִי לָרָשָׁע מוֹת תָּמוּת וְלֹא
הִזְהַרְתּוֹ וְלֹא דִבַּרְתָּ לְהַזְהִיר רָשָׁע מִדַּרְכּוֹ הָרְשָׁעָה
לְחַיֹּתוֹ הוּא רָשָׁע בַּעֲוֺנוֹ יָמוּת וְדָמוֹ מִיָּדְךָ אֲבַקֵּשׁ׃
19 וְאַתָּה כִּי־הִזְהַרְתָּ רָשָׁע וְלֹא־שָׁב מֵרִשְׁעוֹ וּמִדַּרְכּוֹ
הָרְשָׁעָה הוּא בַּעֲוֺנוֹ יָמוּת וְאַתָּה אֶת־נַפְשְׁךָ הִצַּלְתָּ׃
כ וּבְשׁוּב צַדִּיק מִצִּדְקוֹ וְעָשָׂה עָוֶל וְנָתַתִּי מִכְשׁוֹל
לְפָנָיו הוּא יָמוּת כִּי לֹא הִזְהַרְתּוֹ בְּחַטָּאתוֹ יָמוּת וְלֹא
21 תִזָּכַרְןָ צִדְקָתוֹ אֲשֶׁר עָשָׂה וְדָמוֹ מִיָּדְךָ אֲבַקֵּשׁ׃ וְאַתָּה
כִּי הִזְהַרְתּוֹ צַדִּיק לְבִלְתִּי חֲטֹא צַדִּיק וְהוּא לֹא־חָטָא
חָיוֹ

e) *ad alteram.* c. 1, 9. 23. f) c. 1, 15. seqq. g) *iuxta illa.* vid. c. 1, 20. 21. h) v. 12. Quo notatur mundi *motus*, qui factus hactenus est, & fit propter prædicationem Euangelii. *Cocceius.* cf. not. c. 1, 24. At sec. alios hoc versu significatur, magna & atrocia Iudæis patrari, deportationes prima grauiores imminere, & hinc magnos gemitus & lamenta.

℣. 14. i) *S. Cum igitur Spiritus sustulit me.* v. 12. c. 11, 24. k) *& suscepit* seu abstulit *me.* Deut. 32, 11. Gen. 32, 24. ex illo loco, ex quo videram gloriam Dei. l) *tristis, amarus*; amara adfectus tristitia. Prou. 31, 6. *Grot.* ob mala illa imminentia, quorum esse iubebar κῆρυξ ἄγγελος. *Raschi*; nam durum quid mihi videbatur, concitare populum meum. *Clarius*: antea volumen illi dulce erat, & cum res agi debet, amarescit experiendo. Spiritus enim promtus est, caro infirma. Matth. 26, 41. At *Cocceius*: Meditatio istius visionis, in qua inprimis audiuerat de inobedientia Israelis, & viderat volumen *lamentorum* &c. in illo magnum *æstum* & *mærorem* effecit, & manus Dei ipsum non sinit quiescere, sed impulit, vt adiret populares suos, & illis visionem exponeret. m) *æstu, excandescentia, indignatione.* Esth. 7, 7. cf. Ion. 4, 1. n) Ion. *sed prophetia a facie Domini.* v. 22. c. 1, 3. o) *præualuit*, potens, vehemens erat, cf. Ier. 20, 9.

℣. 15. p) S. *Vt venerim, venirem* v. 4. 11. q) vid. v. 11. r) Bene S. in *Thel-Abib.* Nom. prop. loci. cf. Esr. 2, 59. Neh. 7, 61. *Tremellius*: tractus est Mesopotamiæ, a monte Masio ad Euphratem pertinens, inter duos fluuios *Chebarem* seu *Chaboram* & *Saccoram*, quem Propheta *Hascherum* vocat &c. quam tamen *Cocceius* aucem vocat coniecturam, & cum aliis adpellatiue reddit: *cum meta esset maturarum frugum*, i. e. ea parte anni, qua fruges maturæ sunt, & metæ in agris passim visuntur. s) v. 23. c. 1, 1. t) *Tremell.* & *Hascherum* sec. *Cthibh.* nec abnuit

ואשב קרי

פסקא באמצע פסוק

צדקותיו קרי

Grotius, alterum fluuium hac voce indigitari. At potius idem Cthibh sec. *Kri.* cum *Sch.* aliisque vertas: *& consedi*, ex rad. Chald. שְׁרָה. vid. *Hillerus* de Kri. p. 329. sic Ion. *requieui inter eos*; nisi malueris Cthibh, cum sequenti coniungere h. m. *& quoscunque illic habitantes.* u) *Illi* enim. x) more lugentium. cf. Psalm. 137, 1. Thren. 2, 10. c. 3, 28. y) cf. Iob. 2, 13. Gen. 50, 10. 1 Sam. 31, 13 Sir. 22, 13. z) *stuporem excitans.* Ion. *tacens.* Syr. *attonitus*, & expectans, donec Deus amplius mandaret; ita vt vel ipse aspectus potuisset & debuisset expergefacere hominum animos, vt quærerent, quidnam sibi vellet insolita illa Prophetæ tristitia. c. 14, 18. Mich. 6, 13. ℣. 16. a) *Factum autem est.* b) c. 39, 14. 1 Reg. 9, 10. c) S. *vt fieret.* d) quæ est *secunda Prophetæ compellatio.* Cocc. ℣. 17. e) *Speculatorem* 2 Sam. 13, 34. Ier. 6, 17. Es. 56, 10. Ion. *Doctorem.* *Raschi*: Cur tu taces? nonne sicut speculator, quem collocant in aliqua turrium, vt videat, an veniant turmæ (hostium) contra vrbem, buccina clangit, ad commonefaciendum populum, vt ingrediatur in vrbem, seque consortet; sic etiam te posui, vt commonefacias eos, vt sibi caueant a pœna, ne ipsam venire faciam super eos. f) c. 33, 7. Ebr. 13, 17. g) *vt audias.* h) Ion. *a Verbo meo.* i) *& moneas* 2 Reg. 6, 10. Ex. 18, 20 cf. Es. 62, 6. k) *Kimchi*: nomine meo; verbis, quæ audiueris a me. ℣. 18. l) *Cum itaque dixero impio* c. 33, 8. 14. *Kimchi*: cum tibi dixero, vt dicas ipsi nomine meo, idem est ac si ego illi dixerim. cf. Luc. 10, 16. 1 Thess. 4, 8. m) *Omnino*, si ita pergis, *morieris*, spiritualì maxime & æterna morte. Gen. 2, 17. c. 20, 7. cf. Es. 3, 11. n) *clare* & sedulo *admonueris ipsum.* cf. Act. 20, 31. 2. Tim. 4, 2. o) *ad dehortandum.* Repetitur verbum, vt ostendatur, non sufficere semel in transcursu locutum esse, sed repetendas esse & inculcandas assidue admonitiones atque obiurgationes, iuxta 2 Tim. 4, 2. Licet enim non sit spes resipiscentiæ totius populi c. 2, 5. c. 3, 7. aliquos tamen sanabiles esse. p) *ad viuificandum eum*, a peccatis reuocatum Ps. 30, 4. Hos. 6, 3. Eph. 2, 5. cf. Act. 26, 16. 18. 2 Tim. 2, 25. 26. Iac. 5, 19. 20. q) *ipse* quidem. r) v. 20. c. 4, 17 Ioh. 8, 21. ne homines sibi blandiantur in ignorantia, reiiciendo culpam in suos pastores, quod perierint errore. s) *sanguinem tamen ipsius.* cf. Gen. 9, 5. c. 42, 22. t) tibi imputabitur mors ipsius. v. 20. c. 33. 6. 8. En arduam verbi ministrorum prouinciam! Hebr. 13, 17. ℣. 19. u) *quum* vel *si* v. 20. Es. 1, 12. c. 43, 2. x) *ab interiori cordis malitia* c. 33, 12. y) *impia viuendi ratione* externa & prauis actionibus, v. 13. Ier. 18, 11. z) *Tu autem.* a) v. 21. c. 33, 9. ℣. 20. b) *Quando* porro *recesserit* c. 18, 24. c) v. 21. Es. 79, 21. d) *& fecerit peruersitatem* Ps. 7, 4. se dederit impietati. 1 Ioh. 3, 8. 9. e) *& dedero* s. *permisero.* *Schm. dedero vero.* cf. Gen. 20, 6. f) *offendiculum* in sensu morali; vnde *Ion.* add. *peccatorum.* (cf. Ps. 69, 28.) hominem relinquens prauæ voluntati & cupiditati suæ; occasiones peccandi ipsi offerri, eumque impingere & corruere *permittens iusto iudicio*, vt hypocrisis manifestetur, & peccata peccatis ita puniantur. Contrar. Prov. 4, 11. 12. c. 15, 19. *Raschi*: vt etiam manifestis flagitiis implicetur. *Ioseph Kimchi*: omnis generis prosperitatem in hoc mundo. cf. c. 7, 19. Luc. 16, 19. 25. Ps. 69, 23. *Gussetius* tamen p. 409. vult, commode retineri *physici mali* significationem, (vt Leu. 19, 14.) hoc sensu, *quod Deus faciat eum incidere in aliquem casum funestum*, vt sic male dispositus moriatur. cf. Ier. 6, 21. g) S. vt *ipse* corruat & *moriatur.* h) *cum* v. 19. 21. i) *in suo* quidem *peccato* v. 18. k) c. 33, 13. *Grot.* tantum abest vt homines sceleratos absoluant parentum virtutes. l) *sanguinem tamen ipsius* v. 18. ℣. 21. m) *Quum* v. 19. 20. n) *admonueris illum*, sc. *iustum.* cf. ead. construct. Ex. 2, 6. 1 Sam. 21, 14. o) *vt ne peccet.* c. 13, 22. c. 17, 14. 1 Ioh. 2, 1. p) *peccauerit* ex proæresi. cf. v. 20. 1 Ioh. 3, 6.

℣. 15. אביב per *Rbhia* 1 sic su. 5. ℣. 16. Sine præmisso *spatio* 1. 2. 5. 6. 9. 10. 12. 20. ℣. 17. אתם *defect.* 1. 2. sic fe. 5. sec. *Mss. Erff.* sed præter *impr. final.* s. 14. a. ℣. 19. ומדרכו sine præf. ו 10. 12. 20. & 6. 9 in textu. ℣. 20. *Spatium* omittunt 1. 2. 5 -- 11. 14. 20. תזכרן cum *Kri* תזכרנה 1. 2. & *Mss. Erff.* ℣. 21. כי per *Makk.* 1, 2. 6. 9. 10. 14.

קמץ בז"ק

חיו יחיה כי נזהר ואתה את־נפשך הצלת׃
22 ותהי עלי שם יד־יהוה ויאמר אלי קום צא
23 אל־הבקעה ושם אדבר אותך׃ ואקום ואצא אל־
הבקעה והנה־שם כבוד־יהוה עמד ככבוד אשר
24 ראיתי על־נהר־כבר ואפל על־פני׃ ותבא־בי רוח
ותעמדני על־רגלי וידבר אתי ויאמר אלי בא הסגר
בתוך ביתך׃ ואתה בן־אדם הנה נתנו עליך עבותים כה
26 ואסרוך בהם ולא תצא בתוכם׃ ולשונך אדביק אל־
חכך ונאלמת ולא־תהיה להם לאיש מוכיח כי בית
27 מרי המה׃ ובדברי אותך אפתח את־פיך ואמרת
אליהם כה אמר אדני יהוה השמע ׀ ישמע והחדל ׀
יחדל כי בית מרי המה׃

המ' בקמץ

קמץ בז"ק

ד ואתה בן־אדם קח־לך לבנה ונתתה אותה לפניך
2 וחקות עליה עיר את־ירושלם׃ ונתתה עליה מצור
ובנית עליה דיק ושפכת עליה סללה ונתתה עליה
3 מחנות ושים־עליה כרים סביב׃ ואתה קח־לך מחבת
ברזל ונתתה אותה קיר ברזל בינך ובין העיר והכינתה
את־פניך אליה והיתה במצור וצרת עליה אות היא
לבית

5, 13. r) *S. ut non. al. ne ergo.* s) Imago Hierosolymæ obsidendæ a Chaldæis, præcluso omnibus exitu. cf. not. v. 24. — ℣. 26. t) *adhærere faciam palato tuo* Ps. 22, 16. Ps. 137, 6. u) *ut obmutescas,* sum ob tergiversationem tuam, quæ coniuncta

CAP. VII, ℣. 1. n) c. 6, 1. Vltima hæc est prophetia anno quinto Zedekiæ edita, coll. c. 1, 2. c. 8, 1. qua finem reipublicæ Israeliticæ s. Iudaicæ proxime instare expresse indicat Propheta. Atque vt ad resipiscentiam Iudæos permoueat, id I. iterum iterumque inculcat v. 2. sqq. II. summam consternationem populi & impotentiam ad resistendum prædicit v. 13. seqq. III. Caussam exponit, inprimis idololatriam v. 20. IV. signo catenæ confirmat, superstites vinciendos & abducendos. v. 23.

℣. 2. o) Sch supplet: audi. p) finis iminet vel venit. v. 3. 6. Thr. 4, 18 sc. felicitatis terræ Israeliticæ. Cocc. finis significat hic tolerantiæ diuinæ terminum, coll. Hab. 2, 3. & colophonem s. consummationem plagarum, quæ in decem tribubus inceperant consummandæ in tribu Iuda. q) venit, inquam, finis. Ion. vltio finalis s. suprema. Raschi confert Deut. 4, 25. 26. seqq. r) super quatuor alas, i. e. super totam Iudæam, cf. Iob. 37, 3. Ef. 11, 12.

Cap. VII.

℣. 3. s) Iam,

ארבע קרי

inquam, venit finis. v. 2. t) emittam enim c. 5, 17. u) & puniam te pro meritis tuis v. 8. c. 36, 19. x) & dabo s. ponam super te; vt in tuum caput recidant. v. 8. Ier 23, 40. Al. contra te tanquam accusatores tuos, coram me iudice. y) v. 4. c. 5, 8.

℣. 4. z) Neque parcet v. 9. c. 5, 11. a) Ion. Verbum meum. sic v. 9. b) clementia vtar c. 8, 18. c) in te erunt v. 9. vndique tibi aderunt, & omnibus conspicuæ. Coccius: q. d. rursus adparebunt, tanquam si vno die commissæ essent, quæ toto tractu temporis commissæ sunt: vt omnis homo intelligat, & ad animum reuocet, quæ viæ, & quæ facta Israelitarum istis plagis coarguantur & castigentur. Al. per ellipsin אשר quæ in medio tui perpetratæ fuerunt. d) v. 9. 27. c. 6, 7. ℣. 5. e) i. e. singulare & maximum funestissimumque. Kimchi; cui non datur simile, coll. c. 5, 9. Raschi: malum maximum, prorsus peculiare, & transscendens omnia cetera, erat desolatio templi. Ion. malum post malum, q. d. vnum post alterum. f) v. 6. 10. Ier. 10, 22. ℣. 6. g) v. 2. 3. Quinto enim anno Zedekiæ Ezechiel in Babylone cœpit prophetare captiuis c. 1, 2. nono autem Nebucadnezar obsidione cinxit Ierusalem, quam vndecimo cœpit. 2 Reg. 25, 1. 2. cf. supra notata ad v. 1. h) cf. Am. 8, 2. i) euigilauit Ef. 29, 8. rupto quasi somno Deus; vel peruigil in te irruit vltio. Obserua emphaticam paronomasiam; vt Ef. 5, 7. Ier. 31, 1. k) super te. v. 13. c. 6, 13 l) cf. not. Ef. 3, 1. Ier. 31, 8. Hos. 9, 6. m) sc. malum. v. 5. ℣. 7. n) Cocc. in Lex. & cum eo nonnulli: Venit ordo s. circulus ad te, v. 10. coll. Iob. 4, 5. Ion. regnum; ex Ef. 28, 5. Kimchi & Abarb. tinctura vel circumductio malorum a Deo immissa, coll. Iud. 7, 3. Ita Drusius obseruat, Theodoretum id interpretari πλοκὴν, i. e. ordinem contextumque malorum omnium. Sic, ipso Grotio obseruante, respici videtur Arab. Dafron, opus plexile. At Schm. aliique: Venit mane super te, super habitatorem; ex Chald. צפרא aurora, (vt respiciatur ad הקיץ v. 6.) i. e. sec. Grot. iudicium; nam mane iudicia exercebantur. Sic excutit illis veternum, in quo obtorpuerant, promittentes sibi quietem perpetuam, quasi nunquam in iudicium vocandi. o) v. 12. cf. not. Hos. 9, 7. p) c. 30, 3. q) dies, dies, inquam, tumultus et calamitatis. Zeph. 1, 14. Ef. 22, 5. similis constr. infra c. 40, 15. coll. Ps. 133, 2. r) Schm. non autem celeusmatis; i. e. cantus s. clamoris læti vinitorum aut vindemiatorum in montibus vitiferis. (1) Coccejo interiectio est euge! cf. הידד Hedad Ef. 16, 9. 10. Ier. 25, 30. c. 48, 33. Kimchi: tumultus hic--non erit, sicut clamor montium, i. e. echo; --sed vox clamoris & strepitus erit, vox vera (hostium) non similitudo vocis Abarb. non supererit gloria aut decor in montibus. qs. idem esset quod הוד Hos. 14, 7. Ion. neque licebit eripere se in prærupta munimenta montium. ℣. 8. s) Nunc enim. t) e propinquo, h. e. breui. cf. Deut. 32, 17. Iob 20, 5. Raschi: festinanter. u) c. 5, 13. c. 22, 31. Thren. 2, 1. c. 4, 11. x) c. 6, 12. y) v. 3. z) vt reddam super te. vid v. 3. 4. ℣. 9. a) Neque parcet &c. v. 4. b) Schm. & abominationes tua. al. & secundum abominationes tuas, quæ in medio tui. vid. v. 4. cf. Matth. 24, 15. c) v. 4. c. 6, 7. 13. d) percutiens. Hoc singulare addit versui quarto hic repetito, tale fore illud iudicium, vt omnibus adpareat, non forte fortuna aut per communem aliquam proteruiam, vt aliis gentibus, irrogari ipsis plagas; sed ab eo, quem nominabant Deum suum, quemque non agnoscebant nec glorificabant, vt Saluatorem & iustitiam suam. Coccius. Conf. Ef. 9, 12. Hos. 6, 1. &c. ℣. 10. e) En præsto est dies! v. 7. Ioel. 2, 1. 2. f) ecce aduenit malum prædictum v. 5. 6. c. 30, 9. cf. Ef. 66, 18. g) exiit, orta est matuta; mane illud, de quo v. 7. Cocc. in Lex. p. 326. conuersus est orbis, periodus exiit. absolutus est tolerantiæ modus. venit tempus repræsentandi peccata præterita in iudicio, vt circulus in se redit & per se reuertitur.

℣. 14. דבלתה per Resch loco Daleth 2. 5. CAP. VII, ℣. 5. Pro אחת (quod 6. 9. in marg. habent אחר 6 v. 10. 14. 20. sic su. 2. 5. & sic legit Chaldæus. ℣. 7. הצפרה defect. Orientales cum sua Mas. ב חס. ℣. 8 אשפוך sic plene 1. 2 5. 6 8. 9. 38. sec. Mas. 1. 2. impr. & Erff. Alii defect.

צץ המטה פרח הזדון : החמס קם למטה־רשע לא־ 11
מהם ולא מהמונם ולא מהמהם ולא־נה בהם : בא 12
העת הגיע היום הקונה אל־ישמח והמוכר אל־יתאבל
כי חרון אל־כל־המונה : כי המוכר אל־הממכר לא 13
ישוב ועוד בחיים חיתם כי־חזון אל־כל־המונה לא ישוב
ואיש בעונו חיתו לא־יתחזקו : תקעו בתקוע והכין הכל 14
ואין הלך למלחמה כי חרוני אל־כל־המונה : החרב טו
בחוץ והדבר והרעב מבית אשר בשדה בחרב ימות
ואשר בעיר רעב ודבר יאכלנו : ופלטו פליטיהם והיו אל־ 16
ההרים כיוני הגאיות כלם המות איש בעונו : כל־הידים 17
תרפינה

h) *effloruit.* cf. Num. 17, 23 *Raschi*: nempe ad percutiendum vos. i) *virga*, *baculus*, quo verberamini. Ion. *dominium*, dominator. *Kimchi*: Nebucadnezar, coll. Es. 10, 5. At Grot. *floruit tribus* Iudæ, i. e. sceptrum regium. k) *effloruit, germinauit* Hos. 10, 4. l) *superbia, insolentia* Chaldæorum. cf. Ier. 50, 31. 32. *Raschi* & *Kimchi*: Nebucadnezar. At *Grotius*: *produxit superbiam.* Is fructus flores secutus est. Sic *Cocc.* protrusit *contumaciam* & proteruiam, gemmas inobedientiæ, infidelitatis, ratiocinationis contra verbum reuelatum. Ita cf. Prou. 11, 2. Ier. 49, 16.

℣. 11. m) *Violentia* sc. Chaldæorum, homines illi *violenti* & rapaces. cf. v. 21. 24. At *Raschi* aliique: *violentia*, quæ in manu vestra, insurget contra vos, tanquam *baculus impietatis* ad perdendum vos. cf. Hab. 1, 2. 9. n) *exsurgit*, accingit se. o) vt sit *virga impietatis* vestræ puniendæ. At Grotius: *aduersus virgam* istam *impiam*, (tribũ Iudæ) *adest* (Chaldæus violentus) qui eam exscindat radicitus. Sed Cocc. *violentia*, caritati erga proximum opposita Gen. 6, 11. *excreuit in virgam* s. *sceptrum improbitatis*, gignit dominationem improbi in vos, ablato sceptro Dei, & gubernatione iustorum, vt tradamini in manum dominatoris improbi; ita vt propria violentia vos ad tale regnum deducat, atque hoc videatur ex vestris iniuriis effloruisse. Improbus ille Rex est Nebucadnezar & successores eius, Medi & Persæ, Græci & Romani. cf. Ps. 125, 3. Es. 14, 5. p) Variant interpretes. Quidam *ad Iudaeos* referunt, vt sensus sit: *Non remanebit aliquis ex iis* immunis a malo, neque *ex multitudine ipsorum* &c. Sic Kimchi: *Non residuus erit vnus ex ipsis*, qui non captiuus abducatur vel moriatur.

קמין בז"ק

Raschi: sic dicit Dominus benedictus ad perditorem: Opus non est, vt relinquas vllum intactum, *nihil enim boni* exspectandũ *ex iis*, *ex filiis & turba ipsorum*. Alii *ad Chaldaeos* hoc sensu: Incrementa hæc imperii s. potestatis *non ex iis* proueniunt, *neque ex multitudine* populorum, *neque ex strepitu* & tumultu exercituum, sed ex Deo, qui illos fecit flagellum vestrum. Sed *Cocc.* Ostendit Propheta, id regnum extraneum esse: ideo dicit, *non esse ex ipsis*; & distincte, *neque ex multitudine ipsorum*: quemadmodum multi Reges in decem tribubus ex multitudine extiterant; *neque ex strepente ipsorum*, quo fastus Regum filiorum Dauidis innuitur; sed alium Regem & alios (extraneos) dominos obtinuisse in ipsos potestatem. q) *a multitudine illorum* s. plebe. Es. 5, 14. c. 31, 4. *Kimchi*: ex multitudine *diuitiarum* ipsorum, coll. Ps. 37, 16. Coh. 5, 9. r) *ex strepitu* s. *strepitibus ipsorum*, i. e. sec. quosdam, magnatibus, qui cum strepitu comitantium incedant. (1) rad. המה formæ יפה *Iaphah* קנה *Kanah*. Alii quasi geminatis litteris Pronominis cum Rabbinis vertunt: ex *iis ipsis*, q. d. nihil prorsus ex iis remanebit. Sic Schmidius: ex *vtrisque illis*. Ion. *ex filiis ipsorum*; forte quod ob eos homo se conturbat & tumultuatur. s) *luctus*, *lamentum* (1) Rad. נהה Mich. 2, 4. *Kimchi*: ob multitudinem angustiarum viui non deflebunt mortuos. cf. Ier. 16, 4. 5. 6. 7. c. 25, 33. t) *propter illos*. S. *in illis*. *Cocceius*: ita auferetur sceptrum domus Dauidis & potestas principum, & libertas regem sibi constituendi, vt etiam nemo sit in ipsis, qui lessum faciat, eiulet l. plangat, vt Regibus fieri solebat Ier. 34, 5. Cogentur enim omnes mœrorem suum dissimulare, propter dominationem Tyranni. At *Gussetio* p. 498. a rad. נאה, est *decus*, *species*, *forma*, cuius omnis denuntietur amissio, postquam versu præced. dictum fuerat, quod floruerint in exercitio malitiæ suæ & in superbia sua. Ita scil. ex analogia יה *Iah*, quod *Cocceius* aliique deducunt a rad. יאה. vid. not. Es. 12, 2. conf. tũ. *Hilleri* Onom. S. p. 251. ℣. 12. u) vid. v. 7. x) *aduenit*. Cant. 2, 12. Esth. 2, 13. 15. i. e. proxime & certissime veniet; *Praeteritum Propheticum*, vt Es. 5, 13. c. 9, 2. Ier. 15, 7. &c. y) *emtor*. Prov. 20, 14. z) quia re emta non fruetur, quippe quam prædabuntur Chaldæi, & ita pecuniæ iacturam faciet. cf. Hos. 9, 1. a) *ne lugeat*; quod sc. ex inopia vendere cogatur, & ad tempus, tanquam non habens hereditatem; inter fratres versetur (cf. Neh 5, 3. 4.); quia, etsi non vendidisset, tamen perdidisset. Sic pauperis & diuitis eadem sors erit. b) *nam excandescentia* v. 14. erit *super vniuersam multitudinem* vrbis & regionis. v. 13. 14. ℣. 13. c) *rem venditam* (to) Neh. 13, 20. d) vt alias fiebat in anno iubilæo, coll. Lev. 25, 10. 13. Nec repugnat huic loco Ier. 32, 15. Ezechiel enim agit de parentibus & de præsenti; atque inprimis alloquitur impios, spe liberationis exclusos; Ieremias vero de filiis & de futuro, fidelesque alloquitur, vt restitutionem sperarent. e) *etiamsi adhuc* sit, vel *aut adhuc* erit. subintell. ex præced. cõmate negatione. f) *inter viuos vita ipsorum*, h. e. etsi viui ad iubilæum vsque manebunt, non tamen repetent vendita, quia in aliorum erunt potestate, & ipsi in peregrina terra. Coccius: *interim tamen vita ipsorum* vendentium sc. *inter viuos* erit, h. e. vitam pro spolio auferent. Ier. 45, 5. g) cf. Ps. 143, 3. Iob. 33, 18. 28. c. 36, 14. h) *visio prophetica*, Es. 1, 1. h. e. prophetia s. iudicium Dei in visione mihi demonstratum. cf. Es. 21, 2. & obserua hic iterum *paronomasiam* inter חרון v. 13. & חזון h. l. i) *ad*, *super* l. *contra totam multitudinem* eius. v. 13. k) *auertetur*, *retractabitur* a Deo, neque irrita erit, aut vacua *redibit*, sed perficietur. cf. c. 12. 21. Es. 22, 1. Num. 23, 20. Es. 43, 13. c. 45, 23. c. 55, 11. Alii: *quia visio* prophetarum erat *ad omnem populum eius*, ad pœnitentiam eum reuocans, *nec tamen conuertebat* se. al. *non iterabitur*, sed vno tempore consumabitur. l) *& quisque*, cuius est *vita in iniquitate sua*. Ellipsis relatiui, vt Ex. 4, 13. Es. 55, 5. c. 56, 2. *Cocc.* Restringit ita & limitat, quod antea dixerat, inter viuos vendentium vitam permansuram, nempe quod, *cuiuscunque vita est in prauitate ipsius*, ii non sint conualituri. At Ion. *quisque delectatur peccatis animæ suæ*. sic *Raschi*. m) *non*, quia resipiscere nolunt, *confortabunt se*, vt possint consistere contra hostes, & vindictam Dei in nihilum redigere. vide sequentia, & cf. 2 Sam. 10, 12. Nomini *collectiuo* singulari verbum *plurale* adiungitur ob *distributionem*. vt sæpius fit. ℣. 14. n) *Clangendo clangent*. s. *clangant*, & classicum canant, hosti aduenienti obuiam processuri. *Schm.* vt Nom. pr. *in Thakoa*; sed *Cocceio* potius est *infinitiuus* absolutus, nominaliter positus cum articulo; quoniam *Thekoa* nomen proprium oppidi in tribu Iuda, per Schua ab initio scribitur, vt 2 Sam. 14, 2. Ier. 6, 1. Am. 1, 1. &c. *Guss.* Hoc, inquit, nomen verbo iunctum videtur ad *summam contentionem* notandam: & forte non est aliud, quam ipse sonus. o) *& praeparando* scil. præparabunt s. præparent *omnia*, quæ ad bellum requiruntur. cf. Nah. 2, 4. Ps. 7, 14. 2 Par. 22, 14. Ier. 46, 14. p) *sed non erit*, qui pugnare audeat. cf. v. 17. & Prov. 28, 1. q) Deut. 2, 32. Ios. 8, 14. 1 Sam. 17, 13. r) vid. v. 12. 13. ℣. 15. s) *Foris*, in agris erit, sive occidet eos. Ier. 6, 11. Hos. 7, 1. t) *intus* in vrbe, vt sequitur. u) c. 5, 12. c. 6, 12. cf. Thren. 1, 20. Ier. 14, 18. 15. ℣. 16. x) *Quodsi etiam euaserint*. Kal (1) Piel frequentius. y) *euasores* quidam *ex ipsis*. c. 6, 8. z) *erunt tamen* omnes ac singuli. a) *super montibus* c. 6, 13. & rupibus, quæ loca habitationibus incommoda petent, vitæ suæ conseruandæ caussa. cf. Iud. 6, 2. Matth. 24, 16. b) *sicut columbae vallium*; quæ nempe metu aucupis aut accipitris, naturali sede deserta, coguntur alio secedere, vt vitæ suæ consulant. Columbis conuallium montanæ opponuntur, quomodo feræ domesticis. *Boch.* Hieroz. II. p. 17. c) *vallium* 2 Reg. 21, 16. d) *gementes* Es. 59, 11. Est enim in voce columbæ & turturis aliquid querulum & gemebundum; vnde *Virgilius*: Nec gemere aëria cessabit *turtur* ab vlmo. *Bochart.* ibid. p. 12. 13. e) *quilibet* c. 1, 9. f) *propter iniquitatem suam*. v. 13. c. 3, 18. 19.

℣. 11. החמס cum *Psk* 1. 2. sic su. 5. sec. *Mas.* 1. ac *Erf.* itemque *Ind. Bas.* f. 50, col. 7. מהמהם per *Chateph pat.* 1. 2. 6. 9. 20. ℣. 13. לא יתחזקו per *Merca* 1. 2. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 20.

18 תַּרְפֶּינָה וְכָל־בִּרְכַּיִם תֵּלַכְנָה מָּיִם׃ וְחָגְרוּ שַׂקִּים וְכִסְּתָה
אוֹתָם פַּלָּצוּת וְאֶל כָּל־פָּנִים בּוּשָׁה וּבְכָל־רָאשֵׁיהֶם
19 קָרְחָה׃ כַּסְפָּם בַּחוּצוֹת יַשְׁלִיכוּ וּזְהָבָם לְנִדָּה יִהְיֶה
כַּסְפָּם וּזְהָבָם לֹא־יוּכַל לְהַצִּילָם בְּיוֹם עֶבְרַת יְהוָה נַפְשָׁם
לֹא יְשַׂבֵּעוּ וּמֵעֵיהֶם לֹא יְמַלֵּאוּ כִּי־מִכְשׁוֹל עֲוֹנָם הָיָה׃
כ וּצְבִי עֶדְיוֹ לְגָאוֹן שָׂמָהוּ וְצַלְמֵי תוֹעֲבֹתָם שִׁקּוּצֵיהֶם עָשׂוּ
21 בוֹ עַל־כֵּן נְתַתִּיו לָהֶם לְנִדָּה׃ וּנְתַתִּיו בְּיַד־הַזָּרִים לָבַז
22 וּלְרִשְׁעֵי הָאָרֶץ לְשָׁלָל וְחִלְּלוּהָ׃ וַהֲסִבּוֹתִי פָנַי מֵהֶם
23 וְחִלְּלוּ אֶת־צְפוּנִי וּבָאוּ־בָהּ פָּרִיצִים וְחִלְּלוּהָ׃ עֲשֵׂה
הָרַתּוֹק כִּי הָאָרֶץ מָלְאָה מִשְׁפַּט דָּמִים וְהָעִיר מָלְאָה
24 חָמָס׃ וְהֵבֵאתִי רָעֵי גוֹיִם וְיָרְשׁוּ אֶת־בָּתֵּיהֶם וְהִשְׁבַּתִּי
כה גְּאוֹן עַזִּים וְנִחֲלוּ מְקַדְשֵׁיהֶם׃ קְפָדָה־בָא וּבִקְשׁוּ שָׁלוֹם

 וְאַיִן

וחללוהו קרי

℣. 17. g) Præ metu remissæ erunt. c. 21, 12. Es. 13, 7. h) cf. Es. 35, 3. Iob. 4, 4. Ps. 109, 24. i) abibunt in aquas, videbuntur resolui in aquam, vt labascant, nec hostibus resistere possint. Sicut alias cor, vel ipsi etiam homines metu ac desperatione liquescere dicuntur; e. c. Ex. 15, 15. Deut. 1, 28. Ios. 2, 9. 24. &c. vid. not. 2 Sam. 17, 10. Kimchi: ita vt non sint vires in ipsis, propter maximam consternationem.

℣. 18. k) Vade accingeni saccos, vt fiebat in summo mœrore. Es. 3, 17. 24. Ier. 48, 37. l) nam operiet, vndique inuadet eos. Ier. 51, 51. Mich. 7, 10. m) tremor, horror. (4) Es. 21, 4. Ps. 55, 6. Iob. 21, 6. n) pudor & ignominia erit. (4) Obad. v. 10. o) caluitium ob euulsos crines; signū luctus. Ezr. 9, 3. Iudæis hoc alias in luctu priuato interdictum erat, Deut. 14, 1. Sed neque hic tam exprimit Propheta, quid fieri deceat, quam quid res ipsa ferat. cf. Ier. 48, 37. Es. 15, 2. & Mich 1, 16.

℣. 19. p) Kimchi: Deos argenteos & aureos, coll. Es. 2, 20. vel thesauros argenti & auri. q) in plateas Thren. 4, 5. 8. vel ad placandos hostes, frustra tamen Es. 13, 17. vel tanquam lutum, & dignum, quod conculcetur, ipsi abiicient Am. 4, 3. Neh. 13, 8. r) in abominationem, vt illud quasi rem immundam (menstruatam) auersentur. v. 20. Thren. 1, 17. s) Prov. 11, 4. Zeph. 1, 18. Sir. 5. 10. Cocc. innuit, illos fiduciam in auro posuisse, putantes, se milites posse conducere auro suo; siue quod ad ornatum templi id contulissent, & ea re se Deo gratiores esse putarent; siue quod aurum illud, aut pecudes pecunia emtas, darent pro redemtione animarum suarum, & putarent, eam veram redemtionem esse, ac

neque aliam requiri. t) Zeph. 1, 18. u) animam s. appetitum suum. Ps. 78, 18. Ps. 106, 15. Ps. 107, 18. x) c. 3, 3. y) quia cohæret cum ditione Segolta. z) scandalum iniquitatis, occasio peccandi, auaritiæ, iniustitiæ, luxus, idololatriæ, fuit. c. 14, 3. cf. c. 3, 20. c. 16, 49. Deut. 31, 15. Grot. ideo aurum & argentum ipsis non prodefit, quia eo vsi sunt ad idololatriam. cf. Hos. 2, 16. c. 8, 4. c. 13, 2.

℣. 20. a) Quod enim attinet ad decus. Schmidius: Eo quod decus ornatus sui. aurum nempe & argentum, atque omnia bona, quibus populum Iudaicum ornauit. cf. c. 20, 6. 15. Es. 28, 1. Dan. 8, 9. Raschi, Kimchi, Coccejus aliiq; in specie de Templo, de quo Iudæi gloriabantur, c. 24, 21. Ier. 7, 4. & quo Deus eos præ ceteris ornauerat, exponunt. b) Ex. 33, 5. c) in superbiam & vanam fiduciam c. 24, 21. cf. Es. 13, 19. c. 23, 9. ὁ. εἰς ὑπερηφανίαν. cf. Marc. 7, 21. 22. d) posuit, adhibuit populus, s. quisq; illorum. Es. 60, 15. e) v. 4. 9. c. 16, 17. f) detestanda sc. idola sua; 1 Reg. 11, 5. Es. 66, 3. Schmidius per asyndeton: & detestationum suarum. g) S. fecerunt ex eo, auro l. ornatu. ב materiæ, vt Ex. 38, 8. 30. At Cocc. in eo, templo. opes suas conuerterunt in superbiæ & superstitionis, ac idololatriæ materiam. h) ideo illud reddam ipsis. c. 35, 3. i) v. 19. ὁ. εἰς ἀκαθαρσίαν Rom. 6, 19.

℣. 21. k) Dabo, inquam, illud v. 20. c. 25, 3. l) in manum alienorum. Es. 1, 7. Hos. 7, 9. cf. Ier. 6, 12. m) in prædam c. 23, 46. Ier. 15, 13. n) & impiis hominibus, huius terræ, Babyloniæ, vbi tunc prophetabat Ezechiel; Iunius. Al. improbissimis terrarum cf. v. 24. Ps. 75, 9. o) Ier. 49, 32. c. 50, 10. p) vt profanent illud. v. 22. np. templum sec. Cocc. vid. not. v. 20. Al. aurum s. aureos & argenteos Deos, qui vobis sacri erant, communis vsus facient, & tanquam re profana vtentur. cf. Deut 20, 6.

℣. 22. q) Auertam quoq;, cf. 1 Reg. 21, 4. r) Ion. Schechinam meam. cf not. Ex. 20, 1. c. 23, 20. c. 33, 14. s) a Iudæis. vel ipsorum etiam hostibus, quasi non videns petulantiam, quam in ipso templo exercebunt, cf. Ps. 10, 1. 11. t) vt profanent hostes, non pluris faciant, quam locum profanum. v. 21. Ion. eo quod profanarunt Iudæi. u) etiam adytum, reconditum meum, S. arcanum meum. cf. Ps. 27, 5. Ps. 31, 20. Denotatur sanctum sanctorum, locus secretior, quo Pontifici summo, semel duntaxat quotannis, venire permissum erat Hebr. 9, 7. 8. ὁ. τὴν ἐπισκοπήν μου, quia Deus ibi signa exhibebat suæ maiestatis; Grot. At Ion. terram Schechinæ meæ. x) in illud adytum. Enallage generis. Coccejo est suffixum femininum pro neutro. aut: ingredientur enim, vel cum ingressi fuerint in eam ciuitatem Ierusalem. y) perfractores, violenti grassatores. c. 18, 10. Ier. 7, 11. Dan. 11, 14. z) v. 21. c. 28, 7.

℣. 23. a) Catenam (3) 1 Reg. 6, 21. vt præfiguraret captiuitatem, in quam catenis vincti abducendi erant. Coccejus in Lexico: Singulare cum articulo notat multas catenas, sufficientes ad abducendum populum. b) reatu sanguinis. Vat. peccatis morte dignis. Sic Grot. e. g. homicidiis aliisq; peccatis clamantibus. cf. c. 16, 38. c. 23, 37. 45. Es. 1, 15. c. 4, 4. Hos. 4, 2. Ps. 51, 16. c) Gen. 6, 11. Hab. 1, 2. 3. Ier. 6, 7.

℣. 24. d) Ideo adducam. Ier. 36, 31. e) pessimos & crudelissimos gentium. cf. v. 21. & Hab. 1, 6. seqq. f) vt occupent domos ipsorum, ipsis abductis in captiuitatem. g) & cessare faciam Es. 13, 11. h) superbiam fortium, pertinacium, resipiscere nolentium, sed templum tantum iactantium, Prophetas v. & verbum Dei spernentium. vid. not. v. 20. & cf. c. 24, 21. & Leu. 26, 19. i) Cocc. in Lex. p. 734. & profanabuntur, vt solent verba imperfecta formas suas miscere, sic חלל & נחל. cf. c. 22, 26. 26. At Schm. & possideant, ex Conj. Piel a rad. נחל, quæ tamen coniug. est transitiua. vid. Num. 34, 29. Ios. 13, 32. c. 14, 1. c. 19, 51. k) sanctificantes eos, i. e. sacerdotes, qui magnates & populum ritibus Mosaicis hypocritice, nulla dignitatis s. veræ pœnitentiæ ratione habita, sanctificant, (cf. Es. 3, 12. c. 9, 15. Mich. 3, 5. Ez. 13, 10.) tanquam profani interimentur, aut abducentur. Nempe Iehouah, Filius Dei est Sanctus Israëlis Es. 1, 4. c. 30, 11. c. 47, 4. & Israëlem sanctificans Ez. 20, 12. c. 37, 28. Lev. 20, 8. c. 21, 8. 15. 23. &c. Profanum itaque in religione est, quidquid hunc auctorem non habet. cf. Ps. 16, 4. & not. 1 Reg. 12, 32. Grotius templum intelligit, numero plurali, ob tres eius partes, in quas diuidebatur (cf. Ps. 68, 36. Ier. 51, 51.) quod ipsorum dicitur, quia templum ab ipsis pollutum pro suo amplius non habebat Deus. Cocc. l. c. profanabuntur, qui ipsos sanctificant (τῶν δοξῶν) & separant & distinguunt a gentibus impuris.

℣. 25. l) Excidium (1) vid. verbum Es. 38, 12. m) S. ideo quærent pacem Ps. 34, 15. sed nusquam inuenient. cf. Ier. 8, 15. 11. c. 14, 19. Es. 48, 22. c. 57, 21. c. 59, 8. Hos. 5, 6. Piscator: Quærent Iudæi pacem, excusando Sedekiam apud Nebuchadn. &c.

℣. 17. מים sine Dag. 6—10. 18. 20. 21. 23. ℣. 22. פריצים defect. Orientales, item 1. & sic fu. 5. sec. Mas. 1. & Erff. ℣. 23. Spatium præmittunt 1. 2. 5. 6—10. 12. 20. 21. 23. ℣. 25. קפדה cum Tiphcha & Makk. simul 5. & Ber. sec. Mas. Num. 38, 26. Ceteri Makk. omittunt. At 20. 23. per Makk. & Meth. loco Tiphcha. בא sine Dag. 1. 5—11. 13. 14. 15.

26 ואין׃ הוה על־הוה תבוא ושמעה אל־שמועה תהיה
ובקשו חזון מנביא ותורה תאבד מכהן ועצה מזקנים׃
27 המלך יתאבל ונשיא ילבש שממה וידי עם־הארץ
תבהלנה מדרכם אעשה אותם ובמשפטיהם אשפטם
וידעו כי־אני יהוה׃ ויהי בשנה הששית בששי ח
בחמשה לחדש אני יושב בביתי וזקני יהודה יושבים
2 לפני ותפל עלי שם יד אדני יהוה׃ ואראה והנה דמות
כמראה־אש ממראה מתניו ולמטה אש וממתניו
3 ולמעלה כמראה־זהר כעין החשמלה׃ וישלח תבנית
יד ויקחני בציצת ראשי ותשא אתי רוח בין־הארץ ובין
השמים ותבא אתי ירושלמה במראות אלהים אל־
פתח שער הפנימית הפונה צפונה אשר־שם מושב
4 סמל הקנאה המקנה׃ והנה־שם כבוד אלהי ישראל
כמראה

onis. cf. v. 3. 2. c. 3, 19. מ caussale, vt c. 11, 19. cf. c. 35, 11. c) agam cum illis. Ier. 21, 2. Grot. profanarunt

CAP. VIII.

ipsi templum; ego faciam, vt profanetur a Chaldaeis. d) & per iudicia illorum meritis conuenientia. cf. c. 5, 8. 10. 15. Vatablus: pro ratione delictorum, pro quibus morte digni sunt. al. iuditiis, quibus ipsi alios iudicarunt, pauperes oppresserunt &c. indicabo eos iure talionis. coll. Matt. 7, 1. 2. e) c. 33, 20. Ps. 62, 13. f) vt tandem cognoscant & sentiant v. 4. 9. c. 6, 14. c. 5, 13. Finis huius iudicii, quem intendit Deus, est cognitio Domini salutaris, & conuersio, quae promittitur Deut. 30, 1. 2. inquit Maius Oecon. V. T. p. 1033. Hactenius visa & audita ab Ezechiele anno primo muneris sui prophetici. CAP. VIII. ℣. 1. g) Porro factum est; in confirmationem superiorum vaticiniorum. In hoc enim capite 8. Propheta I. per ecstasin e Babylone ad Hierosolymam rapitur v. 1--3. vbi II. ab ipso Domino horrenda Hierosolymitanorum idololatria ei monstratur v. 4. sqq. & III. iustissima poena & destructio Templi denunciatur v. 17. 18. Cohaerent autem c. 8. 9. 10. & 11. & vnam Prophetae visionem describunt. vid. not. c. 11, 1. h) a captiuitate s. demigratione Ioiachini c. 1, 2. Ad hunc igitur annum sextum etiam sequentia capita referimus omnia vsque ad 19. inclus. coll. c. 20, 1. vid. Praef. §. 12. i) sexto sc. mense. cf. c. 1, 1. k) quinto die. l) cum ego sederem. m) np. in terra Chaldaeorum, cf. c. 3, 24. n) qui cum Iechonia fuerant deportati 2 Reg. 24, 14. o) vt verbum Dei audirent die illo, qui sabbathum fuisse creditur, & in illo rerum discrimine Prophetam consulerent, cf. 2 Reg. 6, 32. p) c. 11, 5. q) Ion. Spiritus Prophetiae a facie Domini. vid. c. 11, 5. & cf. c. 1, 3. c. 3, 14. 22. c. 37, 1. ℣. 2. r) cf. c. 1, 1. 4. 27. s) c. 1, 4. 5. c. 10, 1. sc. viri s. hominis alicuius, vt habent LXX. & Ar. (tribuit enim ei lumbos, & quasi superiores atque inferiores partes) h. e. Christi. t) cf. c. 1, 27. Piscator: ad figurandam iram Dei aduersus Hierosolymitanos. cf. Deut. 4, 24. u) vt ignis vulgaris. x) splendoris Dan. 12, 3. sc. solis, coll. Matt. 17, 2. Apoc. 1, 16. sub terminatione femin. vox haec Arab. & Amharice Venerem stellam significat. Coccelus: vt purum & lumine perfusum quippiam. Indicatur & sanctitas diuina & charitas, eaque cum manifestatione, cum irae, tum gratiae apud homines. cf. notata c. 1. y) vid. c. 1, 4. z) fulgoris vel aeris candentis (3) vid. c. 1, 4. 27. ℣. 3. a) Emisit vero Vir ille v. 2. b) formam, speciem. c. 10, 8. Deut. 4, 16. 17. c) & apprehendit me cincinno (4) Num. 15, 38. 39. cf. Hist. Beli v. 36. & Cant. 1, 4. At Clerius: Nunc trahitur, inquit, crinibus, exprimens futuram captiuitatem seruilem & duram; vt solent inofficiosi serui ab heris trahi. Sed quando visionem vidit amabilem futuri regni Christi c. 40. deducitur ad terram Israel, & collocatur in excelso monte, non trahitur crinibus. Sic Kimchi. d) c. 11, 24. e) c. 40, 1. 2. f) in visionibus a Deo in me effectis, per reuelationem indubitatam. c. 1, 1. c. 40, 2. Non ergo corpore, sed spiritu & ecstasi animi, in qua veluti praesens cunctas res templi aspiciebat. Ion. in visione Prophetiae, quae mihi immittebatur a Domino. cf. Apoc. 1, 10. g) Propheta non delatus est intra atrium ad hanc portam, sed positus est extra, atque ibi iussus est septentrionem versus respicere, vbi vidit imaginem. Lightfoot Descr. Templi p. 620. h) Haec porta erat inferior septentrionalis, dicta etiam v. 5. Porta Altaris, quod e regione eius sita esset; superior vero porta septentrionalis (c. 9, 2.) hic v. 14. Porta domus Domini dicitur, quod ipsi aedificio Templi opposita esset. Lightf. l. c. i) interioris sc. atrii v. 16. c. 10, 3. c. 42, 4. 1 Reg. 6, 36. c. 7, 12. Sacerdotum scil. Sic Kimchi & Raschi, it. Glass. Phil. S. p. 579. ed. nou. Femininum enim neque cum פתח neque cum שער, quae Masculina sunt, sed cum subintellecto חצר, quod commune est, conuenit. k) qua porta respiciebat versus Aquilonem. cf. c. 40, 35. c. 46, 19. l) vbi, e regione illius portae, versus septentrionem v. 5. erat c. 6, 13. m) sedes (1 Sam. 20, 25. Ps. 1, 1.) simulacri vel imaginis alieni Dei (5) v. 5. 2 Par. 33, 7. 15. Intelligunt vero vnum ex Baalis idolis, quae fecerat Manasses, & in templo posuerat: destruxerat Iosias, reposuerant Reges sequentes. Lightfoot autem in Descr. Templi p. 620. Molochi idolum, cuius cultus erat summus idololatriae apex, & Deum quam maxime ad iram prouocabat combustione liberorum. n) Zelum illum meum c. 5, 13. c. 16, 38. c. 23, 25. prouocantis sc. simulacri vel imaginis; quod Iehouam idolum illud irritaret, Zelotypumque redderet, vt maritum adulter; cum positum esset in ipso Sanctuario eius, & e regione Altaris Lightf. l. c. Miscentur autem hic formae radicum cognatarum. Conf. Deut. 32, 16. 21. Ps. 78, 58. At Cocc. in Lex. p. 753. Videtur, inquit, subesse antanaclasis aut paronomasia: simulacri, quod Deum facit Zelare, facitque Israelitas seruos tradi hostibus. cf. verbum Zach. 13, 5. ℣. 4. o) cf. v. 2. 5. c. 1, 4. p) vid. c. 1, 28. c. 9, 3. c. 10, 3. Polanus: Ingens erat beneficium, gloriam Dei Hierosolymis habitare. Eam hic ostendit, vt ex beneficii magnitudine aestimaretur ingratitudinis, quae mox describitur, magnitudo.

℣. 26. n) Infortunium, calamitas alia post aliam (3) Es. 47, 11. cf. ibid. c. 5, 25. 6. οὐαὶ ἐπὶ οὐαὶ ἔσται. Matt. 23, 13. 14. seqq. Apoc. 8, 13 c. 9, 12. o) & fama ad famam c. 21, 12. Ier. 10, 22. c. 49, 23. mali nuntii se inuicem magno numero excipient, vt Iob. 1. 14. 16. 17. 18. Matt. 24, 6. p) tunc quaerent quidem visionem, cognitionem operis Dei, & consilii ipsius; vel prophetiam de salute sua, de exitu angustiae suae, & de ratione euadendi haec mala. cf. 1 Reg. 14, 2. 3. Ier. 37. 17. c. 38, 14. q) a propheta; sed frustra, coll. Es. 3, 2. Thren. 2, 9. & Ps. 74, 9. r) sed lex, notitia legis & doctrinae veritatis, peribit a sacerdotibus, rerum diuinarum ignarissimis, quidquid illi in contrarium praesument. cf. c. 22, 26. Es. 28, 7. c. 29, 14. Ier. 18. 18. Mal. 2, 7. 8. Al. sacerdotes in tantis angustiis solemnia legis implere non poterunt. deerunt pecudes, simila, vinum, suffitus. Munsterus: periculosa est igitur sera poenitentia. s) vt nec qui sapientissimi alias habentur, quidquam, quod e re sit, suadere possint; secus quam iactabant, Ier. 18, 18.

℣. 27. t) Cuius tamen esset, alios erigere, & tantis malis medelam adferre. cf. Thren. 4, 20. Hos 10, 3. Signum igitur hoc est ἀπορίας Luc. 21, 25. u) v. 12. cf. Ier. 37, 3. seqq. x) cf. c. 12, 10. 12. c. 21, 30. y) desolatione c. 6, 14. stupore induetur & vndique circumdabitur. cf. c. 26, 16. Ps. 109, 18. 29. z) vid. v. 17. a) conturbabuntur, attonitae haerebunt. cf. Es. 21, 3. Ier. 51, 32. ὁ παραλυτικὸς). Hebr. 12, 12. b) Schem. ex via ipsorum; ex merito ipsorum impiae viuendi rationis

℣. 27. אתם sic defect. 1. 2. 22. sec. Mas. impr. h. l. sed contra final. f. 14. 2. CAP. VIII, ℣. 2. החשמלה sic per Pat. 1. 2. 5. 6. 8. 9-- 16. 20. 21. 23. sec. Mas. 1, 2. & Erff. itemque Ind. Bas. f. 60. col. a. ℣. 3. ותביא plene sc. 1. 2. 5. cum nota יתיר י. Sic Mas. Erff.

ה כַּמַּרְאֶה אֲשֶׁר רָאִיתִי בַּבִּקְעָה׃ וַיֹּאמֶר אֵלַי בֶּן־אָדָם
שָׂא־נָא עֵינֶיךָ דֶּרֶךְ צָפוֹנָה וָאֶשָּׂא עֵינַי דֶּרֶךְ צָפוֹנָה וְהִנֵּה
6 מִצָּפוֹן לְשַׁעַר הַמִּזְבֵּחַ סֵמֶל הַקִּנְאָה הַזֶּה בַּבִּאָה׃ וַיֹּאמֶר
אֵלַי בֶּן־אָדָם הֲרֹאֶה אַתָּה מָהֵם עֹשִׂים תּוֹעֵבוֹת
גְּדֹלוֹת אֲשֶׁר בֵּית־יִשְׂרָאֵל ׀ עֹשִׂים פֹּה לְרָחֳקָה מֵעַל
7 מִקְדָּשִׁי וְעוֹד תָּשׁוּב תִּרְאֶה תּוֹעֵבוֹת גְּדֹלוֹת׃ וַיָּבֵא
אֹתִי אֶל־פֶּתַח הֶחָצֵר וָאֶרְאֶה וְהִנֵּה חֹר־אֶחָד בַּקִּיר׃
8 וַיֹּאמֶר אֵלַי בֶּן־אָדָם חֲתָר־נָא בַקִּיר וָאֶחְתֹּר בַּקִּיר וְהִנֵּה
9 פֶּתַח אֶחָד׃ וַיֹּאמֶר אֵלַי בֹּא וּרְאֵה אֶת־הַתּוֹעֵבוֹת
י הָרָעוֹת אֲשֶׁר הֵם עֹשִׂים פֹּה׃ וָאָבוֹא וָאֶרְאֶה וְהִנֵּה כָל־
תַּבְנִית רֶמֶשׂ וּבְהֵמָה שֶׁקֶץ וְכָל־גִּלּוּלֵי בֵּית יִשְׂרָאֵל
11 מְחֻקֶּה עַל־הַקִּיר סָבִיב ׀ סָבִיב׃ וְשִׁבְעִים אִישׁ מִזִּקְנֵי
בֵית־יִשְׂרָאֵל וְיַאֲזַנְיָהוּ בֶן־שָׁפָן עֹמֵד בְּתוֹכָם עֹמְדִים
לִפְנֵיהֶם וְאִישׁ מִקְטַרְתּוֹ בְּיָדוֹ וַעֲתַר עֲנַן־הַקְּטֹרֶת
12 עֹלֶה׃ וַיֹּאמֶר אֵלַי הֲרָאִיתָ בֶן־אָדָם אֲשֶׁר זִקְנֵי
בֵית־יִשְׂרָאֵל עֹשִׂים בַּחֹשֶׁךְ אִישׁ בְּחַדְרֵי מַשְׂכִּיתוֹ
כִּי אֹמְרִים אֵין יְהוָה רֹאֶה אֹתָנוּ עָזַב יְהוָה אֶת־הָאָרֶץ׃
13 וַיֹּאמֶר אֵלַי עוֹד תָּשׁוּב תִּרְאֶה תּוֹעֵבוֹת גְּדֹלוֹת

אשר

q) c. 43, 3. r) c. 3, 22. 23.

✠ 5. s) c. 2, 1. t) Gen. 13, 14. c. 31, 12. Zach. 5, 5. u) *S. versus septentrionem* c. 40, 20. 46. x) vid. not. v. 3. Aliis sic dicta videtur *ab altari* Salomonis, quod Ahaz e medio atrii transtulit ad portam aquilonarem. vid. 2 Reg. 16, 14. Alii *aram idoli* v. 3. *erectam*, & inde portam hanc adpellatam esse, cum Kimchio putant. y) *in introitu* (1) Ita cultus Dei impediebatur, & cultus impius sufficiebatur in locum illius. Circumstantia haec crimen exaggerat, eorumque impudentiam prodit. cf. 2 Reg. 21, 4. 5. &c.

✠ 6. z) Prophetam testem & indicem facit. Sic v. 12. 15. 17. Ier. 3, 6. a) *quid ipsi faciant.* Contractio emphatica, vt Ez. 4, 6. Es. 3, 15. Mal. 1, 13. b) *abominationes* &c. v. 13. 15. c. 5, 11 c) *vt procul recedam* (Infinit. cum ה Paragog. vt Ez. 30, 18.) i. e. vt deseram huius templi curam, & inde migrare cogar. cf. Ier. 12, 7. Es. 65, 5. al. *vt ipsi tandem recedant.* cf. infra c. 11, 15. d) *sed insuper* s. *praeterea*, c. 20, 27. e) *iterabis, videbis*, i. e. iterum videbis alia flagitia. v. 13. cf. Gen. 26, 18. 1 Reg. 13, 33. f) S. abominationes *magnas prae dictis*. Sic v. 13. sf. v 15. quam en. comparationem hic & v. 13. studio non adhibitam esse, putat *Abarb.*

✠ 7. g) v. 14. 16. c. 40, 1. h) *ad ostium atrii interioris*, h. e. sec. *Lightf.* l. c. ad Orientalem portam, quae erat tum temporis frequentissima commeantibus, & in qua tunc sedebat *Magnum Synedrium.* cf. v. 3. i) *vbi vidi.* k) v. 2. 4. l) *foramen* ibi erat. Es. 11, 8. 2 Reg. 12, 10. in pariete vel muro Atrii. *Grotius* intelligit *fenestellam*, per quam viderit Propheta, quae intra cellas Leuitarum peragebantur. *Iunius:* Foramen illud antea caecum erat, vt vocant; non plane pertusum, sed ex parte solum.

מהם קרי

✠. 8. m) *Perfode* (8) c. 12, 5. *Munsterus:* Propheta iubetur per visionem foramen ampliare, donec homo velut per ostium ingredi posset. n) *& quum fodissem*, non in visione; sed plane, quasi res vere agerctur. o) quod obstructum fuit, atque aliunde secretior idololatris aditus; *Pradus.* Ostium hoc erat non templi, sed gazophylacii siue conclauis Sacerdotum vel Principum coll. v. 12. Ier. 35, 4. &c.

✠. 9. p) *Intra, ingredere.* q) *pessimas.*

✠. 10. r) *effigies reptilium* v. 3. Deut. 4, 17. 18. Rom. 1, 23. s) *abominationis* s. *abominabilium.* vid. Es. 66, 17. & cf. supra c. 5, 11. t) *idolorum* quasi *stercoreorum.* vid. not. c. 6, 4. Leu. 26, 30. & cf. Deut. 27, 15. u) Schm. *depictum quid.* al. *depictum* quodque *erat.* (4) c. 23, 14. Pingere tales formas in parietibus mos erat Troglodytarum, narrante Philastrio. *Grotius.* x) vt *vndique* ipsis occurrerent, quae superstitionem eorum accenderent. ✠. 11. y) *Et LXX. Viri.* Ipsius synedrii magni LXX. Adsessores, & Praeses illius *Iaazania*, qui ex officio, tanquam summi iudices, rem adeo detestabilem de medio tollere debuissent. Sic *Kimchi*, coll. Es. 3, 13. *Synedrium* enim *magnum* constabat 71. viris: quem numerum conficiebat Moses & LXX. Seniores ab eo electi, cum in deserto Deus hoc tribunal primum constitueret Num. 11, 16. 21. vid. *Lightf.* Chronol. p. 124. & in Descript. Templi p. 608 it. *Buxt.* Lex. Talm. p. 1513. Alii tamen alios 70. viros intelligunt. z) Hunc credibile est fuisse *Senatus* principem. Alii sunt, de quibus infra c. 11, 1. & 2 Reg. 25, 23. In Parenthesi autem lege haec verba usque ad בתוכם cum *Schmidio*, sec. accentus. a) forte idem 2 Reg. 22, 3. 10. vt notetur, filium a sensu patris & fratrum recessisse. *Cocc.* b) *coram illis* idolis & picturis v. 10. cf. Deut. 10, 8. c) *& quilibet* habebat c. 1, 9. c. 7, 16. d) *thuribulum suum.* (1) 2 Par. 26, 19 e) *& abundantia, multitudo.* (1) cf. tamen Zeph. 3, 10. & Ier. 32, 6. Ez. 35, 13. Ion. *columna.* f) Leu. 16, 13. *Suffitus* tam densus erat, vt videretur *nubes.* g) cf Apoc. 8, 4. *Cocceius:* non necesse est, hoc ita accipere, quasi vel reuera formis animalium thurificauerint (*et clara textus littera hoc postulare omnino videtur*, coll. c. 5, 11. Ier. 7, 30. c. 32, 34. &c.) vel soli illi, qui id reuera fecerunt, huius idololatriae rei fuerint. *Aegyptiorum* erat animalia omnis generis adorare. Populus Israeliticus eo tempore nitebatur ope Aegyptiorum, & ad illos spectabat tanquam conseruatores -- Hoc reuera nihil aliud est, quam honorem conseruationis populi Israelitici tribuere diis Aegyptiorum, & Deum accusare, tanquam desertorem terrae & populi sui &c. ✠. 12. h) vid. v. 6. 15. i) remoti a conspectu eorum, quibus sacra haec non placebant. cf. Deut. 27, 15. Iob. 24, 16. Ioh. 3, 20. & Praef. in Ierem. §. 7. *Grotius:* omnia enim cellarum illarum diligenter obstructa erant, vt nisi forato pariete, inspici nequirent. k) *quisque.* v. 11. l) *in conclauibus penetralibus.* m) *imaginis, effigiei suae*, h. e. sec. *Vatab.* egregie pictis. (6) Leu. 26, 1. Prou. 25, 11. Ps. 73, 7. n) cf. Ps. 14, 1. Es. 5, 18. o) cf. Es. 29, 15. Ps. 94, 7. Ps. 139, 12. Sir 23, 26. 27. seqq. p) c. 9, 9. q. d. non ergo nostra, sed Iehouae culpa sit, quod in alienum cultum tradimur; *Iunius.* Ita frenum potius mordent, quam resipiscunt. cf. Ier. 44, 17. 18. ✠. 13. q) vid. v. 6

✠ 6. נירם sine Mem. sub Mem 3. 6, 9. 30. 82, sic fu. 5. 20. 23.

✠. 7. *Spatium* praemittunt 3. 3. 6. 9. 10

14 אֲשֶׁר־הֵמָּה עֹשִׂים׃ וַיָּבֵא אֹתִי אֶל־פֶּתַח שַׁעַר בֵּית־
יְהוָה אֲשֶׁר אֶל־הַצָּפוֹנָה וְהִנֵּה־שָׁם הַנָּשִׁים יֹשְׁבוֹת
15 מְבַכּוֹת אֶת־הַתַּמּוּז׃ וַיֹּאמֶר אֵלַי
הֲרָאִיתָ בֶן־אָדָם עוֹד תָּשׁוּב תִּרְאֶה תּוֹעֵבוֹת גְּדֹלוֹת
16 מֵאֵלֶּה׃ וַיָּבֵא אֹתִי אֶל־חֲצַר בֵּית־יְהוָה הַפְּנִימִית וְהִנֵּה־
פֶתַח הֵיכַל יְהוָה בֵּין הָאוּלָם וּבֵין הַמִּזְבֵּחַ כְּעֶשְׂרִים
וַחֲמִשָּׁה אִישׁ אֲחֹרֵיהֶם אֶל־הֵיכַל יְהוָה וּפְנֵיהֶם קֵדְמָה
17 וְהֵמָּה מִשְׁתַּחֲוִיתֶם קֵדְמָה לַשָּׁמֶשׁ׃ וַיֹּאמֶר אֵלַי הֲרָאִיתָ
בֶן־אָדָם הֲנָקֵל לְבֵית יְהוּדָה מֵעֲשׂוֹת אֶת־הַתּוֹעֵבוֹת
אֲשֶׁר עָשׂוּ־פֹה כִּי־מָלְאוּ אֶת־הָאָרֶץ חָמָס וַיָּשֻׁבוּ
18 לְהַכְעִיסֵנִי וְהִנָּם שֹׁלְחִים אֶת־הַזְּמוֹרָה אֶל־אַפָּם׃ וְגַם־
אֲנִי אֶעֱשֶׂה בְחֵמָה לֹא־תָחוֹס עֵינִי וְלֹא אֶחְמֹל וְקָרְאוּ
בְאָזְנַי

℣. 14. r) *Deinde duxit me* v. 7. 16. s) ad *superiorem portam* septentrionalem. vid. not. v. 3. & 5. coll. c. 9, 2. t) *deplorantes.* Piel (2) Ier. 31, 15. u) Nom. idoli. (1) Quidam *Adonidem*, amasium Veneris, fuisse dicunt, quem dente apri occisum, vt fabulantur, quum quasi mortuum planxissent, mox reuiuiscentem cum gaudio receperit Venus. Feminæ ergo & viri libidinosi hoc planctu Venerem colebant, vt eam sibi propitiam redderent. Alii *Osiridem* esse putant, vicina voce *Ammuz* Herodoto & Plutarcho dictum, quem Aegyptii, Iudæis vicini, quotannis defleuerint variis & spurcis ritibus. Hunc cultum Iudæos in templum importasse, ibique sedisse ad res venereas, & publica lupanaria ibi habuisse cum pueris meritoriis; coll. 2 Reg. 23, 7. vbi vid. not. Ita *Pfeifferus* in Dub. vex. ex *Seldeno* aliisque existimat, & priorem sententiam cum hac conciliari posse, eundemque esse *Adonidem* & *Osiridem*, docet. Conf. etiam not. Deut. 26, 14. *Cocceius:* non debet mirum videri, *sacra Aegyptiorum* intrasse in Iudæam & Hierosolymam, & feminas Iudæas etiam ea didicisse. Quorum homines ambiunt amicitiam, quorum opibus & potentia nituntur, ad quos confugiunt, eorum religiones aut superstitiones & impietates non abominantur, sed dant iis locum --- Neque tantum mulieres illæ, sed sine dubio hac visione accusantur omnes, quorum cor respiciebat ad illas abominationes. Nihil tam stultum & ineptum est, ad quod homo, non sanctificatus a Deo, qui se non dignum iudicat vita æterna, per nequitiam & libidinem se non proiiciat. *Lutherus, Gusse-tius*, aliique *Bacchum* indicari volunt, lacrymis honorari solitum a suis cultoribus. Conf. not. Hos. 4, 8. 10.

℣. 15. x) v. 6. 12. y) v. 13. z) *maiores*, quippe in loco sacratiore admissæ. *Grot.* & *Iunius* vel potius ob ipsum illud immane flagitium v. 16. & 17. descriptum, quod omnem supergreditur profanitatem.

℣. 16. a) v. 7. 14. b) *interiores*, h. e. sacerdotum. cf. not. v. 3. & 1 Reg. 6, 36. c) ad *ostium* c. 10, 19. Gen. 18, 1. 10. c. 19, 11. &c. d) *inter vestibulum* s. *porticum*, vid. not. 1 Reg. 6, 3. e) sc. holocausti. cf. Ioel 2, 17. & aliam eiusmodi nefariam profanationem sanctissimi Ioel 2 Par. 24, 20. 21. Matt. 23, 35. f) c. 11, 1. Principes sc. populi, vel potius sacerdotes (quorum hic locus erat) h. e. sec. *Lightfooti* Chronol. p. 124. *capita* 24. classium sacerdotalium, *ipseque Pontifex* maximus, quorum erat Deo seruire ad altare, terga ei vertebant, & solem adorabant. g) *quorum posteriora* 1 Reg. 7, 25. erant versus Templum Dei; acsi ipsum ludibrio haberent, aut post tergum suum reiecissent. cf. 1 Reg. 14, 9. Probabile tamen non est, quod ex Talmudicis tradunt Iudæi, quasi versus Templum se denudauerint, & obscœnos flatus aut excrementa etiam emiserint. h) ipsique *incuruabant se.* Forma Chaldaico more composita ex *Participio* & *Verbo* vel Pronomine *plurali secundæ personæ*, cum occulta apostrophe; vt Propheta, de viginti quinque hominibus illis, quos viderat in visione, loquens, vna opera præsentes, ad quos visionem referebat, increparet, tanquam eiusdem sceleris reos. q. d. *incuruantes se erant, sicut etiam vos* ante illos *vos incuruastis.* cf. Zeph. 1, 5. i) *versus Orientem* c. 45, 7. more Chaldæorum & Persarum aliarumque gentium, quæ orientem solem adorabant; cum contra adytum & propitiatorium in templo esset versus Occidentem: quo ipso Deus populum suum a ceteris distinguere voluit, vt Israelitæ Deum adoraturi non Orientem, vt gentes, sed Occidentem spectarent. cf. *Abarb.* h. l. aliosque. Sic Daniel versus Ierusalem, non autem facie ad Orientem directa orabat, Dan. 6, 11. conf. 1 Reg. 8, 48. k) contra Deut. 17, 3. vbi vid. not. ℣. 17. l) vid. v. 6. m) *num leue est?* Niphal formæ נקל *Names.* cf. 1 Reg. 16, 31. 1 Sam. 18, 23. n) q. d. *ex eo, quod faciunt.* cf. Es. 49, 6. Cocceius: *an leue erat domui Iudæ præ, vt facerent?* q. d. an illas abominationes facere, tanti ipsis non est visum, nisi etiam hoc adderent? - Et solent ea esse coniuncta. Impietas persequitur pietatem; non vult enim a pietate damnari & pudefieri, & ignem suum, h. e. malam conscientiam in se exsufflari. o) S. *quod* insuper *implent*, vel *quod terram* sub Manasse & Amone *violentia impleuerunt.* cf. c. 7, 23. c. 9, 9. c. 28, 16. & Hab. 1, 2. Mich. 2, 2. c. 6, 12. p) *&* post inceptam vix sub Iosiæ emendationem *mox reuersi sunt* ad impietatem Neh. 9, 28. vid. Præf. in Ieremiam §. 7 seqq. q) *ad irritandum me* c. 16, 25. Ier. 11, 17. c. 32, 32. r) S. *En ergo illi* sunt mittentes, vel, *& ecce illi.* s) *mittunt* Iob. 5, 10. vel *& ipsi*, tanquam pessima vitis Es. 5, 1. seqq. *emittunt* aut *producunt.* Ez. 17, 6. 7. c. 31. 5. Ps. 80, 12. t) *palmitem.* (5) c. 15, 2. Num. 13, 23. Es. 17, 10. coll. Nah. 2, 3. u) Schm. *ad iram ipsorum.* q. d. lignum ad ignem. Ita *Lightf.* in Horis Hebr. ad Ioh. 15, 6. *Ecce mittunt palmitem* (syluestrem Ez. 15, 2.) *ad iram suam*, quam meruerunt, vt excandescat acrius. Sic etiam *Maii* Oecon. V. T. p. 1034. *Suffixum* igitur *passiue* sumendum pro ira Dei, quam in se accendebant. *Gussetius* tamen p. 251. *actiue* id accipit, h. m. *emittunt*, edunt, *ramum, ad iram suam* aduersus Deum & veros Prophetas ac fideles *exsequendam* coll. Es. 13, 3. Ceterum Masora notat, hic esse *Tikkun Sopherim* s. *adprobationem Scribarum*, qua Ezra & Collegæ ipsius lectionem huius textus dudum adprobauerint & stabiliuerint; ne quis temere cum sciolis nonnullis aliter hic legendum esse, aut scriptum fuisse, existimet. Talmudici enim, & qui eos sequuntur, inter quos etiam Grotius est, pro sua opinione, (quam ad v. 16. indicauimus) non solum זְמוֹרָה contra constantem eius significationem, *sonum musicum*, & ignominiæ caussa *ventris crepitum* hic notare volunt; sed pro אפם etiam אפי forte scriptum aut saltim intelligendum fuisse, suspicati sunt, quasi dixisset Dominus; posteriora illi mihi obuertunt, & *crepitum ventris ad nasum meum* emittunt. Aduersus tales argutias Tikkun Sopherim XVIII. Scripturæ loca munivit; de quibus cf. *Glassii* Phil. S. p. 51. seqq. ed. nov. & lectiones nostras Varr. ad Num. 12, 12. &c. ℣. 18. x) *Vnde etiam ego* per talionem iustissimam. y) *agam* cum iis *in furore* c. 23, 25. z) *Ios.* vt c. 5, 11. sic etiam c. 9, 10. a) c. 7, 4. 9. c. 9. 5.

℣. 15. *Spatium* præmitt. 1. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 20. 21. 22. 23. Reliqui non habent. ℣. 17. אפם Est *Tikkun Sopherim* sec. *Mas.* 1. 2. *impr.* & *Erff.* h. l. & *impr.* Ps. 106, 20.

CAP. IX.

ט באזני קול גדול ולא אשמע אותם׃ ויקרא באזני קול
גדול לאמר קרבו פקדות העיר ואיש כלי משחתו בידו׃
2 והנה ששה אנשים באים מדרך שער העליון אשר
מפנה צפונה ואיש כלי מפצו בידו ואיש אחד בתוכם
לבוש בדים וקסת הספר במתניו ויבאו ויעמדו אצל
3 מזבח הנחשת׃ וכבוד אלהי ישראל נעלה מעל
הכרוב אשר היה עליו אל מפתן הבית ויקרא אל
האיש הלבש הבדים אשר קסת הספר במתניו׃
4 ויאמר יהוה אלו עבר בתוך העיר בתוך ירושלם
והתוית תו על מצחות האנשים הנאנחים והנאנקים

b) cf. c. 11, 13. Gen. 39, 14. 1 Reg. 18, 27. 28. c) *tamen non audiam eos*; & orantibus vicissim tergum obvertam. cf. Es. 1, 15. Ier. 11, 11. Prov. 1, 28.

CAP. IX, 1. d) *Et mox clamauit* s. *pronunciauit* sc. idem, qui hactenus locutus, *Iehoua* v. 4. Deus Triunus, vel *Filius Dei*. Continet hoc caput sec. *Schmid.* vindictam diuinam de abominationibus Hierosolymitanorum, superiori cap. Prophetæ ostensis. Vbi I. habetur præparatio ad exercendam vindictam v. 1. 2. II. præcedanea piorum innocentium obsignatio v. 3. 4. III. ipsum vindictæ exercitium v. 5. 6. 7. IV. Intercessio prophetæ non accepta v. 8. seqq. e) *me audiente* v. 5. c. 10, 13. f) *voce magna*. c. 8, 18. Quæ vocis contentio indignationis diuinæ index, & tanquam celeusma erat ministris, iudicia Dei exsecuturis. g) *appropinquarunt* c. 11, 13. Aliis est *Imper. Piel.* vt Es. 41, 21. Sic Cocc. *Facite* s. *sinite, vt accedant*, quibus mandatæ sunt *visitationes*; subintell. אנשי. h) *visitationes*, i. e. iudicium ac pœnæ vrbis Hierosolymæ. cf. Ier. 10, 15. Hos. 9, 7. i) *idem vnicuique sit.* s. *quisque* habeat. c. 8, 11. k) *instrumentum perditionis ipsius*, (1) i. e. lethiferum seu destructorium, *quo perditurus* est ciues. ὁ. ἐξολοθρεύσεως. cf. Act. 3, 23. & 1 Sam. 25, 13

✱. 2. l) *Ecce itaque* c. 1, 4. m) *sex viri*, iræ diuinæ ministri & executores. *Grotio* Duces exercitus Nebucadnezaris, qui non solum (vt idem cum aliis conficit,) ex sex partibus vrbem oppugnarunt, sed totidem numero eam etiam occuparunt. vid. Ier. 40, 3. n) *ex via* s. *per viam*, c. 42, 2. c. 44. 3. o) *porta superioris*. vid. not. c. 8, 3. *Grotius*: erat hæc via inter se-

ptentrionem orientemque media, qui situs est gentis Chaldæorum ad Iudæam. *Abarb.* vt doceat, vnde hostes venturi sint. Conf. not. c. 1, 4. Ier. 1, 14. p) *respiciens* vel *obversa* est.

אליו קרי

Hoph. (2) Ier. 49, 8. q) conf. c. 8, 3. 5. 14. vbi Iudæi eadem parte idololatria peccasse memorantur. r) *destructionis, dissipationis ipsius* (1) cf. Ier. 51, 20. seqq. s) *sed vir vnus.* Munsterus: Sex erant vastatores, & vnus liberator. Sed quis ratione personæ vir iste fuerit, de eo dissentiunt interpretes. Nostratibus *Christus*, aliis *Spiritus S.* Grotio *Angelus*, Iudæis *Gabriel*, vt mox dicemus. t) *lineis vestibus indutus.* c. 10, 6. ὁ. ἐνδεδυκὼς ποδήρη (cf. Apoc. 1, 13.) ex lino tenuissimo, qualis erat Pontificis maximi Lev. 6, 3. c. 16, 4. 23. Idem habitus hic & Dan. 10, 5. & c. 12, 6. 7. datur Angelo, qui Pontifici maximo; ambo enim ministri Dei; *Grotius*. Talmudici vero in tract. *Ioma* c. 8. f. 77. & alibi de *Gabriele* intelligunt; quod *Raschi* ibid. & in comment. ad c. 10, 2. it. *Kimchi* ad h. l. calculo suo confirmat. Fuit autem sec. nostrates Interpp. potius *Christus ipse*, ceu *vnus* mediator & intercessor ac Saluator populi sui, 1 Tim. 2, 5. Angelus fœderis Mal. 3, 1. Princeps exercitus (angelorum) Domini Ios. 5, 14. Vnde ceteri sex angeli v. 5 ipsum sequi iubentur. Instrumenta etiam, quæ gerit, non, vt reliquorum, mortifera sunt, sed salutifera. vid. v. 4. Neque absonum est, Christum in vna visione variis figuris adumbrari, sicut & in sacrificiis præfiguratus fuit per sacerdotem, victimam, altare &c. Varia enim sunt Christi officia, quæ res vnica non potest adumbrare simul. Hoc igitur modo Christus, imago Dei inconspicui, eidem cum Patre & Spiritu S. insidet solio, idemque, qua homo est, (prout mysterium incarnationis hic præfiguratur) & Patre minor, mandata accipit & exsequitur. cf. *Iunium, Calouium* & *Maii* Oecon. &c. *Cocceio* tamen *vir* hic *indutus talarem* symbolice significat *Spiritum Dei*, fideles signantem (vid. not. v. 4.) & *vestis talaris* eos, quos Spiritus portat & sibi coniunctos habet, in quibus habitat & operatur, qui eius tanquam vestis sunt. Ita Sal. *van Till* ad Mal. 3, 16. Ipse Spiritus S. depingitur habens atramentarium ad renes suos. u) *& atramentarium* (3) v. 3. 11. quo vti solent *scribæ*. Ita *Schmidius* cum plerisque non male; etsi *Castellus* sine iustis rationibus id aptius reddi putat per *cingulum* vel *zonam*, cum LXX. *Arab.* & *Syro*, qui tamen etiam pro הסופר *Scribæ* vel *Scriptoris* atramentario vel cingulo, *sapphirinam* zonam aliene reddunt; vt etiam *Cocceius* in Lex. obseruauit. x) *in lumbis*, vel in altero lumborum *eius*. vide sis *Guffet.* p. 52. F. 4. y) *& ingrediebantur* atrium interius. z) *& stabant*, expectantes nutum & mandatum diuinum. a) holocaustorum 1 Reg. 8, 64. nempe sec. *Grotium*, vt qui multas Deo paraturi erant victimas. Ita enim appellari solent scelerati, de quibus Deus vult vltionem sumere, Es. 34, 6. Ier. 12, 3. c. 46, 10. Ez. 39, 17. At *Cocceius*: Datus fuit ipsis locus apud ipsum altare, quo typice fiebat peccati expiatio. Ex quo intelligimus, Deum hanc visitationem vrbis decreuisse, quod offerendo sacrificia irritassent Ipsum, & reatum cumulassent, non vero peccata sua expiassent, iustitiam (ex opere operato) quærentes in fusione sanguinis pecorum. ✱. 3. b) c. 10, 4. c) *sublata est*, tollebatur. Ex. 40, 36. 37. Num. 10, 11. d) *a Cherubis*, qui in adyto erant super propitiatorio; cf. *Lundium* p. 65. 66. al. super quibus gloria Domini tunc adparebat prophetæ, supr. c. 8, 4. e) *super quo* s. *quibus* fuerat antea. cf. Ps. 80, 2. f) recipiens se *ad limen* templi. c. 10, 4. 18. vt significaret se iam loco cessurum ob impietatem populi, & propius accederet ad ministros iudiciorum suorum, &, quasi pro tribunali sedens, mandaret, vt vrbem vastarent. g) v. 1. 4. h) c. 10, 2. 6 i) v. 2. 11. ✱. 4. k) vid. v. 1. l) *& signa.* (6) 1 Sam. 21, 14. m) *signum*; vnde occisores illi agnoscerent, quibus parcendum esset. (3) v. 6. Iob. 31, 35. Alii litteram ת frontibus ipsorum impressam existimant. Sic Vulg. *& signa Thau* Grotius: littera ת, vnde incipit vox תורה, significabat, illos fuisse legi addictos. ita etiam *Hieron.* ad h. l. quod tamen *Cocceio* friuolum videtur. Aliis est littera prima vocis תחיה *viues*. vid. Kimchi ad h. l. *Et vt ad nostra veniamus*, inquit Hieron. ad h. l. *antiquis Hebræorum litteris*, quibus vsq; hodie vtuntur *Samaritani*, extrema *Thau* litera *Crucis habet similitudinem* &c. Sic etiam alii ex Veteribus, inprimis *Origenes*: quorum vindicias aduersus *Scaligerum* nuper e numis Phœniciis suscepit Cl. *Rhenferd* in Periculo Phœnicio p. 5. & 6. Cf. præter Interpp. D. *Pfeifferi* Dub. Vex. ad h. l. n) *super frontes*. Ap. 7, 3. Ex. 28, 38. cf Ex. 12, 23. Serui in Oriente habebant in fronte nomen Domini sui, teste *Hesychio* in ἐστιγμένα, & *Cælio Rhodigino* 5. 31. vid. *Grotius* h. l. *Frontes* signat non *postes*, vt olim in Aegypto, quod hoc salutis beneficium non promiscue in familias, sed sigillatim in personas, & quidem electas, deriuari voluit; *Iunius*. Spiritus Dei facit, vt probi sint signati *in frontibus* suis, h. e. *vt nomen agni publice per confessionem præferant*, vt per confessionem omnis generis pateat ipsorum fides. Spiritus S. qui datus est fidelibus, est iis σφραγὶς & nota, qua Christus & Pater eius suos agnoscunt, & qua notatos, vt suos, conseruant. Qui aliud χάραγμα recipit, audiet: non noui te, non es meus, non geris signum meum & Patris mei; *Cocc.* o) *gementium*. c. 21, 11. 12. p) *& alte suspirantium*. Grauius est, quam præcedens *gemere* (4) c. 24, 17. c. 26. 15. *Ieremia, Baruch, Ebedmelech* & quicunque præterea Deum timebant, enotati sunt liberationis ergo. *Lightf.* l. c.

CAP. IX. ✱. 2. באים per *Tlischakt.* 3. sic fu. 5. contra *Mas.* 1. & *Erff.* h. l. & *impr.* Gen. 28. 9. מדרך per *Tlischakt* 1. 2. sec. *Mas.* 1. quæ ad præced. vocem notat יא בטעמא פסק דסמ לתלישא *vndecies cum Psik prope Tlischam*. At per *Merca* 3. ✱. 4. תו sine *Dag.* 3. fu. 5. & sic in marg. 6. 9.

על כל־התועבות הנעשות בתוכה׃ ולאלה אמר ה
באזני עברו בעיר אחריו והכו על־תחס עיניכם ואל־
6 תחמלו׃ זקן בחור ובתולה וטף ונשים תהרגו
למשחית ועל־כל־איש אשר־עליו התו אל־תגשו
וממקדשי תחלו ויחלו באנשים הזקנים אשר לפני
7 הבית׃ ויאמר אליהם טמאו את־הבית ומלאו את־
8 החצרות חללים צאו ויצאו והכו בעיר׃ ויהי כהכותם
ונאשאר אני ואפלה על־פני ואזעק ואמר אהה אדני
יהוה המשחית אתה את כל־שארית ישראל בשפכך
9 את־חמתך על־ירושלם׃ ויאמר אלי עון בית־ישראל
ויהודה גדול במאד מאד ותמלא הארץ דמים והעיר
מלאה מטה כי אמרו עזב יהוה את־הארץ ואין יהוה
10 ראה׃ וגם אני לא־תחוס עיני ולא אחמל דרכם
11 בראשם נתתי׃ והנה האיש לבוש הבדים אשר הקסת
במתניו משיב דבר לאמר עשיתי כאשר צויתני׃

CAP. X.

1 ואראה והנה אל־הרקיע אשר על־ראש הכרבים כאבן
2 ספיר כמראה דמות כסא נראה עליהם׃ ויאמר אל־
האיש לבש הבדים ויאמר בא אל־בינות לגלגל אל־
תחת לכרוב ומלא חפניך גחלי־אש מבינות לכרבים
3 וזרק על־העיר ויבא לעיני׃ והכרבים עמדים מימין
לבית בבאו האיש והענן מלא את־החצר הפנימית׃

וירם

tiea ponitur pro prima, q. אל קרי, עינכם ק d. *& is, qui remansit, ego* ipse fui. subintell. אשר vt supra c. 7, 13. Ex. 4. 13. &c. *o*) supplicaturus Deo. cf. Num. 17, 10. Ios. 7, 6. &c. *p*) c. 11, 13. 1 Sam. 15, 11. *q*) c. 4, 14. c. 11, 13. *r*) *num perdens eris?* Gen. 18, 18. *s*) c. 11, 13. *t*) *dum totam effundis iram tuam*. c. 7, 8. c. 14, 19.

℣. 9. *u*) c. 4, 4. seqq. *x*) Gen. 4, 13. Thr. 4, 6. *y*) *in summo gradu* c. 16, 13. *z*) *nam plena est* c. 8, 17. *a*) Innocenter effusis c. 7, 23. c. 22, 2. Hos. 4, 2. *b*) *peruerso*. Sch. *deiecto*. (1) *partic. Hoph.* Ion. Michl. Ioph. Raschi & Kimchi: *peruersione iudicii*. Syr. *fraude*. cf. Deut. 27, 19.

ככל אשר קרי

℣. 5. *q*) Sex sc. occisoribus v. 2. *r*) scil. Deus v. 1. 4. *s*) cf. Ex. 32, 27. *t*) v. 10. c. 8, 18.

℣. 6. *u*) cf. 2 Par. 36, 17. Deut. 32, 25. *x*) Iud. 12, 21. *y*) *ad internecionem, perditionem* c. 5, 16. c. 21, 36. *z*) *sed contra*. *a*) vid. v. 4. *b*) sc. ad eum accedendum. 2 Sam. 1, 15. Ps. 91, 7. Non promittit Deus, fideles sub his Dei iudiciis ab omni molestia immunes fore; nam multi piorum & seruorum Dei magna subierunt incommoda; Daniel cum sociis & ipse Ezechiel abrepti, Ieremias in Aegyptum tractus &c. sed se custodem eorum fore, ne quid lethale accidat, vel saltem nihil, quod tandem non cedat in salutem. *c*) *& a sanctuario meo*, i. e. ab illis, qui in templo sunt, & grauius peccarunt. cf. 1 Pet. 4, 17. Ex quo loco simul colligitur, hoc non tantum ad primum templum & excidium a Chaldaeis illatum pertinere, sed etiam ad posteriora tempora, & signa longe post futurorum praebere. *Maius*. *d*) *incipite* Iud. 20, 31. *e*) *inceperunt ergo a viris*. *f*) vid. c. 8, 11.

℣. 7. *g*) *Contaminate, polluite* cadaueribus impiorum. cf. Num. 19, 11. *Kimchi*: interficite modo eos in templo, qui iam contaminauerunt illud idololatria sua. *h*) templum, non amplius sacrum, sed a Deo destitutum. *i*) *confossis*. c. 11, 19. *k*) S. deinde *exite*, sc. ex templo in vrbem. *l*) *exiuerunt ergo & percusserant* non signatos. cf. Ex. 12. 29. Apoc. 9, 4.

℣. 8 *m*) *cum illi omnes* sine discrimine *caderent* c. 32, 15 *n*) *& relictus essem*, vel q. d. *& relictus essem ego*, sc. cum signatis; vel solus signatus inter sacerdotes & seniores, qui tunc erant in templo *Grotius*. Cf. v. 4. vbi Vir ille iussus fuit signare aliquos in ciuitate, sed neminem in templo *Tertia persona praeteriti Niphal cum* א *epenthetico*

Am. 5, 12. *Cocc.* Lex. *declinatione*, seductione & apostasia a via iustitiae. conf. 1 Reg. 11, 9. Ef. 44, 20. *c*) vid. c. 8, 12. *d*) Ps. 94, 7. Ita fons omnium scelerum est negatio prouidentiae Dei. ℣. 10. *e*) *Ideo etiam ad me* quod attinet. *f*) v. 5. c. 8, 18. *g*) c. 5, 11. Zach. 11, 6. *h*) sed *viam eorum* c. 16, 43. 1 Reg. 8, 32. *i*) *dedi* in decreto meo, & certissime *dabo* in ipso euentu. ℣. 11. *k*) v. 2. c. 10, 2. *l*) v. 2. 3. *m*) *respondebat, responsum referebat* Gen. 37, 14. Num. 13, 26. *n*) cf. Luc. 14, 32. sic etiam Christus Patrem alloquitur Ioh. 17, 4. *o*) *secundum omne quod*, sec. *Kri*. vel sec. Ctibh, *quemadmodum*. CAP. X, 1. *p*) *Porro vidi*, in Spiritu S. & ecstasi c. 1, 1. c. 11, 24. *q*) c. 1, 4. *r*) *super*. c. 2, 10. c. 11, 11. *s*) *expanso* c. 1, 23. 25. 26. *t*) c. 1, 22. 25. *animalia* dicuntur c. 1, 5. *u*) vid. c. 1, 26. Ex. 24, 10. *x*) vid. c. 1, 26. Tres in hoc capite partes sunt sec. *S.* I. *Mandatum* de effundendo super vrbem igne v. 1-7. II. *Descriptio* Cherubinorum & rotarum v. 8-19. & III. Prophetae de iis *informatio* v. 20. seqq. ℣. 2. *y*) nempe sec. *Mai.* Oecon. p. 1034. Deus Pater solio insidens, ad Filium, cui potestatem dedit iudicii exequendi Ioh. 5, 27. Al. *Filius Dei*, throno insidens c. 1, 26. ad Spiritum S. vid. not. c. 9, 1. 2. *z*) de quo supra c. 9, 2. 11. *a*) *dixit inquam*. *b*) *veni ad interstitium, interuallum rotarum* v. 13. singularis collectiue pro plurali. *c*) *ad* locum, qui *subter*. 1 Reg. 8, 6. *d*) *pugillos tuos*. Ex. 9, 8. *e*) *prunis*. Nam *ignis* circumcirca vehiculum, h. e. Cherubinos, conspiciebatur c. 1, 4. 13. cf. Ps. 18, 9. *f*) *ex intermedio loco* rotarum Cherubicarum, quem constat visum esse Ezechieli igne plenum c. 1, 4. 13. *Cocc.* id significat 1) Spiritum Dei (vid. not. c. 9, 2.) effundere iram suam secundum postulationes Ecclesiae. 2) Eum venire in medium Ecclesiae (per animalia repraesentatae; vid. not. c. 1.) vt illud desiderium in ea excitet. Ita videmus, quos Ecclesia soluat & liget, & quomodo solutum & ligatum sit in coelis, quod Ecclesia soluit & ligat in terra, & quam benignus sit Deus, qui etiam sententias suas non exsequatur in hostes suos, nisi cum beneplacito Ecclesiae, & tanquam ex voto illius. *g*) *& sparge eas super vrbem*. cf. Ex. 9, 10. Symbolice significatur, Hierosolymam diuinis iudiciis consumendam. *h*) *intrauit ergo* *i*) me vidente v. 19. ℣. 3. *k*) Sch. *Cherubi enim* v. 1. Ceterum versum 3. 4. & 5. in parenthesi legit *Grotius*. *l*) *a dextro latere templi*, h. e. sec. Ion. *ad meridiem*, adeoque longissime ab illis locis septentrionalibus, vbi erant illae cellae & planctus de Thammuso. c. 8, 10. 14. Aliis tamen est *a parte domus aquilonari*, qua Babylon erat, vt significetur Chaldaeos eam deuastaturos. *m*) *cum intraret ille vir*. Kimchi similem constructionem confert Ex 2, 6. *n*) Ion. *& nubes caliginis*. sic v. 4. *Nubes*, quae, gloria Dei descendente de throno, *impleuit domum* v. 4. significat habitationem Dei in populo cum specie humili. *Cocc* *o*) *implebat*. cf. 1 Reg. 8. 10-13 *p*) *interius* s. sacerdotale. c. 8, 3. 16. c. 44, 17

℣. 5. אחרו *defect.* cum *Kri* ריו 2. 5. תחס sic *defect.* 1. 3. sec. *Mas.* 1. & *Erff.* ac *impr.* ad Gen. 45, 20. Alii *plene*. ℣. 8. ונאשאר Nun per *Sagol*. 5 & *Ber.* contra *Mas. Erff.* At *Schin* per nudum *Schua* 2. 3. 5 & *Mas. Erff.* ℣. 10. וגם per *Kadma* & *Makk.* 1. 5-9 11. 20. 21. 25. At וגם אני per *Sakeph* 2. 3. ℣. 11. כאשר ita cum *Cholem* (prout *Kri* poscit) 5. 22. Ceteri omittunt. CAP. X, ℣. 2. לגלגל per *Kam* 1. 2. sc. 5. sic v. 6. גחלי cum *Dag*. 1. 2. 3. 23. ℣. 3. את החצר sic 1. 2.

4 וירם כבוד יהוה מעל הכרוב על מפתן הבית וימלא
הבית את הענן והחצר מלאה את נגה כבוד יהוה
ה וקול כנפי הכרובים נשמע עד החצר החיצנה כקול
6 אל שדי בדברו: ויהי בצותו את האיש לבש הבדים
לאמר קח אש מבינות לגלגל מבינות לכרבים ויבא
7 ויעמד אצל האופן: וישלח הכרוב את ידו מבינות
לכרובים אל האש אשר בינות הכרבים וישא ויתן
8 אל חפני לבש הבדים ויקח ויצא: וירא לכרבים
9 תבנית יד אדם תחת כנפיהם: ואראה והנה ארבעה
אופנים אצל הכרובים אופן אחד אצל הכרוב אחד
ואופן אחד אצל הכרוב אחד ומראה האופנים כעין
י אבן תרשיש: ומראיהם דמות אחד לארבעתם
11 כאשר יהיה האופן בתוך האופן: בלכתם אל
ארבעת רבעיהם ילכו לא יסבו בלכתם כי המקום
12 אשר יפנה הראש אחריו ילכו לא יסבו בלכתם: וכל
בשרם וגבהם וידיהם וכנפיהם והאופנים מלאים עינים
13 סביב לארבעתם אופניהם: לאופנים להם קורא
14 הגלגל באזני: וארבעה פנים לאחד פני האחד פני

הכרוב

Ppp 5 סא ה

℣. 4 q) Sustulit autem se denuo, vel sustulerat se. v. 15. Gen. 7, 17. Repetitur enim hoc sec. Cocc. ex c. 9, 3. (vbi vide) additurque, quod est in hoc & sequenti versu. cf. not. c. 1, 12. r) v. 18. c. 1, 28. c. 9, 3. c. 43, 2. s) ad limen c. 9, 3. paulatim deserens Templum. t) & impleta est domus. u) ipsa nube c. 6, 9. 1 Reg. 7, 14. cf. Es. 6, 4. & supra c. 1, 4. x) sc. interius v. 3. y) impletum est splendore c. 1, 4. Es. 4, 5. Id Coccejo significat, quod, Sermone (τῷ Λόγῳ) habitante inter homines, visa est gloria eius, vt vnigeniti a Patre, in toto Israele. Ioh. 1, 14. Licet enim omnes Israelitæ non cognouerint Dominum gloriæ & gloriam Domini; tamen omnes audiuerunt verba eius, & viderunt aut cognouerunt facta & passiones eius. Quæ fuerunt radii gloriæ Dei, ex quibus fideles cognouerunt eum Filium Dei vivi. Grotio imago hæc Dei iudicia refert, & splendor claritatem in iudicando significat; nubes ingentes procellas aduersorum.

℣. 5. z) vid. c. 1, 24. a) c. 40, 17. 31. Apoc. 11, 2. Coccejus: Vox alarum audita ad atrium exterius, significat confessionem fidelium, qui Christum viderunt in carne, quæ in toto populo Iudaico famam ingentem & multos sermones concitauit. Alii intelligunt plausus angelorum, Christo applaudentium, eique promte inservientium. b) Ps. 29, 4. 5. i. e. quasi tonitru, vt Symmach. & Theodotion explicarunt, vid. supra c. 1, 24. c) cum loquitur. cf. Ex. 19, 16. 19. c. 20, 1. 18. 19.

℣. 6. d) Factum itaque est. Redit ad narrationem versu 1. & 2. inceptam; quod & recte obseruat Kimchi. e) cum praeciperet ille, throno insidens. f) Viro lineis induto v. 2. 7. c. 9, 2. g) ex intermedio rotarum v. 2. h) h. e. ex quadrato illo spatio, quod Cherubi inter se relinquebant v. 2. i) & abiret s. intravet hic. k) LXX. & Syr. iuxta rotas, in plur. cf. c. 1, 15.

℣. 7. l) Vnus Cherubinorum. m) v. 8. c. 1, 8. n) sumsitque. o) cf. Apoc. 15, 7. p) in pugilles. v. 2. q) v. 2. 6. c. 9, 3. r) qui accepit. s) nempe ad extimi atrii ambitum, prunas in vrbem (ex mandato Dei v. 2.) effusurus. cf. Apoc. 8, 5.

℣. 8 t) Visa enim est species. c. 8, 3. x) vid. v. 21. c. 1, 8. & cf. Dan. 5, 5. y) v. 21.

℣. 9. z) Vidi etiam. Visio hæc maximam partem conuenit (vid. v. 15.) cum visione capitis primi; vbi cf. notata per totum. Pauca hic addit Propheta, quæ supra nondum adfuerunt, breuiter nobis illustranda. a) c. 1, 15. 16. b) i. e. singulæ rotæ iuxta singulos Cherubim; tot erant rotæ, quot Cherubim. c) S. ad instar. vid not. c. 1, 4. d) vid. c. 1, 16. c. 28, 13. ℣. 10. e) Quod vero attinet ad aspectum earum v. 21. c. 1, 5. 13. 16. f) pares ac similes erant rotæ. g) quasi esset. vid. c. 1, 16. ℣. 11. h) Quando ibant illæ rotæ; vel sec. Sch. Cherubi. c. 1, 17. 21. i) Sch. ad quatuor quadraturas ipsarum. vid. c. 1, 8. 17. k) c. 1. 9 17. l) nam ad locum. m) quo spectabat. 1 Sam. 13, 17. 18. n) caput s. facies cuiusque, al. primus Cherub. Kimchi: Indicatur Cherub, quem tanquam caput sequebatur rota. o) post ipsum ibant. Erant autem priores & posteriores, vicibus, vt voluerunt Cherubini. Grot. p) v. 16. ℣. 12. q) Tota autem caro s. corpus eorum, sc. Cherubinorum. al. earum rotarum. cf. Gusset. p. 160 r) & dorsa eorum. Ps. 129, 3. al. & apsides rotarum c. 1, 18. s) v. 8. cf. not. c. 1, 6. t) i. e. species oculorum diffusæ erant per omnes horum animantium partes. Hoc ergo accessit viso illi, quod in cap. 1. habuimus, aut nunc exactius a Propheta obseruatum est. Grot. u) & ipsæ etiam rotæ v. 9. 13. x) plenæ erant oculis. cf. not. v. 20. & c. 1, 18 Apoc. 4, 6. y) quatuor, inquam, illis Cherubim erant ita rotæ eorum q. d. singulorum Cherubinorum rotæ singulæ plenæ erant oculis. al. per asynd. Quatuor illis Cherubis, & rotis eorum omnia oculis plena erant. al. in quatuor illis, sc. ipsis rotis eorum. Sic Kimchi & Raschi. De Cherubinis & rotis mixtim loquitur Propheta, quia erant quasi vnum quid, vnus quippe vtrisque spiritus v. 17. ℣. 13. z) Quod ad rotas attinet. cf. Gen. 31, 43. 1 Sam. 9, 20. a) ipsis acclamabatur, i. e. vt S. habet: Rotæ ipsæ vocabantur. Pyal (7) cf. Es. 48, 8. b) Galgal, h. e. rota valde volubilis. cf. c. 23, 24. c. 26, 10. Ps. 77, 19. Ps 83, 14. Cocc. hoc nomen non potest emphasi carere. Neque enim Spiritus voluit ludere vocabulis. Sine dubio apte per hoc intelligimus myriades sanctitatis (Deut. 33, 2. al. ministros verbi, vt ad c. 1. diximus) in toto mundo circumvallantes Ecclesiam. Ita intelligimus, iram Dei effundi in ciuitatem, iubilantibus omnibus angelis & destructionem ipsius adiuuantibus. c) c. 9, 1. ℣. 14. d) v. 21. c. 1, 6. Sic autem dispositi erant, vt, seu starent, seu mouerentur, quadratum veluti agmen efficerent. Vnius humana facies austrum respiciebat, alterius septentrionem, tertii orientem, quarti occidentem. - - Vel animo concipito, vnum facie humana Orientem respicere, alterum Occidentem facie aquilina, tertium Austrum facie leonina, quartum septentrionem facie vitulina &c. Lightf. l. c. p. 654. qui etiam quatuor capita singulis fuisse, existimat p. 652. cum Schm. vt mox dicemus. e) vnicuique Cherubo erant. f) facies vnius. i. e. sec. Kimch. facies prima de quatuor his faciebus; sic etiam secunda, tertia & quarta de quatuor faciebus istis. At Sch. primi, secundi &c. capitis. Piscator: Singulis istis animalibus h. l. tribuuntur singulæ facies, quum tamen singula habuerint quatuor tales facies (vti & dictio Atnachi docet h. l.) ita omnino postulante ratione itionis ipsorum v. 11. Sed hic ea tantum facies nominatim indicatur, quæ spectabat foras s. extrorsum; ex reliquis autem tribus faciebus vna spectabat ad dextram, altera ad sinistram, tertia ad tergum.

℣. 5. עד החצר ita 2. 3. ℣. 6. בצותו per Paschta 2. 3. ℣. 8. יד per Maz. 3. 6. 9. 10-12 - 16 20. 22. 23. sic su. 5. ℣. 9. אופן per Kam. 2. 6. 9. 20. 23. si su. 5. ואופן per Kam. 1. 2. 3. 6. 9. 23. ℣. 10 האופן per Kam. 1. 2. 3. 5. - 9. 16. 20. 23. ℣. 12. וגביהם plene 1. 2. 3. 5. 6. 9. 10 12. 13. ℣. 13. לאופנים Ita cum Atnach & Tiphcha 1. 2. 7. 12. 15. 16. 24. sic sc. 5. sec. Mas. 1. h. l. & impr. ad Num. 28, 26. הגלגל per Kam. 1. 2. 6. 9. 10. 14. 20.

הַכְּרוּב וּפְנֵי הַשֵּׁנִי פְּנֵי אָדָם וְהַשְּׁלִישִׁי פְּנֵי אַרְיֵה וְהָרְבִיעִי
פְּנֵי־נָשֶׁר׃ וַיֵּרֹמּוּ הַכְּרוּבִים הִיא הַחַיָּה אֲשֶׁר רָאִיתִי טו
בִּנְהַר־כְּבָר׃ וּבְלֶכֶת הַכְּרוּבִים יֵלְכוּ הָאוֹפַנִּים אֶצְלָם 16
וּבִשְׂאֵת הַכְּרוּבִים אֶת־כַּנְפֵיהֶם לָרוּם מֵעַל הָאָרֶץ לֹא־
יִסַּבּוּ הָאוֹפַנִּים גַּם־הֵם מֵאֶצְלָם׃ בְּעָמְדָם יַעֲמֹדוּ וּבְרוֹמָם 17
יֵרוֹמּוּ אוֹתָם כִּי רוּחַ הַחַיָּה בָּהֶם׃ וַיֵּצֵא כְּבוֹד יְהוָה מֵעַל 18
מִפְתַּן הַבָּיִת וַיַּעֲמֹד עַל־הַכְּרוּבִים׃ וַיִּשְׂאוּ הַכְּרוּבִים אֶת־ 19
כַּנְפֵיהֶם וַיֵּרוֹמּוּ מִן־הָאָרֶץ לְעֵינַי בְּצֵאתָם וְהָאוֹפַנִּים
לְעֻמָּתָם וַיַּעֲמֹד פֶּתַח שַׁעַר בֵּית־יְהוָה הַקַּדְמוֹנִי וּכְבוֹד
אֱלֹהֵי־יִשְׂרָאֵל עֲלֵיהֶם מִלְמָעְלָה׃ הִיא הַחַיָּה אֲשֶׁר כ
רָאִיתִי תַּחַת אֱלֹהֵי־יִשְׂרָאֵל בִּנְהַר כְּבָר וָאֵדַע כִּי כְרוּבִים
הֵמָּה׃ אַרְבָּעָה אַרְבָּעָה פָנִים לְאֶחָד וְאַרְבַּע כְּנָפַיִם 21
לְאֶחָד וּדְמוּת יְדֵי אָדָם תַּחַת כַּנְפֵיהֶם׃ וּדְמוּת פְּנֵיהֶם 22
הֵמָּה הַפָּנִים אֲשֶׁר רָאִיתִי עַל־נְהַר־כְּבָר מַרְאֵיהֶם
Cap. XI, וְאוֹתָם אִישׁ אֶל־עֵבֶר פָּנָיו יֵלֵכוּ׃ וַתִּשָּׂא אֹתִי רוּחַ יא
וַתָּבֵא

✠. 19. *f*) v. 16. c. 11, 22. *g*) S. *& submonerunt se* &c. v. 15. 17. *h*) vid. v. 2. *i*) *dum exibant*, ex templo, ad cuius dextrum latus initio viderat illos v. 3. *Kimchi*. *k*) *iuxta illos* c. 1, 20. 21. c. 11, 22. *l*) *Sic stetit* animal l. vnusquisque Cherubinorum, collectiue. vid. v. 2. Singulari vtitur, quia instar vnius stabant. *Kimchi*. cf. not. c. 1, 7. 20. *m*) iuxta *ostium* c. 8, 16. *n*) *porta* sc. atrii exterioris s. populi. *o*) *domus Domini* s. templi, quod situm erat in parte orientali vrbis Hierosolymæ, eique oppositus mons Oliueti. *p*) *orientalis* c. 11, 1. *Grot.* vt templum plane desertum a diuina tutela intelligeretur. At *Coccejus*: Quod dicitur gloria cum animalibus stetisse in aditu simul vrbis & templi, postquam gloria Dei in throno collocata fuit, id significat, quod post Christi ascensionem in cælum non prius in atrium, in quo stabant Israelitæ, veniendum sit, sed quod Christus & Ecclesia eius statim inueniatur in propatulo, obuius gentibus, vndiquaque adfluentibus, sine templo manufacto. Reperitur, inquam, gloria Dei Israelis super animalibus, h. e. vocatis electis fidelibus, neque opus est, eam quæri alibi. *q*) *sursum*. c. 1, 11. 22. 26. Ita vero ægre & lente deserit domum suam Dominus, diuersas faciens stationes. cf. not. v. 4. ✠. 20. *r*) *Hoc*, inquam, *est illud* ipsum *animal* v. 15. *s*) v. 15. 22. *t*) Filio Dei, quem similem homini dixerat c. 1, 26. estque Deus Israelis. *u*) c. 1, 3. *x*) *intellexi autem* certo ac distincte. cf. Ier. 32, 8. Ioh. 19, 35. *y*) quod *illi* essent *Cherubini*, h. e. quod illa animalia idem significauerint, quod Cherubini in templo & super arca (quorum forma ipsi, vtpote sacerdoti c. 1, 3. notissima erat.) Quæ obseruatio hunc habet vsum, Deum non habitare proprie inter Cherubinos ex auro factos, sed inter Cherubinos, qui sunt ζῶα, qui habent in se vitam, oculos, quibus vident lucem veritatis & ignem charitatis, & eas virtutes, quæ per quatuor animalia, tanquam emblema, significantur, fructum charitatis & vitæ Dei in ipsis; Deum adesse illis, qui ipsum glorificant; Habere templum, in quo habitet, etiamsi domus illa ex materia manibus hominum structa, diruatur.. Ex his m. intelligere est, quemadmodum animalia hæc respondent Cherubinis; ita eum, qui in throno sedet, respondere hilasterio, & arcæ; Eum esse ἱλαστήριον προτεθειμένον, *propitiatorium publice propositum*, non in adyto inclusum, ad quod accedere possint omnes in fide sanguinis ipsius Rom. 3, 25. -- Hæc tam diligenter inculcata omnia eo pertinent, vt Israelitæ cogitationem suam & fiduciam abducerent a materiali templo & elementis mundi, & quærerent Deum in Christo, & regnum Dei per fidem Christi in se erigerent, neque contristarentur nimium, quum audirent, templum illud destructum & profanatum iri &c. *Cocc.* ✠. 21. *z*) *Quaterna* facies *vnicuique* erant, vt dictum est v. 14. *a*) *& quatuor etiam alæ*; quarum binis volabant, binis inferiora tegebant. c. 1, 6. *b*) cf. v. 7. 8. & vid. not. c. 1, 8. sæpe id reperit Propheta, vt populus, sine templo victurus, templi mysteria pro templo haberet, & sic ad fœdus multo melius pararetur. *Grot.* cf. etiam not. c. 3, 11. ✠. 22. *c*) *Et* quod ad *similitudinem* s. formam *facierum ipsorum* attinet. *d*) *ipsæ erant facies* *e*) v. 15. 20. *f*) quoad *aspectus illorum & ipsos*. q. d. non tantum *aspectu*, sed & *re ipsa* eadem prorsus erant, quæ vidi in hac secunda visione, cum his, quæ vidi in prima illa visione. Sic *Kimchi*: *ipsa etiam* facies & *aspectus* earum erant sicut facies, quas vidi &c. *g*) *ad oppositam* sibi plagam c. 1, 9. 12. CAP. XI, 1. *h*) Schm. *Postea sustulit me* v. 24. c. 3, 12. 14. c. 8, 3. At *Grotius*: Rectius, inquit, *eleuarat*, i. e. suspensum me tenuerat, coll. c. 8, 16, vt ibi dicta h. l. repetat Propheta, & sermonem ad conuertendas res maiores interruptum hic continuet. Eodem tendit *Kimchi*. Nam & secund. *Glassium* quatuor hæc capita 8. 9. 10. & 11. vnam prophetæ visionem describunt, & quatuor eius partes constituunt. De quibus videsis *Philol. S.* p. 455. seq. *Continuatur itaque hoc capite & ad finem deducitur visio Hierosolymis Prophetæ ostensa*: vbi occurrit I. *Prophetia* contra impios principes v. 1 -- 12. II. Eiusdem *confirmatio*, & Prophetæ *intercessio* non admissa v. 13 -- 16. III. *Promissio* diuina de reductione, & conuersione reliquiarum per Christum v. 17 -- 21. IV. Visionis huius *finis*, & Prophetæ in Babyloniam reductio, ac de visione facta relatio v. 22. seqq.

g) *facies Cherubi*, pro quo est facies *Bouis* c. 1, 10. vbi vide notata. Facies *hominis*, *leonis* & *aquilæ* æque erant facies Cherubi ac facies *iuuenci*. Videtur itaque huius adpellationis hæc esse ratio, quod, cum summus sacerdos ingressus Adytum ad Arcam accederet, Cherubinus, qui erat ad eius dextram, ad quam facilius respicere poterat, quam ad sinistram, obuersam ad ipsum habebat faciem *iuuenci* &c. inquit Lightfootus l. c. p. 652. seq. *h*) S. sc. *capitis*. *i*) vid. c. 1, 10.

✠. 15. *k*) *Sustulerunt quoque se* v. 17. cf. c. 1, 19 seqq. it. ad verbum Es. 33, 10. *l*) h. e. *animal* s. *animalia* v. 20. conf. not. c. 1, 20. *m*) v. 20, 22. *n*) *iuxta fluuium Chebar* c. 1, 1. c. 43, 3.

✠. 16. *o*) *Quando ergo ibant*. *p*) *iuxta illos* c. 1, 19. *q*) *& quando attollebant* v. 19. *r*) *ad se attolendum* v. 4. ὁ. τοῦ μετεωρίζεσθαι. sic v. 17. 19. cf. Luc. 12, 29. *s*) v. 11. *t*) *ab iis*, q. d. *ab apud ipsos* 1 Sam. 17, 30. sed semper illos comitabantur & pariter attollebantur.

✠. 17. *u*) *Cum stabant illi*, hæ quoque *stabant* c. 1, 21. 24. 25. *x*) *& cum illi attollerent se* v. 15. *y*) *sustulerunt se* hæ. v. 15. 19. Num. 17, 10. *z*) cum illis. cf. c. 3, 1. c. 3, 23. 27. *a*) *Vat.* Erat maximus consensus inter rotas & animalia; agebantur enim eodem spiritu diuino. vid. c. 1, 20.

✠. 18. *b*) *Tum porro abiit*. S. *Cum itaque exiuit*. *c*) v. 4. cf. c. 11, 23. *d*) ad quod descenderat a Cherubinis propitiatorii. vid. v. 4. c. 9, 3. c. 46, 2. *e*) np. super quatuor illis animalibus. *Grot.* vt de deportatione decerneret. *Coccejus*: Adscensio gloriæ Dei (de limine domus

mus in thronum) est *adscensio Filii Dei in thronum suum*. Adscensionem Christi in cœlum sequitur exporrectio alarum (v 19.) h. e. fidelis voluntas membrorum Christi, vt Christi regnum extollatur & proferatur, cum promptitudine progrediendi cum ipso, vt aues, quæ ad prouolandum se comparant, alas extendunt. Cum fidelibus etiam angeli abeunt.

✠. 19. וּכְבוֹד אֱלֹהֵי ita 2. 3. sic su. 5. ✠. 20. בִּנְהַר per *Makk*. 2. 7. 8. 13. sic sc. 5.

ותבא אתי אל־שער בית־יהוה הקדמוני הפונה קדימה
והנה בפתח השער עשרים וחמשה איש ואראה
בתוכם את־יאזניה בן־עזר ואת־פלטיהו בן־בניהו
שרי העם׃
2 ויאמר אלי בן־אדם אלה האנשים החשבים און
3 והיעצים עצת־רע בעיר הזאת׃ האמרים לא בקרוב
4 בנות בתים היא הסיר ואנחנו הבשר׃ לכן הנבא
ה עליהם הנבא בן־אדם׃ ותפל עלי רוח יהוה ויאמר אלי
אמר כה־אמר יהוה כן אמרתם בית ישראל ומעלות
6 רוחכם אני ידעתיה׃ הרביתם חלליכם בעיר הזאת
7 ומלאתם חוצתיה חלל׃ לכן כה־אמר אדני יהוה
חלליכם אשר שמתם בתוכה המה הבשר והיא הסיר
8 ואתכם הוציא מתוכה׃ חרב יראתם וחרב אביא עליכם
9 נאם אדני יהוה׃ והוצאתי אתכם מתוכה ונתתי אתכם
י ביד־זרים ועשיתי בכם שפטים׃ בחרב תפלו על־גבול
ישראל

i) *& deduxit* c. 8, 3. k) de qua c. 10, 19. l) *spectantem versus Orientem* c. 44, 1. m) *vbi ecce!* c. 1, 4. n) *Raschio* iidem, qui supra c. 8, 16. o) alius erat c. 8, 11. ex nomine parentis. p) qui morte sua veritatem huius prophetiæ confirmabat. v. 13. Hi duo nominantur, forte quod Ezechieli noti erant, non æque ceteri. q) præcipuæ dignitatis viri, quorum consiliis Rex Zedekias vtebatur v. 2.

℣. 2. r) *Tum dixit Dominus* (vt suppl. LXX.) insidens Cherubinis. c. 10, 19. s) *hi sunt illi viri.* t) *qui cogitant vanitatem* ὁ. μάταια. Mich. 2, 1. quæ perversæ ipsorum cogitationes exprimuntur seq. v. 3. u) *& qui consulunt*, & Regi aliisque suggerunt. 2 Par. 22, 4. x) *consilium malitiæ* plenum Ps. 1, 1. nempe perseuerandi in obstinatione animi sui aduersus omnes Ieremiæ conciones & monita Dni. cf. Præf. in Ierem. §. 11. 12. 13.

℣. 3. y) *Dicunt* enim præfracte. cf. c. 8, 12. Zeph. 1, 12. z) *Nonne in propinquo* vel prope *est, ædificare domos?* Ita cum S. aliisque interrogatiue, (cf. 2 Sam. 23, 5. Hos. 4, 14. &c.) accipimus & in oppositione ad illud, quod supra per Prophetam dixerat Deus c. 7, 7. 8. q. d. *non est prope*; sed procul abest vrbis destructio, quam Ieremias & Ezechiel minantur, coll. c. 21, 27. Mat. 24, 48. a) cf. Gen. 11, 4. Es. 22, 12. Al. *Non prope vrbem ædificare oportet* suburbanas *domos*, ne eis Chaldæus velut instrumentis abutatur, & tanquam coquus cremiis hanc ollam feruefaciat. Consilium militare, vt videmus in locis, obsidionem metuentibus, circumstantia ædificia subrui. b) *hæc* enim vrbs Ierusalem v. 6. *olla* est. v. 7. 11. c. 24, 3. cf. Ier. 1, 13. c) *& nos caro.* Sicut igitur caro, quæ coquitur, manet in olla, donec perfecte elixetur; ita & nos in vrbe manebimus, eique potius immoriemur, quam vt deditionem Chaldæis faciamus. Metuebant enim periuri homines gladium & vindictam Babyloniorum v. 8. *Maius* vero Oec. *V. T.* p. 1035. seq. ita: Cogitabant, sanctam illam *vrbem* esse quasi *lebetem*, in qua *sanctæ carnes*, (sacrificiorum) coquantur, & se sanctum populum, Deo consecratum & addictum, imo sacram carnem. Deum igitur & vrbem & se conseruaturum, cum ibi focum, ignem & ollam habeat. ℣. 4. d) *propheta contra illos*; *propheta* inquam. Repetitio emphatica, vt Es. 40, 1. Dan. 10, 19. ℣. 5. e) *Cecidit igitur* &c. vid. c. 8, 1. f) *Spiritus S.* per prophetiæ donum, antea acceptum, nunc renouandum. Ion. *Spiritus prophetiæ a coram Domino.* vt c. 1, 3. c. 3, 14. g) Schm. *bene.* Kimchi: *veritatem* dixistis hoc prouerbio s. figurata loquutione -- non tamen de vobismet ipsis, neque prout vos cogitastis -- sc. vos non migraturos esse ex Hierosolymis in captiuitatem &c. cf. Ex. 10, 29. Num. 27, 7. h) *& ascensiones*, i. e. cogitationes. cf. c. 14, 3. i) c. 20, 32. k) *scio vnamquamque earum* s. *singulas.* cf. Deut. 31, 21. Hos. 5, 3. Ps. 139, 2. & Ioh. 2, 25. ℣. 6. l) *Multiplicastis* (c. 24, 10.) *cæsos vestros*, v. 7. plurimos occidistis, dolo & iniquis iudiciis; vrbs plena est cædibus iniustis; non ergo potestis non metuere gladium vindicem v. 8. *Coccejus:* Innuit illorum cogitationes v. 2. 3. procedere ex mala conscientia & furore ad omnia flagitia committendum. -- Neque hic tantum de cædibus & persecutione piorum cogitandum est, sed etiam *de animarum perditione.* Nam principes populi, iidem magistri & doctores Ecclesiæ esse debebant. Qui cum non docerent, Deum cognoscere & amare, ac venereri & colere, caussa fuerunt, vt multa millia morerentur in peccatis suis. m) cf. c. 7, 23. c. 8, 13. c. 9, 9. n) instar hostium aut truculentarum bestiarum. cf. c. 30, 11. c. 19, 3. seqq. & Præf. in Ierem. §. 8. 9. ℣. 7. o) v. 6. Prophetæ & viri sancti, quos ob seueras ipsorum comminationes interfecistis; tum etiam alii. p) cf. c. 24, 7. q) *hi*, inquam sunt, quibus, ceu *carni*, hæc vrbs fuit qs. pro lebete; vobis non erit. r) *ipsa vero* olla erit v. 3. s) *vos autem*, in locis remotis miserrime vexandos. t) *educendo* sc. *educam* v. 9. sic LXX. & Syrus. Ion. *transmigrare faciam.* al. *educet* sc. hostis. cf. not. Leu. 6, 7. Iud. 7, 19. &c. ℣. 8. u) sc. Chaldæorum. x) *timuistis* magis, quam me & verbum meum. *Raschi:* vnde miserunt in Aegyptum ad auxilium (impetrandum) coll. c. 17, 15. *Coccejus:* Conscientia vestra vobis dictat, vos dignos esse, contra quos gladius veniat, (vid. not. v. 3. 6.) ita fiet. Vos non timetis, nisi eos, qui corpus possunt occidere; Deum vero, qui & corpus & animam potest in gehennam coniicere, non timetis. Igitur vtrumque vobis eueniet. Peccata vestra non remittentur vobis, donec moriamini Es. 22, 14. y) *ideo gladium adducam* c. 6, 3. c. 14, 17. ipsum illum, quem timuistis; neque eripiet vos Rex Aegypti. *Kimchi.* z) Sigillum comminationis. v. 21. cf. Es. 1, 20. 24. Hos. 11, 11. ℣. 9. a) *Educam, inquam, vos*; v 8. nec fiet, quod cogitastis, vt in vrbe maneatis, donec moriamini. *Kimchi.* b) *e medio eius.* sc. vrbis vestræ. cf Mich. 2, 10. c) Es. 1, 7. Ier. 30, 8. qui ipsi *alieni* viuunt a cultu veri Dei. cf. Eph. 2, 12. d) *vt faciam.* e) *iudicia* & iustas pœnas c. 5, 10. 15. c. 16, 41. ℣. 10. f) *Gladio* ergo illo *cadetis.* v. 8. c. 5, 12. g) *in termino Israelis* v. 11. h. e. in Ribla, in terra Chamath. 2 Reg. 25, 18 -- 21. Ier. 52, 9. 10. 11. *Chamath* autem est terminus Israelis, coll. 1 Reg. 8, 65. *Kimchi.*

CAP. XI. ℣. 2. רע per *Pat.* 1. 2. item 6. 9. in textu, & 10. 20. sic su. 5. ℣. 6. הרביתם per *Chirek* 6. 9. 20 & in marg. 2. contra *Mas. impr.* ac Erff. ומלאתים ita cum *Iod*, ac nota יתיר י 7. 8. 11. 12. 15 -- 19. 21. *Ber. & Orientales*, secund. *Mas. impr.* At sine י eo ceteri & *Occidentales.* ℣. 7. *Spatium* præmitt. 1. 2. 3. 5. 7. 8. 21. אשר per, *Makk.* 1. 2. 3. sic su. 5. הוציא Pro eo אוציא 3. & in marg. 6. 9 sic su. 1. contra *Mas.* 1. 3. ל׳ דסביר אוציא.

11 ישראל אשפוט אתכם וידעתם כי־אני יהוה׃ היא
לא־תהיה לכם לסיר ואתם תהיו בתוכה לבשר אל־
12 גבול ישראל אשפט אתכם׃ וידעתם כי־אני יהוה אשר
בחקי לא הלכתם ומשפטי לא עשיתם וכמשפטי הגוים
13 אשר סביבותיכם עשיתם׃ ויהי כהנבאי ופלטיהו
בן־בניה מת ואפל על־פני ואזעק קול־גדול ואמר אהה
אדני יהוה כלה אתה עשה את שארית ישראל׃
14 ויהי דבר־יהוה אלי לאמר׃ בן־אדם אחיך אחיך
טו אנשי גאלתך וכל־בית ישראל כלה אשר אמרו להם
ישבי ירושלם רחקו מעל יהוה לנו היא נתנה הארץ
16 למורשה׃ לכן אמר כה אמר אדני יהוה כי
הרחקתים בגוים וכי הפיצותים בארצות ואהי להם
17 למקדש מעט בארצות אשר־באו שם׃ לכן
אמר

v. 15. i) sc. *sunt illi, quibus*, s. de *quibus* (Gen. 20, 13.) fastuose dicunt. k) *cives Hieros.* c. 33, 19. *qui manserunt Hierosolymis*, fratribus captiuis importune insultantes. *Cocceius*: non modo *cives Hierosolymitani*, sed maxime *principes* populi, *senatores* supremæ curiæ, quorum erat, vindicare veritatem & falsam de Deo sententiam damnare & eliminare ex populo. De illis igitur dicit, quod & ipsi recesserint a Iehoua, & non-recedentibus ab eo, sed cum Iehoua facientibus, dicant; *recedite*. Hic (ergo) versus ostendit *corruptionem doctrinæ & iudicii in Israele.* cf. Ioh. 9, 22. l) *procul estote* s. facessite c. 8, 6. Es. 54, 14. indigni enim fuistis, qui hic loci habitaretis. m) *a Iehoua* & templo ac terra ipsius. cf. Ion. 1, 3. Ion. *a timore Domini.* n) *nobis* enim *hæc data est terra.* *Vatablus*, quasi dicerent: illi quidem eiiciendi erant ab hac terra sancta, quod reprobi essent; nos vero hic perpetuo mansuri. En spiritum Pharisaicum Luc. 18, 11. 12. cui Christus occurrit Luc. 13, 2. seqq. cf. Ier 21, 13. *Cocceius* ita παραφράζει: Nos qui sedemus iudices in terra, sine dubio heredes sumus & verus Israel. Nobiscum igitur sentire debetis, si vultis hereditatis esse participes. Et nostrum regnum perpetuum est. Ille, quem vos Iehouam dicitis, non est vnus ex nobis, nec heres terræ; relinquite igitur illum (Christum); Sed lapis, quem reprobant Architecti, fit ἀκρογωνιαῖος s. caput anguli Ps. 118, 22. cf. Es. 66, 5. o) *in possessionem hereditariam* c. 25, 4. 10. Ex. 6, 8. ℣. 16. p) *Propterea*, quia ita ipsis insultant. q) *quod* quidem, vel *quum*. Schm. *omnino*. r) *elongauerim, procul eiecerim eos.* Ier. 27, 9. cum Iechonia deportatos. s) *& quod dispersorim ipsos.* Deut. 4, 27. c. 28, 64. c. 30, 3. t) c. 6, 8. c. 12, 15. u) *sed ipse futurus sim*, vel *ero tamen*. Al. quia *tamen factus sum - ideo colligam eos* v. 17. x) cf. Ps. 90, 1. & quod tandem futurum in Hierosolymis supernis Apoc. 21, 22. y) *in sanctuarium* Es. 8, 14. Ier. 17, 12. Quo ipso docet, se per inhabitationem suam in ipsis eos sanctificare & sanctificaturum. Nam inhabitatio Dei in tabernaculo, quod posuerat in medio Israelis, significat habitationem diuinitatis in Christo & carne eius, & in eis, qui sunt ipsius, tum in cælo, tum in terra. Fideles, qui in captiuitatem abducti sunt, audiuerunt verba Dei etiam in captiuitate, & Spiritum Dei docentem habuerunt in medio sui, & accesserunt corde ad Christum, & eum habuerunt pro vero sanctuario, neque putauerunt, a se per abductionem a materiali sanctuario aliud, quam pignus externum, ablatum esse, & communionem cum multis fidelibus, & habitationem in ea terra, ad quam Dominus venturus erat &c. *Cocceius.* z) *paucitatis* i. e. *paucorum* illorum; quos non deseram, sed adero illis, & exaudiam preces illorum, vt olim exaudire solebam in templo illo magno. *Cocceius*: significatur, Deum aliquibus *paucis* in captiuitate daturum esse conuersionem ad se ex corde, vt promissum Deut. 30, 8. *Paucitas* hæc opponitur multis, de quibus Es. 53, 12. Rom. 8, 29. Sensus emphaticus est, q. d. Hi sunt Israelitarum primi, quibus extiti sanctuarium (illi enim sine sanctuario terrestri a me sanctificantur & ad me accedunt) & quidem *sanctuarium non cum numeroso populo*, neque eo collecto in vnum; sed ita, vt pauci hic, pauci illic ad me accedant, & ego accedam ad paucos illos hic illic. *Ideo colligam eos*, & in medio illorum *fiam sanctuarium plurimorum*, h. e. primo ipsorum & filiorum ipsorum ex omnibus tribubus collectorum, & denique omnium gentium. Es. 66, 23. Quod sanctuarium Ezechiel describit in ænigmate c. 40. seqq. Quia vero למקדש non est formæ constructæ, ideo vertunt alii, *pauluper*, exiguo captiuitatis tempore, duraturæ duntaxat 70. annos coll. Hos. 1, 4. Ps. 8, 6. Al. cum LXX *sanctuarium paruum*; per adpositionem (est enim מעט proprie substantiuum) & antithesin inter splendorem visibilis templi, & gratiam Dei coram mundo quasi occultam in ipsis, coll. Col 3, 3. vid. simil. constr. Esr. 9, 8. Neh. 2, 12. Solent tamen etiam absoluta coniungi cum alio substantiuo, *subintellecto constructo* in statu regiminis. cf. not. c. 40, 15. 38. Iud 18, 14. Hos. 14, 3.

h) *iudicabo vos extractos & eiectos ex vrbe vestra.* cf. c. 7, 27. c. 21, 35. i) *vt agnoscatis.* v. 12. c. 6, 7. 13. &c.

℣. 11. k) *Illa itaque.* l) v. 3. m) *& vos non eritis*, vt habent *Syrus* & LXX. in MS. Alex. Nam *negatio repetenda* ex præced. vel præf. *Vau* in ואתם caussaliter s. euentualiter sumendum: *vt vos sitis* conf. not. Deut. 33, 6. & Es. 23, 4. c. 28, 27. n) sed *iuxta*, vel *super* termino. c. 10, 1. c. 16, 25. Ies. 5, 3. *Glass.* p. 1207. *in terminum* Israelis disiectos. o) vid. v. 10.

℣. 12. p) *Vt cognoscatis* v. 10. c. 12, 16. 20. q) *qui* non ambul. vel *cuius* in statutis &c. r) c. 5, 7. c. 20, 13. s) *sed* potius *sec.* impios *mores gentium.* cf. not. c. 5, 7. & 2 Reg. 17, 33.

℣. 13. t) *Factum a. est.* u) *dum ego prophetassem* c. 37, 7. x) *tum Pelatias*, de quo v. 1 y) repente *mortuus est*, in præcedentis prophetiæ sigillum & præsagium futuræ calamitatis. cf. Act. 5, 5 z) c. 9, 8. a) c. 8, 18. b) c. 9, 8. c) num *consummationem*, consumtionem omnimodam? Es. 10, 23. conf. Num. 17, 11, subintellecto *He interrogatiuo*, vt Gen. 27, 24. 1 Sam. 30, 8. &c. *Grot.* itane omnes vis perdere, vt istum Pelatiam? d) *reliquias Israelis* Ier. 6, 9. & sic cessabit etiam promissio patribus de CHRISTO facta? cf. Ier. 31, 20. 21.

℣. 14. e) *Sed factum est* ad informationem & solatium meum.

℣. 15. f) *fratres, fratres*, inquam, *tui*, & quoad carnem Rom. 9, 3. & quoad spiritum etiam filii Patriarcharum, vnum in cælis Patrem tecum habentes. g) S. *viri cognationis tuæ*, i. e. consanguinei seu cognati tui. conf. Leu. 25, 25. Ruth 2, 3. sqq. h) *imo vniuersa domus Israelis tota* c. 20, 40. quotquot sc. in exilium demigrarunt, mihi tamen per resipiscentiam & fidem adhærescunt.

V. 16.

℣. 13. ואזעק קול Ita 2. 8. ℣. 15. כלה cum *Kri* כלו 1. 2. & *Mas. Erf.* ℣. 16 כה per *Makk.* 2. 3. 7. 8. 10 13. 14. 20 12. הפיצותים per *Chatepħ.* 2. 3. & in marg. 6. 9: מעט per *Kam.* 1. 2. 3. 6 9. 20. 23. sic fe. 5. sec *Mas.* 2. & *Erf* at praeter impr 2 Sam. 12, 8.

17 אמר כה־אמר אדני יהוה וקבצתי אתכם מן־העמים
ואספתי אתכם מן־הארצות אשר נפצותם בהם ונתתי
18 לכם את־אדמת ישראל: ובאו־שמה והסירו את־כל־
19 שקוציה ואת־כל־תועבתיה ממנה: ונתתי להם לב
אחד ורוח חדשה אתן בקרבכם והסרתי לב האבן
כ מבשרם ונתתי להם לב בשר: למען בחקתי ילכו ואת־
משפטי ישמרו ועשו אתם והיו־לי לעם ואני אהיה להם
21 לאלהים: ואל־לב שקוציהם ותועבותיהם לבם הלך
22 דרכם בראשם נתתי נאם אדני יהוה: וישאו הכרובים
את־כנפיהם והאופנים לעמתם וכבוד אלהי־ישראל
עליהם

℣. 17. a) *Ideo congregabo vos*; cum politice e Babyl. captiuitate, tum spiritualiter Ioh. 11, 52. De connexione huius cum praeced. versu vid. not. ad v. 15. *Cocceius*: Omnes Israelitae, qui vnquam in captiuitatem deducti fuerunt, edicto Cyri acceperunt libertatem redeundi in terram patrum suorum. Neque tantum redierunt, qui primo reducti sunt cum Zorobabele, sed quicunque voluerunt ex omnibus tribubus. Et inter tribus non fuit tum dissidium, vt tempore Ierobeami primi extitit. Omnes idem sanctuarium terrestre adierunt, partim in fide, partim vtcunque; omnes *Iudaei* adpellati sunt. Omnes paruerunt Senatui, Hierosolymis residenti, vbicunque habitarent. Et haec est *collectio*, quod facti sint vnus populus. cf. tn. not. v. 19. & c. 6, 8. Ier. 23, 3. c. 31, 10. c. 33, 6. Zach. 8, 8. 13. Zeph. 3, 17. b) cf. Mich. 4, 6. c) cf. Ier. 30, 18. d) *in quas dispersi estis*. v. 16. c. 20, 34. 41. e) tibi & fratribus tuis, ac consanguineis, & toti domui Israel v. 15--Non quod viuente Ezechiele id futurum esset, aut viuentibus plerisque illis, qui in captiuitatem abducti erāt; sed quod tamen partim illud Deus facere incepturus esset, viuis adhuc quibusdam in Babyloniam abductis (Daniel enim vixit adhuc sub Cyro) partim piorum ceteris & filiis eorum id Deus esset praestiturus. *Cocceius*.

℣. 18. f) *Tum venient eo*, filii sc. & superstites ex vobis. Aliquando loquitur in secunda persona, aliquando in tertia. vid. v. 19. *Venit eo Sarebabel* cum comitibus suis, & *Esdra* cum suis, & *Nehemias*, & quotquot deinde, vbi libertate sua, eo habitatum concesserunt; vel etiam, quum alibi habitarent; ad festa, cum potuerunt, profecti sunt. vt factum, quum effunderetur Spiritus S. in Pentecoste Act. 2. *Cocceius*. g) 1 Reg. 15, 12. h) *omnia*, non vnum tantum, aut alterum, vt 2 Reg. 3, 2. Ier. 4, 1. i) *detestanda idola*, quae inueterant & ipsi, & gentes post ipsos, v. 21. k) c. 7, 20. *Grotius*: Viuent sine idololatria, praeeuntibus viris egregiis Esdra, Nehemia, Zorobabele &c. *Cocceius*: Populum reformare coeperunt Esdras & Nehemias; sed Maccabaeus & fratres eius ex tota terra omnia idola sustulerunt, immo etiam vicinas gentes subegerunt, & coegerunt circumcisionem accipere, & recusantes exciderunt. ℣. 19. l) *Dabo enim illis*. *Clarius* ad v. 15. obseruat, Ezechielem *ex liberatione terrena* assurgere more prophetico in illam generalem & *spiritualem*, quae facta est per Seruatorem Christum. Coincidit autem haec promissio cum ea, quae est c. 36, 26. Deut. 30, 6. Ier. 23, 3. c. 24, 7. &c. vid. plura apud *Cocc.* m) i. e. *concordiam* Act. 4, 32. vel *cor vnice in me directum* vt non sint δίψυχοι Iac. 1, 8. c. 4, 8. 1 Reg. 18, 21. sed magna *animorum consensione* quaerant Deum, & coalescant in vnitatem corporis Christi, h. e. Ecclesiae, cf. c. 36, 26. Ier. 31, 33. c. 32, 39. Zeph. 3, 9. n) c. 36, 26. cf. Ps. 51, 12. Spiritum Christi, mentem nouam, nouum hominem &c. 2 Cor. 5, 17. *Cocceius*: *Spiritus nouus* significat alium animi habitum; vt non amplius timerent & tristarentur, aut sitirent atque esurirent salutis exhibitionem; sed laetarentur--etiam in adflictionibus & in ipsa morte; non starent ad sanctuarium terrestre, vt serui; sed prope accederent, ad petendum maxima Dei promissa, quae etiam in hoc seculo Ecclesiae sunt danda---filii Dei fierent---neque quaererent domum manu factam, & vrbem non manentem; sed regnum inconcussum, & vrbem, fundamenta habentem, ac patriam coelestem tantum, quaererent. &c. o) cf. Zeph. 3, 11. p) *cor lapideum*, durum, intractabile, stupidum & indocile. c. 36, 26. quale erat non tantum malitiosi Pharaonis Ex. 7, 13. 22. sed etiam Israelitarum, & omnium hominum ex naturali corruptione. Ion. *frangam cor impium, quod erat durum sicut lapis*. q) *ex carne*, i. e. *ex corpore ipsorum*. cf. Num. 16, 22. Es. 10, 18. Ps. 16, 9. Iob. 6, 12. *Caluinus*: Crasse loquitur, vt conformet se ad captum rudis & barbari populi. Deus h. l. haud dubie contumaciae damnat omnes mortales. Neque enim de paucis hic agitur, quorum natura ab aliis differat, sed de Israelitis, quos tanquam speculum nobis proponit, vt sciamus, quales simus, vbi ab eo relicti sequimur proprios affectus. r) *cor carneum*, i. e. molle, flexibile, aptum recipiendae disciplinae, vt possit ei inscribi doctrina Christi. 2 Cor. 3, 3. Ion. *cor timens coram me, vt faciant beneplacitum meum*. Ceterum *impletum hoc est ex parte* post reditum ex Babylone, cum Iudaei haberent aliam mentem & alios mores, quam antea, & idololatria, a qua olim diuelli non poterant, illis odiosissima facta esset; *plene autem* sub Euangelio CHRISTI. Conf. *Cocc.* ad v. 20. ℣. 20. s) *Vt in statutis meis ambulent*; veritatem regenerationis suae ipso effectu & fructu demonstrantes. c. 36, 27. Leu. 26, 3. *Cocceius*: Non potest hic non intelligi *lex Domini*, de qua promittitur Ier. 31, 33. *quod eam positurus esset in medio omnium, & scripturus in cordibus*; *praeceptum*, quod Moses Deut. 30, 11-14. dicit, esse *propinquum in corde* & ore. Quod Paulus Rom. 10, 6--10. interpretatur *praeceptum fidei*. Non opus est hic quaerere de praeceptis, quae sunt legis placitorum, carnalibus, impotentibus & inutilibus, vt Paulus loquitur--Nam ea non sunt omnis temporis, si opus externum spectes; sed si veritatem & nucleum, & rem eorum spectes, continentur in praecepto fidei & charitatis. &c. cf. Rom. 8, 1-4. Luc. 1, 74. 75. t) c. 14. 11. *Cocceius*: non dicitur: ero illis *in regem & dominum*, qui praecepta grauia imperet, qui opus imponat, qui oneret, iugo premat, tributum exigat, delasset, in seruitutem redigat, & suae voluptatis & vtilitatis caussa molestiam subire cogat populum, sed *in Deum*, qui nullo indiget, qui (tantum) glorificari vult, vt potens, bonus, rectus, & amari, vt verum & solum bonum, & qui sibi desponsat populum suum, vt sponsam suam, per fidem. Hos. 2, 22. Adhibetur hic illud nomen, quo Deus omnem bonitatem suam complexus est in promissione Gen. 17, 7. cf. Leu. 26, 12. 2 Cor. 6, 16. ℣. 21. w) Schm. *Verum iam iuxta cor & desiderium*. cf. 1 Sam. 13, 14. Ier. 3, 15. x) *detestationum & abominationum suarum*, h. e. sec. ea, quae idolis suis grata esse putant, Ion. *post cultum idolorum suorum*. vid. v. 18. *Cocceius* tamen hic per *detestationes & abominationes* intelligit non tam *imagines*, quae cor non habent, quam diabolum & homines, doctrinas daemoniorum loquentes; qui ipsis videbantur esse Prophetae, & verbum Dei loqui. y) i. e. *animus* & inclinatio *eorum* Iud. 5, 9. c. 9, 3. 2 Sam. 15, 13. Neh. 3, 38. *cor ipsorum* rebelle & refractarium Ier. 5, 21. 23. Al. vt *Vulg. Syr.* &c. per ellipsin relatiui constructionem hic incipiunt, h. m. *Quarum autem cor* post cor s. lubitum detestationum & abominationum suarum *ambulat*, quales tum fuerunt pleriq; Hierosolymitani, v. 15. *illorum viam* &c. z) S. *abit*; sc. a me. vel ambulat. cf. c. 33, 31. Iob. 31, 7. a) S. ideo *viam illorum*. Ion. *vindictam viarum suarum*. cf. Ier. 23, 12. Prou. 1, 31. b) c. 9, 10. c. 16, 43. c. 22, 31. *Cocceius*: Hoc primo in eos, qui Hierosolymis adhuc erant, dicitur--sed praeterea etiam in illos, qui olim non accepturi erant cor vnum & animum nouum. c) vid. v. 8. ℣. 22. d) S. *Hic sustulerunt* &c. c. 10, 19. e) c. 1, 20. 21. f) v. 23.

℣. 18. ובאו־ ita cum *Makk.* & *Tiphcha* 5. 24. & *Ber.* sec. *Mas.* Num 28, 26. At ceteri *Makk.* omittunt. ℣. 19. Pro אחד hab. חדש 6. 9. in marg. sic sc. in textu 1. בקרבכם Pro eo hab. בקרבם 1. 2. sic sc. 3. 5. & sic in marg. 6, 9. מבשרם Pro eo hab. מבשרכם 6. 9. in marg. sic sc. 3. 5.

23 עֲלֵיהֶם מִלְמָעְלָה׃ וַיַּעַל כְּבוֹד יְהוָה מֵעַל תּוֹךְ הָעִיר
24 וַיַּעֲמֹד עַל־הָהָר אֲשֶׁר מִקֶּדֶם לָעִיר׃ וְרוּחַ נְשָׂאַתְנִי
וַתְּבִאֵנִי כַשְׂדִּימָה אֶל־הַגּוֹלָה בַּמַּרְאֶה בְּרוּחַ אֱלֹהִים
25 וַיַּעַל מֵעָלַי הַמַּרְאֶה אֲשֶׁר רָאִיתִי׃ וָאֲדַבֵּר אֶל־הַגּוֹלָה
אֵת כָּל־דִּבְרֵי יְהוָה אֲשֶׁר הֶרְאָנִי׃

CAP. XII. יב

וַיְהִי דְבַר־יְהוָה אֵלַי לֵאמֹר׃ בֶּן־אָדָם
2 בְּתוֹךְ בֵּית־הַמֶּרִי אַתָּה יֹשֵׁב אֲשֶׁר עֵינַיִם לָהֶם לִרְאוֹת וְלֹא
רָאוּ אָזְנַיִם לָהֶם לִשְׁמֹעַ וְלֹא שָׁמֵעוּ כִּי בֵּית מְרִי הֵם׃
3 וְאַתָּה בֶן־אָדָם עֲשֵׂה לְךָ כְּלֵי גוֹלָה וּגְלֵה
יוֹמָם לְעֵינֵיהֶם וְגָלִיתָ מִמְּקוֹמְךָ אֶל־מָקוֹם אַחֵר לְעֵינֵיהֶם
4 אוּלַי יִרְאוּ כִּי בֵּית מְרִי הֵמָּה׃ וְהוֹצֵאתָ כֵלֶיךָ כִּכְלֵי גוֹלָה
יוֹמָם לְעֵינֵיהֶם וְאַתָּה תֵּצֵא בָעֶרֶב לְעֵינֵיהֶם כְּמוֹצָאֵי
5 ה גּוֹלָה׃ לְעֵינֵיהֶם חֲתָר־לְךָ בַקִּיר וְהוֹצֵאתָ בּוֹ׃ לְעֵינֵיהֶם
6 עַל־כָּתֵף תִּשָּׂא בַּעֲלָטָה תוֹצִיא פָּנֶיךָ תְכַסֶּה וְלֹא תִרְאֶה
אֶת־

r) apertio oris (1) c. 29, 21. vt non audeas amplius os aperire contra me, nec vltra habeas, quo vel iuste de me conqueri, vel te excusare possis aut palliare peccata tua, agnoscens, nihil in te esse, præter damnationis materiam, ac proinde sola fide expiationem a Christo perfectam amplectens, omnemque tribuens gloriam soli Deo Seruatori tuo. cf. Ps. 107, 42. Iob. 5, 16. *s) propter ignominiam s. pudorem tuum.* v. 61. *t) cum expiauero & ignouero sibi* Deut. 21, 8. *u) omne*, vel *iuxta omne.* *x)* v. 59. *y)* v. 14. c. 11, 8. CAP. XVII, *v. 1. z) Præterea factum est.* Postquam præced. capite Deus perfidæ Hierosolymæ flagitia ipsius grauissime exprobrauit, iustasque pœnas denunciauit, addita tandem promissione pro reliquiis piorum; nunc *sub alio ænigmate*, vel emblemate *grauis denunciatio iudicii aduersus Regem Zedekiam* sequitur, propter violatum ab ipso ius iurandum, & temerariam rebellionem aduersus Babyloniæ Regem. Estque hic I. ipsum *ænigma* s. emblema de duabus aquilis & surculo cedri ac vitis v. 3--10. II. perspicua eius *explicatio* v. 11 - 21. III. *Promissio* de regno Israelis per Christum spiritualiter restituendo, & ad omnes gentes amplificando. v. 22. seqq. *v. 2. a) propone ænigmatice, acute & obscure dic.* (4) Iud. 14, 12. 13. 16. vt attentiores reddas Iudæos, tanquam ad rem non vulgarem, quæ illos serio afficere debeat. *b) ænigma* Ps. 49, 5. *Cocc.* Vsus ænigmatum magnus est in Scriptura. Auditorem rapiunt ad considerandum; memoriæ inhærent; lucem ingentem faciunt, cum intellecta fuerint; minore cum offensione audiuntur; præbent docentibus docendi εὐεργέτας, faciunt, vt fratres inter se communicent, vna in scrutandis sensibus ænigmatum occupati. *c)* S. *& paraboliza parabolam.* c. 16, 44 c. 21, 5. *d)* S. *de* c. 19, 1. 4. *e)* & in specie de Rege eorum. *v. 3. f) Aquila illa magna*, nempe Rex Babelis *v.* 12. cf. Ier. 48, 40. & c. 49, 22. Hos. 8, 1. Ratio similitudinis est, quia aquila robore pollet, pernicitate excellit, acri est visu, animo intrepido, & toto habitu corporis regiam quandam præ se fert maiestatem. Vnde est, quod in aues imperium obtinere creditur. Neque vero est absimile, *priscos Assyriæ Reges aquilam auream, pennis extensis pro regali signo habuisse*; atque eo scripturam alludere, quoties *aquilarum* nomine eos designat. *Bochart.* Hieroz. P. II. p. 184. *g) magna alis*, id est, magnos habens *exercitus*. vid. Es. 8, 8. Ier. 48, 40. Magnas vero alas habet aquila, easque inter volandum quam maxime extendit, quibus & rapidissime fertur, summoque cum impetu. *Boch.* Hier. P. II. p. 169. seq. *h) longa.* Sæpius cum אפים vel רוח construitur, & de *longanimo* vsurpatur. vid. Ex. 34, 6. Coh. 7, 8. *i) ala s. pennis* alarum (3) Es. 40, 31. Ps. 55, 7. quibus celerrime a Babylone in Occidentem volauit. Sic ostendit Propheta, quam Ægyptio præstiterit Babylonius, de quo v. 7. *Tremellius.* Al. *membris* ex Chald. quod mentio alarum præcesserit. *Grot.* significatur Nabuchodonosar late imperasse. *k) plena plumis* (4) v. 7. Leu. 1, 16. ad defensionem ab iniuriis superuenientibus, vt *glabra* Mich. 1, 16. opponatur. In ingressu veris enim aues rapaces plumarum defluuio sunt obnoxiæ. *Boch.* P. II. p. 165. Per *plumas* vero Vat. intelligit immensas opes, *Grot.* varios lingua & habitu populos. *l) Raschi*: cuius pluma erat pulchra & *figurata.* S. *cui acupictura*; 1. Phrygium opus, quod sec. *Vatablus* denotat dignitatem ac maiestatem regni. *Bochartus* intelligit *genus aquilarum*, quæ *Asteriæ* dicuntur s. *stellares*, *auri fulgorem & maculas aspersas habentes*, quæ & aquilarum maximæ sunt. Hieroz P. II. p. 169. *m) super Libanum*, i. e. sec. nonnullos ad Templum s. Sanctuarium, ex cedris Libani constructum 2 Par. 2, 8. 15 Zach. 11, 1. sed *Grot.* aliique & *Templum* & *Hierosolymam* l. *Zionem* intelligunt, sic dictam, quod ferme tota æque ex cedris Libani constaret; vnde, quia *cedris*, a quibus meditabatur sumere parabolam, abundabat Libanus, pro *Hierosolymis* vel *Zione* Libanum dixerit. al. *terram Iudææ*, cuius insigne decus erat Libanus, ob cedros &c. eiusque terminus, per quem a Babylonia in Iudæam venitur; vt persisteret Propheta in metaphora aquilæ, quæ in montibus versari soleat. *Tremellius* vero: inuadens *regnum Iudææ*, quod cum præstantissima Libani silua comparatur. Sic *Maius* in Oecon. V. T. p. 1038. Nec forte male cum hac ceterorum sententiæ coniunguntur. *n)* S. *accepitque* inde. cf. 2 Reg. 24, 12. *o) supremum surculum* l. *ramum.* S. *ramusculum.* Cocc. in Comment. *lanuginem.* al. collectiue *summos ramos* (5) v. 22. c. 31, 3. 10. 14. Intellige sec. *Vat.* aliosque, *Regem Iechoniam* (ad cuius teneram ætatem, quæ 18. annorum erat, hic alludit.) & *regiam stirpem*, item *Principes* virosque claros, & bonam partem de populo. vid. 2 Reg. 24, 14. seqq. *p) cedri* v. 22. 23. *Regnum domus Davidis* ante Nebucadnezarem fuit *vt cedrus* virens, procera, odorata. *Cocc.* Conf. not v 22. & Ef 2, 13. *v. 4. q)* S. *Caput*, inquam, surculorum, s. *summitatem frondium eius.* Declaratur vlterius, quod versu præcedenti dictum. *r) tenerorum ramorum*, l. surculorum *eius* (1) cf v. 22. *s) decerpsit.* (5) v. 22. Deut. 23, 26. *t)* & sede sua auulsum abduxit eum, vt postea Zedekiam Ier. 52, 11. cf. 2 Reg. 24, 15.

CAP. XVII, *v.* 3. ארך per *Tsere* 2. 5. & in marg. 6. 9. *v.* 4. ויביאהו Sic *plene* 1. 2. 5. 6. 7. 8. 9. 15. 17. 18. 22. 23. 54. sec. *Mas.* impr. & *Erff.* h. l. itemque *impr.* Gen. 29, 13. Alii *defect.*

כנען כעיר רכלים שמו : ויקח מזרע הארץ ויתנהו ה
בשדה־זרע קח על־מים רבים צפצפה שמו :
6 ויצמח ויהי לגפן סרחת שפלת קומה לפנות
דליותיו אליו ושרשיו תחתיו יהיו ותהי לגפן ותעש
7 בדים ותשלח פראת : ויהי נשר־אחד גדול גדול כנפים
ורב נוצה והנה הגפן הזאת כפנה שרשיה עליו
ודליותיו שלחה־לו להשקות אותה מערגות מטעה :
8 אל־שדה טוב אל־מים רבים היא שתולה לעשות ענף
9 ולשאת פרי להיות לגפן אדרת : אמר כה אמר אדני
יהוה תצלח הלוא את־שרשיה ינתק ואת־פריה יקוסס
ויבש כל־טרפי צמחה תיבש ולא־בזרע גדולה ובעם
רב

קמץ בז"ק

v. 7. 13. Ier. 21, 16. n) *ad ipsam*, np. aquilam v. 3. Regem Babelis. v. 12. Sensus : Erat Zedekias Rex facis opulentus & felix, sed obligatus suspicere Regẽ Babylonium ac venerari, vt partim subditus, aut vt cliens. *Grot.* o) *& radices eius sub ipsa erant.* Radices aliquas agebat regnum Zedekiæ. cf. 2 Reg.

a) *commercii, negotiationis.* c. 16, 29. Ier. 10, 17. i. e. in Babyloniam infra v. 12. mercatorum commerciis celebrem, & amnibus maximis nauigabilem. x) *mercatorum* c. 27, 13. 1 Reg 10, 15. *Schm.* aliique: *aromatariorum*, ex Chald. q. d. mollissimam & luxuriosissimam. Plena erat Babel aromatum, ex commercio cum Arabibus, Persis, Indis, inquit *Grot.* Malumus tamen cum *Piscatore* crebriorem *negotiatorum* significationem, ex collatione membri præcedentis. y) *posuit & plantauit illud* v. 5. Es 28. 25.

ỽ. 5. z) *Deinde sumsit.* a) *de semine terræ.* i. e ex Iudæorum gente Zedekiam, regiæ stirpis virum. v. 13. 2 Reg. 24, 17. b) *posuitque illud.* Gen. 1, 17. c) *in agro sementis*, feraci. cf. 2 Sam. 1, 21. nempe in terra Iudæ. d) *accepit*, inquam, & *tulit.* cf. Hos. 11, 3. e) S. ad *aquas magnas* ponendum, i. e. in solo optimo; non arido, sed aquis multis irriguo. v. 8. cf not. Num. 24, 6. & Ps. 1, 3. f) cum summa *circumspectione* (1) i. e. circumspectissime & accuratis conditionibus; accepto ab illis fidelitatis iuramento, imposito tributo &c. S. *& speculationem posuit id*; vt perpetua & curata speculatione illud obseruaret.

ỽ. 6. g) S. *Germinauit ergo.* Gen. 2, 5. h) *in vitem* humilem, non cedrum excelsam, vt antea fuerat v. 3. i) *luxuriantem*, late se extendentem ramis suis. *Kal.* (6) c. 23, 15. cf. etiam c. 15, 2. c. 19, 10. k) *humilem* tamen altitudine. s. *quoad proceritatem.* cf. v 14. & c. 31, 3 nam Regi Babelis subiectus erat Zedekias. l) *ita*, vt *respiceret.* l. *dum respicerent* cf. Ier. 2 27. Es. 45, 22. vt serui ad dominum Ps. 123, 2 m) *propagines* rami alti, S *palmites eius* v. 7.

29, 30. Es. 37, 31. Potest tamen etiam *suffixum* in תחתיו referri ad *Aquilam* (Sic Raschi, Grot. &c.) vt sensus sit, Zedekiæ firmum sub Babylonio regnum fuisse. cf. v. 7. p) *Sic, inquam, facta est in vitem.* q) S. *quæ fecit palmites*, vel *propagines*. c. 19, 14. r) & *emisit* v. 7. c. 31, 5. Ps. 80, 12. s) *ramos* decoros l. fructiferos (6) c. 31, 5. 6. 8. 12. 13. cf. Es. 10, 33. i. e. genuit filios (vid. 2 Reg. 25, 7. Ier. 52, 10.) & habuit regni proceres ac ciues, s. populum, qui quotidie multiplicabatur. ỽ. 7. t) *Fuit autem.* u) *aquila quædam* alia; Rex scil. Aegypti v. 15. qui Grotio *Apries* fuisse videtur, de quo Ier. 44, 30. x) etiam *magna*; minor tamen, quam aquila Babylonica. vnde nec verbis tam magnificis describitur, quam illa v. 3 y) vid. ibid. v. 3. z) *& copiosa* (non tamen *plena*) *plumis*, vt v. 3. a) c. 1, 4. Es. 50, 2. b) v. 6. descripta, np. Zedekias & regnum Iudæ. c) S. & Tremellius : *ad quam ecce hæc vitis adplicuit.* Ion. *incuruauit.* Grot. *inflexit.* al. *anhelauit, esuriuit.* Gusset. p. 396. more eorum, qui misere egent, *porrexit* radices suas (1) cf. nom. Iob. 5, 22. d) ab Aegyptio firmitatem & tutelam sui petens, fœdere cum eo inito; fide vero, quam Babylonio dederat, violata. v. 15. cf. Ier. 37, 5. 7. e) *emisit ad illam* v. 6. f) *ad irrigandum eam*, i. e. vt auxiliares copias magnas, currus & equos, ab eo acciperet v. 15. *Videtur alludi ad Nilum*, qui Aegyptum irrigat, immissus in agros per fossas, cf. Ier. 2, 18. g) S. *ex areolis* (sc. læte germinantem) v. 6. al. *præ areolis* plantationis suæ, h. e. vt Aegyptius *potius rigaret* & sustentaret rempublicam Iudæorum, quam *areola*, a Nebucadnezare v. 5. ei factæ. (4) v. 10. Cant. 5, 13. c. 6, 2. *Majo* suppl. ad Lex. *Cocc.* p. 94. hoc nomen est ex signif. rad. Arab. & Aethiop. *adscendit*; vt solent *areolæ* surgere & adscendere. At Gusset. p. 642. *ex riuulis* loci, in quo plantata est. Mallem: *quam scaturigines* loci, in quo plantata erat. coll. significatione rad. Aeth. *Scaturiit* fons. h) *loci plantationis eius*.(6) c. 31, 4. *Suffix.* autem *femin.* referimus ad vocem גפן; alii *ad Aegyptum*, cuius Rex, vt Aquila in masc. genere proponitur. ỽ. 8. i) S. Cum tamen *in agro bono* s. fertili terra v. 5. k) *iuxta, apud*, c. 13, 19. l) vid. v. 5. m) *plantata* esset. v. 22. 23 Ps. 1, 3. n) ita, vt faceret, emitteret frondes. S. *ramum*. (7) v. 21. Leu. 23, 40. o) vt esset in vitem magnificentiæ, s. vt egregia fieret vitis Zach. 11, 2. *Grot.* Repetitur, quod dictum v. 5. 6. vt ex beneficiorum magnitudine grauior adpareat culpa animi ingrati; neque Zedekiam ad Pharaonem defecisse ea inopia, vel regni oppressione, sed ex mera superbia, licet satis benigne haberetur a Nebucadnezare. ỽ. 9. p) *Dic ergo* v. 12. c. 11, 5. q) an *prospere cedet ei*; S. num *prosperabitur?* v. 10. Num. 14, 41. Dan. 11, 27. *Grot.* fierine poterat, vt Deus res prosperas daret & ingrato & perfido? Fides seruanda iure gentium, etiam ad quam belli aliqua necessitate detentum est. At Zedekias præter fidem etiam beneficiis erat obligatus, omnia sua Babylonio debens. r) Es. 5, 24. Am. 2, 9. s) *euellet* aquila Babylonia; h. e. regnum & rempublicam euertet, vt nullus amplius Rex sit. t) nempe liberos Zedekiæ, quos cum aliis in conspectu ipsius mactauit; *Raschi, Kimchi & Michlal Iophi.* u) *decerpet.* S. *succidet* (1) cf. cognatum קצץ Deut. 25, 12. Iud. 1, 6. 7. x) *vt arescat* Ps. 90, 6. y) & quoad *omnia folia decerpta arescat.* Schm. & omnia folia arefiant. Per folia vero sec. Grotium & Kimchi intelliguntur principes & populares, quos mactauit Nebucadnezar. z) *Gusset.* designat *frondes* extremorum ramorum, quæ carpuntur & *rapiuntur* ab ouibus & capellis, simulque educuntur. Singulare est *Tareph*, vel potius *Taraph* (2) Gen. 8, 11. a) *germinis eius.* v. 10. cf. v. 6. b) id q; non (al *annon?* sic Cocc. in Comment.) *per magnum brachium* l. potentiam; vel sec. Ion, *neque cum brachio magno, aut cum populo magno* venient.

ỽ. 6. פראות ita 1. 2. at פראות in textu, & in marg. פארות 6. 9. כארת cum Kri פארות ỽ. 8. Denique פארות 3. 22. sec. *Mas. Erff.* ỽ. 7. ויהי נשר ita 3. 6. 9. 20. גדול sic *plene* 1. 2. 5. 22. 24. sec. *Mas. impr.* ad Ier. 32, 19. Alii *defect.* כפנה Ita sc. 5. sed in marg. habet כנפה: Et sic legunt *Orientales.* שלחה cum *Dag.* 3. 6. 9. 10. 11 20. 22. sic fu. 5. contra *Mas. impr.* Addit tamen 5. in marg. פליג *controuersum: hoc esse.* ỽ. 8. שדה *milra* 1 3. 7. 8. 11. 12. 15. 19. 22. sic fu. 5. טוב *Tet* sine *Dag.* 1. 2 3. 7. 10. 13. 19. 20. 22. 23. sic fu. 5. ỽ. 9 יקוסם per *Mem* finale loco ס 5. sic fu 1. 2. & sic 6. 9. in marg. טרפי *Pe* sine *Dag.* 22 23. ולא per *Kadma* 6. 9. 11. 12. 15. 16. 20, 21. 23. sic fu. 5. בזרע sic *defect.* 1. 2, 24. sec. *Mas. Ex.* 6, 6, & 1 Sam. 2, 34 At *plene* plerique. ובעם per *Makk.* 3. 7. 8. 10. 13, 19 sic sc. 5.

י רב למשאות אותה משרשיה: והנה שתולה התצלח
הלא כגעת בה רוח הקדים תיבש יבש על-ערגת
צמחה תיבש:
11 ויהי דבר-יהוה אלי לאמר: אמר-נא לבית המרי הלא
12 ידעתם מה-אלה אמר הנה-בא מלך-בבל ירושלם
ויקח את-מלכה ואת-שריה ויבא אותם אליו בבלה:
13 ויקח מזרע המלוכה ויכרת אתו ברית ויבא אתו באלה
14 ואת-אילי הארץ לקח: להיות ממלכה שפלה לבלתי
טו התנשא לשמר את-בריתו לעמדה: וימרד-בו לשלח
מלאכיו מצרים לתת-לו סוסים ועם-רב היצלח הימלט
16 העשה אלה והפר ברית ונמלט: חי-אני נאם אדני יהוה
אם-לא במקום המלך הממליך אתו אשר בזה את-
אלתו ואשר הפר את-בריתו אתו בתוך-בבל ימות:
17 ולא בחיל גדול ובקהל רב יעשה אותו פרעה במלחמה
בשפך סללה ובבנות דיק להכרית נפשות רבות:
18 ובזה אלה להפר ברית והנה נתן ידו וכל-אלה עשה

e) cf. v. 25. c. 26, 7. Grot. Non opus erit illi, omnibus regni sui viribus vti adversus Regem tam impotentem, quia Dominus hunc in manum illius tradet. Exiguo populo (verba sunt Kimchii) expugnabit eam, Nam Nebucadnezar, etiamsi venerit ipse & totus exercitus eius contra Hierosolymam, non tamen ipse mansit ibi per omnes dies obsidionis, qui longius protrahebantur, ab anno nono Zedekiæ, vsque ad vndecimum annum; sed interea abiit versus Riblam in terra Chamath, relicta parte exercitus sub duce Nebusaradan. Qui relictus exercitus vrbem expugnavit, captumque Zedekiam sumserunt & duxerunt ad Regem Babelis in Ribla. d) ad tollendum, devastandum eam. Nom pro Infin. vt Num. 10, 2 e) radicitus. cf. v. 7. & ad phrasin Iob 28, 9.

℣. 10. f) S. Ecce enim, quæ ita plantata, al. ecce! licet ita plantata sit. Grot. Esto, bene plantata erat v. 8 g) v. 9. h) cum attigerit eam 2 Sam. 14, 10. cf Ps 103, 16. i) ventus c. 1, 4. k) Orientalis c. 19, 12. germinibus & plantis nocuit Gen. 41, 6. cf. not. Es. 27, 8. Kimchi: cum illo comparat Regem Babelis; nam hæc sita est ad Orientem aquilonarem respectu Iudææ. l) penitus exarescet v. 9. Es. 27, 11 Zach 11, 17. De verbo geminato cf. not. Ios. 7, 7 m) super l. in ipsis areolis, h. e. sec Kimchi: in ipso loco, vbi exspectabat, vt irrigaret eam Rex Aegypti. Piscat. & Tremell, cum areolis s. ipsa regione Iudæa, vbi plantata erat. At Gussec. super riuulos germinationis suæ; h. e. ad riuulos, iuxta quos germinabat, vid. not. v. 7. n) vid. v. 9. o) cf. Ez. 40, 7. Grot. apud Ierichuntem capietur. 2 Reg 25, 5. Ier. 52, 8.

℣. 11. p) Factum porro est, ad explicationem emblematis. vid not. v. 1.

12. q) Dic age! Ier. 18, 11 Hag. 2, 2. r) vid. v. 2 & c. 2, 5. 6. &c. s) cf. Zach. 4, 5. 13. t) quid hæc sibi velint? Cocc. Hac in-

קמץ בלא אס"ף

terrogatione illis exprobrat stuporem & malitiam, qui quum tam facile possent iudicare ipsi de suis factis, quam facile est iudicare ex ipsa parabola, quid futurum esset tali vlti; tamen illa facerent. cf. Matth. 21, 40. 41. Luc. 20, 15. 16. u) dic ergo. x) veniebat. y) Nebucadnezar. v. 3. z) sumsitque Regem ipsius, Iechoniam v. 3. a) ad se. ℣. 13. b) Sumsit autem c) de semine regio, regia stirpe, nempe Zedekiam, vid. v. 5. Ier 37. 1. d) foedus, nempe inæquale; quo Zedekias imperata quædam facere tenebatur. Grot. e) adduxitque l. adegit eum in iuramentum. vid. 2 Par. 36, 13. & cf. Deut. 29, 11. Neh. 10, 30. Grot. quod vel solum sufficere debebat ad eum retinendum in fide. f) S. potentes quoque. Hillero in Onom. S. p. 518. primos s. principes terræ, coll. Ex. 15, 11. &c. vid 2 Reg. 24, 14. 15. inprimis consanguineos & fratres Zedekiæ; quos hic defectione sua in mortem exposuit. g) accepit v. 12. & secum abduxit, tanquam obsides fœderis, sec Kimchi; vtque ita vires regni debilitaret, prout sequitur. ℣. 14. h) vt esset. i) c. 29, 14. 15. k) S. ne (c. 3, 21.) se efferret. Vt illo velut fræno Iudæa retineretur in obsequio. Grot. c. 29, 15. 1 Reg. 1, 5. l) sed vt custodiret foedus ipsius. ℣. 13. m) vt ita staret s. consisteret illud sc. fœdus v. 13. vel sec. alios regnum, cf. Ps. 33, 11. Ion. vt serviret (illud regnum) illi, quæ significatio verbi alias nota est, sed non sine addito לפני &c. vt c. 44, 11. Dan. 1, 4. 11. 1 Reg. 10, 8.

℣. 15. n) Verum rebellavit contra eum. 2 Reg. 24, 20. 2 Par. 36, 13. o) mittendo nuncios suos, cf. Es. 30, 3. p) In Aegyptum? vid. v. 7. q) vt daret illi. r) quibus maxime valebat Aegyptus. cf. Deut. 17, 16. s) v. 15. c. 26, 7. t) num ergo prosperabitur? c. 9 10. u) v. 18. x) S. & qui irritum fecit foedus v. 16. 19 y) Ion. num euadet? An impune feret rupta fœdera? Grot. cf. v. 18. ℣. 16. z) v. 19. c. 14, 16. a) c. 11, 8. b) c. 16, 14. c) Si non, i. e. certissime. cf. not c. 5, 11. Num. 14, 35. Ios. 14, 9. Ier. 22, 6. d) in loco Regis illius, i. e. in regia vrbe Babel; vt sequitur. e) qui Regem constituit ipsum. vid. v. 5. 2 Reg. 24, 17. f) sed cuius ille sprevit iuramentum. v. 13. 18. 19. g) & cuius fœdus rupit v. 15. h) apud eundem in Babylone. i) cf similem denunciationem Ier. 20, 6. & Præfat. in Ierem. §. 11.

℣. 17. k) Et nihil Ps. 139, 6. Iob. 31, 23. al. Et non, l) per exercitum, Zach. 4, 6. m) Dan. 11, 13. 25. n) c. 38, 4. o) efficiet, præstabit. S. Neque faciet cum eo quicquam. Quicquid conetur Pharao, licet ingentes copias adducat, nihil iuvabit Zedekiam. Nam Aegyptius, audito Babylonii aduentu, recedet. vid. Ier. 37, 7. p) S. & Kimchi: cum eo, nempe Zedekia, contra Nebucadnezarem. cf. c. 2, 1. c. 3, 22. al. ad ipsum illud, quod intendit Pharao, & sperat Zedekias, nempe liberationem a Babyloniis v. 15 q) cum (hostis Babylonius) aggeret vallum contra Hierosolymam c. 4, 2. c. 21, 27. r) & exstruet antemurale l. turres ligneas. cf. not c. 4, 2. 2 Reg. 25, 1. s) eo cum euentu, vt exscindat, s. perimat c. 14, 19. 21. quamplurimos; fame, pestilentia ac telis in oppugnatione, gladiis vero post expugnationem. t) c. 13, 18. 19. 20. c. 18, 4. ℣. 18. u) Schm. & Syr. Ideo quod contemsit. v. 16. x) Deut. 29, 13. y) v. 15. c. 16, 59. z) Ecce enim. S. sed ecce quia. a) dedit manum suam Nebucadnezari, in fœderis confirmationem, vt moris erat. vid. 2 Reg. 10, 15. cf. etiam Ier. 50, 15. At Ion. extendit (admouit, adplicuit) manum suam ad Pharaonem. b) & tamen omnia ista fecit v. 15.

℣. 10. כגעת cum Dag. 1. 2. 5. 7. 8. 15. 17. 18. 22. 23. 24. Alii sine illo. ℣. 15. היצלח per Pat. 3. 6. 9. 10. 13. 14. 20. sic. fu. 5. contra Mas. 1. impr. & Erff. העשה milel. 1. 3. ℣. 17. בשפך Pe sine Dag. 1. 3. 11. 21. 22. sic fu. 5. ℣. 18. נתן sic per Metea 1. 2. 3. 5. 24. sic fu. Br. sec. analogiam. Reliqui Darga.

לֹא יִמָּלֵט׃ לָכֵן כֹּה־אָמַר אֲדֹנָי יְהוִה חַי־ 19
אָנִי אִם־לֹא אָלָתִי אֲשֶׁר בָּזָה וּבְרִיתִי אֲשֶׁר הֵפִיר
כ וּנְתַתִּיו בְּרֹאשׁוֹ׃ וּפָרַשְׂתִּי עָלָיו רִשְׁתִּי וְנִתְפַּשׂ בִּמְצוּדָתִי
וַהֲבִיאוֹתִיהוּ בָבֶלָה וְנִשְׁפַּטְתִּי אִתּוֹ שָׁם מַעֲלוֹ אֲשֶׁר מָעַל־
21 בִּי׃ וְאֵת כָּל־מִבְרָחָו בְּכָל־אֲגַפָּיו בַּחֶרֶב יִפֹּלוּ וְהַנִּשְׁאָרִים
לְכָל־רוּחַ יִפָּרֵשׂוּ וִידַעְתֶּם כִּי אֲנִי יְהוָה דִּבַּרְתִּי׃
22 כֹּה אָמַר אֲדֹנָי יְהוִה וְלָקַחְתִּי אָנִי מִצַּמֶּרֶת הָאֶרֶז
הָרָמָה וְנָתָתִּי מֵרֹאשׁ יֹנְקוֹתָיו רַךְ אֶקְטֹף וְשָׁתַלְתִּי אָנִי
23 עַל־הַר־גָּבֹהַּ וְתָלוּל׃ בְּהַר מְרוֹם יִשְׂרָאֵל אֶשְׁתֳּלֶנּוּ וְנָשָׂא
עָנָף וְעָשָׂה פֶרִי וְהָיָה לְאֶרֶז אַדִּיר וְשָׁכְנוּ תַחְתָּיו כֹּל
24 צִפּוֹר כָּל־כָּנָף בְּצֵל דָּלִיּוֹתָיו תִּשְׁכֹּנָּה׃ וְיָדְעוּ כָּל־עֲצֵי
הַשָּׂדֶה כִּי אֲנִי יְהוָה הִשְׁפַּלְתִּי עֵץ גָּבֹהַ הִגְבַּהְתִּי עֵץ
שָׁפָל

מברחיו קרי

הפטרת האזינו

c) ideo non eripietur a manu vindicis v. 15. cf. Ier. 32, 4. c. 34, 3. c. 38, 18. 23.
✠. 19 d) v. 16. 1 Sam. 10, 3. e) vid. v. 16. f) *iuramentum meum*. id suum vocat, quia in nomine Dei iuratum erat. 2 Par. 36, 13 g) v 16 18. c. 16, 59. h) v. 16. 18. i) S. *dedero*, inquam, *illud in caput eius!* cf. c. 9, 10. c. 11, 21.
✠. 20. k) *Expandam itaque rete meum* c. 32, 3. l) *vt capiatur reti meo* vid. not. c. 12, 13. m) *& indicabor* disceptabo *cum illo*. c. 20, 35. Ion. *vindictam sumam de eo*. n) *ob* (Sic Syr. bene supplet, & *Kimchi* ac *M. I.* addendum monent) *praeuaricationem eius, qua praeuaricatus est contra me*. cf. c. 15, 8. c. 18, 24. c. 39, 26.
✠. 21. o) *Quod vero attinet ad omnes*, vid. not. 1 Sam. 12, 7. S. Omnes autem profugi eius. cf. not. 2 Reg. 6, 5. p) *profugi*, comites fugae (1). q) *In* (al. *cum*) *omnibus turmis ipsius* c. 12, 14. r) vid. c. 5, 12. c. 14, 2. s) Gen. 14, 10. Ier. 39, 9. 10. c. 40, 6. &c. t) c. 5, 10. 12. u) *expandentur* i. e. sec. S. & Ion. *dispergentur*. Niph. (t) cf. Piel Zach 2, 10. x) c. 6, 7. 13.
✠. 22. y) *Veruntamen accipiam*; np. *Regem Messiam*, vt habet Raschi. z) *Ego*. Emphasin habet; vt ostendat Deus, se solum auctorem esse huius beneficii, idque ex mera gratia, citra vllam dignitatem nostrã aut creaturae adiumentum, *Iunius*. a) *de surculo* (5) v. 3. cedri altae, i. e. sec Ion. *de regno domus Dauidis, quae similis est cedro altae* cf. not. v. 3. Fe *Kimchio* quidem recte Ionathan praesentem textum de Messia intellexisse videtur. *Abarbanel* vero hoc ceu indubiũ simpliciter asserit. b) *& ponam* ita, vt dimoueri, l. tolli ab hostibus non possit. Opponit se Deus Nebu-

bucadnezari. Hic plantauit v. 5. sed ego, inquit Deus, plantabo meliori cum successu. c) *de capite* l. *summitate ramorum eius* v. 4. Hos. 14, 7. Ion. de filiis filiorum eius. d) *tenerum ramum* l. surculum. Ion. *infantem* Luc. 2, 12. cf. tn. 2 Sam. 3, 39. Prov. 4, 3. Zorobabelem cum *Kimchio* aliisque nonnullis intelligit *Grotius*, cui tn. sequentia augusta praedicata non competunt. Vnde *Christum* s. *Messiam* (cum aliis & quibusdam Iudaeorum interpretibus apud *Kimchium*), in quem omnia quadrant, merito intelligimus, tq. Regem spiritualem, ex Iechonia per Zorobabelem oriundum. Sic ipse *Abarbanel* hanc promissionem ad Zerubabelem durius referri recte monet, quia hic nunquam fuit Rex Hierosolymit--sed explicandam eam potius esse de futuro, np. de Rege Messia, qui & versu sequenti dicatur frondes laturus & fructum, futurus in cedrum magnificam, vtpote regnaturus in sum̃a excellentia. Cui quia futura erat adhaesio populorum, (Gen. 49, 10.) ideo dici (v. 23.) *omnem autem omnis alae in vmbra ramorum eius habitaturam*. Et paulo post: de futura redemtione haec dicuntur, quando progerminabit ex domo Dauidis *germen illud iustum*. Haec *Abarbanel*. Ceterum tener surculus dicitur ob stirpem Dauidis, ex qua oriebatur, valde attritam & humiliatam, & ob contemtibile exordium regni Christi, potentia humana non instructi. vid. omnino Es. 11, 1. & ibi not. e) *decerpam*. S. *abscindam*. (5) v. 4. Iob. 8, 12. *Decisio* significat *mortem*, Es. 53, 8. Dan. 2, 45. & c. 9, 26. Tum se illud molle plantaturum, h. e. ipsum Christum regem fore, & regnũ amplum habiturum in membris suis, in toto mundo conspicuis. *Cocc.* f) *& plantabo*. v. 8. 23. g) c. 40, 2. Es. 30, 25. h) *& adcumulatum*. S. *aggestum*. (1) *Iunius*: Per montem spiritualiter intelligit *Ecclesiam*, cuius conditio hic significatur 1. situ, quia, vt mons, excelsa est; 2. curatione, quia, vt mons, aggesta est, i. e. quam curat Deus, & accumulat indies nouis beneficiis. Alludit vero (quod addimus) phraseologia Prophetae ad Hierosolymam, magna ex parte montanam, praecipue montem *Zionem*, Zionis spiritualis typum. cf. Es. 2, 2. Ceterum haec admonitio (verba sunt *Cocceii* ad v. 24.) huic capiti commode adiicitur, ne praenunciatio destruendi regni Dauidis v. 9. esset absque consolatione erigendi regni Christi. ✠. 23. i) *In monte celsitudinis Israelis*, c. 20, 40. c. 34, 14. h. e. in monte Sion s. monte domus Domini; qui vt altior erat omnibus montibus in toto mundo, quia domus Dei tantum in illó erat; ita longe altior futurus erat, quum Rex Regum in eo manifestaretur, & Spiritus S. effunderetur, & sanctum sanctorum vngeretur. *Cocc.* coll. Es. 2, 2. k) *vt ferat frondes*. S. *vt attollat ramum*. (7) v. 8. Ps. 80, 11. l) np. spiritualem sobolem. Es. 11, 1. 2. *Iunius*: Progignet membra Ecclesiae, & fructificabit in singulis membris, quae totidem sunt creaturae Dei, formatae ad bona opera. Eph. 2, 10. m) *in cedrum ingentem* s. longe *praestantissimam*; i. e. vt habet Ion. erit Rex potentissimus. *Cedrus* enim figurat Reges & proceres, auctoritate eminentes. cf. v. 3. Es. 2, 13. Cant. 5, 15. n) *habitentque sub illo*, h. e. sub potestate & protectione illius. cf. c. 31, 6. Dan. 4, 9. Matt. 13, 32. o) Gen. 7, 14. cf. Ps. 8, 7. 8. 9. Ps. 84. 4. Ion. & innitentur super illum omnes iusti. p) S. *cuiuscunque alae*, quocunque modo alatae c. 39, 4. 17. Gen. 7, 14. Ion. *& omnes mansueti in vmbra regni ipsius habitabunt*. *Cocc*: h. e. quod omnes gentes sint accessurae ad ipsum, tnqm. vnicum suum perfugium; quod tandem pace sint fruiturae sub protectione illius solius, &c. cf. Matt. 13, 31. 32. *Pradus*: Hoc non potest de Zorobabele intelligi, qui nec *Rex magnus* fuit, nec *omnes volucres*, i. e. *orbis incolas*, immo nec *omnes* filios Israel, ad se collegit. Ergo de Christo accipiendum est. Sicut apud *Abendanam* ad M. I. etiam Rabbini haec ad Regem Messiam referunt. q) v. 6. 7. c. 19, 11. ✠. 24. r) *Vt cognoscant* & experiantur. c. 21, 10. c. 29, 6. Ex. 14, 4. s) *omnes arbores agri*; i. e. *gentes*, quae olim erant *agrestes*, absque Christo, nondum huic insitae Rom. 11, 17. seqq. *abalienatae a politia Israelis*, & foederibus promissionis carentes Eph. 2, 12. *Cocceius*: principes & potentes huius mundi, vt & populi Israelitici proceres. Ion. *Reges populorum*; quos secundum *Kimchi* cum reliquis arboribus syluae (vt regnum domus Dauidis cum cedro) comparat. cf. c. 31, 4. 5. 15. Ps. 96, 12. t) *humiliem*, *humiliauerim*. cf. Es. 40, 4. c. 13, 11. c. 25. 11. 12. c. 26, 5. u) Ion. *regnum*, *quod erat potens*, np. regnum mundanum domus Dauidis, & proxime *regnum Zedekiae*, qui se extulerat ac superbiebat; item Iudaeos, quos Deus exaltauerat, & qui legis & Prophetarum gloria florebant. cf. Es. 5, 15. *Grotius* vero intelligit *Babylonios*, & Kimchi *Regem Babelis*; Raschi gentes dominantes in Israelem. Al. omnia mundi imperia & principatus, qui Christi regno se opponunt. x) *exaltem* autem c. 21, 31. y) *Cocceius*: i. e. Christum, filium Dauidis, seruum dominantium. Sic *Maius*: Messiam e succiso trunco Isai prodeuntem & florentem. Seculare enim regnum Israelis transire debuit in spirituale Christi, tnqm. in antitypum. Oecon. V. T. p. 1039. Alii humillimam Dauidis familiam, orto ex illius stemmate Christo. Ion. *regnum*, *quod erat infirmum*. Male Kimchi de Zerubabele tnqm. Rege Iudae id explicat; nec satis est, quod alii Iudaeorum de Iechonia in captiuitate humiliato Ier. 22, 30. sed diuina gratia per Euilmerodachum producto ex carcere & super alios omnes Reges euecto Ier. 52, 31. 32. id intelligunt.

✠. 21. דִּבַּרְתִּי, per *Kam.* 2. 3. 5. contra *Ind. Bas.* f. 60. col. 8. ✠. 22. עַל־הַר ita 1. 3. & su. 5. ✠ 23. כֹּל צִפּוֹר ita 3.

שפל הובשתי עץ לח והפרחתי עץ יבש אני יהוה
דברתי ועשיתי:
יח ויהי דבר־יהוה אלי לאמר: מה־לכם אתם משלים את־ 2
המשל הזה על־אדמת ישראל לאמר אבות יאכלו בסר
3 ושני הבנים תקהינה: חי־אני נאם אדני יהוה אם־יהיה
4 לכם עוד משל המשל הזה בישראל: הן כל־הנפשות
לי הנה כנפש האב וכנפש הבן לי־הנה הנפש החטאת
ה היא תמות: ואיש כי־יהיה צדיק ועשה משפט וצדקה:
6 אל־ההרים לא אכל ועיניו לא נשא אל־גלולי בית
ישראל ואת־אשת רעהו לא טמא ואל־אשה נדה לא
7 יקרב: ואיש לא יונה חבלתו חוב ישיב גזלה לא יגזל

לחמו

ʒ) quodque *arefaciam* c. 19, 12. Es. 42, 15. a) *lignum viride* & succulentum, c. 21, 3. Gen. 30, 37. quod diu floruit, op. (In oppositione ad Christum,) Aharonem cum omnibus vmbris Leuiticis. *Coccejus* tn. arborem viridem de Iudæis, & arborem *aridam* de *gentibus* intelligit. Alii per ἐπάνοδον sententiam eandem, quæ erat in præcedenti membro, hic reperiri volunt, vt *Kimchius*. b) *sed frondere, germinare faciam.* Hiph. (5) Es. 27, 11. Ps. 92, 14. c) cf. Es. 56, 3. op. Christum. cf. omnino not. Num. 17, 23 Quandoquidem vero etiam Antichristi coetus est vt quercus robusta & frondosa, Ecclesia autem, quæ illum fugit, & ad Christum redit, est vt arbor arida; etiam vicissitudo eadem expectanda est. *Cocc.* coll. Es. 1, 30. 31. Ps. 37, 34. 35. Ps. 92, 8. 13. 14. 15. d) c. 22, 14. c. 36, 36. c. 37, 14.

CAP. XVIII. ✠. 1. e) *Postea factum est.* Caput hoc agit de iustificatione viarum Domini contra murmurationem Israelitarum, quoad iustificationem peccatoris viuentis. Inprimis confutat opinionem Iudæorum de caussa suarum adflictionum &c. *Cocc.* Partes eius tres sunt sec. *Schmid* I. impia Iudæorum parabola s. dicterium redarguitur & refutatur a v. 1-18. II. Exceptio Iudæorum prior diluitur v. 19-24. III. Exceptio altera soluitur v. 25. seqq Scilicet, ne interea, dum c. 17, 22. sqq. promissus Messias venit, Iudæi se propter peccata majorum suorum grauissime & immerito puniti tam diuturno exilio & calamitatibus plurimis premi opprimique prorsus dictitarent, hanc opinionem refellit Deus, negatque, se permissurum, vt consueto dicterio porro vtantur; quia potius hortatur, vt fateantur propria delicta, & ad Deum,

CAP. XVIII.

קמץ בז״ק

serio id volentem, conuertantur, spiritu mentis renouentur & viuant fide sua vera in Christum, Iehouam iustitiam nostram &c. ✠. 2. f) *Quid l. cur vobis?* Ion. *Quid vobis est, quod* &c. vid. not. c. 12, 22. g) *parabolizantes estis, adagio* s. prouerbio vtimini? c. 16, 44. c. 17, 2. Num. 21, 27. h) v. 3. Es. 14, 4. i) *de* (S. *super*) *terra Israelis*, i. e. sec. *Vat.* de eius desolatione & huius caussis. k) non tantum clam mussitando, sed publice etiam *dicendo*. l) *maiores* nostri, in deserto, sub Iudicibus, & porro sub Regibus, inprimis sub Ieroboamo & Manasse; propter quos aliosque Israelem affligendum fore audiuerant. Cauillandi ergo occasionem ex eo sumserunt, quod Prophetæ etiam patrum scelera ipsis obiicerent. m) *comedunt omphacem*, s. *acidam vuam* (4) Ier. 31, 29. 30. Es. 18, 5. cf. Iob. 15, 33. n) *& dentes filiorum.* o) *hebetantur* s. *stupent.* (4) Ier. 31, 29. 30. quod ex aciditate dentibus accidere solet. vid. Prov. 10, 26. i. e. sec. *Ion. Maiores peccauerunt, posteri percutiuntur*; vel immeriti luunt delicta patrum. Quod videtur conuenire cum eo, quod dictum est in Decalogo: *Qui visitat peccata patrum in filiis.* Ex. 20, 5. Opinio Iudæorum hæc est, peccata patrū, qui fuerunt in deserto, in ipsis vindicari, & eius culpæ, quæ tū admissa est, castigationē esse præsens exiliū; saltē partē aliquā pœnæ imputandā esse isti peccato. Nempe putant, se nullo suo eximio peccato mereri tam longū & calamitosum exiliū. Ita hodierni, qui volunt videri obseruare præcepta Dei, in se putant retaliari peccatum patrum, stante adhuc Templo commissū &c. *Cocc.* coll. Matth. 23, 29. 30. *Grot.* Volebant credi innocentes, cum minime tales essent. In quo est corruptæ naturæ testimonium, quæ studet culpam longe a se alio reiicere, & proterue cum ipso Deo altercari. ✠. 3. p) c. 17, 16. 19. q) v. 9. 23. 32. c. 15, 14. r) S. *si fuerit* licitum *vobis*. vel: *si erit*, i. e. *non erit.* vid. c. 14, 16. *inter vos amplius*; quia apparebit toti mundo, vos esse sceleratos, & iustas dare pœnas. Innuit, paullo post futurum esse, vt cogantur propria delicta confiteri, & agnoscere iudicium Dei. &c. *Cocc.* s) *vt parabolice loquamini*, vel vtamini *hoc dicterio* v. 2. c. 24, 3. Concinit huic prophetæ Ieremias c. 31, 29. 30. ✠. 4. t) S. *Ecce enim* c. 15, 4. Es. 50, 1. Ier. 31, 8. u) *omnes animæ* l. *homines.* vsitata *Synecdoche* partis. c. 27, 17. Ex. 12, 4. Lev. 18, 29. x) *meæ sunt*, c. 29, 3. Ps. 50, 10. Ex. 13, 2. sq. creatoris, parentis, domini & iudicis omnium; quem non decet iniuste agere Gen. 18, 25. sed qui omnibus ex æquo prospicit paterno affectu, cuiusque clementiam omnes, si velint, sentire possunt. Ps. 145, 9. cf. Num. 16, 22. c. 27, 16. y) *sicut anima patris, sic etiam anima filii*; nec impedior per peccata patris, quo minus misereor filii, eumque viuificem, iustificem, sanctificem, si gratiam meam admittat & amplectatur. In phrasi כ est *reduplicatum*, vt c. 14, 10. Ios. 14, 11. Es. 24, 2. ʒ) vnde *anima peccans* & in peccato perseuerans v. 20. cf. Es. 1, 4. Prov. 11, 31. &c. *Cocc.* Nulla est anima, quæ non peccauerit 1 Reg. 8, 46. Nam, Adamo peccante, peccauerunt omnes Rom. 5, 12. sed qui conuertitur, dicitur non-peccare; & qui in peccato perseuerat, dicitur *peccans.* cf. 1 Ioh. 3, 4. seqq. a) *ipsa*, (siue patris sit, siue filii) & non loco illius alia, quæ suam innocentiam Deo obiicere, vel de eius crudelitate conqueri possit. b) *morietur* morte spirituali, qua, nisi resipiscat, non tantum hic, sed etiam æternum peribit. v. 20. Ier. 31, 30. *Mori* hic omnino plus infert, quam in terram & puluerem redire. Hoc enim omnium hominum est, illud impœnitentium. ✠. 5. c) *Vir ergo.* Explicatur hinc vsque ad v. 18. quod dictum v. 4. *non morituram esse, nisi animam peccantem.* d) *quum vel si fuerit* v. 21. c. 3, 19. c. 14, 12. e) *iustus* v. 9. fide in Deum & Seruatorem credens cum fideli Abrahamo, *cui fides reputata est iustitia* Gen. 15, 6. Rom. 4, 3. seqq. cf. Hos. 14, 10. f) *fecerit etiam.* g) v. 19. 21. Gen. 18, 19. qualia sunt fides cordis, confessio oris, charitas & omnia opera charitatis. *Cocc.* Describit enim hic & seqq. versibus Propheta egregie εἰκονισμὸν hominis iusti per iustitiam fidei, quæ fides ἐνεργουμένη est διὰ τῆς ἀγάπης. Sic conuenit cum aphorismo 1 Ioh. 2, 29. c. 3, 7. & ostendit fidem operibus, s. fructibus iustitiæ Phil. 1, 11. Iac. 2, 18. *Maii Oecon.* V. T. p. 1040. ✠. 6. h) Ita vt *super* (v. 11. 15.) *montibus*; in quibus passim altaria idolis erecta erant c. 6, 13. c. 22, 9. i) *non comedat* idolothyta. Post sacrificia epulari mos erat, & quidem iisdem in locis, vbi sacrificatum fuerat, *Grot.* Conf. de hoc more Ex. 32, 6. Iud. 9, 27. 1 Cor. 8, 4. 10. c. 10, 7. k) *& oculos suos non tollat* v. 12. 15. cum voluptate, desiderio, Gen. 39, 7. fiducia & adorandi caussa: is enim est gestus precantium Ps. 121, 1. l) cf. not. c. 6, 4. c. 8, 10. c. 14, 3. Ion. *non colat idola.* m) c. 22, 11. Ier 5, 8. n) *non polluat, violet.* v. 11. 15. Gen. 34, 5. o) *mulierem menstruatam.* cf. Leu 18, 19. & c. 20 18. notata. p) Gen. 20, 4. Notatur castitas obseruanda in matrimonio. Nam etiam propria coniuge potest quis abuti. &c. *Cocc.* Hæc vero peccata, &, quæ sequuntur, virtutes, haud dubie præ ceteris nominantur, quia illa tunc temporis maxime grassabantur, atque hæ negligebantur. ✠. 7. q) S. *Et virum* vllum *non opprimet* aut vexet. v. 12. 16. Leu. 25, 14. 17. conf. Ps. 15, 1. seqq. r) S. *pignus eius*, pignus *debiti restituat.* cf. Ex 22, 25. Deut. 24, 6. 10. seqq. & simil. constr. supra c. 16, 17. *Cocc.* Hoc intelligendum est secundum legem *de pignore necessario*, (*Grot.* quo debitor sine graui incommodo carere non possit;) & pendet hoc ex præcedenti *neminem vexabit.* Nam pauperi pignus *necessarium* non restituere, est pauperis vexatio. s) quod *debiti* (s) caussa accepit. cf. rad. in *Piel* Dan. 1, 10. t) *rapinam* v. 12. 16. c. 33, 15. u) vid. Leu. 19, 13.

✠. 24. שפל per *Tsere* 10. 14. 20. 21. & in textu 6, 9. contra *Mas.* 1. 3. & *Ers.* CAP. XVIII, ✠. 2. בחא per *Makp.* 1. 7. 17, 18. 22. & *Ber.*

Kimchi &c. vnum. able- קמץ בז״ק cto Daleth per apocopen. At Ion. Tremell. aliique: fra- הכי כצירי tri suo. vt v. 18. sed אח. vt bene docuit D. Neumann in Exodo L. S. p. 50. in genere significat קמץ בז״ק consortem, consocium, conjunctum q. d. קמץ בז״ק si fecerit socium quid s. consors ex facinoribus illis. ויראה קרי קמץ בז״ק s) S. de vllo istorum; nem- קמץ בז״ק pe peccato- קמץ בז״ק קמץ בז״ק rum, quæ ante recensita sunt v. 6. 7. 8. cf. Leu. 4, 2. ℣. 11. t) Et ipse etiam non fecerit.

לַחְמוֹ לְרָעֵב יִתֵּן וְעֵירֹם יְכַסֶּה־בָּגֶד׃ בַּנֶּשֶׁךְ לֹא־יִתֵּן 8
וְתַרְבִּית לֹא יִקָּח מֵעָוֶל יָשִׁיב יָדוֹ מִשְׁפַּט אֱמֶת יַעֲשֶׂה בֵּין
9 אִישׁ לְאִישׁ׃ בְּחֻקּוֹתַי יְהַלֵּךְ וּמִשְׁפָּטַי שָׁמַר לַעֲשׂוֹת אֱמֶת
י צַדִּיק הוּא חָיֹה יִחְיֶה נְאֻם אֲדֹנָי יְהוִה׃ וְהוֹלִיד בֵּן־פָּרִיץ
11 שֹׁפֵךְ דָּם וְעָשָׂה אָח מֵאַחַד מֵאֵלֶּה׃ וְהוּא אֶת־כָּל־אֵלֶּה
לֹא עָשָׂה כִּי גַם אֶל־הֶהָרִים אָכַל וְאֶת־אֵשֶׁת רֵעֵהוּ טִמֵּא׃
12 עָנִי וְאֶבְיוֹן הוֹנָה גְּזֵלוֹת גָּזָל חֲבֹל לֹא יָשִׁיב וְאֶל־הַגִּלּוּלִים
13 נָשָׂא עֵינָיו תּוֹעֵבָה עָשָׂה׃ בַּנֶּשֶׁךְ נָתַן וְתַרְבִּית לָקַח וָחָי
לֹא יִחְיֶה אֵת כָּל־הַתּוֹעֵבוֹת הָאֵלֶּה עָשָׂה מוֹת יוּמָת
14 דָּמָיו בּוֹ יִהְיֶה׃ וְהִנֵּה הוֹלִיד בֵּן וַיַּרְא אֶת־כָּל־חַטֹּאת אָבִיו
טו אֲשֶׁר עָשָׂה וַיִּרְאֶה וְלֹא יַעֲשֶׂה כָּהֵן׃ עַל־הֶהָרִים לֹא אָכָל
וְעֵינָיו לֹא נָשָׂא אֶל־גִּלּוּלֵי בֵּית יִשְׂרָאֵל אֶת־אֵשֶׁת רֵעֵהוּ
16 לֹא טִמֵּא׃ וְאִישׁ לֹא הוֹנָה חֲבֹל לֹא חָבָל וּגְזֵלָה לֹא גָזָל
17 לַחְמוֹ לְרָעֵב נָתָן וְעֵרוֹם כִּסָּה־בָגֶד׃ מֵעָנִי הֵשִׁיב יָדוֹ נֶשֶׁךְ
וְתַרְבִּית לֹא לָקָח מִשְׁפָּטַי עָשָׂה בְּחֻקּוֹתַי הָלָךְ הוּא לֹא
18 יָמוּת בַּעֲוֹן אָבִיו חָיֹה יִחְיֶה׃ אָבִיו כִּי־עָשַׁק עֹשֶׁק גָּזַל גֵּזֶל
אָח וַאֲשֶׁר לֹא־טוֹב עָשָׂה בְּתוֹךְ עַמָּיו וְהִנֵּה־מֵת בַּעֲוֹנוֹ׃

ואמרתם

x) sed panem suum &c. Grot. Post officia iustitiæ venit ad officia beneficentiæ. cf. v. 16. Es. 58, 7. y) & nudum contegat veste v. 16. ö. vt Matt. 25, 36. ℣. 8. z) In fœnore non det v. 13. Cocc. Id optime iungitur præcedenti dare pauperi, & non capere fœnus, si mutuum sit. Christus etiam δόσιν & δάνειον coniungit Luc. 6, 30. 35. Matt. 5, 42. Non vult vendi beneficium. Lex distinguit inter creditorem, qui habet ius petendi vsuram in commercio, & eum, qui pauperi per mutuum subuenit; a quo accipere fœnus est vexatio. Deut. 23, 20. 21. coll. Ex. 22, 24. Vide de hoc etiam Ps. 15, 5. a) & fœnus, excessum lucri. Leu. 25, 36. b) v. 13. 17. c) ab huiusmodi & omni alia peruersitate v. 24. 26. d) abstrahat manum suam. v. 17. Thren. 2, 8. e) Zach. 7, 9. f) siue iudex constitutus, siue lectus arbiter. Grot.

℣. 9 g) v. 17. c. 11, 20. Ambulare in statutis Dei, est vere ambulare in fide & charitate. Præcepta Dei omnia in vnico præcepto resipiscentiæ continentur, vt liquet etiam ex huius capitis v. 21. 23. 27. 30 seqq. Cocc. h) c. 36, 27. i) Zach. 8, 19. Ioh. 3, 21. k) iustus inquam ille est, v. 5. 1 Ioh. 2, 29. Hic demum est apodosis, cuius protasis incepit v. 5. l) ideoque omnino viuet, v. 17. c. 3, 21. Hab. 2, 4. m) v. 2. c. 16, 14.

℣. 10. n) Quod si vero is genuerit cf. Gen. 33, 13. Ier. 18, 8. o) perfractorem, S. violentum, al. effrenem. Iun. qui nullis cancellis, vinculis aut repagulis contineri potest, sed omnes leges Dei perrumpit Es. 35, 9. Ps. 17, 4. p) homicidam Gen. 9, 6. Deut. 27, 24. q) & qui fecerit. r) Syr. Vulg. Schm. Kim.

Sch. *Si, inquam, ille.* u) omnia bona *illa*, quæ & ipsa dicta sunt v. 5. 8. 9. & quæ fecit pater ipsius. x) *in montibus* v. 6. 15. y) *comederit*. vid. not. v. 6. z) v. 6. c. 33, 26. ℣. 12. a) c. 16. 49. c. 22, 29. b) v. 7. c. 45. 8. Ier. 22, 3. c) v. 7. Leu. 5, 23. Es. 3, 14. d) *pignus* v. 7. 16. e) v. 6 f) S. atque sic *abominationem* fecerit. c. 16. 50. c. 21, 12. Sic vocat congressum cum femina vetito tempore. *Grot.* ℣. 13. g) vid. v. 8. h) *numquid* ille *viuet*? v. 24. cf. sim. Interrog. in ולא 2 Sam. 13, 26. i) *non viuet* ob patris merita aut iustitiam, coll. v. 17. k) qui vel quia *omnia illa* flagitia *fecit*, subintell. אשר, vt c. 7, 11. & sæpissime. l) v. 12. c. 5, 11. m) *morte plectetur* Ex. 21, 15. 16. 17. c. 22, 18. &c. Talem enim hominem indignum esse vita, omnis conscientia testari potest; adeo vt & homines talem interficiant, & *ipsius sanguis super eo* sit, h. e. a nemine repetatur, tanquam sanguis innoxius. &c. *Cocc.* n) h. e. sua culpa peribit vid. Lev. 20, 9 nec iustitia patris filio iniusto proderit. Atque ita Iudæis eripiebatur gloriatio in Abrahamo & patribus, quasi *ob meritum ipsorum*, vt Iudæi loqui solent, heredes regni cœlorum futuri essent. Conf. Matth. 3, 9. ℣. 14 o) S. *Sin ecce hic etiam genuerit filium.* v. 10. p) *qui viderit.* q) *viderit inquam*, v. 28 *sed non fecerit* &c. S *sed viderit ita, vt non faciat iuxta illa*; nec exemplo paterno trahi se passus fuerit. Raschi: *vidit corde suo*, quod non esset bonum ita facere. ℣. 15. r) S. Nimirum *si super montibus non* comederit v. 6. 11. s) v. 6. 12. t) v. c. 11. ℣. 16. u) v. 7. 12. x) Schm. *pignus non detinuerit* v. 7. 12. Ex. 22, 25. y) v. 7. 12. c. 33, 15. z) v. 7. Es. 58, 7. a) v. 7. ℣. 17. b) *Ab inope, misero*, v. 12. c) S *inhibuerit manum suam* v. 8. nempe ne eum lædat l. opprimat v. 12. d) *vsuram & fœnus* v. 8. Al. ita vt *vsuram* &c. e) v. 9. f) *propter impietatem patris sui* v. 20. g) *sed viuendo viuet.* v. 9. 19. 21. 28. ℣. 18. h) *Pater vero eius quia.* i) *oppressit oppressione* & scandatione c. 22, 29. Leu. 5, 21. 23 c. 19, 13. Deut. 24, 14. k) *rapuit* v. 7 *rapinam* (2) Coh. 5, 7. l) *fratris* v. 10. Ion. *vni de fratribus suis.* m) *& quod non bonum.* c. 36, 31. 1 Sam. 26, 16. Es. 65, 2. n) *inter populares suos* Leu. 17, 9. o) *idtoecce* ille *mortuus est* in iniquitate sua. c. 3, 18. 19.

℣. 7 בגד sine *Dag.* 1. 3. 7. 11. 22. ℣. 9. חיה cum *Kri* חיו 1. & *Mas. Erff.* ℣. 10. מאחד per ח loco ד 2. 3. 10. sic fe 5. & sic in textu (in marg. enim nostram habent lectionem) 1. 6. 9. contra *Mas* impr. & *Erff.* ל׳ דסמיך, coll Leu. 5, 13. ℣. 11. אכל per *Kam.* 7. 8. 15. 22. 23. aliique codd. in marg. 7. 8. sic fu. 5. contra *M. 1.* & *Maser. R. Ios. Zarka*, quam *R. Chaim* ad h. l. laudat; itemque contra *Mas* 1. & *Erff* ad v. 6. ℣. 12. גזלה ita singulariter in textu 2. ℣. 14. ויראה sic in textu sine nota 1. 2. 3. 5. neque etiam *Mas. Erff.* Cthib & Kri notat. כהן per *Segol* 1. 2. 5. sec. *Mas.* 1. & *Erff.* h. l sed contra *Mas.* eiusdem 1. ad Deut. 15, 2. ℣. 15. ואת אשת cum præf. ו 1. 3. sic fu. 1. ℣. 16. חבל per *Pat.* 1. 3. וגזלה sine præf. ו 2. in marg. ועירם *plene* 3. & in marg. 6. 9. At וערום *plene* per ו 5 22. sec. *Mas. Erff.* בגד cum *Dag.* 6. 9. 20. sic fe. 5. ℣. 17. חיה cum *Kri* חיו 1. sec. *Mas. Erff.* Sic v. 19. 21.

19 וַאֲמַרְתֶּם מַדֻּעַ לֹא־נָשָׂא הַבֵּן בַּעֲוֺן הָאָב וְהַבֵּן מִשְׁפָּט
וּצְדָקָה עָשָׂה אֵת כָּל־חֻקּוֹתַי שָׁמַר וַיַּעֲשֶׂה אֹתָם חָיֹה
כ יִחְיֶה׃ הַנֶּפֶשׁ הַחֹטֵאת הִיא תָמוּת בֵּן לֹא־יִשָּׂא ׀ בַּעֲוֺן
הָאָב וְאָב לֹא יִשָּׂא בַּעֲוֺן הַבֵּן צִדְקַת הַצַּדִּיק עָלָיו תִּהְיֶה
21 וְרִשְׁעַת רָשָׁע עָלָיו תִּהְיֶה׃ וְהָרָשָׁע כִּי יָשׁוּב
מִכָּל־חַטֹּאתָו אֲשֶׁר עָשָׂה וְשָׁמַר אֶת־כָּל־חֻקּוֹתַי וְעָשָׂה
22 מִשְׁפָּט וּצְדָקָה חָיֹה יִחְיֶה לֹא יָמוּת׃ כָּל־פְּשָׁעָיו אֲשֶׁר
23 עָשָׂה לֹא יִזָּכְרוּ לוֹ בְּצִדְקָתוֹ אֲשֶׁר־עָשָׂה יִחְיֶה׃ הֶחָפֹץ
אֶחְפֹּץ מוֹת רָשָׁע נְאֻם אֲדֹנָי יְהוִה הֲלוֹא בְּשׁוּבוֹ מִדְּרָכָו
24 וְחָיָה׃ וּבְשׁוּב צַדִּיק מִצִּדְקָתוֹ וְעָשָׂה עָוֶל כְּכֹל
הַתּוֹעֵבוֹת אֲשֶׁר־עָשָׂה הָרָשָׁע יַעֲשֶׂה וָחָי כָּל־צִדְקֹתָו
אֲשֶׁר־עָשָׂה לֹא תִזָּכַרְנָה בְּמַעֲלוֹ אֲשֶׁר־מָעַל וּבְחַטָּאתוֹ
כה אֲשֶׁר־חָטָא בָּם יָמוּת׃ וַאֲמַרְתֶּם לֹא יִתָּכֵן דֶּרֶךְ אֲדֹנָי
שִׁמְעוּ־נָא בֵּית יִשְׂרָאֵל הֲדַרְכִּי לֹא יִתָּכֵן הֲלֹא דַרְכֵיכֶם
26 לֹא יִתָּכֵנוּ׃ בְּשׁוּב־צַדִּיק מִצִּדְקָתוֹ וְעָשָׂה עָוֶל וּמֵת עֲלֵיהֶם
27 בְּעַוְלוֹ אֲשֶׁר־עָשָׂה יָמוּת׃ וּבְשׁוּב רָשָׁע מֵרִשְׁעָתוֹ
אֲשֶׁר עָשָׂה וַיַּעַשׂ מִשְׁפָּט וּצְדָקָה הוּא אֶת־נַפְשׁוֹ יְחַיֶּה׃
28 וַיִּרְאֶה וַיָּשׁוּב מִכָּל־פְּשָׁעָיו אֲשֶׁר עָשָׂה חָיוֹ יִחְיֶה לֹא יָמוּת׃
29 וְאָמְרוּ בֵּית יִשְׂרָאֵל לֹא יִתָּכֵן דֶּרֶךְ אֲדֹנָי הַדְּרָכַי לֹא יִתָּכְנוּ
ל בֵּית יִשְׂרָאֵל הֲלֹא דַרְכֵיכֶם לֹא יִתָּכֵן׃ לָכֵן אִישׁ כִּדְרָכָיו

אשפט Rrr 4 סג ד

הרשע קרי

חטאתיו קרי

מדרכיו קרי

צדקתיו קרי

יתיר ו'

℣ 19. p) S. *Nihilominus dicitis.* v. 25. 29. al. vt Syr. *Quod si vero dixeritis, quare?* &c. Respondeo: quia filius ius & iustitiam fecit &c. *Cocc.* Hic opponit (& deinde refellit) *murmurationem Iudaeorum aduersus sententiam Dei,* qua vitam addicit filio recedenti a peccato patris. Quae obmurmuratio significat murmurationem contra Euangelium, quo gentibus ambulantibus in fide & charitate, & tum paganam idololatriam, tum Iudaicam superstitionem fugientibus, vita addicitur; cum putent, indignum esse, vt filii Abrahami pro iniustis habeantur, & filii gentilium pro iustis censeantur q) *non ferret* & lueret. Leu. 5,1. 17. r) S. *iniquitatem patris?* qs. dicerent ad Prophetam: protestatio tua facto & experientiae nostrae praesenti contraria est: nonne enim ob parentum delicta nos vapulamus? s) S. *quia,* inquam, *filius.* Syr. praemitt. *dic illis, propterea quod* &c. t) v. 5. 21. u) cf. Luc. 1, 6. x) vid. v. 9. 17. y) ideo *omnino viuet.* v. 9. 17. 21.

℣ 20. z) *Anima* sc. f. *homo.* Gen. 17, 14. a) Redit ad thesin supra v. 4. positam, eamque confirmat. b) *filius* igitur. c) v. 17. Deut. 24, 16. cf. not. Ex. 20, 5. d) *iustitia* v. 19. 22. c. 33, 12. e) vid. v 5. 9. f) *erit* & manebit *super ipso,* non auferetur ab eo propter patrem aut filium peccatorem. g) *similiter impietas* impii Es. 9, 17. & consequens ex ea, reatus & ira Dei. h *super impio manebit;* nec per iustitiam patris aut filii auferetur, & ipsi soli nocebit. cf. c. 14, 14. 20. & Ps. 49, 8.

℣ 21. i) S. *Insuper quando impius auersus fuerit.* v 27. k) Cocc. vt poenitentia sit sincera, & minime claudicans; quae omne malum detestatur, & omne bonum amplectitur. Nam suceciitatis est, non eligere *partem,* & reliquam repudiare. Conf. Matt. 6, 24. 2 Cor. 6, 14. 15. 16. Rom. 6, 17. Prou. 18, 18. l) v 9 19. m) v. 5. 19. c. 33, 14. 16. 19. n) v. 19 o) v. 18. cf. not. v. 4.

℣. 22 p) v. 28. c. 14, 11. q) *in recordationem non venient ei.* c. 33, 16. Es. 43, 25. Ier. 31, 34. r) sed *in iustitia sua.* v. 20. 24. cf. Iac. 1, 25. s) v. 19. 21. 27. 1 Iob. 2, 29. c. 3, 7.

℣. 23. t) *Num enim delectando delector?* v. 32. c. 33, 11. ex me ipso, & voluntate antecedente? Ita iudicii huius iustitiam demonstrat Deus a natura sua. *Interrogatio* fortius *negat,* vt Hos. 10, 11. Ad *consequentem* vero *voluntatem Dei* pertinet, quod dicitur Prou. 1, 25 u) etiamsi hic resipiscat. x) v. 3. 9. c. 16, 14. y) *nonne* potius delector? z) *quando conuertitur a viis suis* v. 21. 27. 2 Pet. 3, 9. a) cf. 2 Sam. 14, 14. Hab. 2, 4. ℣. 24. b) S. *Contra cum auersus fuerit* v. 21. c) *iustus vere* (non externa tantum specie, vel sua aliorumque opinione talis) intelligendus omnino est; vt oppositioni ad impium vere talem v. 23. vt *de vere iusto* sermo est v. 5. 9. 20. d) v. 20. 22. 26. e) v. 8. 26. c. 3, 20. f) vid. v. 12. 13. g) *quas facit.* h) *si fecerit;* adeoque non tam ex infirmitate, sed ἑκουσίως & plenaria defectione a Deo viuo Heb. 3, 12. c. 6, 4. 5. 6. c. 10, 26. 29. i) *numquid* ille *viuet?* v. 13. k) S. immo *omnes iustitiae eius* c. 33, 13. l) *non in memoriam venient* apud me v. 22. c. 3, 20. non mouebunt me, vt parcam illi. m) sed *in praeuaricatione sua* 1 Par. 10, 13. n) c. 15, 8. c. 17, 20 o) *in iis* inquam. p) v. 4. 26. ℣. 25. q) S. *Nihilominus vos dicitis* v. 19. r) *non recta,* aequa & iusta *est.* v. 29. c. 33, 17. vehementius, quam pro meritis, ex ipsorum opinione, vel vnum plus quam alium, puniendo; aut vni commissa peccata remittendo, alteri imputando. s) Deut. 32, 4. Es. 55, 8. t) S. quare *audite* (*agite.*) cf. Num. 16, 8. Es. 7, 13. u) *o domus Israel:* vestram enim conscientiam testor. x) cf. Iob. 40, 8. y) *nonne potius.* v. 29. Es. 58, 6. z) *non recta sunt* v. 29. ℣. 26. a) S. *Nam quando auertit se.* v. 24. b) *& sic moritur ob ea,* up. propter desertionem iustitiae & perpetrationem iniustitiae. c) *ob iniquitatem suam.* c. 33, 13. d) S. iuste *moritur.* v. 4. 24. ℣. 27. e) S. *Contra quando conuertitur.* v. 21. 28. f) v. 19. 21. 22. g) *facitque.* h) *animam suam viuam seruabit* Ex. 1, 17. Num. 31, 15. 1 Sam. 27, 9. Ps. 22, 30. ℣. 28. i) *Vidit enim* tandem v. 14. statum suum periculosissimum. k) *vt conuerterit se.* S. *vt conuerteretur.* v. 21. 27. l) v. 22. m) ideo *omnino viuet.* v. 9. 17. n) v. 21 c 33, 15. ℣. 29. o) *Nihilominus* tamen *dicunt.* v. 19. p) v. 25. q) *num* vero (quod iterum dico) viae meae. r) *non iustae fuerint.* v. 25, s) *nonne* potius v. 25. t) *non iustae sunt* neque vlla illarum. cf. de *numeri discrepantia* not. Iud. 5, 29. Es. 19, 4. Hos. 6, 5 ℣. 30 u) *Propterea.* Concludit Deus, se quemlibet sec. vias suas iudicaturum, & monet, *vt conuertantur & conuertant ab omnibus defectionibus suis* &c. *Cocc.* x) *vnumquemque* vestrum; siue agnoscat, siue non agnoscat, se esse dignum interitu. y) *iuxta vias ipsius.* Ier. 17, 10. Hos. 12, 3 praesentes, non praeteritas. *Grot.*

℣. 19 אֵת per *Makk.* & *Sagol* 2. 3. ℣ 20. וְאָב per *Kadma* 2. 17. 18. 24. & *Ber.* sic su. 5. ℣. 21. *Spatium* praemittunt 2. 3. 17. 18. 21. 23 24. Omittunt reliqui חַטֹּאתָו sic per *Paschta* 2. 3. 6. 9. 20. & sic se. 5. At per *Sekepht.* reliqui, contra sensum. לֹא per *Meth.* & *Makk* 7. 9. 17. 18. & *Ber.* ℣. 22. בְּצִדְקָתוֹ scribit cum *Kri* בצין קריי, 3. sic se 1. sec. *Mas. Erff.* ℣. 23. מִדְּרָכָיו *plene* in textu 1. 2. 3. 5 6. 9. 20. 21 23. ℣. 24 אֲשֶׁר עָשָׂה sic per *Kadma* 1. 2. 5. 6. 9. 20. ℣. 26. בְּשׁוּב per *Kadma* 1. 2. 3. 6. 9. 20. ℣. 27. *Spatium* Sullam ׃ praemittunt 1. 6. 7. 9. 10. 14. 19. 20. ℣. 28. וַיִּרְאֶה per *Paschta* 3. 5. ℣. 29. יִתָּכֵן Pluratiue: יִתָּכְנוּ 1. 3. 6. 9. 10. 24. 20. sic se. 2.

אשפט אתכם בית ישראל נאם אדני יהוה שובו והשיבו
31 מכל־פשעיכם ולא־יהיה לכם למכשול עון׃ השליכו
מעליכם את־כל־פשעיכם אשר פשעתם בם ועשו לכם
32 לב חדש ורוח חדשה ולמה תמתו בית ישראל׃ כי לא
אחפץ במות המת נאם אדני יהוה והשיבו וחיו׃

עד כאן

CAP. XIX.

יט ואתה שא קינה אל־נשיאי ישראל׃ ואמרת מה אמך
2 לביא בין אריות רבצה בתוך כפרים רבתה גוריה׃
3 ותעל אחד מגריה כפיר היה וילמד לטרף־טרף אדם
4 אכל׃ וישמעו אליו גוים בשחתם נתפש ויביאהו
בחחים אל־ארץ מצרים׃ ותרא כי נוחלה אבדה ה
תקותה

gi Tyri. (vid. v. 12. coll. c. 21, 30. 2 Sam. 6, 21. c. 7, 8. &c.) np. *Ithobalo II.* sec. *Grot. sub illo enim Tyrum Nebucadnezer tredecim annis obsedit*, vt ex Phoenicum annalibus refert *Iosephus* lib. I. contra Apionem p. 1046. Eumque ex Prophetae diris periisse putat *Marshamus* in Can. Chron. p. 579. de *Palaityro* intelligens omnia, quae alii ad illam ex parte tantum, cetera partim ad *nouam* s. *insulanam*, partim ad mysticam *Tyrum* referunt. *Gurtlerus* vero in Theol. Proph. p. 308. (vt ad c. 26, 1. iam diximus) de *Tyro instaurata* i. Christiana, & a Saracenis expugnata, hoc caput accipit, & p. 669 - 673. plura eius commata huc adplicat; sed per accommodationem tm. vt nobis videtur. *Cocc.* vero ita ad h. l. *Rex Tyri* gloriosus sui aestimator & admirator, & se efferens in prosperitate sua & ciuitatis suae, aptus & idoneus fuit, vt fieret *typus* & *hieroglyphicum symbolum* eius, qui ecclesiam conuerterit in emporium, & in ea vult regnare, & se dixit vicarium Dei esse. Cf. omnino not. Es. 6, 9. & c. 24, 1. c. 34, 1. it. c. 23, 1. & pluribus ipsum *Coccelum*, qui maxime sensum mysticum huius capitis studiose persequitur, vt nos litteralem & immediatum illustrare studemus. *m*) *propterea, quod* c. 15, 8 *n*) *extulit se cor tuum*, v. 5. 17. 2 Par. 26, 16. Dan. 5, 20. *o*) *vt dicat, cogites*. v. 9. c. 29, 3. *p*) *quasi Deus* quidam *ego sum*, vt Es. 14, 14. Act. 12, 22. *q*) S. *in habitatione*. al. *in sede Dei*, i. e in loco inaccessibili, cincto & munito mari, cui nemo nocere potest. *Grotius*: Sicut Deus ab omni iniuria tutus est in arce coelesti, sic me defendit mare. cf. 2 Thess. 2, 4. *r*) c. 27, 4. 25. 26. *s*) *cum tamen sis homo*, omni humanae sorti obnoxius. Es. 31, 3. cf. Dan. 5, 20. *t*) *& minime Deus*, aut inexpugnabilis. cf. not. Deut 9, 7. *u*) *etsi tu dedisti*, reputasti Gen. 42, 30. *cor tuum*, s. animum superbum. cf. Obad. v. 3. 2 Par. 25, 19. *x*) v. 6. dum existimasti, te esse Deo parem sapientia, potentia, imperio in omnes: quasi omnia tibi parere debeant.

ᵽ. 3. *y*) Enunciatio absoluta: *Ecce Daniele sapientior tu es*; np. sec. opinionem suam. Sic *Vat. Grot.* &c. alii interrogatiue cum LXX. & *Syro*. At *S. Quasi ecce sapiens tu sis prae Daniele*; - - - *non absconderint tibi*. cf. Sir. 8, 11. Rom. 11, 25. *z*) cuius fama, propter dona sapientiae eximia, a Deo accepta, tunc celebris erat. cf. cap. 14, 14. & Dan. 1, 7. c. 2, 48. c. 4, 6. c. 5, 1. c. 6, 27. *a*) *vllum arcanum*, occultum, abstrusum. Ps. 5, 8. Dan. 8, 26. *b*) *tibi non absconderunt* l. *occultarunt* (3) c. 31, 8. Thr. 4, 1. Nihil tam abstrusum est, vt te fugiat. Sic *Ion. Kimchi* &c. ᵽ. 4. *c*) Cf. Es. 10, 13. *d*) cf. 1 Reg. 5, 9. Ier. 10, 12. *e*) fecisti, comparasti; Schm. vt v. 3. quasi *feceris tibi* Deut. 8, 17. *f*) *opes*. ὁ. δύναμιν. sic v. 5. cf. Apoc. 18, 3. *g*) *& parasti* Gen. 12, 5. *h*) cf. Ier. 48, 7. c. 49, 4. ᵽ. 5. *i*) v. 7. 17. cf. Es 10, 13. c. 47, 10. *k*) *in negotiatione tua* (4) v. 16. 18. *l*) *multiplicasti*. S. *multiplicaueris*. Hos. 2, 10. *m*) *opes tuas*. c. 16, 12. Iob. 31, 25. *n*) *& sic extulit*. S. *vt extulerit se cor tuum* v. 2. *o*) *ob vim & potentiam tuam*. S. *ob opes tuas*. al. cum Ion. *ob exercitus tuos*. quae omnia complectitur dictio Hebraica. ᵽ. 6. *p*) Apodosis, cuius Protasis incipiebat v. 2. *q*) vid. v. 2. ᵽ. 7. *r*) *Ideo* inquam v 6. *s*) c. 26, 7. c 29, 8. *t*) v. 10. cf. Es. 1, 7. *u*) *violentos, violentissimos gentium*, c. 30, 11. quales tunc erant Chaldaei c. 26, 7. *x*) S. *qui euaginabunt*. Leu. 26, 33. *y*) *super pulchritudinem sapientiae tuae*. v. 5. i. e. in te, qui tibi tam sapiens videris; & contra omnia, quae videris tua sapientia comparasse, pulcherrima aedificia, ingentem exercitum &c. *z*) *& pollnent, profanabunt*, & obscurabunt & abolebunt. cf. c. 7, 21. 22. *a*) *splendorem tuum* (2) v. 17. i. e. regnum tuum & dignitatem regiam. *Grot.* & *Vat.* ᵽ. 8. *b*) *In foueam* aut *interitum*. Iob. 33, 22. *demittent, deiicient te*. cf. supra c. 26, 20. *c*) *& morieris*. 2 Reg. 7, 4.

o) *& mercatus tui*. v. 9. 13. 17. 25. *p*) *ditasti* Gen. 14, 23. sc. ex vectigalibus sec. *Grot.* *q*) *Reges orbis terrarum* Ps. 2, 2. Ps. 148, 11. Thren. 4, 12. *Cocc.* Hic & seqq. versiculis rursus comparatur tempus abundantiae, quo ditauit Reges, & tempus confractionis, cum ipsorum etiam Regum horrore &c.

ᵽ. 34. *r*) *Tempore* vero, quo *fracta es*, i. e. quo fluctibus maris confracta & submersa es. vid. v. 26. 1 Reg. 22, 49. Ion. 1, 4. & simil. confer. Ier. 49, 8. c. 50, 31. c. 51, 33. *s*) *in profunditatibus* (5) *aquarum* Psal. 130, 1. *t*) *mercatus tuus* v. 9. 33. *u*) v. 27. *x*) vid. not. v. 27. *Curtius* l. 4. c. 4. Alexander, exceptis qui in templa confugerant, omnes interfici, ignemq; tectis iniici iubet. - - *Triste* deinde *spectaculum* victoribus ira praebuit Regis. Duo millia, in quibus occidendis defecerat rabies, crucibus adfixi, per ingens littoris spatium pependerunt.

ᵽ. 35. *y*) *Omnes incolae* maritimarum regionum & *insularum* v. 3. 7. 15. *z*) *obstupuerunt*, l. *obstupescent super te*. c. 26, 16. cf. Zach. 9, 5. ὁ. ἐστύγνασαν.

Marc. 10, 22. Mat. 16, 3. *a*) *ipsique Reges eorum*. cf. v. 33 *b*) *cohorrescent* Deut. 32, 17. *horrore*, (4) c. 32, 10 Ес 28, 2. Grot. *horrentibus pilis*. ὁ. ἔκστάσει ἐξέστησαν.

Matt. 12, 23. Marc. 5, 42. *c*) S. *turbata sunt facies*. Al. *peruulserunt, vultibus turbatis*, coeli tonantis instar. 1 Sam. 1, 6. *d*) cf. c. 7, 18 c. 21, 3.

ᵽ. 36 *e*) *Mercatores aliarum gentium* v. 21. *f*) Es 13, 1. 8. *f*) *sibilarunt* l. *sibilabunt* al *frendent* prae stupore. 1 Reg. 9, 8. Thren. 2, 15. *g*) S. *terrores facta es*. c. 26, 21. c. 28, 19 *h*) S *dum non es*. sc. quod fuisti. *i*) vid. c. 26, 14. 21.

CAP. XXVIII, ᵽ. 3. מדנאל cum *Kri* מדניאל 5. & *Mas. Erff.* ᵽ. 7. עליך *Femi-nine* fo. 1. 5. Et *sic* in יפעתך & חכמתך.

9 מְמוֹתֵי חָלָל בְּלֵב יַמִּים׃ הֶאָמֹר תֹּאמַר אֱלֹהִים
אָנִי לִפְנֵי הֹרְגֶךָ וְאַתָּה אָדָם וְלֹא־אֵל בְּיַד מְחַלְלֶךָ׃
י מוֹתֵי עֲרֵלִים תָּמוּת בְּיַד זָרִים כִּי אֲנִי דִבַּרְתִּי נְאֻם
11 אֲדֹנָי יֱהוִה׃ וַיְהִי דְבַר־
12 יְהוָה אֵלַי לֵאמֹר׃ בֶּן־אָדָם שָׂא קִינָה עַל־מֶלֶךְ
צוֹר וְאָמַרְתָּ לּוֹ כֹּה אָמַר אֲדֹנָי יֱהוִה אַתָּה חוֹתֵם
13 תָּכְנִית מָלֵא חָכְמָה וּכְלִיל יֹפִי׃ בְּעֵדֶן גַּן־אֱלֹהִים הָיִיתָ
כָּל־אֶבֶן יְקָרָה מְסֻכָתֶךָ אֹדֶם פִּטְדָה וְיָהֲלֹם תַּרְשִׁישׁ
שֹׁהַם וְיָשְׁפֵה סַפִּיר נֹפֶךְ וּבָרְקַת וְזָהָב מְלֶאכֶת תֻּפֶּיךָ
14 וּנְקָבֶיךָ בָּךְ בְּיוֹם הִבָּרַאֲךָ כּוֹנָנוּ׃ אַתְּ־כְּרוּב מִמְשַׁח
הַסּוֹכֵךְ וּנְתַתִּיךָ בְּהַר קֹדֶשׁ אֱלֹהִים הָיִיתָ בְּתוֹךְ אַבְנֵי־
אֵשׁ

d) *mortibus* (1) Ier. 26, 4. (formæ נִבְרָאִי Ez. 26, 10.) S. *confossorum*, (sic. é. Ion. & Syr.) vt moriuntur confossi. Multis vulneribus (quod ex mente *Kimchii* per pluralem iudicatur) confossus morieris. Al. *mortibus profanorum*. cf. c. 21, 30. e) vbi extra omne periculum te fore putabas, & de hoc gloriabaris v. 2. *Cocceius* pro antitypo confert Apoc. 17, 2. 15.

℣. 9. f) *Num ergo dicendo dices?* He interrog. per *Segol* præfigitur *gutturali Kametsatæ*. g) v. 2. h) *coram occisore tuo?* c. 11, 16. Ier. 4, 31. An tunc iactabis te esse Deum, quum hostes te invadent? *Sarcasmus*. i) *immo tu eris* & agnosceris homo v. 2. k) *confodientium*; sic Ion. *perdentium*. Raschi, Kimchi, M. I. & Syr. *interficientium*. cf. c. 32, 15. at S. *profanantium te*. c. 24, 21. *Mors sola fatetur, quantula sint hominum corpuscula*. Grot.

℣. 10. l) *Mortibus enim*. Pluralis (2) Es. 53, 9. h. e. truculentissima morte. Quamuis ad *duplicem mortem, temporalem & æternam*, plurali numero respectum haberi non absurde dicitur. Glass. Philol. S. p. 418. m) *præputiatorum incircumcisorum* carne & corde, vt bene *Kimchi* & *M. I.* i. e. fec. Ion. *impiorum*, vt hi mori solent c. 31, 18. c. 32, 19. &c. LXX. vt Act. 7, 51. (52.) Aliis, vt Syro, sed minus bene, est genitivus efficientis: *mortibus per manus incircumcisorum tibi illatis*, a quibus occidi ignominiosum erat, 1 Sam. 31, 4. n) v. 7. c. 7, 21. o) c. 23, 34. c. 26, 5. p) c. 11, 8. c. 16, 14.

℣. 12. q) c. 27, 2. 32. c. 32, 2. *Cocceius*: Threnus est μιμητικός. Nam ea deploratio potius conuenit hominibus, qui magnifaciunt principem Tyri. Insunt tamen quædam, quæ competunt fidelibus miserantibus humanam fragilitatem, & divina iudicia cum tremore recognoscentibus. r) qui *Princeps* dicebatur v. 2. s) *tu es* l. *fuisti obsignans, perficiens* (solemus sigillo munire, quæ perfecta & rata sunt. cf. 1 Reg. 21, 8. Ier. 32, 10. Esth. 8, 8. 10. Neh. 10, 1) *summam* h. e. sec. *Kimchi* aliosq; acquisivisti *tantam molem opum*, sapientiæ, gloriæ & omnis felicitatis, vt nihil accedere posse videatur; tam perfecte & consummate omnia possides. Al. *obsignator summæ*, nim. tum exportandarum mercium, tum persoluendorum tibi vectigalium, & si quæ alia sunt eiusmodi. ita *Iunius*. *Cocceius* vero in Lex. p. 273. & Comment. *signator mensuræ* s. *signans mensuram*. allusione ad morem emporii. In emporiis enim summæ potestatis est, *mensuras* vt & monetas signare. Quidam vero Codices leg. חוֹתָם per *Kamets* hoc sensu: *tu fuisti annulus sigillatorius iusta figura* s. optime figuratus. h. e. diligentissime custodiebaris, sicut annulus splendidus multæ artis. ita *Grot.* coll. Ier. 22, 24. t) *summam*, S. *demensum* (2) c. 43, 10. cf. c. 45, 11. u) *plenus sapientia*. vid. v. 3. 4. sc. in arte tua politica, & quæ ad ordinem atque splendorem ciuitatis tuæ, eiusque conseruationem pertinebant. x) *& perfectus pulchritudine* ac splendore c. 27, 1.

℣. 13. y) *In Eden quasi*, s. *amœnissima regione*. Gen. 2, 8. z) *horti Dei*: l. immo *in horto Dei* s. paradiso qs. fuisti Gen. 2, 8. etsi in medio mari habitares. i. e. sec. *Ion. Kimchi, Raschi* & *M. I.* Omnia tibi vndiq; affluebant, quæ vel ad necessitatem l. ad vtilitatem, aut voluptatem etiam, pertinebant; vt olim Adamo in horto Edenis, quem Deus ei concesserat. *Cocceio* quidem iudice hæc literaliter de Rege Tyri intelligi non possunt, sed *de rege Tyri spirituali* optime; quapropter etiam omnia eo accommodat. Nos tamen sensum litteralem de Rege Tyri omnino retinendum putamus cum aliis interpretibus, mysticum non reiicientes, quem fusius vide apud Cocc. aliosue. a) c. 27, 22. b) est *operimentum* vel *tegumentum tuum* (1) i. e. sec. Grot. aliosue, Vestes, quæ tegunt te, vel sec. al. *tentorium* s. *umbraculum* (sub quo tu Rex sedebas) lapidibus s. *gemmis pretiosis omnis generis* ornatum s. intertextum fuit. c) S. *Rubinus* sc. Al. *Sardius*. (3) vid. Ex. 28, 17. seqq. c. 39, 10. seqq. vbi præter nouem gemmarum genera, quæ h. l. enarrantur, tria alia in pectorali Pontificis habentur. d) S. *Topasius* (4) Iob. 28, 19. e) S. *& Adamas*. (2) Ex. 28, 18. f) *Chrysolithus*. al. *Beryllus*. vid. c. 1, 16. Cant. 5, 14. g) S. *Sardonyx* Gen. 2, 12. Iob. 28. 16. h) *& Iaspis* (3) Ex. 28. 20. i) *Sapphirus* vid. c. 1. 26. k) S. *Chrysoprasus*. al. *Smaragdus* (4) c. 27, 16. l) *& Carbunculus*. S. *Smaragdus* (3) Ex. 28. 17. m) *& aurum* c. 27, 22. *Iunius*: tam molliter circumuestiebaris, vt aurum esset (tantum) accessio; quod ideo postremo loco nominatur. *Vat.* aurum annumerat gemmis, quod illæ auro includi vel ornari solent. Sic *Ion.* simpliciter reddit: *immersi* s. *insiti auro*. Pro antitypo cf. Apoc. 17, 4. n) *opus tympanorum tuorum* Es. 5, 12. c. 24, 8. i. e. operosissima & artificiosissima instrumenta tua, quæ hic describit synecdochice per duas species sc. quæ pulsantur aut inflantur. *Iun.* o) *& fistularum tuarum*. (1). p) *in te* l. *apud te*. vt c. 10, 15. *in fluuio*, i. e. *apud fluvium* &c. q) *in die* & inde a die, *quo creatus* s. in vtero formatus & in lucem editus *es* v. 15. c. 21, 35. r) ad oblectandum te vel cantandum *iam parata fuerunt*. *Pyal.* (2) Ps. 37, 23.

℣. 14. s) *Tu*. In femin. per contemtum; vel potius per *Apocopen* vid. not. Num. 11, 15. t) qs. *Cherub* fuisti. vid. supra c. 10, 14. & c. 1, 10. u) *vnctionis*, vel vt *vnctum illud opus* (1) cf. Ex. 30, 26. Schm. *expansio magnifica contegentis*: forte, quod rad. Chald. & Syr. etiam *mensus est, mensuravit*, significat. x) *obtegens* v. 16. Vti Cherubim arcam obtegebant Ex. 25, 10-20. Neh. 2, 6. Allusio videtur esse ad Cherubinos Sanctuarii, Arcam tegentes, idq; in monte sancto Dei, In loco Oraculi: & hi sunt in eodem rerum systemate cum *lapidibus micantibus* pectoralis iudicii. *Gusset.* p. 555. cf. etiam *Glass.* p. 1644. seq. At *Cocc.* Lex. p. 453. *Vnctum tegminis*; vnctus ab hominibus, vt sis tegmen. Quem homines loco Christi habent, qui est clypeus Ecclesiæ, & pro eo, per quem, & ex cuius voluntate Deus cognoscatur, & lux eius ac gratia percipiatur. cf. etiam ibid. p. 392. 565. seqq. y) *posuique* constitui. *constitueram te* in tali dignitate. cf. v. 17. Gen. 17, 5. 6. z) vt quasi *in monte sancto Dei fueris*. Sicut illi Cherubini super monte sancto Zion in templi adyto erant, ita tu in loco, qui videbatur ad vim omnem inaccessus. *Grot.* *Maius* Oecon. V. T. p. 1044. ita: Facile inde colligitur, extendere se hanc prophetiam ad tempora quoque longe post futura, quibus *Tyrii* poterant dici *fuisse in monte Dei* indeque exturbandi. cf. quæ ad Es. 23. obseruauimus. a) & quasi *in medio lapidum ignis*, i. e. *ignitorum* vel lucidorum ac *splendentium instar ignis* v. 16. quales erant, qui pectorali Pontificis inclusi erant. v. 13.

℣. 12. חוֹתֵם ita plures; it. *B. Naphtali*, vt notat 8. in marg. At חוֹתָם per *Kam.* 8. 22. & (vt 7. in marg. notat) " *B. Ascher*. Et sic *Vulg.* LXX. & *Syr.* Substantiue *signaculum* ᵀ verterunt. ℣. 13. וְיָשְׁפֵה per *Segol* 1. 2. 3. 5. 6. 9. 10. 13. 19. 20. 23. ℣. 14. אַתְּ per *Mun.* sine *Makk.* 2. 3. sicut 5. וּנְתַתִּיךָ Feminine 7. 8. 11--16. 19. 21. 22. sic se 5.

טו אֵשׁ הִתְהַלָּכְתָּ׃ תָּמִים אַתָּה בִּדְרָכֶיךָ מִיּוֹם הִבָּרְאָךְ עַד־
16 נִמְצָא עַוְלָתָה בָּךְ׃ בְּרֹב רְכֻלָּתְךָ מָלוּ תוֹכְךָ חָמָס
וַתֶּחֱטָא וָאֲחַלֶּלְךָ מֵהַר אֱלֹהִים וָאַבֶּדְךָ כְּרוּב הַסֹּכֵךְ
17 מִתּוֹךְ אַבְנֵי־אֵשׁ׃ גָּבַהּ לִבְּךָ בְּיָפְיֶךָ שִׁחַתָּ חָכְמָתְךָ עַל־
יִפְעָתֶךָ עַל־אֶרֶץ הִשְׁלַכְתִּיךָ לִפְנֵי מְלָכִים נְתַתִּיךָ
18 לְרַאֲוָה בָךְ׃ מֵרֹב עֲוֺנֶיךָ בְּעֶוֶל רְכֻלָּתְךָ חִלַּלְתָּ
מִקְדָּשֶׁיךָ וָאוֹצִא־אֵשׁ מִתּוֹכְךָ הִיא אֲכָלַתְךָ וָאֶתֶּנְךָ
19 לְאֵפֶר עַל־הָאָרֶץ לְעֵינֵי כָּל־רֹאֶיךָ׃ כָּל־יוֹדְעֶיךָ בָּעַמִּים
שָׁמְמוּ עָלֶיךָ בַּלָּהוֹת הָיִיתָ וְאֵינְךָ עַד־עוֹלָם׃
כ וַיְהִי דְבַר־יְהוָה אֵלַי לֵאמֹר׃
21 בֶּן־אָדָם שִׂים פָּנֶיךָ אֶל־צִידוֹן וְהִנָּבֵא עָלֶיהָ׃ וְאָמַרְתָּ כֹּה
22 אָמַר אֲדֹנָי יְהוִה הִנְנִי עָלַיִךְ צִידוֹן וְנִכְבַּדְתִּי בְּתוֹכֵךְ וְיָדְעוּ
כִּי־אֲנִי יְהוָה בַּעֲשׂוֹתִי בָהּ שְׁפָטִים וְנִקְדַּשְׁתִּי בָהּ׃
23 וְשִׁלַּחְתִּי־בָהּ דֶּבֶר וָדָם בְּחוּצוֹתֶיהָ וְנִפְלַל חָלָל בְּתוֹכָהּ
בְּחֶרֶב

r) o Cherubh obtegens! v 14. *s)* v. 14.

v. 17 *t) Superbiit enim animus tuus.* v. 2.5. c. 31, 14. *u) ob pulchritudinem tuam* v. 7. 12. *x) corrupisti*, male vsurpasti Am. 1, 11. cf. supra c. 23, 11. *y)* v. 5. 7. Cor vere sapientis non effert se ob bona huius mundi. *Kimchi.* *z) ob splendorem tuum* (1) v. 7. *a) ideo in terram proieci te.* Ier. 22, 19 *b)* conf. 1 Reg 8, 46. *c) dedi, tradidi,* prostitui te. 1 Sam. 1, 16. *d) ad videndum in te*, desormatum & regno exutum *Kimchio* est

c) vt ambulaueris c. 19, 6. Omnia in palatio tuo non auro tantum, sed gemmis etiam lucidissimis resulgebant. al. *ambulasti* indutus veste, ornata *gemmis lucidissimis*, instar summi sacerdotis Israelitarum; sed *Grotius*: Sicut Pontifex cum 12. *lapidibus micantibus* accedebat Cherubinum; ita & *qui circum te erant*, intrabant pari ornatu. *Cocc* vero de antitypo: i. e. ambulasti in medio *lapidum viuorum* 1 Pet. 2, 5.

v. 15. *d) Perfectus, integer* (*Grot.* perfecte felix) sc. inter homines. Gen. 6, 9. *e) tu Rex Tyri* olim fuisti. *f) in viis & actionibus tuis*, c. 18, 30. sapienter omnia instituens, & felicissimo cum successu, virtutis iter aliquamdiu tenens. *g) ex quo formatus es* v. 13. *h) donec inuenta, deprehensa est* Ier. 2, 26. *i) peruersitas maxima*, de qua vers. seq. cf. c. 26, 2. Nomen est masc. v. 18. cum ה *Paragog.* vt Hos. 10, 3. Ps. 92, 16. Ps. 125, 3.

v. 16. *k)* S. Nam *per multitudinem negotiationis tua* v. 5. 18. *l) impleuerunt* ciues vel mercatores tui *medium tui* s. vrbis tuæ. Similis forma verbi c. 39, 26. 1 Sam. 6, 10. S. *impleti sunt in medio tui.* Grot. *repleta sunt interiora tua.* *m)* c. 7, 23. c. 8, 17. Gen. 6, 11. *n)* c. 14, 13. cum ex iustis commerciis rem facere facile potuisses. Amplitudo mercimonii, vt fieri solet, luxum, luxus intolerantiam, hæc cædes, omnemque violentiam excitauit. Hæc Rex non tantum impune fieri sinebat, sed & ipse in eadem peccata prolectus, aliis exemplo erat. *Iun.* *o) ideo profanaui*, vt *impurum segregaui* & eieci *te* Es. 23, 9. Ps. 89, 40. *p)* v. 14. *q) & disperdidi te.* Fut. Piel. 1. rad. א *exspirauit*, vt c. 21, 33. cf. similem contractionem Iob. 31, 11. Gen. 30, 5. &c.

Infinit. Aliis Nom. formæ אַהֲבָה, mutato ה in ו (1) q. d. *ad spectationem tui.* S. *vt adspiciant te.* *Gusset.* p. 764. vt oculi & intuitus desigerentur in te, raritate & mirabilitate spectaculi status tui. Cf. Nah. 3, 6. 1 Cor. 4, 9. ὁ. παραδειγματισθῆναι. Matth. 1, 19. Ion. *in admonitionem* (s. exemplum) *regibus dedi te, ad considerandum te.* Supplicium peccato congruum: qui suam pulchritudinem, peritiam & splendorem magnifice ostentauerat, iam *ostentui* fore dicitur. *Iun.* *v.* 18. *e)* cf. Hos. 9, 7. *f)* S. *per peruersitatem.* v. 15. *g)* v. 5. 16. c. 26, 12. *Grot.* rebus multis per vim partis, & per contractus extortos auctis. *h) profanasti*; i. e. caussam præbuisti, vt per Chaldæos profanem. v. 16. *Piscat.* *i) sanctuaria tua*, nempe illum tuum quasi sanctum montem Dei, in quo tanquam Cherub esse videbaris v. 14. inque eo palatium tuum, templo Hierosolymitano, qua magnificentiam, respondens, quod proinde diuinum tibi videbatur v. 2. ipsa etiam templa tua idololatrica Iouis, Astartes, Herculis. *Iunius*: Nec verum Deum coluisti, nec illos ipsos, quos colis Deos, religiose, caste & reuerenter coluisti. *k)* S. *ideo eduxi ignem e medio tui.* Incendio peribis vid. not. c. 27. 34. At *Vat.* i. e. excitabo aliquot *e ciuibus tuis*, qui deficiant a te ad Nebucadnezarem. *l) qui comedet te* cf. c. 19, 12. *m)* oppositio ad v. 14. *n)* quasi *cinerem super terra.* cf. Mal. 3, 21. *o)* c. 5, 14. *Grot.* hostes non pluris te facient, quam cinerem sparsum humi. *v.* 19. *p) Omnes, qui antehac te nouerunt.* conf. Iob. 19, 13. *q) obstupescent super te.* c. 26, 16. c. 32, 10. Es. 52, 14. *Præterita hic sunt prophetica*, loco futuri, vt in Prophetis maxime est frequens. vid. c. 7, 12. c. 13, 11. Es. 5, 13. c. 9, 2. &c. *r)* c 27, 36. *s)* c. 26, 31. *v.* 20. *t) Præterea factum est.* *v.* 21. *u)* c. 6, 2. c. 21, 2. 7. *x) contra Tsidonem.* vid not. Es. 23, 4. 12. Eam ab Artaxerxe Ocho, Persarum rege, crudeliter excisam docet *Gurtlerus* in Theol Prophet. p. 300. sq. ex *Diodori Siculi* lib. 16. c. 40-45. Ex quo & *Iosepho* contra Apionem lib. 1. etiam *Iunius* ad v. 24 ita notat: *Tyrii* primum a Nebucadnezare post annorum 13. obsidionem expugnati sunt, & *Sidonii* sese eadem opera dediderunt; postea vero semper humiliores extiterunt, vsque dum, rebellione excitata, iterum a Dario (Artaxerxe) *Ocho*, Persarum rege, *Sidon* recepta atque euersa est; *Tyrus* vero ab Alexandro M perdita. *v.* 22. *y)* c. 13, 8. 20. c. 26, 3. c. 29, 10. Ion. *ecce ego immissurus sum furorem meum super te.* *z)* S. *& gloriam acquiram in medio tui*, Ex. 14, 4. 17. 18. Cf. Ps. 46, 9. seqq. Ps. 76, 11. Honorem meum asseram ab iniustitia & impietate tua, qua & nomen meum profanasti, & populum meum exagitasti; quæ duæ partes versibus seqq. exponuntur. *Iun.* *a)* v. 23. 24. c. 5, 13. *b)* v. 26. c. 5, 15 *Mutatur* per affectum *secunda persona cum tertia*, vt in prophetis sæpissime. *c)* v. 26. c. 5, 10. *d) & sanctificatus fuero in ea*; sanctum ac iustum iudicem me ostendero. v. 25. Leu 10, 3.

v. 23. *e) Mittam enim in eam.* c. 5, 17. *f) pestilentiam* c. 14, 19. quæ obsidiones comitari solet, ex corruptis alimentis, infectoque aere. *Grot.* *g) & sanguinem* s. *cædes* cruentas c. 5, 17. per Babyloniorum, & deinde Persarum copias. *h)* cf. c. 11, 6. Ier. 51, 4. *i)* LXX. Kimchi, M. I. per geminat. 3. radicalis: *& cadet.* Sic *Ion.* cum *proiicientur* occisi, vt c. 30, 4 &c. At melius sec. Grammat. R. Iehuda, S. aliique: *& indicabitur* quisque. Sic Gusset. p 678. *& reputati sunt mortui in medio tui*; nempe languentes, cadaueribus simillimi, coll. Gen. 48, 11. *k) confossus* c. 6, 7. s. *profanus & confodiendus.* v. 8. c. 21, 30.

v. 17. לְרָאוָה *milra* 1. 5. At per *Makk.* 3. 6. 9. 10. 14. 20. בָךְ fine Dag. 5. 6. 9. 10. 12. 15. 19. 20. 21. & cum expresso *Raphe* 1. 2. 3. *v.* 18. בְּעֶוֶל *Ain* per *Kam.* 17. 18. 24. contra *M. I.* וָאוֹצִיא per *Kadma milra* 1. 3. 5.

בְּחֶרֶב עָלֶיהָ מִסָּבִיב וְיָדְעוּ כִּי־אֲנִי יְהוָה׃ וְלֹא־יִהְיֶה עוֹד 24
לְבֵית יִשְׂרָאֵל סִלּוֹן מַמְאִיר וְקוֹץ מַכְאִב מִכֹּל סְבִיבֹתָם
הַשָּׁאטִים אוֹתָם וְיָדְעוּ כִּי אֲנִי אֲדֹנָי יְהוִה׃
כה כֹּה־אָמַר אֲדֹנָי יְהוִה בְּקַבְּצִי ׀ אֶת־בֵּית יִשְׂרָאֵל מִן־
הָעַמִּים אֲשֶׁר נָפֹצוּ בָם וְנִקְדַּשְׁתִּי בָם לְעֵינֵי הַגּוֹיִם וְיָשְׁבוּ
26 עַל־אַדְמָתָם אֲשֶׁר נָתַתִּי לְעַבְדִּי לְיַעֲקֹב׃ וְיָשְׁבוּ עָלֶיהָ
לָבֶטַח וּבָנוּ בָתִּים וְנָטְעוּ כְרָמִים וְיָשְׁבוּ לָבֶטַח בַּעֲשׂוֹתִי
שְׁפָטִים בְּכֹל הַשָּׁאטִים אֹתָם מִסְּבִיבוֹתָם וְיָדְעוּ כִּי אֲנִי
יְהוָה אֱלֹהֵיהֶם׃

כט בַּשָּׁנָה הָעֲשִׂרִית בָּעֲשִׂרִי בִּשְׁנֵים עָשָׂר לַחֹדֶשׁ הָיָה דְבַר־
2 יְהוָה אֵלַי לֵאמֹר׃ בֶּן־אָדָם שִׂים פָּנֶיךָ עַל־פַּרְעֹה מֶלֶךְ
3 מִצְרָיִם וְהִנָּבֵא עָלָיו וְעַל־מִצְרַיִם כֻּלָּהּ׃ דַּבֵּר וְאָמַרְתָּ
כֹּה־אָמַר ׀ אֲדֹנָי יְהוִה הִנְנִי עָלֶיךָ פַּרְעֹה מֶלֶךְ־מִצְרַיִם
הַתַּנִּים הַגָּדוֹל הָרֹבֵץ בְּתוֹךְ יְאֹרָיו אֲשֶׁר אָמַר לִי יְאֹרִי
וַאֲנִי

gladio Chaldaico & Persico. *m) contra eam stricto. n)* v. 23. 24. c. 25, 10. 17.

ꝟ. 24. *o) Ita non* (S. *Vnde non*) *erit amplius*. repressis Tyriis, Sidoniis, Ammonitis, Moabitis, Idumæis. *Grot. p) S. sentis* (2) vid. c. 2, 6. ὁ. σκόλοψ. 2 Cor. 12, 7. Ion. *rex malefaciens. q) noxia, S. pungens.* (4) de lepra Leu. 13, 51. 52. c. 14, 44. Rad. מאר Arab. *inimicitiam excitauit, irritauit. r) aut spina* 2 Sam. 23, 6. *dolorifica, afficiens dolore, s. ægre faciens.* 2 Reg. 3, 19. Ian. *& princeps angustia afficiens.* cf. Num. 33, 55. *s) depopulantium, S. contemnentium eos.* v. 26. c. 16, 57. *t)* v. 25. 26.

ꝟ. 25. *u) Cum congregauero.* c. 11, 17. c. 20, 41. Ier. 31, 8. 10. Zeph. 3, 19. 20. *x) in quos dispersi fuerunt.* c. 34, 6. 12. *y) tum sanctificabor in iis.* v. 28. c. 20, 41. *z)* c. 39, 27. gloriam meam potenter afferam adversus blasphemias & contumelias gentium *Iun. a)* v. 26. c. 39, 26. *b)* c. 37, 25. Gen. 28, 13.

ꝟ. 26. *c) Habitabunt autem in ea.* v. 25. *d) secure* c. 34, 25. 27. 28. ὁ. ἐν ἐλπίδι. cf. Act. 2, 26. *e)* Es. 65, 21. *f) & secure ita habitabunt. Munsterus:* Cum id factum non fuerit post captiuitatem Babylonicam, quum Iudæi multas passi fuerint tribulationes; constat id per Christum perfecte impletum, non in corpore, cum sui vsque adhuc ingemiscant, sed in spiritu, qui clamat *Abba Pater.* Sic *Tremellius* itidem notat, agi de pace & tranquillitate ecclesiæ Dei, cœpta per euangelium, & absoluta futura secundo aduentu Christi. Nam promissionem hanc euangelicam esse & ad ecclesiam Christi, veteri ecclesia figuratam, proprie pertinere, rem ipsam docere, quamuis typo terræ & verbis allego-

legoricis exponatur. Conf. *Cocc. g)* v. 21 *h)* c. 30, 14. 19. *i)* v. 24. *k)* v. 25. c. 5, 13. Finis itaque (verba

הפטרת וארא

sunt *Maii* Occ. V. T. p. 1244.) tantorum iudiciorum indicatur, gloria Dei, & ecclesiæ salus, eiusque halcyonia, quando Israel inter natio-

CAP. XXIX.

nes dispersus congregabitur per euangelium, plantabitur, firmabitur, & in Iehoua Deo suo lætabitur.

CAP. XXIX, 1. *l) Anno decimo* transportati Iechoniæ. c. 1, 2. *duobus mensibus* ante vaticinia illa de Tyro. c. 26 - 28. & *sedecim annis* ante illud, quod infra v. 17. seqq. ob vicinitatem argumenti huic statim connectitur. *Grotius*: Vaticinia hæc non per tempora, sed per gentes sunt ordinata; & a propinquioribus terræ Iudææ incipiunt. Hæc autem, notante *Lightfoote* in Chronol. V. T. p. 125. vaticinatur Ezechiel tempore maxime opportuno; quando fastus *Aegypti* ad summum peruenerat, & *Hierosolyma* reposuerat in ea fiduciam. Nunc enim prodierat (vel proditurus erat) *Pharao* cum omnibus suis viribus, vt Hierosolymam obsidione liberaret, ipsaque Hierosolyma tota spe in illum recumbebat. ideoque ipso hoc tempore destructionem Aegypto denunciat, spei vero in illa frustrationem Iudæis. cf. v. 6. *m) decimo* mense. c. 33, 21. Gen. 8, 5. *n) duodecima* die Ezr. 8, 31. *o)* c. 1, 3. &c. *Duplex* vero in hoc capite *vaticinium* est contra Pharaonem & Aegyptum v. 2. I. de *Aegyptiorum* clade & *deuastatione* per Cyrenæos & deinde Chaldæos, v. 3 - 12. *illorumque* aliqua *restitutione* sub Cyro. v. 13 - 16. II. de *Nebucadnezare*, Aegyptum in præmium vastatæ Tyri accepturo v. 17 - 21. Continuaturque hæc prophetia contra Aegyptum etiam seqq. cap. XXX. XXXI. & XXXII. per quinque adhuc vaticinia, ordinata magis ratione argumenti, quam temporis, cuius seriem Ezechiel certo consilio interdum negligit, & ad argumentorum respicit coniunctionem, vti iam diximus, & ex ipsa capitum serie facile patet. Cf. etiam *Raschi*, qui idem obseruat ad v. 17. ꝟ. 2. *p)* c. 6, 2. c. 25, 2. *q)* qui Pharao *Hophra* (profanis *Apries*) dicitur Ier. 44, 30. & felicissimus fuit per plures annos, teste *Herodoto* lib. II. p. m. 97. ed. Steph. ita vero se efferebat, *vt nullum neque deorum neque hominum regnum sibi adimere posse* putaret, vt diserte de eo narrat l. c. *Herodotus*, p. m. 98. adeo sibi illud stabiliuisse videbatur. vid. hic v. 3. Quanquam sec. alios propheta h. l. *Pharaonis* nomine forte non vnum solum, sed plures Aegypti reges ordine consecuturos denotat, vt sylleptice hæc nomina solent accipi. Cf. not. ad v. 5. it. Es. 19, 1. 2. seqq. (vbi ad v. 1. in nota (u) pro Es. 29, 19. lege Ez. 29, 19.) & ibi passim notata. ꝟ. 3. *r) ecce ego* ero s. insurgam *contra* te v. 10. c. 13, 8. 20. c. 26, 3. c. 28, 22. *s)* vide v. 2. & mox dicenda. *t) o draco s. crocodile magne!* c. 32, 2. Ps. 74, 13. Es. 27, 1. c. 51, 9. *Bochartus*: Non est hoc loco *balæna*, vt volunt. Neque enim balæna pedes habet, nec squamas, nec versatur in Aegypti riuis, nec inde adscendit in terram, nec retium indagine cingitur; quæ tn. omnia h. l. τῷ *Thannim* tribuuntur. Vnde planum fit, balænam non intelligi, sed *Crocodilum*, quem cetaceis piscibus accenseri scribit *Scaliger*. Itaque etiam a Iobo vocatur *Leuiathan*, ampla & accurata eius descriptione c. 40. & 41. Hieroz. P. I. p. 52. & P. II. p. 795. vbi addit: Neque de nihilo est, quod *Pharaonis* cum crocodilo comparatio tam multis instituitur. Ad ipsum *Pharaonis nomen* sic alluditur, quo *crocodilum* significari, ex Arabismo discimus. ac sic diceret Propheta: Tu *Pharao*, qui communi gaudes nomine cum *crocodilo*, parem etiam sortem cum *crocodilo* habiturus es, qui ferreo hamo aut ferreis retibus inuolutus capitur, & sic volens nolens e flumine ad necem trahitur. Aliis *Pharao* Coptice siue Aegyptiace *Regem* significat; quod sequitur *Iosephus* Antiq. l. 8. c. 2. lat. 6. ὁ Φαραὼν κατ᾽ αἰγυπτίυς βασιλέα σημαίνει. *Hillero* autem in Onom. S. p. 673. & 908. *Vindicta* s. Vindex ad iram, ex Hebræo; vel *Princeps* populi *metuendus*, ex Arabico idiomate; sec. illud Pauli Rom. 13, 3. 4. Sic vox translata foret ad *crocodilum*, quod hic q. s. rex esset inter aquatilia fluuiorum Aegypti. vid. *Nold.* Conc. p. 989. n. 1306. *u) cubans, qui recubat.* c. 19, 2. Gen. 4, 7. c. 49, 9. *Ammianus Marcellinus* de crocodilo: *noctibus quiescens per vndas, diebus humi vescitur.* Cf. Ps. 68, 31. *x) in medio fluuiorum suorum.* v. 4. *Vatabl.* Intelligit *Nilum*, (vid. Gen. 41, 1. Ex. 1, 22. c. 7, 19. Es. 7, 18.) cuius aquæ per fossas s. riuos huc illuc deductæ distribuebantur in multas partes; & cum Nilo intelligit Aegyptum, quod tota allueretur, ac ditaretur Nilo. At *Cocc.* Non intelligitur tam fluuius, quam *populus Nilum bibens*, vt & per *Euphratem Babylonii* intelliguntur Es. 8, 7. Tralatitium est, populum cum fluento comparare. cf. Apoc. 17, 15. *y)* c. 23, 2. *z) meus est fluuius meus*, omnia mihi abunde suppeditans; quem & nemo mihi adimere & sibi vindicare audebit aut poterit. cf. v. 9. c. 35, 10. & not. supra ad v. 2.

ꝟ. 14. הַשָּׁאטִים cum nota לא קרי א׳ 1. 2. וידעו cum *Gaiah B. Ascher.* ꝟ. 25. בְּקַבְּצִי cum *Gaiah* 5. & *Mas. Erff.* CAP. XXIX. ꝟ. 2. כֻּלֹּה per *Cholem* 13 duo libri in marg. 7. 8.

חחים קרי

rebellauerunt. Ostendit ergo Deus, se hac occasione vsurum, ad exsequenda iudicia sua &c. Sic etiam ad cladem, quam ad Cyrenas accepit, hæc refert *Maius*; sequentia vero

בכף קרי

v. 7-13. ad vastitatem a Chaldæis inferendam. *c) in maxillas tuas.* c. 38, 4. cf. not. 2 Reg. 19, 28. & rem huius loci Iob. 40, 25.

וַאֲנִי עֲשִׂיתִנִי׃ וְנָתַתִּי חַחִיים בִּלְחָיֶיךָ וְהִדְבַּקְתִּי דְגַת־ 4
יְאֹרֶיךָ בְּקַשְׂקְשֹׂתֶיךָ וְהַעֲלִיתִיךָ מִתּוֹךְ יְאֹרֶיךָ וְאֵת כָּל־
דְּגַת יְאֹרֶיךָ בְּקַשְׂקְשֹׂתֶיךָ תִּדְבָּק׃ וּנְטַשְׁתִּיךָ הַמִּדְבָּרָה ה
אוֹתְךָ וְאֵת כָּל־דְּגַת יְאֹרֶיךָ עַל־פְּנֵי הַשָּׂדֶה תִּפּוֹל לֹא
תֵאָסֵף וְלֹא תִקָּבֵץ לְחַיַּת הָאָרֶץ וּלְעוֹף הַשָּׁמַיִם נְתַתִּיךָ
לְאָכְלָה׃ וְיָדְעוּ כָּל־יֹשְׁבֵי מִצְרַיִם כִּי אֲנִי יְהוָה יַעַן הֱיוֹתָם 6
מִשְׁעֶנֶת קָנֶה לְבֵית יִשְׂרָאֵל׃ בְּתָפְשָׂם בְּךָ בַכַּפךָ תֵּרוֹץ 7
וּבָקַעְתָּ לָהֶם כָּל־כָּתֵף וּבְהִשָּׁעֲנָם עָלֶיךָ תִּשָּׁבֵר
וְהַעֲמַדְתָּ לָהֶם כָּל־מָתְנָיִם׃ לָכֵן כֹּה 8
אָמַר אֲדֹנָי יְהוִה הִנְנִי מֵבִיא עָלַיִךְ חֶרֶב וְהִכְרַתִּי מִמֵּךְ
אָדָם וּבְהֵמָה׃ וְהָיְתָה אֶרֶץ־מִצְרַיִם לִשְׁמָמָה וְחָרְבָּה 9
וידעו

a) feci mihi, sc. fluuium illum, sec. Anth. Vat. Tigur. Pisc. &c. scil vt alluerer meam regionem, idque mea industria & sapientia Alii tamen, vt *Cocceius, Schm.* cum Vulgato: *feci memet ipsum*, nempe Regem. Sic *Ion.* h. l. & v. 9. *Meum est hoc regnum* (Aegyptium) *& ego subiugaui illud.* Cocceius: De se ipso ita cogitat, qs. non esset creatura Dei, sed sibimet ipsi deberet suam potentiam, suum regnum & suum statum. conf. c. 28, 2. Num. 13, 22. Es. 19, 11. &c. De spirituali Aegypto (Apoc. 11, 8.) cuius typus est h. l. videatur idem *Cocceius* ad caput hoc totum.

℣. 4. *b) S. Propterea dabo hamos* (7) c. 19, 4. per potentissimos sc. hostes, speciatim *Amasin*, qui, *Hophra* vel *Aprie* (vid. v. 2) per tumultum delecto & tandem strangulato, regnum obtinuit. vid. *Herodotus* loco supra ad v. 2. allegato, & *Diod. Siculus.* Biblioth l. 1. p. m. 62. Rem ita ex auctoribus complectitur *Iunius*: Cyrenæi, auxiliaribus Græcorum copiis freti, finitimam Libyam occupauerant, & Regem Ariciam l. Adricanum ditione sua exuerant. Hic in fidem Pharaonis Apriis se confert. Is amplum collegit exercitum, non exterorum, sed Aegyptiorum; adeoque ditionem suam ferme exhausit hominibus suis, qui ipsi adhærebant, vt pisces minores, quasi sub vmbra balænæ (crocodili) conquiescunt; quos in agrum Cyrenaicum deduxit, vbi omnes fere perierunt, Rege cum pauculis fœda fuga vix effugientibus. Quare offensi Aegyptii, tanquam si Rex iste insano consilio, extinctis Aegyptiis, grauissimam tyrannidem in reliquam plebem moliretur, in ipsum ta-

26. *d) & agglutinabo, adhærere faciam.* c. 3, 26. Ier. 13, 11. Hæc *Ion.* vsque ad fin. vers. ita: *& interficiam principes fortitudinis tua cum potentibus tuis, & priuabo te regno: & omnes principes fortitudinis tua cum potentibus tuis occidentur.* *e) squamis tuis.* 1 Sam. 17, 5. Verba sic interpretor: faciam, vt in toto regno tuo conscribas exercitum, & contra hostes educas, sed infelici euentu. Nam, vbi cum copiis *in desertum* veneris v. 5. tuos ibi hostes roborabo, vt eas internecione deleant. *Gurtler.* Theol. Proph. p. 246. seq. *f) faciamque adscendere seu extraham te.* Hab. 1, 15. *ex riuis tuis.* v. 3. i. e. eliciam & exuam te regno. *Grotius*: omnem dignitatem tibi detraham. *g) S. vt omnis piscis -- hæreat.* vel: *& quidem cum omni pisce, qui squamis tuis adhærebit.* Similem construct. particulæ את vid. 2 Reg. 6, 5. Neh. 9, 19. 32. Ios. 22, 17.

℣. 5. *h) Deseram autem te* abductum & proiectum c. 32, 4. Es. 2, 6. *i) in desertum* siccum, vt Es. 41, 18. vbi pisces viuere nequeunt. Continuatur metaphora. *Iunius*: Te & tuos in deserto Cyrenaico & Lybico, tanquam piscator pisces in foro piscario, deseram & prædæ exponam. *k) te* inquam, *&* &c. *l)* id est, copias tuas. Ion. vt v. 4. *omnes principes fortitudinis tua.* *m)* c. 32, 4. *n) cades, concides* c. 39, 5. i. e. cadet exercitus tuus. Synecdoche. Nam alioquin ipse Apries in Aegyptum reuersus & carceri inclusus, ac tandem strangulatus est. Vnde ad cladem Pharaonis Necho (de qua Ier. 46, 2.) rectius hoc referri putat *Calouius.* Verum illa quarto Ioiakimi anno, & sic 17. saltem annis ante hoc vaticinium, iam facta erat. Et si non liceat hoc de sepultis militum Apriis cadaueribus accipere, certe Apriis æmulus ac successor Amasis sepultura caruit, teste *Herodoto.* l. 3. c. 16. vid. *Gurtler.* p. 249 *o) non congregaberis.* Ier. 8, 2. *p) nec colligeris* c. 39, 17. *Vet.* i. e. sec. Ion. *non sepelieris.* At *Grot.* non redibis in flumen. *Iun.* nullum agmen ex reliquiis istius exercitus poterit coagmentari. conf. Ios. 10, 6. 1 Sam. 7, 6. *q)* nam *bestiis terra* c. 32, 4. *r)* 1 Sam. 17, 46. *s)* c. 39, 4. Sensus: Hominibus feris ac rapacibus potestatem dedi exuendi te regno, libertate, bonis, postremum & vita. *Grotius.* Sic conf. c. 34, 28. ℣. 6. *t) Vt cognoscant* v. 10. 16. c. 17, 14. *u)* qui solus omnia efficere possit, Pharao vero nihil. *x)* quia fuerunt *baculus arundineus*, nempe *conquassatus*, vt addit *Ion.* Conf. 2 Reg. 18, 21. infirmior, quam vt posset eos sustinere & iuuare. *Grotius*: Locutio est prouerbialis, in eos conueniens, qui nocent eis, quibus prodesse deberent. Sic Rex præfidenti illa gloriatione v. 3. in ipso acquiescentes fallebat, vt scipio arundineus eos, qui in illum incumbunt. *Kimchi*: Non fuerunt (Aegyptii) Israelitis scipio & auxilium, nisi tantum paululum (ad breue tempus) coll. Ier. 37, 5. seqq. eoque male fecerunt illis potius; nam ex fiducia in Aegyptiis rebellarunt contra Regem Babelis.

℣. 7. *y) S. Quando namque tenuerunt* (*adprehenderunt*) *te* manu; vel sec. Ctibh. *manu tua* c. 30, 21. Es. 3, 6. Cum Iudæi, infirmitatis suæ conscii, hos sibi procurarunt socios. *Iun.* *z) confringeris.* Schm. *confractus es.* 2 Reg. 18, 21. non præstitisti illis promissum auxilium. *a) sed* potius deteriorem Iudæorum rem reddidisti, & *perfodisti* c. 13, 11. *b) totum latus.* Schm. *humerum.* v. 18. *Grot.* i. e. synecdochice *totum brachium.* Fragmenta calami vt plurimum acuta sunt; ideoque, dum se insinuant in humerum vel vlnas, grauiter vulnerant. *Vat.* *c) S. & quando inniki sunt* toto corpore. cf. Iud. 16, 26. Es. 10, 20. c. 31, 1. Iob. 8. 15. 2 Par. 16, 7. *d) stare* (& laborare seu *seruire*) *fecisti* illis. cf. 1 Reg. 22, 35. Es. 21, 6 1 Par. 22, 2. vel sec. alios ironice: *ita erigis illis* (cf. supra c. 2, 2. c. 3, 24.) *omnes lumbos*, vt nihil a te sit illis subsidii, sed totum onus belli in ipsos tandem recidat. Eo tendit *Raschi, Kimchi, M. I. & Gusset.* p. 617. *Grotius*: Sensus allegoriæ est, Israelitis abs te auxilium exspectantibus exitio fuisti. Rem vide 2 Reg. 24, 7. Ier 37, 7. c. 42, 17 c. 43, 10. Alii ap. *Kimchium* per *metathesin* pro והמעדת *& vacillare facis.* cf. Ps. 69, 24. *e)* cf. l. c. & Ps. 66, 11. ℣. 8. *f)* c. 26, 7. *g)* primum Amasis, seu bella ciuilia, vid. v. 4. deinde & arma Nebucadnezaris v. 19. Ier. 42, 16. *h)* c. 21, 8. *i)* c. 14, 13. 17. *Grot.* multos homines, & animantia multa.

℣. 9. *k) S. Vt fiat.* *l) S. solitudo.* Ier. 12, 11. Ioel. 4, 19. *m) & vastitas seu deserta.* cf. c. 36, 35.

י וְיָדְעוּ כִּי־אֲנִי יְהוָה יַעַן אָמַר יְאֹר לִי וַאֲנִי עָשִׂיתִי׃ לָכֵן הִנְנִי
אֵלֶיךָ וְאֶל־יְאֹרֶיךָ וְנָתַתִּי אֶת־אֶרֶץ מִצְרַיִם לְחָרְבוֹת
11 חֹרֶב שְׁמָמָה מִמִּגְדֹּל סְוֵנֵה וְעַד־גְּבוּל כּוּשׁ׃ לֹא תַעֲבָר־
בָּהּ רֶגֶל אָדָם וְרֶגֶל בְּהֵמָה לֹא תַעֲבָר־בָּהּ וְלֹא תֵשֵׁב
12 אַרְבָּעִים שָׁנָה׃ וְנָתַתִּי אֶת־אֶרֶץ מִצְרַיִם שְׁמָמָה בְּתוֹךְ
אֲרָצוֹת נְשַׁמּוֹת וְעָרֶיהָ בְּתוֹךְ עָרִים מָחֳרָבוֹת תִּהְיֶיןָ
שְׁמָמָה אַרְבָּעִים שָׁנָה וַהֲפִצֹתִי אֶת־מִצְרַיִם בַּגּוֹיִם
13 וְזֵרִיתִים בָּאֲרָצוֹת׃ כִּי כֹּה אָמַר אֲדֹנָי יְהוִה
מִקֵּץ אַרְבָּעִים שָׁנָה אֲקַבֵּץ אֶת־מִצְרַיִם מִן־הָעַמִּים
14 אֲשֶׁר־נָפֹצוּ שָׁמָּה׃ וְשַׁבְתִּי אֶת־שְׁבוּת מִצְרַיִם וַהֲשִׁבֹתִי
אֹתָם אֶרֶץ פַּתְרוֹס עַל־אֶרֶץ מְכוּרָתָם וְהָיוּ שָׁם מַמְלָכָה
טו שְׁפָלָה׃ מִן־הַמַּמְלָכוֹת תִּהְיֶה שְׁפָלָה וְלֹא־תִתְנַשֵּׂא
16 עוֹד עַל־הַגּוֹיִם וְהִמְעַטְתִּים לְבִלְתִּי רְדוֹת בַּגּוֹיִם׃ וְלֹא
יִהְיֶה־עוֹד לְבֵית יִשְׂרָאֵל לְמִבְטָח מַזְכִּיר עָוֺן בִּפְנוֹתָם
אַחֲרֵיהֶם

n) v. 6. 16. o) S. *propterea*, inquam. *quod*. p) *fluuius meus est*. v. 3. ℣. 10. q) S. *Ideo ergo*. r) S. *ecce ego contra te ero* v. 3. c. 30, 22. s) Ion. *& contra regna tua*. vid. v. 3. t) v. 12. c. 25, 5. u) S. *in vastitates* c. 36, 4. *constructum* est h. l. vt Ier. 49, 13. x) *vastitatis* (Es. 61, 4.) *desolationis* Ez. 12, 20. i. e. maximam & horrendam desolationem. *Superlatiuus* per constructionem *synonymorum*. cf. c. 21, 15. y) *a turri Seuenes* l. *Syenes* c. 30, 6. quam omnes sciunt vrbem & *terminum* vltimum fuisse Aegypti, versus Aethiopiam, quod & ipsum nomen significat. vid. *Hilleri* On. S. p. 672. Hinc *Stephanus*: est, inquit, vrbs Aegypti & Aethiopiæ, quasi inter illas ambigua. vide plura ap. *Boch.* Phal. lib. 4. cap. 2. p. 239. ex *Strabone*, *Plinio*, *Solino* & *Iosepho*. z) 1 Par. 1, 8. Nah. 3, 9. *Chus* Aegypti terminus, Syenæ oppositus non potest esse *Aethiopia*; (vt *Vulgatus* aliique hic & alibi accipiunt) Quin *Arabiam* intelligi, plane necesse est, qua terminatur Aegypti pars ab Aethiopia remotissima. Ita censuit *Bochartus* l. c. Contra *Hillerus* in On. S. p. 666. *a Migdole* vsque ad *Syenen*, *idest vsque ad terminum Aethiopiæ*. Migdol s. *Magdolum* vrbs fuit Aegypti, ad quam confederunt Iudæi Hierosolymis Chaldæos fugientes Ier. 44, 1. c. 46, 14. non procul a mari Erythræo, & *terminus Aegypti aquilonaris*, vt *Syene meridianus*. *Vau* autem pro *id est* accipi, Hebraice docti non ignorant &c.

℣. 11. a) S. *Ita vt non transeat* per eam cf. c. 14, 14. b) intellige hoc vel ex parte, vel comparate; nempe vt in regionibus mercatui commodis, qualis Aegyptus erat, solent homines, cum aut sine iumentis, libere in eas negotiorum caussa confluere. c) S.

c) S. *non enim habitabis*. Ion. LXX. Cocc. & Tremell. *habitabitur*. c. 26, 20. Zach. 9, 5. d) 40 *annis* v. 12. 13. Est itaq; hoc Prophetæ de vastitate Aegypti per 40 annos *vaticinium longe clarissimum*; sed eius complementum ex historia exotica ostendere, non ita facile: quia *Herodotus* de rebus Aegyptiacis huius ætatis parum vel nihil omnino sani habet, eaque saltim litteris prodit, quæ a mendacibus, & gentis suæ laudis cupidis sacerdotibus, patriæ aduer-

sitates ignominiosas silentio inuoluentibus, accepit; vt obseruat *Gurtlerus* in Theol. Proph. p. 244. *Ieremias* tn. propheta *vastitatem Aegypti* (quam sæpius prædixit, vt etiam eam rursus habitatum iri c. 46, 26.) *circumscribit temporibus Regum Babyloniorum*; quemadmodum etiam c. 25, 11. 12. indicauit, gentes Babylonio Regi tradendas, (in quibus Aegyptii quoque v. 19.) non esse illi seruituras vltra 70. annos. Siue itaque *initium* horum 40. annorum ducas *ab irruptione Nebucadnezaris* in Aegyptum, de qua infra v. 17. seqq. siue cum aliis *a* fœda illa *clade Cyrenaica* (quæ sec. *Vsserium* ad A. M. 3430. seqq. tribus tantum annis anteuerrit aduentum Nebucadnezaris) & eam secuto inter Amasin & Aprien intestino bello, quo maxime regiones vastari solent; finis eorum 40. annorum cum fine LXX. annorum captiuitatis Babylonicæ & principiis Cyri fere coincidet. cf. *Gurtlerus* l. c. p. 242–247. ℣. 12. e) *Dabo itaque* &c. v. 10. f) c. 12, 20. c. 14, 15. g) i. e. *reddam* Aegyptum desolatam, vt sunt aliæ regiones desolatæ c. 30, 7. h) *vastatas* c. 26, 2. i) vid. v. 11. not. k) S. *insuper dispellam, dispergam* c. 30, 23. 26. l) *& disiiciam eos in* varias *regiones* c. 5, 2. c. 6, 8. in quas cum ab hostibus captiui abriperentur, tum belli metu ipsi se recipient. ℣. 13. m) *A fine* demum 40. *annorum* v. 11. 12. n) *quo dispersi fuerunt*. v. 12. ℣. 14. o) *Et reducam captiuitatem* s. captiuos. c. 16, 50. Ier. 48, 47. p) *in terram Pathros*. c. 30, 14. quam præcipue afflixerat Nebucadnezar, vt constat ex iis, quæ Nah. 3, 10 leguntur de vrbe *No-Amon*, quæ est *Diospolis* magna s. *Thebæ* (*Hillero* tn. *Memphis*. Onom. S. p. 571. seqq.) caput regionis *Pathros*, i. e. Thebaidis. *Bochart*. Phal. lib. 4. c. 27. conf. not. Es. 11, 11. q) *efformationis*, originis, al. *peregrinationis* seu *inhabitationis ipsorum*. ό. ἐν τῇ γῇ, ὅθεν ἐλήφθησαν. S. *negotiationis*. vid. c. 16, 3. & c. 21, 35. & cf. Ier. 46, 16. r) *vt sint ibi regnum humile* v. 15. cf. c. 17, 14. non assurgens ad pristinam dignitatem & potentiam, præpollente Chaldæorum, ac deinde Persarum imperio. Ipse *Amasis*, qui occiso Apriæ successit, vt ad v. 4. diximus, & sine dubio regnum a Nebucadnezare lege fiduciaria obtinuit, (nam *Herodotus* eum 44. *Diodorus* autem *Siculus* 55. annos regnasse, & Cambysis tempora attigisse, scribunt.) *quam humile* iudicarit fastigium sceptri Aegyptii præ Persico, docet idem Herodotus l. 3 c. 1. *Filiam Cambysi vxorem Amasis nec dare audebat, nec abnuere. nam & Cambysem intelligebat non habiturum illam vxoris loco, sed pellicis; & Persarum potentiam grauabatur & horrebat.* vid. *Gurtlerus* p. 247. Creuit quidem, notante *Munstero*, postea in regnum magnum sub Ptolomæis; sed non fuit sui iuris, cum Græcis, & tandem Romanis, paruerit.

℣. 15. s) *Præ regnis* aliis. t) per longum tempus *humile erit*. vid. not. v. 14. u) *neque efferet, exaltabit se*. c. 17, 14. x) *diminuam enim eos*. Ier. 10, 24. y) S. *vt non dominentur in gentibus*. conf. Es. 14, 6. ℣. 16. z) S. *Ita non erit*. a) in fallacem *fiduciam*. S. *refugium*. conf. v. 6. 7. Prou. 25, 19. Sic finis iudiciorum præcedentium est auocatio Ecclesiæ a fiducia rerum humanarum ad fidem in Deum certissimam. conf. Prou. 14, 26. c. 18, 10. b) *quæ commonefaciat me iniquitatis* c. 21, 28. quæ caussa sit, vt aliorum scelerum Israelitarum memor sit Deus. *Vat.* c) *dum respiciunt, conuertunt se post eos*, exspectantes ab ipsis auxilium. conf. Ps. 40, 5. Es. 20, 6. Thren. 4, 17. &c.

℣. 10. סְוֵנֵה per Segol 2. 3.

אחריהם וידעו כי אני אדני יהוה׃ ויהי 17
בעשרים ושבע שנה בראשון באחד לחדש היה דבר־
יהוה אלי לאמר׃ בן־אדם נבוכדראצר מלך־בבל 18
העביד את־חילו עבדה גדולה אל־צר כל־ראש מקרח
וכל־כתף מרוטה ושכר לא־היה לו ולחילו מצר על־
העבדה אשר־עבד עליה׃ לכן כה אמר 19
אדני יהוה הנני נתן לנבוכדראצר מלך־בבל את־ארץ
מצרים ונשא המנה ושלל שללה ובזז בזה והיתה שכר
לחילו׃ פעלתו אשר־עבד בה נתתי לו את־ארץ כ
מצרים אשר עשו לי נאם אדני יהוה׃ ביום ההוא 21
אצמיח קרן לבית ישראל ולך אתן פתחון־פה בתוכם
וידעו כי־אני יהוה׃

עד כאן

CAP. XXX.

ויהי דבר־יהוה אלי לאמר׃ בן־אדם הנבא ואמרת כה ל
אמר אדני יהוה הילילו הה ליום׃ כי־קרוב יום וקרוב 2
יום ליהוה יום ענן עת גוים יהיה׃ ובאה חרב במצרים 3 4
והיתה

d) v. 6 10: c. 30, 8 19. ℣. 17 *e*) *Praeterea factum est. f*) *anno vigesimo & septimo*, np. a deportatione Iechoniae, vt solet Propheta noster supputare. vid. v. 1. c. 1, 2. &c. At *Kimchi, Raschi & Abendana*: a principio regni Nebucadnezaris; ex *Seder Olam*. Verum annus hic 27. fuit annus Nebucadnezaris 35. vid. *Gurtler* p. 238. seq. Fuit itaq; *hoc vaticinium* Prophetae *ratione temporis vltimum*, coll. c. 40, 1. adeoque postremum etiam totius libri esset. Nectitur autem cum superioribus per cohaerentiam rerum; vt prophetiae omnes contra Aegyptum coniungerentur. vid. not. v. 1. & Praef. in hunc librum §. 12. it. *Lightf.* Chronol p. 131. *g*) *primo mense* c. 45, 18. 21. *h*) c. 26, 1. Gen. 8, 13.

℣. 18. *i*) v. 19. c. 26, 7. *k*) *seruire f. laborare fecit* & valde fatigauit Ex. 1, 13. c. 6, 5. *l*) *exercitum suum* c. 32, 31. *m*) *labore magno*. cf. Ex. 1, 14. Obsidio quippe Chaldaeis molestissima, per 13. annos durauit, (vt ex *Philostrato & Phoenicum annalibus* resulit *Iosephus* A. I. lib 10. c. 11. & contra Apionem l. p. m. 1046) ab anno Nebucadnezaris 20. vsque ad 33. vt probabiliter satis colligit *Gurtlerus* in Theol. Proph. p. 238. seq. ex coll. Ez. 26, 1. cum 2 Reg. 24, 12. & Ez. 29, 17. cum 2 Reg. 25, 8. &c. vid. not. Es. 23, 1. & cf. labores Alexandri in expugnatione Tyri nouae apud *Gurtlerum* p. 307. seq. ex auctoribus. *n*) *contra Tyrum*. cf. Es. 23, 13. *o*) *decaluatum est* ex continua gestatione galearum & onerum. *Hoph.* (1) Quia vero *caluitium* etiam est *signum luctus* c. 27, 31. Leu. 21, 5. Deut. 14, 1. Ier. 16, 6. Mich. 1, 16. ex mente *Iunii* id significat, lugubrem hanc fuisse expugnationem, & victori damnosissimam, vnde lugeat potius quam laetetur. *p*) *& omnis humerus*. v. 7. *q*) *deglabratus. Gussetio* p. 481. q. *tersus ac nitens*; attritu oneris frequenter baiulati c. 21, 14. 33. Leu. 13, 40. 41. *Hieronymus* ad h. l. *gestantium copiis tes terra & lapides, quibus raduntur humeri & decaluatur caput*. al. detritis longa obsidione vestibus *r*) *& merces tamen non fuit* I. contigit ei & exercitui ipsius de Tyro, *pro labore*, quo laborauit *ob eam*. Quia Tyrum occupans vacuatam inuenit. Id declarabunt haec verba *Hieron.* in Comm. ad h. l. p. m. 591. *Cum viderent Tyrii, quod percussione arietum murorum fundamenta quaterentur: quicquid pretiosum in auro, argento, vestibusque & varia supellectili nobilitas habuit, impositum nauibus ad insulas* (insulam, nouae Tyri sedem) *asportauit: ita vt capta vrbe nihil dignum labore suo inueniret Nabuchodonosor. Et quia Dei in hac parte obedierat voluntati - ei datur Aegyptus.* cf. supra not. c. 26, 12 & Es. 23, 6.

℣. 19. *s*) *Ecce ego*, sq. supremus rerum humanarum arbiter, cui hac in re Babylonius seruiit. v. 20. cf. 2 Reg. 10, 30. *t*) c. 26, 7. *u*) *vt auferat*. Mal. 2, 3. *x*) *multitudinem eius*. c. 30, 4. *y*) c. 26, 12. *z*) c. 38, 12. 13. *a*) Nam deditae vrbis praeda ad duces, expugnatae ad militem pertinet, vt aiunt Flauiani apud *Tacitum* histor. 3, c. 19. ℣. 20. *b*) S. *Pretium* nim. *operae eius*. Leu. 19, 13. *c*) *pro quo* pretio f. mercede obtinenda *laborauit*. v. 18. Gen. 29, 18. S. *quam praestitit in ea. d*) *dedi* l. *dabo ipsi*. v. 19. *e*) cf. c. 30, 10. seqq. *f*) *quia laborarunt*. S. *quia praestiterunt mihi* sc. illam operam Ruth. 2, 19. sq. exsecutores voluntatis & iustitiae meae. cf. Es. 10, 5. 6. At *Kimchi & Raschi*: quia *malum fecerunt contra me* Aegyptii. Sic Ion. *quia peccarunt coram me, ad vltionem sumendam ab ipsis. g*) c. 11, 8. c. 16, 14. ℣. 21. *h*) *Circa illud tempus* c. 24, 26. *i*) *crescere faciam cornu*; quale erat *Daniel*, ad maximam prouectus dignitatem & potentiam, *instar Iosephi*, cui ob id *cornu* tribuitur Deut. 33, 17. vid. Dan. 6, 2. 3. ita *Grot.* Al. Reflorescet potentia Iudaeorum in *Iechonia*, quem Euilmerodach regio honori restituet 2 Reg. 25, 27. seqq. deinde in Iudaeis per Cyrum reducendis &c. *Calouius*: Alii rectius ad instaurationem tum per *Zorobabelem*, tum praecipue per *Christum* referunt cum Hieronymo. Sic *Tremellius*: i. e. *robur & potentiam Christi* in domo Israelis aliquo pacto promouebo, ne plane sepulta & exstincta esse videatur. quae omnia coniungit *Cocceius*. Ion. *afferam liberationem*. Cf. Ier. 23, 3. seqq. Zach. 6, 11. seqq. Luc. 1, 69. Ps. 132, 17. *k*) *apertionem* (1) c. 16, 63. *oris*, c. 3, 26. 27. c. 33, 22. vt libere loquaris; & eo maiori cum auctoritate verborum apud populum, vbi tam multa iam euenerint, praedicta a te aliisque prophetis. vid. supra c. 24, 27. & ibi dicta. *l*) c. 6, 10. c. 30, 8. CAP. XXX, v. 1. *m*) *Praeterea f. e.* anno scil. *vigesimo septimo* c. 29, 17. vel anno *decimo* exilii sui. coll. c. 29, 1. & infra hoc cap. v. 20. cf. etiam Praefat. in hunc librum §. 12. *Grotius*: Tria quae sequuntur capita, eodem pertinent, quo finis praecedentis, np. *ad bellum Nebucadnezaris* in Aegypto, & parte, quae Aethiopiam attingebat. Est vero *duplex* ac diuersi temporis, eiusdem tamen argumenti, *prophetia* in hoc capite: I *in genere* contra Aegyptum, & foederatos eius v. 6 - 9 tradendos Nebucadnezari v. 10-12. *tum in specie* contra deos, munimenta & certas vrbes eius v. 13 - 19 II. Prophetia *facta anno* XI. qua itidem clades alia post aliam Pharaoni, & dispersio Aegyptiorum per Nebucadnezarem praedicitur v. 20-26. ℣. 2. *n*) c. 21, 33. *o*) *eiulate!* vos Aegyptii aliique, quorum clades hic praedicitur. Es. 13, 6. *p*) *ah!* S. *heu!* (1) *diem*, sc. infelicem & tristem. Idem est quod אהה c. 4, 14 c. 9, 8. &c. vid. Ioel. 1, 15. ℣. 3. *q*) c. 7, 7. Zeph. 1, 7. *r*) *propinquus, inquam*, est. Nam eodem anno, quo prophetia haec dicta est, tradita est Aegyptus in manum regis Babel, *Kimchi.* sc. si conferas c. 29, 17. *s*) *a Domino* praedefinitus; in quo etiam vult cognosci, quod ipse sit is, qui iudicet hominum impietatem & iniustitiam. *t*) *dies nubis*, nubila procellis rerum aduersarum: *dies atra*, vt Latini dicunt. cf. v. 18. c. 34, 12. Ioel. 2, 2. Zeph. 1, 14. seqq. *u*) *tempus gentium* vastandarum, Aegyptiorum & foederatorum, erit; vt v. 9. *dies Aegypti* est dies excidii eiusdem. & c. 22, 3. 4. *dies & tempus Hierosolymae* puniendae. At *Vat. Munst.* aliique: *tempus gentium* vastantium, quo gentes, i. e. Chaldaei superabunt & vastabunt Aegyptios. non bene. ℣. 4. *x*) *Veniet enim*. S. *Quo veniat* gladius c. 33, 3. 6.

℣. 18. גדולה *plene* 1. 2. 5. 22. sec. *Mas. impr.* ad Esth. 4, 1. Alii *defect.* היה *milra Bir.* aliique. ℣. 20. אשר־ per *Mun.* 5. 6. 9. 10. 14. 20. עבד per *Makk.* 6, 9. 10. 14. 20. CAP. XXX. v. 4. ובאה per *Mahpach mihel* 3. se. 1. & per *Merca* simul 5.

וְהָיְתָה חַלְחָלָה בְּכוּשׁ בִּנְפֹל חָלָל בְּמִצְרָיִם וְלָקְחוּ
ה הֲמוֹנָהּ וְנֶהֶרְסוּ יְסוֹדוֹתֶיהָ׃ כּוּשׁ וּפוּט וְלוּד וְכָל־הָעֶרֶב
6 וְכוּב וּבְנֵי אֶרֶץ הַבְּרִית אִתָּם בַּחֶרֶב יִפֹּלוּ׃ כֹּה
אָמַר יְהוָה וְנָפְלוּ סֹמְכֵי מִצְרַיִם וְיָרַד גְּאוֹן עֻזָּהּ מִמִּגְדֹּל
7 סְוֵנֵה בַּחֶרֶב יִפְּלוּ־בָהּ נְאֻם אֲדֹנָי יְהוִה׃ וְנָשַׁמּוּ בְּתוֹךְ
k) *& requiram* v. 8. *l*) *& perquiram*, lustrabo *eas*; considerabo & inspiciam statum earum, vbicunque sunt, & prospiciam eis. v. 12.

℣. 12. *m*) S. *Iuxta inquisitionem* (l) *pastoris*. *n*) *in gregem suum*. Es. 40, 11. Ier. 31, 10. Sicut pastor gregem suum exacte perquirit. cf. Luc. 15, 4. *o*) *die quo est*. *p*) *in medio gregis sui* vel *ouium suarum*. *q*) *dispersarum*; Tremell *gregis sui, ouium dissipatarum*. S. iuxta inquisitionē pastoris-- in *distinctas* oues cf. c. 17, 21. & vide infra lectiones varr. *r*) v. 11. *Cocc.* Quæ est consolatio ingens fidelium populi. Etiamsi essent dispersi in multos locos, Deum tamen eos non relinquere, sed curare eos non minus, quā pastor oues suas curat - vt nemo de ouibus Dei in captiuitate & dispersione illa, quæ tunc facta erat, periturus esset. ideo & prophetas ipsis dedit in Babylone, vt scil. conuerterentur ad Deum ex corde. Deut. 30, 1. 2. *s*) cf. Deut. 4, 31. Zeph. 3, 19. Zach. 10, 8. *t*) vid. Ier. 29, 14. & cf. ibid. c. 8, 3. c. 24, 9. c. 40, 12. *Grotius*: Reducam Iudæos ex *omnibus locis* imperii Babylonici, immo & ex Ægypto & aliunde. sed *Calouius*: Non factum hoc est, inquit, cum e Babylonica captiuitate restituti sunt, sed tempore Noui Testamenti, cum Synagoga reiecta, & Israelitæ a iugo Mosis & abusu legis liberati sunt. &c. cf. not. ad v. 1. & 10. *u*) *qui dispersi fuerunt*. v. 6. c. 28, 25. *x*) c. 30, 3. *y*) *& caliginis*; tempore atro & caliginoso, i. e. pleno miseriis. Ioel 2, 2. ὁ. γνόφος. Hebr. 12, 18. *Cocceius*: h. e. quod ex calamitatibus & cladibus populorum, ad quos abactæ erant. oues domus Israel, eos fuit erepturus, vt non interirent & conficerentur cum illis, quos Deus voluit propter vexatum populum punire. Videlicet Deus Israelem custodiuit in casu dominationis Assyriorum, Babyloniorū, Persarum, Græcorum; quos populos in locis suis visitauit Deus cum *nube & caligine*.

℣. 13. *z*) *Educam enim eos*, vt olim ex Ægypto Ex. 6, 6. c. 7. 4. 5. Eductio (aliqua) facta est per Cyrum-- vbi in terram redierunt, quotquot terram sanctam terræ impuræ prætulerunt, & maluerunt sub pastore Deo agere, quam sub dominatione gentium. Atque etiam *vltimo populi tempore*, cum Deus spiritum suum effunderet in Apostolos, collectæ Hierosolymis fuerunt oues Dei ex omnibus locis, Act. 2, 9. 10. 11. *Cocc.* *a*) c. 11, 17. Deut. 30, 3. Es. 56, 8. Mich. 2, 12. Ioh. 11, 52. *b*) Es. 43, 5. Ier. 3, 14. Zeph. 3, 20. *c*) v. 27. c. 37, 21. *d*) v. 14. cf. Es. 40, 11. Mich. 7, 14. *e*) *in montibus Israelis* v. 14. c. 19, 9. c. 36, 8. *f*) Trem. *ad alueos*. S. *in alueis*; Cocc. *humilioribus locis*, in quibus aqua colligi & defluere potest. ὁ. Φάραγξι. c. 6, 3. c. 31, 12. cf. not. Es. 49, 10. *g*) *& in omnibus habitationibus terræ* s. orbis terrarum. Eo significatur non tantum multiplicatio populi futura post reductionem eius ex Babylone, quod sc. totam terram Israelis impleturi sint; sed collectio Ecclesiæ per totum orbem.

℣. 14. *h*) *In pascuo bono*, verbo meo sq. salutari pastu. Cf. v. 18. Ps. 23, 2. 1 Par. 4, 39. 40. Ioh. 10, 10. *i*) v. 13. cf. Es. 5, 17. *k*) *& in montibus celsitudinis*. excelsis, Israelis. c. 17, 23. cf. Ps. 40, 9. 10. 11. & c. 49, 11. *Cocc.* h. e. in iis montibus, in quibus Israel maxime triumphabat, & præ ceteris populis eminebat. quales erant montes Hierosolymæ, vrbis sanctæ. Conf. Es. 2, 2. Ion. *in monte sancto Israelis*. *l*) *erit caula eorum*. Es. 32, 18. Ier. 23, 3. *m*) Es. 14, 30. *n*) *in caula optima*. 2 Sam. 7, 8. Es. 33, 10. *o*) Es. 50, 23. *p*) S. *depascent super montibus*. v. 13. Zeph. 3, 13.

℣. 15. *q*) *Ego*, inquam, Filius Dei *ipse pascam oues meas*. v. 23. Ioh. 10, 11. *r*) *& ego cubare faciam eos*. Ps. 23, 2. Cant. 1, 7. cf. Es. 49, 10. Dabo eis pacem & tranquillum recubitum.

℣. 16. *s*) v. 4. 6. Ps. 119, 176. Matt. 15, 24. c. 18, 11. seqq. Luc. 15, 4. c. 19, 10. h. e. non curatos a pastoribus, quique desiderant pastorem verum, sed illum non inueniunt, adibo, illis innotescam, & eos ducam post me. *Cocc.* *t*) v. 4. Mich. 4, 6. h. e. *auersos* a via bona & seductos reducam in viam, siue, vt Euangellum loquitur, *peccatores saluabo* &c. *Cocc.* *u*) v. 4. h. e. contritos corde & lugentes consolabor. *Cocc.* *x*) v. 4. h. e. languentes & fastidientes omnem cibum, atque ita torpentes propter defectum cibi, recreantis animam, refocillabo per verbum illud, quod ipsis non sit nausea, sed per quod vere possint viuere. *Cocc.* ὁ. τὸ ἐκλεῖπον ἐνισχύσω. Luc. 12, 32. 43. *y*) *pinguem autem & validam*, indeque preteruam, petulantem, lasciuientem, & petulcam; in oppositione ad bonos, tenues atque humiles. vid. v. 20. & cf. Es. 40, 30. Sic שמן & חזק in *scriptura* passim pro vitio adscribuntur. vid. c. 2, 4. c. 3, 7. Ex. 7, 13. Deut. 32, 15. Ps. 78, 31. Es. 6, 10. Ier. 5, 3. 28. Ita vero Φορτικῶς & odiose hæc sumenda esse h. l. ex sequentibus constat, tum in hoc versu, tum v. 17. vbi verba *vos autem oues meæ* &c. docent, de aliis ouibus iam dictum esse, sc. refractariis; tum ex v. 18. 19. qui ostendunt, in præcedentibus non piarum modo ouium consolationem, sed impiarum etiam reprehensionem contineri; tum maxime ex v. 20. vbi *pecus pinguis* est mala & refractaria, coll. v. 17. vid. *Glass.* p. 159. seqq. Ion. *impios & peccatores*. *Cocc.* diuites & potentes populi, acquiescentes in illo statu, & nec iustitiam Dei, nec Christum, vt datorem iustitiæ, nec regnum eius (quod non est de hoc mundo, sed regnum, vt iustificationis, ita sanctificationis in libertate, atque ita regnum spiritus) desiderantes. cf. Luc. 1, 53. Scopus prophetæ sec. *Glass.* l. c. est *pseudoprophetas* arguere, pios vero consolari. Quemadmodum vero v. 4. *pastores* improbi arguuntur, quod dure dominentur ouibus & tyrannice; ita hoc versu talionis vice minatur Deus, se illos *pastores* (quos iam metaphoræ ratione mutata *ouium malarum* voce introducit, vt iudicat *Glassius*) vicissim *pasturum in iudicio*. Nos vt malos *pastores* & *pseudoprophetas* hic non excludendos, sed & ipsos *hircis petulcis* accensendos putamus; ita nec improbos alios & præfractos excludimus ab hac comminatione. *z*) *disperdam* c. 14, 9. c. 25, 7. cf. Luc. 1, 51. 52. & vid. *Glass.* l. c. *a*) *pascam* enim *eam* (pinguem) *cum iudicio*, vt oportet; quo non gratiæ sed iræ & internecionis pastio intelligitur, coll. Apoc. 2, 27. ex Ps. 2, 9. *Glass* l. c. Adde 1 Sam. 3, 13. Ps. 7, 12. Ps. 50, 6. At *Cocceius* ita: Iudæos exclusos a regno cœlorum tamen non omnino non pascit--Nam *pascit cum iudicio*. Dat enim eis Mosen & Prophetas. Neque euangelium suum iis negat. Coguntur enim illud audire in omnibus fere gentibus. Sed nec dat illis hereditatem mundi, & ventilat illos per omnes gentes, neque familiariter sua & qs. vernacula lingua illis dat verbum de iustitia, salute, regno; sed per literas gentium, & sermones gentium ipsis barbaros. cf. Es. 28, 11. Deut. 32, 21. Am. 8, 11. 12.

℣. 17. *b*) S. *Vos autem, o mi grex!* vel: *Nam ad vos etiam quod attinet* &c. vt connectatur cum proxime præcedentibus; q. d. ne puteris, solos *pastores* malos taxandos, vos autem omnes inculpatos esse & consolationis capaces. Ita, increpatis pastoribus, venit Deus ad peccata populi. cf. not. v. 1.

℣. 12. נפרשות per *Sin* 1. 2. 5. 6. 9. 20. 23. ש 3. neutrum 7. 10. 13. אשר per *Mun*. 3. 5. 7. 8. 10. 11. 19. 22. ℣. 14. אתם *d. fect.* 7. 8. 15. sec. *Mas. impr.* h. l. sed præter *Mas. final.* f. 14. a. ℣. 17. ואתנה per *Segol* 1. 3. 6c. fe. 5. sec. *Mas.* 1. ad Gen. 31, 6.

אדני יהוה הנני שפט בין־שה לשה לאילים ולעתודים׃
18 המעט מכם המרעה הטוב תרעו ויתר מרעיכם תרמסו
ברגליכם ומשקע־מים תשתו ואת הנותרים ברגליכם
19 תרפשון׃ וצאני מרמס רגליכם תרעינה ומרפש רגליכם
כ תשתינה׃ לכן כה אמר אדני יהוה אליהם
21 הנני־אני ושפטתי בין־שה בריה ובין שה רזה׃ יען בצד
ובכתף תהדפו ובקרניכם תנגחו כל־הנחלות עד
22 אשר הפיצותם אותנה אל־החוצה׃ והושעתי לצאני
ולא־תהיינה עוד לבז ושפטתי בין שה לשה׃
23 והקמתי עליהם רעה אחד ורעה אתהן את
עבדי

c) cf. Mat. 25, 32. seqq. vbi Christus ad h. l. alludit. d) S. *ero iudicans inter pecudem & pecudem* v. 20. Ion. *inter virum & virum*. e) S *inter arietes & inter hircos*. At melius *Glassius*: np. *arietes & hircos*. Hæc enim verba vt appositionem & exegesin pertinere ad posteriorē vocem לשה, quæ præcedit, ostendit præfixi *Lamed* identitas. *Arietum* autem & *hircorum* nomine non pii, sed impii, qui in plebe maxime eminent, plerumque intelliguntur. vid. c. 39, 18. Es. 14, 10. Zach. 10, 3. Vnde recte Ion. *peccatores & impios*. Sic *Cocceius*: In iudicio statuit coram se ab vna parte ouem s. paruam pecudem, ex altera parte etiam *ouem* (pinguem & validam v. 16.) & arietes atque hircos; np. vt vni oui succurrat, & eius vindex sit adversus alias oues & *arietes atque hircos*.

℣. 18. f) *Num enim parum vobis est?* Vulg. *Nonne satis vobis erat?* c. 16, 20. Iob. 15, 11. g) quod vos robustæ oues v. 16. arietes & hirci v. 17. *optimum pascuum depascitis* v. 14. *Cocc.* Increpat suas oues, h. e. eos, qui habebantur populus ipsius. h) *& reliquum pascuorum vestrorum*. Ioel 1, 4. i) *conculcatis pedibus vestris*. 2 Reg. 7, 17. 20. quod ferinum est potius, quam pecuinum, coll. 2 Reg. 14, 9. Dan. 7, 7. c. 8, 7. 10. k) S. *& sedimentum purū aquarum*; h. e. puras & limpidissimas aquas, seorsim a sedimento sumtas, in quibus desidunt omnes sordes. (1) cf. c. 32, 14. l) pedibus vestris *conturbatis*. cf. c. 32, 2. eiusdem boni vsuram aliis inuidentes, ne quid iis purum supersit. Quæ si minus conueniunt veris ouibus, quadrant tamen in oues mysticas, h. e. Israelitas, in quibus multi diuites, post plenam mes-

messem & vindemiam, pauperibus spicilegium & racemationē inuidebant. Neque hoc insolens apud prophetas, vt plus sit ἐν τῷ ἐπιμυθίῳ, quam ἐν τῷ μύθῳ, & ea tribuantur τῷ τυπωθέντι, quæ in typum miro cadunt. *Bochart.* Hieroz. I. p. 526.

cf. Iac. 2, 6. *Cocceius*: h. e. quod non paterentur oues Dei veras *sincerum verbum Dei & purum putum* ad vitam & lætitiam percipere, & sic q. s. edere & bibere, sed suis nugis, figmentis & temerariis dictis, præceptis, præscriptionibus, corrumperent & falsarent, & ad ea attendere cogerent. cf. Ier. 8, 8. Luc. 11, 52. Equidem velim huius loci meminisse omnes sacrarum litterarum aut sacræ doctrinæ tractatores, ne similes sint ouium bibentium, & reliqua pedibus suis conturbantium. Si enim quis, quod intelligit aut intelligere vult ex sacris litteris, assumat, & ea, quæ forte non legit aut obseruauit, nolit ab aliis legi, intelligi, obseruari, sed ea legentibus & communicantibus obstrepat; &, quæ non intelligit, vt ipse vult intelligi, interpretetur, & id cogat alios approbare, & nemini permittat sincerius quid cogitare; nonne facit sicut oues petulantes, quæ sincerum bibunt, & reliquum turbant & lutulentum faciunt? ℣. 19. m) S. *Atque sic grex meus*, qui *oues meæ* vere sunt. v. 12. 15. 22. Obserua emphasin Athnachi. n) *conculcatum* tantum. cf. v. 18. Es. 7, 25. o) *& turbatum* (1). p) h. e. coguntur non frui sincero verbo Dei & vocibus Spiritus S. sed audire verbum corruptum & contaminatum opinionibus, coniecturis, phantasmatis, fabulis. *Cocc.*

℣. 20. q) *ad eos* pios & impios: his in terrorem, illis in solatium. r) S. *Ecce Ego, Ego*, inquam, *adero*. vid. v. 11. s) *& iudicabo*. v. 11. 17. t) *opimam*, *saginatam*; de qua v. 16. (1) ὁ. ἰσχυρᾶς. cf. Marc. 2, 17. u) *macilentam* (2) Num. 13, 20. ὁ. ἀσθενοῦς Marc. 14, 38. 1 Cor. 9, 22. Grot. & Ion. *inter diuites & pauperes*. Hos vindicabo, illos puniam. *Cocc.* h. e. inter saturos & sitientes, seu esurientes & sitientes iustitiam. ℣. 21. x) *Eo quod lateribus & humeris*. At Schm. *Quoniam nim. per angustiam & violentum humerum*; deceptus vitiosa lectione. y) Vos pingues seu opulenti *truditis*, *impellitis*, & porro *impelletis*. Vt solent pecudes minores a maioribus trudi atque incursari. cf. Num. 35, 20. Prou. 10, 3. z) & robore, potentia (sic *Ion.*) eq. *cornibus vestris feritis*, instar hircorum & arietum petulcorum. vid. Dan. 8, 4. a) omnes *infirmas*. v. 4. b) *donec dispersiritis*, expuleritis *eas*. Ier. 23, 1. 2. c) *foras*, e caula l. stabulo suo. *Cocc.* h. e. quod eos, qui cum saturis (qui sibi sapientes & iusti videbantur) non lætabantur, & eos non admirabantur, neque ipsis applaudebant, sed, vt fatigati longa exspectatione, & onerati iugo legis, & pastorum ac fortium ouium iniuria grauati, lugebant & contristabantur, & esuriebant ac sitiebant iustitiam Dei, infestent, & eq. iniustos abigant a se & repellant, atque ἀποσυναγώγους declarent; quales tamen Christus, quum venit, ad se vocauit Matth. 11, 28. ℣. 22. d) S. *Ideo saluabo gregem meum*. v. 12. 19. c. 36, 29. Zeph. 3, 19. *Grot.* Idem sensus, qui supra v. 13. *Cocc.* h. e. 1) faciam fideles compotes desiderii sui, & sitim eorum tollam, & exsatiabo eos, Ier. 31, 14. 2) faciam, vt euadant iram & plagas, quæ imminent aliis, Mal. 3, 19. 20. (al. c. 4, 1. 2.) e) v. 8. 28. np. vt ab ipsis auferatur verbum Dei. Quando enim fideles non amplius alligati sunt templo, principibus, vrbi, politiæ, terræ, sed sequuntur Christum & Euangelium ipsius, nihil ipsis eripi potest; quia nihil volunt habere, nisi regnum & iustitiam Dei. Nominatim tamen hic innuitur, quod potestas pastorum ita sit imminuenda & confringenda, vt desinant nocere fidelibus, *Cocc.* f) v. 17. 20. *Cocc.* significatur, quod ab illo tempore Deus non sit diu passurus permisceri sanctos & hypocritas, sed ventilabro suo paleas e frumentis sit separaturus per verbum & spiritum suum. ℣. 23. g) S. *Excitabo autem*. Tremell. *Nam excitabo*. v. 29. Deut. 18, 15. h) v. 15. c. 37, 24. Ps. 23, 1. Es. 40, 11. Ioh. 10, 11. 1 Petr. 2, 25. Hebr. 13, 20. cf. etiam notata Es. 9, 5. Intelligitur nim. ἀρχιποίμην Christus, qui venire debuit primo vt *pastor docens*; secundo vt pastor *ponens animam suam* pro ouibus; tertio manifestari *vt princeps*; vt promissio Dei, se semini Abrahami fore in Deum, fieret *Na & Amen* 2 Cor. 1, 20. *Cocc.* i) *vnum*, sine socio ac vicario. c. 37, 24. k) *qui pascat eas*. Matth. 2, 6. *Genus* variat, quia צאן est generis communis. l) np. *seruum meum*. vid. not. Es. 42, 1. c. 43, 10. c. 49, 5. 6. c. 50, 10. c. 52, 13. Phil. 2, 7. 8. *Cocceius*: *Seruus Dei* dicitur Christus, quia factus est sub legem (minister quoque circumcisionis Rom. 15, 8.) & eam impleuit; vt expiaret peccata, & iustitiam adduceret, atque ita consummatus *Goel* & λυτρωτὴς esset. cf. Gal. 4, 4. 5.

℣. 21. ובקרנכם Singulariter 2. in textu, pluraliter in marg.

עבדי דויד הוא ירעה אתם והוא יהיה להן לרעה׃
24 ואני יהוה אהיה להם לאלהים ועבדי דוד נשיא
כה בתוכם אני יהוה דברתי׃ וכרתי להם ברית שלום
והשבתי חיה־רעה מן־הארץ וישבו במדבר לבטח
26 וישנו ביערים׃ ונתתי אותם וסביבות גבעתי ברכה
27 והורדתי הגשם בעתו גשמי ברכה יהיו׃ ונתן עץ
השדה את־פריו והארץ תתן יבולה והיו על־אדמתם
לבטח וידעו כי־אני יהוה בשברי את־מטות עלם
והצלתים Xxx א סז

m) Dauidem l Dauidem. v. 24. c. 37, 24. Hos. 3, 5. cf. not. Es. 55, 3. Ier. 23, 5. Ps. 132, 10. h. e. Christum s. Messiam, qui appellatur David, quia hic illius typus fuit; & metonymice, quia est ex semine Dauidis, item Dauidis sponsor ac caput, & Dauidis typum impleuit veritate, & in eo est regnum Dauidis aeternum sine fine Luc. 1, 32. 33. Gussetius p. 683. Iste, inquit, prout est secundus Adam, cuius typus primus Adam fuit, pari ratione est secundus Dauid, a primo adumbratus. Ipsi Rabbini ita loquuntur in Libro Sanhedrin c. XI fol. 98. col. 2. עתיד הקב״ה להעמיד להם דויד אחר שני

Grotius haec, suo more, & peruerse ad Zorobabelem refert, collato etiam Ier. 23, 5. & c. 33, 15. sed male, quum vtrobique augustiora sint praedicata, quam vt in eum quadrent, & parallelismus postulet, vt Messiam, Zorobabele longe sublimiorem, intelligamus Sic recte Kimchi: i. e. Messiam, qui stabit ex semine illius, tempore salutis. Eamque ceu communem & tritissimam Interpretum suorum sententiam praefert Abarbanel; etsi postea ex Kabbalistis Messiam per Metempsychosin ipsum Dauidem fore opinetur, merito castigatus a Coccejo, qui & sub finem capitis suis contra eiusdem παλιγγενεσίας disputat. cf. etiam Vitringa in Apoc. p. 70. n) Es. 40, 11. o) Non modo pascet, sed & docendo, sanando, morbos auferendo, patiendo. oues sibi mercando pretioso sanguine, omnia pastoris munia faciet, ad conseruationem & περιποίησιν, ad ἀνάψυξιν & refocillationem; & in perpetuum pastor ipsarum manebit. Ps. 23, 1. sqq. Apoc. 7, 17. ℣. 24. p) S. Ego, inquam, Iehoua, Deus Pater. q) c. 11, 20. c. 36, 28. r) v. 23. s) erit princeps c. 37, 24. 25. & exaltabitur supra omnia, vt caput in medio ipsorum. Eph. 1, 22. cf. Mich. 5, 1. Es. 55, 4. Luc. 1, 32. 1 Reg. 11, 34. Quem primo nominat seruum suum, eum dicit futurum principem. Ita apud Danielem Messias excisus & נגיד princeps s. antecessor opponuntur. Praecedit humilitas, sequitur exaltatio. Eph. 4, 9. Cocc. t) c. 5, 17. c. 30, 12. ℣. 25. u) c. 37, 26. vid. Es. 55, 3. ὁ. διαθήσομαι διαθήκην. Hebr. 8, 10. Act. 3, 25. x) cf. Es. 54, 10. Rom. 5, 1. c. 14, 17. Col. 1, 20. Cocc. Promittit pacem foedere ipsis addictam--Foedus recte in valore testamenti accipimus; q. d. & faciam vos heredes pacis tq. ex testamento. Testamentum nouum, ex quo est remissio peccati sine commemoratione peccati, est sine dubio testamentum pacis--Quae pax) erat praedicanda per Christi Apostolos Es. 52, 7. etiam gentibus, tq. benedicendis in Christo Eph. 2, 17. Es. 56, 3--7. & libertas a legis iugo, seruitute & ira. Christus nuntius pacis habet etiam legem pacis, cui gentes attendunt. y) Pacem porro eam exaggerat (vsque ad fin. vers.) accessione pacis a persecutionibus--quod paullatim Deus sit excisurus infestantes Ecclesiam, vt inter ipsas gentes & hostes Dei denique agant secure. Cocc. cf. v. 28. Es. 2, 4. c. 11, 6. c. 65, 25. Hos. 2, 20. Ps. 4, 9. & perfectum complementum Apoc. 21, 25. z) S. vt habitent etiam in deserto. In loco pastus sui, quem ipsis attribuam in mundo. Praeparatus fuit locus ecclesiae in deserto, in quo nutriretur a gentibus, Apoc. 12, 6. 14. postquam aliquamdiu in deserto errasset, ciuitatem habitationis quaerens Ps. 107, 4. Cocc. a) v. 17. c. 28, 16. b) Ps. 3, 6. c) in siluis. Iun. horrentes etiam siluae piis omnia commoda suppeditabunt. cf. Ps. 10, 18. 19. c. 32, 9. Vtraque lectio textus idem significat. vid. Hillerus de Kri p. 239. ℣. 26. d) Ponam quoque eos; np. fideles, tq. veras oues meas. e) & qui sunt in circuitu collis mei, Zion's Ion domus sanctuarii mei, cf. Es. 31, 4. Cocceius: eos, qui accedent ad collem meum vndiquaque, h. e. eos, qui se ecclesiae adiungent, aut, qui ecclesiam in medio sui sinent habitare quiete - Ecclesia fit magnus mons Dan. 2, 35. Sed hic in inutilis suis vocat collis. Assimilatur colli Sion, in quo Deus habitauit; Apoc. 14, 1. cf. Es. 56, 7. - Collis vero dicitur ecclesia tum maxime, quando non dissipatur, sed colligitur & compingitur in vnum. f) in benedictionem, i. e. tantis bonis cumulabo eos, vt sint exemplum benedictionis. cf. supra c. 16, 20. Gen. 12, 2. Ps. 21, 7. g) cf. Ioel 2, 23. h) cf. Leu. 26, 4. Ier. 5, 24. i) pluuia non parca, sed omnis spiritualis ἐν τοῖς ἐπουρανίοις benedictionis, adeoque tales, quales a Deo benedicente desiderari possint; nec illius desit ouibus, in quarum allegoria manet, sec. Cocc. ex cuius mente significatur praedicatio verbi & illustratio eius ac doctrinae veritatis magis magisque abundantiora. Sic Caluinus: respicitur, inquit, imber verbi & pluuia Euangelii, quae veram benedictionem adfert. cf. Es. 44, 3. c. 55, 10. 11. Ps. 68, 10. Hos. 6, 3. Zach. 10, 1. c. 14, 17. it. Rom. 15, 29. Eph. 1, 3. &c.

℣. 27. k) Vnde (S. humum) dabit. l) Leu. 26, 4. Deut. 20, 19. Cocceius: arbores & qs. principes in ecclesia. m) Grotius: arbores erunt fertiles, quod plerumque euenit in solo exhausto. Rectius vero Maius Oec. V. T. p. 1046. aliique: arbores iustitiae in ecclesia laete crescent, fructusque proferent vberes ad gloriam & laudem Dei. vid. Es. 61, 3. Hos. 2, 23. 24. Ioel 2, 22. n) Leu. 25, 19. c. 26, 3. 4. Ps. 67, 7. Cocc. sed & terra, h. e. humiles, qui plebs dicuntur, non carebunt fide & confessione, & querela de corruptelis & defectione. Quin ex vtroque ordine erunt, qui sanguine suo veritatem obsignabunt. o) v. 13. c. 28, 25. 26. h. e. mundum, vel insignem partem eius, sibi seruientem & qs. proprium habebunt. Cocc. p) v. 25. 28. c. 38, 8. 11. &c. q) S. quando nim. fregero c. 30, 18. r) vectes iugi ipsorum Es. 56, 6. 9. Legis & tyrannidis Antichristianae. Respicit ad Leu. 26, 13. cf. Es. 9, 3. Matth. 11, 28. seqq. c. 23, 4. Ioh. 8, 36. Act. 15, 10. Rom. 8, 2. &c. Quod iugum homines conabuntur imponere ecclesiae, & eam in seruitutem redigere. idque multi recipient, sed non oues meae. Cocc. quem videsis pluribus.

℣. 23 והיא־יהיה. sic 2. 7. 8. 13. 19. su. 5. sec. Mas. Erff. ℣. 25. ביערים per Iod 2. & in marg. 1. לקי׳ At ביערים in textu sine Iod 3. 5.

ביערים קרי

28 וְהִצַּלְתִּים מִיַּד הָעֹבְדִים בָּהֶם׃ וְלֹא־יִהְיוּ עוֹד בַּז לַגּוֹיִם
וְחַיַּת הָאָרֶץ לֹא תֹאכְלֵם וְיָשְׁבוּ לָבֶטַח וְאֵין מַחֲרִיד׃
29 וַהֲקִמֹתִי לָהֶם מַטָּע לְשֵׁם וְלֹא־יִהְיוּ עוֹד אֲסֻפֵי רָעָב
בָּאָרֶץ וְלֹא־יִשְׂאוּ עוֹד כְּלִמַּת הַגּוֹיִם׃ וְיָדְעוּ כִּי־אֲנִי ל
יְהוָה אֱלֹהֵיהֶם אִתָּם וְהֵמָּה עַמִּי בֵּית יִשְׂרָאֵל נְאֻם אֲדֹנָי
31 יְהוִה׃ וְאַתֵּן צֹאנִי צֹאן מַרְעִיתִי אָדָם אַתֶּם אֲנִי אֱלֹהֵיכֶם
נְאֻם אֲדֹנָי יְהוִה׃ וַיְהִי דְבַר־יְהוָה אֵלַי לה

CAP. XXXV.

2 לֵאמֹר׃ בֶּן־אָדָם שִׂים פָּנֶיךָ עַל־הַר שֵׂעִיר וְהִנָּבֵא עָלָיו׃
3 וְאָמַרְתָּ לּוֹ כֹּה אָמַר אֲדֹנָי יְהוִה הִנְנִי אֵלֶיךָ הַר־שֵׂעִיר
4 וְנָטִיתִי יָדִי עָלֶיךָ וּנְתַתִּיךָ שְׁמָמָה וּמְשַׁמָּה׃ עָרֶיךָ חָרְבָּה
אָשִׂים וְאַתָּה שְׁמָמָה תִהְיֶה וְיָדַעְתָּ כִּי־אֲנִי יְהוָה׃
יַעַן

bum Ier. 8, 13. Zeph. 1, 2. Cocc. quia cibus salutaris, οἱ λόγοι οἱ ὑγιαίνοντες, & doctrina veritatis, quæ secundum pietatem est, omnibus affatim exponetur. Schm. congregati ad famem. cf. Am. 8, 11. Mat. 5, 6. Ioh. 6, 27. 35. Apoc. 7, 16. 17. Respicit per oppositionem ad superiora c. 5, 12, 16. c. 6, 11. 12. c. 17, 15. c. 11, 16 &c. l) opprobrium gẽtium c. 36, 6. 15. sed tandem cælesti gloria fulgebunt. Mat. 13, 43. Vat. non dicent vltra illis gentes, Deum illos deseruisse. cf. Ps. 115, 2. Ier 51, 51. Es. 61, 7. ℣. 30 f) Et cognoscent oues meæ, habentes principem Dauidem v. 24. Al. Cognoscent gentes, quod &c. v. 27. g) Gen. 17, 7. Lev. 26, 12. h) sim cum ipsis, tq. protector & adiutor. cf Apoc. 21, 3. Ion. Verbum meum erit in auxilium ipsorum. i) reuera sint populus meus, ecclesia Dei viui, & semen Israelis. c. 36, 8. c. 37, 27. Zach. 8, 8. 2 Cor. 6, 16. k) Nam vt Abraham, ita & Israel, est pater multitudinis gentium; Cocc. coll. Ps. 24, 6. l) v. 15. &c. ℣. 31. m) S. Vos ergo, al. vos autem, o grex mi. v. 17. n) oues pascui l. pastionis meæ (10) Ier. 10, 21. Hos. 13, 6. Ps. 95, 7. o) S. Homo eritis vos. q. d. tandem sapieris (l. sapite) & intelligetis (intelligite) vos esse homines, indeque desinetis voluptates, quæ brutorum, non hominum sunt, sectari, & mihi toti adhærebitis. Al. homines estis, ad pietatem, humanitatem, iustitiam nati, non iumenta aut bruta; coll. Ps. 32, 9. q. d. quæ in pecudibus figuraui, hæc non ad pecudes, sed ad homines, & quidem etiam ad vos Iudæos pertinent. cf. infra c. 36, 37. 38. Cocceius ita sensit: Alloquitur per apostrophen Iudæos, hactenus refractarios Christo & ecclesiæ ipsius. Quo obseruato sensus oritur clarissimus: se illas quoque oues, quas (olim) vindicauerit proprias, & separauerit ab omnibus gentibus, quas pauerit, quibus terram, legem, fœdus suum dederit--quandoquidem homines sint, miseraturum, & Deum ipsarum futurum. Quando gentes cognoscent, quis sit populus Dei & verus Israel v. 30. tum etiam Iudæi inobedientes id cognoscent, & trepidabunt ad Dominum & bonum eius, & ad Dauidem Regem suum Hos. 3, 5. cf. Leu. 25, 44. 45. Caussa miserationis est φιλανθρωπία Dei (homines estis). Quo igitur tempore Deus maxime φιλανθρωπίαν suam volet ostendere, ibi etiam illorum vt hominum, & filiorum fœderis priscorum, recordabitur. Alii: homines, infirmæ creaturæ, estis; Ego tamen ero Deus vester. p) S. Ego autem. q) vid v. 30 r) c. 11, 8. c. 16, 14. CAP. XXXV, ℣. 1. s) Præterea factum est Habet hoc caput duplicem prophetiam contra montem Seir s. Idumæos ex duplici caussa: I. Prædicitur eis vastitas & desolatio, quod ex inimicitia perpetua adiuuerunt & auxerunt calamitates Israelitarum v. 2.-9. II. Eadem prædictio repetitur, quod terram Israelis possidere volebant v. 10--15. ℣. 2. t) pone faciem tuam, habitu seuero & comminatorio, vt auditores intelligant, te rem seriam agere. c. 6, 2. c. 25, 2. c. 28, 21. c. 29, 2. u) contra montes Seir, i. e. contra Idumæos in montanis Seir habitantes Gen. 36, 9. Iunius: omnes ecclesiæ hostes comprehendit appellatione Idumæorum, quia hi proximi erant & notissimi, ac Iudæis infensissimi. Cocceio vero hic sub nomine Edom & montis Seir figurate significatur populus Iudaicus, de cuius abolitione hic agat, vt cap. 34. de abolitione pastorum; vt oues sint sub Christi principatu--Illo enim tempore, quo Christus debuit dominari, populum Iudaicum potuisse appellari Edomum per Synecdochen partis, quia Edom in multitudine Iudæorum continebatur, & Idumæi pars populi erant, admissa circumcisione & reliquis ritibus--& quod reges (Iudaici) ex genere Edomitico essent, Herodes & posteri eius. Hæc omnia latius persequitur Cocceius ad hoc caput Nos, vt rerum sensu prophetico & mystico ad omnem omni tempore spiritum Edomiticum non male applicari posse censemus, ita proxime tamen & litteraliter omnino de populo Edumæorum intelligimus, & eo maxime notas nostras dirigemus. cf supra c. 25, 8. 12. Ier. 49, 7. & not. ad Es. 34, 1. 5. c. 63, 1. x) c. 29, 2. c. 38, 2. ℣. 3. y) S. ero contra te. c. 34, 10. z) v. 2. 7. 15. a) c. 6, 14. c. 25, 7. 13. Es. 31, 3. b) c 7, 20. Obad. v. 2. c) c. 33, 28. 29. Complementum eius aliquod indicat Gurtlerus in Theol. Prophet. p. 369. ex 1 Maccab. 10, 17. 23. ℣. 4. d) cf. c. 25, 3. Es. 25, 2. Mal. 1, 3. Zach. 12, 5. e) c. 12, 20. c. 14, 15. 16. f) v. 12. 15. c. 25, 7.

s) ℣. 10. 12. t) S. seruire facientium eos Trem. sibi seruientium ipsis, exigentium seruitutem ab ipsis. Ier. 22, 13. c. 25, 14. Respicit ad Ex. 1, 14. &c. τῶν καταδουλωσάντων αὐτοὺς, 2 Cor. 11, 20 Gal. 2, 4 Hostium np. spiritualium, externorum & internorum.

℣. 28. u) S Non erunt itaque amplius præda v. 8. 22 x) c. 29, 5. vid. supra v. 26. y) sed habitabunt confidenter, v. 25. Es. 32, 18. Ier. 33, 16. Zach. 14, 11. z) Lev. 26, 6 Mich. 4, 4. Ceterum tempora & articulos huius latissime patentis promissionis, hactenus continuatæ, distinguit Cocceius, vt cursus regni Christi apertius perspici possit; quod pluribus apud ipsum legi & expendi meretur.

℣. 29. a) Tum excitabo ipsis. v. 23. Ier. 23, 5. b) plantam, cf. Es. 11, 1. c. 60, 21. al. plantarium, s. plantarum locum (6) c. 17, 7. Mich. 1, 6. Tremell. Ecclesiam plantatam & radicatam in Christo. At Cocc. Tales plantationes sunt οἱ πρεϊστάμενοι, qui debent esse ecclesiæ, vt sepes ouibus; c) in nomen, laudem, honorem, bonam famam & gloriam. Es. 55, 13. Ier. 33, 9. Zeph. 3, 19. Tremell. vt sit celeberrima non tantum apud Iudæos, vt olim; verum etiam passim apud gentes, ex quibus erit colligenda. Cocceius: certe quando ecclesia habet egregios προϊσταμένους & duces, ad quos libenter colliguntur fideles, & quibus se in charitate Christi libenter submittunt, id ecclesiæ bono nomini est. d) collecti s. vna consumti, confecti fame (1) cf. verbum

℣. 30. כי per Nun. 1. 2. 5. 7. 8. 13. 19. ℣. 31. ואתן per Sagol 2. 3. & in marg. 6. 9.
CAP. XXXV, ℣ 3. לו sine Dag. 6. 7. 8. 9. 11. 12. 15. 16. 20. 21. sic ed. 5. כה אמר יהוה ita in textu 2. qui vero in marg. cum reliquis facit.

ה יען היות לך איבת עולם ותגר את־בני־ישראל על־ידי
6 חרב בעת אידם בעת עון קץ׃ לכן חי־אני נאם אדני
יהוה כי־לדם אעשך ודם ירדפך אם־לא דם שנאת
7 ודם ירדפך׃ ונתתי את־הר שעיר לשממה ושממה
8 והכרתי ממנו עבר ושב׃ ומלאתי את־הריו חלליו
גבעותיך וגאותיך וכל־אפיקיך חללי־חרב יפלו בהם׃
9 שממות עולם אתנך ועריך לא תישבנה וידעתם כי־
י אני יהוה׃ יען אמרך את־שני הגוים ואת־שתי
11 הארצות לי תהיינה וירשנוה ויהוה שם היה׃ לכן חי־אני
נאם אדני יהוה ועשיתי כאפך וכקנאתך אשר עשיתה
12 משנאתיך בם ונודעתי בם כאשר אשפטך׃ וידעת כי־
אני יהוה שמעתי את־כל־נאצותיך אשר אמרת על־
13 הרי ישראל לאמר שממה לנו נתנו לאכלה׃ ותגדילו
עלי׃

Xxx 2 סו ב

℣. 5. g) S. *Quoniam enim est tibi*-- *Ideo* sic v. 6. c: v. 10. h) *inimicitia æterna* cũ Israelitis cf. Am. 1, 11 Ps. 137, 7. continuando & augendo auitam illam simultatem & odiũ, quod Esau in Iacobum gessit, Gen 25, 31. seqq. c. 27, 3?. i) & *profudisti* s. *fluere fecisti*, *fudisti*, vt *diffluerest sanguis eorum* i. e. נגר Ier 18, 21 Mich. 1, 6. Ps. 63, 11. Keschi: *tradebant enim Edomæi Israelitas hostibus* suis, cum fuga sibi consulere vellent in terram ipsorum. k) q. d. *in manus gladii* s. *per gladium* Ier. 18, 21 Ps. 63, 11. l) *tempore calamitatis*, interitus eorum. Obad v. 13 cum ab Assyriis, & deinde a Chaldæis premerentur. m) cum pœnæ & excidii Iudæorum tempus aduenisset. vid. c. 21, 30. 34.

℣. 6. n) v. 11. c. 14, 16 o) c. 11, 8 p) Zeph. 2, 9 q) *sanguini* l. *in sanguinem faciam*, h. e. cædi exponam te. Cocc. *sanguinem*, h. e. sanguinis persusionem, sanguine natantem. r) *& sanguis* s. *cædes te persequetur* cf. Deut. 28, 22. 45 Coccei ... hypothesi (de qua ad v. 5.) ... : *sanguis Christi & Apostolorũ*, immo *Christianorum*, quia eorum intersecti sunt, postquam a ... & ... Iudæis. s) *certe quæ non odisti* l. *quandoquidem* Ier. 27, 18 ... *odisti sanguinem*, s. sanguinis effusionẽ, sed amasti vitam sanguinariam sic Nold. p. 88. *Quia sanguinem non odisti*, *ideo sanguis persequetur te*. Sic etiam *Tremell.* & *Glass.* p. 1101. Al. *si non* i. *nisi oderis* &c. Sic *Vat.* nisi abstinueris ab effundendo sanguine, sanguis quoque tuus effundetur. Alis denique *sanguis* h. e *cognationem* denotat: Eo forte cum aliis (ap. *Munsterum*) tendis *Schmidius*:

dum: s. ... (in sensu ... rantis, vt c. 5, 11. c. 17, 16.) quia *sanguinem odisti*, *sanguis persecuturus sit te*. q. d. odisti sanguinem & propinquitatem fratris sui Iacobi (& posterorum eius) quem תשבנה קרי amare debueras vt consanguineum; ideo cruenti hostes ubi instabunt. Coccelus: *si non*, *quia odisti sanguinem*; vt notetur contemtus & auersatio *sanguinis testamenti*, cuius virtute vincti שמר קרי Sionis ex carcere erant liberati. Zach. 9, 11 Hebr. 10, 29. t) *ideo sanguis* s. cædes *persequetur te*, vt sanguine, quem adeo sitisti, satieris tandem, sed tuo ipsius, non aliorum. Al. sanguis a te effusus persequetur te, expetet de te vindictam cf. iterum 2 Maccab. 10, 17. 23. ℣. 7. u) c. 25, 5. c. 26, 4. x) v. 2. 3. y) *in deuastationem* (1) *& desolationem* c 23, 23. h. e. in omnimodam & extremam desolationem. vid. Mal. 1, 3. z) c. 14, 17. a) *transeuntem & redeuntem*. Ier. 9, 9. Zach 7, 14. omnem viatorem. vid. simile supra c 33, 28. ℣. 8. b) *Replebo enim montes occisis eius* l. cadaueribus eorum cf. c. 32, 5. c) & ad *colles tuos* quod attinet; vel sec Schm *in collibus tuis* &c. d) cf c. 31, 12. *Coccejus*: loquitur ex parte indirecte *in tertia*, ex parte distincte *in secunda*. Quia hoc iudicium & narrandum fuit omnibus in exemplum, & ecclesiæ ad consolationem, ..., ... est terribile. e) c. 31, 17. 18 Es. 22, 2 ℣. 9 f) S. Immo *vastitates æternitatis* s. longissimas. cf. Ier. 51, 26. 62. & Es. 34, 10. seqq g. v. 7. c. 5, 14. h) *& vrbes tuæ* v. 4. i) Schm sec. Kri: *non reuertentur*; i. e. *non restituentur* in pristinum statum cf. c. 16, 55. 1 Sam ., 11. At LXX Ion. Syr. Ar. *non habitabuntur*, sec. cthib vt c. 26, 20. c 29, 11 *Iod* i. rad. sic explicite quiescit, vt Mich ., 8. &c. k) c. 5, 13. c. 25, 5. ℣. 10 l) S. *Quia etiam dixisti*. cf. v 5. .. 25, 3. & Mal 1, 4. *Altera* hæc est prophetiæ huius comminatoriæ *caussa*. vid. not. v. 5 m) S. secundum regularem positionem accentuum: *de duabus gentibus* Al. *duæ istæ gentes*; qualis constructio est Ios 22, 17. cf. etiam supra c. 31, 4. n) Munstero, Piscatori aliisque hæ *duæ gentes & terræ* sunt regni *Iuda* & *Israel*. At *Menoch*. Idumæa, quæ iam mea est, & Israel, quam nunc Iudæis abeuntibus occupabo. Malemus prius o *meæ erunt*. c 29, 3 q d. sperasti, te primum Salmanasaris dono posse consequi terram & captiuos Samariæ, deinde a Chaldæis terram Iudæam, & captiuos inde factos: qualem spem etiam Ammonitæ acceperant Ier. 49, 1. Grot p) *& possidebimus eam* vtramque. Alii suffixum singulare in specie referunt ad Hierosolymam; vel ad vniuersam terram Israeliticam, q. vnam. cf v 12. Ps. 83, 13 q) Tremell *vbi Iehouah fuit*. S. *cum tamen Dominus ibi fuerit*, quem reuereri debebas. Grotius: *cum Dominus ibi esset*. Sperasti hæc, cum adhuc templum meum staret, cf c. 25, 3. ℣ 11 r) quam vere *ego vita sum* v. 6. s) c. 11, 8, c. 16, 14. t) *tam vere faciam* tibi. cf. Num 14, 21. Es 42, 8. u) *sec. iram tuam & sec. zelum tuum*. in Israelitas v. 5. x) *quem exercuisti ex odio tuo in illos*. Sicut tu illis ex ira & inuidia nocuisti, ita ego te vicissim seuere tractabo. cf. c. 25, 14. y) *& innotescam iis*, vt agnoscant potentiam meam. Ion. *& reuelabor ad benefaciendum illis*. cf c. 20, 5. 9. c. 38, 23 z) *cum indicabo te*. cf. c. 7, 27. c. 36, 19. ℣. 12. a) v 4. 9 b) *irritationes blasphemas*. S. *contumelias tuas* (,) Neh. 9, 18 26. 2 Reg. 19, 3. c) c 36, 1. d) *desolati sunt*, deserti a suis incolis, occisis l. abductis v 15. c. 33, 28 e) cf. v 10. c. 11, 15. f) *in cibum* Grot. i. e. *in prædam*. cf. c. 34, 5. 8. 10.

℣. 13. g) S. *Sicque magnificastis vos*, magna locuti estis *contra me* Obad. v. 12. cf Ier. 48, 26. 42. Ps. 35, 26. Ps. 38, 17. iactantes vires & opes vestras, & verbum meum de vindicandis Israelitis blaspheme contemnentes.

℣ 5. ידי per *Makk* 1. 2. 3. sic fe. 5. ℣ 6. ירדפך vtrobique ד per *Chatephpat.* , 6--16. 19--23. & B. *Naphtali*. Per *Schua*; At *Chateph.Kom.* hab. B. *Ascher* & reliqui, quod probat nota i. כן הוא בכל המדוי ite in omnibus castigatis libris. ℣. 7. לשממה ita 3. 5. contra *M. I.* & *Mas. Erff.* ℣ 8. וגאותיך defect 1. 2. 5. חלליו per *Chatephpat.* 1. 22. sec. *M I.* ℣. 9. שממות per *Schua simpl.* 3. 5. ℣ 12. כי per *Mun.* 7. 8 10--18 21. 22. 23. 24. נאצותיך per *Mun.* loco *Meth.* 7. 8. 10 -19 21. 22. 23. 24 præter *Mas. impr.* ad Gen. 45. 5.

עָלַי בְּפִיכֶם וְהַעְתַּרְתֶּם עָלַי דִּבְרֵיכֶם אֲנִי שָׁמָעְתִּי׃
14 כֹּה אָמַר אֲדֹנָי יֱהוִה כִּשְׂמֹחַ כָּל־הָאָרֶץ
שְׁמָמָה אֶעֱשֶׂה־לָּךְ׃ כְּשִׂמְחָתְךָ לְנַחֲלַת בֵּית־יִשְׂרָאֵל טו
עַל אֲשֶׁר־שָׁמֵמָה כֵּן אֶעֱשֶׂה־לָּךְ שְׁמָמָה תִהְיֶה הַר־
שֵׂעִיר וְכָל־אֱדוֹם כֻּלָּהּ וְיָדְעוּ כִּי־אֲנִי יְהוָה׃

CAP. XXXVI.

לו וְאַתָּה בֶן־אָדָם הִנָּבֵא אֶל־הָרֵי יִשְׂרָאֵל
2 וְאָמַרְתָּ הָרֵי יִשְׂרָאֵל שִׁמְעוּ דְּבַר־יְהוָה׃ כֹּה אָמַר אֲדֹנָי
יְהוִה יַעַן אָמַר הָאוֹיֵב עֲלֵיכֶם הֶאָח וּבָמוֹת עוֹלָם
3 לְמוֹרָשָׁה הָיְתָה לָּנוּ׃ לָכֵן הִנָּבֵא וְאָמַרְתָּ כֹּה אָמַר אֲדֹנָי
יְהוִה יַעַן בְּיַעַן שַׁמּוֹת וְשָׁאֹף אֶתְכֶם מִסָּבִיב לִהְיוֹתְכֶם
מוֹרָשָׁה לִשְׁאֵרִית הַגּוֹיִם וַתַּעֲלוּ עַל־שְׂפַת לָשׁוֹן וְדִבַּת־
4 עָם׃ לָכֵן הָרֵי יִשְׂרָאֵל שִׁמְעוּ דְּבַר־אֲדֹנָי יְהוִה כֹּה־אָמַר
אֲדֹנָי יְהוִה לֶהָרִים וְלַגְּבָעוֹת לָאֲפִיקִים וְלַגֵּאָיוֹת וְלֶחֳרָבוֹת
הַשֹּׁמְמוֹת וְלֶעָרִים הַנֶּעֱזָבוֹת אֲשֶׁר הָיוּ לְבַז וּלְלַעַג
לִשְׁאֵרִית הַגּוֹיִם אֲשֶׁר מִסָּבִיב׃ לָכֵן כֹּה־אָמַר אֲדֹנָי ה
יְהוִה אִם־לֹא בְּאֵשׁ קִנְאָתִי דִבַּרְתִּי עַל־שְׁאֵרִית הַגּוֹיִם
וְעַל־אֱדוֹם כֻּלָּא אֲשֶׁר נָתְנוּ־אֶת־אַרְצִי לָהֶם לְמוֹרָשָׁה
בשמחת

prophesia de temporibus N. Testamenti: I. directa *ad montes terræ Israelis*, quod (excisis hostibus vastatoribus, in specie Idumæis v. 5.) ex vastica-

te restituendi fint in statum lætissimum, v. 1--15. II. *ad ipsam domum Israelis*, in terram suam restituendam ita, ut etiam gentes ad eam congregentur. v. 16--38. y) *montes Israelis*. z) *audite*, in solatium vestrum, *verbum Domini*. sic v. 4.

℣. 2 a) *hostis*, Edomæi præsertim,

כצ"ל

h) *& multiplicastis*, superbe multa euomuistis. S. *multa fecistis*. Rad. *verba fudi, magna copia*, vel *orando instanter*, vt Gen. 25, 21. Ex. 8, 26 &c vel, *iactando, conuitiando*, vt h. l. cf. etiam nomen supra c. 8, 1. At *Gusset.* p. 558. *reddidistis verba vestra suauia* contra me, dicentes ea, quæ vobis suauia sunt, per iactantiam de vobis, & de spe, quam concepistis, occupandæ terræ Israelis. *i*) v. 12. Ex. 16, 12. Zeph. 2, 8.

℣. 14. *k*) S. *Sic dixit* porro. *l*) *cum lætabitur tota terra*, omnibus liet aliis lætantibus, tibi desolationem inferam. cf. c. 26, 20 *Coccetius* intelligit *gaudium de Christo*, desiderio gentium omnium, coll. Hag. 2, 7. Es. 9, 2 *lætitiam Spiritus* S. 1 Thess. 1, 6. ex prædicatione Euangeli i, & *totam terram* in antithesi *hereditatis Israel* Sic *Raschi*: quando eleuabo regnum meum; tunc enim lætabitur terra, coll. Ps. 97, 1. *m*) vid. v. 3. 4. 15.

℣. 15. *n*) *Secundum gaudium tuum*, prout meruit impium tuum gaudium *de hereditate Israelis*. Quæ ἐπιχαιρεκακία describitur c. 36, 5. Ps. 137, 7 Obad. v. 12 cf. etiam supra c. 25, 6. *o*) *eo quod*. c. 23, 30. *p*) *deuastaretur* v. 12. c. 33, 28. c. 36, 4. *q*) cf v. 6. 11 *r*) v 3. 4. 14. *s*) v. 2. 3. *t*) v. 4. 12.

CAP. XXXVI, ℣. 1. *u*) S. *Contra eu*, *x*) *ad montes* vel *de montibus Israelis* v. 4. 8. quos per *prosopopœiam* alloquitur, vt homines, a quibus deserti erant. cf c. 6, 2. c 33, 28. Est-que sec. *Schmidium* duplex in hoc capite pro-

Moabitæ & Ammonitæ. vid. v. 5. c. 25, 3. 8. 12. c. 35, 10. *b*) *euge!* c. 25, 3. *c*) *& excelsa*, montana Iudææ. cf. Deut. 32, 13. c. 33, 29. Mich. 3, 12. Am. 7, 9. *d*) S. *mundi*. al. *seculi* s. *sempiterna*. in perpetuum duratura. *Grotius*: immobiles isti montes. cf. Gen. 49, 26. Deut. 33, 17. Hab. 3, 6. *Iun.* excelsa, quæ Deus *in seculum* Israelitis promiserat atque adiudicauerat, & quæ sibi propterea illi *perpetua* fore spoponderant. vid. Gen. 17, 8. c. 48, 4. Ita promissiones Dei proterue ludificabantur. *e*) *in hereditatem* v. 3. 5. c. 25, 4. 10. *f*) S. *factum est* quodque s. cesserunt *nobis*. *Iun.* hæc nos Deo hominibusque inuitis obtinebimus vid. c. 35, 10 ℣. 3. *g*) c. 21, 14. 33. *h*) *quia*, *quia* inquam. c. 13, 10. vid. not. Leu. 26, 43. *i*) S. *propterea quod deuastant*. Similis terminatio *Infinitiui* Ps. 77, 10 *k*) & *inhiant* vobis s. *absorbent* vos. Nihil magis anhelant, cupiunt, optant, exspectant, quam vt deuastent vos. *Cocc.* in Comment. *cum anhelitu vastarunt*. cf Ier. 2, 24. Am. 2, 7 c. 8, 4. Ps. 56, 2. 3 Iob. 5, 5. *l*) *vt cedatis in hereditatem* v. 2. *m*) *reliquis gentium* v. 4. 5. *n*) *& assumti estis*; S. *& adscendere coacti estis*. fut. *Niphal*. cf Ier. 7, 31. *o*) *super labium cuiusque lingua*; i. e. traducimini per ora hominum. *p*) *& fabula*, S. *dicterium populi* s. populorum facti estis. al. *& in malam famam* assumti estis. cf. Num. 13, 32 Ier. 24, 9. ℣. 4. *q*) S. *o montes Israelis*, inquam. v. 1. cf. Mich. 6, 2. *r*) v. 6. cf. c. 6, 3. *s*) ibid. & c. 31, 5. *t*) *& vastitatibus* desertis v. 10. 33. c. 29, 10. c 33, 24 *u*) *desolatis* Es. 61, 4. *x*) *desertis* Es. 17, 10. c. 62, 12. *y*) *in prædam* v. 5. *z*) *& in subsannationem*, *ludibrium* c. 23, 32. Ps. 79, 4. *a*) *reliquis gentibus* per circuitum v. 3 5. 7. Idumæis, Ammonitis, Moabitis. *Grot.* ℣. 5. *b*) S. *Ideo*, inquam. v. 3. *c*) Grot. *nisi locutus sum*, supple, ne Deus habear. *Piscat.* non ero Deus, *sinon*. *Trem.* mentiar, *nisi*. cf. c. 5, 11. c. 17, 16 &c. *d*) i. e. per *igneum zelum meum*. v. 6. Zeph. 3, 8. Es. 9, 6. *e*) vid v. 3. *f*) *& in primis contra vniuersam Idumæam* omnesque gentes Antichristianas c. 25, 12. c. 35, 2. sqq. *g*) S. *qui attribuerunt terram meam sibi* Grotius: *sperarunt*, *se eius dominos fore*, vt c. 35, 10. qs. Dei non esset, terram suam dare populo suo. *h*) Ion. *terram domus Schechina mea*. Sic Kimchi & M.I. *i*) vid. v. 2. c. 11, 15.

℣. 15. על־אשר sic 1. 3. 5. CAP. XXXVI, ℣. 2. Pro אמר hab. אמֹר 3. & sic sed 1. ℣. 3. יען יען sine *Psik* 1. 2. 3. 5. ותעלו per *Kam*. 3. contra *M.I.* ℣. 4. השממות per *Tsere* 3 5. & in marg. 2. 7. 8. aliique libri in *M.I.* At per *Chatephpat*. 2. 22. ℣. 5. אשר per *Makk*. 1 2. 3. 5. נתנו per *Mun*. 1, 5. 6. 9. 10. 20. ארצי sine *Psik* 1. 6. 9. 20. contra *Mas. Erf.* & *Ind. Bas.* f. 6v. col. 7.

בְּשִׂמְחַת כָּל־לֵבָב בִּשְׁאָט נֶפֶשׁ לְמַעַן מִגְרָשָׁהּ לָבַז ׃
6 לָכֵן הִנָּבֵא עַל־אַדְמַת יִשְׂרָאֵל וְאָמַרְתָּ לֶהָרִים וְלַגְּבָעוֹת
לָאֲפִיקִים וְלַגֵּאָיוֹת כֹּה־אָמַר ׀ אֲדֹנָי יְהוִה הִנְנִי בְקִנְאָתִי
7 וּבַחֲמָתִי דִּבַּרְתִּי יַעַן כְּלִמַּת גּוֹיִם נְשָׂאתֶם ׃ לָכֵן
כֹּה אָמַר אֲדֹנָי יְהוִה אֲנִי נָשָׂאתִי אֶת־יָדִי אִם־לֹא הַגּוֹיִם
8 אֲשֶׁר לָכֶם מִסָּבִיב הֵמָּה כְּלִמָּתָם יִשָּׂאוּ ׃ וְאַתֶּם הָרֵי
יִשְׂרָאֵל עַנְפְּכֶם תִּתֵּנוּ וּפֶרְיְכֶם תִּשְׂאוּ לְעַמִּי יִשְׂרָאֵל כִּי
9 קֵרְבוּ לָבוֹא ׃ כִּי הִנְנִי אֲלֵיכֶם וּפָנִיתִי אֲלֵיכֶם וְנֶעֱבַדְתֶּם
י וְנִזְרַעְתֶּם ׃ וְהִרְבֵּיתִי עֲלֵיכֶם אָדָם כָּל־בֵּית יִשְׂרָאֵל
11 כֻּלֹּה וְנֹשְׁבוּ הֶעָרִים וְהֶחֳרָבוֹת תִּבָּנֶינָה ׃ וְהִרְבֵּיתִי
עֲלֵיכֶם אָדָם וּבְהֵמָה וְרָבוּ וּפָרוּ וְהוֹשַׁבְתִּי אֶתְכֶם
כְּקַדְמוֹתֵיכֶם וְהֵטִבֹתִי מֵרִאשֹׁתֵיכֶם וִידַעְתֶּם כִּי־אֲנִי
12 יְהוָה ׃ וְהוֹלַכְתִּי עֲלֵיכֶם אָדָם אֶת־עַמִּי יִשְׂרָאֵל וִירֵשׁוּךָ
וְהָיִיתָ לָהֶם לְנַחֲלָה וְלֹא־תוֹסִף עוֹד לְשַׁכְּלָם ׃
13 כֹּה אָמַר אֲדֹנָי יְהוִה יַעַן אֹמְרִים לָכֶם אֹכֶלֶת
14 אָדָם אָתְּי וּמְשַׁכֶּלֶת גּוֹיִךְ הָיִית ׃ לָכֵן אָדָם לֹא־תֹאכְלִי
טו עוֹד וְגוֹיִךְ לֹא תְכַשְּׁלִי־עוֹד נְאֻם אֲדֹנָי יְהוִה ׃ וְלֹא־
אַשְׁמִיעַ אֵלַיִךְ עוֹד כְּלִמַּת הַגּוֹיִם וְחֶרְפַּת עַמִּים לֹא
תִשְׂאִי־עוֹד וְגוֹיִךְ לֹא־תַכְשִׁלִי עוֹד נְאֻם אֲדֹנָי יְהוִה ׃
16 וַיְהִי דְבַר־יְהוָה אֵלַי לֵאמֹר ׃
17 בֶּן־אָדָם בֵּית יִשְׂרָאֵל יֹשְׁבִים עַל־אַדְמָתָם וַיְטַמְּאוּ אוֹתָהּ
בְּדַרְכָּם וּבַעֲלִילוֹתָם כְּטֻמְאַת הַנִּדָּה הָיְתָה דַרְכָּם
18 לְפָנָי ׃ וָאֶשְׁפֹּךְ חֲמָתִי עֲלֵיהֶם עַל־הַדָּם אֲשֶׁר־שָׁפְכוּ
עַל־

k) S. *cum gaudio cordis toti us.* cf. c 35, 5. Es. 30, 29. l) *cum depopulatione* Schm. *contemtu.* c. 25, 6. 5. m) *ex animo.* Trem. *animosa.* c. 25, 15. n) S. *propter expulsionem eius* (i) propterea quod sedibus suis expulsi essent Israelitæ, & prædæ Edomæo um expositi. cf. verbum supra c.31 11. Hos. 9 15. Am. 8, 8. Zeph 2, 4. 2 Par. 20, 11. At quia nomen nostrum alibi frequentissime *suburbium* s. *agros suburbanos* significat, hinc Cocc. Lex. col. 879. *cu n impetu animæ propter regionem eius* ad direptionem. Ordo: *in lætitia propter regionem ei s, cum impetu animæ ad direptionem.* & col 145. Lætantur propter *suburbana eius*. ideo cum *impetu animæ* feruntur *ad direptionem.* v 4. *Suburbana* terræ sunt, quæ extra metropolin sunt.
℣ 6. o) *Propterea* inquam &c. v, 3. 5 7. p) *de terra.* q) vid. v. 4 r) v.5. s) Es.63. 3 6 t) *propterea quod ignominiam* s contumelias *gentium tu istis* v 7 15 c 34, 29.
℣. 7. u) S. *Propterea* inquam. v. 6. x) i.e. *iuraui.* c. 20, 5. Gen. 14, 22. Ion. *iuraui in Verbo meo.* y) vid. v, 4. z) v. 6. c. 16, 52. c. 39, 26.
℣. 8. a v, 1. c.34, 13. 14. cf. Es. 65, 10. b) *frondes vestras* proferetis c. 17, 8. 23. c) cf. c. 34, 27. Ioel 2, 22. d) non in direptionem gentium, sed *populo meo Israel.* cf. v. 12, c. 31, 37. Es. 65, 10. Menoch. significat florentem statum Iudæorum post reditum e Babylone, & Ecclesiæ post Christum. e) S. *cum appropinquauerint venire.* al *nam* propediem hæc ventura sunt: Ion, *quia prope est dies redemtionis meæ, vt veniat,* vid Es. 56, 1. & cf. supra c. 9, , c, 12, 13.
℣. 9. f) *Nam ecce ego ad vos* sc respiciam s, veniam gratiose, & fauebo vobis bono sensu, vt Ps. 33, 18. Alibi contra, vt supra c. 34, 10. &c. Ion *apparebo super vobis.* cf, Zach 8, 7, 8. c. 10, 8. 9. g) Leu 26, 9. Ps. 25, 16. h) *vt colamini,* S *excolamini* v. 34. Gen 2, 5. i) *& conseramini.* Deut. 21, 4. c. 29, 22.
℣. 10. k) S. *Tum multiplicabo.* v. 11. c. 37, 26. l) c. 20, 40. Mich. 2, 12. m) *& habitabuntur* iterum c. 38, 12. n v. 4. 33. Es. 44, 26. c. 61, 4.
℣. 11. o) S. *Multiplicabo inquam* v. 10. p) S. *vt crescant & fructificent.* Gen. 1, 28. c. 8, 17. Ier. 23, 3. Zach. 10, 8. q S. *habitare enim faciam vos,* v. 33. r) *iuxta pristinum statum vestrum* 4) c. 16, 55 Ps. 129, 6. Cocce-

את ק'
גויך ק'
וגייך קרי טו
תשכלי קרי

ius: Promissio hæc impleta, quum populus Dei, auctore Cyro, ex captiuitate & dispersione sua rediit domum, non vna vice, sed paullatim, ita vt tandem terram in omnibus locis implerent. s) *immo bene faciam,* s. plus beneficiorum in vos conferam, *quam ab initiis vestris.* cf. Deut. 30, 3. 4. 5. Iob. 42, 11. sqq. *Maius* in Oecon. V. T. p. 1047. *longe maioribus beneficiis* vos adficiam, ac vnquam antea factum, np. spiritualibus pro corporalibus; vt æterna hereditate, typo terræ promissæ adumbrata, gloria perpetua, felicitate firma. Cum enim hæc post captiuitatem Babel non contigerint, siquidem templum in angustia & labore ædificatum est &c. constat hæc in spiritu accipienda esse, & populum spiritualibus affluiturum benedictionibus. *Mund.* t) c. 5, 13. c. 37, 6. 13. 14. ℣. 12. u) Es. 42, 16. Hos 2, 16 x) S. *populum* sc. *meum* v. 8. At Tremel. *Adducam enim ad vos* (ex aliis gentibus cooptatis in hereditatem populi mei) *homines cum populo meo Israele.* y) *qui hereditario te,* montem, *possidebunt,* cf. Deut. 11, 23. Es. 65, 19. z) 1 Reg. 8, 36. Ps. 136, 21. a) *orbare eos filiis,* v. 13. 14. q. d. non peribunt vltra in te homines incolæ tui. *Vat.* ℣. 13. b) S, *Sic* namque *dixit.* c *quoniam dicunt de vobis* & de terra Israelis. d) *absumens homines,* np. fame, peste, cæde ab hostibus & gentibus circumiectis illata &c. v. 14. Num. 13, 32, cf. Leu, 26, 38. 2 Reg. 17, 25. 26. e *tu es,* o terra, f) *& orbans populos tuos fuisti.* v. 12. 14. cf. 2 Reg. 2, 19. 21.
℣. 14. g) S. *orbabis* sec. *Kri,* vt v.13. al. *impingere* s. *cadere facies* sec. *Ctibh.* Piel (1) cf. Hiph. v. 15. h) c. 21, 8. c. 15, 14. ℣. 15. i) *Sic non audiri sinam* amplius *in* vel aduersus *te.* Tig. *Neque patiar, vt vltra audias.* k) v. 6. l) v. 30. Es. 25, 8. m) v. 6. 7. n) S. vtrumque: *impingere facies* (*orbabis*) al. alterutrum, cf. v. 14. & varr. lect.
℣. 16. o) *Factum præterea est.* vid. not. v. 1. ℣. 17. p) v. 21. 22. 32. q) *habitantes* fuerunt. cf. Num. 35, 34. r) Ier. 2, 7. s) v. 19. c. 14, 22. t) *instar pollutionis, fœditatis menstruæ.* Leu. 12, 2. sqq. cf. Es, 64, 5. 6. ℣. 18. u) *Ideo effudi* &c. c. 5, 13. c. 7, 8. Hos. 5, 10. x) *propter sanguinem, quem* per iniustas cædes *effuderunt.* c. 22, 3. 6. c. 33, 25. &c.

וגייך קרי
הפטרת
פרשת פרה

℣. 5 בְּעֵינַיִם per *Pat.* 2, 5. 20. & (in textu) 6. 9. contra Mas. 1. לָבַז per *Kam.* 2. 6. 9, 20, contra *Ind. Bas.* f. 60. col. 2 8. & *Mas. Erff.* ad c. 34, 28. ℣. 8. וְאַתֶּם per *Sakeph.* 7. 8. 12, 14. 15. 17. 18. & *Ber.* contra *Mas.* 1. 3. & *Erff.* h. l, & *impr.* ad Ios. 18, 6. תִתֵּנוּ per *Schva* 1. 3. וּפֶרְיְכֶם per *Chirek* 3. aliique in *M. I,* ℣. 10. כָּל־ cum *Kri* כֻּלּוֹ 1. 3. & *Mas. Erffurt.* וְנֹשְׁבוּ defect. 2. 3. 5. 22. sec. *Mas. Erff.* ℣. 11. כְּקַדְמוֹתֵיכֶם per *Mun* loco *Meth.* 6, 9, 10. 17. 18. 20. 23. 24. & *Ber.* præter *Mas. impr.* Gen. 45, 4. ℣ 12. וְהָיִיתָ defect. 2. sec. *Mas.* suam & *Erff.* ℣. 15. Pro תְכַשְּׁלִי hab. תְשַׁכְּלִי *orbabis* 1. 5. contra *M. I.*

19 על־הארץ ובגלוליהם טמאוה׃ ואפיץ אתם בגוים
ויזרו בארצות כדרכם וכעלילותם שפטתים׃ ויבוא 20
אל־הגוים אשר־באו שם ויחללו את־שם קדשי באמר
21 להם עם־יהוה אלה ומארצו יצאו׃ ואחמל על־שם
קדשי אשר חללהו בית ישראל בגוים אשר־באו שמה׃
22 לכן אמר לבית־ישראל כה אמר אדני
יהוה לא למענכם אני עשה בית ישראל כי אם־
לשם־קדשי אשר חללתם בגוים אשר־באתם שם׃
23 וקדשתי את־שמי הגדול המחלל בגוים אשר חללתם
בתוכם וידעו הגוים כי־אני יהוה נאם אדני יהוה
24 בהקדשי בכם לעיניכם׃ ולקחתי אתכם מן־הגוים
וקבצתי אתכם מכל־הארצות והבאתי אתכם אל־
25 אדמתכם׃ וזרקתי עליכם מים טהורים וטהרתם מכל
26 טמאותיכם ומכל־גלוליכם אטהר אתכם׃ ונתתי לכם
לב חדש ורוח חדשה אתן בקרבכם והסרתי את־לב
27 האבן מבשרכם ונתתי לכם לב בשר׃ ואת־רוחי אתן
בקרבכם ועשיתי את אשר־בחקי תלכו ומשפטי
28 תשמרו ועשיתם׃ וישבתם בארץ אשר נתתי
לאבתיכם

y) S. *quam etiam idolis suis polluerunt.* c. 6, 4. c. 8, 10. c. 14, 3. &c.

℣. 19. *z*) c. 22, 15. *a*) S. *vt disiecti sint.* c. 6, 8. *b*) nam *iuxta vias* &c. v. 17. c. 22, 44. *c*) *iudicaui* & vltus sum *eos.* c. 7, 3. 8. Ps. 9, 20. Ps. 58, 12. Apoc. 16, 5.

℣. 20. *d*) *Cumque venit* populus *ad gentes*, quo abducti venerunt v. 21. 22. *e*) *etiam* illic *profanarunt sanctum nomen meum* v. 22. cf. Es. 52, 5. Rom. 2, 24. Tit. 2, 5. 2 Pet. 2, 7. Occasionem dederunt gentibus mihi obloquendi, & male sentiendi de omnipotentia mea, iustitia, sanctitate, lege & Ecclesia. *f*) *dum* per irrisionem *dixerunt* gentes *de illis.* *g*) en *populus Iehouæ isti* sunt! a quo nomen gerunt. cf. Ps. 66, 5. Ier. 14, 9. *& ex terra ipsius* tq. sede Ecclesiæ, *exiuerunt.* At S. cum aliis interrog. *num populus Iehouæ hi, & e terra tamen sua exiuerunt?* q. d. sec. *Vat.* Si fuisset Deus eorum, qualem prædicant, omnipotens, non permisisset eos expelli e terra sua. Ion. *si populus Iehouæ isti sunt, quomodo ergo ex terra domus Schechinæ ipsius migrauerunt?* Sic *Raschi:* cf. Num. 14, 16. Deut. 9, 28. *h*) cf. not. c. 5, 8. Hos. 9, 3.

℣. 21. *i*) S. *Ideo parcam nomini sanctitatis meæ.* Non exscindam plane populum, ne videar implere non posse promissiones patribus factas. Al. simplicius: *Peperci tamen* Iudæis, quo minus eos statim & prorsus exscinderem, *propter sanctum nomen meum*, ne impotens haberer. Sic LXX. cf. 2 Par. 36, 15. Ioel 2, 18. Es. 63, 8. *k*) v. 22. c. 39, 25. *l*) v. 17. 22. *m*) vid. v. 20.

℣. 22. *n*) v. 32. cf. Deut. 9, 6. Es. 43, 22. seqq. c. 66, 5. *o*) *ego faciens* ero, quæ facturus sum sec. v. 24. seqq. vel: *ego* ita clementer *agens* sum vobiscum. *p*) *ob nomen meum sanctum.* v. 20. 21. *q*) v. 23. *r*) v. 20.

℣. 11. f) S. *Erunt enim quidem in sanctuario meo* ministrantes, ad inferiora ministeria amandati a sacerdotali dignitate. g) eq. *custodiæ* s. *præfecturæ,* h. e. custodes constituti ad portas exteriores Templi. conf. supra c. 40, 45. 46. & ad vocem 2 Reg. 11, 18. 1 Par. 24, 3. 19. h) *& ministrantes* domui. c. 46, 24. *Cocceius:* Relinquitur illis ministerium circa portas, vt non introeant incircumcisi corde & carne: vt, qui antea vrserunt circumcisionem carnis, nunc vrgeant circumcisionem cordis, & ceteroquin ad omnia ministeria præsto sint. &c. i) *ipsi* populo *mactabunt* holocaustum & sacrificium. c. 40, 29. 41. 42. *Cocceius:* h. e. sacrificium pro peccato oblatum ostendant, atque ea re sacerdotibus inseruiant. k) Ex. 20, 21. Leu. 1, 3. seqq. Hos. 6, 6. l) *populo* h. e. sec. *Gusset.* p. 222. *in gratiam populi*; hoc sensu, quod sacerdotes hanc operam præstarent populo, ea fungi per se non valenti (quod tu. Hebræi dictitant) & tamen ea egenti. m) *ipsi etiam* Leuitæ. n) *stabunt ante illos.* Conf. v. 15. Gen. 41, 46. 1 Sam. 15, 21. 1 Reg. 10, 8. o) *ad ministrandum* Israelitis. vid. Num. 16, 9.

℣. 12. p) *Propterea, quod* c. 16, 43. c. 21, 9.

℣. 6. תועבתיכם sic 1. 8. 17. 18. 24. & *Ber.* sec. *Mas. Erff.* & impr. h. l. & Leu. 23, 21. ℣. 7. לחללו Notat. 1. in marg. במקרא חרגים מצאחי לחלל. ℣. 8. ותשימון per *Graschaim* 3. sic se. 2. ℣. 9. כה per *Mun.* 1. 6. 9. 11. 12. 15-18. 20. 21. 22. 23. contra *Mas. Erff.* ℣. 10. אשר per *Makk.* 1. 2. 3. sic su. 5. ℣. 11. העולה *plene* 1. 2. 7. 8. 15. 28. & in marg. 6. 9. sec. *Mas.* 1. Alii *defect.*

יְשָׁרְתוּ אוֹתָם לִפְנֵי גִלּוּלֵיהֶם וְהָיוּ לְבֵית־יִשְׂרָאֵל לְמִכְשׁוֹל
עָוֺן עַל־כֵּן נָשָׂאתִי יָדִי עֲלֵיהֶם נְאֻם אֲדֹנָי יְהוִה וְנָשְׂאוּ
עֲוֺנָם׃ וְלֹא־יִגְּשׁוּ אֵלַי לְכַהֵן לִי וְלָגֶשֶׁת עַל־כָּל־קָדָשַׁי 13
אֶל־קָדְשֵׁי הַקְּדָשִׁים וְנָשְׂאוּ כְּלִמָּתָם וְתוֹעֲבוֹתָם אֲשֶׁר
עָשׂוּ׃ וְנָתַתִּי אוֹתָם שֹׁמְרֵי מִשְׁמֶרֶת הַבָּיִת לְכֹל עֲבֹדָתוֹ 14
וּלְכֹל אֲשֶׁר יֵעָשֶׂה בּוֹ׃

הפטרת אמור

וְהַכֹּהֲנִים הַלְוִיִּם בְּנֵי צָדוֹק אֲשֶׁר שָׁמְרוּ אֶת־מִשְׁמֶרֶת טו
מִקְדָּשִׁי בִּתְעוֹת בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל מֵעָלַי הֵמָּה יִקְרְבוּ אֵלַי
לְשָׁרְתֵנִי וְעָמְדוּ לְפָנַי לְהַקְרִיב לִי חֵלֶב וָדָם נְאֻם אֲדֹנָי
יְהוִה׃ הֵמָּה יָבֹאוּ אֶל־מִקְדָּשִׁי וְהֵמָּה יִקְרְבוּ אֶל־שֻׁלְחָנִי 16
לְשָׁרְתֵנִי וְשָׁמְרוּ אֶת־מִשְׁמַרְתִּי׃ וְהָיָה בְּבוֹאָם אֶל־שַׁעֲרֵי 17
הֶחָצֵר הַפְּנִימִית בִּגְדֵי פִשְׁתִּים יִלְבָּשׁוּ וְלֹא־יַעֲלֶה עֲלֵיהֶם
צֶמֶר בְּשָׁרְתָם בְּשַׁעֲרֵי הֶחָצֵר הַפְּנִימִית וָבָיְתָה׃ פַּאֲרֵי 18
פִשְׁתִּים יִהְיוּ עַל־רֹאשָׁם וּמִכְנְסֵי פִשְׁתִּים יִהְיוּ עַל־
מָתְנֵיהֶם לֹא יַחְגְּרוּ בַּיָּזַע׃ וּבְצֵאתָם אֶל־הֶחָצֵר 19
הַחִיצוֹנָה אֶל־הֶחָצֵר הַחִיצוֹנָה אֶל־הָעָם יִפְשְׁטוּ אֶת־
בִּגְדֵיהֶם אֲשֶׁר־הֵמָּה מְשָׁרְתִם בָּם וְהִנִּיחוּ אוֹתָם בְּלִשְׁכֹת
הַקֹּדֶשׁ וְלָבְשׁוּ בְּגָדִים אֲחֵרִים וְלֹא־יְקַדְּשׁוּ אֶת־הָעָם
בְּבִגְדֵיהֶם׃ וְרֹאשָׁם לֹא יְגַלֵּחוּ וּפֶרַע לֹא יְשַׁלֵּחוּ כָּסוֹם כ
יִכְסְמוּ אֶת־רָאשֵׁיהֶם׃ וְיַיִן לֹא־יִשְׁתּוּ כָּל־כֹּהֵן בְּבוֹאָם 21
אֶל־

induetur lit. sic Lev. 19, 19. cf. supra c. 37, 6. e) *lana* s. lanea vestis. cf. c. 34, 3. d) *quum ministrabunt intra portas* &c. e) *& intus*, in ipso Templo.

y. 18. f) *Ornamenta*, cidares. vid. Ex. 39, 28. & cf. Es. 61, 3. 10. c. 62, 3. g) *linea* v. 17. h) *& femoralia* (5) Ex. 28, 42. *Cocceius*: Facile est explicatu, quid significent *femoralia*: nempe confessionem & velationem nuditatis nostræ; non per hypocrisin, d. per enecationem cupiditatis, & adsumtionem iustitiæ non suæ. cf. 2 Cor. 5, 3. i) *non accingent se*. Lev. 8, 7. 13. c. 16, 4. k) S. Cocc. aliique: *cum sudore*. (1) cf. Gen. 3, 19. ne scil. fœda aut olida faciant indumenta sacra, h. e. sec. *Cocc.* ne sibi arrogent iustitiam propter labores suos. At *Gusset.* p. 315. ex signif. verbi זוע *moveri*: non accingent se *modo instabili*, q. d. cum *inquietudine* cinguli, ut saxum illud esse sinant. Ita præceptum hoc esset contra mollitiem aut segnitiem. coll. 1 Petr. 1, 13.

y. 19. l) *Cum vero exibunt* l. *prodibunt* c. 46, 10. m) c. 42, 14. n) *ad exterius*, inquam, *atrium*. quod inculcat iteratione. o) c. 26, 16. p) Lev. 6, 4. c. 16, 23. q) *in quibus* vel *cum quibus* ministrant Deo v. 17. r) c. 42, 14. s) c. 42, 13. 14. t) c. 42, 14. *Cocceius*: Ea re significatur, non quod vult *Chaldæus*, ne misceantur populo (contrarium enim plane efficitur &c.) sed ut, quando ad unumquemuis Christianum accedunt, tum quidem ornamenta illa intrinsecus retineant, non autem iactent apud fratres, aut ullam prærogatiuam sibi usurpent, sed ut fratres cum fratribus omnino conuersentur. u) *nec sanctificabunt populum in illis vestibus suis* c. 46, 20. *Cocceius*: Non est ea mens, quasi non debeant operam dare sanctificationi fratrum, sed quod nemo debet nomen suum, autoritatem & prærogatiuam ac profectum aliis obtrudere, ut propter illa velit alios a se dependere, eosque quasi sibi sanctificare &c. coll. Es. 65, 5.

y. 20. x) *Caput autem suum non radent*. Lev. 21, 5. y) *comam* tamen *etiam* s. *cæsariem* Num. 6, 5. z) *non promittent*. c. 17, 6. 7. more Naziræorum 1 Sam. 1, 11. aut mulierum 1 Cor. 11, 15. a) sed decore *tondeant omnino* capita. (1) cf. iterum 1 Cor. 11, 14. *Cocceius*: Facile est, sensum huius prophetiæ cognoscere, quod sacerdotes huius sanctuarii debeant abstinere a lascinia & mollitie, nec se facere obiectum scortationis spiritualis. coll. Apoc. 9, 8.

y. 21 b) *Vinum etiam non bibent* vid. Lev. 10, 9. &c. c) vid. v. 17. Nam expletio carnis nebulis animo obiicit, & carnis prauitatem facit potentem. *Cocc.*

q) *ministraverunt illis*. Sim. constr. Num. 3, 6. c. 8, 26. &c. r) *ante idola eorum* v. 10. vid. 2 Reg. 23, 9. s) *& extiterunt*. t) *offendiculo ad iniquitatem* vel *in offend. iniquitatis* c. 18, 30. cf. Mal. 2, 8. u) i. e. *iuravi*. vid. c. 20, 5. 6. 15. 23. c. 36, 7. Ion. *iuravi super illis in Verbo meo*. x) c. 11, 8. c. 16, 14. y) *& portabunt* s. luent *iniquitatem suam* v. 10. c. 14, 10.

y. 13. z) S. *Nimirum non accedent ad me*. Ex. 24, 2. cf. 2 Reg. 23, 9. a) *ut sacerdotio mihi fungantur*. Ex. 29, 1. cf. Hos. 4, 6. b) *& ut accedant*. Ex. 28, 43. c. 30, 20. c) *ad ulla sacra mea* v. 8. d) c. 42, 13. Num. 4, 19. e) *sed ferat ignominiam suam* v. 10. 12. c 16, 52. f) v. 6. 7. c. 43, 8.

y. 14. g) S. *Ideo dabo eos tantum*. c. 33, 2. h) *observatores domus*, q. d. *custodientes custodiam Domus*, v. 8. 15. c. 40, 45. 46. i) *ad omne opus*, s. *ministerium ipsius*. Num. 3, 26. k) *& ad omne*, *quod debet peragi in ea*.

y. 15. l) *Sed sacerdotes Leuitæ*. cf. not. v. 10. m) *Filii Tsadok* 1 Reg. 2, 35. qui *æternam iustitiam* Dan. 9, 24. per eum, qui est *Iehoua iustitia nostra* Ier. 23, 6. fide amplectuntur, eique seruiunt in sanctitate & in iustitia Luc. 1, 74. 75. vid. supra c. 40, 46. & infra c. 48, 11. & not. 1 Sam. 2, 35 n) v. 14. 2 Par. 7, 6. o) v. 10. c. 48, 11. p) v. 16. c. 43, 19. c. 45, 4. q) v. 11. cf. Luc. 1, 19. Apoc. 8, 2. r) v. 7. s) v. 12. c. 11, 8.

y. 16. t) v. 17. 21. u) c. 41, 22. Leu. 24, 6. x) v. 15.

y. 17. y) *Fiet igitur*, *quando intrabunt*. v. 16. 21. c. 42, 14. z) c. 10, 3. c. 42, 4. a) *vestes lineas induent* v. 18. Lev. 13, 47. *Iustitiam & salutem induent* Ps. 132, 9. 16. *In Christo* Gal. 3, 27. qui fructus terræ est nitidus ac purus ad gloriam suorum Es. 4, 2. ne nudi reperiantur 2 Cor. 5, 3. b) *nec adscendet super eos*, i. e. non in-

y. 15. Post והכהנים habent *Spatium* 7. 8. 11. 12. 15. 16. 21. 23. cum *Mas.* ג׳ פסק 7. 8. At *Circellum* sine spatio & nota 1. 2. 18. *y*. 17. בשרתם per *Sakephg.* 6. 9. 20. 21. 22. 23. *y*. 19. משרתם *defect.* 1. 3, 6. 7. 8. 9. 15. 22. 23. sic ic. 2. 5. sec. *Mas.* 1. 2. 3. impr. & B. f.

אל־החצר הפנימית: ואלמנה וגרושה לא־יקחו להם 22
לנשים כי אם־בתולת מזרע בית ישראל והאלמנה
אשר־תהיה אלמנה מכהן יקחו: ואת־עמי יורו בין קדש 23
לחל ובין־טמא לטהור יודעם: ועל־ריב המה יעמדו 24
ל שפט במשפטי ושפטהו ואת־תורתי ואת־חקתי
כה בכל־מועדי ישמרו ואת־שבתותי יקדשו: ואל־מת
אדם לא יבוא לטמאה כי אם־לאב ולאם ולבן ולבת
לאח ולאחות אשר־לא־היתה לאיש יטמאו: ואחרי 26
טהרתו שבעת ימים יספרו־לו: וביום באו אל־הקדש 27
אל־החצר הפנימית לשרת בקדש יקריב חטאתו נאם
אדני יהוה: והיתה להם לנחלה אני נחלתם ואחזה 28
לא־תתנו להם בישראל אני אחזתם: המנחה 29
והחטאת והאשם המה יאכלום וכל־חרם
ל בישראל להם יהיה: וראשית כל־בכורי כל וכל־
תרומת כל מכל תרומתיכם לכהנים יהיה
וראשית עריסותיכם תתנו לכהן להניח ברכה אל־
ביתך: כל־נבלה וטרפה מן־העוף ומן־הבהמה 31
לא יאכלו הכהנים:

ובהפילכם Zzz סט א

v. 22. d) *Porro* (quod ad nuptias horum Sacerdotum attinet) *viduam aut repudiatam* non ducent. cf. Leu. 21, 7. 14. e) *sed virgines* Leu. 21, 13. f) *Cocceius*: h.e. feminam, quæ a parentibus suis in fide Israelis fuerit educata, neque se temerauerit alienis amoribus, aut repulsa fuerit, atque ita aliena caro facta sit. g) *item viduam* (*quæ vidua* reuera, non pellex *extiterit*;) *a sacerdote relictam ducent* Cocceius: h. e. quæ prius in Domino fuerit nupta, & adsueuerit operi viri Dei At Ion. & M. I. *reliqui* (gregarii) *sacerdotes ducent.*

v. 23. h) *Et populum meum docebunt.* cf. Deut. 17, 10. 11. c. 33, 10. i) *distinguere inter sanctum & profanum*; c. d. *discrimen sancti ad commune*. h. e. quod Dei, & quod hominis est. cf. c. 22, 26. c. 42, 20. Leu. 10, 10. Mal. 2, 7. k) *& differentiam*. vid. c. 40, 7. Leu. 27, 12 2 Sam. 19, 36. l) *immundi & mundi* c. 22, 26. quod cum similitudine Dei pugnat, vel cum illa conuenit. m) *docebunt eos.* monstrabunt illis ad conscientiam. c. 16, 2. cf. 2 Cor. 4, 2. 6.

v. 24. n) *Super lite quoque* s. *controuersia.* 2 Par. 19, 8. o) *ipsi stabunt* parati. Es. 3, 13. p) *ad iudicium* ferendum. cf. Ps. 122, . Ps. 94, 15. q) *meis iudiciis*, h. e. sec. verba mea & per verba mea; ne scil. ratio credendi, dicendi, faciendi sit alia, quam iudicium Dei. *Cocc.* r) *indicanto* populum meum v. 23. cf. Deut. 17, 8. seqq. 2 Par. 19, 8. seqq. s) *& leges meas ac definitiones* Gen. 26, 5. t) *in omnibus festis ac temporibus meis.* c. 45, 14. Luc. 1, 75. u) *obseruent* Ex. 16, 28. x) *& sabbata mea sanctificent.* c. 20, 20. non cessando a licito ac bono opere Col. 2, 16. 17. sed a peccatis, & seruiendo Deo in nouitate Spiritus, vt cum gratiarum actione & lætitia perficiant sanctimoniam in timore Dei 2 Cor. 7, 1. cf. Hebr. 4, 9. Es. 56, 2. 4. c. 66, 23. & infra c. 45, 17.

למשפט ק'
ישפטוהו ק'

v. 25. y) S. *Ad mortuum autem* (cadauer) *hominis non veniet* s. *accedet.* vid. Lev. 21. 1. seqq. z) *vt polluat se* aut impuretur. c. 22, 3. a) *sed tantum.* Num. 26, 33. 1 Sam. 21, 5. b) *propter patrem aut matrem.* Nimirum sacerdotes & τέλειοι debent esse fortes, & non nimis tristari, commoueri, percelli, quando vident etiam fidelem mori 1 Thess. 4, 13. 14. 1 Cor. 7, 30. Indulgetur tamen Ipsis, vt, vbi singularis στοργὴ atque etiam honor commendatus est, ibi non vitio detur maior tristitia, & quasi sensus terribilitatis, quæ sua natura est in morte; quanquam illa tota per Christum sit sublata. v. c. si *pater & mater* obierit, quibus vitam debemus & omnia: si *filius aut filia*, a quorum dilectione Deus nos vult æstimare amorem suum erga nos: si *frater & soror*, quæ non nupserit--quando adhuc viget illa familiaritas, quæ est suauissima, fratrum & sororum cohabitantium. Nempe etiam Christus fleuit ἐκ συμπαθείας in morte Lazari. *Cocceius.* c) Lev. 21, 3. d) Hos. 9, 4.

עד כאן

v. 26. e) S. *Et post mundationem sui*, s. postquam purificatus fuerit. cf. phrasin Leu. 13, 35. f) *septem dies numerabunt illi.* cf. c. 43, 25. c. 45, 23. 25. & Num. 19, 11. 12. Φιλανθρωπία Dei indulget etiam sanctificatis tempus luctus; nempe septem dies a purificatione, h. e. a consolatione apud animum recepta, s. correptione infirmitatis suæ, *septem dies*, ne sabbato suo careant &c. *Cocc.* v. 27. g) S. *In die tamen, quo intrat* iterum v. 17. h) *in sanctuarium*; in quo nihil est, nisi pax & lætitia in Spiritu S. cf. Ps. 73, 17. i) vid. v. 17. k) *offeret sacrificium suum pro peccato* v. 29. scil. quod semel oblatum fuit Hebr. 9, 12. 14. 24. c. 10, 14. &c. l) c. 11, 8. c. 16, 14. v. 28. m) S. *Tunc erit illis in hereditatem* c. 36, 12. sc. sacerdotium ipsorum; vel, vt *Cocceius* connectit, *quod ego hereditas ipsorum.* n) vid. Num. 18, 20. Deut. 10, 9. Ios. 13, 14. 33. o) *& possessionem non dabitis illis in Israele.* cf. Ps. 73, 25. 2 Cor. 6, 10. v. 29. p) S. *Mincham.* i. e. sacrificium ex farre c. 45, 15. Lev. 2, 1. q) c. 42, 13. c. 45, 17. r) ipsi sacerdotes *comedent ea.* c. 42, 13. Lev. 6, 9. c. 8, 31. &c. Nam qui altari seruit, de altari debet comedere 1 Cor. 9, 13. & qui prosunt Ecclesiæ sermone, labore, & patientia, cum iis ecclesia debet communicare in omnibus bonis: hoc enim est in spiritum seminare. Gal. 6, 6. 8. *Cocc.* s) *omne etiam deuotum* Leu. 27, 21. 28. 29. v. 30. t) *Et primitiæ* Ex. 12, 28. c. 23, 19. c. 34, 26. Deut. 18, 4. u) *omnium primorum fructuum.* vid. Num. 18, 12. sqq. Neh. 10, 36. cf. m. Ex. 13, 2. c. 34, 19. x) *omnium* rerum s. de omnibus. y) *omnis etiam cuiuscunque rei oblatio.* Num. 15, 19. z) c. 20, 40. Leu. 7, 32. a) cf. Leu. 5, 13. 16. c. 7, 6. seqq. c. 14, 13. c. 13, 14. 20. c. 27, 21. b) *primitias etiam massarum vestrarum* (4) Num. 15, 20. 21. Neh. 10, 38. c) S. *ad faciendum quiescere benedictionem super domo tua.* cf. Mal. 3, 10. Prov. 11, 25. & oppositum supra c. 5, 13. c. 16, 42. &c. v. 31. d) *Vllum morticinum aut discerptum* c. 4, 14. Ex. 22, 30. Leu. 22, 8. e) *non comedent sacerdotes.* vt Es. 65, 4. *comedere percinam & carnem pollutam*, est communicare cum impuris, canibus, porcis: ita quoque hic *comedere cadauer & morticinum* est, communicare cum hominibus mortuis in præputio carnis, & ex illis voluptatem capere. *Cocc.*

---

v. 28. והיתה & לנחלה *Gaiah* requirit *Mas. Erff.* v. 30. בכורי nihil 1. 2. 6. 8. 9. 12. 14. 21. 22. 23. sic se. 5. וכלי sic 1. 20. & in textu 6. 9. At per solum *Mur.* 3. 10. v. 31. לא per *Makk.* & *Meth.* 17. 18. 24. & : *Ber.*

CAP. XLV. מה ובהפילכם את־הארץ
בנחלה תרימו תרומה ליהוה ׀ קדש מן־הארץ ארך
חמשה ועשרים אלף ארך ורחב עשרה אלף קדש־
2 הוא בכל־גבולה סביב׃ יהיה מזה אל־הקדש חמש
מאות בחמש מאות מרבע סביב וחמשים אמה מגרש
3 לו סביב׃ ומן־המדה הזאת תמוד ארך חמש ועשרים
אלף ורחב עשרת אלפים ובו־יהיה המקדש קדש
4 קדשים׃ קדש מן־הארץ הוא לכהנים משרתי המקדש
יהיה הקרבים לשרת את־יהוה והיה להם מקום
ה לבתים ומקדש למקדש׃ וחמשה ועשרים אלף ארך
ועשרת אלפים רחב יהיה ללוים משרתי הבית להם
6 לאחזה עשרים לשכת׃ ואחזת העיר תתנו חמשת
אלפים

25000. calamorum erát. coll. c. 48,20. o) 10000. perticarum. Optime *Hieronymus:* De cunctis tribubus iubet

חמשה קרי

eligi locum, qui in longitudine habeat *viginti quinque millia*, & in latitudine *decem millia.* Et quia non positum est *cubi-*

והיה קרי

torum siue *pedum* aut *vlnarum*, subintelligi datur, significare *calamum, quia erat in manu Viri.* c.40,3. Probat hoc Cl. Io. *Meyerus* Differt. in vltima Ezechielis capita p.42. seqq. (1) ex v.2. huius capitis coll. cum c.42, 16. seqq. vbi *calami* mensura expressissime habetur, quidquid etiam aliter sentiant alii. (2) Quia ipse sacer Architectus hic v.2. in annexo minore numero nomen *cubitorum* loco vltimo expressit. Si enim hic cubitos voluisset intelligi, vox *cubitorum* non tantum v.2. *quingentis* addenda fuisset, sicuti c.42, 16. seqq. *calami* adduntur; sed etiam mox versu 1. mentio *cubitorum* iniicienda fuisset. (3) Quia isti *quingenti* v.2. indissolubili nexu coniunguntur cum longitudine 25000. & latitudine 10000. immo cum latitudine 25000. *calamorum* c.48, 20. Vnde necessario consequitur, eandem mensuram *calamorum* intelligi v.1. quæ v.2. ex coll. c.42,16. sqq. designatur. Idque (4) collectione partium in vnam summam solide demonstrat *Meyerus* l. c. p.43. seq. p) *sanctum hoc erit in omni termino suo quaqua versum.* v 2. Nempe totius illius spatii, quod intercurreret inter duas tribus Iudæ ac Beniamin, *pars media quadrata* 25000. *calamos longa, & totidem lata* IEHOVAE dicanda fuit; quæ contineret Templum v. 3. & habitationem sacerdotum v.4. Leuitarum v.5. & vrbem Hierosolymam v.6. Reliqua istius spatii portio, ab oriente & Occidente sacro quadrato adiacens, Principi tribuenda fuit. v. 7. c.48, 21. ℣. 2. q) *Erunt de hoc* pro Sanctuario s. Templo v.3.4. r) *quingenti calami.* vid. not. ad v.1. & c.42,16. sqq. s) *cum* quingentis calamis. cf. simile ב Ex. 27, 18. t) *quadratum circumquaque.* (3) c.40, 47. cf. c.42, 16.--19. u) *quinquaginta autem cubiti.* x) *pomœrium* ipsi Templo erunt circumquaque. cf. c.48,15. 17. ℣. 3. y) *Ab illa* nimirum totius quadrati *mensura.* de qua ad v.1. z) *metieris longitudinem* ab ortu ad occasum. vt v.1. a) 25000. *calamorum.* v.1.5.6. b) *& latitudinem* (vt dictum est v.1.) 10000. perticarum. c) *& intra ipsum.* sc. in medio eius, *erit sanctuarium* v.4. versu 2. iam designatum. cf. c.48, 8. d) eq. *sanctum sanctorum* s. sanctissimum spatium. vid. c.43, 12. c.48,12. ℣. 4. e) *sanctum* hoc de terra v.1. f) erit *sacerdotum* c.48,10. *ministrantium* sanctuario. g) *accedentium ad ministrandum* Domino. c.40,46. c.44,15. h) *vt sit ipsis* locus. i) *pro domibus.* Nam sacerdotibus ager non datur c.44,28. k) *& locus sanctior* s. *consecratus* (Num. 18, 29.) *pro sanctuario*, ad structuram sanctam v.3. c.48,21. Antanaclasis. *Cocceius:* Tota portio 25000. in latitudine 10000. est sancta v.1. sed aliquid de ea, vt *præcipue sanctum* pro *Sanctuario* decerpendum erat; reliquum vero domibus sacerdotum destinatur. ℣. 5. l) *Et* 25000. calamorum, longitudinis, vt v.1.2.3. Sequitur hic *portio Leuitarum*, ad aquilonem habens portionem & habitaculum Sacerdotum cum Sanctuario, quod in illa Sacerdotum portione medium locum occupabat. v. 4. m) *&* 10000. *latitudinis.* Ita amplius spatium occupabant Leuitæ, quam Sacerdotes: cum illorum portionis longitudo & latitudo tam late exporrecta esset, quam portio sacerdotum & sanctuarii simul. v.1.3. n) *& erit* hoc *Leuitarum* c.48,13. o) c.44,11.12. p) *ipsis*, inquam, cedet *in possessionem* v.8. q) S. cum *viginti cubiculis.* c.40,17.38.44. c.41, 10. c.42, 1.4.5. &c. in quibus scil. habitarent, vt propinqui essent Templo. Reliquum spatium ipsorum necessitati & commoditati inseruiebat. Ita *Meyerus* l.c.p.46. sq. At *Cocceius:* Per appositionem, inquit, id spatium vocat *viginti cellas* - quod locus aut portio Leuitarum debeat 20. cellas ædificatas habere, vt inde locus ipsorum *viginti cellæ* nominari possit. Non sunt autem per *Cellas* s. *Cubicula* hic intelligenda minuta & angusta *ædificia*, sed *plane augusta & magnifica*, multis commoditatibus instructa. Olim Leuitæ erant sparsi per duodecim tribus, & ipsis erant attributa *oppida refugii, asyla.* Hic Leuitæ colliguntur in vnum (cf. Ps.133,1.) & iis attribuitur locus ad habitandum insignis *viginti cellis* vel *aulis*, non tam ad recipiendum hospites, quam ad recipiendum multos ex omnibus tribubus venientes ad discendum verbum Domini, & quasi præparandam oblationem omnium, vt sit sanctificata in Spiritu S. ℣. 6. r) *Et possessionem vrbis* dabitis. v.7. Progreditur hic sacer Architectus ad dimensionem vrbis, quam longius prosecutus est, & accurate definiuit c.48,15 - 19. & v.30 - 35 vbi portæ & circuitus eius describuntur. Sita vero fuit Vrbs ad meridiem Templi, vt ad v.5. iam diximus, ipsa a meridie habens tribum *Beniamini* c.48, 22.23. quod ex *ichnographia* totius terræ, qualem sec. hanc reuelationem exhibet Cl. *Meyerus*, (transposita tn. portione Sacerdotum & Leuitarum) liquidius perspici poterit. Ponit ergo hæc prophetia *sanctuarium extra Ciuitatem*; & tamen sanctuario adiungit ciuitatem, vt significet, in regno Christi ciuitates & respublicas dandas esse populo Dei; in quibus tn. regnum Dei non captiuetur, inquit *Cocceius*, coll. Hos.11, 9. s) *quinque millia* calamorum *latitudinis* a septemtrione versus meridiem. vt v. 1. cf. c.48, 15. Hic rursus *calamos* indigitari, docent omnia antecedentia; & *Hieronymus* ad h. l. *Vrbs*, inquit, *quinque millia habeat calamorum in latitudine.*

CAP. XLV, ℣. 1. f) *Et cum sorte diuidetis* s. *partiemini* q. d. *cum cadere facietis terram* in hereditate. h. e. *cum sortes terræ iacietis*, vt quæque tribus hereditatem in ea cernat, sibi a Deo vel propius l. remotius a Sanctuario destinatam. cf. c. 47, 14. 22. c. 48, 29. Ios. 13, 6. Prou.16,33. Scilicet Templo cultuque sacratiori in superioribus capitibus constituto, hic noua terra (2 Petr. 3,13. coll. hic v.9 14.) diuidenda, ac noua forma Ecclesiæ constituenda per Christum proponitur: ac veteris qd. regiminis ac cultus phrasibus exprimitur, sed tamē, quemadmodum res ipsa euidentissime docet, nouum quid denotatur; vt fusius probauit ad h.l. *Cocceius.* *Partes* capitis sec. Schmidium *quatuor* sunt: I. *Diuisio* terræ & hereditatum, pro sacerdotibus v. 1-4. Leuitis v. 5. vrbe v. 6. & Principe v. 7. 8. II. præscribuntur iusta *pondera* & *mensuræ* v. 9-12. III *sublatio* in cultum diuinum *Principi* danda v. 13 - 17. IV. Cultus & *sacrificia festorum* v. 18-25. g) *hereditario iure* possidendam. Num. 34, 2. Ios. 13, 7. c. 23, 4 h) *auferetis ablationem*, i. e. certam & præcipuam aliquam *portionem* de medio eius *separabitis* v. 6. 13. c. 48, 8 9. i) *Domino*; vt is habitet in medio vestri, & vt cultus illius inter vos constituatur. k) eq. *sanctum* spatium, separatum a reliqua *terra*. v. 2. 4. inter tribus Iudæ & Biniamin c. 48, 8. 23. l) quod ad *longitudinem* ab ortu ad occasum. c. 48, 10. m) 25000. *perticarum* s. *calamorum* longitudo erit. vid. v. 2. 3. 5. c. 48, 8. 20. n) *latitudo vero* (inter septemtrionem & meridiem) spatii pro templo & sacerdotibus decerpendi v. 3. 4. Nam alioqui totius spatii, quod Templum, sacerdotes, Leuitas & vrbem continebat, eadem latitudo, quæ longitudo, 25000

CAP. XLV, ℣. 1. בנחלה cum Gaiah 5. sec. *Mas. Erf.* ליהוה per *Psikmun.* 1. 2. 3. 6. 9. 20. 23. sic fu. 5. contra *Mas.* Gen. 30, 16. עשרה milra 1, 8. sic fu. 5. ℣. 4. לבתים sic *Msp.* 1. 2. 6. 9. 10. 20. & B. *Naphtali*, sic fu. 5.

אַלְפַּיִם רֹחַב וְאֹרֶךְ חֲמִשָּׁה וְעֶשְׂרִים אֶלֶף לְעֻמַּת תְּרוּמַת
7 הַקֹּדֶשׁ לְכָל־בֵּית יִשְׂרָאֵל יִהְיֶה׃ וְלַנָּשִׂיא מִזֶּה וּמִזֶּה
לִתְרוּמַת הַקֹּדֶשׁ וְלַאֲחֻזַּת הָעִיר אֶל־פְּנֵי תְרוּמַת־
הַקֹּדֶשׁ וְאֶל־פְּנֵי אֲחֻזַּת הָעִיר מִפְּאַת־יָם יָמָּה וּמִפְּאַת
קֵדְמָה קָדִימָה וְאֹרֶךְ לְעֻמּוֹת אַחַד הַחֲלָקִים מִגְּבוּל יָם
8 אֶל־גְּבוּל קָדִימָה׃ לָאָרֶץ יִהְיֶה־לּוֹ לַאֲחֻזָּה בְּיִשְׂרָאֵל
וְלֹא־יוֹנוּ עוֹד נְשִׂיאַי אֶת־עַמִּי וְהָאָרֶץ יִתְּנוּ לְבֵית־
9 יִשְׂרָאֵל לְשִׁבְטֵיהֶם׃ כֹּה־אָמַר אֲדֹנָי יְהוִה
רַב־לָכֶם נְשִׂיאֵי יִשְׂרָאֵל חָמָס וָשֹׁד הָסִירוּ וּמִשְׁפָּט
וּצְדָקָה עֲשׂוּ הָרִימוּ גְרֻשֹׁתֵיכֶם מֵעַל עַמִּי נְאֻם אֲדֹנָי
10 יְהוִה׃ מֹאזְנֵי־צֶדֶק וְאֵיפַת־צֶדֶק וּבַת־צֶדֶק יְהִי לָכֶם׃
11 הָאֵיפָה וְהַבַּת תֹּכֶן אֶחָד יִהְיֶה לָשֵׂאת מַעְשַׂר הַחֹמֶר
הַבָּת וַעֲשִׂירִת הַחֹמֶר הָאֵיפָה אֶל־הַחֹמֶר יִהְיֶה
12 מַתְכֻּנְתּוֹ׃ וְהַשֶּׁקֶל עֶשְׂרִים גֵּרָה עֶשְׂרִים שְׁקָלִים חֲמִשָּׁה
וְעֶשְׂרִים שְׁקָלִים עֲשָׂרָה וַחֲמִשָּׁה שֶׁקֶל הַמָּנֶה יִהְיֶה לָכֶם׃

וזאת

t) *& pro longitudine* vid. v. 1. u) v. 1 3. 5. Recte monet *Abarbanel*, non esse hanc longitudinem vrbis,(illa enim quadrata fuit c. 48, 16. Apoc 21, 16;) sed longitudinem, putatam ab oriente in occidentem, competere toti *Trumæ* s. oblationi sacræ & possesioni vrbis, sicut reliquæ portiones sacerdotum v. 3. 4. & Leuitarum v. 5. eandem longitudinem habebant. x) *iuxta.* c. 40, 18. c. 42, 7. c. 48. 13. y) *Trumam* s. *ablationem* v. 1. *sancti spatii*, pro Sanctuario & Sacerdotibus v. 3. & 4. designati. z) *totius domus Israel*, sine discrimine *erit*. cf. c. 48, 18. 19. vbi ciuitatem tribuit colentibus eam.

℣. 7. a) S. *Principi tandem* c. 48, 21. non sacerdotum Principi, vt nonnulli perperam existimant, sed politico, populique Duci. cf. c. 44, 3. & hic sequentia. b) *hinc* ab occasu. c) *& inde* ab ortu, vt mox dicitur. cf. c. 48, 21. d) *ad ablationem sanctitatis.* pro Sanctuario & Sacerdotibus v. 3. 4. e) *& ad possessionem vrbis* v. 6. nec minus Leuitarum v. 5. f) *ante* c. 41, 4. 12. c. 42, 7. 10. 13. c. 44, 4. g) *ablationem sacram* v. 1. 3. 4. h) *& ante possessionem* vrbis v 6. scil. *erit* vel *dabitur* (Principi) sua portio. i) *a plaga maris* (s. ab Occidente) *versus mare* s. vsque *ad mare* mediterraneum. c. 47, 20. k) *& ab oriente* c. 48, 3. 4. l) *versus ortum* s. terminum orientalem; qui, vbi finiatur, vid. c. 47, 18. m) *ita vt longitudo*, ab occasu versus ortum. v. 1. 6. n) *sit iuxta* v. 6. o) *vnam partium*; h. e. secundum longitudinem portionis singularum tribuum cf. c. 48, 8. 21. ad quem locum *Hieronymus* notat, *quod Princeps tantum acceperit solus, quantum vna tribus*; excepto tamen spatio quadrato Levitarum, Templi & Sacerdotum, atque vrbis; vt fusius *Abarbanel* enarrat. *Tredecim* enim *portiones* in terræ diuisione describuntur c. 48. ex quibus *decima tertia* Principi inter terminum Iudæ ac Beniamini c. 48, 21. reliquæ XII. tribubus adsignantur. In portione vero Principis sanctuarium quasi hærebat, quia piorum Principum est, præbere locum Ecclesiæ ad habitandum, & ad exercendum ea, quæ in cœtu fratrum agenda sunt. vid. *Cocc.* p) vid. c. 47, 20. q) c. 47, 18.

℣. 8. r) S. *Pro terra* hoc *erit illi in possessionem* v. 5. s) *& non vexabunt* s. *opprimtnt* amplius Principes mei, c. 18, 7. c. 46, 18 populum meum, vt antea fecerunt Hierosolymis. c. 22, 6. & in Israele Achabus 1 Reg. 21, 10. 15. aliique Mich. 2, 1. 2. cf. etiam 1 Sam. 8, 11. sqq. t) *sed terram concedent* domui Israelis. u) *sec. tribus eorum.* c. 47, 13. 21. 22. Quæ docent, populum Christianum sub Principibus non tanquam dominis victurum, sed tanquam patribus aut fratribus, suam sibi portionem in hereditate communem habentibus. *Cocc.*

℣. 9. x) *sufficiat* vobis c. 44, 6. y) *o Principes Israelis* v. 8. *Hieronymus:* tanta est vestra potentia, vt vnius tribus partem acceperit vestra possesio. cf. not. v. 7. z) ideo *vim & vastationem* Ier. 6, 7. c. 20, 8. Hab. 1, 3. a) *auferte* Es. 1, 16. b) *ius vero & iustitiam* facite. c. 18, 5. 19. 21. c) *tollite*, *auferte* c. 21, 31. Es 57, 14 d) *extrusiones*, *expulsiones vestras* (1) cf. Mich. 2, 9. e) v. 15. c. 11, 8. c. 16, 14.

℣. 10 f) *Lances* & pondera *iusta*. Lev. 19, 36. Prov. 16, 11. g) *& Epha iusta*, modius iustus. cf. contrar. Mich. 6, 10. h) *& Bathus iustus*, mensura liquidorum iusta. cf. 1 Reg. 5, 2. i) *sit vobis*. Christianæ enim ciuitatis est, tum in omni re *iustitiam & iudicium* exercere, cum etiam in commutationibus s. commerciis, coll. 1 Cor. 6, 7-10. 1 Thess 4, 6. *Cocc.*

℣. 11. k) *Ephæ & Bathi*. v. 10. l) *vna* eademque *mensura* (2) erit Ex. 5, 18. cf. supra c. 28, 12. m) *vt capiat* Bathus. Gen. 36, 7. n) *decimam Chomeris*. vid. v. 14. o) *nam decima* pars Chomeris erit *Ephæ*. cf. Lev. 27, 16. p) *& secundum Chomerem* vel *Corum* v. 14. q) *erit mensuratio* s. *proportio eius*. (5) 2 Par. 24, 13.

℣. 12. r) *Siclus autem*. de quo c. 4, 10. 1 Sam. 17, 5. s) *viginti* erit *Gerarum*. vid. Ex. 30, 13. Lev. 27, 25. Num. 3, 47. t) *viginti sicli, viginti & quinque sicli, quindecim sicli*, h. e. sec. Rabbinos aliosque *sexaginta sicli minam* vobis conficient. Huius autem numeri 60. tres partes hic commemorari volunt, quod illæ singulæ certum & vsitatum monetæ genus constituerint, ita vt quædam fuerit 20. siclorum, alia 25. tertia denique 15 *siclorum*. vid. *Abarb.* ad h. l. At *Cocceius*: Non possum, inquit, adduci, vt credam, Spiritum hic *Minam* composuisse ex tribus partibus inæqualibus, vt voluerit significare, *minam esse sexaginta siclorum*. -- Quid si dicamus, in loco nostro *minam triplicem* distingui? *magnam* 25. *mediocrem* 20. & *minimam* 15 siclorum. &c. u) *Mina* erit vobis. (3) 1 Reg. 10, 17 Esr. 2, 69. Minam vertimus, non quod minis Græcis responderet, sed ob soni affinitatem, vt fecerunt alii interpretes, veteres & recentiores; inquit *Clericus* ad 1 Reg. 10, 17. ex quo loco collato cum 2 Par. 9, 16. constat, *Minam* Salomonis tempore 100. *siclis* constitisse. Nouam itaque proportionem hic tradere videtur Propheta, prout in sacrificiis aliisque rebus nonnihil innouat. cf. *Gusset.* p. 472. C. Bene monet *Cocceius*: Quod vero attinet ad istas mensuras, eæ Hebræorum sunt, neque per hanc prophetiam præcise ad earum vsum populus Christianus adstringitur; sed vt analogice in omni mensura ac pondere integritas obseruetur. *Si vnum imperium esset, aut consensus inter multos principes, fortasse* (immo facile) *effici posset, vt vbique mensura, & pondus & moneta conuenirent; quorum disparitas nonnullis lucro, nonnullis damno est.*

℣. 7. פְּנֵי תְרוּמַת sic 6. 9. 20. מִפְּאַת יָם sic 3. 6. 9. 20. su. 5. & sic 1. sed præuit *Makk.* ℣. 9. וּמִשְׁפָּט præf. ו expunxit 2. 5. ℣. 10. Pro יְהוִה hab. הָיָה 6. 9. in marg. & sic su. 2. 5.

13 זֹאת הַתְּרוּמָה אֲשֶׁר תָּרִימוּ שִׁשִּׁית הָאֵיפָה מֵחֹמֶר
14 הַחִטִּים וְשִׁשִּׁיתֶם הָאֵיפָה מֵחֹמֶר הַשְּׂעֹרִים׃ וְחֹק הַשֶּׁמֶן
הַבַּת הַשֶּׁמֶן מַעְשַׂר הַבַּת מִן־הַכֹּר עֲשֶׂרֶת הַבַּתִּים חֹמֶר
טו כִּי־עֲשֶׂרֶת הַבַּתִּים חֹמֶר׃ וְשֶׂה־אַחַת מִן־הַצֹּאן מִן־
הַמָּאתַיִם מִמַּשְׁקֵה יִשְׂרָאֵל לְמִנְחָה וּלְעוֹלָה וְלִשְׁלָמִים
16 לְכַפֵּר עֲלֵיהֶם נְאֻם אֲדֹנָי יְהוִה׃ כֹּל הָעָם הָאָרֶץ
17 יִהְיוּ אֶל־הַתְּרוּמָה הַזֹּאת לַנָּשִׂיא בְּיִשְׂרָאֵל׃ וְעַל־הַנָּשִׂיא
יִהְיֶה הָעוֹלוֹת וְהַמִּנְחָה וְהַנֵּסֶךְ בַּחַגִּים וּבֶחֳדָשִׁים
וּבַשַּׁבָּתוֹת בְּכָל־מוֹעֲדֵי בֵּית יִשְׂרָאֵל הוּא־יַעֲשֶׂה אֶת־
הַחַטָּאת וְאֶת־הַמִּנְחָה וְאֶת־הָעוֹלָה וְאֶת־הַשְּׁלָמִים
לְכַפֵּר בְּעַד בֵּית־יִשְׂרָאֵל׃
18 כֹּה־אָמַר אֲדֹנָי יְהוִה בָּרִאשׁוֹן בְּאֶחָד לַחֹדֶשׁ תִּקַּח פַּר־
19 בֶּן־בָּקָר תָּמִים וְחִטֵּאתָ אֶת־הַמִּקְדָּשׁ׃ וְלָקַח הַכֹּהֵן מִדַּם
הַחַטָּאת וְנָתַן אֶל־מְזוּזַת הַבַּיִת וְאֶל־אַרְבַּע פִּנּוֹת
כ הָעֲזָרָה לַמִּזְבֵּחַ וְעַל־מְזוּזַת שַׁעַר הֶחָצֵר הַפְּנִימִית׃ וְכֵן
תַּעֲשֶׂה

הפטרת פרשת החדש והספרדים מתחילין כה אמר יי'

tantum in eleemosynis, quæ dentur priuatis, sed etiam in impendio in sanctuarium & ministros sanctuarii. Quam beneficentiam etiam Apostolus Hebr. 13, 16. sacrificium adpellat, quo colitur Deus. Ita Rom. 13, 6. dicit, *propterea etiam tributa dari*, nempe vt habeans magistratus, quo honorent bonum facientes. s) v. 9.

℣. 16. t) *Omnis populus terra.* de construct. cf. v. 14. c. 40, 15. u) Cocc. & S. *erunt* obligati. Vulg. Tig. *tenebitur*. x) *ad oblationem* s. collationem *hanc* v. 13. seqq. descriptam. y) *Principi* vel *pro Principe in Israel.* v. 7. seqq. cf. not. c. 44. 3. Sciendum etiam (inquit *Meyerus* differt. p. 56.) hanc primam oblationem, principi dandam, non esse eam, quam lege tenebantur dare sacerdotibus. Cum oblatio, lege mandata, non sit de grege, sed de area & reditu torcularis Ex 23, 19. Num. 15, 19. 20. c. 18, 12. seqq. Ez. 44, 30. Hæc autem erat principi donanda, partim, vt ex maxima eius parte pro dignitate sustentaretur, partim vt inde daret quod *ad sacrificium pro peccato, ad munus, holocaustum, & pacifica*, non particularia, sed generalia totius cœtus requirebatur: ideo v. sequenti dicitur: *ad expiandum pro domo Israelis.* Hæc prophetia ad tempora Ezræ & Zorobabelis referri nequit, coll. Neh. 5, 14-19. ℣. 17. z) S. *Super Principe autem erit*, ei incumbet. vid. not. 2 Sam. 18, 11. a) ex ista oblatione populi v. 13. 16. *holocausta* præstare. cf. not. c. 44, 3. b) *& sacrificium ex farre* v. 15. c) *& libamen* c. 20, 28. d) *in festis* c. 46, 11. cf. hic v. 21. seqq. e) *& in nouiluniis* & sabbatis. c. 46, 3. cf. not. c. 44, 24. f) *in omnibus conuentibus* vel *statis diebus* domus Israel. c. 36, 38. c. 44, 24. c. 46, 11. *Meyerus* l. c. Non vero, inquit, tenetur Princeps dare *sacrificia iugia*, (quod alii colligunt ex c. 46, 13. seqq.) cum ista emenda essent *dimidio sicli*, quod dabat totus cœtus Ex. 30, 13. seq. g) *ipse faciet* s. *præstabit* v. 22. h) *sacrific. pro peccato* c. 42, 13. c. 43, 19. i) vid. v. 15. k) vid. ibid. *Cocceius*: h. e. Principi incumbit, præstare præconium verbi diuini, vt populus sciat, cum quo sacrificio, aut in quo sacerdote se deceat accedere ad Deum, & remissionem peccatorum impetrare &c. ℣. 18. l) *in primo mense.* v. 21. c. 29, 17. m) *primo* die istius mensis. c. 26, 1. c. 31, 1. c. 32, 1. n) *accipies iuuencum* ad dedicationem Altaris & Sanctuarii, de qua iam supra c. 43, 18. seqq. o) c. 43, 22. 23. p) *& expiabis* Sanctuarium & Altare v. 19. c. 43, 20. Hæc vero dedicatio Altaris, quia longe diuersa est a dedicatione Mosis, Salomonis & Ezræ, vtpote quæ sec. præscriptum Mosis facta est Ezr. 3, 2. hinc veteres quidam Talmudici doctores sinistre de toto libro Ezechielis iudicare ausi sunt, & de eo abscondendo insano consilio cogitarunt, vt pluribus ipsorum testimoniis probauit Cl. Meyerus ab initio differt. suæ p. 3. & 4. Recte autem hinc idem Meyerus l. c. p. 57. seq. arguit, hanc prophetiam post reditum ex Babylonica captiuitate sub secundo Templo non impletam fuisse; & nobis cum *Cocceio* ad h. l. exinde manifestum est, *non intelligi hic corporalia sacrificia*: nam alioqui sec. Mosis institutum offerenda essent Mal. 3, 22. oportet itaque, vt *Cocceius* scribit, nos hic aliquid per ænigma significatum cogitare. Nempe ab initio *anni gratiæ*, quasi cum *prima noua luce*, prædicatum & agnitum iri sanctificationem & iustificationem Dei habitantis in hominibus, factam per *oblationem corporis Christi*, qui comparatur *iuuenco armenti integro* &c. ℣. 19. q) Et accipiet sacerdos *de sanguine sacrificii pro peccato* v. 17. Leu. 4, 7. r) *in postem domus* c. 41, 21. c. 46, 2. s) *& in quatuor angulos* c. 43, 20. t) S. *prominentiæ*, Cocc. *cinguli* altaris. vid. c. 43, 14. 20. u) c. 46, 1. *Cocceius*: Quod autem sanguis hic iubetur allini *posti domus* & *quatuor angulis cinguli altaris*, & *posti portæ atrii interioris* (quod etiam a Mose præceptum non est) id significare potest, quod is sanguis testamenti reputetur & sanguis filii Dei, & sanguis illorum, in quibus Deus habitat, & omnium, qui in atrium interius intrant. &c.

℣. 13. x) Porro hæc erit *sublatio* vel *oblatio* populi pro Principe v. 16. cum ad eius sustentationem, tum, vt vicissim ipse publicis sacris necessaria suppeditare possit v. 17. y) *quam auferetis & offeretis* Principi. cf. v. 1. z) *sextam* scil. *Epha* partem. c. 46, 14. a) dabitis *de Chomere tritici*. b) *sic etiam sextabitis* Epham, vel *sextam* Ephæ *dabitis*. (2) c. 39, 2. c) *de Chomere hordei*; *sexagesimam* scil. portionem de frugibus (nam *Epha* & *Bathus* sunt decima Chomeris v. 11.) *centesimam* de oleo v. 14. & *ducentesimam* de pecore gregis ex pinguibus & præstantissimis v. 15.

℣. 14. d) *Statutum vero olei* s. quod de oleo ex præscripto hoc dabitis. cf. Gen. 47, 26. Ex. 5. 14. e) *Bathi* scil. *olei*. cf. similis constr. v. 16. c. 40, 15. f) *decimam Bathi* partem dabitis. g) *de Coro* s. Chomere. vid. not. 1 Reg. 5, 2. h) ita vt *decem bathi* sint Corus l. Chomer. i) *nam*, vt v. 11. iam dictum fuit, 10. bathi Chomerem faciunt.

℣. 15. k) *Pecudem etiam vnam*, agnum l. hœdum. Ex. 12, 3. l) *de grege* ouium vel caprarum. Es. 60, 7. m) vnam *de ducentis* dabitis. n) *de irriguo*, ex irriguis pascuis *Israelis*. Gen. 13, 10. o) fruges v. 13. & oleum v. 14. *ad Mincham* s. *sacrificium cibarium* v. 17. 24. c. 44, 29. p) & pecudes *ad holocausta* v. 17. 23. q) *& ad pacalia* s. eucharistica. v. 15. c. 43, 27. r) *ad expiandum pro illis*, Israelitis v. 17. *Cocceius*: Intelligendum hoc est pro modo Noui Testamenti, np. vt sint testimonia fidei iustificantis, sine qua homo manet in peccatis suis, coll. 2 Petr. 1, 8. 9. & 1 Ioh. 1, 7. Requirit (ergo) fructum fidei non tan-

---

℣. 17. וְהַנֵּסֶךְ per *Tsere* 7. 8. 10. 13. 15. 16. 19. 21. 26. sic se. 5. וּבְכָל cum præf. ו se. 1. 2. 5. & sic in marg. 6. 9. הוּא per *Mun.* 1. 2. 3. 6. 9. 20. sic su. 5. ℣. 18. תִּקַּח פַּר sic 1. 2.

℣. 20. x) Sic etiam facies die *septimo in illo mense.* cf. c. 30,20. Num. 10, 11. y) *propter virum errantem.* Leu. 4, 2. 13. z) *& propter deceptum*, per insipientiam & imprudentiam. cf. Prou. 1, 4. 21. c. 9, 4. 16. Deut. 11, 16. a) *atque sic expiabitis* Domum. v. 15. 17. c. 43, 20. 26. *Cocceius;* Quod autem illud sacrificium iubet offerri *die septimo propter errantem & fatuum* siue *deceptum*, id notat, sub Nouo Testamento etiam inter illos, qui populus Dei vocantur, fore multos *pueros*, multa ignorantes, in multis errantes. Ita Iohannes 1 Epist. c. 2, 1. 2. docet, qui semel abluti & purificati sunt, *non quidem debere amplius peccare; sed tamen, si peccent, habere apud Deum aduocatum Iesum Christum, iustum, qui est propitiatio pro totius mundi peccatis &c.*

℣. 21. b) *In primo mense.* v. 18. Gen. 8, 13. c) *decimo quarto* die Ex. 12, 6. d) *Pascha* Ex. 12, 11. &c. e) *septimanis* Ier. 5, 24. *dierum.* Quomodo ex *Abarbanelis* sententia festum *Paschæ* dicitur, quod *septem diebus* azyma comederint Ex. 12, 15. &c. ex mente vero *R. Salomonis*, quod inde *septem septimanas* ad Pentecosten numerarent Leu. 23, 15. Deut. 16, 9. 10. Ego vero dixerim (inquit *Gusset.* p. 822.) *hebdomadas* plurali numero hic dici, quia agitur de institutione *Paschatis*, festi anniuersarii, *multoties* in serie temporum ac seculorum *celebrandi.* f) *cum azymis comedetur.* Id in primis accipiendum est sec. interpretationem Apostoli 1 Cor. 5, 7. 8. vt latius explicat ad h. l. *Coccejus.* Ceterum præcepta Ezechielis in festo Paschæ & Tabernaculorum obseruanda longe diuersa sunt a præceptis Mosaicis, ideoque ad tempora Ezræ, qui totum cultum iuxta legem Mosis instaurauit, neutiquam referenda: vt probauit *Meyerus* l. c. p. 59. sqq.

תַּעֲשֶׂה בְּשִׁבְעָה בַּחֹדֶשׁ מֵאִישׁ שֹׁגֶה וּמִפֶּתִי וְכִפַּרְתֶּם
אֶת־הַבָּיִת׃ 21 בָּרִאשׁוֹן בְּאַרְבָּעָה עָשָׂר יוֹם לַחֹדֶשׁ יִהְיֶה
22 לָכֶם הַפֶּסַח חָג שְׁבֻעוֹת יָמִים מַצּוֹת יֵאָכֵל׃ וְעָשָׂה
הַנָּשִׂיא בַּיּוֹם הַהוּא בַּעֲדוֹ וּבְעַד כָּל־עַם הָאָרֶץ פַּר
23 חַטָּאת׃ וְשִׁבְעַת יְמֵי־הֶחָג יַעֲשֶׂה עוֹלָה לַיהוָה שִׁבְעַת
פָּרִים וְשִׁבְעַת אֵילִים תְּמִימִם לַיּוֹם שִׁבְעַת הַיָּמִים
24 וְחַטָּאת שְׂעִיר עִזִּים לַיּוֹם׃ וּמִנְחָה אֵיפָה לַפָּר וְאֵיפָה
כה לָאַיִל יַעֲשֶׂה וְשֶׁמֶן הִין לָאֵיפָה׃ בַּשְּׁבִיעִי בַּחֲמִשָּׁה עָשָׂר
יוֹם לַחֹדֶשׁ בֶּחָג יַעֲשֶׂה כָאֵלֶּה שִׁבְעַת הַיָּמִים כַּחַטָּאת
מו כָּעֹלָה וְכַמִּנְחָה וְכַשָּׁמֶן׃ כֹּה־אָמַר אֲדֹנָי יְהוִה
שַׁעַר הֶחָצֵר הַפְּנִימִית הַפֹּנֶה קָדִים יִהְיֶה סָגוּר שֵׁשֶׁת יְמֵי
הַמַּעֲשֶׂה וּבְיוֹם הַשַּׁבָּת יִפָּתֵחַ וּבְיוֹם הַחֹדֶשׁ יִפָּתֵחַ׃
2 וּבָא הַנָּשִׂיא דֶּרֶךְ אוּלָם הַשַּׁעַר מִחוּץ וְעָמַד עַל־
מְזוּזַת הַשַּׁעַר וְעָשׂוּ הַכֹּהֲנִים אֶת־עוֹלָתוֹ וְאֶת־שְׁלָמָיו
וְהִשְׁתַּחֲוָה עַל־מִפְתַּן הַשַּׁעַר וְיָצָא וְהַשַּׁעַר לֹא־יִסָּגֵר
עַד־

℣. 22. g) *Et faciet* (h. e. sec. *Gusset.* p. 650. sistet, sacerdoti tradet, ac manus victimæ imponet) *Princeps.* v. 17. cf. 1 Reg. 8, 23. h) *die illo* 14. mensis primi v. 21. i) *pro se & vniuerso populo.* Leu. 16, 6. 11 24. k) *iuuencum pro peccato.* v. 18. 19.

℣. 23. l) *Et septem diebus festi.* cf. v. 25.

CAP. XLVI.

c. 43, 15. Num. 28, 17. 24. m) *holocaustum faciet Domino.* v. 15. 17. *Cocceius: Holocaustum:* quod quiuis offert, est ipsius corpus & membra Rom. 12, 1. &c. n) *septem iuuencos*

& 7. arietes. At in lege Mosis non erant, nisi *duo iuuenci, vnus aries, & septem agni.* Num 28, 19. o) *integros* v. 18. c. 45, 4. 6. p) *in* singulos *dies.* c. 43, 25. q) *& pro peccato* v. 22. r) c. 43, 22. 25. s) c. 4, 10. *Cocceius:* Rursus hic requiritur *hircus caprarum in diem pro peccato.* Non est aliud sacrificium pro peccato, quam vnum. Id autem dum ignominia adficitur, *hircus* nominatur, quemadmodum & *serpent* & *agnus* &c. ℣. 24. t) *Et Mincham.* v. 15. 17. u) *Epham* v. 10. c. 46, 5. x) Aequiparatur itaque hic *Mincha iuuenci & arietis*, quæ differunt Num. 28, 20. cf. supra not. ad v. 1. y) oleum vero *Hin* (vid. not. Num. 15, 4.) *in Epham.* cf. c. 46, 5. 7. 11. Lex vero præcipit Num. 15, 6. *duas decimas* similaginis ad Arietem pro munere cibario, & *tertiam* tantum *partem Hini* de oleo. Et v. 9. pro boue *tres decimas* similaginis, & *dimidium Hini* de oleo. *Cocceius:* Additur *munus ex farre & oleo.* Nam debet in domo Dei esse & cibus & communio omnium bonorum, & alacritas atque lætitia Spiritus Sancti. ℣. 25. z) Mense *septimo, die decima quinta.* cf. Leu. 23, 34. Num. 29, 12. seqq. a) *in festo* tabernaculorum. De quo festo in veritate celebrando etiam vaticinatus est Zacharias c. 14, 16. b) *offeret* v. 23. *eadem* sacrificia, quæ in festo Paschæ. v. 22. c) *tum sacrificium pro peccato* v. 22. 23. d) *tum holocaustum* v. 23. e) *tum Mincham, tum oleum* v. 24. *Cocceius:* Pascha semper celebrandum est, & festum tabernaculorum ad id accedit, maxime sub vltimis tubis. Eadem vero est sanctificatio huius festi, quæ & Paschatis. Quæ duo festa non tempore differunt, sed caussa. *Pascha* Christi crucifixione; *festum tabernaculorum*, ex quo adpellatur *hora vltima.* C. XLVI. v. 1. f) Sequuntur hoc capite præcepta de agendis in Sabbato & nouilunio, in festis & statis temporibus, itemque singulis diebus; tum a Principe, tum reliquo populo. *Partes* sec. Schmid. *quinque* sunt: I. Præscribit *modum intrandi* in templum & *locum adorandi* pro Principe & populo v. 1-3. II. *Sacrificia* Principis in Sabbato v. 4. 5. nouilunio v. 6. 7. in festis & statis conuentibus v. 11. item voluntarium v. 12. & iuge v. 13-15. III. *Modum exeundi* v. 8-10. IV. Hereditatem & *dona Principis* v. 16-18. V. *Locum coquorum* v. 19-24. g) *Porta atrii interioris* c. 45, 19. h) *qua versus ortum spectat* v. 12. i) *clausa erit* c. 44, 1. k) *sex diebus operariis.* cf. Ex. 23, 12. *Cocceius:* sunt & tempora *operis*, sed tamen non grauitate & decentia carentis, verum liciti ac vtilis. Non debemus autem perpetuo laborare & sudare, & terram ac terrena manibus tractare, aut parare; sed sumere debemus etiam dies, in quibus plene requie, quam Deus nobis parauit per Christum, gaudere studeamus, & vacemus communi ædificationi & inflammationi charitatis. &c. coll. Ex. 20, 21. Es. 26, 8. 9. 13. l) *die vero Sabbati* v. 3. 4. cf. not. c. 44, 24. m) *& die nouilunii.* vid. v. 3. 6. n) *aperietur.* vid. not. c. 44, 1. 2. 3. *Cocceius:* Significat homini, quum vacat meditationi & scrutationi sacrarum litterarum, patefieri eam viam, per quam Christus intrat in Ecclesiam, atque adeo in singulos fideles, vt eos templum suum faciat. ℣. 2. o) *Et intrabit Princeps.* vid. not. c. 44, 3. At *Maius* Oecon. p. 1055. *Principes*, inquit, populi sunt omnes fideles 1 Pet. 2, 9. Apoc. 5, 10. Per Christum ipsis porta cæli aperta, & per eum semper offerunt spirituales victimas Deo acceptas, 1 Pet. 2, 5. Cibum habent paratum Matth. 22, 4. carnem Christi Ioh. 6, 33. 51. &c. p) *via vestibuli* s. *per vestibulum* portæ. v. 8. 9. c. 44, 3. q) *de foris* c. 40, 19. r) *& stabit.* cf. 2 Par. 6, 12. s) *iuxta postem* portæ c. 41, 21. c. 43, 8. t) c. 44, 15. u) v. 4. 11. Hoc *offerre sacrificia Principis* aut *populi*, quod hic tribuitur sacerdotibus, nihil hic potest aliud significare, quam gratias Deo agere in cœtu eius pro oblationibus principis & populi. *Cocc.* x) & adorabit *in limine portæ* c. 9, 3. c. 47, 1. iterumque exibit. Cum alias Rex, Deum adoraturus, atrium interius ingrederetur, atque intra portam Deo cultum exhiberet, eoque in loco sederet, dum publicus perageretur cultus; adducit Ezechiel Principem duntaxat *ad limen portæ*, vbi dum offertur sacrificium, stat. Verba sunt *Lightfooti* in Descr. Templi Hieros. p. 605. Nam vt idem *Lightfoot* ibidem etiam notat) *introrsum ante hanc portam* Salomon collocauerat *aneum suum tribunal*, in quo genibus flexis orauit 2 Par. 5, 13. coll. 1 Reg. 8, 21. Sequentibus temporibus quoque *Reges* per hanc portam intrabant, & *intus habebant suum locum*, ad Salomonis exemplum, qua parte erat *regia columna*, vt vocatur 2 Par. 23, 13. Eius nempe *sella* posita erat intra hanc portam in atrio ad vnam ex columnis, quibus sustentabatur atrium &c. Conf. etiam 2 Reg. 11, 14. c. 23, 3. 2 Par. 34, 31. y) cf. Es. 60, 11.

℣. 21. בְּרִאשׁוֹן per *Paser* 1, 3. 22. ℣. 23. עֹלָה *defect.* 2. 3. 5. sic fe. 1. sec. *Mas.* 1. 2. & *Erff.*
CAP. XLVI, ℣. 2. וְהִשְׁתַּחֲוָה cum *Meth.* 5, 6. 10. 11, 13. 14. 17. 18. 19, 20, 24, & *Ber.* Sic v. 3. 9.

3 עד־הערב׃ והשתחוו עם־הארץ פתח השער ההוא
4 בשבתות ובחדשים לפני יהוה׃ והעלה אשר־יקרב
הנשיא ליהוה ביום השבת ששה כבשים תמימם
ה ואיל תמים׃ ומנחה איפה לאיל ולכבשים מנחה מתת
6 ידו ושמן הין לאיפה׃ וביום החדש פר בן־בקר
7 תמימם וששת כבשים ואיל תמימם יהיו׃ ואיפה
לפר ואיפה לאיל יעשה מנחה ולכבשים כאשר תשיג
8 ידו ושמן הין לאיפה׃ ובבוא הנשיא דרך אולם
9 השער יבוא ובדרכו יצא׃ ובבוא עם־הארץ לפני
יהוה במועדים הבא דרך־שער צפון להשתחות יצא
דרך־שער נגב והבא דרך־שער נגב יצא דרך־שער
צפונה לא ישוב דרך השער אשר־בא בו כי נכחו
י יצאו׃ והנשיא בתוכם בבואם יבוא ובצאתם
11 יצאו׃ ובחגים ובמועדים תהיה המנחה איפה
לפר ואיפה לאיל ולכבשים מתת ידו ושמן הין
12 לאיפה׃ וכי־יעשה הנשיא נדבה עולה או־שלמים
נדבה ליהוה ופתח לו את־השער הפנה קדים ועשה
את־עלתו ואת־שלמיו כאשר יעשה ביום השבת
13 ויצא וסגר את־השער אחרי צאתו׃ וכבש בן־
שנתו תמים תעשה עולה ליום ליהוה בבקר בבקר
תעשה

℣. 7. u) v. 11. vid. c. 45, 24. x) v. 5. 11. y) quemadmodum adsequetur manus eius. vid. v. 5. Num. 6, 21. z) vid. v. 5. ℣. 8. a) S. Cum igitur intrabit Princeps v. 2. b) per vestibulum portæ intrabit, v. 2. c) & via eius exibit f. per ipsum vestibulum etiam redibit. c. 44, 3. ℣. 9. d) Cum vero intrabit v. 8. e) v. 3. f) Ex. 34, 34. g) statis temporibus f. festis v. 11. h) eum qui venit

יצא קרי

f. ingressus est. i) via portæ f. per portam. v. 2. 8. k) per portam aquilonarem. c. 40, 20. 35. 40. c. 44, 3. l) v. 2. 3. m) is exibit per portam australem. cf. c. 47, 19. n) qui vero ingressus est &c. o) non revertetur via portæ, per quam ingressus est. p) sed ante se Ex. 14, 2. exibit vel exibunt quisque. Coccejus: Docentur omnes, ut, quantum possunt, actu, & sui corporis exhibitione sese offerant omnibus fratribus; certe animo atque adfectu sese in totum mundum extendant, & septemtrionales cupiant esse cum meridionalibus, ac vicissim illis hi occurrant, tq. mutuo se amplexantes & osculantes. ℣. 10. q) Ceteroqui Princeps: de cuius singulari ingressu ac sacrificiis die Sabbati ac novilunii dictum est hactenus a v. 2-8. r) inter illos populares suos v. 9. cum intrant, intrabit, reliquis diebus. s) & quum exeunt illi c. 44, 19. t) etiam Princeps cum illis, & sic una exibunt. Coccejus: Qua re docetur Princeps, ne se efferat super populum in negotio Dei, & in rebus ad regnum eius spectantibus, -- sed ut agat cum civibus, ut civis; cum fidelibus, ut frater. ℣. 11. u) Et in festis c. 45, 17. 21. 25. Nah. 2, 1. x) v. 9. cf. Num. 28, 16. 26. y) v. 5. 7. 14. z) vid. v. 7. a) vid. v. 5. b) v. 5. 7. ℣. 12. c) S. Quando vero faciet Princeps. c. 45, 22. d) voluntarium sacrificium. Leu. 7, 16. e) Leu. 1, 3. seqq. f) c. 45, 15. Ex. 24, 5. Lev. 3, 1. g) sponte oblata Domino. Ex. 35, 29. h) tum etiam aperiet quis illi. Imperson. ut sequens & faciet, & claudet. cf. c. 41, 7. Deut. 15, 2. 1 Reg. 13, 9. c. 18, 26. c. 12, 38. &c. i) portam, spectantem versus ortum v. 1. c. 47, 2. k) feceritque (aliquis sacerdotum) holocaustum eius. v. 2. l) vid. v. 1. 4. m) cumque exiuerit, claudent portam; secus quam fiebat die sabbati & novilunii v. 2. n) S. cum primum exiuerit. ℣. 13. o) Et agnum iugis holocausti. Num. 28, 3. seqq. p) anniculum. Leu. 12, 6. Num. 6, 12. 14. q) v. 4. r) facies v. 14. s) singulis diebus. c. 4, 10. c. 45, 23. Coccejus: Hæc est perpetua & omnibus repetenda celebratio obedientiæ Christi, qua non tantum peccata deleta sunt, & iustitia sive ius vitæ æternæ paratum est ad spem, quæ inter omnes actiones homini debet adesse, eique pro cynosura esse; sed quæ etiam est ὑπογραμμὸς & exemplar conversionis fidelium. t) singulis matutinis v. 14. 15. Mane autem debet offerri, ut, quoties fidelis se operi accingit, in Christo, & cum meditatione exempli ipsius, & in spe vitæ sibi repositæ, munia sua obire incipiat. Ita vero etiam finiendi sunt dies, etsi de vespertino sacrificio iugi, quod Moses similiter præscribit Num. 28, 4. nihil hic dictum sit, ut nova & spirituali ratione hæc facienda esse intelligamus. cf. not. v. 3. 6.

℣. 3. z) Adorabunt vero, incurvabunt se v. 2. Ex. 24, 1. a) v. 9. c. 45, 22. b) S. ad, Cocc. versus ostium portæ illius. cf. c. 8, 16. c) cf. not. v. 1. d) & in noviluniis v. 1. c. 45, 17. Coccejus: Unum novilunium est, -- quando Lux in mundum venit: rursus quando ea rediit a mortuis. Rursus, quando Spiritus ex alto effusus est &c. - Et talia nova beneficia Dei sunt Ecclesiæ N. T. novilunia (vid. Ps. 81, 4.) in quibus conveniens est, ut canticum novum cantetur, & omnia beneficia Dei commemorentur, quemadmodum præivit Esaias c. 26. e) Deut. 26, 10. Es. 66, 23. Ps. 95, 6. ℣. 4. f) S. Ceterum holocaustum. v. 2. g) vid. not. c. 44, 3. c. 45, 17. h) v. 1. i) erunt sex agni, ut die novilunii v. 6. cum Præceptum Mosis Num. 29, 9. 10. duos tantum agnos in sabbato requireret. k) c. 43, 25. l) v. 13. c. 43, 22. Huius nulla mentio fit in lege Mosis Num. 28, 9. 10. Coccejus: Quod v. 4. & 6. sex agni cum ariete offerri iubentur, in eo potest esse respectus ad sex dies operis & sabbatum, & ad tempora tubarum. Generalis tn. doctrina est, ultima debere esse perfectiora &c. ℣. 5. m) v. 7. cf. not. c. 45, 24. n) donum manus eius. v. 11. cf. v. 7. Deut. 16, 17. quod in lege Mosis Num. 28, 9. non erat in arbitrio offerentis positum, sed res determinata & debita o) v. 7. 11. vid. c. 45, 24. ℣. 6. p) vid. v. 1. 3. & cf. Num. 28, 11. seqq. cum aliqua variatione, ne quis cultum Mosaicum sec. ceremonias æternas instaurandum existimet. cf. not. supra ad v. 1. & Meyeri Differt. p. 63. seq. q) c. 45, 18. r) S. de integris. Cocc. integer quoque: nimirum omnibus noviluniis. Pluralis distributivus. cf. not. c. 45, 21. & Gen. 1, 14. 1 Sam. 19, 4. Ps. 119, 137. s) vid. v. 4. t) v. 4. c. 45, 23. ℣. 7.

℣. 3. Pro ההוא hab. ההיא in marg. 6. 9. sic fu. 5. ℣. 8. אולם per Pat. 1. 2. 5. 13. ℣. 12. Spatium præmitt. 1. 2. 3. 5 - 12. 19. 20. 21. 22. 23.

14 תַּעֲשֶׂה אֹתוֹ ׃ וּמִנְחָה תַעֲשֶׂה עָלָיו בַּבֹּקֶר בַּבֹּקֶר
שִׁשִּׁית הָאֵיפָה וְשֶׁמֶן שְׁלִישִׁית הַהִין לָרֹס אֶת־
טו הַסֹּלֶת מִנְחָה לַיהוָה חֻקּוֹת עוֹלָם תָּמִיד ׃ וְעָשׂוּ
אֶת־הַכֶּבֶשׂ וְאֶת־הַמִּנְחָה וְאֶת־הַשֶּׁמֶן בַּבֹּקֶר בַּבֹּקֶר
עוֹלַת תָּמִיד ׃
16 כֹּה־אָמַר אֲדֹנָי יְהוִה כִּי־יִתֵּן הַנָּשִׂיא מַתָּנָה לְאִישׁ מִבָּנָיו
17 נַחֲלָתוֹ הִיא לְבָנָיו תִּהְיֶה אֲחֻזָּתָם הִיא בְּנַחֲלָה ׃ וְכִי־יִתֵּן
מַתָּנָה מִנַּחֲלָתוֹ לְאַחַד מֵעֲבָדָיו וְהָיְתָה לּוֹ עַד־שְׁנַת
minatio hæc sec. Cthibh, vt *Hillerus* de Kri p. 146. obseruauit, eundem sensum parit, q. d. *cententum quinum* &c. vt *septem septem* & *duo duo* sunt *septeni* & *bini* Gen. 7, 2. 15. *u*) *& a latere orientali* v. 2. 3. 23. *x*) *& latus occiduum* v. 2. 3. c. 47, 20. *y*) Vrbs situ suo quadrata v. 20. Apoc. 21, 16. in omni latere 4500. *calamos* habebat. Quam figuram etiam Hierosolyma terrestris, qualis olim fuit, imperfecte tamen expressit sec. *Vitringam* ad Apocal. l. c. p. 1109. ℣. 17. *z*) *Et erit suburbium* i. e. ager & locus suburbanus vndique ad quatuor latera vrbis v. 15. *a*) *versus septemtrionem* v. 10. 31. *b*) *quinquaginta & ducenti calami*. vel 250. *calamorum*. cf. not. v. 8. 10. 16. *c*) *& versus austrum* v. 10. *d*) *& versus occasum* v. 10. 21. *e*) 250. *calami*. Scilicet de 5000. calamis per singula latera vrbis & suburbanorum v. 15. si demas calamos 4500. ipsius vrbis v. 16. suburbanis supererunt 500. calami. Horum itaque dimidium sunt 250. calami, qui suburbio adsignantur non tantum versus septemtrionem & austrum (vbi amplius spatium non superest) sed etiam versus ortum & occasum. *Cocc.* ℣. 18. *f*) Quod vero ad *residuum attinet*, s. *quod reliquum est* (in hac tertia Thrumæ portione) in longitudine, ab ortu ad occasum; quæ erat 25000. calamorum v. 8. 15. 20. *g*) *iuxta* v. 21. *h*) *Thrumam* s. *ablationem sacram*, portionem scil. Leuitarum v. 13 & sacerdotum v. 10. *i*) 10000. cal. *versus ortum, &* 10000. *versus occasum*. Nam de medio totius 25000. calamorum longitudinis 5000. pro vrbe decerpta fuerunt v. 15. *k*) S. *manebit*. Tig. *permanebit*. Cocceius in parenthesi: (*erit autem iuxta ablationem sanctam*). nempe hoc inculcat; quia bis dicit *l*) S. *vt sit*, al. illius, inquam, *prouentus* erit Leu. 25, 3. 7. 12. *m*) *in panem* & cibum. 2 Sam. 9, 10. *n*) *cultoribus*; S. *pro operatoribus*; Tig. *operariis vrbis*. Cocc. *colentibus vrbem*. i. e. sec. Kimchium, qui agros, hortos & vineas eius colunt. cf c. 36, 9. 34. Gen. 2, 5. Es. 30, 24. al. qui non domesticis suis, sed publicis ciuitatis commodis inseruiunt. ℣. 19. *o*) S. *Quod namque ad operatores vrbis*. Cocc. *Et, quod colentem vrbem* attinet. v. 18. *p*) S. *operabuntur in ea*, vrbe; quæ tn. in Hebr. est generis feminini. cum hic post verbum sit *suffixum masc*. Hinc Tig. *colent illud* residuum terræ spatium in longitudine v. 18. *q*) *Cocc*. Sensus est: colentes vrbem sine distinctione sumendos esse *ex omnibus tribubus Israelis*. cf. c. 37, 19. c. 45, 6. ℣. 20. *r*) *Tota* itaque *Thruma* s. *portio terræ separata* v. 8. Scil. complectens portionem Sacerdotum v. 10. Leuitarum v. 13. & Vrbis v. 15. *s*) *erit* 25000. *calamorum* in longitudine v. 9. 10. 13. 15.

℣. 14. ממני per *Sakephk* 1. 5. וְלֹא ימר per *Merca* 2. 3. 5. 7. 8. 10. 13. 19. ℣. 15. ℣. 16. בתוכה fine *Kri* 5. 6 9. 10. 11. 12. 14. 16. 20. בְּתוֹכֹה 23. contra *Mas. impr. & Erff.* Posterius חמש. plane omittunt 1. 2. 3. 5. 14. contra *Mas. Erff.* *impressamque* h. l. & Ruth 3, 12.
℣. 18. תבואתה fine *Kri* 2. 5. 10. 20. & *Mas. Erff.* ℣. 19. Pro יעבדוהו (quod pro *Kri* habent) in textu male scribunt יאבדוהו 1. & *Mas. Erff.*

אלף בחמשה ועשרים אלף רביעית תרימו את־
21 תרומת הקדש אל־אחזת העיר: והנותר לנשיא
מזה ומזה לתרומת הקדש ולאחזת העיר אל־
פני חמשה ועשרים אלף תרומה עד־גבול קדימה וימה
על־פני חמשה ועשרים אלף על־גבול ימה לעמת
חלקים לנשיא והיתה תרומת הקדש ומקדש
22 הבית בתוכה: ומאחזת הלוים ומאחזת העיר בתוך
אשר לנשיא יהיה בין גבול יהודה ובין גבול
23 בנימן לנשיא יהיה: ויתר השבטים מפאת קדימה
24 עד־פאת־ימה בנימן אחד: ועל גבול בנימן מפאת
כה קדימה עד־פאת־ימה שמעון אחד: ועל גבול
שמעון מפאת קדימה עד־פאת־ימה יששכר אחד:
26 ועל גבול יששכר מפאת קדימה עד־פאת־ימה זבולן
27 אחד: ועל גבול זבולן מפאת קדימה עד־פאת־ימה
28 גד אחד: ועל גבול גד אל־פאת נגב תימנה והיה גבול
29 מתמר מי מריבת קדש נחלה על־הים הגדול: זאת
הארץ אשר־תפילו מנחלה לשבטי ישראל ואלה
ל מחלקותם נאם אדני יהוה: ואלה תוצאת
העיר מפאת צפון חמש מאות וארבעת אלפים מדה:
ושערי

בתוכו קרי

portionis v. 8. 20. *i*) *vsque ad terminum orientalem* v. 1. 2. 3. descriptum c. 47, 18. *k*) *& versus occidentem* v. 10. 17. *l*) *ante* 25000. Trumæ in latitudine. *m*) *ad terminum occidentalem*. de quo supra c. 47, 20. *n*) *iuxta partes* Iudæ & Beniamini v. 22. sc. *quod reliquum est*, ab initio versus. cf. v. 18. c. 45, 7. *o*) id inquam *Principis erit* v. 22. *p*) *vis.* vel *ita erit*. *q*) v. 10. 18. 20. *r*) *& sanctuarium* c. 45. 4. *Domus* s. Templi c. 47, 1. *s*) *in medio eius*, inclusum nempe ab oriente & ab occidente hereditati Principis. cf. supra v. 8. 10. ℣. 22. *t*) *A possessione quoque Leuitarum* v. 13. *u*)

t) *per* 25000. *seu cum* 25000. *calamorum* in latitudine. v. 8. coll. v. 10. 13. 15. *u*) S. *quadratam* enim Vulg. *in quadrum*. Tig. *quadrata erit*. o. τετράγωνον. sic Ar. &c. cf. Apoc. 21, 16. At quia hoc nomen alibi constanter *quartam partem* vel annum significat, (vid. e. c. Ex. 29, 40. Leu. 19, 24. c. 23, 13. Neh. 9, 3. &c.) ideo *Cocc.* habet: *quadrantem* auferetis *eum ablatione sanctitatis ad possessionem vrbis*. *Ablationem* scil. *sanctam* vocat portionem sacerdotum & Leuitarum simul v. 18. Hæc tota portio habet 20000. calamos latitudinis. Huius ergo *quadrans* s. *quarta pars* sunt 5000. calami, qui v. 15. adsignantur *vrbi*, & hic *in possessionem vrbis*. *x*) vid. v. 8. 9. *y*) v. 10. 18. 21. *z*) S. *super*, i. e. sec. *Nold.* Conc. p. 59. & not. 290. *vna cum* possessione vrbis, vel sec. *Gusset*. p. 42. *adiunctam ad* agrum vrbis. Sic debet (idem addit l. c.) *additionis* sensu accipi ad totum totum cui adiiciendum: nam v. 21. coniunguntur *ad eleuationem sanctitatis*, & *ad agrum vrbis*; ita vt hæ simul, vt portio vna opponantur sedibus. Bene, si רביעית, *quadratum*, non *quadrantem* sec. Cocceium significat.

℣. 21. *a*) *Reliquum autem*. s. quod *superest* extra quadratum Thrumæ, versus Orientem & Occidentem, inter terram tribus Iudæ & Beniamin v. 22. cf. v. 15. 18. *b*) *pro Principe*. vid. not. c. 45, 7. *c*) *hinc & istinc*, i. e. ab Oriente & ab occidente c. 45, 7. *d*) *ad* (S. *iuxta*) *sacram portionem* Sacerdotum & Leuitarum. v. 18. 20. *e*) *& ad possessionem vrbis*. v. 20. 22. *f*) nempe *ante*. c. 41, 4. 12. 15 2. *g*) *viginti quinque millia* calamorum in latitudine v. 8. *h*) *totius separatæ por-*

& *a possessione vrbis* v. 15. 20. 21. *x*) legendum in parenthesi vsque ad Atnachum: (id, *in medio eius*, *quod est Principis*, *erit*. scil. vt dictum iam est v. 21.) *y*) quod est *inter terminum* Iudæ v. 7. *z*) *& inter terminum* Beniamin v. 13. *a*) *Principis erit*. v. 21. ℣. 23. *b*) S. *Porro quod ad reliquas tribus* attinet np. meridionales. cf not. v. 1. *c*) *a latere orientali* vsque ad latus occiduum v. 2. 16. *d*) *Beniamin vna* tribus erit. vid. v. 2. seqq. ℣. 24. *e*) *Et iuxta terminum*. v. 2. 3. 25. &c. ℣. 25. *f*) *Issachar*. Longe alio loco, quam olim. cf. not. v. 1. Idem obseruandum de sequentibus. ℣. 28. *g*) Ad *latus australe* v. 16. 33. *h*) *versus meridiem*. c. 47, 19. *i*) *erit*, *inquam*, *terminus*. cf. c. 47, 17. *k*) Ion. *a Iericho*. vid. c. 47, 19. *l*) ad *aquas contentionis Kades*. vid. l. c. *m*) S. *hereditas* erit. sic LXX. Ion. Syr. Ar. Vulg. sed Tig. & Belgæ: *ad torrentem* Aegypti, & vsque ad mare mediterraneum. vid. not. c. 47, 19. ℣. 29. *n*) *Hac est terra*. cf. Num. 34, 2. 12. 13. Deut. 34, 4. *o*) *quam iacta sorte dividetis*. vid. c. 45, 1. *p*) *de hereditate*. Nam tota terra est hereditas; sed ea non tota sorte distribuitur tribubus: quia in ea est *Ablatio*; inquit *Cocceius*. *q*) singulis *tribubus Israelis*. v. 19. 31. *r*) & hæ sunt *diuisiones* vel *distributiones earum* tribuum, vel eorum Israelitarum. cf. Ios. 11, 23. c. 12, 7. c. 18, 10. *s*) c. 11, 8. c. 16, 14. ℣. 30. *t*) S. *Hi autem sunt exitus* i. e. sec. M. I. *porta* vrbis. cf. c. 42, 11. Ios. 15, 7. c. 16, 3. 8. *u*) *a latere septemtrionali*, vt etiam *orientali* v. 32. australi v. 33. & occiduo v. 34. *x*) 4500. *calamorum mensura* erit. v. 33. vt iam supra dictum est v. 16. cf. Ier 31, 38. 39. 40.

℣. 21. אלף sic 7. 8. 11-19. 21. 22. 23. 24. secundum *Masoram impressam*. Gen. 30, 16. At per *Psikmux*. 10. & Ber. Per *Munach* sine *Psik* 1. 2. 3. 6. 9. 20. & per solum *Merea* sc. 5. *Psik* vero requirit *Masora Erffurtensis* & *Ind. Bas.* f. 60, col. 7. Pro (גבול ימה) על־ sc ־עד 2. 5. contra *Masoram Erffurtensem*. Habet tamen על 1. in marg. בתוכה sine *Kri* 5. 7 ־14 ־16. 20. 23. contra *Masoram Erffurtensem*. ℣ 22. ומאחזת sine præfixo ו 17. 18 24. Ber. ℣. 23. פאת per *Merca* 1. 2. 3. Sic iidem v 24. 25. 26. 27. ℣. 28. מריבת Ita & 1. 2. ac *Masora Erffurtensis* pro *Kri*, sed pro *Cthib* מריבות habens.

31 וְשַׁעֲרֵי הָעִיר עַל־שְׁמוֹת שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל שְׁעָרִים שְׁלוֹשָׁה
צָפוֹנָה שַׁעַר רְאוּבֵן אֶחָד שַׁעַר יְהוּדָה אֶחָד שַׁעַר לֵוִי
32 אֶחָד׃ וְאֶל־פְּאַת קָדִימָה חֲמֵשׁ מֵאוֹת וְאַרְבַּעַת אֲלָפִים
וּשְׁעָרִים שְׁלֹשָׁה וְשַׁעַר יוֹסֵף אֶחָד שַׁעַר בִּנְיָמִן אֶחָד שַׁעַר
33 דָּן אֶחָד׃ וּפְאַת־נֶגְבָּה חֲמֵשׁ מֵאוֹת וְאַרְבַּעַת אֲלָפִים
מִדָּה וּשְׁעָרִים שְׁלֹשָׁה שַׁעַר שִׁמְעוֹן אֶחָד שַׁעַר יִשָּׂשכָר
34 אֶחָד שַׁעַר זְבוּלֻן אֶחָד׃ פְּאַת־יָמָּה חֲמֵשׁ מֵאוֹת
וְאַרְבַּעַת אֲלָפִים שַׁעֲרֵיהֶם שְׁלֹשָׁה שַׁעַר גָּד אֶחָד שַׁעַר
לה אָשֵׁר אֶחָד שַׁעַר נַפְתָּלִי אֶחָד׃ סָבִיב שְׁמֹנָה עָשָׂר אָלֶף
וְשֵׁם־הָעִיר מִיּוֹם יְהוָה ׀ שָׁמָּה׃ חזק

סכום הפסוקים של יחזקאל אלף ומאתים ושבעים ושלשה · כאיל תערג על אפיקי מים כן נפשי תערג אליך אלהים סימן · וחציו · ויהי בעשתי עשרה שנה באחד לחדש · וסדריו · חמשה ועשרים · ותרא אתו כי טוב הוא סימן :

℣. 31. y) *Porta vero* & accessus *vrbis.* cf. Es. 60, 11. Apoc. 22, 14. z) *sec. nomina* 12. *tribuum Israelis* v. 19. 29. Apoc. 21, 12. addit S. *hæ sunt.* *Cocceius*: Hoc mihi videtur nihil aliud significare, quam omnes fideles vnius ciuitatis esse, & eam communionem tum in rebus spiritualibus, tum in rebus terrestribus habere, quæ fratrum esse debet &c. a) *tres* scil. *portæ* cf. Apoc. 21, 13. b) *versus aquilonem* v. 10. 17. c) cf. v. 6. Incipere videtur ab occidentali angulo lateris septemtrionalis, progressus versus ortum, meridiem & occidentem. d) *Porta Iudæ* v. 7. media inter portam *Rubenis* & portam *Leui.* Sic etiam post *Rubenem* in benedictione Mosis *Iuda* ponitur, & deinde *Leui* Deut. 33, 6. 7. 8. e) cf. v. 33. Hunc quia XII. tribubus hic adnumerat; ideo sequenti versu pro *Manasse* & *Ephraim* vna porta *Iosephi* reperitur. Sic Deut. 33, 13.

℣. 32. f) *Et ad latus.* vel *in latere orientali* v. 1. 16. g) vid. v. 30. h) cf. v. 4. 5. & not. v. 31. i) vid. v. 23. k) cuius tribus alioqui vltima erat versus septemtrionem. v. 1.

℣. 33. l) *Et in latere australi* v. 10. 18. c. 47, 19. m) vid. v. 16. & 30. n) cf. v. 24. o) vid. v. 25. p) cf. v. 26.

℣. 34. q) *Latus occiduum* v. 16. 23. 24. r) 4500. calami vid. v. 16. s) *& portæ eorum* (Israelitarum, vel Gad, Ascher & Naphtali) *tres.* v. 31. Apoc. 21, 13. t) *portæ Gad.* v. 27. u) vid. v. 2. x) v. 3.

℣. 35. y) S. *circuitu.* Tig. *Totus ambitus.* z) erit 18000. *calamorum.* qui numerus exsurgit ex quatuor lateribus vrbis 4500. calamorum, in vnam summam ductis. vid. v. 16. & 30. seqq. Est itaque *diameter* vrbis *trium*, & perimeter s. totus ambitus vndecim aut *duodecim* circiter *milliarium Germanicorum.* Cuius mensuræ vix quarta pars fuit circuitus Hierosolymæ sub Templo secundo; eius enim *totus ambitus* XXXIII. *stadiis* finiebatur sec. *Iosephum* de B. I. lib. 6. c. 13. τῆς πόλεως δὲ, inquit, ὁ πᾶς κύκλος σαδίων ἦν τριάκοντα τριῶν. Idem lib. I. contra Apionem p. m. 1049. ex *Hecatæo* hæc citat: μία δὲ πόλις ὀχυρὰ πεντήκοντα μάλιστα σαδίων τὴν περίμετρον, ἣν οἰκοῦσιν ἀνθρώπων περὶ δώδεκα μυριάδες. Καλοῦσι δ' αὐτὴν Ἱεροσόλυμα. Sed maior hic sine dubio ipsius Iosephi fides est. At Apocalypsis c. 21, 16. ciuitatem exhibet 12000. stadiorum; vt eo apertius hac tanta vnius vrbis magnitudine summam veræ Christi Ecclesiæ, gentes & populos per orbem terrarum sparsos complexuræ, capacitatem figuraret. cf. Ier. 31, 38. 39. 40. a) *tandem nomen illius vrbis* mysticæ s. nouæ Hierosolymæ, hactenus descriptæ. cf. Apoc. 3, 11. b) S. *a die suo.* al. *ab illo tempore.* al. *a die* s. ex quo dies fuit, vel potius *præ die*, h. e. *antequam dies esset*, vel ante omne tempus. coll. Es. 43, 13. Mich. 5, 1. *Cocceius*: Significat, Deum ante iacta fundamenta mundi elegisse sibi populum peculiarem, in cuius medio habitaret &c. cf. Ioh. 17, 24. Eph. 1, 4. 1 Petr. 1, 20. Apoc. 13, 8. c. 17, 8. c) *IEHOVA IBI*, scil. est & semper *erit.* vel, vt alii supplent, *habitat.* In secula seculorum non recedet inde *præsentia eius*, vt bene explicat Dauid *Kimchi.* cf. Es. 33, 21. c. 60, 14. Ier. 33, 16. Ioel. 4, 21. Ps. 46, 6. Ps. 68, 17. Matth. 28, 20. Apoc. 21, 3. Ex hoc nomine vrbis (vt etiam ex amplitudine apud Iohannem Apoc. 21, 16.) recte colligunt Theologi, ciuitatem hanc non esse terrenam & veterem Hierosolymam, sed *nouam* prorsus, *gloriosam, cælestem & spiritualem.* vid. D. *Maii* Oecon. V. T. p. 1056. *Meyeri* dissert. p. 112 - 119. & testimonia Rabbinorum apud *Raymundum* in Pug. Fidei &c. Optime *D. Calouius* ad h. l. Geminum, inquit, huic nomen, quod *spiritualis Hierosolyma* habitura dicitur, *Dominus ibi* est, quod cælestis Hierosolyma Apoc. 21, 3. accepit: *Ecce! Tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis!* Quanta autem illius felicitas, quanta gloria sit, veluti per transennam perspicimus, cum Apocalypticam διατύπωσιν, sed ἀνακπικάλυπτον καὶ ἀκατάληπτον respicimus &c. Tametsi vero plurima circa eam nos lateant adhuc, suspiriis tamen deuotis, præeunte eodem *Calouio*, idemeidem ingeminare debemus: *Ah! quando eo deueniemus, vt æternum videamus, æternum audiamus, æternisque elogiis celebremus & confiteamur*: Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri. Dominus fundauit eam in æternum. Ps. 48, 9. *Iehoua ibi.* Ibi Iehoua omnia erit in omnibus. *Veni, Domine Iesu! Veni, & eo nos perducito! qui sanguine tuo initiasti nobis viam nouam & viuentem, per velamen vel carnem tuam!* Hebr. 10, 20. Gloria sit tibi, Domine IESV, qui omnia facis noua! Apoc. 21, 5. Amen!

d) Ps. 42, 2. e) c. 26, 1. f) Ex. 2, 2.

℣. 35. יהוה sine Psik 12. 14. 21. . . . contra Mas. 1 &. Ind. Bas. f. 60. col. 9. Pro symbolo numerico versiculorum habent ארנע 1. 3. 6. 9. 12. 18. 20. &c.

In XII. minores Prophetas & Hoſeam Præfatio.

§. I.

XII. Prophetæ dicti minores.

Sacrum hoc volumen, quod B. c. D. nunc inprimendum ſuſcipimus, monumenta complectitur XII. Prophetarum: qui, quod minora ſunt ipſorum opera, ideoque dudum in vnum librum collecta, *minores* vocari ſolent; quemadmodum ab initio Præfationis in Ieſaiam iam monuimus. Nam ſi cetera ſpectes, nec ſententiarum grauitate, nec maieſtate verborum, aut vlla alia re illis concedunt, quos *maiores* vocamus.

Ante & poſt captiuitatem miſſi ad Iſraelitas, Iudæos, Gentes. Ordo ſ. Aetas;

§. 2. Ex iisdem plerique *ante* Aſſyriacam & *Babylonicam captiuitatem* floruerunt. Aetate nimirum Vzziæ, Iothami, Ahazi & Hiskiæ *Hoſeas* & *Amos* X. tribubus ſ. regno Iſraelitico potiſſimum; Iudæis vero circa idem tempus *Ioel* & *Michaas* cum *Ieſaia*, & porro ſub Manaſſe aut Ioſia *Habakkuk*, tandemque ſub eodem Ioſia *Zephanias*, prædicarunt. Gentibus vero, & quidem Nineuitis *Ionas* circa tempora Vzziæ, & contra eosdem *Nahum*, Hiskiæ, vel Manasſis ætate; contra Idumæos *Obadias*, & contra Babylonios *Habakkuk*, vaticinati ſunt. Poſt ſolutam autem Babylonicam captiuitatem reduci populo *Haggæus* & *Zacharias* octodecim annis poſt impetratam libertatem, tandem etiam *Malachias*, extremis forte annis Artaxerxis I. ſ. Longimani (vid. *Vitringa* typum doctr. Proph. p. 42.) prophetarunt. Idque ea temporis ſerie, quam partim titulus indicat & inſcriptio librorum, partim ordo, quo ſe inuicem in hoc Volumine ab antiquo tempore excipiunt. Quanquam de omnium, *Ioelis* præſertim & *Obadiæ* ætate, res adeo expedita nondum ſit, vt illum veteres Hebræi ſub Ioramo filio Ioſaphati, & Eliſæo σύγχρονον, alii Ieremiæ coæuum vixiſſe, exiſtiment; hunc vero ad Ieremiæ tempora plerique referant; de quibus ſuo loco dicemus. *a*)

Proprietates & difficultates Hoſeæ. Adminicula: Preces, Hiſtoria, Parallelismus, Interpretes.

§. 3. Habent vero ſinguli, ab Hoſea vsque ad Malachiam, ſuas *proprietates*, vt quisque peritus lector cum B. *Hieronymo* in Præf. ad Hoſeam T. III. p. m. 29. facile obſeruabit: adeoque crebra lectione ac repetitione opus erit, ſi quis de ſtilo ac mente ipſorum ſolide voluerit iudicare. Atque vt ad eum, qui primus inter hos, ac Eſaiæ, Amozi & Michæ coætaneus eſt, *Hoſeam* nimirum veniamus, conciſus ille admodum eſt, & quaſi per ſententias aut ænigmata loquens, ideoq; ſenſib9 profund9, & breui alluſione ac crebris idiotiſmis in dictione ſua ſæpe difficilis. Vnde *Hieronymus* in Prooemio ſuo ad Pammachium ſcribit: *Si in explanationib9 omnium Prophetarum Sancti Spiritus indigem9 aduentu, vt cuius inſtinctu ſcripti ſunt, illi9 reuelatione pandantur - quanto magis in explanatione Oſea Propheta orand9 eſt Domin9, & cum Petro dicendum: Ediſſere nobis parabolam iſtam. Præſertim cum obſcuritatem voluminis in fine teſtetur ipſe, qui ſcripſit: Quis ſapiens, & intelliget iſta; intelligens, & cognoſcet ea?* Bene tamen idem Hieronymus ſtatim addit: *Quod non pro impoſſibili, ſed pro difficili debemus accipere* &c. Conf. not. c. 14, 10. In obſcuris namque lucem præfert penitior regni Iſraelitici & Iudaici *hiſtoria*, politiae & Eccleſiæ vtriusque ſtatus, ac totius *Scripturæ*, ceterorumque Prophetarum illius temporis *concentus*, quem ideo in notis noſtris diligenter allegamus. Nec deſunt etiam *Interpretes*, qui ſenſum vaticiniorum indagare & luculentius euoluere ſtuduerunt. Ita, vt Hebræos & veteres taceamus, ex noſtratibus, qui Hoſeam illuſtrarunt, in primis ſunt *Lutherus* & *Brentius*, poſt illos autem *Tarnouius* & *Schmidius*, quem & hic præ ceteris conferemus. Breuis & ſuccinctus eſt B. Henr. *Vrſini* labor in Hoſeam, laude tn. ſua non priuandus. Luculentiſſimum vero & ſatis diffuſum commentarium in Hoſeam lingua Anglicana edidit *Eduardus Pocokius* Oxonii 1685. in fol. qui tamen rarius apud nos reperitur, nec Latina verſione donatus eſt, vt cum Commentario eius in Ioelem factum eſt Lipſiæ 1695. in 4to. Sed neque inſtituti noſtri breuitas permiſit, vt plures Interpretum ſententias hic fuſius exhiberemus. Rerum tamen nexum, quem nonnunquam heic æque, ac in Salomonis prouerbiis, fruſtra inveſtigari cenſuit doctisſimus Ioannes *Markius* (vid. Acta Erud. Lipſ. T. III. ſupplem. Sect. VII. p. 323. ſeqq.) vel ex noſtra, vel ex aliorum obſeruatione indicauimus; noſtraque omnia harmonia vel parallelismo Scripturæ confirmauimus.

Occaſio: ſecuritas Iſraelitarum ex rebus ſecundis, impietas in cultu & vita:

§. 4. Ceterum *occaſio* harum concionum *Hoſeæ* & reliquis hisce Prophetis in Iſraele fuit, quod, cum ſub Ierobeamo II. (qui viuente Vzzia, pluribus adhuc annis regnauit) res Iſraelitarum iterum maxime florerent diuina miſericordia Hoſ. 2, 10. 15. c. 4, 16. c. 10, 1. 2 Reg. 14, 25. &c. illi in peccatis ſibi blandirentur, Deumque gratioſiſſimum putarent (cf. Hoſ. 2, 18. c. 4, 15. c. 5, 4. 5. c. 7, 2. 10.) etſi dudum abiectis diuinis cultibus Hoſ. 4, 10. quos per Moſen ſeruum ſuum ipſis, ad exercendam fidem in promiſſum ſemen Abrahæ, præſcripſerat, noua ſacra inſtituerant 1 Reg. 12, 28. 31. immo cultus verbo Dei ſeueriſſime prohibitos. cf. Hoſ. 1, 2. c. 2, 4. ſeqq. c. 4, 12. 13. 14. 17. c. 5, 3. 7. c. 8, 1. 2. &c. Adeoque quo maioribus Dei beneficiis fruebantur, eo ſubinde deteriores fiebant Hoſ. 2, 10. c. 4, 7. c. 13, 6. quemadmodum beſtiæ, ſi quando delicatiori pabulo ſaginantur, non tractabiliores, ſed ferociores redduntur. vid. Hoſ. 4, 16. coll. Deut. 32, 15. Non ſolum enim, vt maiores ipſorum Ex. 32, 1. 4. ex Ierobeami I. inſtituto *Iehouam ſub fœdo vitulorum ſymbolo coli* volebant; ſed etiam ſub impio Rege Ahabo, arrogantis & peſſimæ ipſius vxoris Iezabelis inſtinctu, *Baaliticum cultum* publice & ſolemniter receperunt. 1 Reg. 16, 30, 31. occiſis, qui nefario inſtituto contradicere audebant. Hinc namque cædes illa Prophetarum & ſeruorum Domini 1 Reg. 18, 4. 13. hinc lacrimæ ac querulæ voces Eliæ, diuino zelo armati 1 Reg. 19, 10. Ac licet poſtea cum familia Ahabi etiam cultus ille Baaliticus per nouum Regem *Iehu* extinctus videretur; tamen quia nec ipſe Deo ſincere adhærebat, ſed propter intereſſe politicum (vt loqui ſolemus) cultum Iehouæ ſub vitulis (rem prorſus deteſtandam Pſ. 106, 19. 20.) retinebat; ideo paullatim alterum illud malum etiam recruduit, & horrendo ſyncretiſmo cum Iehouah etiam *Baal*, *Moloch* &c. priuatim ac publice culti fuerunt. Id quod hiſtoria reformationis ab Hiskia ſuſceptæ, & Prophetarum elenchi paſſim teſtantur. Hinc autem extincto vero Dei cultu & pietate, quæ ex doctrina de pœnitentia & fide in Chriſtum naſci debet, non poterant non ſequi in omni vita improbitas, & prorſus corrupti mores.

tam apud Reges

§. 5. *Reges* namque & *Principes* eorum, neglecto Deo & verbo ipſius Hoſ. 4, 10. c. 7, 3. non quod ſui erat officii, curabant, ſed iniuſtitia & impietate, cædibus innocentum c. 1, 4. c. 4, 1. 2. immodicis etiam expilationibus, in ſubditos pauperes varie peccabant Non conſulebant enim ſaluti ciuium, ſed vt fiſcus ipſorum augeretur, & vt vitam in luxu ipſi tranſigerent. vid. Mich. 3, 1. ſeqq. Vt alia vitia hic taceamus, etiam cædes illas, quibus ambitioſe & ſcelerate Ierobeami II. ſucceſſores graſſati ſunt vnus in alterum, tanquam fures & latrones. Hoſ. 7, 1. 4--7. c. 8, 4. Nec peſſimus quidem omnium erat vltimus in Iſraele *Rex Hoſeas*, vt diſerte legimus 2 Reg. 17, 2. attamen tam altas radices egerat ſuperſtitio & animorum obſtinatio in retinendo cultu Dei a Ierobeamo I. corrupto, vt nulla vera & ſeria, ſaltem conſtans, eius emendatio vnquam fieret. vid. Hoſ. 8, 1. 2. 4. 5. 6. licet non tantum a Prophetis Dei, ſed tandem etiam ab Hiskia & litteris & nuntiis ſerio moniti eſſent 2 Par. 30, 1. Quin potius peccata peccatis per ipſa ſua ſacra cumularunt Hoſ. 4, 19. c. 8, 11. donec Deus tandem eos a facie ſua reiecit, & regnum per Aſſyrios euertit 2 Reg. 17, 6. nunquam illis reſtituendum. Hoſ. 1, 4. 6.

& Sacerdotes

§. 6. *Sacerdotes* enim, qui verbi & voluntatis diuinæ interpretes eſſe debebant, non a Deo vocati, aut probati

---

a) *Aetatis eorum ſi habeatur ratio, ſic digerendi videntur: Ionas, Ioel, Amos, Hoſea, Ieſaia, Micha, Obadia, Nahum, Ieremia, Habakkuk, Tſephania, Daniel, Ezechiel, Haggai, Zacharia, Malachia.* inquit *Vitringa* in typo doctr. proph. p. 35. Quod tn. per omnia nondum probatum putamus.

probati erant Heb. 5, 4. sed humano arbitratu, & auspiciis impii illius Ierobeami 1 Reg. 12, 31. (cuius damnata semper in Scriptura memoria est; vid. 1 Reg. 14, 16. c. 15, 26. 30. c. 16, 26. c. 22, 53. 2 Reg. 3, 3. c. 10, 29. &c.) introducti, & a successoribus eius ex carnali prudentia conseruati, ministerio suo itidem non ad Deum aut Christum, animarumque salutem, sed ventrem suum respiciebant Hos. 4, 6. 8. c. 8, 13. securi interim de statione sua, quod Principum (quorum ambitionibus ipsi inseruiebant) fauore & potentia suffulti essent Hos. 7, 3. atque in disputationibus de vera religione & Dei cultu superstitiosæ multitudinis suffragio præualerent; semperque Iehouæ nomen & cultum (quem minime deseruissent) impietati suæ callide prætexerent Hos. 4, 15. c. 5, 1. c. 10, 5. c. 8, 2. cf. not. c. 2, 15. 18. 1 Reg. 12, 29. 32. *b*) Quomodo etiam nec difficile illis erat, & Principes & plebem aduersus veræ pietatis doctores concitare eosque opprimere Hos. 6, 9. si vt hæreticos aut schismaticos, vel etiam vt seditiosos eosdem accusarent, quod iniucundior esset atrocia omnia prædicantium sermo, præsertim quum cuncta ad votum impiorum adhuc respondere viderentur. Vide luculentum eius rei exemplum Am 7, 10. seqq. & cf. *Lutheri* nostri Præfat. in Hoseam, it. Hos. 4, 4. Namque omni æuo non defuerunt, qui purum Dei verbum pro suspecta doctrina aut hæresi traducerent Hos. 8, 12. Et vt *Schmidius* ad Hos. 4, 4. p. 147. obseruat, *adeo idololatrica hypocrisis Israelitarum eos dementauerat, vt iustos se & religiosos existimarent*, nec suam agnoscerent malitiam, sed strenue potius contradicerent, & falsi accusarent redarguentes. Et p. 149. Ita, inquit, tempore Prophetæ Ieremiæ contendebant Iudæi cum Ieremia, quasi recte fecissent, quando adoleuerunt Melechet cælorum Ier. XLIV. Et quid mirum? cum Iudæi cum Pharisæis hypocritis ausi sint Christo ipsi contradicere, & suam hypocrisin defendere; itemque postea Apostolis, hodieque veris doctoribus.

quam priuatos: §. 7. *Priuati* vero *homines* in hoc præcipue studium incumbebant, vt quibus possent artibus ac dolis opes aliquas corraderent, aliorumque incommodo ditescerent. vid. Hos. 4, 2. c. 12, 8. 9. Am. 2, 6. seqq. &c. Quid dicemus de inuidia, scortationibus, adulteriis, aliisque vitiis? Hos. 4, 11. 13. 14. Lernam profecto omnium impietatum & scelerum in hoc populo vidisses, vt *Brentius* scribit in præfat. ad hunc librum. Vid. Hos. 4, 1. 2. c. 6, 10. c. 7, 1. Si qua vero calamitas, vt *fames* & annonæ penuria Hos. 7, 14. c. 8, 7. item horribilis ille *terræ motus* Am. 1, 1. qui regni concussionem minitabatur, vid. not. 2 Reg. 14, 29. aut *hostium vis*, diuino iudicio ipsis accideret, non sincere ad Iehouam Deum suum conuertebantur c. 7, 14-16. vt diximus; sed modo ad *Assyrios*, modo ad *Aegyptios* confugiebant Hos. 5, 13. c. 7, 11. c. 8, 9. 13. c. 12, 2. & cum gentibus illis se commiscebant Hos. 7, 8. pietatis vero doctores deridebant Hos. 7, 16. vid. 2 Par. 30, 10 perstituri aduersus expressum verbum Dei, si de humanis præsidiis sibi prospexissent Hos. 5, 14. Id quod frustra esse, non crediderunt prius Hos. 7, 9. quam euentus docuit, non irritas esse Iehouæ comminationes Hos. 6, 14. c. 7, 12. 13. 16. c. 8, 3. 8.

Etiam in Iudæis. §. 8. Nec multo etiam melius *in Iudæis* se res habebat, vt ex historia temporum Vzziæ, Iothami, Ahazi & Hiskiæ &c. notum est. Etsi namque in statu politico sub *Vzzia* & *Iothamo* res eorum satis constarent, neque Vzzias initio regni sui, nec Iotham, impie aut infeliciter rem sacram tractarent; torpebat tamen in secundis rebus pietatis studium, & sub *Ahazo* in apertam idololatriam degenerabat. Cumque DEVS post mortem Ahazi de meliore principe in *Hiskia* Iudæis prospexisset, qui serio diuina curabat, cuius etiam auspiciis emendatio aliqua facta fuit; Principes tamen, Leuitæ quoque & Sacerdotes, item populus, non pari pietatis studio feruebant. Vnde post mortem Hiskiæ sub degenere filio ipsius *Manasse* omnia in deterius ruebant ita, vt huic malo deinde nec ipse Manasses, tandem resipiscens, nec optimus, & nulli pietate in Deum secundus Rex *Iosias* mederi potuerit. Quumque hic flebili casu extinctus esset, tandem cum crescente impietate, cui omnia frena *filii eius* laxabant, etiam diuina iudicia, & Hierosolymæ totiusque reipublicæ excidium maturata sunt; quo de vide Præfat. in Ierem. §. 7. & 8.

Scopus Propheticarum concionum. §. 9. In tanta igitur Ecclesiæ & reipublicæ vtriusque corruptione, ne non moniti omnes perirent, Deus pro immensa bonitate sua, non vnum, sed plures testes veritatis, & quasi totam cohortem Prophetarum, illo tempore excitauit, qui serio errantes monerent, & in viam reuocarent, vel inexcusabiles saltem redderent præfracte malos; paucas autem piorum reliquias promissa itemtidem salute æterna per Christum sub imminentibus iudiciis erigerent, ac in spe & fide confirmarent. Vnde non solum cordate integra regna adgrediuntur hi Dei homines, & libere reprehendunt errores & impietatem Regum & Principum, Sacerdotum & populi, quum maxime omnia florere viderentur; sed etiam bonos ac pios, vt modo diximus, promissionibus de Christo sæpius repetitis mirifice consolantur, vt præfat. in Esaiam ac Ieremiam iam dictum est.

Argumentum Hoseæ. §. 10. Ita *Hoseas*, de quo in præsens potissimum agimus, primum duobus *typis*, mox etiam *simplici sermone* Israelis turpissimam idololatriam figurat, & ob impletam peccati mensuram excidium instans toti regno, tum Israelis, Hos. 1, 4. tum Iudæ c. 5, 5. illorumque reiectionem c. 1, 9. c. 2, 4. præcise denunciat c. 5, 6. 9. 12. seqq. Subinde tamen etiam promittit, pereunte impia multitudine futurum, vt reliquiæ saluentur, & velut e communi incendio eripiantur, pluscula de Christi æterna diuinitate, officio, morte, victoria, beneficiis, c. 1, 7. c. 2, 20. seqq. c. 6, 1. seqq. gentium vocatione c. 2, 1. regno Christi, Israelis & Iudæorum conuersione c. 1, 2. 18. 21. 25. c. 3, 5. c. 6, 1. c. 11, 10. 11. c. 14, 3. seqq. stilo ad Esaiæ dictionem felicissimam accedente, vaticinatur. cf. *Heideggeri* Enchiridion Biblicum p. 308.

Partes libri §. 11. *Septem* vero *conciones* liber illius complectitur, vt communiter fere censent eruditi, duas *typicas*, & reliquas *simplices*: I. cap. 1. & 2. II. c. 3. III. c. 4. IV. c. 5. 6. 7. V. c. 8. 9. 10 VI. c. 11. VII. c. 12. 13. 14. vid. *Calouii* Biblia Illustr. *Gurtleri* Theol. Proph. p. 106. seqq. aliique. Ita etiam *Heideggerus* in Enchirid. p. 310. nisi quod hic *quintam* concionem finit c. 6. & *sextam* incipit c. 7. *Schmidius* autem *decem* numerat *prophetias*: I. c. 1. 2. II. c. 3. III. c. 4. IV. c. 5. 6. V. c. 7. VI. c. 8. VII. c. 9. 10. VIII. c. 11. IX. c. 12. 13. & X. c. 14. 2. seqq. Alii totum librum diuidunt in conciones *legales* a c. 1-10. & *Euangelicas*, de amore Dei in Christo filio suo c. 11. seqq. quod tamen non omnino exclusiue, sed κατ᾽ ἐξοχὴν & synecdochice intelligendum volunt.

diuersi temporis. §. 12. Non vno autem *tempore*, sed *diuerso Hoseæ* hæc *vaticinia edita* esse, cum ex argumento singulorum penitius inspecto, tum ex hoc constat, quod ex *Lightfooti* in Chronol. V. T. p. 93. aliorumque calculo vaticinandi munus ipse obiit minimum 70. vel sec. *Heideggerum* 60. annos, impletamque forte vidit prædictionum suarum veritatem in populo Israelis captiuo, cum eius regni finis *in Hiskiæ* (cuius initiis Hoseas superuixit Hos. 1, 1.) annum sextum inciderit 2 Reg. 18, 10. Quia tamen nec initium prophetici ipsius muneris præcise est definitum, nec etiam finis; ideo incertum est, quod alii putant, Hoseam per 90. annos prophetam egisse. Vid. *Frisius* in Proleg. &c. Vt etiam quæque huius libri prophetia siue caput, vel capitis pars, ad proprium annum referatur, quo edita est, adeo fieri non posse fatetur *Lightfoot* l. c. vt ne ad tempus quidem singulorum Regum, quorum c. 1, 1. in titulo libri mentio fit, singula certo referri queant. *Duo* tamen *prima capita* in ipso concionandi principio *sub Ierobeamo & Vzzia* omnino prolata videntur, cum Propheta adhuc iuuenis esset, & de matrimonio cogitaret. cf. c. 1, 2. Ier. 16, 2. & præf. in Ierem. §. 20. *Tertium* quoque & *quartum caput* Hoseæ eodem tempore edita videntur, quia c. 4, 3. mentionem facit *plagæ locustarum*, atque eorum, de quibus Ioel & Amos verba fecerunt. Caput autem *quintum & sextum Lightfootus* p. 102. non male temporibus *Ahazi* edita censet; *septimum* vero & *sequentia* ad finem vsque libri circa vltima tempora Hoseæ, vltimi Regis Israelitarum, siue *sub initium regni Hiskiæ*; vt suis locis dicemus. vid. *Lightfoot. p.* 105. & not. 2 Reg. 17, 4.

Vsus & auctoritas diuina. §. 13. Pertinent autem eius prophetiæ non ad Israelitas solum, etsi his inprimis prædicauit, sed suo modo ad vtrumque & Israelis & Iudæ regnum, vt vel ex primo capite constat. Immo, *quæcunque in eo ac reliquis Prophetis præscripta sunt, ad nostram etiam doctrinam sunt scripta, vt per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus.* Rom. 15, 4. Nec tantum in ipso titulo libri c. 1, 1. *verbum Dei* nobis commendatur, ideoque dudum in canonem diuinum est relatus; sed etiam in N. T. a Christo & Apostolis, tanquam fundamentum fidei, & norma credendorum, sæpius allegatur. Conf. Matth. 2, 15. cum Hos. 11, 1 Matth. 9, 13. & c. 12, 7. cum Hos. 6, 6. Luc. 23, 30. & Apoc. 6, 16. cum Hos. 10, 8 Rom. 9, 25. Hos. 2, 25. Rom. 9, 26. Hos. 2, 1 Cor. 15, 54 55. Hos. 13, 14. 1 Petr. 2, 10. Hos. 1, 9. c. 2, 1. 3. 25. add. Hebr. 13, 15. coll. Hos. 14, 3. Hæc præmonuisse, nunc satis sit. *Beatus est, qui legit & audit verba prophetiæ, & qui obseruat, quæ in ea scripta sunt!* Apoc. 1, 3.

---

b) Volebant namque Ierobeam & consiliarii eius Iehouam in vitulis coli, nec religionem corruptam, sed in maiorem commoditatem redactam, ne populus cogeretur cum ingenti molestia Hierosolymam adscendere, vt *Schmidius* bene scribit ad Hos. 8, 4.

LIBER HOSEÆ,

HEBRAICE הושע

CAP. I.

א דבר־יהוה אשר היה אל־הושע בן־בארי בימי עזיה
יותם אחז יחזקיה מלכי יהודה ובימי ירבעם
2 בן־יואש מלך ישראל׃ תחלת דבר־יהוה בהושע ויאמר
יהוה אל־הושע לך קח־לך אשת זנונים וילדי זנונים כי־
3 זנה תזנה הארץ מאחרי יהוה׃ וילך ויקח את־גמר בת־
4 דבלים ותהר ותלד־לו בן׃ ויאמר יהוה אליו קרא שמו
יזרעאל כי־עוד מעט ופקדתי את־דמי יזרעאל על־בית
ה יהוא והשבתי ממלכות בית ישראל׃ והיה ביום ההוא
6 ושברתי את־קשת ישראל בעמק יזרעאל׃ ותהר עוד
ותלד בת ויאמר לו קרא שמה לא רחמה כי לא אוסיף
עוד

CAP. I. ℣.1. *a*) Ion. *Verbum prophetiæ a Domino.* Titulus s. inscriptio totius libri, ex quo diuina eius patescit auctoritas. cf. Ioel 1,1. Ion. 1, 1. Mich. 1, 1. &c. & Præf. §. 13. Habet vero hoc caput *priorem primæ Prophetiæ partem*, de Hoseæ matrimonio & tribus liberis, eorumque mystica aut symbolica denominatione. cf. Præf. §. 10. *b*) *quod factum est.* Ezech. 1, 3. vel externa voce, vel potius per inspirationem, vt 2 Reg. 20, 4. *c*) *ad Hoseam*, quod nomen dicit *Salua, o Deus!* scil. vt Propheta verum Saluatorem v. 7. Matth. 1, 21. figurauit infra c. 3, 1. ita etiam nomine suo inculcauit. cf. not. Es. 1, 1. & Zeph. 1, 1. Quemadmodum sub *Hosea* s. *Iosua* quondam Israel intrauit in terram Canaanis Num. 13,8.16. & sub quodam *Hosea* inde educti fuerunt in captiuitatem 2 Reg. 17, 1. seqq. ita suscitauit Dominus *Hoseam*; primum horum Prophetarum, qui ingratam eorum mentem perstringeret ratione introitus, & terribilia denunciaret quoad captiuitatem; inquit *Lightf.* Chron. p. 92. *d*) de quo plura in Scriptura non habemus. Alii conferunt 1 Par. 5, 6. sed admodum incerta ratione. *e*) qui etiam *Azarias* dictus est, & 52. annos regnauit. 2 Reg. 14, 21. c. 15, 1. seqq. *f*) qui sedecim annis Rex fuit 2 Reg. 15, 32. *g*) & hic 16. ann. regno præfuit. 2 Reg. 16, 1. seqq. *h*) 29. annos regnauit 2 Reg. 18, 1. *i*) coæuus itaque Hoseas fuit Iesaiæ &c. vid. Præf. §. 3. & Es. 1, 1. *k*) *nempe incipiens in diebus viuentis adhuc Ierobeami II.* Am. 1, 1. c. 7, 9. qui 41. annos satis feliciter alioqui regnauit ex diuina misericordia. 2 Reg. 14. 23. 25. 28. vsque ad annum Vziæ 17. vid. 2 Reg. 15, 1. & hic not. ad v. 4. *l*) quo de 2 Reg. 13, 10. seqq. *m*) Non vero sub hoc tantum rege Israelis Hoseas vaticinia sua

sua edidit, sed initium sub illo fecit, vt diximus. Nam sine dubio vsque ad Hoseam, vltimum Regem Israelis, vaticinatus est, quia vsque ad Hiskiam fuit locutus. cf. Præf. §. 11. & *Abarb.* in Proph. post. f. 1. b.

℣. 2. *n*) S. *Principio locutus est.* sicut רבת aduerbiascit Ps. 120, 6, Ps. 129, 1. &c. Al. *Initium quo locutus est*, subintell. relat. vt Ex. 6, 28. Es. 29, 1. Al. vt Ion. *Initium verbi Domini ad Hoseam*, sc. *fuit hoc. vt diceret* &c. coll. Ier. 5, 13. Marc. 1, 1. Ceterum nonnulli (etiam *Ligh* [...]*t.* Chron. p. 93.) ex his verbis colligunt, Deum prædictionum propheticarum initium fecisse per Hoseam, vt ita sit Prophetarum omnium primus; sed chronologia non congruit, neque verba id inferunt, quæ recte redduntur *de prima Hoseæ prophetia* a LXX. Chald. &c. inquit *Calou.* *o*) *in Hosea* vel *per Hoseam.* cf. 2 Sam. 23, 2. Heb. 1, 1. *p*) asyndeton emphaticum. cf. c. 3, 1. *q*) *duc tibi* vxorem legitimo coniugio. Gen. 24, 3. 67. c. 34, 4. Ier. 29, 6. *r*) *mulierem scortationum* c. 2, 4. Gen. 38, 24. h. e. talem *quæ fuit scortatrix*, sed pœnitentia emendandam. Genitiuus est adiuncti, vt *vir sanguinum & doli* Ps. 5, 7. &c. Vt alia hic prætereamus, existimat quidem S. *mulierem scortationum* h. l. nihil aliud esse, quam *pellicem, sine pactis dotalibus & sponsalibus ductam*, coll. Iud. 11, 1. sed simplex sensus nihil habet incommodi, si omnia recte considerentur. Neque enim vxorem ducere, quæ meretrix fuerat, illicitum erat, nisi sacerdotibus Leu. 21, 7. 14. vid. *Pfeiff.* Dub. Vet. ad h. l. & cf. Ios. 2, 1. c. 6, 16. 24. Mat. 1, 5. c. 21, 31. Fuerunt, inquit *Calou.* ad h. l. Deo sapientissimo caussæ graues, cur id mandaret, *tum publica*, vt nempe populo idololatriam non tantum vehementius exprobraret, sed etiam eundem commoneret, suamque benignitatem ac μακροθυμίαν, quod ipsos, etsi fornicarios, ferat, & beneficiis adficiat, ob oculos poneret: *tum priuata*; vt nempe scortum illud a procis suis auocaret, & per Prophetam conuerteret. *Neque id sanctitati Prophetæ aduersum &c.* *s*) *& filios scortationum*, h. e. sec. *Pfeiff.* aliosque, *spurios, s. per scortationem ex matre natos*, sed vna cum ipsa a Propheta cooptatos. cf. c. 2, 6. Quo miro schemate opus erat apud effrænes Israelitas, ad quos nudæ veritati nullus patebat aditus: feriebatque hoc portentum securorum animos diutius & efficacius. cf. Es. 20, 2. 3. Ier. 27, 2. Ez. 4, 1. seqq. At S. i. e. *accipe mulierem, & gigne ex ea liberos.* vt alii non intelligantur, quam ex Propheta nati, quorum natiuitas & nomen exponitur in sequentibus. *t*) sc. spiritualiter. c. 4, 12. 15. Ier 3, 1. 6. seqq. Ez. 23, 5. cf. infra c. 3, 1. *u*) *terra*, meton. *incola terræ* s. totus populus. cf. c. 4, 1. Id quod coniugis tuæ moribus illis repræsentabis. *x*) cf. 1 Reg. 11, 2. seqq. 2 Reg. 17, 21. Zeph. 1, 6. ℣. 3. *y*) *Abiit itaque* Propheta *& duxit* in vxorem, nihil contra iussum Dei cunctatus Gal. 1, 16. *z*) *Gomeram filiam Diblaiimi.* Plura de ipsa aut parentibus in Scriptura non referuntur. *Diblaim est* viri nomen, vt *Ephraim.* Alii, etiam Hillerus, *oriundam* eam fuisse putant *Diblaiimis*, quæ *Diblah* Ez. 6, 14. vel *Diblataim* Ier. 48, 22. dicta fuerit, vrbs Moabitarum. idque Ligthfooto p. 93. notat *corruptionem ficuum*, coll. Ier. 24, 3. sed simplicissimus Scripturæ stilus est, vt filii filiæue a patribus describantur; inquit *S.* *a*) Gen. 4, 1. c. 16, 4. 15. c. 21, 1. *b*) ex ipso conceptum. Gen. 30, 5. 7. 17. c. 38, 25. ℣. 4. *c*) Cum *nomen* huius filii Hoseæ *symbolicum* esse debuerit rei occultæ, cuius reuelatio s. prædictio solius Dei omniscii erat, non potuit ab alio, quam ipso Deo imponi. *S.* *d*) cf. v. 6. 9. Es. 8, 3. *e*) idem nomen fuit regiæ vrbis 1 Reg. 21, 1. 2 Reg. 9, 21. seqq. q. d. *disperget* vel etiam *seminabit Deus.* Vt enim hic in malam partem, sic infra c. 2, 24. in bonam sumitur, diuersissima & opposita significatione, sec. vtramque, quam sustinere potest, interpretationem. Ion. *dispersos.* *f*) *parum temporis.* Es. 29, 17. Hag. 2, 6. o. ἔτι μικρόν. Ioh. 16, 16. Hinc vero colligunt interpretes, quod Prophetia hæc edita sit non diu ante mortem Ierobeami, postquam visitata demum est domus Iehu. *S.* *g*) c. 2, 15. c. 4, 9. Ex. 20, 5. *h*) *sanguines Iizreelis*, h. e. *cædes*, per iniustas condemnationes aut alias crudelitatis species a Regibus *in Iezreel*, &, ad aulæ exemplum, in reliqua terra *commissas*. cf. *S.* & infra c. 4, 1. 2. it. Præf. §. 4. seqq. *i*) cuius tamen regnum singulari prouidentia Dei niti videbatur. vid. 2 Reg. 10, 30. c. 14, 25. Impletumq; est hoc vaticinium in cæde *Zachariæ* filii Iarobeami, per *Sallumum* 2 Reg. 15, 10. cf. etiam not. 1 Reg. 16, 7. *k*) *& sic* tandem prorsus *cessare faciam* c. 2, 13. Es. 13, 11. *Vau* præfixum non coniungit hic, quæ vno continuo tempore facta sunt, sed potius, quæ longo satis interuallo, quinquaginta circiter annorum, se exceperunt. *S.* *l*) 1 Sam. 15, 28. *m*) X. tribuum. vid. 2 Reg. 17, 6. cf. etiam infra c. 2, 5. Es. 17, 4. seqq. ℣. 5. *n*) scil. iræ & vindictæ meæ, c. 5, 9. c. 9, 7. Am. 5, 18. *o*) *tum frangam arcum* & reliqua arma i. præsidia, quibus freti sunt. cf. Leu. 26, 19. Ier. 49, 35. Ez. 30, 21. c. 39, 3. Ps. 76, 4. Ps. 78, 9. *p*) *in valle* i. *planitie Iezreelis.* Ios. 17, 16. Iud. 6, 33. ita, vt etiam Iezreel & Samaria tandem superentur ab Assyriis, & nihil Israeli relinquatur. cf. Præf. §. 7. 10. ℣. 6. *q*) quæ symbolico nomine, æque vt mascula proles, mala Israelitis portendere debebat. *Schmidio* etiam in specie videtur respici ad *sexus miserabilitatem*: Sexus enim muliebris præ virili misericordiam consequi solet; at hic ne illi quidem Deus parcere voluit. *r*) vid. v. 3. *s*) *Lo-ruchama* v. 8. q. d. *Non-misericordia.* o. οὐκ ἠλεημένη. sic 1 Pet. 2, 10. cf. infra c. 2, 25. *t*) *non addam amplius*; vt *miserear.* cf. sim. contr. Es. 47, 1. 5. Prou. 23, 35.

CAP. I. ℣. 1. בהושע *Spatium* post Atnachum relinquunt 2. 3. 5. קח לך sic se. 5. זנה cum *Kri* זני 2. ℣. 3. ותהר per *Tbhir* 3. 6. 9. 10. at per *Sakephg.* 1. Consequenter ותלד per *Merca* 2. 6. 9. 10. ℣. 6. רחמה per *Pat.* se. 1. 3. sec. Mas. 1. & *Erff.* Sic 1. 5. c. 2, 3. sec. *Mas.* *Erff.* ibid.

7 עוֹד אֲרַחֵם אֶת־בֵּית יִשְׂרָאֵל כִּי־נָשֹׂא אֶשָּׂא לָהֶם׃ וְאֶת־
בֵּית יְהוּדָה אֲרַחֵם וְהוֹשַׁעְתִּים בַּיהוָה אֱלֹהֵיהֶם
וְלֹא אוֹשִׁיעֵם בְּקֶשֶׁת וּבְחֶרֶב וּבְמִלְחָמָה בְּסוּסִים
8 וּבְפָרָשִׁים׃ וַתִּגְמֹל אֶת־לֹא רֻחָמָה וַתַּהַר וַתֵּלֶד
9 בֵּן׃ וַיֹּאמֶר קְרָא שְׁמוֹ לֹא עַמִּי כִּי אַתֶּם לֹא עַמִּי וְאָנֹכִי
לֹא־אֶהְיֶה לָכֶם׃

ב וְהָיָה מִסְפַּר בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל כְּחוֹל הַיָּם אֲשֶׁר לֹא־יִמַּד
וְלֹא יִסָּפֵר וְהָיָה בִּמְקוֹם אֲשֶׁר־יֵאָמֵר לָהֶם לֹא־עַמִּי אַתֶּם
2 יֵאָמֵר לָהֶם בְּנֵי אֵל־חָי׃ וְנִקְבְּצוּ בְּנֵי־יְהוּדָה וּבְנֵי־
יִשְׂרָאֵל יַחְדָּו וְשָׂמוּ לָהֶם רֹאשׁ אֶחָד וְעָלוּ מִן־הָאָרֶץ כִּי
גָדוֹל

u) c.2,6. q.d. sæpius misertus sum: expositam in Ægypto adoptaui Ez.16,4.seqq. prostratam sub Iudicibus erexi Ps. 106, 44. seqq. adulteram sub regibus reuocaui Ier. 3, 1. &c. *Vrsinus.* At *S.* Sensus est, inquit: hactenus sæpius misertus sum: sæpius apud me dixi, miserebor domus Israelis, & nuper modo ita feci, quando per Ierobeamum restitui terminos Israelis 2 Reg. 14, 25. 26. postea autem illud non faciam, sed deuastationi omnimodæ & perpetuæ eos tradam. Nam ex quo prophetia hæc edita est, Deus non amplius misertus est regni Israelitici, sed ruere semper siuit in peius, donec tandem ita totum corruit, vt ex captiuitate etiam sua nunquam redierint in terram suam, regnumque aut rempublicam fecerint: donec sub Christo ad spiritualem salutem inuitati & adducti sunt. x) *nam auferendo omnia auferam illis.* Hoc cum *S.* simplicissimum putamus, coll. Es. 8, 4. Ier.49, 29. cf.etiam Ier.15,6.

℣. 7. y) *Domus tamen Iuda,* quæ a Ioaso, patre Iarobeami, valde attrita & in contemtum perducta erat 2 Reg.14, 13. z) *miserebor;* liberando eos cum ab Assyriis 2 Reg. 19, 35. tum e Babylonica captiuitate. Idque non solum ob Hiskiæ pœnitentiam & reliquias piorum, sed inprimis ob nascendum e Domo Iudæ Messiam, & de eo Patribus factam promissionem. cf. Gen.49,10. 2 Sam. 7, 12. seqq. 1 Reg.11,36. 39. 2 Reg.8,19. &c. a) *& tandem saluabo eos;* Israelitas non minus, quam Iudæos. vid. c.2, 2. Es. 14, 1. Zeph. 3, 19. Deut. 33,29. Apparet hinc, inquit *S.* quod Iudæ, & liberationis eius, fiat mentio non tam propter Iudam, quam propter Israelitas miseros, vt illis aliqua saltem consolatio spiritualis relinquatur, cum omnis temporalis negata sit. b) *per Iehouam Messiam* Es. 45, 8. Ier. 23, 6. Ps. 24,8. Ion. *per Verbum Domini.* sc. in quod crediderunt pii Ps 106, 12. c) *Deum suum.* cf. c.3,5. Ps. 7, 14. c.8,8.10. c. 9, 5. &c. Nota,

CAP. II.

inquit *Gusset.*

הפטרת במדבר סני

p.52. seq. *pluralem de vna persona Filii*, vt Ps.45,8. Ps. 82, 1. vt *lumbi* duale, de vno Ez.9,2.3.11. *duæ molæ*, de vna Deut. 24, 6. *duo ordines dentium* de suscina vnum ordinem habente 1 Sam.2,13. *duo latera* pro vno Iud. 19, 1. Es. 14,13. Ps.48,3. &c. ⊙. ἐν Κυρίῳ Θεῷ αὐτῶν. cf. c.2,25. Ioh.20,28. d) *non enim saluabo eos.* Modus saluationis additur, per verbum Euangelii, negatiue descriptum. *S.* e) c.2,20. cf. Ps.44,7. Ioh.18,36. f) c.14,4. g) 1 Sam.8,11. quibus Israelitæ fidebant. infra c.10,13. Ps. 20,8. cf. supra v.5. Mich.5,9. seqq. ℣. 8. h) *Quumque* mater *ablactasset* Gen.21,8. 1 Sam.1,22.24. i) *Lo-rûchamam* v.6. ℣.9. k) *Et dixit Iehouah.* vid. v.4. l) *Lo-ammi* i.e. *Non populus meus.* Sensus autem est partim *de præsenti,* quod nunc non sint populus Dei; partim *de futuro,* quod futuri sint *non-populus Dei.* – Nimirum sub V.T. (huc enim respiciendum est) populus Israel erat *populus Dei non tantum spiritualiter,* quomodo etiam sub N.T. Ecclesia Christi est populus *Dei: sed etiam politice,* quoad singularem reipublicæ gubernationem & prouidentiam in terra Canaan cum certis cultus diuini ritibus. Vnde *esse non-populum Dei* est prouidentia ista singulari Dei priuatum esse, & ipsa terra Canaan hereditaria, cum externa forma ecclesiæ & reipublicæ certa, carere. Atque adeo significatur omnimoda Ecclesiæ & reipublicæ euersio. *S.* m) *Quia namque.* ratio & etymologia istius nominis mystici. n) *vos.* procul dubio compellat eos, quibuscum hactenus actum, nempe X. tribus. *S.* Alii ad vtrosque, Iudæos v. 7. & Israelitas v.6. hoc referunt, propter repudiatum Saluatorem v. 7. vsque ad tempus ἀποκαλύψεως, quo reassumendi, congregandi & coadunandi sint Israelitæ & Iudæi in vnitate fidei, Christo capiti Ecclesiæ & Sponso adhæsuri, c.2, 1.21. vt læta catastrophe appareat, de qua sibi inuicem gratulari debeant. c.2,3. Ita *Maii* Oecon.p.878.seq. Etiam *Gurtlerus* Theol.Proph.p.499. Iudaica natio inquit, quæ hucusq; peculium erat Dei, repudiabitur & abiicietur; sed Dominus ex aliis populis, ab ipsius gratia diu remotis, innumeros tollet filios, *filios Israelis* non quidem sec. carnem, sed sec. spiritum. coll. Rom.9,25.26. Matth.21, 41.43. Es.65,1-7.&c. o) *non-estis populus meus*, nec vt tales decet, vos geritis. cf.c.2,4. p) *ideo etiam ego.* iustissimo talionis iure. q) *non ero vobis* s. *vester Deus,* nec pro populo meo vos agnoscam. cf. Gen.17,7.8.Ex.19,5.6.Leu.26, 12.&c. Ion. *Ideo Verbum meum non est in auxilio vestro.* CAP. II. ℣. 1. r) *S. Erit tamen* tandem aliquando, tempore Messiæ, (de quo id etiam Rabbini, Kimchi, Abarb. &c. accipiunt) in statu & regno spirituali. Sequitur namque hic I. *mitigatio præcedentis comminationis,* per promissionem de instauratione ecclesiæ sub N.T. vocatione gentium, & Israelis conuersione. v.1.2.3. II. In sequentibus Hoseas hactenus certis symbolis indicata specialius deducit, & plenius planiusque explicat cum comminationes, tum promissiones, supra factas. s) ingens *numerus.* Num.23,10. t) non tantum carnalium, sed quod plus solatii habet, verorum & spiritualium *filiorum Israelis;* tum ex Israelitis, tum ex gentibus colligendorum Rom.9,6.7.24.25. Es.42,6.c.49,6.c.56,6.7. c.60,3. &c. Vocantur enim *gentes cum Israelitis filii Israel,* quia non Israelitæ in communionem gentilium, sed gentiles in communionem Israelitarum per Christum venerunt: sicut Paulus Rom. XI. egregie ostendit. Sunt itaq; *filii Israel,* Israelitæ posteri Patriarcharum, & omnes illi gentiles, qui ad Israelem pertinent eiq; adhærent. *S.* u) cf. Es.10.22. Rom. 9,27. x) *quæ* ab hominibus neq, *mensurabitur* Ier.33,22. y) *neq; numerabitur* 1Reg.3,8. nec per vestram perfidiam fiet, vt fallant Patribus a Deo factæ promissiones Gen.15,5.c.22,17.18.c.26,24.c.32,13. &c. coll. Num.23, 19. Rom. 11,29.&c. z) *Erit namque.* Ratio redditur, vnde tantus numerus filiorum Israel futurus, quia nimirum Iudæis & gentibus prædicabitur Christus. S. a) Ion. *in loco quo abducti sunt inter gentes.* LXX. vt Rom.9,26. b) *quo,* sec. hanc prophetiam meam, *dicetur.* c) *Israelitis* non minus quam gentibus. d) c.1,9. 1 Pet.2,10. e) *illic* (ita euidentiæ caussa Rom.9,26. & LXX. in MS. Alex. item Syr. h.l.) *dicetur illis* (cf. Es.4,3.c.6,6.) Israelitis & gentibus. cf. Es. 19,25.c.65,1. f) *filii.* vid. Ier.31,20.& cf. Ex.4,22. Deut.14,1. Rom.9,4.c.8,15.seqq. Gal.4,5. 1 Ioh.3,1.&c. g) non diaboli Ioh.8,44. 1 Ioh.3,8.10. adeoq; iræ Eph.2,3.& maledictionis 2 Pet.2,14. sed filii *Dei viuentis* Ps.42,3.Ps.84,3. 2 Cor.3, 3. 1 Thess.1,9. scil. *vos* estis per fidem in Iesum Christum Ioh.1,12. Gal.3,26. Ergo non promittitur illis regnum s. respublica restituenda in terra Canaan, & prior externus cultus Mosaicus, in quo filiatio Dei non consistit. *Esse* enim *filium Dei,* mere spirituale est, inquit *S.* ℣.2. h) *Congregabuntur enim* vel *congregabunt se* vocati, ad Ecclesiam Christi. vid. Es.11,12.c.49,18.c.60,4.Ps.102,23. ⊙. Καὶ συναχθήσονται. Ioh.11,52. i) quotquot erunt filii Dei v.1. reliquiæ veræ Es.10,22.Rom.9,27. k) quotquot tales ex fide Gal.3,7.9.cf. Mich.2,12. l) *vna,* in fidei vnitate. cf.Es.11,13.Ier.3,18.19.Ez.37,19.22.Eph.2,14. m) *& ponent* s. *constituent sibi* Deut.17,15. non sua auctoritate l. electione Ioh.15,16. sed fiduciali adprehensione & obsequio. 1Cor.6,17. cf. verbum Ps.52,9.Ps.91,9. n) *caput vnum,* nempe CHRISTVM, *de domo Dauidis,* vt add. Ion. & recte id de Messia etiam accipiunt R. Salomo, Kimchi & Abarb. cf. ad phrasin Num.14,4. & rom Mich.2,13. Merito autem vocatur Christus *Caput:* t.q. sub quo omnes fideles vniuntur in vnum corpus mysticum; in quo ille officium capitis, vt Rex & Sacerdos, efficacissime exercet inquit *S.* cf. Eph.4, 15. Col.1,18.c.2,19. o) *& ex vniuersa terra adscendent* ad ciuitatem Dei s. nouam & spiritualem Hierosolymam Zach.14,17.seqq. Heb.12,22.cf.Es.66,20.22. phrasi ex V.T. petita, sed sec. indolem N.T. intelligenda. vid. Ps.122,4. al. vt *Luth.* adscendent ad cælestem patriam & meliorem vitam ex hac peregrinationis terra. cf. Phil.3,20. At *S. adscendent* Apostoli & euangelii doctores *e terra* Israelis *in vniuersum mundum,* coll. Es.2,3. Luc.24,47. sic vero malim significationem verbi bellicam, sed spiritualiter intelligendam, h.m. *& exibunt* ad oppugnandum regnum diaboli inter gentes &c. coll. 1 Sam. 7, 7. Es. 7, 1. c. 21, 2. &c.

CAP. II. ℣. 1. וְהָיָה cum *Gaiah B. Naphtali,* itemque 1. 3. 5. sec. *Mas. Erff.* אֲשֶׁר יֵאָמֵר per *Kadma* 1.2.3.5.6.9.14.20.

גָּדוֹל יוֹם יִזְרְעֶאל׃ אִמְרוּ לַאֲחֵיכֶם עַמִּי וְלַאֲחוֹתֵיכֶם 3
רֻחָמָה׃ רִיבוּ בְאִמְּכֶם רִיבוּ כִּי־הִיא לֹא אִשְׁתִּי 4
וְאָנֹכִי לֹא אִישָׁהּ וְתָסֵר זְנוּנֶיהָ מִפָּנֶיהָ וְנַאֲפוּפֶיהָ
מִבֵּין שָׁדֶיהָ׃ פֶּן־אַפְשִׁיטֶנָּה עֲרֻמָּה וְהִצַּגְתִּיהָ ה
כְּיוֹם הִוָּלְדָהּ וְשַׂמְתִּיהָ כַמִּדְבָּר וְשַׁתִּהָ כְּאֶרֶץ צִיָּה
ꝟ. 10. g) Ion. *Atque humiliabitur arrogantia Israelis, ipsis cernentibus*. sic LXX. Vulg. Syr. & Ar. Sed melius *S.* aliique: *Respondit insuper superbia Israelis in faciem eius*. quod significat claram & irrefragabilem conuictionem, per propriam conscientiam accusantem & conuincentem, vid. c. 5, 5. Pf. 59, 12. Sap. 17, 11. h) c. 5, 4. Am. 4, 6. 11. i) c. 5, 15. k) *in omni hoc* & omni illo tempore, quo isthæc omnia facta sunt iis. cf. Ef. 9, 12. 16. 20. Exaggeratur summa pertinacia, non tm. tot tantisque adflictionibus, sed etiam tanto tempore inuincibilis. *S.* ꝟ. 11. l) *Estque* s. *Factusque est Ephraim* & Israel v. 8. m) *sicut columba simplex*, aut *pellecta* Deut. 11, 16. Prou. 20, 19. cf. Prou. 22, 3. quæ hoc habet laudabile, quod nemini noceat; vituperabile, quod sibi non caueat. vt *Drusius* scribit. *Simplicitatem columbæ* in eo patere adferunt, quod retia non euitat, neque laqueos sibi paratos, cum se demittit ad cibum. - Sic Israelitæ pericula non præcauebant, & seipsos in hostium potestatem coniiciebant verba sunt *Bocharti* Hieroz. II. 21. 22. Est nimirum aliquid in simplicitate columbæ laude dignum; si inprimis prudentia accedat Matth. 10, 16. Rom. 16, 19. est a. aliquid in eadem vituperio dignum, si prudentia destituatur. Posteriori modo hic consideratur. Columba simplex est in actionibus suis, euentus nec præscia nec solicita: sic Ephraim abiuit in Aegyptum & Assyriam, nec præuidit, quod sine Deo res tota infeliciter cessura esset. *S.* n) *demens*. Ier. 5, 21. Syr. & Ar. *cui non est cor*. s. imprudens. Ad columbam per accentus referendum est. o) modo *Aegyptios* pro auxilio *inuocant*, non me Deum ac Dominum suum v. 7. vid. not. ad v. 1. & cf. c. 8, 13. c. 12, 2. 2 Reg. 17, 4. Sic etiam Iudæi Ef. 30, 2. c. 31, 1. p) modo *ad Assyrios abeunt*. vid. c. 5, 13. c. 8, 9. c. 12, 2. 2 Reg. 15, 19. ꝟ. 12. q) Tig. *Quum autem* illo proficiscentur. *S. Quum* ibunt. r) c. 5, 1. Ez. 12, 13. c. 17, 20. c. 19, 8. c. 32, 3. s) *rete meum*; vt per prouidentiam meam irretiantur, omniaque ipsis in malum cedant, nec pœnam meam effugere possint. cf. etiam Pf. 9, 16. Iob. 19, 6. Thren. 1, 13. t) *sicut aues cæli*, etsi volauerint. Gen. 1, 20. 30. *Cælum* h. l. sumitur pro infima sua parte. *S.* u) *deiiciam tn. eos* in terram, vt pereant. cf. Am. 9, 2. Obad. v. 4. Factum enim aliquando est, vt Israelitæ visi sibi sint omne malum euasisse, iugumque hostium etiam excussisse; sed subito mutatus est rerum status, & misere perierunt, vt Hoseæ Regi contigit, quem bene h. l. allegat Riuetus. *S.* x) *castigabo eos*. Hiph. (·) Ion. *correptiones adducam super eos*. cf. c. 5, 2. sed S. *castigationem eos faciam aliis, quum audiuerint famam, quæ erit congregationi eorum*, i. e. adeo grauiter illos puniam, vt aliis eos faciam exemplum iræ & pœnæ meæ. cf. Ef. 23, 5. y) *sec. auditionem* s. verbum *auditum* & adnunciatum. Hab. 3, 1. Ef. 53, 1. z) *cætui ipsorum* ex lege & Prophetis sæpius factam. Ier. 6, 18. cf. supra c. 5, 9. & Leu. 26, 14. seqq. Deut. 27, 15. seqq. c. 28, 15. seqq. 2 Reg. 17, 13-23. al. *iuxta famam* & rumorem *de cœtu ipsorum*, coll. Gen. 18, 21. ꝟ. 13. a) *Væ* itaque *illis!* propter ea, quæ dixi illis a me obuentura. c. 9, 12. Thren. 5, 16. cf. not. Ef. 1, 4. b) *diuagati sunt* c. 9, 17. derelictionem Dei denotat per turpem idololatriam. *S.* c) *deuastatio* certo determinata *est* & veniet *illis*. c. 10, 14. Ioel. 1, 15. d) c. 8, 1. Ef. 1, 2. Ion. *quod rebelles sunt in Verbum meum*. e) *Ego namque* non tantum ex Aegypto per Mosen Deut. 7, 8. c. 13, 6. c. 21, 8. Mich. 6, 4. & nuper a Syris per Ierobeamum II. 2 Reg. 14, 25. seqq. *eos liberaui*, sed æternum etiam *redemturus sum eos*. c. 13, 14. Pf. 25, 22. Pf. 130, 5. ο. ἐγὼ δὲ ἐλυτρωσάμην αὐτούς. Tit. 2, 14. 1 Pet. 1, 18.

ꝟ. 9. זרקה per *Cholem* z. in textu.

דברו עלי כזבים׃ ולא־זעקו אלי בלבם כי ייל׳ילו על־ 14
טו משכבותם על־דגן ותירוש יתגוררו יסורו בי׃ ואני
16 יסרתי חזקתי זרועתם ואלי יחשבו־רע׃ ישובו לא
על היו כקשת רמיה יפלו בחרב שריהם מזעם
ח לשונם זו לעגם בארץ מצרים׃ אל־חכך שפר כנשר
על־בית יהוה יען עברו בריתי ועל־תורתי פשעו׃
2 לי יזעקו אלהי ידענוך ישראל׃ זנח ישראל טוב אויב
3

ירדפו

Bbbb עא א

CAP. VIII.

f) at ipsi aduersus me, Deum & Redemtorem suum, locuti sunt mendacia; scil. sec. S. aliosque, dum resipiscentiam & meliora polliciti (vid. not. v. 1.) in priora vel deteriora etiam peccata relapsi sunt Ps. 78, 36. eaque vanis rationibus defenderunt 2 Reg. 17, 9. Deum nihilominus gratiosum sibi fingentes, infra c. 8, 2. vt qui externo aliquo cultu contentus, interna non curaret. vid. supra ad v. 2. aut quasi idola vel homines eadem, quæ Deus, beneficia c. 2, 7. 14. vel consilia c. 4, 12. aut auxilia præstarent, supra v. 11. &c. Conf. v. 15. c. 12, 1. 2. Iud. 16, 10. Es. 28, 15. 17. c. 57, 11. Ez. 13, 19. Am. 2, 4. Zeph. 3, 13. & summum gradum istius impietatis Mat. 26, 59. seqq. c. 27, 12. 13. &c.

℣. 14. g) cf. v. 7. c. 8, 2. h) ex animo suo. cf. v. 1. Es. 29, 13. Cohærentia hic nobis facillima est, inquit S. Nam porro describitur fallax & hypocritica Israelitarum pœnitentia, bene qd. cœpta, sed turpiter destituta, & per felices successus corrupta, vid. not. v. 1. & in specie preces, quod hypocriticæ fuerint, nec ex candido pectore profectæ. *Clamorem* autem *pœnitentiæ* hic intelligimus; quemadm. inprimis in libro Iudicum phrasis *clamare ad Deum*, de Israelitis oppressis, & liberationem pœnitenter quærentibus, frequenter vsurpatur. vid. Iud. 3, 9. 15. c. 6, 6. 7. c. 10, 10. 1 Sam. 12, 8. 10. &c. i) etiam *quando eiulant* Es. 15, 2. 3. k) cf. Mich. 2, 1. Ps. 4, 5. & contrarium Ps. 149, 5. Hæc circumstantia hypocrisin aggrauat. Nam qui valde tristes sunt, in lecto quoque suo somnum capere non possunt, sed misere per integras noctes eiulant; inprimis qui serio coram Deo contriti sunt; sicut Dauidis exemplo constat. Dicit itaque Dominus, quod Israelitæ adeo tristes & contriti fuerint, vt noctu etiam *super cubilibus suis eiulaverint*; neque tn. in corde suo, & sine hypocrisi, quæ tandem emersit, id fecerint. S. l) *super frumento & musto.* c. 2, 10. 11. c. 4, 11. c. 8, 7. c. 9, 2. m) S *congregant se*, quando idololatrici sacerdotes aut principes ad sacra Bacchi & Veneris eos inuitarunt, & vbertatem frumenti & musti promiserunt. Hithp. (3) 1. Reg. 17, 10. Ier. 30, 23. cf. Ps. 56, 7. Ps. 59, 4. al. vt Syr. *de frumento & vino solliciti sunt*; quia גור etiam *deficere* s. *metuere* significat, vt Deut. 1, 17. Ps. 22, 24. & infra c. 10, 5. n) *& recedunt contra me.* cf. 2 Reg. 13, 6. Es. 30, 11. Ier. 5, 23. c. 17, 5. Ps. 14, 3. Ion. *rebellauerunt in Verbum meum.* Putarim emphasin hanc esse in phrasi, quod *non tantum recedant* a Domino, sed etiam *contra nitentes* reuocanti & retinere volenti: quod est niti contra conscientiam, vt supra ad v. 10. habuimus. S. ℣. 15. o) c. 10, 10. S. hic incipit conclusionem totius capitis, h. m. *Quia itaque ego castigaui eos*, & mox confirmaui brachia eorum; illi vero nihilominus cogitant contra me malum; *ideo cadent gladio principes eorum* v. 16. Alii putant hic in specie redargui ingratæ mentis vitium. Ion. *Quantum vero ego adduco super eos castigationes, & robur addo brachiis eorum, tantum etiam ipsi cogitant addere coram me mala.* Optime Deus prægressas adflictiones vocat *castigationem*, quia non immiserat perdendi caussa, vt expresse habetur 2 Reg. 14, 27. S. Conf. Deut. 8, 5. Es. 28, 26. p) Ez. 30, 24. 25. *Confirmauit* autem Dominus *brachia eorum* in bellis Ioasi. 2 Reg. 13, 15--25. & inprimis Ierobeami 2 Reg. 14, 25. 26. vt hostes repellerent & terminos regni reducerent. S q) cf. v. 13. Nah. 1, 9. 11. r) dum hypocritice conuersi, cum vix bonum initium fecissent, ad pristina mala mox relapsi sunt, & pergere in iisdem præfracte secum constituerunt. Ita e. c. Reges Israëlis omnes ac singuli (etiam illi, qui cetera laudabiles fuerunt, vt *Iehu* 2 Reg. 10, 31. *Ioas* c. 13. 2. *Ierobeam II.* c. 14, 24. & vltimus *Hoseas* c. 17, 2.) superstitiosum & idololatricum Dei cultum per vitulos, contra tot monita & seuerissimas Dei correptiones Hos. 8, 5. nihilominus retinendum esse putarunt, iisdem falsis rationibus politicis permoti, quibus illum introduxerat, damnatæ in S. literis memoriæ Vir, Ierobeamus I. 1 Reg. 12, 26. seqq. ℣. 16. s) Concisum hoc comma S. interpretatur: *Reuertuntur* ad vomitum suum 2 Pet. 2, 22. cf. Ez. 8, 17. Neh. 9, 22. &c. ideo *non erit* illis *excelsus* s. Rex, coll. 2 Sam. 23, 1. *facti sunt sicut arcus dolosus*, ideo *cadent principes eorum* &c. Al. vt *Tig.* & plures: *Reuertuntur* s. *Conuertuntur*, sed *non* ad *Altissimum*, coll. v. 10. Ier. 4, 1. Alii denique, vt Eud. *de Dieu* & *Gusset.* p. 605. על pro aduerbio accipiunt, h. m. *Conuertantur*, sed *non sursum*, τὰ ἄνω c. 11, 7. ad cælestia aut diuina Phil. 3, 14. sed vt supra v. 14. dictum, τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες, ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία, Phil. 3, 19. Mittimus plura aliorum, quæ a textu aliena sunt. t) cf. c. 11, 7. 2 Sam. 23, 1. Es. 59, 18. u) *Dolosus* atque peruersus *arcus* est, qui percutit dirigentem & vulnerat dominum suum; inquit *Hieron.* Qui iaculatorem fallenti decipit ictu, Aut etiam intentus, neruo rumpente, fatiscit. qui scil. *remittit, nec ferit iaculando*, Ps. 78, 57. quod optime huc quadrat. Nam Israelitæ cœperunt pœnitentiam agere, sed mox remiserunt, & in priorem relapsi sunt impietatem. S. x) *ideo gladio cadent* v. 7. Ier. 44, 12. y) impii *principes eorum*, de quibus v. 4. 5. c. 9, 15. z) *ob indignationem* & proteruiam Es. 30, 27. Nah. 1, 6. a) cf. v. 13. Ier. 9, 2. c. 43, 2. b) *Hæc erit subsannatio eorum* & caussa subsannationis, qua vicissim ipsos alii deridebunt. Ps. 123, 4. Iob. 34, 7. cf. Gal. 6, 7. c) *in terra* vel *ob terram Aegypti*, in qua fiduciam suam impie collocabant. vid. v. 11. &c.

CAP. VIII. ℣. 1. d) *Ad palatum tuum* iob. 6, 30. e) *tubam* vel *buccinam* sc. *pone* vel *adhibe.* Vulg. *In palato tuo sit tuba.* putant vero plerique, quod Deus s. Filius Dei, pro aduocando hoste, *Prophetam*; alii, quod *populum*, vt c. 5, 8. Schmidius autem, quod *ipsum hostem* adloquatur. cf. Es. 58, 1. vbi tropus resolutus. Sic Ion. *Propheta, clama gutture tuo, quasi tuba.* Noua autem & *sexta Prophetia* hic incipit *contra Israelem*, in cuius & culpæ & pœnæ communionem etiam *Iuda* venit v. 14. inque ea I. grauissima *peccata* grauiter *redarguuntur*, & II. iustæ *pœnæ* iisdem certo *denunciantur* De tempore cf. not. c. 7, 1. & 2 Reg. 17, 4. f) *sicut aquila* velociter scil. *adsit* vel *adueniat* hostis; v.3. vel ex S. sententia: *Ad palatum tuum*, o hostis, pone *buccinam*, & *sicut aquila* veni. Ion *Ecce, sicut aquila, quæ effundit se* vel volat, *sic adscendet Rex cum copiis suis, & castra metabitur contra domum Domini.* cf. Deut. 28, 49. Ier. 48, 40. Hab. 1, 8. Mat. 24, 28. & not. Ez. 17, 3. g) h. e. *super populum Israel*, qui est domus vel *ecclesia Dei.* cf. c. 9, 8. 15. Ier. 12, 7. h) Num. 20, 11. Es. 20, 13. i) c. 6, 7. Es. 24, 5. k) *& contra vniuersam legem meam*, a Mose ipsis præscriptam. cf. v. 12. Ier. 6, 19. c. 9, 12. c. 16, 11. Ez. 22, 26. ℣. 2. l) *Et ad me* tamen *clamant* s. audacter *me compellant* impudentissimi hypocritæ c. 7, 14. Es. 57, 13. c. 58, 2. m) distributiue: *Deus mi! clamant, quisque* dicens. cf. c. 2, 18. 25. n) *nouimus te* vtrique, vere ac practice. cf. 1 Sam. 2, 12. Tit. 1, 16. o) sq. populus tuus *Israel*, quem elegisti. Es. 1, 3. c. 44, 1. cf. ibid. c. 29, 13. c. 48, 1. & supra c. 4, 15. &c. Ion. *Quoties venit super eos adflictio, coram me orant & dicunt, nunc agnoscimus, quod non sit Deus nobis præter te: libera nos, quandoquidem nos sumus populus tuus Israel.* ℣. 3. p) *Reiecit* nim. Israel. v. 5. Zach. 10, 6. q) *bonum* & veram eius cognitionem ex verbo Dei v. 12. Am. 5, 14. r) ideo *hostis*, quem in v. 1. aduocauerat. cf. Thren. 2, 3. 7. 17.

℣. 15. זרועתם *Meth.* pro *Mun.* habent 2. 3. neutrum vero 5. simpl. seq *Dag.* 1. 2. 3. 6. 9, 11. 20. 21. 22. 23. & fe. 5. & *Mas. Erff.* ℣. 16. לעגם sic per Schua cum Gaiah 5. CAP. VIII. ℣. 2. ידענוך

ירדפו׃ הם המליכו ולא ממני השירו ולא ידעתי 4
כספם וזהבם עשו להם עצבים למען יכרת׃
זנח עגלך שמרון חרה אפי בם עד־מתי לא יוכלו 5
נקין׃ כי מישראל והוא חרש עשהו ולא אלהים 6
הוא כי־שבבים יהיה עגל שמרון׃ כי רוח 7
יזרעו וסופתה יקצרו קמה אין־לו צמח בלי יעשה־
קמח אולי יעשה זרים יבלעהו׃ נבלע ישראל 8
עתה היו בגוים ככלי אין־חפץ בו׃ כי־המה עלו 9
אשור

s) *vt velocissima aquila prædam v. 1. persequetur eum*, ita vt effugere nequeat. cf. Deut. 32, 30. Ios. 7, 5 &c.

℣. 4. t) Et vt ab origine rem repetam: *Ipsi Reges constituerunt.* v. c Iud. 9, 6. 1 Reg. 12, 20. c. 16, 16. Verbum hic non tam significat regem eligere, quam *describere certum regnandi modum*, inquit S. Quidam de *Regis Saulis* electione id accipiunt, quem tamen ad impium eorum postulatum 1 Sam. 8, 5. c. 10, 19. c. 12, 17. Deus ipse dedit 1 Sam. 8, 7. c. 9, 16. c. 10, 24. &c. alii itaque de regibus per seditionem constitutis, quales *Simri* 1 Reg. 16, 9. *Omri* v. 16. *Sallum* 2 Reg. 15, 10. Communiter vero plerique *Jarobeamum* I. non exclusis illegitimis successoribus, intelligunt. Sediiose quippe Ierobeamum fuisse a populo electum, ipsumque regnum ita arripuisse; nec modum ac tempus, quod Deo placeret, expectasse, vide notatum ad 1 Reg. XI. & XII. *Schmidius* tamen ad h. l. existimat, quod non tam accusetur Ierobeami etiam a populo facta electio, quam *solii regii* s. *regni impia constitutio.* Nam etiam post factam Ierobeami electionem, & a Rehabeamo discessum, Iudæos a bello dehortatus est Deus, & sibi eatenus adscribit, quod factum 1 Reg. 12, 24. sed postea X tribus *regnum suum firmarunt, & hereditarium fecerunt*; quod Deus per Achiam expresse fecit temporarium 1 Reg. 11, 39. extra etiam domum Ierobeami, cui soli (neque id absolute, sed cum conditione: *si faceret, quod rectum in oculis Domini*, vt Kimchi bene observat; coll 1 Reg. 11, 32.) illud Deus promiserat, id transtulerunt. Et quæ alia, quibus adeo illegi-

timum factum est regnum Ierobeami, vt summo iure Rex Iudæ *Abiam*, filius Rehabeami, & Ierobeamum & Israelitas rebellionis contra domum Davidis accusaverit, & re-

קמץ בלא אס״ף

gnum repetierit 2 Par. 13, 5. seqq. relege etiam not. ad 1 Reg. XI. & XII. u) *sed non ex me*; quamuis hypocritæ id procul dubio iactitarunt, ex 1 Reg. 11, 29. seqq. x) *principes fecerunt* c. 12, 5. al. *removerunt* illos reges coll. c. 9, 12. sed illud simplicius est. y) sc. *non consultus ab illis*, vt fieri oportebat; adeo vt, nisi per omniscientiam mihi de illis constaret, ego (quantum in ipsis) nihil scirem. *Putarim respici ad interrogationem diuini oraculi & Prophetarum.* Deus enim caussa principalis esse debebat in omni regno Israelitico constituendo, ita vt nihil sine verbo Dei & prophetarum illius responsis, ageretur. *Schmid.* z) *argentum suum*, vel, *ex argento & auro suo* c. 2, 8. Es. 2, 20. a) *fecerunt sibi* c. 1, 10 b) *idola* c. 4, 17. Hæc autem sine dubio sunt *vituli Ierobeami*: quorum erectio hic cum regni constitutione coniungitur; quod eiusdem generis negotia & peccata fuerint, *Schmid.* Conf 1 Reg. 12, 26 seqq. c) *vt exscindatur* respublica s. *quisque* eorum. Obad. v. 9. LXX. Ion. Syr. Ar Vulg. *vt interirent.* Vt h. l. non quidem *finem* ab idololatris *intentum*, sed nec *simplicem euentum*; quin potius *reatum & euentus necessarii caussam* denotat. cf. Ier. 44, 8. stupor hominum notatur, qui tam crasse peccant, quasi omni studio vellent exscindi. S. Conf. Es. 1, 5. ℣. 5. d) Tig. *Repulit* vel *reiecit* Deus, (al. hostis v. 3) *vitulum tuum.* Sed S. aliique: *Subduxit se*, vel *destituit*; *deseruit te* vitulus tuus, sc. fractus & abductus, ita vt nec ipse amplius sit, nec iuuare te possit, nihilque præter excidium tibi relictum v. 4 coll. Ps. 74, 1. Ps. 89, 39. & ex mente *Kimchii* Thr. 3, 17. e) *vitulus tuus, o Samaria.* v. 6. nam *Bethelis & Danis* vituli 1 Reg. 12, 28 29. a Prophetis Samariæ quandoque tribuuntur, quia hæc regni caput erat. cf. c. 10, 5. Am 8, 14. *Bochart.* Hieroz l. p. 359. *Schmidio* vero incertum est, num vterque vitulus, alter in Bethel, alter in Dan vsque ad euersionem regni permanserint; an vero, (quod probabilius ipsi videtur) extremis saltem temporibus, alter in Samariam translatus, & in hac ipsa cultus; ac tandem cum Hosea in Samaria expugnatus & destructus sit f) c. 14, 5. Es. 5, 25. g) *quousque enim non possunt tandem mundari?* Interrogatio vehementer adfirmat & exprobrat pertinaciam hypocriseos. cf. Ier. 4, 14. c. 12, 4. c. 23, 26 h) *non possunt* ferre s. *admittere* Es. 1, 13 i) *munditiem* s. *puritatem* Gen. 20, 5. Am. 4, 6. cf. Ier. 13, 27. ℣. 6. k) *Nam*, vt demonstrem iustitiam querelæ meæ, & illorum dementiam. l) *ab* ipso *Israele*, qui certe DEVM producere non potest. cf. c 13, 2. c. 14, 4. Es. 44, 9. seqq. m) *etiam ipse* vitulus *est*, vel ortum & originem suam habet, non minus quam alii, quæ ex ipso sunt, atque ex propria confessione dii esse non possunt. *Schmid* Conf. c. 4, 12. n) quippe *faber* s. *artifex facit eum* c. 13, 2. Es. 40, 19. 20. c. 41, 7. c. 44, 12. o) *adeoque Deus non est.* cf. Es. 37, 19. p) *nam* etiam *frusta* (:) *fiet*, i. e. in frusta comminuetur. Eam significationem probat Talmudicorum שבב *fregit.* cf. *Bochart. Hieroz.* II. p. 602. & nomen cognatum Iob. 18, 5. q) vid. v. 5. quomodo olim Aharonis vitulus in puluerem comminutus est, Ex. 32, 20. Deut. 9, 21. aut Babyloniorum idola fracta sunt Es. 46, 1. ℣. 7 r) *Quia* itaque *ventum seminant* vanissimo cultu suo. cf. c. 12, 2. s) *ideo turbinem* s. *procellam maximam*, ex ventis oriundam. cf. Es. 17, 13. c. 21, 1. c. 29, 6. Prou. 1, 27. Iob. 21, 18. ה *parag. intendit signific.* vt Ex. 15, 16. Ps. 63, 8. t) tanquam fructum s. pœnam idololatriæ & impietatis suæ *metent.* cf c. 10, 12. Prou. 22, 8. Rom. 6, 23. Gal. 6, 7. 8. u) *stans seges* Ex 22, 5. Es. 17, 5. x) *non supererit*, non relinquetur *ei*, nempe Israeli; sed omnia prosternentur. y) *germen* s. herba segetis Gen. 19, 25. Ez 16, 7. Ps. 65, 11. z) *non proferet farinam*; s. grana, vnde farina fiat. Id proprie quidam accipiunt, coll. c. 9, 2. Am. 4, 6. alii vero, etiam *Schmid* figurate, vt denotet omnia, quæ Israelitis adhuc supererant, aut sperari poterant bona, præsidia, consilia & actiones, irrita prorsus ipsis fore. a) *& si forte* quid fecerit aut *protulerit.* Gen. 18, 24: 28. b) *barbari* tamen; *peregrini milites* s. *hostes* c. 7, 9. Es. 1, 7. c) cf. Es. 28, 4. ℣. 8. d) Totus fere *deuoratus* aut *absorptus est*, ab hostibus suis *Israel.* vid. not. c. 7, 8. 9. & cf. verbum Es. 9, 15. At Schmidio *præteritum* est *propheticum pro futuro*; q. d. vt rem breuiter dicam, & vltimum eius euentum indicem: velut ab auida & crudeli bestia ita tandem *absorbebitur Israel.* cf. c. 13, 8. sic etiam sequentia in futuro accipit. e) *iam facti sunt* ex iusta ira & vindicta mea Deut. 28, 15. seqq. suaque culpa ac perfidia. cf. supra not. c. 4, 2. 2 Reg 17, 4. f) non in honore aut pretio, vt Deut. 4, 6. 7. 2 Sam. 7, 9. 10. &c. sed *sicut vas* aliquod inutile aut nullius pretii, *in quo nullum est beneplacitum aut desiderium.* quod nemo curat aut diligit. cf. Ier. 22, 28. c. 48, 38. Ps. 31, 13. 2 Tim. 2, 20. ℣. 9. g) *Nam ipsimet* in suam perniciem, & contra monita mea. cf. Ier. 2, 18. 33. c. 13, 21. h) *adscenderunt* (vel *abierunt* Ier. 37, 5. c. 34, 21.) *ad Assyrios.* vid. c. 5, 13. c. 7, 11. 2 Reg. 15, 19. At *Schmid.* putat hic esse *exceptionem*: Absit vt Israel ita deglutiatur & contemnatur inter gentes! v. 8. adscendent in Assyriam, & sub alis Regis Assyrii tuti erunt. *Ad quam respondeatur*: Immo vero, *quando adscendent in Assyriam*, hoc ipsum illis in occasionem excidii cedet. &c. cf. c. 13, 8.

℣. 5. זנח עגלך sic 2. 3. & sic 8.

timum

אשור פרא בודד לו אפרים התנו אהבים :
י גם כי־יתנו בגוים עתה אקבצם ויחלו מעט
ממשא מלך שרים : כי־הרבה אפרים מזבחות 11
לחטא היו־לו מזבחות לחטא : אכתוב־לו רבו 12
תורתי כמו־זר נחשבו : זבחי הבהבי יזבחו בשר ויאכלו 13
יהוה לא רצם עתה יזכר עונם ויפקד חטאתם
המה מצרים ישובו : וישכח ישראל את־עשהו 14
ויבן היכלות ויהודה הרבה ערים בצרות ושלחתי
אש בעריו ואכלה ארמנתיה :

A. b. Ezra ve-

קמץ בז"ק

ro ita : *colligam eos in Aegyptum* : forte ex coll. v. 13. c. 9, 6. non bene. Tarnou. itaque : *colligam eos*, vt simul vinctos abducam, & postea inter gentes dispergam. al. *congregabo eos* ad

יתיר ו' רבי קרי

i) vt *fera s. onager* Gen. 16, 12. Ier. 2, 24 Iob. 6, 5. c. 11, 12. c. 39, 5. k) *solitarius* vel *solitarie degens sibi*. (3) Es. 14, 31. Ps. 102, 8. Sic vero dicitur *Onager*, non quod etiam τὴν ὁμιλίαν consortium fugiat, vt nonnulli perperam sumunt, est enim animal in desertis gregarium; sed *quia est eremicola* cf. Iob. 24, 5. Ier. 2, 24. Es. 32, 14. Dan. 5, 21. Boch. Hieroz I. p. 870. l) *Ephraim* & Israelitæ X. tribuum c. 7, 1. 8. m) *data mercede* c. 2, 14. quod exoletorum scortorum est Ez. 16, 33. *promitti fecerunt* s. *pacti sunt*. rad. תנה (4) v. 10. In Piel *colloqui* Iud. 5, 11. c. 11, 40. quæ tn. conueniunt per metonym. speciei, vt *Gusset*. p. 906. obseruat. *Pacta* enim *funt colloquendo*. n) *amores* (3) Prou. 5, 19. c. 7, 18. Vulg. *munera dederunt amatoribus*.

ṿ. 10. o) *Etiamsi vero* c. 9, 16. Es. 1, 15. Vulg. *Sed & quum*. p) *pacti fuerint amores* & auxilia *inter gentes*. v. 9. Vulg. *mercede conduxerint nationes*. h. e. sec. Abarb *Etiamsi conditiones fecerint* cum Regibus gentium, & dona illis dederint. Videntur a. indicari, inprimis saltem, gentes Aegypti, ad quas miserunt contra Assyrios excitandas. v. 13. S. q) *nunc* tn. breui v. 13. c. 5, 7. c. 7, 2. r) *colligam illas* ipsas gentes, ad quas Israelitæ confugiunt; non ad salutem, sed interitum ipsorum. sic *Kimchi*, *Abarb*. aliique, coll. Ez. 16, 37. At simplicius *ad Israelitas suffixum* referunt *R. Sal. A. b. Ezra*, Schmidius aliique, diuerso tn. modo ac sensu. Raschi : *Etsi vero conduxerint amores inter gentes, attamen colligam eos; scil. tempore redemtionis eorum id non morabor*. ac si promissio hic esset, vt Es 54, 7. Ier. 31, 10. &c. sed præter contextum. A. b.

אל־ Bbbb 2 עא ב

mortem, & fame ac gladio perire faciam; cf. c. 4, 3. c. 9, 6. vel *Cogam*, *compellam eos*, in Samariam aliasque munitas vrbes, vt vna tandem capiantur & in seruitutem abripiantur ab hostibus. ita *S.* aliique apud *Pocok*. p. 415. s) Hic certe quam plurimæ occurrunt difficultates, & maxime variantes sententiæ Interpretum. Quidam : *Et dolebunt*, vel *doluerunt enim* adhuc *parum*, vt Es. 13, 8. c. 23, 5. &c. al. *Et requiescent paulisper ab onere* vel *propter onera*, quæ *Reges* Israeliis eorumque *præfecti* illis imponunt, vt pecuniam Regi Assyriorum adpendant, coll. 2 Reg. 15, 20. c. 17, 3. *Schmidius* autem: *Et remanebunt pauci ab onere Regis* Assyrii & *Principum* ipsius, quo illos in captiuitate onerabunt & oppriment. Omnia hæc a rad. חול, quæ vt cognata *Arab*. חלל (ex qua *Dagesch* h. l. deriuari poterit) inter alia etiam significat *incidit*, *expectauit*, *permansit*, *substitit*. vid. infra c. 11, 6. Gen. 8, 10. Ier. 23, 19. Iob. 20, 21. &c. Quia tamen futurum hic est (1) in *præteritum* per *Vau conuersum*, & (2) *Dageschatum*, adeoque (3) vt A. b. Ezra monet, ex rad. חלל in Hebraismo potius significat *& inceperunt*, vt Iud. 20, 31. Ez. 9, 6. &c. ideo *Trem*. aliique ita illud accipiunt : *cœperunt enim paululum* scil. *premi* vel *grauari* &c. siue ellipsi vero *Ar. MS*. apud *Pocok*. p. 418. textum hunc reddidit : *& inceperunt*, vel *cœperunt enim* iam *diminui* (vt Es. 21, 17. Ps. 107, 39. Prou. 13, 11. &c. Infinit. formæ שכב 2 Reg. 14, 22. *propter onera Regis & principum*. ṿ. 11. t) *Nam*, vt causas illius pœnæ porro exponam. quarum 1. est multiplicatio altarium, 2. contemtus legis diuinæ, v. 12. quæ istam multiplicationem seuere prohibuit. *Schmidius* vero hic nouam prophetiæ partem contra Israelem & *Iudam* incipit, ita vt apodosis ad particulam caussalem *Quia*, sequatur demum in versu vltimo; h. m. *Quia itaque Ephraim multiplicauit altaria* &c. *ideo immittam* ignem &c. v. 14. quod tn. nos in medio relinquimus. u) v. 14. inprimis, quum Deus eos liberasset c. 10, 1. x) X. tribus Israelis v. 9. etiam Iuda v. 14. ab illis corruptus c. 4, 15. Ier. 11, 13. y) *vt ipse peccaret*. S. cf. 1 Reg. 12, 30. c. 13, 34. Am. 4, 4. Vnum namque locum Deus præscripserat Deut. 12, 5. seqq. qui typus esset vnici altaris in N. T. Heb. 13, 10. cf. not. Leu. 17, 4. Deut. 12, 11. z) Vulg. *factæ sunt ei aræ in delictum*. Syr. *in magnum peccatum* s. crimen. *S.* autem, *fuerunt ipsi altaria, in quibus peccarent Iudæi*. coll. c. 4, 15. ṿ. 12. a) Syr. *Et præscripsi quidem ipsi multitudinem legum mearum*, scil. per Mosen; & sic plerique in *præterito*, subintell. *Vau conuersiuo*. cf. c. 6, 1. c. 13, 11. al. in *præs. Scribo*, & adhuc *præscribo* ei per Prophetas. quidam vero in *futuro* subintell. אל, vt c. 4, 18. &c. *Si vel denuo præscribam illis* &c. vid. *Abarb*. b) *multitudines*, vel sec. alteram lect. *multitudinem* (vid. *Hiller*. de Kri p. 121. & 286.) Iob. 11, 2. h. e. *multas & notabiles sectiones* de re ista sacrificiali in Lege mea illi scripsi, in quibus nominatim præcepi, tum quomodo sacrificia offerenda, tum quod altare tantum vnum esse debeat. &c. *S.* Alii conferunt Deut. 4, 6. 8. 9. & intelligunt *amplissima documenta legis*. c) a qua contumaciter defecerunt v. 1. d) sed *velut peregrinum quid*, quod ad ipsos non pertineat; immo, vt *Lutherus* scribit : *tq. doctrina, quæ & reipubl. noceat, & religionem in populo extinguat*. cf. Iob. 19, 15. Num. 11, 20. e) *reputantur*. Es. 40, 15. 17. Iob. 41, 21. quod obseruare iubet *Cyrillus* τοῖς μὴ γνησίως χρηματίζουσι. cf. Es. 28, 11. c. 42, 20. Existimamus autem cum *Schmidio*, non hic dici, quid Israel de lege diuina dixerit & professus sit, sed *indicium Dei de facto*, quod illi pro contemtu legis non habebant, iuxta rei veritatem exponi. Ipsi namque, vt itidem recte monet *Lutherus*, certe eo animo altaria non extruxerunt, vt peccarent; sed putarunt, hunc cultum DEO probatum iri. Est igitur hoc Spiritus S. iudicium & sententia, qui dicit quod res est, & idololatriam veris pingit coloribus. ṿ. 13. f) S. *Quantum ad sacrificia donorum meorum* (1) quæ mihi donare se putant, & quasi obtrudere volunt. cf. Es. 1, 11. seqq. g) *pro sacrificio quidem mactant carnem*. cf. c. 4, 13. 14. 19. Ps. 50, 13. &c. h) *eamque vorant*. c. 4, 8. &c. cf. not. c. 5, 7. c. 6, 6. i) Dominus vero *minime grata & accepta* habet *ea*, talia sacrificia, & tales offerentes; quia nimir. illegitime, contra verbum ipsius, ac sine pœnitentia ac fide ea offerunt. cf. c. 9, 4. Ier. 14, 10. Loquitur autem de Patre Filius. cf. v. 1. c. 4, 6. c. 5, 2. k) quin potius *nunc* v. 10. *recordabitur iniquitatis eorum, & peccata eorum visitabit, quod* obstinata malitia, non ad ipsum, sed *ad Aegyptios conuertuntur*. vel : *Nunc enim, quando recordatur & visitat peccata eorum, ipsi ad Aegyptios reuertuntur*. l) c. 7, 2. c. 9, 9. m) cf. c. 4, 14. c. 5, 5. c. 9, 7. Ier. 13, 21. n) sc. vt auxilia inde petant. cf. v. 9. c. 7, 11. c. 9, 3. c. 11, 5. ṿ. 14. o) *Atque ita obliuiscitur Israel* c. 2, 15. c. 13, 6. Es. 51, 13. p) ad quem se conuertere, eique confidere debebat. cf. Es. 17, 7. c. 22, 11. q) *& contra ædificat palatia*, Es. 13, 22. in quibus confidit. al. *templa*, s. vt Vulg. habet, *delubra*; sup. idolis, vt addit *Ion*. r) qui, vt in peccatorum, ita tandem etiam in pœnæ communionem venit. *S.* cf. c. 4, 15. c. 5, 5. 13. 14. s) vid. Es. 22, 8. 9. 10. Zeph 1, 16. plus lapidibus, quam Deo confisus. cf. de temporibus Vzziæ 2 Par. 26, 15. 16. & Hiskiæ, c. 32, 5. coll. not. 2 Reg. 18, 7. 16. c. 20, 13. & c. 21, 2. t) *ideo* per Assyrios *immittam ignem* Am. 2, 5. 2. c. 1, 4. 7. 10. &c. u) *in vrbes Iuda* vid. 2 Reg. 18, 13. c. 19, 25. & cf. Es. 8, 8. x) *palatia Israelis* s. *Samariæ*, cf. not. c. 5, 9. vel *singularum vrbium eius*, vtriusque. cf. Am. 1, 4. 7. c. 2, 2. 5. Ier. 17, 27.

ṿ. 10. ויתנו Lamed siue Dag. 8. 11. 12. 15. 16. 21. 22. ṿ. 13. ויאכלו per *Schua* 2. 3. sic fu. 5. & sic 6. 9. in marg. ṿ. 14. ושלחתי אש Sic nostri 1. 2. 3. & sic fu. 5. qui sc. ושלחתי־אש non minus bene. At reliqui omnes ושלחתי אש non adeo bene.

CAP. IX. ט אל־תשמח ישראל אל־גיל כעמים כי זנית מעל
2 אלהיך אהבת אתנן על כל־גרנות דגן: גרן ויקב לא
3 ירעם ותירוש יכחש בה: לא ישבו בארץ יהוה ושב
4 אפרים מצרים ובאשור טמא יאכלו: לא־יסכו ליהוה יין
ולא יערבו־לו זבחיהם כלחם אונים להם כל־אכליו
ה יטמאו כי־לחמם לנפשם לא יבוא בית יהוה: מה־
6 תעשו ליום מועד וליום חג־יהוה: כי־הנה הלכו משד
מצרים תקבצם מף תקברם מחמד לכספם קמוש
יירשם

8, 7. *i*) c. 2, 9. *k*) *mendaciter aget adversus eam*, (scil. meretriciam synagogam Israelis. cf. not. c. 2, 21. c. 5, 9.) *spem eius fallet & expectationem*, cum per alias maledictiones, cum quod hostes omnia absument aut diripient, eosque tandem in miseram seruitutem abducent. cf. v. 3. c. 10, 13. Ioel 1, 11. 12. Hab. 3, 17. Ion. *non sufficiet eis*. ό. ἐψεύσατο αὐτοὺς. Act. 5, 3. ℣. 3. *l*) *Non* enim *manebunt*, vt sibi imaginantur. cf. Am. 5, 11. Zeph. 1, 13. *m*) Hæc sine dubio est *terra Canaan*, *quam Iehoua sibi elegit*, vt ipse in ea habitaret, & Israelitis, vt populo suo dedit: quam vero hi cum frumento & musto idolis adscribebant, *S.* cf. c. 2, 7. Deut. 11, 12. Ier. 2, 7. c. 16, 18. Ez. 36, 16. *n*) *& reuertetur* quidem *Ephraim* auxilia quæsitum, *in Aegyptum*, sed frustra; nam in captiuitatem abrepti *in Assyria*, ob rerum omnium inopiam & ciborum defectum, *res immundas*, a quibus etiam natura hominis alioquin abhorret; *comedere cogentur*. ita *Schmid.* Alii: *& reuertentur Ephraim* ex parte *in Aegyptum* exules, vel *in Assyria res immundas comedent*. Ita *Gurtlerus* Theol. Proph. p. 184. *Veri est simile*, inquit, *multos Israelitarum*, *ingruentibus Assyriis*, *in Aegyptum vicinam aufugisse*, *vt e manu hostium euaderent*. *o*) cf. v. 6. c. 8, 13. *p*) cf. c. 5, 13. *q*) cf. Ez. 4, 12. 13. &c. c. 2. Macc. 6, 18. ℣. 4. *r*) *Non libabunt* Ex. 30, 9. ob extremam inopiam & miseriam. Sed *S.* *Quia non libant* &c. *Futura* sunt, inquit, pro *præsentibus*, & notant id, quod tempore Hoseæ iam factum, nimirum *in cultu vitulorum*. *s*) recte Ion. *libamina vini*. cf. Leu. 23, 13. 18. *t*) *nec grata ei sunt* libamina ipsorum. Mal. 3, 4. cf. supra c. 8, 13. *u*) *sacrificia eorum*. cf. c. 4, 19. Ier. 7, 21. Es. 1, 11. & c. 56, 7. &c. *v*) plerique: sunt *sicut panis lugentium*, Es. 3, 26. qui sc. polluti ex contactu cadauerum, vt *Kimchi* addit, coll. Deut. 26, 14. add. 2 Cor. 9, 7. al. *sicut panis iniquitatum*. Prou. 11, 7. Raschi: *sicut panis fortiuus*, *qui per vim & nefas adquiritur*. Ion. *instar panis abominandi*. *y*) cf. Leu. 11, 7. 8. 27. 31. *z*) Ez. 44, 25. tantum abest, vt capiantur sacrificiis suis, quin potius omnia ipsis pro peccatis a Deo reputantur. conf. Es. 1, 13. *a*) *ratio*, quare non placeant Iehouæ, *quod offerent sibi ipsis panem suum*; *nec eum ad domum* s. Templum *Iehouæ*, quod Hierosolymis erat, sed ad vitulos suos *deferant*. *Schmid.* *b*) *panis*. i. e. omne sacrificium & munus *eorum* cum libaminibus. *S.* *c*) est *anima ipsorum*, h. e. in vsum animæ ipsorum sustentandæ. *S.* conf. c. 8, 13. vel *pro cupiditate animæ ipsorum*. coll. Deut. 12, 15. 20. c. 14, 26. Ps. 78, 18. *d*) *non venit*, s. non deferetur, vt Ios. 6, 19. *e*) Es. 2, 2. Ioel 1, 14. adeoque pro sacrilegio tale sacrificium a Deo habetur. vid. Leu. 17, 3. ℣. 5. *f*) Es. 10, 3. Ier. 5, 31. Emphatica est *apostrophe ad Israelitas*, qua vtitur Propheta, ex euentu probaturus, quod nec festa Deo placeant, quæ illi cum opinione cultus Iehouæ (vt Ex. 32, 5.) tempore Hoseæ solemniter adhuc celebrabant: quippe ex iusta Dei indignatione illa omnia mox cum ipsa republica finem suum habitura erant. cf. supra c. 2, 13. c. 5, 7. Am. 8, 11. Thren. 1, 4. c. 2, 6. *g*) vid. Num. 10, 10. &c. al. vt Iudæi, & veteres Christiani Interpp. *in die vindictæ* s. excidii, coll. c. 5, 13. Thren. 2, 7. sed illud per contextum cum *Schmidio & Pocokio* prætulimus. *h*) vt Ex. 12, 14. c. 13, 6. Leu. 19, 39. 41. Iud. 21, 19. &c. ℣. 6. *i*) *Nam* quod certum & euidens argumentum est, eorum festa Iehouæ non probari. *k*) *ecce*, o auditor vel lector! Denotat prædictionis certitudinem, vt Es. 3, 1. c. 17, 1. c. 19, 1. &c. *l*) *isti*, ad quos v. 5. dixi: *Quid facietis?* &c. *abierunt* vel *certo abibunt* (Præter. Propheticum) in exilium & captiuitatem. cf. Ier. 9, 9. c. 50, 3. Thren. 1, 5. 18. *m*) *ob deuastationem* certo ac breui futuram. c. 7, 13. *n*) *Aegyptus*, in qua auxilium & refugium quærunt v. 3. *o*) *mortuos colliget*. c. 8, 10. Ier. 8, 2. Ez. 29, 5. *p*) *Moph*. Ion. & Syr. *Maphes*. sed LXX. & Ar. *Memphis*, quod est ex Aethiopico *Manuph*. quibus hodie cum Arabibus *Misr*, ex Hebræo מצרים, vulgo *Cairum* dicitur. Conf. *Ludolfi* Lex. Aeth. nouum col. 73. & 25. Eadem vel alia fuit *Noph*. Es. 19, 13. &c. *q*) *sepeliet eos*. cf. Ez. 39, 14. 15. *r*) *quod ad desiderabilia* s. *pretiosa* eorum attinet v. 16. 1 Reg. 20, 6. Es. 64, 10. Ioel 4, 5. Thren. 2, 4. *s*) *argenti eorum* vel quæ sunt argento *Israelitarum*. Simil. constr. sequ. ל vid. Iob. 18, 2. 1 Par. 23, 28. *t*) *card[illegible]* s. *vrtica* eadem possidebit (2) Es. 34, 13. cf. Prou. 24, 31.

CAP. IX, ℣. 1. *y*) *Ne* itaque *læteris*, *o Israel* super tritico & vino c. 2, 14. aut thori fœcunditate Ps. 144, 12. seqq. cf. Ez. 7, 12. Iob. 31, 25. c. 21, 12. Luc. 6, 25. *z*) Nouam *concionem*, eamque *septimam*, (vel nouam saltem partem præcedentis; cui vt pars posterior accedit cap. X.) *aduersus Israelem* habet hoc caput; in quo cum *pœnæ* diuinæ, tum *caussæ* illarum, exponuntur. Incipit vero ab Israelitarum securitate in omni cultu suo idololatrico. *S.* *a*) etiam *ad exultationem*, vt Iob. 3, 22. cf. Es. 16, 10. Ioel. 1, 16. Ps. 43, 4. At S. *super similitudine*, (cf. Dan. 1, 10.) i. e. super *simulacro* vel *idolo*, s. super vitulis tuis idolatricis, quasi sc. res optime gesta & Deus tibi propitius sit. coll. Ex. 20, 4. Deut. 4, 15. c. 5, 8. *b*) *vt populi* vel *gentes*. cf. Math. 6, 32. Ps. 4, 8. Luc. 12, 16. seqq. al. *vt gentes facere solent*, quarum *festis*, vt ait *Macrob.* I. Saturn. c. 16. *sacrificia*, *epulæ*, *ludi*, *feriæ iuerant*: quæ omnia Israelitæ imitabantur. Ex. 32, 6. *c*) c. 1, 2. cf. c. 2, 7. 10. Iud. 19, 2. Ez. 16, 15. seqq. c. 23, 5. seqq. *d*) *dilexisti* Es. 57, 8. *e*) c. 2, 14. Deut. 23, 19. Es. 23, 17. Sensus est: mouit te ad scortandum *merces meretricia*, s. carnalia & temporalia emolumenta, quæ per istam scortationem te obtenturum sperasti, atque ita strenue idololatriam exercuisti. *S.* Ion. *dilexistis seruire idolis*. *f*) v. 2. 1 Sam. 23, 1. dum superstitiosi homines quisque iuxta suam aream altaria constituerunt. cf. supra c. 8, 11. 2 Reg. 17, 9. seqq. ℣. 2. *g*) Sed *area & torcular*. meton. 2 Reg. 6, 27. *h*) *non pascet eos*, scil. frugibus & oleo, vt ipsi sperant; sed e contrario fiet, vt omnis spes & gaudium eorum euanescat. cf. c. 8, 7.

CAP. IX, ℣. 1. ישראל cum *Psk* 1. 3. 5. secundum *Masoram Erffurtensem* & *Ind. Bas.* f. 60. col. 7. Reliqui omittunt. כעמים per *Peth* loco *saph* 1. 21. & in margine 6. 9. contra *Masoram Erffurtensem*. ℣. 2. יכחש *milra* per *Tsere* 1. 3. sic su. 5. Pro בה habent in margine בה 6. 9. sic su. in textu 5. contra *Masoram* 1. 5. *impressam* & *Erffurtensem* h. l. itemque *impressam* 2 Reg. 3, 24. ℣. 4. ליהוה sic per *Merca* plerique; *Psk* vero habent 2. 3. sic sc. 5. secundum *Ind. Bas.* f. 60. col. 7. & *Masor. impress.* Gen. 30, 16. At per *Munach* loco *Metheg* 2. 3. quod stante *Psk* stare nequit, secundum eandem *Masoram* l. c.

יִירָשֵׁם חוֹחַ בְּאָהֳלֵיהֶם׃ בָּאוּ׀ יְמֵי הַפְּקֻדָּה בָּאוּ יְמֵי 7
הַשִׁלֻּם יֵדְעוּ יִשְׂרָאֵל אֱוִיל הַנָּבִיא מְשֻׁגָּע אִישׁ הָרוּחַ
עַל רֹב עֲוֺנְךָ וְרַבָּה מַשְׂטֵמָה׃ צֹפֶה אֶפְרַיִם עִם־ 8
אֱלֹהָי נָבִיא פַּח יָקוֹשׁ עַל־כָּל־דְּרָכָיו מַשְׂטֵמָה בְּבֵית
אֱלֹהָיו׃ הֶעְמִיקוּ שִׁחֵתוּ כִּימֵי הַגִּבְעָה יִזְכּוֹר עֲוֺנָם יִפְקוֹד 9
חַטֹּאותָם׃ כַּעֲנָבִים בַּמִּדְבָּר מָצָאתִי יִשְׂרָאֵל 10
כְּבִכּוּרָה בִתְאֵנָה בְּרֵאשִׁיתָהּ רָאִיתִי אֲבוֹתֵיכֶם הֵמָּה
בָּאוּ בַעַל־פְּעוֹר וַיִּנָּזְרוּ לַבֹּשֶׁת וַיִּהְיוּ שִׁקּוּצִים כְּאָהֳבָם׃
אֶפְרַיִם כָּעוֹף יִתְעוֹפֵף כְּבוֹדָם מִלֵּדָה וּמִבֶּטֶן וּמֵהֵרָיוֹן׃ 11
כִּי אִם־יְגַדְּלוּ אֶת־בְּנֵיהֶם וְשִׁכַּלְתִּים מֵאָדָם כִּי־גַם־אוֹי 12
לָהֶם בְּשׂוּרִי מֵהֶם׃ אֶפְרַיִם כַּאֲשֶׁר־רָאִיתִי לְצוֹר שְׁתוּלָה 13

u) *ſpinæ erunt* vel *ſuccreſcent in habitaculis eorum.* Eſ. 32, 13. c. 34, 13. *Carduus, & ſpinis ſurget paliurus acutis.*

℣. 7. x) *Venerunt* & iam ante fores ſunt. cf. Ez. 9, 1. Mich. 7, 4. Thren. 4, 18. *Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus.* y) cf. c. 1, 5. c. 5, 9. c. 8, 13. Eſ. 10, 3. *αἱ ἡμέραι τῆς ἐκδικήσεως*, vt Luc. 21, 22. z) Eſ. 34, 8. a) idque *cognoſcent* & fateri cogentur *Iſraelitæ.* cf. Ex. 14, 4. Ez. 5, 13. c. 12, 25. b) *ſtultus* enim & temerarius eſt *propheta* contrarium iam docent. cf. v. 8. Eſ. 19, 11. & Mich. 3, 11. Thren. 2, 14. c) *inſanus* 1 Sam. 21, 16. Ier. 29, 26. d) *vir ſpiritus*, vel *venti*; qui temere ſe Spiritum Dei habere iactitat. cf. Mich. 2, 21. Alii de veris Prophetis, male contemtis, hoc accipiunt, coll. Ier. 5, 13. c. 29, 26. minus bene. e) idque iuſtiſſime *propter multitudinem impietatis tuæ* Ier. 30, 14. 15. f) *& propterea quod multa* ſ. *magna eſt.* Coh. 6, 1. ſubintell. partic. cauſſali, vt Iud. 17, 2. g) *infeſtatio* prophetarum & ſacerdotum tuorum aduerſus Dei veritatem. (2) v. 8. cf. verbum Gen. 27, 41. c. 49, 23.

℣. 8. h) *Speculatur* nempe *Ephraim* alia oracula, & auxilia; modo Aſſyriorum, modo Aegyptiorum. Conf. Thren. 4, 17. i) *cum Deo meo*, quo non contentus eſt. cf. ſimilem emphaſin partic. עִם Pſ. 73, 25. k) *propheta* ſc. falſus v. 7. c. 4, 5. quem Iſrael amat, & veris Dei Prophetis præfert. Notabiliter hic ſcribit *Hieronymus: Veteres ſcrutans hiſtorias invenire non poſſum, ſcidiſſe Eccleſiam, & de domo Domini populos ſeduxiſſe, præter eos, qui ſacerdotes a Deo poſiti fuerant, & Prophetæ, i. e. ſpeculatores.* in Comment. ad h. l. p. m. 39. l) eſt ſicut *laqueus* c. 5, 1. m) *aucupis.* al. *tendicula* (1) cf. Pſ. 91, 3. n) vid. v. 7. o) v. 15. c. 8, 1.

℣. 9. p) Vulg. *Profunde peccauerunt.* vid. c. 5, 2. q) *& perdite omnia faciunt* Ex. 32, 7. Eſ. 1, 4. Pſ. 14, 1. cf. Ier. 5, 1. 2. etiam ſumma cum obſtinatione. r) *ſicut in diebus Gibea.* c. 10, 9. vid. Iud. 19, 25. ſeq. c. 20, 13. ſeqq. Reſpici ad hiſtoriam Leuitæ & pellicis eius, communiter, & recte, ſtatuunt interpretes. *Tertium comparationis* alii in nefaria libidine & immiſericordia, coll. Ez. 16, 46. 49. nos *in pertinacia aduerſationis* ponimus: quod, ſicut Gibeonitæ & Beniaminitæ pertinaciter aduerſati ſunt reliquis tribubus, ad meliorem mentem & pacem eos reuocantibus, vt tandem bellum contra ipſos neceſſarium fuerit, & Dominus non potuerit eos non viſitare; Sic Iſraelitæ, horumque Prophetæ, Hoſeæ tempore in iſtis peccatis ſuis adeo obdurati fuerunt, vt nullis Prophetarum concionibus reuocari potuerint, & Iehoua eos viſitare coactus ſit, vt ſequitur. *Schmid.* s) Syr. bene: *ideo* recordabitur &c. c. 7, 2. c. 8, 13. t) ℣. 7. Ex. 20, 5. ad quæ hucuſque conniuere viſus fuit.

℣. 10. u) *Veluti vuas in deſerto* ſiticuloſo ac ſterili, vbi rariſſimæ ſunt. Reſpicitur ad deſertum, per quod ductus eſt Iſrael. Deut. 8, 2. ſeqq. cf. Eſ. 5, 2. Pſ. 80, 9. ſeqq. x) ego Deus *inueni Iſraelem.* reſpicit ad Deut. 32, 10. cf. infra c. 13, 5. Ion. *occurrit Verbum meum Iſraeli.* cf. Ex. 3, 18. c. 5, 3. y) *ſicut primitiuum* ſ. *præcocem ficum* (3) Eſ. 28, 4. Mich. 7, 1. z) *in ficu* arbore Ier. 8, 13. a) *in primitiis eius*, quando primi fructus eius maturi ſunt. cf. Ex. 23, 19. Num. 18, 12. Deut. 26, 2. 10. b) *vidi*, & ſummo amore, deſiderio ac commiſeratione complexus ſum, non ſolum Abrahamum, Iſaacum & Iacobum (de quibus id accipiunt alii) ſed etiam *maiores veſtros* in Aegyptiaca ſeruitute. vid. Ex. 2, 25. c. 4, 22. 31. Deut. 4, 37. & cf. Ez. 16, 6. ſeqq. Am. 3, 2. Mal. 1, 2. &c. c) ſed ſimul ac *illi venerunt* in itinere ſuo in *campos Moabitarum* Num. 22, 1. c. 33, 48. 49. d) *ad Baal Peor*, h. e. ad locum, ab idolo ſic dictum. vid. Num. 23, 28. c. 25, 3. 5. Deut. 4, 3. Ioſ. 22, 17. Pſ. 106, 28. e) *ſtatim ſeparauerunt ſe* Ez. 14, 7. f) *ad pudendam idololatriam.* ſic idolum paſſim in Scripturis vocatur *pudor & confuſio.* cf. not. Ier. 2, 11. c. 3, 24. c. 11, 13. Et quia *Baal* erat infame idolum, ideo multa nomina promiſcue vel in *baal*, vel in *boſcheth* aut *beſcheth* deſinunt. vid. Iud. 6, 32. coll. 2 Sam. 11, 21. & 1 Par. 8, 33. c. 9, 39. coll. 2 Sam. 2, 8. 10. it. 1 Par. 8, 34. coll. 2 Sam. 4, 4. g) *& ſic deinceps* plura ipſis *fuerunt abominanda idola*, 2 Reg. 23, 13. 24. h) *ſec. amare eorum*, i. e. prout illi varios deos perdite amarunt. *Infinitiuus.* cf. v. 1. Eſ. 57, 8. Ier. 2, 25. c. 14, 10. &c.

℣. 11. i) Ideo *ad Ephraimum* ſ. Iſraelitas v. 1. 8. 13. *quod attinet.* cf. not. 2 Sam. 4, 10. 2 Reg. 25, 22. k) *ſicut auis auolabit.* Hithp. (1) cf. Eſ. 16, 2. Prou. 23, 5. l) c. 10, 5. *Gloria* hic accipitur pro gentis ſtatu & republica florente, quæ per liberos propaganda erat. Itaque minatur Deus totalem regni & gentis, quantum ad huius formam & ſtatum, interitum. *S.* m) *a partu* (4) 2 Reg. 19, 3. Eſ. 37, 3. Ier. 13, 21. n) *& ab vtero*, vt ne lucem quidem adſpiciant. Iob. 3, 11. o) *immo* ſtatim poſt ipſam conceptionem (2) Ruth. 4, 13.

℣. 12. p) *Quin ſi etiam educauerint filios ſuos*, vel aliquos ex illis. 2 Reg. 10, 6. Eſ. 23, 4. q) *orbos tamen faciam*, al. vt Syr. *extinguam tamen eos.* Gen. 27, 45. c. 42, 36. Deut. 32, 25. Ier. 15, 7. r) *ex hominibus*, vt nullam ipſis prolem ſuperſtitem relinquam. Prou. 30, 14. 1 Sam. 15, 33. cf. Leu. 26, 23-38. Deut. 28, 62. 63. Ceterum, inquit *S.* non vniuerſalis, ſed partialis hæc pœna eſt: alioquin enim nulla ipſis proles tempore Chriſti ſuperfuiſſet, quæ tamen omnino ſuperfuit. s) *nam etiam væ illis*, qui ſupererunt. t) c. 7, 13. u) *Vulg.* & plerique: *quum receſſero ab eis.* Num. 14, 9. Iud. 16, 20. 1 Sam. 16, 14. c. 18, 12. &c. permutato ס cum שׂ vt 2 Sam. 18, 9. coll. Ier. 4, 7. & 2 Reg. 11, 8. coll. Iob. 10, 22. &c. ſic *Kimchi*, coll. ad rem Deut. 31, 17. Ion. *quod ſuſtulerim Schechinam meam ab eis.* At Guſſet. p. 552. *me ſeuerum in eos imperium ac dominium exercente*, coactius. coll. c. 8, 4. Syr. *vltionem ſumturus ſum ab eis.*

℣. 13. x) *Ephraimum.* h. e. regionem & regnum Iſraelis. v. 8. 11. 16. y) *quando* c. 7, 12. z) *vidi* & adhuc *video.* a) *ad Tyrum vsque* ei conterminam Ioſ. 19, 29. b) *plantata fuit.* cf. Ez. 17, 8. 22. 23. & Pſ. 80, 10.

℣. 7. עַל per *Makk.* 1. 6. 9. 20. ℣. 9. יִזְכּוֹר Particulam עַתָּה præmittunt in marg. 6. 9. וְיִפְקוֹד cum præf. *Vau* 1. ſic ſe. 2. 5. & ſic in marg. 6. 9. ℣. 12. בְּשׂוּרִי per *Samech* ſe. 5. contra *Maſ.* 1. 2. *impr.* & *Erff.* h. l. item *impr.* Hoſ. 2, 6. quæ poſcit *Sin*, vel & LXX. legerunt, qui ſic verterunt: *σάρξ μου ἐξ αὐτῶν.* vnde *Raymundus Martini* & *Lyra* myſterium *incarnationis* Chriſti, etiam quod ad ipſum attinet terminum, quamquam nimis contorte, ex h. l. exſculpſerunt.

בנוה ואפרים להוציא אל־הרג בניו׃ תן־להם יהוה 14
מה־תתן תן־להם רחם משכיל ושדים צמקים׃ כל־ טו
רעתם בגלגל כי־שם שנאתים על רע מעלליהם מביתי
אגרשם לא אוסף אהבתם כל־שריהם סררים׃ הכה 16
אפרים שרשם יבש פרי בלי־יעשון גם כי ילדון והמתי
מחמדי בטנם׃ ימאסם אלהי כי לא שמעו לו ויהיו 17
נדדים בגוים׃ גפן בוקק ישראל פרי ישוה־ י
לו כרב לפריו הרבה למזבחות כטוב לארצו היטיבו
מצבות׃ חלק לבם עתה יאשמו הוא יערף מזבחותם 2
ישדד מצבותם׃ כי עתה יאמרו אין מלך לנו כי לא 3
יראנו את־יהוה והמלך מה־יעשה־לנו׃ דברו דברים 4
אלות

c) *in mansione* pulchra & amœna. vid. Ef. 33, 20. Ez. 34, 14. ita vt filiis & opibus esset florentissima d) *at nunc quoad Ephraimum futurum est.* e) *vt educantur.* cf. ל Deut. 31, 17. 2 Sam. 14, 15. Mich. 5, 1. Ps. 31, 9. Vulg. *& Ephraim educet ad interfectorem filios suos* f) cf. c. 14, 1. Ier. 4, 31. Ez. 21, 16. c. 28, 8. g) cf. Ier. 18, 21.

℣. 14. h) Ion. *Da ipsis, Domine, retributionem operum suorum!* forte ex Ps. 28, 4. Verba sunt pathetica Prophetæ; qui sec. S. reassumit, quod iam v. 12. dixerat Deus de orbatione liberorum, vt nouam caussam subiiciat, & deinde in annunciatione pœnarum pergat. v. 15. i) bene Syr. *id, quod daturus eras.* cf. מה Iud. 9, 48. Coh. 1, 9. c. 3, 15. k) *da nimirum illis.* Imperatiuus est *concessionis*, tq. iustæ. cf. not. c. 4, 17. Ier. 18, 21. l) S. *vuluam abortientem*, quæ concipit quidem vel gerit aliquando fœtum, sed ad maturitatem non alit, nec in vitam edit. *Hiph.* (1) cf. v. 12. m) *& vbera* Gen. 49, 25. Ef. 32, 12. n) *aridæ*, quæ partum alere nequeunt (2) cf. nomen deriuatum 1 Sam. 25, 18.

℣. 15. o) *Omnis* namque *malitia eorum.* c. 7, 2. p) *in Gilgal* sc. exercetur & complementum suum accipit. c. 4, 15. c. 12, 12. Ion. *in Gilgal manifesta est coram me.* q) *explanatiuum* est: *nam* ita ibi peccarunt, vt Dominus eos odisse cœperit. S. r) *illic*, vbi maiores ipsorum per circumcisionem mihi denuo despondi. Ios. 5, 9. cf. supra c. 6, 7. s) non gratiose exaudio vel amo, sed potius *odi illos*: cf. Ef. 1, 14. Ier. 12, 8. c. 44, 4. Am. 5, 21. Ps. 5, 6. Verba hæc sunt Dei, vt probant sequentia. t) immo *propter summam malitiam operum ipsorum* c. 4, 9. Deut 28, 20. Ier. 4, 4. Ps. 28, 4. u) *e domo* s. familia & cura *mea* cf. v. 8.

v. 8. & Ioh. 8, 35. etiam per captiuitatem ab aditu Templi, quod frequentare iam nolunt. S. x) *eiiciam* s. *expellam eos.* cf.

בל קרי

Gen. 3, 24. c. 21, 10. Ps. 34, 1.

CAP. X.

&c. y) c. 1, 6. z) *diligere eos*, vt feci adhuc c. 3, 1. Nunquam enim rediit hic amor Dei, vt X. tribus reipublicæ suæ restitueret. S. a) *omnes namque principes eorum*, qui malitiam populi coercere debebant. cf. c. 4, 18. c. 5, 10. c. 7, 4. 5. 16. b) *refractarii*, & verbi diuini impatientes sunt. c. 4, 16. Ef. 1, 23. ℣. 16. c) Summa: *Percussus est*, vel bi qui *percutietur Ephraim* v. 13. vt arbor vel herba Ps. 102, 5. *Percussio*, inquit S. per metaphoram ab arbore desumta est, vt ex seqq. verbis adparere videtur. sic Ion. *Domus Israel similes sunt arbori, cuius radices exarescunt deorsum, & cuius rami exarescunt sursum.* cf. Mat. 3, 19. Iudæ v. 12. d) Ef. 5, 24. c. 14, 30 Am. 2, 9. Iob. 18, 16. e) Regnum enim eorum funditus euertetur, ita vt reflorescere nequeat. S. cf. contrar. Ef. 37, 31. f) c. 8, 10. Ef. 1, 15. g) *genuerint* mares & feminæ Gen. 20, 17. h) c. 2, 5. Ef. 14, 30. i) *desideria*, s. desideratissimos fructus *ventris eorum*; vt vel in vtero, vel in partu moriantur. S. cf. v. 6. Ez. 24, 16. 25. Thren. 2, 4.

℣. 17. k) *Auersatur illos* impios homines *Deus meus*, inquit propheta. cf. Ps. 5, 5. seqq. & 2 Reg. 17, 18. 20. Al. *Reiiciet eos Deus*, vt c. 4, 6. scil. Ita, vt non sint populus Dei c. 1, 9. h. e. respublica, in qua Deus suum habeat domicilium. De reiectione simplici a gratia Dei sermo hic primo non est. S. l) vid. 2 Reg. 17, 14. c. 18, 12. m) *ideo erunt vagi* & exules. c. 7, 13. sine Rege & principe &c. c. 3, 4. n) vt dudum etiam a Mose prædictum fuit Deut. 28, 64. seqq. CAP. X, ℣. 1. o) *Vitis euacuans*, sc. fructum, dum hic maturescere incipit, vt pereat, nec cultori prosit; sec. S. Ion. *vastata.* cf. verbum Ef. 24, 1. 3. sed ὁ. ὁ. εὐκληματοῦσα. Vulg. & Ar. *frondosa*; forte ex signif. verbi Arab. *multam prolem peperit* femina &c. *Vitis* autem in Hebræo carius etiam *masc.* est, vid. 2 Reg. 4, 39. p) *est Israel*, qui cum praua eiusmodi vite comparatur. cf. c. 9, 10. 16. & Ef. 5, 1. &c. Cohæret autem hoc caput, ceu noua pars, cum præced. IX. & ad idem Regis Hoseæ tempus spectat, vt ex v. 3. 5. 15. colligitur. cf. not. ad v. 2. & ad c. 9, 1. q) S. *quæ* vitis *fructum.* h. e. vuas, succum ruptis folliculis effundentes. r) *similem fert* vel *facit sibi.* Sic verbum hoc accipitur in *Piel* 2 Sam. 22, 34. Ps. 18, 34. & in *Hiph.* Ef. 46, 5. Thr. 2, 13. s) sec. *multiplicari*, s. *quum multiplicatio* & abundantia *accidit fructui eius.* Ion. *quando multiplicaui eis prouentum.* cf. c. 4, 7. t) *multiplicauit* Israel istum fructum, vel sec. Ion. *cultum, aris suis* idololatricis: dum omnem benedictionem non mihi in solidum, sed idolis suis & falso cultui transscripserunt. cf. c. 2, 7. 10. c. 8, 11. u) *quando bene est* (Iud. 16, 25. Esth. 1, 10.) *terræ ipsius*; quando floret & fertilis est. De bono ac felici statu reipublicæ s. totius populi in terra id accipimus, inquit S. Quomodo *bene fuit terræ Israelis*, quando Ierobeamus terminos eius reduxit, & rempublicam victoriis suis in felicem statum restituit. cf. Præf. §. 4. x) magis *exornarunt*, s. *bene instruxerunt.* 2 Reg. 9, 30. Ier. 2, 31. y) *statuas* suas idololatricas. v. 2. 2 Reg. 23, 14. cf. supra c. 8, 4. ℣. 2. z) S. *Adblanditur* ipsis. cf. Ps. 55, 22. & In *Hiph.* Ps. 5, 10. Ps. 36, 3. Vulg. Syr. & alii *Diuisum est.* sc. vt addit Ion. *a lege*; nec integro animo Deum sec. verbum ipsius colunt. Deut. 6, 5. &c. Alibi tamen neutraliter verbum ita non vsurpatur, vt obseruat S. a) cf. c. 7, 2. b) S. quando *iam rei sunt* c. 13, 1. Leu. 5, 5. al. *nunc rei peragentur. ob reatum luent & desolabuntur.* cf. c. 14, 1. Ef. 24, 6. Ez. 6, 6. c. 25, 12. Ioel 1, 18. c) *ipse* np. *Deus meus.* c. 9, 17. Hinc bene monet S. p. 431. & 437. *Caput hoc X.* saltim quoad rerum cohærentiam, *non separandum esse a fine præcedentis capitis.* d) *resecabit* vel *destruet*, vt quum bestia decollatur. Ex. 13, 13. &c. rad. Arab. *fecuit, resecuit* &c. e) vid. Ef. 27, 9. f) *vastabit* Ier. 5, 6. g) vid. v. 1. Ef. 46, 1. ℣. 3. h) *Nam* vt explicem, qui fiat, vt tam blanda somnia concipiant animo suo. v. 2. i) *nunc*, dum iugum Assyriorum excusserunt, & Aegyptiis fœdere iuncti sunt. c. 7, 11 c. 8, 13. c. 9, 3. 2 Reg. 17, 3. 4. k) *dicunt*, & quasi optime illud factum sit, prædicant. l) Interrog. cum S. accipimus: *annon Rex est nobis?* sc. potens nunc & sui iuris factus, sub cuius præsidio in posterum tuti ab hostibus erimus. cf. v. 7. 15. Thr. 4, 20. Ad quod tamen mox respondet Propheta, verbis sequentibus. m) *quia* vel *quando non timemus Iehouam*, a quo omnis benedictio & salus. vid. Deut. 6, 2. 13. c. 13, 5. 1 Reg. 17, 36. 39. Ps. 3, 9. &c. n) *ecquid Rex præstabit*, siue *efficiet nobis?* cf. c. 13, 10. Ef. 31, 1. 2. Ps. 127, 1. Prou. 21, 30. 31. quando præsertim a nobis cum pietate etiam iustitia & veritas exulant; vt sequitur. ℣. 4. o) *Loquuntur verba* tantum; h. e. sec. S. verba *vana & mendacia*, meræ fraudis & deceptionis, vt Latini etiam dicunt: *verba alicui dare.* cf. Ef. 58, 13. Existimamus autem, inquit S. nouam hic incipere Prophetiæ particulam, in qua redarguantur Israelitarum *peccata contra nonum* (vel IIX. Decalogi) *præceptum*, inprimis, *de non dicendo falso testimonio*; nimirum fraudes, perfidia, Iniustitia in contractibus & iudiciis: adde in ipsis etiam fœderibus, solemnissime sancitis.

℣. 14. תֵּן Sic per *Tsere* bis h. l. 1. 2. 3 22. quod poscit *M. I.* ad h. l. ex analogia, (quia neque monosyllabum, תֵּן neque bisyllabum penacutum est, quod sequitur.) idemque ad Num. 17, 11. ex allegata *Masora.* At alii habent *Segol.* CAP. X, ℣. 1. לו sine *Dag.* 3. 6. 8. 9. 11--16. 20. 21. ℣. 2. יֶאְשָׁמוּ per *ChatephSeg.* 1. 3. sic su. 5.

אלות שוא כרת ברית ופרח כראש משפט על תלמי
ה שדי : לעגלות בית און יגורו שכן שמרון כי־אבל עליו
6 עמו וכמריו עליו יגילו על־כבודו כי־גלה ממנו : גם־
אותו לאשור יובל מנחה למלך ירב בשנה אפרים יקח
7 ויבוש ישראל מעצתו : נדמה שמרון מלכה כקצף על־
8 פני־מים : ונשמדו במות און חטאת ישראל קוץ
ודרדר יעלה על־מזבחותם ואמרו להרים כסונו
9 ולגבעות נפלו עלינו : מימי הגבעה
חטאת ישראל שם עמדו לא־תשיגם בגבעה מלחמה
על־

Bbbb 4 עא ד

p) Hoc *Tremell.* alii que habent pro *Infin.* vt c. 4, 2. *execrando se, vel peierando falso, pangendo*, dum pangunt, *fœdus*; *S.* augent pro *nomine plurali*, vt Deut. 29, 20. &c. idque cum sequenti commate, seu subiecto propositionis, coniungit h. m. *Pangere fœdus est execrationes vanitatis*, h. e. inanes, fraudulentæ & mendaces. cf. Ion. 2, 9. Ps. 31, 7. &c. vt sensus sit: *Non tantum verba vanitatis quocunque leniori modo loquuntur.* vt defraudent alios, *sed etiam in grauissimo negotio fœderum*, quando fœdus aliquod cum magnis execrationibus & sancti. iuramentis pangunt, execrationes istæ nihil aliud sunt, quam *execrationes mendaces*, quas non curant, sed temere & sine pudore transgrediuntur. Addit *S.* sic nihil irregularitatis admittitur; Accentus non transiliuntur, & sensus optimus est, quē etiam probant historiæ. Non semel enim Reges ipsi Israelitarum fœdera, multis execrationibus fieri solita, transgressi sunt perfide & periure. q) de phrasi cf. Ier. 34, 18. r) & *efflornit* aut *erupit*. cf. c. 14, 6. 8. Ps. 92, 8. 13. s) *instar cicutæ.* Fel id reddit vulgus interpretum, cum sit *proprie herba amaræ genus*, in segetibus nascens; quæ cum *absinthio* sæpe iungitur, vt æque amara. vid. Deut. 29, 17. Ier 9, 14. Thr. 3, 19. Am. 6, 12. *Boch. Hieroz.* I. p. 592. t) *ius & iudicium* in summam iniustitiam a vobis conuersum. vid. Am. 5, 7. 15. c. 6, 12. Hab. 1, 4. u) *super sulcis* (5) c. 12, 12. Ps. 65, 11. x) *agri* Deut. 32, 13. vel sec. *S. agrorum meorum*, in quibus triticum, non cicuta nasci debebat. Hic scil. florentis vestræ reipubl. status & Ecclesiæ facies est, vt quemadmodū fraudes & periuria, etiam in fœderibus; ita iniustitia & iudicia peruersa, (quibus mel in cicutam, bona causa in malam vertitur) in omnibus agris

קמין בז״ק
קמץ בז״ק

quasi creuerint & per totam terram inualuerint. cf. Es. 59, 8. 9. 14. 15. Ier. 5, 1. &c.

℣. 5. y) *Vitulis*(1) femin. cf 1 Reg. 12, 28. 2 Reg. 10, 29. 2 Par. 13, 8. *femininum genus* h. l. *ad contemtum* pertinere putant. Quod ἐξουθενισμοῦ genus multum valuit apud Hebræos, qui deorum sexus nesciunt. - vt eo magis constet, illos non posse haberi pro vero Deo, cuius decem nomina omnia masculina sunt. *Boch, Hieroz.* I. p. 355. z) i. e. *Bethelis*, etiam *Danis*, sec. nonnullos; coll. Am. 1, 5. & infra v. 8 15. c. 4, 15. it. not. 1 Reg. 12, 26 - 32. & Iud. 18, 30. 31. Alterum tamen vitulum in Dan hoc tempore superfuisse, negant alii, & *enallagen*, non modo generis, sed etiam *numeri*, *pluralis pro singulari*, hic esse volunt; qua tamen *Schmidius* prophetam, cum respectu ad nomen Dei אלהים, contemtus caussa, & cum quadam indignatione, vsum esse putat. a) breui *timebunt.* Deut. 1, 17. constr. cum ל eius, *cui timetur.* Iob. 19, 29. b) quisque *vicinus* (Ex. 12, 4. Es. 33, 24.) *Samaria.* cf. c 8, 5. Bene habet, inquit *S.* quod *Riuetus* dicit, *pœnam hic annunciari Israelitis.* Illa vero est *euersio totius cultus ecclesiastici* (quem illi in cultu vitulorum constituerant) vna cum *republica*; de qua vero distinctius v. 8. loquitur. c) *nam* mox *lugebit.* Am. 8, 8. *Præteritum* præuisionis s. *certitudinis propheticæ*, vt Es. 5, 13. c. 9, 2. &c. d) *super eo*, np. *vitulo suo.* Constructio rem respicit præcedentem, non nominis formam; vt Gen. 49, 6. 1 Sam. 25, 27. &c. e) *populus eius.* sc. *vituli* cultores. S. *populus Bethauen.* f) *& sacrificuli eius* (3) Zeph. 1, 4. vid. 1 Reg. 12, 31. g) *qui* adhuc *super illo exultant.* ellipsis relat. vt v. 1. & sæpissime. e. c. Es. 28, 16. &c. h) lugebunt *super gloria eius.* Suffixum quidam referunt ad *vitulum*, *Schmid* ad *Bethauen*; nos cum aliis ad *populum*, vt c. 4, 7. c. 9, 11. Es. 17, 3. sed ita, vt vitulus intelligatur; prout verus Deus *gloria Israelis* alibi dicitur. vid. Ier. 2, 11. i) *quod in exilium abierit*, vel *abducta sit.* cf. 1 Sam. 4, 21. 22. Es. 24, 11. c. 46, 2. Ier. 48, 7. ℣. 6. k) Nam *etiam* cum hominibus & ceteris spoliis. vid. 2 Reg. 18, 9. seqq. l) *ille ipse* vitulus, cf. Num. 26, 25. Deut. 20, 8. m) *in Assyriam* vel *Assyrio*, i. e. *ad* Regem *Assyrium.* c. 5, 13. cf. Es. 8, 4. n) *deportabitur* c. 12, 2. Es. 18, 7. Ps. 76, 12. o) *vt munus.* 1 Sam. 10, 27. p) Vulg. *regi vltori.* Ion. *regi*, *qui veniet punitum eos.* vid. not. c. 5, 13. Sic idola, quæ Prophetæ suis concionibus non poterant subuertere, ab aliis idololatris subuersa atque alio transuecta sunt. cf. 2 Reg. 18, 34. c. 19, 18. Es. 10, 10. 11. c. 21, 9. c. 46, 1. 2. q) tunc *pudor ignominiosus* (t) *Ephraimum capiet.* Pudebit enim eos deastri, qui auxiliari illis non potuit, & ipse in triumpho ductus est. *S.* Conf. Ier. 48, 13. r) c. 4, 19. Es. 1, 29. s) *a consilio suo*: quod non tantum de vitulorum erectione 1 Reg. 12, 28. sed continuo cultu, contra consilium diuinum, toties illis per Prophetas reuelatum, cum *Schmidio* accipimus. cf. Deut. 32, 28. Es. 29, 15. c. 30, 1. Ier. 7, 24. Mich. 6, 16. & Ps. 107, 11. Prou. 1, 25. 30. ℣. 7. t) *Excisa* erit, vel *exscindenda* est. v. 15. Es. 6, 5. u) *Samaria.* Nomen vrbis *terminatione masc.* vt 2 Reg. 15, 16. Es. 23, 1. x) & *Rex eius* in quo spem & fiduciam suam ponebant v. 3. *Asyndeton*, vt Hab. 3, 11. y) *sicut spuma* vel *bulla* aut *ebullitio*: alibi namque *iræ feruorem* significat, vt Es. 54, 8. ℣. 8. z) *Et sic delebuntur, destruentur.* Gen. 34, 30. 1 Reg. 15, 27. Prou. 14, 11. cf. not. v. 6. a) omnia illa *Excelsa.* 1 Reg. 12, 31. Am. 7, 9. b) *impietatis idololatricæ.* vid. v. 5. c. 12, 12. 1 Sam. 15, 23. c) Appositio: *seu peccatum Israelis*, h. e. in quibus exstruendis & frequentandis primum, præcipue, & in vniuersum peccatum idololatriæ commiserunt. *S.* d) Gen. 3, 18. cf. supra c. 9, 6. e) *succrescit* Es. 32, 13. f) quæ vel vitulis, vel Baali, aliisue idolis erexerunt. cf. v. 1. 2. c. 8, 11. Am. 3, 14. g) tantaque eos opprimet afflictio, *vt desperabundi dicant etiam montibus.* h) *operite nos.* Num. 16, 33. h. e. mortem, etiam miserrimam, sibi præoptabunt præ vita; vt obruti montibus & collibus, misereque contusi, mala futura videre non cogantur, vel præsentia non videant amplius. *S.* Similia vid. Es. 2, 10. 19. Luc. 23, 30. Apoc. 6, 15. 16. i) Mortem nempe quærent, sed quæ fugiet ab eis. Apoc. 9, 6. Ier. 8, 3. ℣. 9. k) *A diebus Gibea.* quando Beniaminitæ in Gibea nefandum illud scelus aduersus Leuitam cogitarunt, idque in pellice eius perpetrarunt, & hanc crudeliter ita interfecerunt. vid. c. 9, 9. Iud. 19, 25. seqq. l) & tu in vniuersum *peccasti o Israel*, atque in communionem istius peccati venisti; nempe, vt mox audiemus ex *Schmidii* sententia, quod non serio Israelitas tam atrox crimen adfecerit; alii, quod *eodem tempore* Iud. 19, 17. a Michæa adinuentam *idololatriam* Iud. 17, 5. seqq. & a Danitis in vrbe sua constitutam, publice & impune permiserint. vid. not. Iud. 18, 30. 31. & c. 20, 1. 25. 29. m) *ibi* namque *steterunt* & cunctati sunt; orta inter eos contentione de principatu. vid. not Iud. 20, 18. *Transit oratio a 2. persona in 3. ob adfectum*, vt Iud. 20, 38. & propheta ad lectorem conuersus, quodnam illud peccatum Israelis fuerit, ita exponit. n) *non* insecutum est vel *apprehendit illos in Gibea bellum*, neque vindictam aut pœnam experti sunt. (vide phrasin Deut. 19, 6. c. 28, 15. &c.) donec Leuita horribili modo animos eorum tandem accendit Iud. 19, 29. nec etiam in idololatras animaduerterunt. vid. not. Iud. 19, 22. o) *bellum*; quod tn. immani crudelitate confectum fuit. Iud. 20, 48.

℣. 8. ונשמדו cum *Gaiah* 5. & *Mas. Erff.* ודרדר per *Kam.* 1. 2. 3. sic su. 5.

tem *duobus sulcis* proprie

עינתם קרי

de bobus arantibus dicitur, quando communi iugo ita colligantur, vt in duobus sulcis contiguis vna & pari passu incedant. Quod tropice de

דגש אחר שורק

קמץ בז״ק

10 עַל־בְּנֵי עַלְוָה׃ בְּאַוָּתִי וְאֶסֳּרֵם וְאֻסְּפוּ עֲלֵיהֶם עַמִּים
בְּאָסְרָם לִשְׁתֵּי עֵינֹתָם׃ 11 וְאֶפְרַיִם עֶגְלָה מְלֻמָּדָה
אֹהַבְתִּי לָדוּשׁ וַאֲנִי עָבַרְתִּי עַל־טוּב צַוָּארָהּ אַרְכִּיב
אֶפְרַיִם יַחֲרוֹשׁ יְהוּדָה יְשַׂדֶּד־לוֹ יַעֲקֹב׃ 12 זִרְעוּ לָכֶם
לִצְדָקָה קִצְרוּ לְפִי־חֶסֶד נִירוּ לָכֶם נִיר וְעֵת לִדְרוֹשׁ אֶת־
יְהוָה עַד־יָבוֹא וְיֹרֶה צֶדֶק לָכֶם׃ 13 חֲרַשְׁתֶּם־רֶשַׁע
עַוְלָתָה קְצַרְתֶּם אֲכַלְתֶּם פְּרִי־כָחַשׁ כִּי־בָטַחְתָּ בְדַרְכְּךָ
בְּרֹב גִּבּוֹרֶיךָ׃ 14 וְקָאם שָׁאוֹן בְּעַמֶּךָ וְכָל־מִבְצָרֶיךָ יוּשַּׁד

כשר

vnione vniuersi Israelis in vnum regnum sub Dauide & Salomone accipimut, inquit *S.* ỳ. 11. z) *Sed* Israel, aut X. tribus. c. 4, 17. Es. 7, 5. inprimis *Ephraim*, arrogans semper, & contentiosus ac peruicax populus. cf. Iud. 8, 1. c. 12, 1. Ps. 78, 9. a) veluti *vitula* fuit *edocta*. Es. 29, 13. Ier. 31, 18. non ad arandum, sed solum *ad triturandum*, vt sequitur: quod opus aratione longe facilius ac fructuosius erat. Hinc namque pinguis ac petulans factus, non solum laborem & obsequium detrectauit, sed etiam recalcitrauit, Deut. 32, 15. & a domo Dauidis defecit, immo ipsi Iudæ dominari voluit. cf. 2 Par. 13, 3. *vbi tn. ita super ferox eius collum transiit* Deus, vt 500000. occisis, modestiores ad tempus fuerint. Postea sub Amatsia, etsi prouocatus, Iudam non parum adflixit Ioasus, Rex Israelis. 2 Reg. 14, 12. seqq. & nuper admodum tempore nostri Prophetæ Hoseæ, Rex Israelis *Pekah*, cum Rege Syriæ *Retsino* fœdere iunctus, Iudæam non solum vastauerat 2 Par. 28, 6. seqq. sed etiam cum eodem Retsino de exscindenda familia Dauidis, & regno Iudæ in alium transferendo, impia consilia agitauerat. Es. 7, 1. seqq. Ion. *Cœtus Israelis similis est vitula, quam docent arare, sed non discit, sed cupit ambulare pro lubitu anima sua.* b) *amans.* cf. Am. 4, 1. Particip. cum *Iod parag.* vt Ier. 51, 13. c) *triturare.* Boues inter Israelitas tum maxime pinguescebant, cum erat trituræ tempus: *quia* bouis triturantis *os capistrare lex prohibebat.* Deut. 25, 4. Ier. 50, 11. & not. 1 Sam. 28, 24. & de vario modo triturandi Es. 28, 27. Proinde Hoseas, vt Israelitas laborem detrectasse & genio indulsisse doceat, eos confert cum vitula, quæ soli trituræ adsueuit. d) *ideo*, sicut olim feci, *ego transibo*; vt ipsum adfligam & subigam. cf. verbum Ex. 12, 12. Es. 8, 8. Mich. 5, 7. Es. 51, 23. e) cf. Deut. 28, 47. Cum boum arantium collum sub iugo attereretur atque exulceretur, in hac vitula *colli pulchritudinem* laudat Deus: quia boues triturantes mirum in modum pinguescebant, vt diximus. f) *numquid enim equitare* vel *vehi faciam Ephraimum, & arabit Iehuda? num occabit illi Iacob?* vt Ephraim laute ac splendide viuat, (cf. c. 14, 4. Deut. 32, 15. Es. 58, 14.) & Iuda illi seruiat? Minime vero sic faciam, nec vos tale quid expectare debetis. Verba *interrogatiue* legimus *cum Schmidio*; vt 1 Sam. 11, 16. Es. 47, 13. estque hæc *interrogatio indignantis* & vehementer *negantis*, vt Es. 58, 5. g) *arabit?* v. 13. veluti boues. Iob. 1, 14. h) num *occabit* vel *sulcos* Ephraimo *confringet?* (3) Es. 28, 24. Iob. 39, 10. i) *Iacobus* patriarcha, in posteris suis. De *Iuda* accipimus, qui non minus ex Iacobo natus erat, quam Ephraim &c. inquit *S.* cf. Es. 42, 24. c. 43, 1. 22. 28. ỳ. 12. k) *Seminate* potius, vos Ephraimitæ, omnes ac singuli. Occasione superioris similitudinis (*arabit Iuda? occabit Iacob?* v. 11.) ex eadem re rustica *metaphoricæ locutiones* de agenda pœnitentia & faciendis bonis operibus desumuntur. cf. verbum c. 8, 7. Ier. 4, 3. Prou. 11, 18. c. 22, 8. Ion. *Domus Israel, facite vobis opera bona, ambulate in via veritatis, stabilite vobis doctrinam legis.* &c. l) *vobis.* non plane abundat, sed partim officium, partim etiam sequens emolumentum dicit; q. d. *Seminate vobis*, h. e. vt vos decet & vtile etiam vobis ipsis erit. *S.* ὃ γὰρ ἐὰν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ θερίσει. Gal. 6, 7. m) *sec. iustitiam.* Es. 32, 1. Ioel. 2, 23. *Lamed* nobis esse videtur *normæ* s. regulæ: vt *seminare sec. iustitiam* sit semen iustitiæ facere iuxta doctrinam & normam de iustitia in Scriptura S. comprehensam. sic etiam *metere sec. misericordiam*, aut potius *pietatem*, de norma ac regula, quæ pietati in Scriptura S. præscripta est, accipiendum. *S.* n) cf. c. 8, 7. o) Ex. 15, 21. Num. 6, 21. p) c. 6, 6. q) *innouate vobis.* (2) Ier. 4, 3. r) *nouale* (3) Prou. 13, 23. At Syr. *accendite vobis lucernam.* LXX. & Ar. φωτίσατε ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως. ex alia signif. vt 1 Reg. 11, 36. c. 15, 4. sed illud poscit contextus. s) *nam tempus est.* Gen. 29, 7. t) per veram pœnitentiam & fidem. Es. 55, 6. u) idque *donec ipse veniat* c. 6, 3. x) S. *&* *doceat.* al. *instillet* aut *depluat* c. 6, 3. Es. 28, 9 Ioel 2, 23. Ps. 25, 8. y) Syr. *iustitiam suam.* cf. Es. 45, 8. Ps. 85, 12. Dan. 9, 24. ỳ. 13. z) *Arastis enim* huc vsque; vel vt *S.* nectit: *Vos vero*, quoties ad pœnitentiam & pietatem vos hortatus sum, *arastis impietatem*, & toties quasi de nouo incepistis impii & peiores esse, quam prius. Pergit in tropo sumto ab agricultura. cf. Iob. 4, 8. a) Ps. 5, 5. np. idololatriam, scortationem, rapacitatem, aliaque, de quibus conquesti sunt Prophetæ, coniuncta cum impœnitentia, & constanter continuata. b) & *maximam iniquitatem.* v. 9. Ez. 28, 15. Ps. 25, 5. h. e. matura qs. peccata & scelera. c) cf. v. 12. Iob. 4, 8. Prou. 22, 8. d) *S.* de culpa; vt c. 4, 8. alii de pœna, vt Prou. 1, 31. Es. 3, 10. e) *fructum mendacii* c. 12, 1. h. e. sec. *Gusset.* p. 374. aliosque, *dignum mendacio*; vel *fallacem*, ac longe diuersum quam sperauera tis. coll. c. 9, 2. Ps. 7, 15. sed *S.* vt diximus, *de culpa*, ita vt continuetur narratio peccatorum; quomodo *fructus mendacii* erit, non qui hominibus, sed *qui Deo mentitur*; scil. non veritatis & iustitiæ, sed *turpissimæ hypocriseos*: dum malitiam & impietatem non solum seminarunt & messuerunt, sed etiam fructum mendacii comederunt, semper pessimi atque indies etiam peiores. f) cf. Es. 42, 17. Ier. 7, 8. c. 13, 25. g) cf. Es. 57, 10. Ier. 2, 23. 33. 1 Reg. 15, 26. 34. 2 Reg. 16, 3. Hoc cum *S.* ad *religionem* referimus, & sequens comma ad *rempublicam*: qua florente adhuc, hypocritæ sibi imaginabantur Deum propitium, & cultum vitulorum ac reliquam suam idololatriam esse verum Iehouæ cultum, quicquid etiam in contrarium docerent veri Prophetæ. cf. not. c. 7, 1. & *Præfat.* §. 4. h) cf. c. 1, 5. 7. ỳ. 14. i) *Ideoque existet.* Es. 31, 2. s. *stabit* & perdurabit. Num. 30, 5. 8. 1 Sam. 24, 21. Ier. 51, 29. k Ier. 25, 31. Am. 2, 2. l) *in populis* vel tribubus *tuis.* cf. Leu. 21, 1. 4. 14. &c. m) *&* *vniuersitas.* cf. Es. 9, 16. n) Ier. 5, 7. Am. 5, 9. Mich. 5, 10. o) *vastabitur* c. 7, 13.

p) *propter filios iniquitatis* s. nefarios illos stupratores, Gibeæ ciues. cf. 2 Sam. 3, 34. & Iud. 19, 22. c. 20, 13. Notat, inquit *S.* quod Israelitas scelus Gibeonitarum non serio, vt debuissent, adfecerit, vt vel bello illud vindicarint, sed ægerrime ad illud descenderint: non quod sanguini parcere vellent, sed quod ipsi quoque impii facinus vindicandum non ex animo odissent, & tantum non cum Beniaminitis defenderint. Consenserunt itaque potius in tantum scelus animo, quam vt illud vltro vindicauerint; quod autem fecerunt, fecerunt quasi coacti. Talis autem segnities in puniendis sceleribus, & impunitas hominum sceleratorum & idololatrarum, dominata est in Israele inde a diebus Gibeæ fere vsque ad Regem Dauid. coll. Iud. 17, 6. c. 18, 1. c. 19, 1. c. 21, 25.

ỳ. 10. q) *Pro desiderio meo* itaque factum est. Deut. 12, 15. 20. 21. c. 18, 6. 1 Sam. 23, 20. Ier. 2, 24. r) *vt castigarem eos*, vt ad frugem redirent. cf. c. 7, 15. Ier. 31, 18. s) *& tum congregati sunt* Es. 24, 22. t) S. *ad eos*; vt c. 11, 11. Am. 3, 9. al. *ideoque congregati sunt aduersus eos*, vt Mich. 4, 11. Ps. 35, 15. Sic Ion. *& congregaui aduersum eos, populos, qui dominium exercuerunt in eos sicut cum ligatur par boum ad duos sulcos suos.* u) *populi*, sc. sec. *S.* vicini: partim proselyti facti, aut amici & confœderati: partim subiecti aut tributarii, tempore inprimis Dauidis & Salomonis. x) *alligando* (dum alligauit) *eos*, veluti boues aratores. 1 Sam. 6, 7. 10 Ier. 46, 4. & seq. ל Gen. 49, 11. y) S. *duobus sulcis eorum.* (1) ita Ion. Kimchi &c. coll. Ps. 129, 3. al. minus commode h. l. *habitationibus eorum*, vt Ex. 21, 10. *Ligare* autem

ỳ. 11. ואפרים per *Rbhia* 6. 9. 20. sic su. 5. ỳ. 12. וקצרו cum præf. *Vau* 6. 9. sic su 5. ויורה *milel* 1. 2 3. vtrumque 5. ỳ. 13. חרשתם per *Meroa* : *milra* 1. 2 3. 5. 6. 9. 23. ỳ. 14. יושד per *Pat.* 2. 3. 5. 6. 7. 9. 10. 13. 14. 19. 20, 21. 22. contra *Mas. impr.* At sine *Dag.* 2. 5. 21. 22. 23. contra *Mas.* 1. & *Erff.*

כשד שלמן בית ארבאל ביום מלחמה אם על־בנים
טו רטשה : ככה עשה לכם בית־אל מפני רעת רעתכם
יא בשחר נדמה נדמה מלך ישראל : כי נער ישראל
2 ואהבהו וממצרים קראתי לבני : קראו להם כן הלכו
3 מפניהם לבעלים יזבחו ולפסלים יקטרון : ואנכי
תרגלתי לאפרים קחם על־זרועתיו ולא ידעו כי
4 רפאתים : בחבלי אדם אמשכם בעבתות אהבה
ואהיה להם כמרימי על על לחיהם ואט אליו אוכיל :

לא

p) S. sec. *vastare* vel *sicut vastauit*. al. *sec. vastationem*. c. 7, 13. Es. 22, 4. q) S. & pleriqne Interpp. *Salman*, idem cum *Salmanassare* 2 Reg. 17, 3. qui prima illa expeditione aduersus Samariam, spoliauerit *Arbelitide*, nunc altera spoliaturus *Betholem*. At *Hillerus* in Onom. S. nomen hoc adpellatiue pro *talione* s. *retributione* accipit, h. m. *sec. vastationem talionis domus Arbelitica*; i. e. vastatione non dissimiliter, qua in scelerum vltionem domus Arbelitica deuastata fuit. r) *Beth-Arbelis* vel *Arbelem*. Hillero autem, vt diximus in On. S. p. 757, familiæ s. *domus Arbelitica*, np. *Baasa Iisjacaritæ*, Regis Israel. 1 Reg. 15, 27. c 16, 11 12. *Arbel* namque sec. eundem *Hiller*. p. 748. oppidum fuit in tribu Iisacharis, coll. Ios. 19, 18. 1 Macc. 9, 2. cf etiam *Iosephi* A. I. lib. 12. c. 18. & in vita sua p.m. 1022. & *Lightf*. Chorograph. ad Matthæum cap. 85. s Am. 1, 14. t) vbi *mater vna cum filiis*. Gen. 32, 12. u) *allisa fuit* (6) c. 14, 1. Es. 13, 16. Nah. 3, 10. Ps. 137, 9.

℣. 15. x) *Ita*. Num. 8, 26. Neh. 5, 13. Applicatio præcedentis exempli. y) S. *Sic vobis*, *o Bethelitæ*, *faciet* sc. Salman s. Salmanasser. v. 14. Se.l alliis hic indicatio sit caussæ tantorum malorum, np. *Bethel* s. idololatria in Bethel commissa. Ita Ion. *Sic vobis in caussa sunt peccata*, *quibus peccastis in Bethel*. cf. not. c. 4, 15. z) i. e. *propter extremam malitiam vestram* c. 7, 2. c. 9, 15. cf. similis constr. Gen. 9, 25. Ez. 16, 7. Cant. 1, 1. a) *in aurora*, i. e. sec. *S. sicut* nubes matutina auroræ extinguitur, vt eius nihil quidquam amplius adpareat. cf. c. 6, 4. Al. cum *Cocc.* Lex. 882. tempore pacis allucet [illegible] i. e. cf. Es. 8, 20. i) v. 7. c. 4, 5. 6.

6. e) *Rex hic* sine dubio est *Hoseas*, fil. Ela, vt historia sacra 2 Reg. 17. testatur.

CAP. XI, ℣. 1. d) *Quum*. Es. 43, 2. e) *puer* & in prima quasi ac tenera ætate sua adhuc esset *Israel*. Siquidem vt homines, ita etiam respublicæ suas ætates habent, inquit *Drusius*. cf. c. 2, 5. 17. Ier. 2, 2. Ez. 16, 4. & supra c. 7, 9. 6. vn[illegible] Gal. 4, 1. 3. *Populus Israeliticus* ratione ortus, progressus & durationis *cum homine* comparatur, qui in *prima sua ætate* puer est, postea adolescit &c. Sic Israel in prima quasi ætate sua in Aegypto ex paucis Patribus in populum excreuit, vt tamen nondum rempublicam faceret, donec tandem in terram Canaan a Deo perductus est. *S.* f) gratuito & singulari plane amore *iam tum dilexi eum*, ita, vt omnibus populis eum præferrem, atque ex seruitute sua eum educerem. cf. c. 9, 10. Deut. 4, 37. c. 7, 13. Es. 43, 4. c. 63, 9. Ier. 31, 3. Mal. 1, 2. &c. Cum nouo hoc capite *nouam etiam prophetiam* s. concionem, eamque *octauam* incipit *Schmidius*. Tempus autem illius ex v. 5. & 6. haud difficulter colligitur. cf. not. c. 7, 1. & Præfat. §. 12. Vt vero in superioribus, sic etiam hoc capite maxima *beneficia* ingrato populo Deus exhibita *exprobrat*, & iustissimas propterea *pœnas prædicit* v. 4. seqq. Tandem vero etiam misericordiæ suæ thesauros ei pandit, & iustissimæ iræ suæ moderationem, ipsorumque conuersionem, aliaque bona sub N. T. per CHRISTVM *promittit* v. 8. seqq. g) *etiam ex Aegypto*, quo fugere cogetur Mat 2, 13. h) *vocaui* in decreto meo, vel *reuocabo*. cf. not. c. 10, 5. Quod autem Matthæus *præteritum* habet, vel litteram Prophetæ retinuit, vel verbum ad tempus adcommodauit, quo ipse scripsit & res impleta fuit. *S.* i) *Filium meum*. quod alii ad *Israelem*, vt typum, coll. Ex 4, 22. 23. alii ad vtrumque, *Israelem* & *IESVM* referunt. nam & *Iesus* (verba sunt *Gertleri* in Theol. Proph. p. 380.) in lumbis *Perezi*, Iudæ filii, in Aegyptum venit, inde reuersus in lumbis *Nahassonis*. Mat. 1, 3. 4. Gen. 46, 12. Num. 1, 7. At nos iis subscribimus, qui cum *S.* hoc dictum *litteraliter de Christo* accipiunt, *iuxta Matth* 2, 15. Hoc etiam vult simplicitas Scripturæ, qua *Filius* hic ab Israele distinguitur. cf. Mat. 15, 24. Rom. 15, 8. ℣. 2. k) *Vocarunt*, vel (ob sequentem particulam כן) *Prout reuocarunt eos*, nempe ad cultum & obsequium meum, & ad fidem in promissum ipsis Seruatorem v. 1. scil. *Moses*, & *Prophetæ* nullo non tempore a me missi & excitati. cf. v. 7. Es. 30, 21. 2 Reg. 17, 13. Ier. 25, 4. Zach. 1, 4. l) *sic*, vel *tanto magis* c. 4, 7. *ingrato & refractario animo*. m) *a me & monitoribus suis abierunt*; tantum abest, vt dictis obedientes fuerint. cf. Ier. 2, 5. c. 7, 24. c. 11, 8. Ez. 5, 7. c. 20, 13. & vide e.c. Ex. 16, 2. 28 c. 17, 2-7. Deut. 31, 27. 29. Ps. 95, 8. 9. 10. Heb. 3, 9. 10. Ion. *Misi Prophetas meos, vt docerent eos, sed illi errauerunt ab iis* s. resugerunt eos. n) *Baalim* c. 2, 10. 15. Ier. 2, 25. *tempore Mosis* Num. 25, 3. 5. supra c. 9, 10. Deut. 4, 3. Ios. 22, 17. Ps. 106, 28. *Iudicum* Iud. 2, 11. 13. c. 3, 7. c. 6, 25. seqq. c. 8, 33. c. 9, 4. c. 10, 6. 10. *Samuelis* 1 Sam. 7, 4. & *Regum*, præsertim Ahabi 1 Reg. 16, 31. 32. cf. 2 Reg. 17, 7-17. o) *sacrificabant* c. 4, 13. 14. c. 12, 12. Ps. 106, 38. p) vid. Iud. 17, 3. 4 c. 18, 14. 30. Ier. 8, 19. Ps. 78, 58. q) c. 4, 13. Existimamus, inquit *S.* quod de *temporibus Iudicum* sermo sit Prophetæ nostro, vnde non mirum est, quod *vitulorum Ierobeami*, qui tum nondum erant, non meminerit. ℣. 3. r) *Ego tamen nihilominus*, pro clementia & misericordia mea eos non abieci, sed adhuc paterno amore v. 1. eos prosecutus sum. s) *pedes meos* s. *gressus meos adcommodaui*; ut *S. iter meum adsuefeci*. al. *pedem direxi Ephraimo*. Syr. *rexi Ephraimum*. Verbum a nomine רגל *Pes*, more Arabico ab initio per ת formatum. Al. *exploraui Ephraimo*, qui eum susciperet coll. Num. 11, 12. perperam & minus commode. t) *Ephraimo* & populo Israelitico c. 4, 17. u) *Pocok*. aliique vt *Participium* accipiunt: *adprehendens eos brachiis suis*; more paruulorum, qui ita ducuntur. sed aliis verbum est *Præteritum*, vt Ez. 17, 5. sensus varius. quidam parenthetice: immo *suscepit* eos Deus *super brachia sua*. Ita Piscator. Al. cum Tremell. *suscepit* Ephraim *illa* idola v. 2. *supra brachia sua*, dum pedes eius direxit Deus. Melius *S. ac si quis suscepisset eos super brachia sua* Videtur, inquit, esse comparatiua locutio, in qua se Deus *comparat cum viro*, qui paterne ducat puerum, adeo ægre incedentem, vt etiam super brachia eum suscipiat. x) vide Deut. 1, 31. c. 32, 11. & cf. Es. 63, 8. 9. y) *sed illi noluerunt agnoscere*. c. 2, 10. Es. 1, 3. Ier. 4, 22. z) *quod eos sanauerim*, h. e. *in integrum*, tum in ecclesia, tum in republica, *restituerim* eos. cf. c. 6, 1. c. 7, 1. Es. 6, 10. c. 19, 22. c. 57, 19. Ier. 33, 6. Ex. 15, 26. Ion. *At ego per Angelum, missum a me, per viam rectam deduxi Israelem, & portaui eos quasi super brachiis; sed non agnoscunt, quod a me misericordia extet super eos*. ℣. 4. a) *Funibus*, tropice dictis. cf. Es. 5, 18. Prou. 5, 22. Iob. 36, 8. b) *hominum* s. humanis: quibus ingenui homines (non bruta aut bestiæ Ps. 32, 9.) trahuntur. cf. 2 Sam. 7, 14. Ion. *Tractu filiorum dilectorum traxi eos*. c) *trahebam eos*. Ier. 31, 3. Cant. 1, 4. Ioh. 6, 44. c. 12, 32. d) nempe *funibus* (Es. 5, 18. cf. Iud. 15, 13.) *amoris*, h. e. sec. Ion. *fortitudine amoris* s. *summa caritate*. cf. Es. 63, 9. Cant. 8, 6. e) *sed fui ipsis*. Non dicit autem h. l. Deus, qualis ipse reuera fuerit, sed qualis ab ingratissimis hominibus æstimatus sit: qui beneficia & longanimitatem ipsius in contrarium interpretabantur. *S.* cf. Num. 13, 33. f) *sicut attollentes* & impositurí *iugum*; quod etiam *adscendere* dicitur Num. 19, 2. 1 Sam. 6, 7. g) *super* capita & *maxillas eorum*. cf. v. 5. Es. 30, 28. Ier. 2, 20. Ps. 2, 3. Neh. 9, 29. Prou. 13, 19. h) S. *& inclinabo me ad ipsum?* interrogatiue & neutraliter, vt Iob. 23, 11. vel subintell. *animum*, vt Ios. 24, 23. vel *aurem* aut *gratiam meam*, vt Ps. 116, 2. Ezr. 7, 28. i) & semper contumaciam eius *sustinebo*? aut impunitam relinquam? Minime vero! sed faciam, vt non reuertatur amplius in Aegyptum &c. v. 5. Ita *S.* comminationem diuinam hic incipit, & verbum deducit ex rad. יכל vel כול, sicut אוחיל Ier. 4, 19. ex rad. חיל vel יחל. Al. vt *Gusset*. p. 40. & *leniter erga ipsum* me gerens (2 Sam. 18, 5.) *præbito cibo alam eum* ex rad. אכל, coll. simili forma Ier. 46, 8. al. *& inclinabo ad eum* s. porrigam ei, *cibum?* ac si idem sit *Ochil*, quod *Ochel*, *cibus* Deut. 2, 28. *De Dieu* vero id accipit pro *participio* Kal, formæ *Ioseph* Es. 29, 4. *Tomich* Ps. 16, 5. ideo *ad eos inclinabo comestorem* s. *deuoratorem*, np. Assyrium v. 5. Ita cf. Ier. 50, 17.

℣. 14. כשד per Merca 1. 2. 3. 5. contra *Mas. impr.* Ex. 21, 35. שלמן Schin per *Kam.* & *Meth.* 1. 2. 5. sec. *Mas. Erff.* Et sic euidentior est ratio antecedentis *Darga* Sed *Mem* per *Kam.* 1. 2. 3 5. 6. 9. 10. 14. 20. ℣. 15. ככה per *Mun.* 1. 3. בית per *Mun.* 1. 3 6. 9. 10. sic fu 5. Pro בשחר fe. בשחר 2 sic fu. 5 & sic in marg. 6. 9. contra *Mas.* 1. *impr.* & *Erff.* Refert tamen ב ex aliis in marg. 2. נדמה cum Kri נדמין 3. CAP. XI, ℣. 1. כי per *Makk.* 3. 6 9. 20. sic fu. 5. ℣. 3. ואנכי תרגלתי sic 1. 2. ולא per *Makk.* 5. 10. 17. 18. & *Ber.* ℣. 4. אמשכם per *Sægol* male 1. 2. 6. 9. 10. 20. Pro אוכיל fe. אוביל 1. sic fu. 2.

ה לא ישוב אל־ארץ מצרים ואשור הוא מלכו כי מאנו
6 לשוב׃ וחלה חרב בעריו וכלתה בדיו ואכלה
הפטרת ויצא יעקב
7 ממועצותיהם׃ ועמי תלואים למשובתי ואל־על
8 יקראהו יחד לא ירומם׃ איך אתנך אפרים אמגנך
ישראל איך אתנך כאדמה אשימך כצבאים נהפך
9 עלי לבי יחד נכמרו נחומי׃ לא אעשה חרון אפי לא
אשוב לשחת אפרים כי אל אנכי ולא־איש בקרבך
קדוש

syriacam captiuitatem. Nunc itaque Propheta vaticinatur, *quid post euersionem istam futurum sit in captiuitate*, vsque dum hæc finiatur. Nimirum. (1) populus perseuerabit in sua a Deo auersione; vnde (2) Deus iuste eos plane posset delere sicut Adamam & Zeboim v. 8. quod tamen (3) ex motu misericordiæ suæ non est facturus, sed per Messiam eos tandem conuersurus. v. 8. seqq. *a*) S. *suspensi sunt*, suspensi & defixi *inhærent*. Ios. 10, 26. al. *penduli sunt*, ac in ruinam vergunt, Deut. 28, 66. *propter auersionem meam*, ita *Gusset.* p. 836. coll. Deut. 28, 63. *b*) S. *auersioni suæ a me*, coll. c. 9, 10. vt *suffixum* sit *passiuum*, sicut Es. 53, 11. c. 56, 7. Ps. 5, 8. al. *propter auersionem meam*, qua me ab illis auerti. coll. supra c. 5, 6. 15. c. 9, 12. In malam partem hoc nomen semper vsurpatur, *& auersionem* s. *peruersionem* significat. cf. c. 14, 7. Ier. 2, 19. c. 3, 22. c. 5, 6. c. 8, 5. c. 14, 7. Prou. 1, 31. *c*) *& ad Altissimum* s. *ad superna & cœlestia*. c. 7, 16. vt מעל *de cælo* Gen. 27. 39. *d*) *reuocant* quidem *eum*. vid. v. 2. *e*) *vna* tamen s. *in vniuersum* totus populus. Es. 22, 3. Ps. 14, 3. *f*) *nihil extollit* se, vel *Deum suum*; vt sc. eum præferat humanis auxiliis vel consiliis suis. v. 5. 6. & debitis laudibus prosequatur. Ex. 15, 2. Ps. 66, 17. Ps. 145, 1. ℣. 8. *g*) *Quomodo* itaque? Particula hæc interrog. non tantum *admirandi & negandi* (vt Gen. 39, 9. c. 44, 34.) item *deplorandi*, Prou. 5, 12. & *expostulandi*, Gen. 26, 9. Iud. 16, 15. 2 Sam. 1, 14. sed etiam *exaggerandi & intendendi* vim habet. vid. Ier. 9, 18. Ps. 73, 19. *Exaggerat* itaque h. l. stuporem & contumaciam Israelis, & iustissimas eius pœnas etiam ad summum vsque gradum intendit, idque per figuram, quam rhetores *communicationem* vocant; q. d. *Quomodo itaque tractabo te, o Ephraim?* (nam tuam compello conscientiam & temet ipsum iudicem esse volo: cf. Es. 5, 3.) *tradamne te* extremo supplicio, *o Israel? Quomodo*, inquam, *te faciam sicut Adamam? ponamne te sicut Zeboim?* quæ horribili supplicio cum Sodoma & Gomorrha cælitus exustæ sunt, & funditus perierunt. Tale certe supplicium non solum meretur, sed vltro etiam efflagitare a me videtur summa illa obstinatio tua, idque etiam iustitia mea requirebat. *Inuertitur tamen apud me cor meum, & simul æstuant* omnia *viscera mea* &c. Duo itaque dicit hic versiculus: (1) in ditione *Atnachi*: Quid contumacia sua meruerit Israel, nempe extremum supplicium & totale excidium: (2) in ditione *Silluki*, intensissimum amorem & misericordiam Dei in Christo, quæ sola prohibeat, quo minus sec. iustitiæ rigorem fiat. *h*) *dare* Hebræis sæpe notat aliquem in statu bono l. malo constituere, inquit *S.* cf. Ez. 5, 14. c. 26, 21. c. 35, 9. *i*) cf. c. 6, 4. *k*) ὁ. ὑπερασπιῶ σε; qs. ex מגן *clypeus* a rad. גנן; sed rectius *S.* aliique *tradamne te? Symmachus* ἐκδώσω σε. Ion. *exterminabo te. Mem* enim est *radicale* (3). Gen. 14, 20. Prou. 4, 9. *l*) cf. Gen. 10, 19. c. 14, 2. *m*) c. 2, 5. Ier. 6, 8 Ezech. 21, 32. *n*) vid. Gen. 19, 24. seq. Deut. 29, 22. Ier. 49, 18. *o*) Vehementissimum misericordiæ motum describit, quo *cor* prorsus *vertatur in ipso*. vid. Thr. 1, 20. & cf. Ier. 31, 20. *p*) non est *contra me*, sed *in me* vel *super me*, quando sc. de te prorsus exscindendo cogito. *S.* cf. Ps. 42, 5. 6. 7. *q*) vid. v. 7. *r*) *æstuant* s. *commouentur* (4) Gen. 43, 30. 1 Reg. 3, 16. Thr. 5, 10. cf. Luc. 6, 36. c. 15, 20. Rom. 2, 4. *s*) S. aliique *pœnitudines* al. *consolationes meæ* (3) vid. Es. 57, 18. Zach. 1, 13. *Gusset.* p. 506. *virtus mea consolatoria* commouetur. ℣. 9. *t*) *Non* itaque *faciam*. Subiicitur hic effectus illius motus diuinæ misericordiæ, de quo v. 8. cf. Gen. 18, 29. 30. it. Am. 7, 3. 6. *u*) *furorem iræ meæ* Ier. 30, 24. c. 49, 37. *x*) *non conuertam me*, sc. a miserendo & promissionibus meis. cf. supra c. 2, 11. 21. Vel, *non auertam me* ab Israelitis, coll. Ier. 32, 40. Ion. *non reuertetur Verbum meum*. Al. *& non rursus perdam*, coll. Gen. 26, 18. 1 Reg. 13, 33. 2 Reg. 4, 35. *y*) *ad perdendum*; vt prorsus deleam & exstinguam, sicut olim in diluuio. Gen. 6, 17. cap. 9, 11. 15. coll. Es. 54, 9. *z*) *quia Deus ego sum*, infinite misericors, nec cupiens mortem peccatoris, Ez. 18, 23. 31. c. 33, 11. & fallere nesciens in promissis datis e. g. Gen. 17, 7. Leu. 26, 44. &c. *a*) *& non vir* aut *homo*, cuius nec tanta est misericordia, quippe finita; nec indubia in promissis fides. cf. Num. 23, 19. Mal. 3, 6. Iob. 10, 5. Iac. 1, 17 Ion. *quia Deus ego sum. Verbum meum in æternum permanet, nec sunt opera mea, qualia opera carnis*, (i. e. hominum) *qui habitant in terra*. *b*) *in medio tui*. Es. 12, 6. *locum & obiectum notat*, in quo & erga quod sanctitatem suam exerceat, manifestamque faciat & probet &c. *S.*

℣. 5. *k*) *Non amplius*, vt nuper factum erat, *Ephraim* s. populus Israel v. 3. *in terram Aegypti*, ad auxilia petenda, *reuertetur*. *l*) c. 8, 13. c. 12, 2. *m*) *nam Assur* s. *Assyrius*, cui inde a temporibus Menachemi tributarii fuerant 2 Reg. 15, 19. sed nuper, Aegyptiorum auxiliis freti, ab eo defecerant. 2 Reg. 17, 4. *n*) *hic erit Rex ipsius*: sc. solus; vt proprium Regem non habeant, nec auxiliarem Aegyptium. *S.* Ab Assyrio namque arctissima obsidione in Samaria concludendi (ita, vt mittere in Aegyptum non possent) & omni auxilio destituti ac victi, tandem in Assyriacas terras captiui abducendi erant. 2 Reg. 17, 5. & supra ad cap. 5, 13. *o*) *quia*, vt ex dictis patet v. 4. malitiose noluerunt s. *renuerunt* Es. 1, 20. Ier. 3, 3. *p*) *conuerti* ad me c. 5, 4. Ier. 5, 3. c. 8, 5.

℣. 6. *q*) *Ideo irruens erit*; vel explanatiue, *irruet enim*, & acerbissimos *dolores pariet*. vid. 2 Sam. 3, 29. Ier. 23, 19. *r*) *gladius* Assyriorum s. hostium. cf. Leu. 26, 25. 33. Ps. 1, 20. *s*) cf. c. 8, 14. *t*) *& conficiet* Ier. 14, 12. Thren. 2, 22. *u*) *vectes*, Ex. 25, 13. 14. cf. Thren. 2, 9. *S.* autem aliique cum *Ion.* intelligunt *fortes & magnates* s. *Antistites eius*. vid. not. Es. 16, 6. *x*) *eosque absumet*. 2 Sam. 18, 8. Ier. 2, 30. c. 46, 10. 14. (*comedit* autem gladius *vrbem*, quando *ciues* eius consumit. *S.*) *y*) *propter consilia eorum*; cum adversus diuina consilia, tum aduersus Assyrios, cum Aegyptiis agitata. cf. Ier. 7, 24. Ps. 5, 11. Prou. 1, 31.

℣. 7. *z*) *At populus meus*. vid. c. 4, 6. De *cohærentia* ita *S.* Dictum est, inquit, hactenus, quid vsque ad euersionem regni Israelitici factum sit, & tandem prædicta ipsius regni totalis euersio, & abductio populi in Assyri-

---

℣. 6. ממועצותיהם sic Ber. & 24. sec. *Mas.* 2, *impr.* & *Erff.* h. l. & *impr.* Leu. 21, 4. *Tiphcha* quoque habent, sed præcedente vna seruo *Merca*, 1. 3. 5. Ceteri per *Meth.* loco *Tiphcha*. ℣. 7. ועמי per *Sakeph* 1. ℣. 8. כצבאים cum *Kri* כצבוים 2. Ceterum *Chirek* (quod alii sub *Aleph*) sub *Iod* collocant etiam 7. 8. 22. forteque plures, vt poscit *M. I.* ℣. 9. ולא איש sine præf. ו 6. 9. in marg. contra *Mas. impr.* & *Erff.*

י קדוש ולא אבוא בעיר׃ אחרי יהוה ילכו כאריה ישאג
כי־הוא ישאג ויחרדו בנים מים׃ יחרדו כצפור 11
ממצרים וכיונה מארץ אשור והושבתים על־בתיהם
יב נאם־יהוה׃ סבבני בכחש אפרים CAP XII.
ובמרמה בית ישראל ויהודה עד רד עם־אל
ועם־

c) *Sanctus Israelis.* 2 Reg. 19. 22. Es. 1, 4. *sanctus* infinita misericordia ac diuina veritate. d) *nec ingrediar ciuitatem.* Ita LXX. Vulg. Syr. Ar. &c cf. quoad constr. Deut. 23, 2. seqq. 1 Sam. 23, 7. Ier. 9, 20. &c. Sed quomodo intelligendum hoc sit, de eo admodum ambigunt interpretes. B. *Hieronymus* id ita explicat: *non sum vnus ex iis, qui in vrbibus habitant, qui humanis legibus viuunt, & crudelitatem arbitrantur iustitiam;* vt idem sit cum eo, quod antea dictum, *non sum homo.* Veteres Rabbini apud Kimchium: *& in caelestem Hierosolymam* (cf. Heb. 12, 22. Gal. 4, 26.) vobis iterum relictis *haud concedam, donec Hierosolymam terrestrem restituerim,* coll. Ps. 122, 3. quod auctoribus suis relinquimus. Al. *et in* aliam *vrbem,* praeter Hierosolyma, *non veniam.* Ion. *nec permutabo amplius Hierosolymam pro alia ciuitate.* Sed de Hierosolymis in specie nihil est in hoc contextu. Alii apud R. *Sal.* & non veniam *vt hostis* (coll. constr. Es. 40, 10.) vel *cum hoste;* coll. 1 Sam 28, 26. verum ibi aliud nomen est, quia diversissima forma. Praefert itaque *Schmidius* sententiam Hieronymi, simul tamen oppositionem facit inter *medium Israelis & vrbem,* h. m. *Deus sum sanctissimus in medio Israelis, vbicunque fuerit, etiam in extremo exilio: nec coarctor in vna ciuitate* Hierosolyma (vel alia) & terra ipsi coniuncta: (vt dii tutelares gentium singulis paene locis alligati. 2 Reg. 19, 21. 13.) quia infinitus sum, & nullibi terrarum a saluando impeditus. vid. 1 Reg. 8, 27. 2 Par. 6, 18. & Ioh. 4, 21. & quoad constructionem 2 Reg. 24, 10. c. 25, 2. &c. Nobis in hoc contextu simplicissimum videtur, id ita accipere, vt nunc quidem *Israel cum vrbibus suis,* ob summam contumaciam (vid. v. 2. 3. 4. 7. c. 5, 4. 9. c. 7, 10. c. 8. 3 14. c. 9, 7. 15. 17. c. 10, 14. 15.) *destituendus, & hostibus Assyriis a Deo permittendus* dicatur, salua illa Patribus de CHRISTO facta promissione. q. d. *etiamsi nunc non veniam in vrbem* Samariam ceterasque, idololatria aliisque sceleribus foede pollutas, nec corrigibiles amplius, sed gladio exscindendas. vid. v. 5. 6, 8. c. 7, 1 c. 9, 12. 15. c. 10, 7. 8. c. 14, 1. Quomodo, vt B. *Lutherus* obseruat, abrogatio politiae & cultuum Mosaicorum omnino includitur. cf. c. 1, 4. c. 3, 4. &c.

℣. 10. e) Nam *post Iehouam* Messiam Es. 52, 12. f) tandem *ibunt,* eiusque ductum sequentur. cf. c. 5, 11. 1 Reg. 14. 8. & supra c. 3, 5. Ier. 3, 17. Mich. 4, 2. Est hic *altera pars promissionis,* in v. 9. nec simplex tantum est praedictio, sed etiam promissio, quod Deus daturus sit, vt ita faciant. *S.* g) qui *veluti leo,* praeda potitus Am. 3, 4. h) potenti & diuina Euangelii voce Rom. 1, 16. 1 Thess. 2, 13. Hebr. 4, 12. *rugiet,* atque ita non solum ipsos, sed omnes etiam gentes ad aeternae vitae veraeque beatitudinis societatem conuocabit, sicut leo sui generis animalia, & praecipue catulos ad praedam vocat. cf. Act. 2, 39. Ion. *Verbum eius erit sicut leo rugiens;* np. Verbum, quod erat in principio apud Deum Ioh. 1, 1. i) *quia* explanatiuum est: *nam ipse,* Filius Dei Hebr. 1, 2 caro factus Ioh. 1, 14. & *Leo de tribu Iuda* Apoc. 5, 5. k) *rugiet* voce Euangelii. cf. Am. 1, 2. Ioel 4, 16. Apoc. 10, 3. per vniuersum orbem terrarum. Rom. 10, 18. ad hoc quippe missus & vnctus a Patre Es. 61, 1. Luc. 4, 18 l) *& cum timore ac reuerentia adcurrent.* v. 11. 1 Sam 16, 4. c. 21, 2. 2 Reg. 4, 13. Notat occursum vel *accessum cum honore obedientiae fidei,* inquit *S.* cf. supra c. 3, 5. Act. 2, 37. c. 16, 30. Phil. 2, 12. m) *filii & posteri* eorum; non solum (vt *Ion.* addit) *exules* Israelitae Deut. 14, 1. sed quos Iehoua per suam gratiam etiam ex gentibus tales faciet. cf. supra c. 2, 1. Rom. 9, 26. Es. 8, 18. Ps. 45, 17. Ioh. 1, 12. Hebr. 2, 10. 13. 1 Cor. 4, 15. n) *a mari,* i. e. *ab Occidente.* Gen. 12, 8. cf. Es. 49, 12. Matth. 8, 11. Stilus autem adcommodatur situi terrae Canaan: & *plagarum mundi* fit mentio, quia Israelitae ante Christi aduentum in omnes mundi plagas dispersi fuerunt, & quia Euangelium in omnes mundi plagas exiuit. *S.*

℣. 11. o) *Trepidabunt,* i. e. trepide & summa cum festinatione adcurrent. v. 10. Non a. motus corporeus ex istis terris, sed spiritualis ad Christum intelligendus est. *S.* p) *sicut auis.* Ion. add. *quae aperte* (per aerem) *venit.* cf. c. 9, 11. q) etiam *ex Aegypto* & a Meridie. cf. not. v. 10. & Es. 19, 19. seqq. c. 27, 13. r) *& sicut columba,* cuius pernicissimus volatus est. vid. Ps. 55, 7. & not. Es. 60, 8 s) e Septemtrione & vndique collecti. cf. Zach. 10, 10. Ioh. 11, 52. Eph. 1, 10. *Hebraei Iudaeorum reditum ex captiuitate Babylonica* perperam ex his versibus intelligunt. Nam ex v. 8. & 9. constat agi de *Ephraimitis,* quos Salmanassar abduxerat. Illos vero semel abductos in Canaanaeam postliminio rediisse, non adparet. Itaque cum hoc vaticinium ad litteram non sit impletum, mystice debet intelligi de restauratione spirituali & vocatione gentium, quae facta est per Euangelii praedicationem. Proinde significatur idem ille *rugitus,* de quo Ioel 4, 16. Nec immerito *rugitus* adpellatur *Euangelii praedicatio,* cum tam sit clara & sonora, vt per totum orbem audita fuerit; nec solum aures, sed & auditorum animos vi sua perculerit, & sollicitos reddiderit de salute sua cum metu ac tremore procuranda. *Boch. Hieroz.* 1. p. 769. cf. not. Ez. 37, 13. t) Ier. 32, 37. u) hic in Ecclesia Matth. 16, 18. 1 Tim. 3, 15. Eph. 2, 19. & tandem in caelo Ioh. 14, 2. Significatur, inquit *S.* constantia fidei, & eius tandem finis, qui est vita aeterna. *Ion.* addit: *& Verbum meum erit in auxilio eorum.* cf. Matth. 28, 20. x) Hoc promissionis quasi sigillum est. Es. 1, 24. cf. Num. 23, 19. Ps. 33, 4.

CAP. XII ℣. 1. y) *Circumdederunt* me mendacio Ps. 17, 11. h. e. sec. *S.* q. d. in omni circuitu meo & quocunque circumspicio, mendacium fecerunt, Ita *Ion. multiplicauerunt coram me* mendacia. Sic *Gusset.* p. 376. *Vndique mihi congerunt* adulatoria mendacia, coll. Iob 31, 28. Loquitur autem, vt *S.* aliique obseruant, *Filius Dei,* & nouam eamque *nonam concionem* hic incipit, (sequenti capite continuandam, & finiendam c. 14, 1.) in qua *duae partes,* ex mente *S.* I. *contra Iudam.* II. *contra Ephraimum* v. 12. seqq. ita quidem, vt *in priore parte,* oppositione inter Iudaeos & Israelitas facta (1) *Iudam de praeterita* laudet constantia in fide & pietate v. 1. 2. eundem vero (2) *de praesenti* corruptione arguat. v. 3. & (3) *duabus rationibus* (quarum *prima* a iustissima retributione Dei sec. bona vel mala opera cuiusque v. 3. (id quod exemplo Iacobi Patriarchae probatur. v. 4. 5.) *altera* a Dei vnitate & immutabilitate v. 6. petita) *ad poenitentiam reuocet* v. 7. (4) *opposito exemplo* impii & pertinacis Ephraimi v. 8. 9. qui ideo deserendus nunc sit, doceat, se Iehudae, praesertim sub N. T. Deum futurum v. 10. 11. Vnde demum transeat ad *alteram partem* huius concionis, *aduersus Ephraimum.* v. 12. seqq. *Alii* vero, & plerique interpretes *totum caput directe ad Ephraimum referunt,* qui cum Iuda comparatus, deterior sit v. 1. 2. & corruptionis illi etiam auctor v. 3. adeoque degener prorsus a Iacobi patriarchae pietate v. 4. 5. quum contra Deus ex sua parte semper sit idem v. 6. ad quem ideo per poenitentiam redeundum esse, Ephraimum hortatur v. 7. frustra tamen ob eius pertinaciam in admittendis & defendendis sceleribus. v. 8. 9. Vnde DEVS sibi semper constans, (ex mente quorundam interpretum) ipsis exilium praedicit, sec. alios vero, ex mera misericordia promissionem de instauratione ecclesiae Israeliticae sub N. T. confirmat v. 10. vt qui non solum adhuc officio suo non defuerit, per Prophetas variis modis locutus, sed etiam sub N. T. Euangelii doctores & Prophetas abunde daturus sit. v. 11. &c. Valde autem dissentiunt interpretes cum de cohaerentia partium, tum de phrasium & verborum significatione, de quibus nos potiora breuiter attingemus. z) *mendacio,* i. e. sec. *S.* falsa religione & idololatrico vel hypocritico cultu (5) c. 7, 3. 13. c. 10, 13. cf. Es. 30, 9. c. 44, 20. c. 59, 13. & Ioh. 8, 44. Alii conferunt supra c. 10, 4. al. vertunt *abnegatione.* coll. Prou. 30, 9. a) Israelitae X. tribuum, vt v. 2. & frequenter hoc libro. c. 11, 3. &c. b) *& dolo.* cf. Ier. 9, 5. 7. Ps. 50, 19. c) cf. c. 1, 4. 6. 7. c. 5, 1. d) *& Iuda,* ac cum illo *Beniamin,* in oppositione ad *Ephraimum* s. regnum Israelis. cf. c. 1, 7. e) *adhuc dominatur;* vel *quum Iuda adhuc dominaretur.* ita *S.* aliique, coll. Ier. 2, 31. sed Lud. de *Dieu* & *Cocc.* coll. Ar. rad. *voluit;* & Iuda *adhuc obfirmat se* cum Deo, cum sanctis perseuerans. coll. itidem Ier. 2, 31. Ion. *Iudaei autem validi fuerunt in cultu;* nempe dum multi inter Iudaeos adhuc erant fideles, & cultus Dei publicus in Templo Hierosolymis vigebat omnibusque patebat. cf. 2 Par 12, 12. c. 19, 3. Accipiunt autem hoc fere de tempore Hoseae, coll. 2 Par. 30, 1 6. sed melius videtur, inquit *S.* de praeterito id accipi, *quod Ephraim Dominum mendacio circumdederit iam tum, quum Iuda adhuc dominaretur cum Deo,* h. e. cum maior aut potentior pars Iudae, quae praeualuerit, adhuc vero Deo adhaereret, & obtineret, vt verus Dei cultus maneret. f) c. 2, 1. Loquitur autem Filius Dei de Patre, ad indicandum S. Trinitatis mysterium; inquit *S.* conf. infra ad v. 5.

℣. 10. ילכו per *Tsere* & milel 3. & in marg. 2. ישאג per *Kam.* 2. 3. 12. cumque nota קמץ בז״ק 17. 18. & Ber. sic su. 5. contra *Mas. Erff.*

2 ועם־קדשים נאמן׃ אפרים רעה רוח ורדף
קדים כל־היום כזב ושד ירבה וברית עם־אשור
3 יכרתו ושמן למצרים יובל׃ וריב ליהוה עם־
יהודה ולפקד על־יעקב כדרכיו כמעלליו ישיב לו׃
4 בבטן עקב את־אחיו ובאונו שרה את־אלהים׃
וישר אל־מלאך ויכל בכה ויתחנן־לו בית־אל ה
ימצאנו

קמץ בז"ק

modo *fœdus cum Assyrio pangunt.* r) vid. c. 5, 13. c. 14, 4. 2 Reg. 15, 19. c. 17, 2. s) c. 10, 4. de phrasi cf. Gen. 15, 9. 10. 18. Ier. 34, 18. t) *& mox perfido animo oleum,* nempe sec. Ion. *munus in Aegyptum deferunt.* Nobile autem & copiosum oleum in terra Canaan fuisse, constat ex Deut. 8, 8. Ez. 27, 17. vid not. 1 Reg. 5, 25. u) c. 7, 11. c. 11, 5. x) *defertur,* c. 10, 6. sc. pro obtinendo aduersus Assyrios auxilio. vid. c. 11, 5. 2 Reg. 17, 3. Successiue autem hæc facta sunt, inquit *S.* Nam post Iarobeamum I. tempore Achabi aliorumque regum, magis magisque Israelitæ in furore idololatriæ exarserunt, piosque persecuti sunt vt de Isabele notum est; & multiplicarunt Deos alienos ac cultus idololatricos. Tandem cum Assyriis fœdera fecerunt, & Aegyptios in auxilia vocarunt, donec prorsus interierunt. ℣. 3. y) *Sed nunc etiam lis* f. *litigandum est Domino* c 4, 2. Mich. 6, 2. ό. καὶ κρίσις τῷ Κυρίῳ. cf. Ioh. 3, 19. c. 12, 31. z) *cum Iuda & Beniamin* v. 1. dum etiam hi ab Ephraimitis seducti c 4, 15. &, postremis præsertim Hoseæ Prophetæ temporibus, per impium Regem Achazum admodum corrupti fuerunt. 2 Reg. 16, 3. &c. a) idque *vt animaduertat* in Iacobum. In malam partem (vt c. 1, 4. c. 2, 15. c. 4, 14. c. 8, 13. Am. 3, 2.) id accipiant LXX. & Ar. *vt vindictam sumat a Iacobo,* sed *S.* generaliter, vt visitationem, *tum in bonam, tum in malam partem* comprehendat. b) Nomen *Iacobi* quidam hic accipiunt pro X. tribubus, alii de Iuda, alii de vtroque, q. d. *adeoque visitabit super vniuersum Iacobum.* cf. c. 10, 11. Sed *S.* iterum generaliter, *vt Iacobum Patriarcham cum omni sua posteritate includat:* quomodo sequentia partim ad Patriarcham, partim ad posteros, quibus ille in exemplum sistitur, pertinent. c) cf. Ier. 17, 10. c. 32, 19. Ez. 18, 30. c. 33, 20. d) c. 4, 9. e) v. 15. Gen. 50, 15. Deut. 32, 43. 1 Sam. 26, 23. 2 Sam. 22, 21. Prou. 31, 14. Notandum autem in regula hac vniuersali (quæ etiam sæpius in N. T. repetitur, e. c. Matth. 16, 27. Rom. 2, 6. 1 Cor. 3, 13. 2 Cor 5, 10. 1 Petr. 1, 17. Apoc. 2, 23. c. 20, 12. 13. c. 22, 12.) *vias & opera* sumi generaliter, vt *fidem* includant; non specialiter, prout fidei contradistinguuntur, inquit *S.* Opposita vero videtur confidentiæ & securitati Iudæorum, quasi propterea, quia semen sint Iacobi, Deus ipsos non sit puniturus. cf. Matth. 3, 9. 10. ℣. 4. f) *In vtero.* Ier. 1, 5. Ad cohærentiam subaudiri potest particula explanatiua *Nam* (sicut eam expresse supplet *Syrus*) q. d. *Nam, vt exemplo ostendam, quomodo Deo placeant fides & fructus eius,* cum ipso Patriarcha ita processi, vt *iam in vtero* (quemadmodum Iohannes Luc. 1, 15. 44.) a Spiritu S. excitatus *calce teneret fratrem suum.* g) *calce tenuit,* sc. *Iacobus.* v. 3. Nam cum nomen *Iacobi* ibi late sumtum sit de patriarcha & eius posteritate, recte nunc de eo prædicantur, quæ Patriarchæ propria sunt, sine vlla noui subiecti mentione; & subiunguntur præmissæ regulæ *exempli loco,* quo probetur, *quod Dominus Iacobum visitet sec. vias & opera ipsius:* ita namque Dominum reddidisse Iacobo Patriarchæ sec. fidem ipsius & opera fidei. *S.* Ceterum verbum hoc, (quod *Arab.* etiam significat *Pressit vestigia, pone & a calce venit, e vestigio secutus fuit*) non satis commode h. l. redditur *supplantauit:* non enim dolum aut deceptionem culpabilem vel ipsum hoc verbum, vel nomen *Iacobi* inde deriuatum per se infert; (etsi per inuidiam eo illud traxit Esauus Gen. 27, 36. & eodem sensu ad nomen *Iacobi* propheta alludit Ier. 9, 3. quia etiam doloso animo & ad circumueniendum quis alterum *calce arrepta antevertere & supplantare potest:*) sed laudabile potius Iacobi studium & victoriam hic denotat. Idem namque dicit, quod diserte legimus Gen. 25, 26. *& manus Iacobi tenebat calcem Esaui:* quod certe non, nisi singulari virtute & prouidentia Dei, ita ab infante fiebat, vt agnoscunt *R. A. b. Ezra & Kimchi* ad h. l. cf. etiam Gen. 25, 22. Sensus itaque est, inquit *Gusset.* p. 632. *Iacobum* quidem ordine nascendi *sequiorem* fuisse, sed pietate ac fauore Dei, per eam impetrato, *fratrem anteuertisse,* dignitatemque omnium nobilissimam sibi peperisse, a qua iam Ephraim nepos degeneret tanto turpius, quanto ex altiori honore labatur. *Ion.* ita: *Propheta, dic eis: Nonne de Iacobo prædictum est, antequam nasceretur, quod maior fratre futurus esset?* ex Gen. 25, 23. h) sc. *Esauum;* & sic *ex fide* sua *ac gratia Dei* (Rom. 9, 11. 12.) etiam ius primogenituræ sibi comparauit. Gen. 25, 31. seqq. Nam sine dubio altera historia, quæ sequitur, laudat Patriarchæ fidem. *S.* i) Ion. Syr. *S.* aliique: *& robore suo;* sc. non tam corporis, coll. 2 Reg. 19, 35. quam fidei in promissiones sibi factas. Gen. 28, 13. 14. 15. c. 31, 3. c. 32, 13. per quam flens & precans vicit. *Gusset.* autem p. 21. id explicat, *vehementi adfectu vel desiderio suo.* cf. v. 9. Gen. 35, 12. c. 49, 3. Deut. 21, 17. Ps. 105, 36. k) *superior fuit in lucta cum Deo;* vel, *superauit Deum* (2) Gen. 32, 29. ό. ἐνίσχυσε πρὸς τὸν Θεόν. Ion. & Syr. *magnum aut principem se gessit.* al. *potenter luctatus est cum Deo.* coll. Gen. 32, 25. l) vid. Gen. 31, 29. 31. Ion. *cum Angelo,* vt v. 5. nempe *cum Filio Dei* (vid. Gen. 16. 9. 10. 13. c. 22, 11. 12. 15 16. c. 48, 16. Mal. 3, 1. &c.) qui in forma viri sæpius adparebat. Gen. 32, 25. Ios. 5, 13. Iud. 13 3, 6 Sensus est sec. *S.* Et non tantum fide in vtero matris a Spiritu S. repletus iam vicit fratrem suum, sed etiam post multos annos in fide sua constans, in robore fidei suæ potenter & fortissime pugnauit s. luctatus est cum Deo, & *se gessit vt heroem* spiritualem &c. ℣. 5. m) *Superior inquam fuit.* cf. v. 4. Est *Fut. Kal.* a cognato שׂוּר. vid. Es. 32, 1. Prou. 8, 16. & *Hiphil* supra c. 8, 4. Nexus autem fit, artificio Scripturæ vsitato, per repetitionem eius, quod antecessit, vt nouum & amplius quid subiiciatur, & in historia pergatur, inquit *S.* conf. 2 Sam. 3, 7. n) *erga* vel *aduersus Angelum* s. *Nuntium* aut *Legatum* Dei Patris, per quem hic omnia opera sua peragit, vt tamen is etiam summus Deus sit. vide dicta ad v. 4. &, si placet, differt. nostram *de Angelo Dei.* o) *atque prævaluit.* vid. Gen. 32, 29. coll. c. 30, 8. sc. non robore aut viribus, sed lacrymis, precibus ac fide in diuinas promissiones. Gen. 28, 13. 14. 15. c. 31, 12. 13. c. 32, 10. quæ vis Deo grata est. cf. Matth. 15, 28. Iac. 5, 16. & Sir. 35, 17. p) *fleuit enim,* non Angelus Dei, vt Rabbini ineptiunt: (frustra illos tuente Mercero) sed Iacobus flendo & precando ipsum vicit. cf. 1 Sam. 1, 10. Nempe *modus* & *medium* significatur, quo præualuit Iacobus: quod ex verbis historiæ in Genesi facile colligi & concludi potest, & ex inspiratione diuina habuit Hoseas. *S.* q) *& supplicauit ei.* Deut. 3, 23. 1 Reg. 8, 33. 47. 59. Ps. 30, 9. Esth. 4, 8. c. 8, 3. vid. Gen. 32, 27. r) *in Bethel* vid. Gen. 28, 17. 19. quæ nunc eheu! *Bethauen* facta est. Hos. 4, 15.

g) *& cum sanctis,* per quos aliqui intelligunt *homines,* vt Ps. 16, 3. al. *cælites,* vt Iob. 15, 15. *S.* autem cum Kimchio, *ipsum DEVM,* coll. Ios. 24, 19. ita, vt particula *cum,* non tantum *societatem* quamcunque, sed etiam *auxilium & robur,* dominium & fidelitatem donans, significet. cf. Ios. 1, 5. Ioh. 3, 2. h) *fidus & constans* esset. Hoc vult, quod Iuda tunc *fidelis* adhuc Deo fuerit & constanter verum eius cultum tenuerit. *S.* conf. Es. 1, 21. Ps. 78, 8. 37. ℣. 2. i) Vid. v. 1. 9. 15. k) *pascit ventum,* quasi eum comesturus: sicut famelica bestia auide depascit herbas. cf. Ier. 22, 22. Ps. 37, 3. l) *& sectatur* (c. 6, 3.) *eurum.* c. 13, 15. Gen. 41, 6. Ez. 19, 12. quem tamen nunquam adsequetur. ό. καύσωνα. sic Ionæ 4, 8. Iac. 1, 11. cf. Prou. 27, 16. Coh. 5, 15. Ion. *similis sunt ei, qui seminat ventum, & metit turbinem;* quod supra habuimus c. 8, 7. Ita vero *vanam in humanis auxiliis fiduciam* prosterni, putat *Riuetus,* coll. v. 7. *Schmidius* autem non *pœnam* Ephraimi, sed auctam eius & obduratam malitiam describi, censet; qua multum sibi de cultibus suis idololatricis pollicitus sit, qua etiam Iuda seductus est. v. 3. m) Es. 52, 5. n) Es. 28, 15. 17. *mendacium & vastitatem* dici putant *Riuetus,* aliique, humana auxilia, ab euentu; *S.* vero & *Tarnouius* idololatriam & falsum cultum deorum ac templorum. Sic LXX κενὰ καὶ μάταια, pro quo Ar. habet *nouitates & vanitates* o : c. 7, 13. *Vastitatem* h. l. putarim ante omnia notare *persecutionem & vastationem verum,* qui verum Dei cultum adhuc amabant & sectabantur, inquit *S.* Ita cf. 1 Reg. 19, 14. 2 Par. 11, 14. p) *multiplicat.* c. 8, 4. 11. c. 10, 1. q) *&*
modo

CAP. XII, ℣. 2. אפרים per Rbbia 3. 6. 9. 20. 23. &c fu. 1.

6 ימצאנו ושם ידבר עמנו׃ ויהוה אלהי הצבאות
7 יהוה זכרו׃ ואתה באלהיך תשוב חסד ומשפט שמר
8 וקוה אל־אלהיך תמיד׃ כנען בידו מאזני מרמה
9 לעשק אהב׃ ויאמר אפרים אך עשרתי מצאתי און
י לי כל־יגיעי לא ימצאו־לי עון אשר־חטא׃ ואנכי יהוה
אלהיך

s) Iacobus *inueniebat eum.* Deut. 4, 29. 1 Par. 28, 9. Ef. 55, 6. quando nimirum a Deo monitus Gen. 35, 1. Bethelem adscendit, & vota exsoluit, quæ Gen. 28, 21. 22. nuncupauerat. Al. *Angelus ibi inueniebat Iacobum.* Sic Ion. *in Bethel reuelatus est* f. adparuit ei, sc. Iacobo Deus, vt legimus Gen. 35, 7. t) *& ibi locutus est Iacobus.* u) *nobiscum,* sc. Deo triuno, Patre & Filio. cf. not. ad v. 1. Gen. 1, 26. c. 3, 22. c. 11, 7. Ioh. 14, 23. & vid. Gen. 35, 13. 15. sc. ita *verba sunt Angeli Dei;* vt Cocc. & etiam Raschi censent. At S. in versione sua cum Castellione habet: *cum ipso.* & sic etiam Syrus, item Aquila Symmach. & Theod. in scholiis Græcis, nec non R. Adonim & R. Ionah in Michlal Iophi ad h. l. ex Kimchii Lexico, item R. Tanchum apud Pocok. p. 648. sed præter Grammaticam. Kimchio vero aliisque verba sunt Prophetæ: q. d. *ibi etiam adhuc loquitur* Deus *nobiscum,* np. mecum & cum Amoso ceterisque prophetis ad arguendum idololatriam Bethele nunc exercitam, coll. Am. 5, 4. 5. Sed Piscator *Prophetam* intelligit *cum populo.* Sic Tarnou. *ibi etiam Deus locutus est nobiscum,* qui in lumbis Iacobi hærebamus; quod præfert tandem Pocokius p. 649. coll. Pf. 66, 6. & Heb. 7, 9. 10. S. vero subintell. relat. *ibi locutus est* Iacobo, *quæ nobiscum facta sunt* vel contigerunt. Drusius: *quæ ad nos pertinebant.*

℣. 6. x) Trem. *Atqui* (S. *Præterea* vel *insuper,* vt aliud pro pœnitentia argumentum addam) *Iehouah* Deus Abrahami, Isaaci & Iacobi Gen. 28, 13. Ex. 3, 15. quem tu malitiose deseruisti v. 2. c. 2, 7. 15. c. 11, 2. & qui propitius tamen tibi erit, si pœnitentiam egeris c. 11, 8. 9. sin minus, grauissime te puniet, nemine prohibente. c. 5, 14. &c. y) *est Deus Zebaoth* (Am. 4, 13. c. 5, 27. Rom. 9, 29. Iac. 5. 4) h. e. *exercituum* f. *rerum omnium* cælestium & terrestrium Gen. 2, 1.

vnus summus & omnipotens *Deus*: cui omnes creaturæ militant & ad nutum præsto sunt. cf. Luc. 7, 8. Angeli 1 Reg. 22, 19. Pf. 103, 21. Luc. 2, 13. astra Deut. 4, 19. Act. 7, 42. aer, ventus, Ignis, grando Pf. 148, 8. homines in Ecclesia Ex. 7, 4. c. 12, 41. & hostes eius Ef. 10, 5. seqq. item locustæ, Ioel. 2, 11. & quæ præter ipsum Regem nullum habent neque agnoscunt. Prou. 30, 27. z) Nam *IEHOVAH,* venerandum illud ac gloriosum nomen Deut. 28, 55. 58. (quo coli & distingui se vult ab omnibus fictitiis numinibus Ef. 42, 8. 1 Cor. 8, 5.) *qui est, qui fuit,* & *qui* semper sibi constans *erit.* Apoc. 1, 4. Ad quem locum *Vitringa* in Comment. suo p. 18. Liquet, inquit, hoc nomen *respicere promissa diuinorum testamentorum,* Veteris & Noui, quorum certam præstationem f. repræsentationem DEVS Ecclesiæ hoc sacramentali nomine pollicetur. Ex. 6, 3. a) *est memoriale eius.* Ex. 3, 15. Ef. 26, 8. non *Baalim* Hos. 2, 15. 18. 19. c. 11, 2. aut vituli vestri Hos. 8, 5. aliaue idola & sculptilia. Ef. 42, 8. Adeoque ipsum etiam nomen probat, Eum esse solum, summum, & omnipotentem Deum. S. Ion. *Propheta, dicitis: Ipse est Dominus Deus exercituum, qui adparuit Abrahamo, Isaaco & Iacobo: & sicut dictum est per Mosen; ita memoriale eius erit in omnem generationem & generationem.* ℣. 7. b) Conclusio hic habetur ex antecedd. argumentis; q. d. Cum ergo res ita se habeat, vt dictum est; quod (1) Iehoua visitet Iacobum & *reddat ipsi sec. opera eius* v. 3. & (2) ipse sit *Deus exercituum,* ac semper sibi constans in promissis ac minis. v. 6. *ideo tu* peruerse & a Deo auerse *Israel* v. 1. 2. *& Iuda* v. 3. resipisce tandem. c) ὁ, ἐν Θεῷ σου. f. *in ipso Deo tuo.* h. e. non solum ope & auxilio ipsius, vt recte quidem volunt A. b. Ezra, Mercerus &c. coll. Ier. 31, 18. sed etiam sec. ductum & præscriptum ipsius; sc. in vera pœnitentia & fide. Sic viuit *in Christo* 2 Tim. 3. 12. qui adiuuante Christo in via, in verbo ipsius præcepta, & ipsi placente incedit. S. cf. Pf. 56, 5. 11. Pf. 60, 14. d) a viis tuis malis *reuertere* f. *conuertas te* c. 14, 2. 3. Ier. 4, 1. e) *pietatem & iudicium,* omnesque piæ vitæ virtutes, &q. dignos vera pœnitentia fructus. c. 4, 1. c. 6, 4. 6. c. 10, 12. Ier. 9, 23. Mich. 6, 8. f) adsidue & constanter *obserua,* cf. Ef. 56, 1. Pf. 37, 34. 37. atque ita vestigiis Iacobi patris tui (v. 4. 5.) insiste. Rom. 4, 12. coll. c. 9, 8. g) & *sic spera,* vel *spem* & desiderium tuum *dirigito.* Pf. 27, 14. Pf. 37, 34. ὁ. καὶ ἔγγιζου πρὸς τὸν Θεόν σου Iac. 4, 8. h) *in Deum tuum.* cf. Deut. 28, 17. 18. Pf. 144, 15. i) 1 Par. 16, 11. cf. 1 Pet. 1, 13. Ef. 26, 4. Perseuerantiam nobis indicat, inquit S. q. d. nec rursus ab ipso defice. Al. *sic spem tuam in Deo semper collocare poteris.* coll. Imperatiuo Gen. 42, 18. Prou. 4, 4. Sic *Grotius*: non est, quod ipsi diffidas, dummodo tu officium tuum facias. ℣. 8. k) *Canaan* vel *Mercator* est! in concisa hac locutione ob indignantis adfectum, & de significatione, & de nexu laborant interpretes. Aliis (vt LXX. Vulg. Syr. Ar. &c.) est nomen *proprium*; q. d. sed *Canaanem* Gen. 8, 25. seqq. c. 9, 18. c. 10, 6. aut *Canaanæum*; refert Ephraim, non Iacobum aut Israelem Gen. 25, 27. c. 32, 28. c. 35, 10. Ioh. 1, 48. illorum enim impios mores & execrabilem cultum Leu. 18, 24. Deut. 12, 30. 31. imitatur. Ita *Tarnouius*: Propositum est, inquit, v. 4. 5. exemplum *Iacobi,* vt huius pietatem imitarentur; verum ipsi potius mores *Cananæorum* referunt. Conf. Ez. 16, 3. 29. Zeph. 1, 11. Zach. 14, 21. & historia Susannæ v. 56. *Kimchi* autem oppositionem facit inter præcedens mandatum diuinum v. 7. de obseruanda pietate & iustitia, & inter opera Israelitarum. Aliis vero, vt Ion. Raschi, Kimchi, S. &c. nomen est *adpellatiuum*; q. d. *Mercator* est; quales sc. erant *Cananæi* f. *Phœnices,* qui, vt Grotius, aliique ex auctoribus obseruant; erant φιλοχρήματοί τε καὶ τρῶκται, *pecuniæ cupidi & auari deceptores.* cf. Ef. 23, 8. Prou. 31, 24. Iob. 40, 30. & Ier. 10, 17. l) *in manu eius sunt.* cf. 1 Sam. 24, 12. c. 26, 18. Hoc vult, quod promiscue & notorie illas habuerit, tum in potestate, tum in exercitio suo; inquit S. sc. contra expressum interdictum Dei Leu. 19, 35. Deut. 25, 13-16. m) Am. 8, 5. Mich. 6, 10. 11. Prou. 11, 1. n) *fraudare* Leu. 5, 21. 23. c. 19, 13. Deut. 24, 14. Al. cum ὁ. καταδυναστεύειν, *opprimere,* vt 1 Sam. 12, 3. 4. cf. Iac. 2, 6. o) *amat,* i. e. sciens ac lubens, immo impudenter & fine metu, ita peccat. cf. c. 4, 18. Am. 4, 5. & vide Am. 4, 1. Mich. 2, 2. Ion. hanc epanorthosin transtulit ad pædiam, h. m. *Nesitis* itaque *sicut mercatores, in quorum manibus sunt bilances dolosæ.* ℣. 9. p) *Et tamen,* quæ impudens eius obstinatio est, *dixit* & adhuc *dicit Ephraim.* v. 1. 2. 15. q) q. d. quoquo modo res sese habeat, *tamen* &c. cf. not. 1 Sam. 16, 6. r) *diues factus sum.* Iob. 15, 29. ex benedictione sc. Domini Prou. 10, 22. cf. Zach. 11, 5. & supra c. 9, 1, c. 10, 1. 2. Gloriatur nempe Ephraim de opibus suis ac prosperis successibus; tanquam de adprobationis diuinæ argumento. *Ruffet.* p. 249. s) ita *inueni & adsecutus sum* Prou. 1, 13. t) *desiderium* v. 4. Gen. 35, 18. i. e. *desideratas opes.* Iob. 20, 10. al. *robur* Gen. 49, 3. aliis idem est, quod הין *opulentia, multitudo, abundantia* Prou. 18, 11. c. 30, 15. coll. Deut. 8, 18. LXX. vero & Ar. (ex Arabico, *aun,* commoditas, *quies, tranquillitas*) habent εὕρηκα ἀναψυχὴν ἐμαυτῷ. np. vt ille Luc. 12, 19. At Vulg. *inueni idolum mihi;* quocum conf. supra c. 10, 8. Num. 23, 21. 1 Sam. 15, 23. & Eph. 5, 5. Col. 3, 5. u) *quantum ad omnes labores meos* attinet (cf. not. c. 9, 11.) & *diuitias, labore & industria mea conquisitas.* Deut. 28, 33. Pf. 78, 46. Pf. 128, 2. x) *non inuenient* (vel *inuenietur.* Imperson. vt Esth. 2, 2. Neh. 2, 7.) sc. qui æquo animo rem considerauerint. Pf. 17, 3. y) eiusmodi *iniquitatem;* aut *delictum* Deut. 19, 15. cf. supra c. 8, 13. c. 9, 9. c. 13, 12. z) *quæ* adeo graue *peccatum* sit, quo sciens ac volens a bono aberrauerim, quodque tam acerbe reprehendi mereatur, vt v. 8. factum est. cf. Pf. 32, 5. *Cocc.* Lex. 226. *prauitatem,* inquit, quæ me damnabilem & expertem amicitiæ Dei faciat, vel, qui sit actus peccantis, non sanctificati. Conf. 1 Ioh. 3, 8. q. d. Ex eo facile patet, me non esse peccati reum: nam qui rei sunt, eos Nemesis impune abire non finit. *Iun. & Trem.* ℣. 10. a) *Ego vero,* cuius saluberrima monita v. 7. tu Israel proterue non admittis. v. 9. b) sum *Iehoua;* vt dictum est v. 6.

℣. 9. לא־ימצאו־לי עון sic I. 2. 3. sic su. 5.

15. *ſicut diebus conſtituti temporis*, Ion. & Ar. Mſ apud Pocok *ſicut diebus priſtini*

עד כאן הפטרת וישל׳ כמנהג אשכנז

אלהיך מארץ מצרים עד אושיבך באהלים כימי
11 מועד׃ ודברתי על־הנביאים ואנכי חזון הרביתי וביד
12 הנביאים אדמה׃ אם־גלעד און אך־שוא היו בגלגל
שורים זבחו גם מזבחותם כגלים על תלמי שדי׃
13 ויברח יעקב שדה ארם ויעבד ישראל באשה
ובאשה

temporis, h.e. ſec. Trem. ſicut olim 40 annis, Num. 14, 33. in deſerto ſub tentoriis degebant. Leu. 23,43. ſed rurſus alii aliam ac ſpecialem nominis מועד ſignificationem præferunt. *Cocc.* Lex. p. 23. *vt in diebus conuentus*; non in vrbe, coll. c.11,9. & Apoc 20, 9. *LXX.* vero, *Vulg. Syr.* & *Ar.* ſicut in diebus *feſtiuitatis*. forte in ſpecie *feſti tabernaculorum*, de quo Leu.23,39. ſeqq coll. Apoc.21, 3. Vt ita (quæ verba ſunt *S.*) tempus N.T. beatum comparetur cum *latis feſtis* V. T ſicut alias *perpetuum Sabbathum dicitur* Eſ. 66,23. 24. ✱. 11. *g*) *Ideo locutus ſum* adhuc. Sic in præterito Ion. Vulg. &c. Al. vt LXX. Ar. (& de N.T. *S.*) in futuro: *Et loquar*. id quod non ſolum de apertis ac dilucidis verbis, ſed etiam cum eodem *S.* de ſermone ſupernaturali & immediatæ reuelationis accipimus. Ceterum vt quisque interpretum verba præcedentis verſiculi interpretatus eſt, ita hic ſuam continuat ſententiam. *Forma* huius & ſequentis *verbi*, vel potius *accentus* ſec. codices noſtros in penultima, *præteriti* ſignificationem poſcit, vt Coh 2,15. qui in conuerſa ſignificatione occupat vltimam, vt ſupra c. 2, 16. Ex. 25, 21. Num. 11,17. Ier. 1, 17. vt etiam h.l. habent nonnulli libri in variis lectionibus notati: quia tamen in fine verſus *futurum* ſequitur, (quod nos in mixtura temporum pro *continuatiuo* & *præſenti* accipimus, cf. not. c.7 8.) etiam hæc *præterita* vt *prophetica* & pro *futuris* accipi poterunt, ſi cetera ita requirant. cf. ſupra c. 10, 5. *h*) Trem. *per* al *ad* prophetas, coll. c 10,10. al. *vna cum* prophetis, coll. c.10, 14. ſed ſimpliciter Vulg. *ſuper prophetas*; vt indicetur Spiritus S. per prophetas loquentis immediatus ſuperuentus, per quem verbum Dei ſuper eos cælitus venit, quæ verba ſunt *S.* Sic *Pocok.* p. 683. coll. 2 Petr. 1,21. *i*) *Et ego*, ne tu peſſum ires. *k*) *viſiones propheticas*. 1 Sam.3 1. Eſ. 1, 1 Pſ. 89, 20. Prou. 29, 18. Latius ſumendum hoc eſt, vt etiam *viſiones in ſomniis* (quas hic in ſpecie vult intelligi *Abarb.* coll. Num.12,6.) includat: nam & Apoſtoli ſuas habuerunt viſiones, inquit *S* *l*) *multiplicaui*. vid. 2 Reg.17,13 & cf Am.3, 7. Sed alii, vt diximus, in futuro: *multiplicabo*. *Multiplicatio hæc*, inquit *S.* opponitur V. Teſtamento, in quo Prophetæ rariores multo fuerunt, quam initio N.T. coll. Ioel 3,1.2. *m*) i. e. *opera & miniſterio Prophetarum*. cf. Ez.9, 35. Eſ.20,2. Prophetæ, ait *S.* ſunt hic doctores noui Teſt. primi, Apoſtoli, & *Prophetæ* in ſpecie ſic dicti. *n*) *ſimilia*, exempla & parabolas *propono*. v. c. cum ſupra c.2. & 3. Iſrael cum ſcorto aut adultera comparatus fuit &c. vel vt alii malunt in fut. *ſimilitudines proponam*, coll. Pſ.78 2. Matth.13, 34.35. ſubintell. nomine verbali, vt Gen. 6,4. Ier. 50, 9. conf. verbum noſtrum Thren 2,13. Eſ.40,18.25. Ier.6,2. Ez.31,2.8.18. Cant.1,9. ✱. 12. *o*) *Si*. c.4, 15 &c. Al. *Num? An?* vt Eſ. 27, 7. Am.3,6. eaque *interrogatio* Schmidio eſt *admirantis*; ſed Druſio, Noldio, aliisque *vehementer adfirmantis*, q. d. *Vtique Gilead fuit vanus & impius*. Alii vero, vt Tig Caſtellio &c. *conditionalem* ſignificationem præferunt, ſed ſequentia verba diuerſimode connectunt & intelligunt. Nos in tanta, quæ hic occurrit, interpretum perplexitate, breuiter tantum, quid verbis & eorum interſtinctioni per accentus, conueniat, indicabimus & parallelismo confirmabimus; cetera transmittemus. *De cohærentia* cf. dicta ad v.1. *Pergit* enim *Dominus litigare cum pertinaci Ephraimo* v.9. eumque impios Gileaditas, non autem pium ſuum patrem Iacobum v.13. imitari, atque ita iram Dei & exitium ſibi accerſere, docet v.15. *p*) *Gilead*, h.e. *Gileadita* ſ. Trans-Iordanenſes. cf. c. 6, 8. it. Num.26,29. & de antiqua iſtius regionis vel montis ſanctitate Gen. 31,21.47. *q*) *prauitas & idololatria*. cf. v. 9. c.10,8. Num.23,21. 1 Sam.15,23. Eſ.41,29 h.e *Si Gileadita*, prauitati *& idololatriæ dediti, tantum vani & fruſtra fuerunt*; certe ſimili inſania Ephraimitæ *in Gilgal boues ſacrificant*: Immo non hoc ſolum illic faciunt, *ſed etiam aræ ipſorum* idololatricæ innumeræ ferme ſunt & *inſtar aceruorum in omnibus agris* paſſim conſpiciuntur. Schmidii ſententia, cui *Auen* hic proprium eſt, & idem, quod *Bethel*, vt ſupra c.4, 15. c.5,8. c.10,5.8. Am.5, 5. (q. d. per admirationem: *Num Gilead* etiam *Auen* ſ. *Bethel* eſt? & reſpondeatur: *Vtique vanitas facti ſunt* Gilead & Auen ſ. Bethel &c.) vix conſiſtere poteſt per temporum rationem, quam ſupra ad c.7,1. adnotauimus. Erant namque, quum Samariæ excidium & finis regni Iſraëlitici ſub Rege Hoſea nunc immineret, Gileaditæ iam pluribus abhinc annis, ſub Rege Pekah, ab Aſſyriis in miſeram captiuitatem abrepti 2 Reg.15,29 1 Par.5,26.27. *r*) *tantummodo* Gen. 7,23. Ex.10,17. Prou 14,23. Al. vt S. *omnino*, ſicut Gen 44,28. Ier.2, 15. *s*) *vanitas*, i.e. vani & fruſtra *fuerunt*. cf. Pſ. 127, 1 2. *Vanitas* ſunt, bene inquit *S.* qui idola colunt, quæ & ipſa vanitas ſunt. cf. Ier. 10,3.15 1Cor.8,4. *t*) *in Gilgal*, vbi & fanum fuit & altare celeberrimum vid. c.4,15. c.9,15. Am.5,5. Ion. *in æde Gilgal vitulos idolis immolant*. *u*) *boues*. plur. a ſing. *Schor*; vt חוחים *ſpinæ* 1 Sam. 13,6. a ſing. חוח. *x*) impio zelo & ſumtu. cf. c. 4, 13. *y*) *immo etiam* Mal. 3,15. *z*) *aræ ipſorum*, quas non ſolum in vrbe, ſed & in agris idolis ſuis Iſraelitæ exſtruxerunt. cf. c. 8, 11. c.10, 11. *a*) *ſicut aceruí* ſunt. Alludit ad nomina *Gilead* (cf. Gen. 31, 46. 47. *&* *Gilgal* (Ioſ.4, 20. c 5,9.) & aras eorum, cum propter vilitatem, tum propter frequentiam, confert cum *aceruis lapidum* ab iis congeri ſolitis, qui lapidoſos agros expurgant: vt taceam eminus intuentibus non abſimilem eſſe ſpeciem. *Boch.* Hieroz. I. p 209. ſeqq. Al. *ideo etiam aræ ipſorum* deſtruentur & fient *aceruí* &c. coll. Ier. 26,18. ſed illud præferimus ob contextum, & ſequentem parallelismum. *b*) Ion. *in terminis agri*. S *agrorum meorum*, vt ſupra c.10,4. cf. ita c.9,3. ✱. 13. *c*) *Atqui fugit*, vel *Quumque Iacobus* Pater veſter v.4.5. Deo deuotus Gen.28,21. *vt benedictionem Iehouæ*, & Meſſiam in ea promiſſum *retineret*, inops & pauper (Gen. 32,11.) *fugerit* (Gen.27,41.43.) *& ſeruus factus ſit*, eiusque moleſtiæ largiſſimam compenſationem in poſteritate ſeruitute ſua liberatis & cuſtoditis acceperit v.14. *econtrario Ephraim vltro ad iram me acerbiſſime prouocat*, ideoque iuſtiſſimas pœnas ſubibit v.15. Nempe vt *Schmidius* habet, accuſata eſt verſu præced. turpiſſima idololatria Iſraelitarum (vt perfidia & hypocriſis v.1. diffidentia v.2. coll. c.7,11. iniuſtitia & fraudes v.8. & contemtus verbi diuini v.9.11. coll. Ier.7,2 c.25,3.4. & Deut. 8,6. ſeqq. ex obſeruatione R. Tanchumi apud Pocok.); nunc pœna eius ſubiicitur, vt ex verſu vltimo clarum eſt; *pœna* nimirum *talionis*, qua *ſanguis eius ſuper ipſo relinquetur, & Dominus opprobrium eius retribuet ipſi*. Hæc vero pœna talionis contrario beneficentiæ diuinæ erga Iacobum, patrem Iſraelitarum, illuſtratur. Ceterum *Vau* pro abundanti habet Schmidius, niſi quod ab eo incipi ſoleant hiſtoriæ, vt Ioſ.1,1. 1 Sam.1,1. &c. *Ion.* vero ad faciendum nexum præmittit: *Propheta dicit: Nonne Iacobus pater veſter abiit ad agros Syriæ* &c. *d*) *in agrum Syriæ*, i.e. in *Paddan Aram*. Gen.28, 2.5. ὁ. εἰς πεδίον Συρίας, h.e in *Syriam campeſtrem* ſ. *Meſopotamiam*. Ita *Curtius* L. 3. c.8. memorat *ſpatioſos Meſopotamiæ campos*; ad quem *Cellarius* noſter, Montoſa, inquit, Syria eſt; at trans Euphratem ad Babyloniam vsque ſpatioſiſſimi campi patent. Al. *in agrum*, h.e. in regionem ſ. poſſeſſionem hereditariam. 2 Sam.9,7. *Arami*, filii Semi Gen.10,22. a quo & tota gens & regio iſta nomen habuit, non ab altero illo filio Kemuelis Gen.22,21. cf. *Boch.* Phal. II, 5. p. 83. ſeq. *e*) & *Iacobus*, ſ. *Iſrael* poſtea dictus Gen.32,29. *ſeruiuit* Gen. 29, 18. 20. c. 31, 41. *f*) *pro muliere* cognata; ne videlicet Canaanæam & impiam, quæ idololatriam in familiam inferret, vxorem ducere neceſſe haberet: cf. Gen. 27, 46. c.28,1.2. a cuius fermento ſuos etiam poſt reditum ſtudioſe repurgauit c.35, 2.

b) *Deus tuus*, quem vnice agnoſcere & colere debebas. c 13, 4. Ex. 20, 2.3. Deut. 6, 13. *c*) *a terra Aegypti* c. 2, 17. ex qua ſeruitute te liberaui, in hanc terram introduxi, maximisque beneficiis ornaui, quæ tu ingratiſſimus mihi tamen accepta non refers. cf. Deut. 6, 10. ſeqq. c. 8, 7. ſeqq. Am. 2, 10. c. 3, 1. c.9,7. Mich. 6, 4. *d*) *iterum* igitur (c. 1, 6. c. 3, 1.) te veluti in deſertum educam c. 2, 16. al. *adhuc etiam* habitare te facio in tentoriis ſ. ſedibus tuis, & in iis *te adhuc* conſeruo. ita Pareus, Tarn. Lutherus. *e*) *habitare te faciam in tentoriis*, ſicut quondam maiores veſtros in deſerto. coll. Leu. 23, 42. 43. quemadmodum Patriarchæ quoque in tentoriis habitarunt. Gen. 12, 8. c. 13, 3. c. 28, 1. c. 23, 4. &c. Heb. 11, 9. & poſtea Rechabitæ Ier. 35, 7. Ita Theodoret. Abarb. & Trem. Quemodo verba hæc habent *comminationem exilii*, ſed in finem & ſpem emendationis ipſorum, vt ſupra c. 2, 16. *Schmidius* vero, ſicut antea verſum 7. ita etiam hos verſiculos *ad Iudam* refert (quod voluit etiam *Tirinus* apud Pocok. p. 679.) & ingentia huic bona ſic promitti putat. *Notum eſt*, inquit, *quod res N. T. antitypica comparari ſoleant cum typis V.T.* ita h. l. habitatio in tentoriis eſt *habitatio in tentoriis ſpiritualibus Meſſiæ*. Quocum conf. Eſ. 33, 18. Act. 15, 16. Apoc. 13, 6. c. 21, 3. *f*) *S.* in Verſione: *iuxta dies temporis ſtati*. cf. Exod. 9, 5. h e. ſec. nonnullos *vsque ad redemtionem per Chriſtum* Gal. 4, 4. ſec. alios, vt Abarb. & Ariam Mont. apud Pocokium, donec numerus dierum, qui præſenti exilio Iſraelitarum deſinitus, completus fuerit, coll. Rom. 11, 25. 26. At alii ב *comparatiue ad menſuram præteriti temporis* accipiunt, v. ſupra c. 2, 5. 17. Eſ. 9, 3. Pſ. 90, 15.

✱. 11. ודברתי per *Patchta* ſimplex, ac proinde *milra*, 1. 2. 6 9. 20. 23. ſic ſe. 5.

h) pro muliere inquam. (vide ב Es. 55, 1. 2 Sam. 22, 7.) vel *dum nimirum pro muliere custodiuit*, sc. pecus Labanis, vel *oues*; vt add. *Ion.* Al. *excubias egit.* ό. ἐφυλάξατο, vt Luc. 2, 8. cf. verbum nostrum Gen. 30, 31. & rem c. 31, 40.

℣. 14. *i)* S. *Ideo* (ad remunerationem illarum molestiarum pii Iacobi) *per Prophetam*; qui sine dubio hic est Moses, propter ipsius excellentiam sic dictus. cf. Exod. 4, 15. 16. c. 7, 1. Num. 12, 6. 7. Mich 6, 4. Ps. 77, 21. Al. *Et per Prophetam*, quales vos degeneres Israelitæ despicitis v. 9. 11. non per regia arma aut vires &c. *k)* Iud. 6, 13. 1 Sam. 12, 6. *l)* posteros Israelis; ita remuneratus Iacobi pietatem & patientiam. *S. m) e seruitute Aegyptiaca.* cf. Exod. 12, 37. c. 20, 2. Deut. 26, 6. seqq. Mich. 6, 4. &c. *n) & per Prophetam*, np. Mosen, vt dictum est. *o)* veluti imbellis & errabundus grex ouium (vid. Es. 63, 11. seqq.) in horridis Arabiæ desertis *custoditus*, & per 40. annos *conseruatus est Israel.* cf. Deut. 8, 3. 4. 5. 15. 16. Neh. 9, 20. 21. &c. Alluditur autem ad id, quod v. 13. dictum de *Iacobo*, *eum custodiuisse gregem.* ά. διεφυλάχθη cf. Luc. 4, 10. Ion. *Quin etiam, quum Patres vestri descendissent in Aegyptum, Prophetam misit Dominus, & eduxit Israelem ex Aegypto, & per Prophetam custoditus est.*

℣. 15. *p)* Nunc vero per idololatriam v. 12. & coniuncta illi scelera, Iehouam v. 14. *Dominum* ac Deum *suum* (ex fine huius versus) *ad iram prouocauit.* vid. 1 Reg. 14, 15. c. 15, 30. 2 Reg. 17, 21. 17. *q)* X. tribus v. 1. 2. 9. c. 11, 3. Es. 7, 5. Iacob scil. fugit & seruiuit, vt gratiam benedictionis obtentæ retineret, nec eam contemnendo, aut fratri remittendo, Dei iram

14 ובאשה שמר׃ ובנביא העלה יהוה את־ישראל
טו ממצרים ובנביא נשמר׃ הכעיס אפרים תמרורים
ודמיו עליו יטוש וחרפתו ישיב לו אדניו׃
יג כדבר אפרים רתת נשא הוא בישראל ויאשם בבעל
2 וימת׃ ועתה יוספו לחטא ויעשו להם מסכה
מכספם

iram prouocaret; at Ephraim vltro

CAP. XIII.

Deum ad iram prouocauit. *S. r) S. cum amaritudinibus*, Vulg.

subintell. ב. *in amaritudinibus suis*, Castellio *acerbe*; vt significetur & *modus*, & *materia*, np. grauissima peccata Israelitarum, idololatria inprimis & ipsa idola, quibus Deum amarissime ad iram prouocarunt. (4) Ier. 6, 26. c. 31, 15. 21. Al. vt R. Tanchum & Abuvvalid apud Pocok. p. 709. id exponunt: *multis rebellionibus*, coll. Ex. 23, 21. & Iob. 13, 26. Kimchi vero aliique *de statuis s. altaribus & excelsis*, coll. Ier. 31, 21. & Dan. 2, 7. sed præter necessitatem, & sine iusta probatione. *s) ideo sanguines eius super ipso relinquet* & non curabit (1 Sam. 10, 2. c. 12, 22. &c.) *Dominus*, nec ab hostibus effusum eius sanguinem vindicabit: quia Ephraim ipse est causa mortis & exitii sui. cf. Leu. 20, 9. Ios. 2, 10. 2 Sam. 1, 16. &c. & contrar. Ps. 9, 13. Ps. 72, 14. Gen. 9, 5. *t) & ignominiam eius*, qua DEVM suum adfecit, eum deserendo & ad idola transeundo. cf. Es. 65, 7. Ps. 79, 12. Dan. 11, 18. *u) retribuet ipsi.* v. 3. Neh. 3, 36. Id factum est, quando DEVS Israelem in summum contemtum captiuitatis & exilii expulit, omnibusque populis despectum reddidit. *S. x) Dominus ipsius*, cui ille obsequium pessime denegauit. cf. v. 9. Mal. 1, 6. & 1 Sam. 2, 30. CAP. XIII, ℣. 1. *y) Quum locutus est Ephraim.* Quia mox dicitur *Ephraim* portasse *in Israele*, adeoque huic contradistinguitur; non sumitur quidem *Ephraim* pro X. tribubus, vt supra c. 11, 1. 2. & sæpius in hoc Propheta; nec tamen etiam reliqui ita excluduntur, sed *Ephraim tq. primus & præcipuus* notatur. Pergit enim Deus specialiter magis arguere peccata Ephraimi & Israelitarum, eorumque pœnas & regni euersionem denunciare. q. d. *Nam*, vt istam *prouocationem* c. 12, 15. & pœnas eius distinctius explicem: *Quum locutus est Ephraim* &c. *z) horrorem*, i. e. sec. Lutherum & S. *horrendam idololatriam*, per vitulos Ierobeami. (1) cf. cognatum רטט Ier. 49, 24. vbi Syrus רתיתא adhibet: radix etiam Chald. & Syr. est *metuit, horruit, tremuit.* Magnopere & hic dissentiunt interpretes, ex quibus ea tantum referemus, quæ cum verbis & accentibus manifesto non pugnant. Ion. *Quum loqueretur vnus de domo Ephraim, tremor adprehendit populos.* Pocokius vero in Comment. p. 716. ex versione Anglicana hunc præfert sensum: *Quum Ephraim loqueretur adhuc* cum timore ac *tremore* (Phil. 2, 12. sicut pater ipsius Iacobus humiliter DEVM precabatur, supra c. 12, 5.) nec contumaciter aut superbe Deo obloqueretur c. 12, 9. *se extulit*, i. e. vt Munsterus habet, *exaltatus est in Israele.* Huc etiam Syrum refert Pocokius, & Raschium, qui רתת exponit *cum tremore*, ex Ps. 2, 11. coll. etiam Es. 66, 2. Sed *S.* vt diximus, *abstractum* accipit *pro concreto*, h. e. *horrorem*, pro re vel *idololatria horrenda*, quam pius quisque merito abhorreat & detestetur (cf. Ps. 106, 19. 20.) idque de Ierobeami I. impiis sacris intelligit. Neque enim credi potest (ait *S.*) mentionem hic fieri *Baal*, nec quicquam præmitti de *vitulis illis*, qui adeo Prophetæ nostro odiosi sunt, vid. c. 8, 5. &c. nec de alio tempore accipi potest, quam quo *Ephraim* a *Iuda* diuisus fuit, cui in nostro Propheta contradistingui solet. Sensus itaque est: *Quum locutus est* & primum instituit *Ephraim*, tempore Iarobeami I. (qui perpetuam ignominiæ notam eo ipso meruit; vid. supra ad c. 7, 15.) *horrendum illum cultum* Dei per vitulos 1 Reg. 12, 28. iustas pœnas *reportauit in Israele.* *a) portauit ipse, sc. istud suum loqui s. horrendum illud peccatum suum.* Quemadmodum in sequenti membro antecedens: *& reus factus est*, habet malum suum consequens, *tum mortuus est*; ita & hæc verba cum *S.* pro apodosi s. consequente ad præcedens membrum habemus, & in malam partem accipimus; vt idem sit cum eo, quod alias dicitur *portare iniquitatem* vel *peccatum suum.* vid. e. c. Leu. 5, 1. 17. c. 17, 16. c. 19, 8. c. 20, 1. 7. c. 24, 15. &c. *Portatur* autem *peccatum* s. *iniquitas*, quando imputatur & vindicatur. Et reuera non inultum fuit, sed grauissime punitum peccatum vitulorum, tum in Iarobeamo & posteritate eius deleta, tum in sequentibus Regibus, qui non recesserunt a peccato isto. *S.* Conf. 1 Reg. 13, 34. c. 14, 10. seqq. Al. vt Kimchi & Pagninus: *sustulit ipse*, sc. *caput suum.* al. *accepit* sc. *regnum.* Sic R. Tanchum apud Pocok. p. 718. *ad regni dignitatem euectus est.* Ion. *principes fuerunt.* Syr. & Tig. *princeps factus est.* Sic Raschi, A. b. Ezra, it. Munsterus: *exaltatus est*; verum hæc non minore, sed maiore cum difficultate in constructione, quam *S.* sententia. *b) in & cum reliquo Israele*, qui a Ierobeamo ad detestabilem illum cultum seductus fuit. cf. v. 9. it. 1 Reg. 14, 15. 16. & 2 Par. 13, 15. seqq. *c) & quum reus factus est* idem sc. *Ephraim cum Israele* c. 4, 15. c. 10, 2. c. 14, 1. Es. 24, 6. *d) non tantum in vitulis* (quos ex falsis politicæ prudentiæ principiis constanter retinuerunt *Ierobeami successores*) sed etiam *in Baale* c. 2, 10. 15. c. 11, 2. Recte hoc de temporibus Achabi accipiunt, qui instinctu impiæ vxoris, *Baaliticum cultum* denuo introduxit. 1 Reg. 16, 31. 32. c. 18, 18. a quo populus deinde neque per Eliæ diuinum zelum 1 Reg. 18, 40. neque per Iehu, filium Nimsi 2 Reg. 10, 25. seqq. ita repurgari potuit, vt non subinde malum illud recrudesceret. Nam quod olim sub Iudicibus in ea re peccatum fuit (vid. Iud. 2, 11. 13. c. 6, 25. seqq. c. 10, 6. 1 Sam. 7, 4. c. 12, 10.) Ephraimo præ ceteris tribui non potest, cum non minus tribus Iudæ & Beniamin in culpa fuerint; inquit *S.* Alii nomen *Baalis* ad infamiam pro *vitulis*; aut pro toto deorum grege, quos summo Deo adiungebant, hic adhibitum volunt. *e) tum mortuus fuit*; vt Num. 25, 1. seqq. cf. supra c. 9, 10. seqq. i. e. adeo adflictus a Deo & pressus ab hostibus fuit, vt quasi animam ageret, aut vix cadauer aliquod reipublicæ ipsi relinqueretur. *Exanimis cœpit fordere, cadaueris instar.* Rittershusius. Al. mortuus est spiritualiter & æternum, coll. Gen. 2, 17. Sic Raschi: *mortuus est huic & futuro seculo.* ℣. 2. *f) Nihilominus tamen* ne sic quidem emendati, sed quasi stupidi & dementes, *nunc* post illa Achabi tempora, & cultum Baalis a Iehu euersum 2 Reg. 10, 28. *g) addunt peccare*, & peccata peccatis cumulant. cf. c. 7, 1. Es. 1, 5. Non solum enim Ierobeami vitulos constanter retinuerunt, vt ad v. 1. diximus, & ad Baaliticum cultum relapsi sunt, vt iam supra ad c. 2, 10. notauimus; sed multiplicem idololatriam de nouo qs. addiderunt; v. c. in Gilgal, in Beerseba Am. 8, 14. vid. 2 Reg. 17, 7-16. 21. 22. *h) & fecerunt sibi*, contra expressum interdictum meum Ex. 20, 4. *i) fusile s. fusas imagines*; qualis erat vitulus Aharonis Ex. 32, 4. 8. Hic tamen non de vitulis, neque de Baal, vt fere volunt Interpretes cum Kimchio; sed de aliis superadditis variis idolis, quibus etiam homines aliquando immolauerint, accipimus, inquit *S.* *Singularis*, vt sæpe, est *collectiuus*; quia alter accusatiuus, qui per adpositionem sequitur, np. עצבים, pluralis est. cf. etiam c. 10, 1.

מכספם כתבונם עצבים מעשה חרשים כלה
להם הם אמרים זבחי אדם עגלים ישקון :
3 לכן יהיו כענן־בקר וכטל משכים הלך כמץ יסער
4 מגרן וכעשן מארבה : ואנכי יהוה אלהיך מארץ
מצרים ואלהים זולתי לא תדע ומושיע אין בלתי :
ה 6 אני ידעתיך במדבר בארץ תלאובות : כמרעיתם
7 וישבעו שבעו וירם לבם על־כן שכחוני : ואהי להם
8 כמו־שחל כנמר על־דרך אשור : אפגשם כדב
שכול

se verum Deum colere profiterentur Israelitæ, illos haut dubie eo colebant modo, quo verum Deum. Is autem humanas קמץ בז"ק hostias nunquam ab vllo exegit, præterquam ab Abrahamo, cuius manum tamen in ipso ictu inhibuit, sola voluntate contentus Gen. 22, 11.12. Dubium tamen non est, quin horrendo isto cultu, quem saniores quoque ethnici detestati sunt (vid. not. 2 Par. 28,3.) se polluerint Israelitæ. cf. 2 Reg.17,16.17.coll.v.31. Ez.23,36.37. Mich.6,2.7. Ps.106,37.38. & de Iudæis 2 Reg. 16,3. c.21,6. Ier.7,31. c.19,5. c.32,35. Ez.16,20. 2Par.33,6. s) vitulos. c.8,5.6. 1 Reg.12,28.31. t) osculentur vel osculabuntur: h.e.sec. veteres apud R. Sal. *illi digni demum sunt, qui vitulos osculentur*. Certum itaque saltim ex hoc loco est, Israelitas hos vitulos sacrificiis, *osculis* & adorationibus mactasse, per quos etiam impie iurarunt, Am.8,14.cf. *osculum Baali datum* 1 Reg.19,18.it.Iob.31,26.27 & Ps.2,12. ℣. 3. u) *Propterea*, quia tanta culpa reperitur in Israelitis, pœna diu abesse nequit; cuius *vltimus gradus, totalis reipublicæ euersio*, hic prædicitur, & *quatuor similitudinibus* figuratur. x) vide hæc c.6,4. y) *sicut gluma* Es.17,13.c.41,15.Ps.1,4. & 35.5.Iob.21,18 z) quam *turbo abripit*; vel *sicut glumam turbo aufert*.cf.Es.54,11. Vulg. *sicut puluis turbine raptus*. a) *ab area* c.9,2.quando nimirum fruges triturantur & ventilantur in aperto campo, vt fit in terra Canaan.cf. Dan.2,35. b) Es.9,17. c.51,6. Ps.68,3. Ps.102,4. c) *e cauerna* vel *fumario*.cf.Gen.7,11.Es.60,8. sic, inquam, Israelitæ dispergentur sine omni spe reditus in terram suam. ℣. 4. d) S. *Porro ego sum*.al *Atqui ego* solus sum vid.c.12,10. e) Dictum est ad v.1.quod *generale* illud de *prouocatione Domini* ad iram c.12,15.hoc capite distinctius exponatur. *Primum* vero *speciale* erat v.2.multiplicatio idolorum; *alterum* ergo sequitur, obliuio Iehouæ v.6.cuius indignitas vt magis adpareat, beneficia Iehouæ hic præmittuntur.&c S. f) q. d. *inde ab Ægypto & hucusque*. Fuerat vero etiam antea Deus Israelis, sed nunquam tam clara signa edidit potentiæ suæ & fauoris erga populum; inquit *Drusius*. cf. Exod.20,2. Deut.5, 6.7. Quod autem hic v. 5. additur *de conseruatione in deserto*, insigne aliquod opus ex omnibus, quæ intra illud tempus facta erant, commemorat. S. g) *& Deum præter me*. Es.45,5.21. h) S. *non agnosceres* vel *non nouisti* aut expertus es.coll.Deut.13,7.quia reuera præter me nullus datur.Al.*Deum itaque præter me non agnoscere debebas*. cf. Deut. 13,3.c.32,39.Ier.3,22.23. Ps.81,10. i) reuera *enim saluator nullus est* Es. 43,11. c.45,21.22. k) *præterea*, s. *præter me* vnum cf. Es. 44, 8. c. 45, 5. 6. 14. 15. 18. c. 46, 9. ℣. 5. l) Ita *ego gratiose te agnoui*, & paterno studio ac prouidentia mea prosecutus sum. Ps. 1,8. Ps. 144,3. cf. Am. 3, 2. Ex. 2, 25. tu ergo etiam me grato animo agnoscere debebas; *Kimchi*, coll. præced. v.4.cf. etiam Deut. 4,35.39. Ion.*necessaria suppeditaui*, vt Onkelos idem verbum Hebræum reddidit Deut. 2, 7. Sic etiam ad sensum LXX. & Ar. *paui te*. m) c. 2, 16. c. 9, 10. Deut. 32, 10. n) *in terra siccitatum* vel *siticulosa*, in qua nec cibus nec potus, sed rerum omnium inopia tibi fuit. (1) Al. vt A. b. Ez. *inflammationum*. Cocc. *deliquiorum*. Forsteri Lex. *luctuum*. sed rad. Ar. vlt *aridus*, *siticulosus fuit*; vt docuit Abuvvalid & R. Tanchum apud Pocock. p. 734. LXX. & Ar. *in terra non habitata*. Sensus ergo est sec. S. *Ego miseritus sum tui, ac per inuia & horrida deserta te duxi, peccata & murmurationes tibi condonaui, in angustiis te liberaui, in fame & siti te sustentaui, ab hostibus defendi, legem meam tibi dedi* &c. *Hæc omnia tibi feci, quia gratioso adfectu te cognoui & respexi, donec te tandem in hanc optimam terram deduxi; in qua abundans pascuum haberes. Tu vero, saturatus hoc pascuo, superbe mei es oblitus*. v. 6. *Neque enim per tantam eremi vastitatem, vbi non solum fruges & arbores vineæque, sed nec herba quidem gignitur, & nulla aquæ ardorem solis temperat, 40. annis poterat Israel ad terram peruenire Iordanis, nisi Dominus omnia præstitisset*; inquit *Hieron*. ℣. 6 o) *Secundum pascuum suum* Es. 49, 9. sc. optimum & pinguissimum; *ita saturati sunt*. vel vt S. habet: *Quum* fuit ipsis *pascuum* optimum & abundans, *tum saturati sunt*. Vide de illo pascuo Deut.8,7.seqq. p) vid.Deut.8,12.c.31,20.Redarguitur, vt ad v.1.adnotauimus, *peccatum obliuionis Dei*; quæ autem *de saturitate* & *elatione cordis* dicuntur, partim sunt occasio, partim causa obliuionis. Idem nimir. hic dicitur, quod etiam prædixit Moses Deut.32,15.S. q) *saturati*, inquam, *sunt*. Repetitum verbum priore loco notat beneficium Dei; hic autem ipsorum scelus, quo affluentia illa bonorum ad luxuriam abusi sunt; *Riuetus*. Conf. Prov.30,9. r) *ita, vt extulerit se cor eorum*, aduersus Deum & verbum ipsius.cf.Deut.8,14.s) c.2.15.c.4,6.c.8,14.& sic, quod *Ion.* habet, *cultum meum reliquerunt* & corruperunt.cf.supra c 2,7.10. c.4,7. c.10,1. Deut.6,12.seqq. c.8,11. seqq. c.31,16.20. c.32,18. & 2 Reg.17,13.14. ℣. 7. t) Quia itaque ipsi contumaciter & superbe *obliti sunt mei* v.6.*ideo* tandem, qui singulari gratia mea eos cognoueram v.4.5. *factus sum* & *fui* (vid. 2 Reg.8,12. c.10,32. c.13,1. c.15,29 &c.) ac porro *futurus sum illis*. Præteritum est propheticum & continuatiuum, vt supra c.4,12. c.5,3.5. Ion. *Quapropter fuit ipsis Verbum meum*. u) *sicut leo*. LXX. aliique *sicut panther* cf.c.5,14. & rem Es. 63, 7 - 10. item infra c. 14, 1. x) *sicut pardus* Es.11,6. Iunguntur autem sæpe in sacris & exoticis libris *leo & pardus*, tanquam animalia feritate homogenea. y) Hoc Ion. cum antecedd. coniunxisse videtur: *sicut pardus, qui insidiatur iuxta viam*: sed per accentus cum sequenti verbo cohæret. z) iuxta viam *speculabor*. Fut. a rad. שור c. 14, 9. Num. 23, 9: c. 24,17. ita enim *pardi* solent, insidiosum animal.cf.Ier.5,6. Hab.1,8. Sic *Plinius* H. N. lib. X. c.73 *Insidunt*, inquit, *pardi condensa arborum, occultatique earum ramis, in prætereuntia desiliunt, atque e volucrum sede grassantur*. Al. vt Ab.Ezr. & R. Tanchum putant א esse radicale, coll Prov.4,14. c.9, 6. c 23, 19. sic Pagn. & Var. *iuxta viam tritam* s. *contritam*, quæ scil. ab hominibus, aut animantibus frequentetur & teratur. LXX. vero & alii: *in via Assyriæ*, quo scil. iuerant auxilia quæsituri c.5,13.14. c.7,2. Ier. 2, 18. 19. sed minus bene, & anomalica saltim scriptura illius nominis. ℣. 8. a) *Occurram illis* Gen. 33, 8 Es. 34, 14. sc. crudeliter. b) *sicut vrsus orbus*, vel (quia Hebr. nomen commune est) sec. Vulg. *quasi vrsa raptis catulis*. Ferocia enim vrsi maxima est, in orbitate inprimis & in fame. vid. 2 Sam.17,8. Prov. 17,12. Thr. 3,10. & copiose *Boch*. Hieroz. 1. p. 813. seqq.

k) cf. c.2,10. c.8,4. cetera ipsi anan o iniqui c.12,8.9. l) *pro intelligentia* vel *phantasia sua*(1) ueniquam vt Moses, qui omnes restauras ex diuino mandato & typo faciebat. Ex.25, 40. Heb.8,5. m) *detestanda* nimirum *idola* c. 4, 17. c. 8,4. c.14,9. Ier.44,19. n) *opus omnia & tota* nihil, nisi *opus fabrorum aut artificum* sunt. c.3 5, Es. 40, 19. Ier.10,3.9. sine omni vita, & multo magis sine divinitate, quam homo nulla arte aut industria sua vnquã efficere poterit. cf. c. 8,6. stupidi ergo sunt & stolidi, qui talia faciunt. cf. Es. 44,9--20. c. 46, 5. seqq. Ier. 10,14.15. c.51,17. Hab. 2, 19. Ps. 115, 4-8. Ps. 135,18. o) q.d. *vniversitas eius* est, sc. idoli l. operis eorum. cf. Es. 9, 16. Ier. 6, 6. p) *istis* idololatris al. *de his*, vt Gen. 20, 13. q) *illi* (qui etiam homines nunc immolant) *dicunt*. Al. vt Raschi, Kimchi, Pagnin. subintell. *sacerdotes*. Ion. *falsi prophetæ*. Hieron. *sacerdotes & principes*. Schmidius autem per prosopopœiam h. m. *istis*, qui plura idola nunc colunt, & in his Molochum, cui etiam homines immolant, *illi*, patres eorum, qui vitulos tantum vel Baal coluerunt, *dicentes* essent, si viverent: *qui sacrificant homines*, omittant crudele istud sacrificium, & *vitulos* potius, vt nos fecimus, *osculentur*. r) *qui homines immolant* s. humanis hostiis litant. Sic veteres apud Kimchidem, & R. Sal. item Hieron. Cyrill. Theodoretus ad ἀνθρωποθυσίας id referunt; de qua cf. Lev. 18, 21. c. 20, 2. Deut. 12, 31. c. 18, 10. &c. *Bochartus* autem Hieroz. l. p. 357. cum Tremellio, Munstero, Kimchio aliisque id interpretari mavult: *sacrificantes hominum*, i. e *ii hominum*, *qui sacra faciunt*, *vel quicunque hominum sacrificant*; coll. sim. constr. Es. 29,19. Rationem addit Vir summus: quia, cum in vitulis illis se

CAP. XIII, ℣. 2. בתבונם pro *Beth* præf. habent *Caph* 1. 2. 3. 6. 9. 10. 13. 19. 20. se. 5. & sic *MS. Pocokii*, cuius vide sis Comment. in Hos. p. 725. כלה cum *Kibbuz* כלו 1. 2. & *Mas. Erff.*
℣. 5. תלאובות sic 1. 2. 3. 5. 6. 9. secund. *Mas.* 1. 2. & *Erff.*

שכול ואקרע סגור לבם ואכלם שם כלביא חית
9 השדה תבקעם׃ שחתך ישראל כי־בי בעזרך׃
י אהי מלכך אפוא ויושיעך בכל־עריך ושפטיך
11 אשר אמרת תנה־לי מלך ושרים׃ אתן־לך מלך
12 באפי ואקח בעברתי׃ צרור עון אפרים
13 צפונה חטאתו׃ חבלי יולדה יבאו לו הוא־בן לא

c) *& disrumpam, lacerabo.* De vestibus dici solet, vt Gen. 37, 29. 34. 2 Sam. 13, 19. &c. cf. tn. Ioel 2, 13. Ps. 35, 15. & Matt. 7, 6. d) *clausuram* (2) Iob. 28, 15. *cordis*, h. e. *pericardium aut præcordia* s. *pectus eorum.* Quod non obiter esse prætereundum, monet *Boch.* Hieroz. I. p. 740. notant enim naturæ consulti, leonem præcipue cor appetere. At Munster. *Lacerabo obstinatum cor eorum.* Tig. *pertinax cor eorum.* Sic Luth. it. Raschi, Kimchi. Abarb. vero confert Es. 6, 10. e) cf. Ier. 50, 17. c. 51, 34. f) *ibi, in via* sc. *in qua obseruabo eos.* exitium ibi, & inde paratum ipsis, vbi & vnde illi securissimi futuri sunt. S. cf. not. c. 8, 9. g) cf. not. Es. 5, 29. h) *ac si fera agri discerperet eos.* vel *fera agri discerpet eos.* Comparate pergere debuisset, inquit S. *sicut bestia agri diffindam eos:* verum vt pateat, quod Deus omnia per media facturus esset, inprimis homines, hostes & crudeles, stilum inflectit & dicit, *bestia agri diffindet eos*, h. e. ego faciam, vt bestiæ agri diffindant eos. Conf. supra c. 2, 14. i) cf. c. 14, 1. 2 Reg. 2, 24. Hæc autem eo pertinent, vt sciamus, quam tremenda sint Dei iudicia, & quam *terribile* sit, *incidere in manus Dei viuentis* Hebr. 10, 31. cui hic ob summam directionem ac prouidentiam, & ob permissionem, etiam quæ hostium sunt, tribuuntur. Non enim hæc significant in Deo feritatem aliquam, (cum hæc vitium sonet) sed potentiam, cui resisti non potest.

℣. 9. k) *Perdidit te.* Hoc quidam accipiunt vt *nomen*, formæ *Schillem* Deut. 32, 35. *Dibber* Ier. 5, 13. *Kittir* Ier. 44, 21. cum suffixo. q. d. *Hoc perditio tua est.* Sic Vulg. Cocc. &c. Alii vt *verbum* 2. *pers. præt. Piel cum suff.* Sic Raschi: *Perdidisti te ipsum, o Israel; quia contra me præuaricatus es, rebellasti contra auxilium*

קמץ בז״ק

tuum. sic etiam Abarb. vel vt S. in Comm. p. 582. *Perdidisti te, o Israel, quando contra me, contra auxilium tuum te perdidisti.* Aliis vero minus anomalice *verbum est* 3. *pers* h. m. *Id perdidit te, o Israel, quod contra me, contra auxilium tuum* præuaricatus es. Ita Kimchi aliique. Factum vero id est, vt optime ex seq. versu 10. obseruauit Schmidius, quando spreto Iehouah, Rege ac Domino suo, Regem instar gentium a Samuele postularunt, 1 Sam. 8, 5. seqq. Hic enim fons fuit exitii Israelis; cum Reges, peiores semper facti, Deum verum prorsus deseruerunt, & secum populum in superstitiones & idololatriam traxerunt: vnde caussæ & occasiones exitii, ex quo nec Rex nec Principes (quibus nimium confisi sunt. vid. c. 10, 3.) eos liberare potuerunt. *Postquam nim. Deus* hactenus Israelitis multiplicem idololatriam v. 2. & obliuionem sui v. 6. exprobrauit, & grauissimas pœnas denunciauit v. 7. 8. *nunc ad initium* & fontem omnis mali & perditionis descendit, np. diffidentiam & desertionem Iehouæ in petitione Regis & principum v. 10. quasi vel sine his Iehouah auxiliari non posset, vel hi plus, quam Iehouah, valerent. *S.* Verba versus concisa & difficilia sunt, in sensu tn. non magnus est dissensus; nisi quod de industria nouum hic fingit *Gusset.* p. 367. destruxit te *vsio* in me existens, in eo, qui est auxilium tuum, coll. Es. 3, 24. sed coacte, vt quisque facile animaduertit, qui verba legit & intelligit. l) *quod contra me,* sc. *fuisti* vel *rebellasti.* cf. supra c. 7, 13. Es. 1, 2. Ier. 2, 8. c. 3, 13. &c. m) *contra auxilium tuum.* respicit ad Deut. 33, 26. 29. cf. Ps. 33, 20. ℣. 10. n) *Vbi est?* ita LXX. Vulg. Ion. Syr. Merc. Drus. Cocc. S. aliique, item Abuvvalid, Ibn Iannai, & R. Tanchum apud Pocok. p. 747. est enim אהי *pro He* in media adiectum & magis adspiratum, & idem quod אה Aiieh. cf. infra v. 14 Alii *Ero*, frigido & contorto sensu. o) *Rex tuus,* in quo confidis c. 10, 3. & quem iam olim putasti te seruaturum. 1 Sam. 8, 20. p) Drus. S. aliique *nunc?* quod in nostra sententia oppositionem optimam facit inter tempus præsens, & præteritum illud, quo contra Iehouam auxilium suum peccarunt, & Regem petierunt. inquit *S.* Particula est *adiectiua plenissima,* & *in interrogationibus* adhiberi solita. vid. Gen. 27, 33 Iud. 9, 38. Es. 19, 12. *Nollmanno in Ex. L. S. p. 46. quorsum?* q) q. d. adsit nunc & *seruet te,* si possit. Non autem dicitur, quod nullum iam Regem habuerint, sed quod mox vna cum illis sit periturus, nec semet ipsum, multo minus alios, seruaturus. *S.* r) *in omnibus vrbibus tuis,* quippe quæ mox auxilio eius summopere opus habebunt, quando veniet hostis eas euersurus. cf. Mich. 5, 13. s) *& iudices tui* Es. 3, 2. sc. *vbi nunc sunt?* Merito autem per hos *S.* non intelligit summos illos Iudices, qui ante *Reges* a Deo dati fuerunt; sed nouos illos Principes & Ministros, qui Regibus subseruierunt. cf. supra c. 7, 7. Alii ipsos *Reges* intelligunt, coll. 1 Sam. 8, 5. t) *de quibus dixisti.* vid. 1 Sam. 8, 5. seqq. u) quum me Rege ac Principe tuo contentus ac felix esse potuisses. 1 Sam. 8, 9. c. 10, 19. x) cf. c. 8, 4. Exponitur hic (verba sunt *S.*) *quomodo se corruperit Israel, dum peccauit contra Iehouam, auxilium suum* v. 9. & Regem petiit. Sensus nimir. est: *Perdidisti te, o Israel, quando contra me, contra auxilium tuum* te corrupisti, Regem petendo. Id quod clare nunc docet euentus. *Vbi enim nunc est Rex tuus,* quem putasti te seruaturum? *seruet te iam!* Nonne vero exitii tui caussa proxima est? ℣. 11. y) *Dabam* itaque *tibi*, Israeli X tribuum, cum Iuda & Biniamino. Grotius ita: *Dedi* iam sæpius *tibi.* i. e. iratus peccatis vestris *sini* vos per seditiones ac cædes mutare Reges pro lubitu. Sic Tarnou. *dare soleo.* & sic alii, coll. 2 Reg. 15. & 17. it. Es. 3, 4 Sed melius S. aliique id ad Saulum referunt. *Futuro* autem Ebræi in narrationibus sæpe *pro præterito* s. *imperfecto* vtuntur. vid. Ex. 15, 6. 7. Iud. 2, 1. *subintell. Vau conuersiuo,* vt supra c. 6, 1. z) *Regem,* proterue postulatum 1 Sam. 8, 5. 19. c. 10, 19. scil. Saulum, vt diximus. Nam neque Ierobeamum, (de quo id accipiunt quidam, coll. 1 Reg. 11, 9. &c.) neque Assyrium, neque vllum alium Regem a Deo petierunt: & illum quidem non in indiuiduo petierunt, sed constitutionem potius Reipubl. per Regem aliquem, qui perpetuos suos successores haberet. *S.* a) *in ira mea.* vid. 1 Sam. 12, 17. 19. Hoc autem non pugnat cum 1 Sam. 9, 16. vbi vide notata. Nam Deus vtique iratus fuit, quod se repudiassent, ne Rex esset; nihilominus tamen Regem dabat, sed ita, vt (quod Samuel eos monuit 1 Sam. 12, 14. 15. 24. 25.) si in viis Dei manerent, peccatum hoc ipsis condonaret; sin minus, id vindicaret, quod hic facit Israeli. *S.* b) *& nunc auferam* eum per Assyrios. Non enim ad Saulum hic respicitur, quod alii volunt, coll. 1 Sam. 31, 7. sed in genere ad Regem s. regiam dignitatem Israelis. cf. supra c. 1, 4. c. 3, 4. & verbum c. 2, 11. Gen. 14, 11. c) *in furore meo,* de quo cf. v. 7. 8. & supra c. 2, 5. 6. vt prædictum etiam fuit 1 Sam. 12, 14. 15. Pro *ingenti ira* vox Hebræa accipi solet. vid. supra c. 5, 10. quod optime huc quadrat: quia hic est ira auctior, quam fuit illa, quando datus est Saul &c. *S.*

℣. 12. d) *Nam ligata, colligata,* & qs. *in fasciculo* aut *crumena* (Prou. 7, 20.) *constricta est.* cf. supra c. 4, 19. Prou. 30, 4. seil vt R. *Hieron.* scribit: *Quomodo, si ligetur quid in sacculo, conseruatur & non perit ei, cui ligatum est; sic omnis iniquitas, qua in Deum peccauit Ephraim, colligata est ei & abscondita, & quasi in marsupio reseruatur.* Vid. Iob. 14, 17. e) cum aliis omnibus etiam hæc *iniquitas* impii & adhuc impœnitentis *Ephraimi*, qua Regem postulauit. v. 10. 11 cf. c. 7, 1. *Ligata* autem peccata dicuntur, quæ non remissa in pœnam retinentur, inquit *Riuetus*, coll. Matth. 16, 19. f) *reconditum est peccatum ipsius* Iob. 21, 19. np. in memoria & foro diuino. Ion. *seruata sunt ad vindictam omnia peccata ipsorum.* Non oblitus est Deus eorum, vt ipsi Dei erant obliti v. 6. cf. Deut. 32, 34. 35. Ioh. 17, 1. Rom. 2, 5. it. Ps. 50, 21. Ps. 73, 11. Coh. 8, 11. Dixerat nempe Dominus v. 11. quod Regem ipsis olim dederit in ira sua, & nunc ablaturus eum sit in excandescentia. Cogitari ergo potuit hic, & forte cogitat quiuis lector, an impatauerit Deus peccatum ante aliquot sæcula commissum tam longo tempore? Respondet itaque Deus; Vtique! Nam *ligata est iniquitas Ephraim*, vt omnis, ita etiam ista vetus, nec cogitare debes, quasi iam oblitus sim. *S.* ℣. 13. g) Ideo *dolores* grauissimi, quales sunt *parturientis, venient ei.* ὥσπερ ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ. 1 Thess. 5, 3. Ion. *Anxietas & tremor venient super eum, sicut dolores super parturientem.* cf. Es. 26, 17. Ier. 4, 31. c. 30, 6. c. 49, 24. c. 50, 43. Mich. 4, 9. 10. Ps. 48, 6. Iob. 39, 3. *Effectus* hic est s. *euentus* istius *colligationis & reconditionis peccatorum* v. 12. h) *Ipse* enim *filius est,* cf. Es. 1, 2. Ier. 31, 20. Mal. 1, 6. Rom. 9, 4. al. *ipse* enim est *sicut* insipiens *filius* s. fœtus in vtero, qui nasci vult ante iustum tempus & maturitatem. i) *non sapiens* c. 14, 10. sed e contrario maxime *insipiens* & stultus, dum neglecto me v. 6. Rege ac Domino suo v. 4. 5. non solum alium Regem dudum postulauit v. 9. 10. sed nunc plures etiam nefandos deos sibi colendos constituit v. 1. 2. neque etiam vera pœnitentia intercedit, & tristem illum euentum aut pœnas v. 3. 7. 8. auertit, sed adhuc etiam *halfhearted*

verbis difficultas erit, inquit S. p) de solytro f. pretio redemtionis liberabo eos. c.7,13. vid. Pf.49, 8. 9. 16.

חכם כי-עת לא-יעמד במשבר בנים: מיד שאול אפדם 14
ממות אגאלם אהי דבריך מות אהי קטבך שאול נחם
יסתר מעיני: כי הוא בין אחים יפריא יבוא קדים רוח טו
יהוה ממדבר עלה ויבוש מקורו ויחרב מעינו הוא
ישסה אוצר כל-כלי חמדה: תאשם שמרון כי יד
מרתה

CAP. XIV.

& not. 1 Sam. 24, 45. cf. etiam Ier 31,11. 1 Cor.6,20. 1 Petr.1,18.19. Heb.2,14. &c. *Suffixum* autem verborum non est exclusiuum, sed *inclusiuum*, h. e. non referendum tantum ad Ephraimitas, sed ad omnes etiam filios in matrice V. T. stantes, immo ad omnes etiam homines. cf. Act. 13, 46 1 Tim. 2,4.5.6. Marc.16,15.16. &c. q) *a morte*, sc. secunda & *aeterna* Es.28,15. Heb.2,15. Apoc.2,11. c.20,6. c.21, 8. ita vt *mors naturalis*, cui omnes subiecti sunt Sirac.41,3. Iob.15,14. &c. meis sit transitus ad meliorem & aeternam vitam Ioh.11,25.26. c.14,19. &c. cf. 1 Cor. 15, 26. 2 Tim.1,10. & not. Es.25,8. r) *tanquam Goel* Iob.19,25. i.e. *cognatus & vindex eorum* Leu.25,25.26. Num.5,8. c.35,12.19. Deut.19,6.12. Ruth.3,9 12. *redimam & vindicabo eos*. cf. not. Es.41,14. c.43,1. & Hebr.2,11.13. seqq. Verba haec, inquit S. in propriissima sua significatione sumuntur, qua notant *redemtionem per pretium*; sicut quando seruus pecunia, vel cognatus a cognato redimitur e seruitute, e captiuitate, vel ab ipsa morte. Hanc redemtionem Christus praestitit, dum mortem pro omnibus gustauit Heb.2,9.14.15. & pretium redemtionis exsoluit Mat.20,28. 1 Tim.2, 6. 2 Cor 5,19.20. atque ita factus est *pestis morti & exitium inferno*, vt sequitur. s) *Vbi tunc erunt?* vt v.10. Sic LXX. Syr. Ar. Tig. Trem. item R. Tanchum & Abuvvalid apud *Pocok*. p.758. & sic Apostolus 1 Cor.15,55. Al. *Ero*. quod in nostra connexione optime quadrat; inquit S. t) *pestes tuae*, a sing. *debher* Ex.9,3. &c. *Pluralem* de omnis generis pestibus accipimus, inquit S. quia Christus pro omnibus satis fecit, & omnes aboleuit. Conf. *mortes* Es. 53, 9. LXX. πῦ ἡ δίκη σῦ, θάνατε; q.s. a singulari *Dabhar*, verbum, *caussa*, vt Ex.24,14. Paulus autem id reddidit κέντρον, *aculeus, stimulus*, quod cognatum Hebr. *darbhan* 1 Sam. 13, 21. Coh. 12,11. & Arab. *Dabberah* significat. Vnde etiam nonnulli Hebr. *Dibhberah*, i.e. *Apis*, dictum volunt, quia haec *aculeata* est. vid. Hilleri Onom. S. p.794. & Pocok. ad h.l. p.758. seq. u) *S. ero pestis tua, o mors!* Elegantissima locutio, inquit S. qua res, vt prius erat, inuertitur. Nam mors ante Christum, quando saeuit per pestiferos morbos (vt alios taceamus, includamus tamen) aeternum occidit homines, & infernus aeterna morte s. caede interficit. Sed rem Christus inuertit, vt ipse sit pestis morti, & aeternum exitium inferno, quando ipse in morte & in inferno fuit. x) *vbi?* al. *ero*; vt modo diximus. y) *excidium s. exitium tuum*. (1) cf. cognatum Es. 28, 2. quod etiam Ps. 91, 6. cum *peste* iungitur. Paulus d. l. πῦ σῦ, ᾅδη, τὸ νῖκος, s. *victoria*. *qua exitium aeternum hominibus intulisti*. LXX. πῦ τὸ κέντρον σῦ; ex Arabismo, quod Apostolus priore loco adhibuit, vt dictum est. z) *o inferne!* Elegans *prosopopoeia*, qua mortem & infernum, duos *Antagonistas*, humani generis hostes 1 Cor. 15, 26. & peccatorum reges, ad pugnam prouocat Redemtor. suamque victoriam denunciat, quam obtinuit iuxta officium *Sacerdotale*, *Propheticum* & *Regium*; inquit Vrsinus ad h.l. p. 319. a) *poenitentia*, *poenitudo*, vt sc. me promissae redemtionis poeniteat. (1) cf. Ps.110,4. Ps.89.35.36. b) *remota est & abscondita ab oculis meis* Es.65,16. quia sacrosanctum & immutabile, nec conditionatum hoc meum redemtionis decretum est. cf. Num. 23, 19. Rom.11,29. Quomodo de Messiae redemtione ex inferno hunc locum acceperint veteres Iudaei, videsis apud *Raym*. in Pug. fid. ed. Lips. p.606.

℣. 15. c) S. *Quia itaque ipse Ephraimus* v.13. filius insipiens; qui in matrice filiorum non persistit, sed ad idololatriam prorumpit. v.13. d) *inter fratres*. tribus sc. Israelis in genere, & in specie Iudam & Beniamin, qui saltim tam feroces nondum erant. Videtur respici ad *filios* v. 14. qui in eadem cum ipso V. Testamenti matrice erant, inquit S. Conf. c. 10, 11. e) *ferox est s. ferociter agit*, sicut *fera* vel *onager* (1) semel tantum occurrit in sacris litteris, vt plura talia, & recte ita cum S. nostro id interpretantur Abuvvalid et R. Tanchum apud Pocok. p. 764. coll. supra c.8,9. Adde Gen.16,12. Ier.2,24. Iob.11,12. Obscurum autem reddiderunt hunc locum dissensiones Interpretum, qui partim a scopo, partim ab analogia grammatica verborum aberrarunt. e.c. Tig. *Quoniam ipse* Christus *inter virens* (ita male plerique Iudaei, q.s. a sing. אחו Gen. 41, 2. 18. Iob. 8, 11.) *florebit*. al. *Quia ipse* Ephraim *inter fratres* Israelitas adhuc *fructum fert* s. *florens*, q.s. idem sit cum פרה, & allusio ad nomen *Ephraimi* Gen.41,52. c.48,19. quam nihilominus etiam nos admittere possumus; quippe quae etymon non vbique declarat; vt diximus ad Ier.51,1. Grotius ita: *Quia ipse prae fratribus* (Iudaeis & Beniamitis) *multiplicauit peccata* &c. LXX. Vulg. Syr. & Ar. ex signif. verbi Arab. *Quia ipse diuidit* & regnum diuisum habet a Iuda & Beniamin, &c. cum quo conf. c.8,4. f) ideo *veniet Eurus* c.12,2. ventus herbis inimicus & noxius ac torrefaciens. vid. Ez.19, 12. Ion. 4, 8. & not. Es. 27, 8. *Eurus* hic non alius est, quam hostis *Assyrius*, qui cum *Euro* comparatur, propter rigorem; & cum vento, *qui ascendit e deserto*, propter ingentem impetum. S. g) *ventus* ab ipso *Domino missus*. cf iterum Es.27,8. c.40,7. Ps.48,8. Sicut Assyrius alibi etiam *securis Dei* dicitur. Es. 10, 5. 15. cf. etiam Ier. 51, 1. h) turbulentus & rapidus. cf. Es.21,1. Ier.13,24. Iob.1,19. i) & *cum pudore ipsius exarescet*. c.10,6. Ioel 1,10. Ez.19,12. k) *scaturigo ipsius* Ier.51,36. l) & *exsiccabitur* Es. 19, 5. m) *fons ipsius*, vt respublica eorum funditus euertatur. cf. supra c. 9, 16. it. 2 Reg. 3, 25. n) *ille*, hostis cum vento comparatus, *praedabitur*. Ps. 44,11. 1 Sam. 13, 1. o) *thesaurum*. cf. c. 2, 10. c. 12, 9. Ier. 15, 13. Prou. 10, 2. p) *omnium pretiosorum*. Ier. 25, 34. Nah. 2, 10. 2 Par. 32,27. cf. supra c. 2, 5.

CAP. XIV, ℣. 1. q) Tig. *Deliquit*. Ion. & Syr. *Rea est*, sc. multiplicis idololatriae c. 13, 1. 2. & scelerum, ideoque *ibit ob reatum suum* Es.24,6. & tandem *deuastabitur*, vt habent LXX. S. &c. Conuenit enim significatio huius verbi nonnunquam cum cognato שמם. vid. Ez.6,6. Ioel 1,18. Al. generali notione: *turpitur vitiabitur*. ap. per absolutionem. Ar. *interibit*. r) *Samaria* vrbs & ciues, qui aduersus Deum suum rebellarunt. cf. c. 7, 1. Hic vltimus est & crudelissimus effectus aduenientis *Euri* s. Assyrii hostis c. 13, 15. Arcte itaque cohaeret hic versus cum antecedd. & a plerisque interpp. praecedenti capiti accensetur. Ceterum eadem Samaria, quum e ruinis suis surrexisset; posthac ab *Hyrcano*, Simonis Maccabaei filio, pontifice & Ethnarcha Iudaeorum, per integrum annum oppugnata, tandem capta & solo aequata fuit, ductis illo torrentibus, quorum eluuie ita cuncta foedata sunt, vt ne vestigium quidem vrbis superesset; vt refert *Iosephus A. I.* lib. 13. c. 18. Instaurans vero eam tandem *Herodes*, in honorem Augusti *Sebasten* vocari voluit, vt testatur *Euseb*. in Chron. Casum eius ad Constantinopolin a Turcis expugnatam retulit *Gurtlerus* in Theol. Prophet. p. 757. quod hic tantum indicamus. s) *quia rebellis fuit*. Deut. 21, 18. 20. Thr. 1, 18. Sic LXX. Ar. &c. Al. vt Vulg. Tig. Munst. *exacerbauit Deum suum*, coll. c. 12, 15. sed inuita constructione & forma verbi.

k) *quia*. al. *quod*. Quae sequuntur, varie accipiunt. Potiora tantum dicemus. (1) Tig. *alioqui non diu sitisset* (al. *non tam diu staret*) *in partu filiorum*, s. in loco, unde erumpunt filii (quasi foetus sibi non consulens, neque ex vtero erumpens) sed seria ac sincera poenitentia se quam primum ex angustiis suis expediret. (2) Lud. de Dieu h. m. *quia tempus est, vt non maneat in ore matricis filiorum*, sed vt mature resipiscat &c. Nos vero (3) cum Schmidio: *insipiens* est, *quia tempus* definitum *non permanet in vtero filiorum* vsque ad iustam suam maturitatem, seu N. T. tempus, quo eos *liberabo ex potestate inferni* &c. v. 14. l) *iustum tempus*. cf. Mich. 5, 2. Ps. 102, 14. Gal.4, 3.4. m) *non persistit* aut manet, expectans in vera poenitentia, spe ac fide. cf. Hab. 2, 1. n) *in matrice*, vel *vtero filiorum* 2 Reg. 19, 3. Es. 37, 3. in quo sub vmbris V. T. Ecclesia vsque ad Christum custodita fuit. Gal. 3, 23. cf. etiam Gal.4,27. & Es. 46, 3.

℣. 14 o) Quando nimirum *e manu & potestate inferni* (proprie sic dicti, vt Es. 28, 15. Ps. 9, 18. cf. Ps. 86, 13.) cui ob peccata omnes homines subiecti sunt. Ps. 89, 49. Rom.5,12.17. &c. Citat autem hunc locum Apostolus 1 Cor.15,54. seqq. de Christo, & victoria eius de inferno ac morte. Vnde non dubium est, promissionem de N. T. hic haberi, & describitur tempus illud V. T. v. 13. *a termino ad quem*. Sensus itaque & nexus hic est: *Ille filius est non sapiens, quia non persistit in matrice filiorum per & ad illud tempus*, quo *e manu inferni liberabo eos* &c. Id quod est tempus N. T. quod fideles V. T. expectare debebant. Ita locus noster proprie & sine omni tortura de solo N. T. loquitur, & toto quidem, vsque dum mors etiam ipsa abrogabitur; vt recte eam & ad litteram allegauerit Apostolus, nec in

ver-

CAP. XIV, ℣. 1. תאשם per Mem. 1. 2. 3.

Filii Dei, exhortatio ad Israelem propænitentia serio agenda, tan-

הפטרת וילך וגם לט׳באב במנחה וקמ׳ן בו ק׳

מֶרְתָה בֵּאלֹהֶיהָ בַּחֶרֶב יִפֹּלוּ עֹלְלֵיהֶם יְרֻטָּשׁוּ וְהָרִיּוֹתָיו
2 יְבֻקָּעוּ׃ שׁוּבָה יִשְׂרָאֵל עַד יְהוָה אֱלֹהֶיךָ כִּי
3 כָשַׁלְתָּ בַּעֲוֺנֶךָ׃ קְחוּ עִמָּכֶם דְּבָרִים וְשׁוּבוּ אֶל־
יְהוָה אִמְרוּ אֵלָיו כָּל־תִּשָּׂא עָוֺן וְקַח־טוֹב וּנְשַׁלְּמָה
4 פָרִים שְׂפָתֵינוּ׃ אַשּׁוּר לֹא יוֹשִׁיעֵנוּ עַל־סוּס לֹא נִרְכָּב

ולא

Cccc 2 עב ב

t) contra Iehouam Deum suum c. 13. 4. Ion. *contra Verbum Dei*, dum sc. contra verbum, fœdus & admonitiones eius *ad alios deos defecit*, quod in mente habuit Ar. Ms. apud Pocok. p. 768. dum ita vertit: *quia rebellauit per idola s. cum idolis. u*) sc. ciues Samariæ, & qui eo confugerunt. cf. c. 7,16. c 9,13. x) c. 10, 14. 2 Reg. 8,12. Ps. 137, 9. y) *& fœtæ s. grauidæ eius* mulieres, sc. populi Samaritani. *Id mobile*, quod hic nonnullos offendit, habes etiam specialiter in *Perilah* Ps. 128, 3. & in *Bochilah* Thr. 4,16. z) *discindentur*. vide similem barbariem & crudelitatem 2 Reg. 8, 12. c.15,16. Am. 1, 13. *Partus* autem cum matribus grauidis *verbo masculino* includuntur, ait S. Non autem dubium est, quin quæ Deus hic minatur, omnia sint impleta per Salmanasserem: licet in breuissima eius rei historia 2 Reg. 17, 6. speciales hos casus non recensitos legamus. Aut putandum, Israelitas in ipsa tandem calamitate (quum triennium duraret obsidio) resipuisse, & mitigationem aliquam pœnarum obtinuisse. coll. Ier. 18, 7.8. Ez.33,14. Ioel 2, 14. Ion. 3, 9. 10. &c. Ad resipiscentiam certe ipsos serio adhuc excitat Deus v. 2. seqq. nec frustra eam fore, gratiosissimis promissis fidem facit v. 5-9. atque sic tandem insigni epiphonemate vaticinium suum Propheta concludit. v. 10.

℣. 2. a) *Conuertere itaque o Israel, ad Iehouam Deum tuum*. c.11,7. Zach.1,4. &c. Ita namque faciendum necessario tibi est. Hos. 2, 9. si promissæ a me salutis æternæ c. 1, 7. c. 13, 14. & gratiæ, ad quam ego propensissimus sum c. 14, 5. seqq. particeps fieri cupis. *Incipit hic* sec. S. diuisionem, *Y. Lecsio, & finalis Prophetæ vel ipsius Iehouæ, Filii*

quam vnica via & remedio ad salutem; *coniuncta cum suauissimis promissionibus euangelicis*, post seuere denunciatas rebellionis & idololatriæ ipsorum pœnas v. 1. c.13, 7.8.15. &c. vt, *pereunte Samaria* -- Israel, *qui infirmatus est siue corruit in iniquitatibus suis, reuertatur ad medicum, & recipiat sanitatem, vel stare incipiat, qui corruerat* &c. vt scribit B. *Hieron*. b) In oppositione ad Iudam & Beniamin *Regnum Israeliticum s. X. tribus* in nostro Propheta denotare solet. vid. c.1,4-7. c.4,15. &c. Quia vero excidium eius certo prædictum fuit c.13, 1. 7. 11. 15. c. 14, 1. &c. ideo R. Sal. ad *Israelitas in terra Iuda* superstites, alii ad *ipsos Iudæos* hæc dicta volunt; vt illi saltim exemplo & pœnis illorum saperent. Al. prædicari hoc piis & electis, in populo residuis, quod tamen *ad vniuersos* potius pertinere arbitramur: proposita omnibus seria gratia Dei, modo resipiscerent illi Ez. 18, 21. 22.23. &c. Interim malumus, inquit S. hanc *totam concionem ad N. T. & ad Christum referre*: quo tempore futurum erat, vt etiam Israeli inter gentes disperso, hæc concio pœnitentiæ mittenda, & plurimi ad Christum Deum suum conuertendi essent. - *Imperatiuum* autem accipimus pro *futuro*; *Reuertere*, pro *Reuerteris tamen tandem aliquando sub Messia* &c. *Nam Propheta* (sic pergit post alia Vir B.) *eleganter se sistit in persona prædicatoris N. Testamenti* &c. Sed vt lubenter, quod de conuersione Israelis ad Christum dictum est, agnoscimus ex coll. c.2, 1.2. c.3, 5. c. 11,10.11. ita dura omnino ab initio sermonis eiusmodi foret enallage. Itaque nos quidem hæc omnia subordinanda putamus, vt supra c.2,3. c. 6,1. &c. Nam ad vsum præsentis auditorii sui hæc vtique etiam dixit & scripsit Propheta. Atque hac mitigatione pœnarum (qualis supra c.2,1.) non tantum pertinaces reddebantur prorsus inexcusabiles, sed paucæ quoque piorum reliquiæ sub horrendis illis calamitatibus aduersus desperationem sustentandi atque erigendi fuerunt. Conf. Ier. 3,6.8.12. seqq. 2 Par.30,6--9. c) idem quod אל *el*, sec. Kimchium, coll. Deut. 4, 30. c.30,2. Ioel 2,12. *Terminum* conuersionis *ad quem* clarissime indicat: q. d. *vsque ad*; i. e. *non aliquatenus*, sed perfecte conuertere, non desistens, donec Deum contingas. cf. alia constr. c.12,7. d) *ad Iehouam, qui* non tantum iure & ex creatione, sed inprimis ex fœdere & adoptione, ac pronissimo erga te affectu, *Deus tuus est*, adeoque sine dubio pœnitentem te in gratiam recepturus, S. Conf. not. c. 1, 9. c. 4, 6. e) *Ratio* mouens ad pœnitentiam, vt c.6,1. f) *impegisti ac corruisti*, & spiritualiter & politice. c.4,5. cf. not. c. 5, 6. & Es.3,8. g) c.5,5. c.9,7. nec quisquam alius, præter Iehouam, te seruare aut restituere potest: Ergo vel nunc tandem serio resipisce ac conuertere. ℣. 3. h) *Sumite vobiscum verba*. cf. similis constr. Gen.31,23. c.43, 1. Ez.14,6. Ios.8,1. 1 Reg.1,33. c 11,18. loco muneris aut victimarum. Gen. 43,11.12. 2 Reg. 8, 8. coll. Mich. 6, 6. Al. obsequioso animo *recipite & sumite vobiscum*, nec obliuioni mandate vel negligite *verba mea*, coll. Prou. 1, 3. c.2,1. c.4,10. Iob.22,22. & Luc. 2,19.51. Heb.2,1. Sed Schmidio *sumere secum verba* est præmeditari, quid dicendum sit, idque in prompta memoria retinere, vt quum loquendum est, sine hallucinatione ex ea depromatur. i) Quæ ista *verba*, vel summa saltem eorum sit, mox sequitur: *& dicite, omnem aufer iniquitatem* &c. quod bene expressit *Lutherus*, suppleto demonstratiuo. S. Tradi namque putant formulam precum pœnitentibus, vt Matth.6,9. Luc. 11,2. Num. 6, 23. Ion. *Afferte vobiscum verba confessionis*. Non postulat Dominus (inquit Kimchi ad h. l.) a vobis in pœnitentia argentum & aurum, neque holocausta, (quæ idolis suis magno sumtu Israelitæ profundebant c.2,10.15. c.10,1. c.12,12.) *sed verba tantum bona, quibus confiteamini iniquitates vestras*. k) *& ita*, vt iam dictum est v. 2. *conuertimini ad Iehouam* toto animo, nec labiis tantum vestris; vt bene iterum *Kimchi*. cf. c.2,9. c.3,5. c.6,1. Ioel.2,13. l) cf. similis constructio Es.48,20. Ier.31,7. Ps 66,3.1. Par.16,35. m) *omnem*; vt Ps. 51,12. quia frustra partem ignosceret, si vel vna superesset, cuius nomine reieremus apud Deum. cf. Ps. 103, 3. Ps.130, 8. Gal. 3,10. Iac.2,10. Matth. 18,32. Col.2,13. n) *aufer iniquitatem* nostram v.1. qua vt onere grauati sumus Ps.32,1. Ps. 38, 5. Matth.11, 28. o) *& accipe, da ac profer* (Gen. 18, 5. 1 Reg.17,10. Ps. 68,19. coll. Eph. 4, 8.) *bonum*; non certe in nobis, in quibus bonum aliud nullum reperit, quam quod ipse posuit. Rogatur itaque Deus, *vt bonum de suo accipiat, quod nobis conferat*; Boch. Hieroz. I. 414. Tarnouius *Iustitiam Christi* intelligit pro pœnitentibus acceptandam; quem nos sequimur, inquit S. in hunc sensum: *& accipe bonum* nostræ iniquitati oppositum, *iustitiam*, quam pro nobis in fide offerimus; non nostram tamen, sed *Christi*. Conf. supra c.3,5. p) *& reddemus* grati pro illis beneficiis tuis. Ps. 50, 14. q) Vulg. *vitulos*, al. *iuuencos*. cf. Ps.51, 21. LXX. quibuscum faciunt Syr. & Ar. καρπὸν χειλέων ἡμῶν. sic Heb. 13, 15. eodem sensu. Nam καρπὸς ita pro *oblatione* sumitur, vt κάρπωσις, κάρπωμα, it. ὁλοκάρπωσις & ὁλοκάρπωμα pro *sacrificio & holocausto* in Græca versione passim occurrunt. *Boch*. l. c. r) Vulg. aliiq; *labiorum nostrorum*. q. d. reddemus *vitulos*, nempe *labiorum nostrorum*, subintell. constructo ad præcedens nomen absolutum, vt Iud. 12,14. Ez.11,16. c.40,15. &c. al. q. d. *pro iuuencis* reddemus *labia nostra*; i. e. confessionem, laudes & gratiarum actiones, quas bouis immolati loco habeas. Ita *Ar. Ms.* apud Pocok. p.775. *reddemus loco oblationis victimarum sacrificia labiorum nostrorum*. Oblationes scil. N. T. conuenientes. cf. Es.66,6. Ps.51,21. 1 Petr.2,5. Quod sacrificiorum genus tamen etiam sub œconomia legis Deo longe fuit acceptius, quam boum sacrificia; inquit *Boch*. l. c. coll. Ps. 50, 8-14. 23. Ps.51,17.18. Ps.69,31.32. Ion. *& sint verba labiorum nostrorum accepta penes te, tanquam boues in beneplacitum super altari*. cf. Ps.141, 2. & supra not. ad c.6,6. ℣. 4. s) Syr. præmittit, *Et dicite, Assyrius* &c. sc. Rex & populus; in quo male confisi sumus. vid. c.5,13. c.7,11. c.8,9. c.12,2. Ion. *Reges Assyriæ non saluabunt nos*. t) Respicit Propheta ad hoc, quod sæpius in Israelitis redarguit; quando in angustiis suis fœdera cum Assyriis fecerunt, vt ipsis auxiliarentur. Vbi vero Assyrii eos non seruarunt, sed tandem perdiderunt. S. Cf. supra c. 5,13. 14. Ier.3,23. Ps.33,16.17. u) *super equis*, quibus superbiuimus. cf. c.1,7. Es.2,7. Prou.21,31. Iob.39,19. seqq. x) *non equitabimus*; neque in nostris viribus, nec in aliorum auxiliis fiduciam ponemus. cf. c. 10, 11. Es.30, 16. Ion. *& super curribus vel ascensoribus equorum non confidemus*. cf. Ps. 20, 8. Al. *& super equos Aegyptios* non conscendemus, nec eorum auxilium, vt supra c. 7,11. implorabimus, quia hoc etiam præsidium vanum est. Es. 31, 3. Sic Raschi, A.b. Esra, Abarb. Hieron. &c. coll. Es.30,2. c. 31,1. Sic S. Notandum est, inquit, quod Aegyptii equis abundauerint (cf. Deut. 17, 16. 1 Reg. 10, 28.) & equites fere bellauerint (cf. Exod.14, 6.7.9. c.15,1. &c.) *Super equis* itaque Israelitæ *equitarunt*, quando equites, currus & equos conduxerunt, & ex fœdere in auxilium aduocarunt.

℣. 1. בַּחֶרֶב יִפֹּלוּ sic a. 5. 6. 9. 20. ℣. 3. וְשׁוּבוּ *defect*. se. 1. 2. 3. sec. *Mas*. 1. & *Erff*. וְאִמְרוּ cum præf. *Vau* 6. 9. 20. sic ו fu. 5.

ולא־נאמר עוד אלהינו למעשה ידינו אשר־בך
ה ירחם יתום׃ ארפא משובתם אהבם נדבה כי שב
6 אפי ממנו׃ אהיה כטל לישראל יפרח כשושנה ויך
7 שרשיו כלבנון׃ ילכו ינקותיו ויהי כזית הודו וריח לו
8 כלבנון׃ ישבו ישבי בצלו יחיו דגן ויפרחו כגפן זכרו
כיין

sine vllo merito ipsorum; vtpote qui iram & odium meum meriti erant, supra c. 9, 15. 17. Ad rem cf. etiam supra c. 2, 16. 21. 22. 25. & ad vocem Ps. 68, 10. Ezr. 3, 5. &c. subiatell. ב praef. quod extat Ps. 54, 8. Ion. *miserebor eorum, quum conuersi fuerint, liberali animo.* Raschi: *sponte Spiritus mei.* cf. Ps. 51, 14. Respondet ad illud poenitentium v. 3. *& accipe* ac confer *nobis bonum.* k) *quia auersa est* Ier. 2, 35. scil. in vera poenitentia ac fide ipsorum. l) *ira mea*, quae accensa fuerat pervicacia eorum. c. 8, 5. m) *ab ipso* sc. Israele, populo meo; ita vt non amplius recordaturus sim peccata eorum. cf. Mich. 7, 18. seqq. Ps. 103, 8. seqq. ℣. 6. n) *Ero.* Ion. vt saepe, *Erit Verbum meum.* Consequentia & effectus illius *sanationis & amoris* Christi v. 5. hic subiiciuntur. Continuat namque Christus sermonem suum & promissionem, sed continuis tropis & similitudinibus per duos versus. *S.* o) *sicut ros*, qui, vbi pluuiae rariores, copiose cadens, terram foecundat, marcida germina erigit & crescere facit. cf. c. 6, 3. Deut. 32, 2. Es. 26, 19. Ps. 133, 3. Prou. 19, 12. Significat itaque, vt *Riuetus* habet, gratiam iustificationis, regenerationis & sanctificationis in Christo liberaliter communicandam ad nouam vitam. conf. Mich. 5, 6. Contrarium eius est, quod supra dictum c. 13, 15. p) vero & spirituali *Israeli.* Rom. 9, 6. 7. 8. Gal. 6, 16. q) vnde nouis viribus instructus *efflorescet, florebit* v. 8. Es. 27, 6. c. 66, 14. in horto s. Ecclesia Dei Ps. 92, 13. 14. r) *sicut lilium* Es. 35, 1. 2. Cant. 2, 1. 2. pulcherrime (Mat. 6, 28. 29. coll. Eph. 5, 27.) & copiosissime. *Lilio* enim *nihil foecundius esse*, ait *Plinius*, vna radice quinquagenos saepe emittente bulbos. H. N. lib. 21. c. 5. s) *& iaciet.* extendet & *incutiet* in terram, i. e. *defiget ac diffundet radices suas*: ita vt, inhabitante Christo in cordibus ipsorum, ipsi sint in illo & in caritate ipsius radicati ac firmati, Eph. 3, 17. 18. Col. 2, 7. nec euelli possint Am. 9, 15. Oppositum vide supra c. 9, 16. cf. etiam Es. 37, 31. t) *sicut Libanus*, h. e. sec. Ion. & plerosque per metonym. *sicut arbores Libani.* cf. v. 7. 8. Es. 35, 2. c. 60, 13. Ps. 92, 13. Al. *radices suas iaciet vt Libanus*, i. e. veluti mons Libani, ita auxilio diuino firmatus ipse stabit immotus ac semper florens; coll. Ps. 125, 1. Mat. 16, 18. ℣. 7. u) *Ibunt* s. *crescendo porgent* & longius progredientur, *distendent ac diffundent* sc. Ier. 12, 2. *Eunt rami*, inquit *S.* quando longi & magni magis magisque fiunt, quomodo etiam sese extendunt. Alii iam effectus coelestis illius roris v. 6. & operationum eius hic sequuntur. x) *rami* s. *surculi eius* Es. 53, 2. Ez. 17, 22. Ps. 80, 11. Iob. 8, 16 sc. *Israelis Dei*, s. Ecclesiae v. 6. al. *cuiusque* eorum. sic *S.* Ion. *Multiplicabuntur* s. augescent *filiis & filiabus* s. *progenie*, vt Grotius habet; ita R. Sal. & Abarb. quod in sensu spirituali accipimus, coll. Es. 49, 21. 22. Ioh. 3, 6. 1 Petr. 1, 23. At *S.* Nobis autem, inquit, *rami hi* esse videntur aliquid eorum, quae ad ipsos fideles pertinent, & in ipsis inueniuntur: nimi. *augmenta fidei* inprimis *& charitatis, &* quarumcunque *virtutum* Christianarum; quando fideles ad perfectionem subinde maiorem pergunt & contendunt; coll. Phil. 3, 12. seqq. adde Col. 1, 10. Gal. 5, 22. 2 Pet. 1, 5 -- 8. y) *& erit*, l. *ita vt sit sicut olea* vel *sicut oliva.* quae, vt *Cyrillus* habet, est ἀειθαλὴς & εὔκαρπος, *semper viridis & fructibus referta.* cf. Iud. 9, 9. Ier. 11, 16. Ps. 52, 10. Ps. 128, 3. it. Ps. 1, 3. ὡς ἐλαία εὔκαρπος. sic Ar. & Syr. *sicut olea fructibus suis decorata.* At Ion. longius a textu: *& erit splendor eorum, sicut splendor candelabri sancti* procul dubio ex Leu. 24, 2. quod cf. Phil. 2, 15. Mat. 5, 16. Zach. 4, 11. 12. z) *gloria, excellentia* s. *decor eius.* Iob. 40, 10. Dan. 10, 8. *decor* autem s. *gloria oliuae* sunt dulci fructus eius, quibus decoratur & pulchra redditur, ob quos etiam laudatur; inquit *S.* Conf. Phil. 1, 11. a) *& odor illi erit*; gratus scil. piis, & Deo acceptus: partim *opera* fidelium vtriusque tabulae, partim *labores* eorum in ministerio verbi, & studio conuertendi alios, vt 2 Cor. 2, 15. *S.* Adde Phil. 4, 18. Apoc. 5, 8. b) *sicut Libani* v. 6. 8. cuius gratissimi odoris (cum ex ipsis herbis & arboribus fragrantibus, quales *Cedri* Plin. H. N. l. 13. c. 5. cum ex floribus arborum & herbarum) etiam alibi mentionem facit Scriptura. vid. Cant. 4, 11. Sirac. 39, 14. At Ion. *velut incensi aromatum*; forte ideo, quod *Templum* interdum *Libani* nomine veniret, vt quidam coniiciunt apud *Pocok.* p. 794. coll. Ier. 22, 23. Hab. 2, 17. Zach. 11, 1. ℣. 8. c) Vulg. *Conuertentur sedentes in vmbra eius.* h. e. sec. *S.* q. d. Praeter ea, quae huc vsque promisi, futurum etiam hoc est, vt ex *gentibus conuersi* ad Ecclesiam Christi *reuertantur habitantes* &c. -- Dicuntur autem gentiles *reuerti* ad vmbram Israelis, quia etiam in V. T. proselytismus illis concessus fuit. (cf. Ruth. 2, 12.) *Praedicitur itaque hic conuersio gentilium ad Christum* sub N. T. copiosissima. Haec *S.* At *Pocok.* p. 796. b. per totum hunc versum describi putat *felicitatem eorum, qui membra sint Israelis Dei.* s. Ecclesiae Christi, vtpote quae in antecedd. cum arbore comparata fuerit. Ion. *Congregabuntur de medio captiuitatis suae.* quorum cf. Ioh. 11, 51. 52. d) Ion. *habitabunt sub vmbra Messiae* s. Christi *sui*; qui ipse Deus v. 2. 3. 4. & protector est Ecclesiae suae, in ipsis quoque adflictionibus. Ioh. 16, 33. 2 Cor. 4, 16. cf. Iob. 7, 2. Es. 4, 6. c. 25, 4. 5. c. 32, 2. c. 37, 35. Ps. 17, 8. Ps. 36, 8. Ps. 91, 1. Cant. 2, 3. Thren. 4, 20. Nobis autem videtur, inquit *S. relatiuum* non ad remotius, qui Deus est, sed *ad Israelem* referri. *Vmbra* vero *Israelis* est, non quam ille facit, sed *quam illi Christus facit* in N. T. vmbra sc. gratiae & protectionis eius &c. Sic *Brentius*: Quid multis opus est verbis? Israel vel tandem in tam proceram, patulam & gloriosam excrescet arborem, vt omnes, qui ad *vmbram eius* confugerint, fiducialiter & secure sub ea sint habitaturi. e) *viuificabunt* etiam illi, qui ex gentilibus conuersi sunt, *frumentum*; np. per cultum agri sui & seminationem eius, vt bene exstenus R. *Tanchum*, apud Pocok. p. 799. quod in sensu spirituali significat: abundabunt omni gratia ac fructibus bonorum operum, coll. Matth. 13, 23. Ad verba cf. Gen. 19, 32. Es. 62, 8. f) *& florebunt* v. 6. g) *sicut vitis* cf. Zach. 8, 12. His duabus speciebus, *frumenti & vini*, quemadmodum alias omnes fructus terrae, ita hic omnis generis fructus fidei significantur. *S.* Non enim erit Ecclesia s. ex Israelitis s. ex gentibus collecta, velut *vacua vitis*, vt supra c. 10, 1. aut vuas ferens *Sodomiticas* Deut. 32, 32. & *malas* Es. 5, 2. sed veluti palmes foecundus, fructus ferens suauissimos in vite sua Christo Iesu Ioh. 15, 5. 8. Vnde mentio quoque eius fiet honorifica, & ab omnibus hominibus laudibus efferetur vid. *Brent.* h) *memoria* s. *mentio eius*, sc. Dei l. Christi, sec. plures interpp. vt supra c. 12, 6. coll. Cant. 1, 2. 3. sec. *S.* vero, Taruou. aliosque, *memoria vniuscuiusque* habitantium in vmbra Israelis, etiam gentilium ad Ecclesiam conuersorum. Hi namque non minus sunt gratus odor Deo, quam ipsi Israelitae l. Iudaei v. 7. *S.* Al. *odor eius.* Ita Trem. Piscator, A. b. Ezra, Kimchi, R. Tanchum &c. coll. Leu. 24, 7. Num. 5, 26.

y) *nec dicemus vltra*, vt stolide fecimus. cf. supra c. 2, 7. Promittunt perseuerantiam in fide & cultu veri Dei. *S.* z) *o insani nostri!* conf. Es. 42, 17. c. 44, 17. a) cf. c. 8, 6. c. 13, 2. Es. 2, 20. Insaniam illam agnoscemus & detestabimur. b) *quia.* vt Deut. 3, 24. 1 Sam. 2, 25. c. 15, 35. &c. c) *in te*, Messia ac Seruatore nostro solo, & nullo alio, vid. c. 1, 7. Es. 45, 17. 24. &c. d) *misericordiam consequetur* & seruabitur. Respicit ad c. 1, 6. 8. c. 2, 3. cf. Es. 9, 16. c. 54, 8. Prou. 28, 13. e) *orphanus* s. *pupillus*, qui omni ope destitutus. cf. supra c. 5, 15. Ps. 10, 14. 18. Ps. 68, 6. Iob. 29, 12. Thren. 5, 3. & Exod. 22, 22. 23. Deut. 10, 18.

℣. 5. f) Ego vero *sanabo.* Respondet Christus ad poenitentium petitionem v. 3. *omnem aufer iniquitatem*; & exponit, quod, & quomodo poenitentes Israelitas sit suscepturus. Est ergo *sanatio* haec *spiritualis*, saltim principaliter, vt supra c. 6, 1. Es. 6, 10. Ier. 3, 22. Mal. 3, 20. Luc. 1, 77. c. 5, 31. c. 24, 47. cf. etiam supra c. 5, 13. c. 7, 1. c. 9, 16. quemadmodum supra c. 3, 5. praedixit Propheta, quod Israel se tandem sub N. T. ad Christum esset conuersurus; sic nunc praedicit, quod Christus ipsos misericorditer & humaniter suscepturus sit & sanaturus. Estque insignis haec promissio, non conditionata, vt multi putant, sed quae rem dicit certo futuram. *S.* g) *auersionem & apostasiam eorum* h. e. idololatriam & peccata, quibus a me auersi sunt. c. 11, 7. 10. Ier. 2, 19. Ion. *Recipiam eos in conuersione ipsorum, & ignoscam peccatis eorum.* h) *amabo eos* resipiscentes, vt antea feci c. 3, 1. c. 11, 1. Mal. 1, 2. constanti & aeterno amore Ier. 31, 3. i) *vltro, sponte ac munifice*, animo benigno ac liberali, gratuito amore, ac proprio gratiae meae motu. Eph. 1, 5. 9. 11. 1 Ioh. 4, 10. sicut pater miseretur filiorum Ps. 103, 13. Luc. 15, 20.
sine

℣. 4. נאמר *milra* 2, 8. 3. sic su. 5. ℣. 5. Pro ממנו hab. ממני quidam.

9 כיין לבנון׃ אפרים מה־לי עוד לעצבים אני עניתי
י ואשורנו אני כברוש רענן ממני פריך נמצא׃ מי חכם
ויבן אלה נבון וידעם כי־ישרים דרכי יהוה וצדקים
ילכו בם ופשעים יכשלו בם׃

i) tam iucunda ac suauis erit, *sicut est vinum Libani*; quod non solum veteribus celebratum est, sed etiam hodie laudatur. cf. *Plin.* H. N. lib. 14. c. 7. Alludi quoque putat *S.* ad sacrificia V. T. in quo *vinum* libabatur Deo, & ipsa *gratum* erant *memoriale coram Deo*. cf. Ex. 29, 40. 41. & Ion. h. l.

℣. 9. *k)* Syr. præmittit: *Dicit* Ephraim; Ion *dicent Israelitæ: quid ad nos attinet vltra seruire idolis?* &c. Ita R. Sal. A. b. Ezra, Kimchi & plerique interpp. Sic *Tarnouius*: Postquam, inquit, Deus hasce promissiones longe amplissimas absoluit, nunc demum *Ephraim* repetit prius (v. 3. 4) factam obedientiæ & fidei suæ sponsionem, & Deus vicissim (in posteriori hemistichio) gratiam suam repromittit. &c. Sed aliis, vt Tig. Castell. *Ephraim* adpellandi casus est, & verba ipsius Dei, h. m. *o Ephraim, quid mihi amplius cum idolis?* q. d. Deus, noli mihi illa adiungere amplius, ego namque solus Deus sum, & tibi sufficientissimus: coll. 2 Cor. 6, 15. 15. At *Schmidius*, qui præced. versum de conuersis ex gentilismo non male exposuit, etiam hæc & sequentia huius versiculi verba iisdem adscribit, h. m. *o Ephraim* sc. *dicet conversus ad umbram Israelis. l) quid mihi* commercii sit *amplius cum idolis?* Abnegant ita cultus idolorum, & confidentia in illis. cf. supra v. 4. & ad phrasin Ier. 2, 18. Ios. 22, 24. Iud. 11, 12. 2 Sam. 15, 10. 1 Reg. 17, 18. &c. 2 Cor. 6, 16. *m)* c. 13, 2. *n)* Variant admodum. LXX. Syr. & Ar. *ego humiliaui eum*. Tig. *adflixi, iterumque respexi eum*; vt quidam Ps. 18, 35. 1 Reg. 8, 35. R. Tanchum autem: *ego Deus humiliaui me, & respexi eum*. coll. Es. 57, 15. Sic quidam Ps. 119, 67. Idem tu. etiam h. m. verba exponit: *Quum dixerit Ephraim, quid mihi amplius cum idolis? tunc ego adnuam votis eius i. exaudiam vel respondebo* (coll. Coh. 10, 19.) *& respiciam eum.* Sic Ar. MS. Raschi, A. b. Ezra, Kimchi &c.

Sic Castellio: *eum exoratus respiciam.* Nempe omnes Deo hæc verba tribuunt, & de gratiosa eius prouidentia exponunt; vt sit contrarium eius, quod dictum est Deut. 31, 17. *Schmidius* vero, vt diximus, ita: *ego*, conuersus gentilis, Domino gratiose me vocanti, *respondi*. cf. supra c. 2, 17. *o) & diligenter obseruabo eum*, up. Dominum, coll. Ps 125, 1. 2. cf. verbum supra c. 13, 7. Num. 23, 9. c. 24, 17. vel, vt mauult S. *cantabo*, h. e. vt Syr. habet: *celebrabo eum.* cf. ita verbum in Kal Iud. 5, 1. Ps. 7, 1. quod tn. sic potius cum *Datiuo personæ*, & cum *Accusatiuo rei* l. *cantici* construitur. e. c. Ex. 15, 1. Ps. 21, 14. Ps. 33, 3. Ps. 59, 17. Ps. 89, 2. &c. *p) ego*, sec. Pocok. p. 807. ceterosque Interpp. *ego Deus* ero Israeli sicut viridis & condensa arbor; obumbrans, recreans & protegens eos. Ion. vero & Hieronymus de Israele hoc intelligunt; & Schmidio nimis durum est, de Deo hoc interpretari; ex cuius sententia conuersus ex gentibus hic pergit & dicit ad Ephraimum: *ego* etiam nunc *sum & ero. q) sicut abies*; al. *sicut cupressus aut iuniperus virens.* cf. Es. 55, 13. Comparatio, inquit *S.* cum *Abiete* instituitur, quia viror eius egregius est: inprimis si non tam viror foliorum, quam humor & sanitas s. robur arboris consideretur. Quomodo sibi fidelis gentilis promittit *robur Spiritus, & fidei constantiam. r) ex me* etiam, non qd. tq. a caussa efficiente principali, qui Deus & Christus est Ioh. 15, 2. 5. 8. sed tq. conformi fratre, qui in communione, sicut fidei, sic etiam fructuum eius stat. *S. s) fructus tuus* in operibus fidei ac caritatis *reperitur*. cf. Cant. 7, 14. Reliqui interpp. de Deo: *ex me* h. e. me procurante Ion. 15, 5. 2 Cor. 3, 5. Phil. 2, 13. Heb. 13, 21. *fructus* bonorum operum *in te reperitur, & uberrimus tibi fructus suppetet, si in me acquiescas*, coll. Rom. 8, 28. 32. Non enim carnaliter, sed spiritualiter hoc intelligendum esse, monet ipse R. *Tanchum* apud Pocok. p. 110. coll. sequenti versu: *Quis sapiens, vt intelligat ista?* ℣. 10. *t) Quis sapiens, vt intelligat ista?* &c. Sequitur hic *epiphonema s. conclusio generalis* totius vaticinii; qua Propheta non solum veræ sapientiæ defectum in plerisque auditoribus suis deplorat, (cf. c. 13, 13. & not. Es. 53, 1.) sed omnes ac singulos adhuc semel ad seriam salutis suæ curam & piam concionum suarum meditationem tandem excitat. cf. Es. 42, 23. Ier. 9, 11. Ps. 107, 43. Ceterum *interrogatiuum* מי *relatiue* accepit Syrus; *Qui sapiens est, intelliget hæc, & qui prudens est, cognoscet ea.* cf. ita Ex. 24, 14. Iud. 7, 3. Es. 50, 10. Prou. 9, 4. &c. Sic Castellio & alii: At Schmidius: *Quis sapiens est? & intelliget*, vel *tam intelliget hæc: quis prudens? & cognoscet ea*: vt certam spem faciant hæc verba, fore, vt intelligant, qui ex studio & amore veræ sapientiæ hæc diligenter meditati voluerint. cf. Ps. 111, 10. *u) intelligat ista*, vel *consideret hæc.* cf. Deut. 32, 29. Ps. 82, 5. Prou. 23, 5. Dan. 12, 10. Phrasis indicat, quod omnis intelligere possit, si modo velit, per gratiam verbi & Spiritus sancti; ideo namque exhortatur, vt faciat quisque, quod possit: deinde consequenter indicat, quod multi non sint facturi, quod per Christum possint. *Demonstratiuum* autem & sequens *suffixum* non male ad totum fere librum referunt; inprimis tamen ad proxime præcedentem promissionem respicitur; inquit *S. x)* Gen. 41, 33. 39. Deut. 4, 6. Ps. 119, 104. *y) & cognoscat illa.* cf. Es. 44, 18. Ps. 92, 7. Non nuda hic *est intelligentia & cognitio*; sed quæ in effectum & opus, fructumque operis abeat; vt in illa credat, iis se consoletur, eis confidens bene operetur, eo quod nouerit, vias Domini rectas esse. *S. z)* Quidam vertunt: *quod recta sint.* sed melius alii caussaliter; *Quia*, vel *nam recta, plana* ac iustæ *sunt* &c. vt sit ratio exhortationis ad cognoscendum. Conf. Ps. 19, 9. Prou. 8, 9. Neh. 9, 13. *a) viæ Domini*, in concionibus meis vobis propositæ. cf. 2 Sam. 22, 22. 31. Es. 26, 7. c. 57, 14. Ez. 18, 25. 29. Ps. 25, 8. 10. *b) ideo iusti* Ps. 1, 5. 6. Prou. 2, 20. c. 4, 18. qui iustificatione mere gratuita Ps. 32, 1. seqq. Rom. 4, 6. 7. 8. vere iusti sunt per fidem in Christum Iesum Es. 53, 12. & iustitiæ nunc seruiunt Rom. 6, 13. 1 Ioh. 2, 29. c. 3, 7. 8. &c. *c)* pro officio suo, ex virtute & spiritu Christi Es. 40, 31. lubenter *ambulant in iis.* Es. 2, 3. 1 Ioh. 1, 7. c. 2, 23. c. 3, 3. constanter & sine offendiculo Ps. 119, 33. 112. 165. prælucente Scriptura Ps. 119, 105. & sub ipsis etiam tentationibus Matth. 24, 13. *in iis pergunt* de virtute in virtutem Ps. 84, 8. Ion. *& iusti, qui in ea* (via Dei) *ambulant, viuent in iis in vita æterna; impii vero tradentur inferno, propterea, quod non ambulauerunt in iis.* cf. Es. 66, 24. Marc. 16, 16. Iac. 1, 25. &c. *d)* sed *præuaricatores* c. 7, 13. c. 8, 1. Ps. 1, 1. c. 46, 2. quorum amor, finis & scopus est, vt præuaricentur, h. e. ea faciant, quæ reuera nihil aliud sunt, quam præuaricationes, etiamsi Deum se nosse profiteantur, Hos. 8, 2. factis quippe ipsum abnegantes &c. 2 Tim. 3, 4. 5. Tit. 1, 16. *e)* negligentia ac *culpa sua offendunt*, atque sic iusto iudicio Dei *corruunt* & ad lapsum adiguntur *in iis* v. 2. Es. 40, 30. Prou. 15, 19. cf. Luc. 2, 34. 1 Cor. 1, 23. 24. 2 Cor. 2, 15. 16. c. 4, 3. 4. 1 Pet. 2, 7. 8. Apoc. 22, 11. Sirac. 39, 24. Sequamur ergo viam Domini, & oremus eum, vt nos Spiritu suo ducat, & dirigat in viis suis: quo recta pergamus ad æternam felicitatem per Dominum nostrum Iesum Christum!

℣. 9. אני per *Pskmun.* 1. 3. ℣. 10. ויבן sine *Meth.* per solum *Mun.* mihi 17. 18. 21. mihi vero 5 2. 3. contra notam 1. qui vero, sicut & 5. 16. 19. 20. 21. 23. pro *Meth.* habent *Merta*: quæ signa in MS:is Hebraicis vix discernuntur. כי per *Mun.* 1. 2. 3, 6. 9. 20. sic fu. 5.

IN IOELIS PROPHETIAM

PRAEFATIO.

Ioelis Nomen. 2. Familia 3. Patria 4. Aetas

IOEL, (quod nomen significat *IEHOVA DEVS* est, c. 2, 27. Ef. 9, 5. Pf. 118, 27. 28 *&c.*) non Samuelis Prophetæ 1 Sam. 8, 2. vt veteres Rabbini inepte putarunt; (vid. Abarb. Præfatio, & Abendana in M.I. ad h.l.) sed *Pethuelis* filius fuit: nec plura de eius familia ex facris litteris dicenda habemus. Quod enim nonnulli ex tribu *Ruben* eum ortum, & in agro *Bethoron* natum & mortuum, ac sepultum fuisse, tradiderunt, illud cum *Calouio* nos, tq. incertum, suo loco relinquimus. Nec etiam *quo tempore* floruerit, vel in titulo libri c. 1, 1. vel alibi in S. Scripturis diserte proditum est; vnde non idem est eruditorum sensus de ipsius ætate. Nonnulli ex Hebræis claruisse eum putant ante famem illam septennalem *sub Iorame filio Athabi* 2 Reg. 8, 1. alii *ætate Manassis* & Hiskiæ (vid. *Abendana* l.c. &c.) alii, vt Tarnouius, Calouius, Heideggerus &c. *temporibus Iosiæ*, & Ieremiæ coæuum faciunt, ob paritatem argumenti, coll. Ier. 14, 1. seqq. & quod nuspiam noster Israelis f. X. tribuum mentionem faciat, in captiuitatem Assyriacam, vt supponunt, deportatarum. Nos cum Hieronymo, Abarbanele, Lightfooto, Vitringa, Maio & Luthero in Præf. Germ. eum tempore *Hoseæ & Amosi* vixisse, cum ex ordine, quem liber ab antiquo inter XII. Prophetas obtinet, tum ex argumento eius arbitramur. cf. not. ad c. 1, 1. & c. 2, 21. Nam de eadem plaga *locustarum, siccitatis & ignis*, de qua Amos ad Israelitas, noster *ad Iudæos* (vid. c. 1, 9. 14. 16. c. 2, 1. 15. 17. 23. c. 4, 1. 6. 8. 17. 19. 20.) locutus esse videtur, vt ex sensu præsentis mali, & metu futuri excidii per Chaldæos (cuius istæ calamitates velut prodromi fuerunt) eosdem ad pœnitentiam & fidem in Christum excitaret, propositis consolationibus suauissimis, partim terrestribus & temporariis, partim cælestibus & perpetuis in Christo ac N.T. implendis. Ideo I. imminentem *stragem locustarum, siccitatem & famem*, tq. prænuncios excidii per Chaldæos, ni resipiscerent, flebili voce, & iterato prædicit c. 1, 2-12. & c. 2, 1-11. atque ad pœnitentiam grauiter Iudæos exhortatur c. 1, 13-20. c. 2, 12-20. II. Resipiscentibus promissiones tum corporales, cum spirituales profert, inprimis *de aduentu Christi*, doctoris ad iustitiam c. 2, 21. sqq. *de effusione Spiritus S.* de signis antecedd. mortem Christi & vltimum Hierosolymæ excidium, de vocatione gentium, & nomen Christi inuocantium f. credentium salute & conseruatione c. 3, 1. sqq. III. Pœnas hostium Ecclesiæ, & iudicia infestarum gentium describit c. 4. non tantum ad sui temporis, sed etiam ad nouissima Ecclesiæ fata, & æternam Hierosolymam per illa prospiciens. Vnde vicissim in N.T. passim ad nostrum respicitur. cf. e. c. Matth. 24, 29. cum nostro c. 3, 4. Act. 2, 17. seqq. & c. 10, 45. cum nostro c. 3, 1. seqq. item Rom. 10, 13. cum Ioel 3, 5. & Apoc. 9, 7. 8. 9. cum Ioelis c. 1, 6. & c. 2, 4. 5. &c. Ex quo non solum diuina autoritas huius vaticinii c. 1, 1. adserta confirmatur, sed etiam ad nostram institutionem id scriptum esse patet, vt *per patientiam, & per istam consolationem Scripturarum spem habeamus* Rom. 15, 4. *Vltimi namque dies sunt, & implebitur* tandem *mysterium Dei, sicut promisit seruis suis, Prophetis.* Apoc. 10, 7.

5. Auditores Iudæi 6. Scopus & 7. Argumentum 8. Partes 9. Autoritas Canonica 10. Vsus.

LIBER IOELIS,

Hebr. יואל

CAP. I.

א דבר־יהוה אשר היה אל־יואל בן־פתואל׃
2 שמעו־זאת הזקנים והאזינו כל יושבי הארץ
ההיתה זאת בימיכם ואם בימי אבתיכם׃ 3 עליה
לבניכם ספרו ובניכם לבניהם ובניהם לדור אחר׃
4 יתר הגזם אכל הארבה ויתר הארבה אכל הילק ויתר
הילק

dine c.2,15.16. 17. (4) Lætiora etiam tempora in Iudæa cum omnium rerum vbertate pollicetur c.2,18.19. (5) Quam ipse Iudæis prædicit instantem calamitatem famis & sterilitatis, Amos demonstrat Israelitas modo pressisse & adhuc dum premere c.4, 6.7. (6) Amos incipit suam prophetiam ea sententia c.1,2. qua suam fere claudit Ioel c.4, 16. *Iehoua ex Zione rugiet* &c. Ceterum post titulum libri *duæ huius I. capitis partes* sunt: nam I. *diram famem*, iusto Dei iudicio per *siccitatem* & *perniciosum locustarum exercitum* inferendam vaticinatur v. 2--12. II. *ad pœnitentiam* ieiunio & feriis precibus promouendam, Iudæos exhortatur. v. 13-20. ℣. 2. *b*) Apostrophe f. excitatio, vt Hos. 4, 1. c. 5, 1. Am. 3, 1. cf. Ps. 49, 2. Hieronymus: Arte rhetorica ex rerum magnitudine attentum auditorem facit. *c*) *senes* v. 14. c. 2, 16. qui ætatis beneficia plura viderant atq; audiuerant. cf. Iob. 32, 7. Deut. 32, 7. *d*) Hieronymus: Vbicunque hæc duo verba (*audite & auribus percipite*) iuncta ponuntur, non ad simplicem tantum verborum sonum, sed ad reconditam quoque dictorum intelligentiam pertinere, intelligendum est; coll. Gen. 4, 23. Ef. 1, 2. *e*) *omnes incolæ terræ* Iudaicæ v. 14. c. 2, 1. *f*) *num factum hoc est* in diebus vestris? *g*) *immo num patrum vestrorum* memoria id factum est? Noua ergo & inaudita se dicturum profitetur: vp. *locustas* eam cladem intulisse, vel illaturas esse, qualis nulla memoraretur ab omni æuo illata; scil. *in terra Iudaica*, vt olim in terra Aegyptiaca. Ex. 10, 6. 14. Saltim grauior hæc fuit ratione durationis. cf. infra c. 2, 25. ℣. 3. *h*) Ef. 10, 1. Ef. 5, 13. *i*) q.d. tam ingens atque inauditum hoc est seueritatis diuinæ documentum, vt dignum sit, de quo vos ac posteri vestri in omne æuum loquantur. cf. Ex. 10, 1. Deut. 4, 9. c. 6, 7. Ps. 44, 2. Ps. 78, 3. *k*) *generationi postræ* f. sequenti Ps. 109, 13. cf. Ps. 102, 19. ergo ad remotiora quoque spectat hoc vaticinium, vt in Præfatione innuimus. § 8. & 10 ℣. 4. *l*) *Residuum* Ex. 34, 18. *Exordium* sequitur *narratio*, inquit *Hieron.* ad h.l. *m*) Vulg. LXX. aliique *eruca*, sed Bochario genus *locustæ* (3) c. 2, 25. Am. 4, 9. a rad. Ar. & Aeth *Scidit, abscidit*: quia non solum herbas, sed & arborum ramos teneriores *abscindit*. *Leo Africanus* de locustis p.m. 769. *Arbores ipsas pariter cum frondibus ac fructu ... n*) *absumsit* vel *absumet*. cf. v. 15. & not. v. 5. *o*) *locusta*, a multitudine sic dicta. cf. Ex 10, 5. 15. Deut. 28, 38. 39. Am. 7, 1. 2 *p*) *comedit Ielek*, aliud *locustæ genus* (9) Nah 3, 15. 16. quod cum præcedenti olim & Aegyptios adflixit Ps. 105, 34 Nonnulli ex rad. Ar. *albus, candicans fuit*. a colore; Ab. Ezræ vero & *Bocharto* a *lingendo & absumendo* sic dictum, coll. Num. 22, 4. 1 Reg. 18, 38. Alii *Erucam*, alii *Melolontham*, i.e. sec. Hesych. *chrysocantharum*, q.d. aureum scarabæum, pomorum perniciem, intelligunt; quos reiicit *Bochart.* quod in scripturis inter locustarum genera numeretur. Hieroz. II. p. 455.

CAP. I. ℣. 1. *a*) Titulus & Inscriptio libri. vid. Hos. 1, 1. & nostra ad h. librum Præfatio, num. 9. Addimus hic, quæ de *Ioelis ætate*, *Vitringa* in Typo doctr. Proph. p. 35. seq. obseruauit. Nostra, inquit, sententia eadem est, quæ Abarbanelis, *vixisse illum eodem tempore cum Amoso*, & paullo ante illum hanc edidisse concionem propheticam, quæ eius præfert nomen. Argumenta nostra sunt, (1) quod inter hostes Iudæorum *Aegyptii* & *Idumæi* tantum occurrant c. 4, 19. *Assyriorum* aut *Babyloniorum* nulla in hac prophetia hactenus memoria. Locus enim c. 2, 20. æque ac superiora *ad plagam locustarum* pertinet. (2) Quod eadem plane exprobret crimina *Tyriis, Sidoniis* & *Idumæis* (qui captiuos ex Iudæa, omnis sexus & ætatis multos abduxerant, inclementer habuerant, & vendiderant exteris, & agros illorum inuaserant atque occupauerant) quæ *Amosus*; & simile iis denunciet iudicium c. 4, 2-7. coll. Am. 1, 9-11. (3) Quo tempore Ioel concionatus est, sacra adhuc *apud Iudæos* suo stabant ordine

CAP. I, ℣. 2. ההיתה per *Merca milra* 1. 3. sic su. 5. ואם sine *Dag.* 5. 15. 20. 21. 22.

ה הילק אכל החסיל׃ הקיצו שכורים ובכו והיללו כל־
6 שתי יין על־עסיס כי נכרת מפיכם׃ כי־גוי עלה על־
ארצי עצום ואין מספר שניו שני אריה ומתלעות לביא
7 לו׃ שם גפני לשמה ותאנתי לקצפה חשף חשפה
8 והשליך הלבינו שריגיה׃ אלי כבתולה חגרת־שק
9 על־בעל נעוריה׃ הכרת מנחה ונסך מבית יהוה

q) *Chasil*: S. *bruchus*. al. cum LXX. & Vulg. *rubigo*. male. Sed Bocharto est quartum *genus locustæ*, (6) vid. Es 33,4. & inter locustas Aegyptias Ps. 78, 46. Ab *absumendo* dicitur. vid. radix Deut. 28, 38. & Targum Nah. 3, 15. Itaque plaga hæc in plures annos propagata videtur: ita, vt vno agmine ex agro aliquo discedente alterum succederet, præcedentis reliquias consumeturum, donec nihil, quo homines vel bestiæ vescerentur, in agro superesset. Vide quæ pluribus infra de hoc epidemico malo adferemus. Ceterum grauis agitatur quæstio: *An, quæ de locustis hic dicuntur, ad litteram sint explicanda*, vt faciunt Raschi, A. b. Ezra, Kimchi, Lutherus in Comment. & Boch. in Hieroz. II. Lib. 4. c. 4. & 5. *an vero* ad mentem Hieronymi, Cyrilli aliorumque, per locustas intelligendi sint *Iudæorum & Ecclesiæ hostes*, e. c. Babylonii, Persæ, Græci & Romani, vt contendit Abarbanel? Item, si de capite I. constet, ad litteram id esse interpretandum, num saltim, quæ c. I, 6. 7. & capite II. de locustis dicta sunt, metaphorice *de Assyriis* sec. Grotium, vel rectius sec. Calouium & Gurtlerum in Theol. Proph. p. 123. aliosque *de Babyloniis* accipienda sint? An vero potius in vtroque capite *duplex sensus* attendendus sit? *litteralis* de locustis, *mysticus* de hostibus? Prout, quæ hic de veris locustis per concretum agunt, ad mysticas locustas transtulit S. Apocalypsis? Ita sane censuit *Vitringa* ad Apoc. 9, 3. p. 513 *Etiamsi*, inquit, *inficiari non ausim, locum de locustis proprie sic dictis sec. primum verborum sensum loqui; simul tamen persuasum habeo, altius aliquod & sublimius mysterium illius verbis subesse*, eumque sub imagine *quatuor generum locustarum* depingere *quatuor numerosos exercitus* ferocium & remotarum gentium, populum Dei, *variis temporibus* vastaturos. quæ fere eadem est *Cyrilli* & *Theodoreti* sententia. Hic enim postquam nonnullos hæc tropice interpretari scripsisset, *Ego vero*, inquit, *vera quidem hæc esse censeo; sed &, quæ ad litteram intelliguntur, reuera contigisse arbitror.* Immo ipse *Hieronymus*, vt Bochartus Hieroz. II. p. 466. obseruauit, quasi inter vtramque sententiam ambiguus: *Ni fallor*, inquit, *videor mihi* in hoc Propheta *aliquid reperisse: narratur impietas hostium sub figura locustarum. Et rursus sic de ipsis locustis dicitur, quasi hostibus compararentur: vt, cum locustas legeris, hostes cogites; cum hostes cogitaueris, redeas ad locustas.* cf Am. 7, 1. 2. & Ibid. not.

℣. 5. r) *Euigilate* 1 Reg. 4, 31. Prou. 23, 35. ό. ἐκνήψατε. cf. 1 Cor. 15, 34. s) *ebrii*, quibus longa compotatio somnum solet conciliare. cf. Es. 5, 11. 13. Rom. 13, 12. t) ό. οἱ πίνοντες οἶνον εἰς μέθην. cf. Es. 24, 9. Am. 6, 6. u) *super musto* (5) c. 4, 18. Cant. 8, 2. cf. Hos. 7, 14. x) *quia excisum*, i. e. *ablatum est* v. 13. vt infra v. 9. & 16. nempe *a locustis*, quarum prima species v. 3. *ab abscindendo* dicebatur. Sed hic Propheta vtitur verbo נכרת vt Nah. 3, 15. loquitur autem *de futuris in præterito* more prophetarum. cf. Es. 5, 13. Ier. 15, 7. Ez. 7, 12. &c. etsi nihil impediat, quo minus hæc mala ex parte iam contigisse Iudæis putemus; multo atrocius ventura, nisi resipiscerent. cf. c. 2, 20. 25.

℣. 6. y) *Nam*, vt explicem, quomodo futurum sit, quod de excidio vini minatus sum v. 5 *gens adscendet*: sc. *locustarum*: vt non solum alii quoque scriptores & poëtæ loquuntur, de quibus vid. *Bochart.* Hieroz. II. p. 467. Sed etiam Salomo *de formicis* &c. Prou. 30, 25. 26. cf. infra c. 2, 2. 5. 7. z) suffixum de Deo accipimus, vt v. 7. c. 4, 2. & Hos. 9, 3. alii ad Prophetam id referunt. a) adeo *numerosa, copiosa*. c. 2, 2. 5. 11. Num. 31, 1. Es. 60, 22. b) *vt nullus eius sit numerus*. cf. Iud. 6, 5. c. 7, 12. Ier. 46, 23. c) *dentes eius*. gentis videlicet locustarum. d) *sunt dentes leonis*; quod in mysticas locustas Ioannes transtulit Apoc. 9, 8. *Plin.* de locustis L. XI. c. 29. *omnia morsu erodentes & fores quoque tectorum*. e) *& molares* (Prou. 30, 14.) *leænæ*, Es. 5, 29. *illi sunt* quæ vis stupenda prorsus est in tam vili animalculo; vt non immerito *Hieron.* ad hæc verba exclamet: *quid locustis innumerabilius & fortius, quibus humana industria resistere non potest?*

℣. 7. f) *Posuit* illa gens locustarum. v. 6. *vitem meam* in desolationem cf. v. 11. Hos. 2, 14. & pro *mystica vitis* significatione Es. 5, 1. Ps. 80, 9. g) *& ficum meam*, arborem v. 12. mystice cf. Matth. 21, 19. seqq. h) Bochart. *in confractionem*, al. *decorticationem* (1) ό. εἰς κλασμόν. Rad Ar. *fregit* nimio onere & קְצִיף *fractus arboris ramus*. Nam summos arborum ramos locustæ depascuntur, vel nimio insidentium onere frangunt. Al. vt S. cum Ab. Ezra *in spumam*, i. e. in rem nihili. coll. Hos. 10, 7. i) *penitus nudauit eam*, Gen. 30, 37. Ps. 29, 9. k) *& deiecit* in terram Ier. 9, 18. l) *albuerunt* Es. 1, 18. vel detracto cortice, vel cum ipse cortex putrescit. m) *rami eius* (3) Gen 40, 10. 12. Ceterum quia rarior in nostris oris hæc pestis est diuino beneficio, vnum tantum testimonium ex *Theuenoti* Collect. Part. I. p. 12. hic adscribemus; vt quanta sit huius mali calamitas, ex eo imperitiores intelligant, plura lecturi apud *Bochartum* in Hieroz. Part. II. & *Ludolffum* in commentario ad Hist. Aeth. ac peculiari eiusdem diatriba. Ita vero anonymus apud Theuenot. loc. cit. In descriptione eius partis Scythiæ, quam qui hodie vocantur *Cosacci* tenent, (ex versione *Clerici* ad Ex. 10, 13.) refert: Infestantur *locustis*, quæ quandoque ad eos veniunt, *præsertim sicca præter modum tempestate*. Aguntur Subsolano aut Euronoto ex Tartaria, Circassia & Mengrelia, quæ earum fere nunquam immunes sunt. Feruntur per aerem *nubium instar confertæ*; quæ nubes *quindecim aut octodecim passuum millia* longæ sunt & in latitudinem nouem aut duodecim millia patent. *Vsque adeo aerem obscurant*, vt serenissimum cælum quasi nubilum videatur, vbi hærent. *Intra biduum segetes demetunt*: quod *annonæ pretium auget*, & quandoque iis in oris *famem creat*. Ea insecta, vbi degunt, vltra sex menses non producunt vitam. Autumno deponunt *oua & singulæ quidem trecenta*, quæ sequente *vere excluduntur: quod, si siccum esse contigerit*, ea *multiplicatione sunt*, quam anno præcedente *infestiores*. Copiosi imbres eas occidunt, & quo minus oua excludantur, impediunt. Sues hisce ouis maxime delectantur, & ad purgandos iis agros adhibentur. Oua sunt racemorum instar connexa, quales sunt Turcici, vt dicitur, tritici aristæ, cuius grana colore & figura referunt. Ea sola ratione liberantur locustis Cosacci; nisi forte, postquam volare cœperunt, Septentrio aut Corus *eas in Pontum Euxinum auehat*. Quando recens natæ sunt, neque ita alis valent, vt volare queant, *domos ingrediuntur, lectos subeunt, in mensas & cibos repunt*, vt vix cibus capi possit, quin simul nonnullæ degluciantur. Noctu, cum quiescunt, *viæ iis strata sunt ad altitudinem quatuor digitorum*, immo & maiorem. Si rota prætereuntis currus tunc elidantur, tam *fœtidus inde odor oritur, vt vix ferri queat, præsertim cum earum cadauera putrescere cœperunt*. Conf. infra c. 2, 20.

℣. 8. n) *Eiula* itaque, subintell. *o terra mea*, v. 6. vel *o virgo filia populi mei*, Ier. 14, 17. Thren. 1, 15. (cf. etiam not. Hos. 2, 21.) nam verbum est fœmin. (1) Rad. אֱלָא vel אלה Chald. & Syr. *Luxit, Plorauit, Lamentatus est*. vid. e. c. Ionath. 2 Sam. 3, 33. Conuenit cum הֵילִיל supra v. 5. o) *sicut virgo*. Deut. 22, 19. *Coccejus*: Populum Israeliticum comparat cum virgine desponsata, nec dum deducta domum. Qualis erat Maria desponsata Iosepho, cuius dicitur μεμνηστευμένη γυνή. Ita erat populus Christo desponsatus, qui nec dum venerat ad illum. &c. p) *accincta sacco* s. cilicio, habitu lugubri. Es. 3, 24. c. 15, 3. c. 22, 12. q) quæ luget *super mortuo* vel erepto sibi *marito iuuentutis suæ*; cui sc. nuper desponsata fuit, quemque tenerrime adhuc diligit. cf. Es. 54, 6. Prou. 2, 17.

℣. 9. r) *Excisum est* a locustis v. 5. & desiit Num. 11, 33. *Hieronymus*: ob locustarum siue hostium multitudinem, qui sub earum specie describuntur. cf. not. v. 4. s) v. 13. Leu. 2, 1. t) c. 2, 14. Num. 15, 7. u) *e domo* s. *templo Domini* v. 14. 16. quod adeo adhuc extitit, nec ipsum adhuc excisum fuit, vt vult *Abarbanel*. cf. not. ad v. 1.

℣. 5. והילילו *defect.* 1. 22. sic &c. 2. sec. *Mas.* 1. 2. & *Erff.* sed contra impr.

י אבלו הכהנים משרתי יהוה׃ שדד שדה אבלה
אדמה כי שדד דגן הוביש תירוש אמלל יצהר׃
11 הבישו אכרים הילילו כרמים על־חטה ועל־שעורה
12 כי אבד קציר שדה׃ הגפן הובישה והתאנה אמללה
רמון גם־תמר ותפוח כל־עצי השדה יבשו כי־
הביש ששון מן־בני אדם׃
13 חגרו וספדו הכהנים הילילו משרתי
מזבח באו לינו בשקים משרתי אלהי כי נמנע מבית
14 אלהיכם מנחה ונסך׃ קדשו־צום קראו עצרה
אספו זקנים כל ישבי הארץ בית יהוה אלהיכם וזעקו
טו אל־יהוה׃ אהה ליום כי קרוב יום יהוה וכשד משדי
16 יבוא׃ הלא נגד עינינו אכל נכרת מבית אלהינו
17 שמחה וגיל׃ עבשו פרדות תחת מגרפתיהם נשמו
אצרות

x) vnde *lugent sacerdotes* v. 13. y) c. 2, 17. ὁι λειτουργοῦντες θυσιαστηρίῳ Κυρίου. Nempe de frumento, vino & oleo, primitiæ Domino offerebantur & decimæ Num. 18, 8. 12-20. Deut. 14, 23. c. 18, 3. 4. sed & ferta ac libamina ex iisdem fiebant. Itaque cum hæc deessent, vt sequens versus dicit, non erat, vnde fierent sollitæ oblationes. *Bochart.* Hieroz. II. p. 470.

℣. 10. z) *Vastatus est ager*, in quo læta fuerat seges, c. 2, 3. cf. Ier. 4, 20. a) *terra luget*; vt quæcunque desolata sunt & in deterius mutata. Ef. 24, 4. Hof. 4, 3. b) *erubuit*, eq. pudore adfectum v. 11. 17. Ef. 33, 9. Hof. 13, 15. *mustum*. Ef. 24, 7. quod sc. hominum expectationi respondere non possit. cf. Leu. 26, 20. Hof. 2, 24. c) *languet* v. 12. *oleum* c. 2, 19. *Frumentum* autem, *mustum* & *oleum* dicit in primis relatiue ad Templum v. 9. vnde primitiæ, decimæ ac ferta cum libaminibus danda erant.

℣. 11. d) Hinc spe sua destituti & *pudore suffusi sunt* v. 10. Ef. 30, 5 al. in Imper. *Erubescite* e) *agricolæ* (7. Ier. 14, 4. f) *eiulant*. Ier. 47, 2. al. *eiulate*, vt seq. v. 13. g) *vinitores* (5) 2 Reg. 25, 12. h) & qd. agricolæ, *quoniam periit messis*. cf. Hof. 2, 11. Neque n. morsu solum locustæ segetibus, pascuis, pratis, hortis, pomariisque nocent; sed stercore item nigro, viridi, mordaci, graui; biliosaque inprimis atque acri saliua, quam multam ex ore inter rodendum fundunt. *Bochart.* Hieroz. II. 470. ex *Mussero*.

℣. 12. i) Vinitores vero v. 11. eiulabunt, quia *vitis* a locustis erosa v. 7. *exaruit & erubescit* v. 10. k) & *ficus* v. 7. Hab. 3, 17. l) *languet* v. 10. 1 Sam. 2, 5. m) *malus punica*; cujus ferax illa regio. Hab. 3, 19 n) *etiam palma*, vegeta alioquin arbor. Ps. 92, 13. o) & *malus* (6) Cant. 2, 3. c. 8, 5. p) immo *omnes arbores agri* v. 19. Ez. 17, 24. q) *aruerunt*, propter detractum corticem v. 7. cf. Am. 1, 2. c. 4, 7. *Hieronymus*: Quid loquar de frumento, vino, oleoque & hordeo: cum etiam arborum poma siccata sint, ficus elanguerint, & malogranatum & palma, & malum, & omnia ligna, vel infructuosa, vel fructifera, *locusta vastante* consumta sint! r) quia *erubuit* & in pudorem versum est v. 10. 11. s) *gaudium*, quo scil. homines adficiuntur in messe & vindemia, & quum arborum fructus colliguntur. cf. Ps. 4, 8. Ef. 9, 3. &c.

℣. 13. t) S. Quare *circumcingimini* saccis s. habitu luctuoso; vt v. 8. & iam sequitur. u) & *plangite* Ier. 4, 8. x) *o Sacerdotes!* Vestrum enim est, exemplo ad pœnitentiam ceteris præire, in communi præsertim calamitate v. 9. y) *eiulate* v. 5. z) 1 Cor. 9, 13. a) *ingredimini*. sc. in Templum. b) & *pernoctate* etiam *in saccis*. 1 Reg. 19, 1. 2. Ion. 3, 8. c) *ministri Dei mei* v. 9. c. 2, 17. Deo per facta loquenti (vid. v. 6. 7.) succenturiatur Propheta, instituens exhortationem ad sacerdotes, iisque præiens precibus ad Deum fundendis. *Cocc.* d) *quia prohibetur*. Iob. 38, 15. cf. Ier. 3, 3. c. 5, 25. Am. 4, 7. & supra not. ad v. 9.

℣. 14. e) *Sanctificate*, sancte celebrandum indicite. c. 2, 15. 16. Mich. 3, 5. *Hieronymus*: Si omne ieiunium placeret Deo, nunquam diceret: *sanctificate ieiunium*, & *non tale ieiunium elegi, dicit Dominus*. f) c. 2, 12. Ef. 58, 4. 5. *Vatablus*: Orandi modus: adflictio corporis ieiunio, vt spiritui seruiat; Conuentus; postremo Oratio. g) *proclamate* Am. 4, 5. Ion. 3, 5. h) S. *cessationem* (3) Ef. 1, 13. vid. 2 Reg. 10, 20. i) *congregate senes* v. 2. c. 2, 16. k) & *omnes incolas terræ* v. 2. cf. Ezr. 10, 7. 9. l) *in Templum Domini* v. 13. cf. Ef. 56, 7. 1 Reg. 8, 37. seqq. m) & *clamate ad Dominum* Ier. 25, 34. addunt ὁ. ἐκτενῶς, Luc. 22, 44. Syr. & *dicite*. cf. not. Hof. 5, 15. Ef. 14, 3. &c.

℣. 15. n) *Ah diem!* i. e. O infaustum & tristissimum *illum diem!* de quo nimir. in antecedd. dixerat. cf. 2 Reg. 3, 10. Ez. 30, 2. o) c. 2, 1. c. 4, 14. p) *dies Domini* c. 2, 1. Ef. 13, 6. Zeph. 1, 7. non extremi iudicii, sed *quo* tanquam iustus iudex *in Iudæos animaduertet, immisso in ipsos locustarum agmine*. sec. *Boch.* Hieroz. II. p. 471. coll. 1 Cor. 4, 3. At *Pfeiffer*us in Dub. Vex. ad h. l. cum Tarnouio, Calouio aliisque, intelligit tempus vastationis terræ Israeliticæ, & excidii Hierosolymitani per hostes. cf. supra not. ad v. 4. q) & *sicut vastatio*. v. 10. Hof. 7, 13 r) *ab Omnipotente veniet*, ita vt nemo, nisi per pœnitentiam, ei resistere possit. vid. Matth. 10, 28. Elegans *Paronomasia*, vt Ef. 5, 7. c. 13, 6. Dei tn. nomen *Vastatorem* non sonat, sed *omnipotentem*, vt verbum Arabice est *roborare*. cf. not. Ier. 51, 2. Hof. 13, 15. Am. 5, 5

℣. 16. s) Interrogatio *contestantis*, vt Gen. 4, 7. Deut. 31, 17. 1 Sam. 12, 17. Am. 5, 20. & *adfirmantis*, vt Ef. 58, 6. t) *nobis* cum maxima ægritudine *spectantibus*. cf. Ps. 23, 5. *Hieronymus*: Ante oculos pereunt alimenta peccantium, quando iam feruatæ fruges e manibus auferuntur, & præuenit locusta messorem. u) v. 5. 9. Sufficiunt quippe locustis vires: & eq. parum sit, maria transiisse, immensos tractus permeant, diraque messibus nube contegunt, multa contactu adurentes: omnia vero morsu erodentes, & fores quoque tectorum. *Plinius* XI. 29. x) v. 9. Vnde rursus adparet, agi de Templo adhuc stante, non a Chaldæis euerso, vt placet Abarbaneli. *Boch.* cf. not. c. 2, 17. y) cf. Ef 16, 10. Ier. 48, 33. Intelligitur *gaudium*, quando sacrificiis eucharisticis & primitiis in Templo Dei oblatis hilares vescebantur, lege ita iubente Deut. 12, 6. 7. c. 16, 10. 11. 1 Par. 29, 21. 22. Cessat autem hoc gaudium, cum desunt oblationes; eæ autem deerant, quia locustæ nihil intactum reliquerant. Hactenus hoc capite *de Locustis*, sequitur nunc conquestio *de siccitate*, locustas & antecedente, & comitante, ac promouente, coll. c. 1, 3. & not. supra ad v. 7. & infra ad v. 19.

℣. 17. z) *Computruerunt*, emortua s. *euanida perierunt*, propter immodicos æstus & siccitatem v. 19. 20. (1) Rad. Ar. *Sicca exaruerunt* in manu sordes. Vel idem est, quod Talm. עִפֵּשׁ *putrescere*, vt infra c. 2, 8. "יבצעו" idem est quod "יפצעו" sec. Kimchium. a) *sparsa grana* (1) cf. Syrum Matth. 15, 31. Iob. 12, 24. b) sub *glebis suis*. (1) Proprie sunt *glebæ torrentis* (Iob. 21, 33.) deinde quæuis glebæ. cf. rad. Iud. 5, 21 quæ Arab. significat *auehere*; & nomina inde deducta *fluxum aquæ terram asportantem*. Corrumpitur autem semen sub glebis non solum cum nimii sunt imbres, sed etiam ex summa siccitate: qua, si proprie loqui velimus, semina non tam putrescere, quam *vanescere* dicantur. *Plinius* XIIX. 24. *Sationem locis humidis celerius fieri, ratio est, ne semen imbre putrescat: siccis serius, vt pluuia sequantur: ne diu iacens atque non concipiens euanescat*. c) *vastata sunt* Am. 7, 9.

℣. 11. מִקְּבִי ita & *Orientales* scribunt, qui vero מִבְּנֵי legunt, *Mem* per *Chirek* 3. & in marg. 2.

℣. 17. מגרפתיהם

18 אצרות נהרסו ממגרות כי הביש דגן : מה־נאנחה
בהמה נבכו עדרי בקר כי אין מרעה להם גם־עדרי
19 הצאן נאשמו : אליך יהוה אקרא כי־אש אכלה
כ נאות מדבר ולהבה להטה כל־עצי השדה : גם־
בהמות שדה תערוג אליך כי יבשו אפיקי מים ואש
ב אכלה נאות המדבר : תקעו שופר
בציון והריעו בהר קדשי ירגזו כל ישבי הארץ כי־בא
2 יום־יהוה כי קרוב : יום חשך ואפלה יום ענן וערפל
כשחר פרש על־ההרים עם רב ועצום כמהו לא נהיה
מן־העולם ואחריו לא יוסף עד־שני דור ודור :
3 לפניו אכלה אש ואחריו תלהט להבה כגן־עדן
הארץ לפניו ואחריו מדבר שממה וגם־פליטה לא־
4 היתה לו : כמראה סוסים מראהו וכפרשים כן
ה ירוצון : כקול מרכבות על־ראשי ההרים ירקדון

כקול

Cccc 5 עב ה

d) *horrea* 2 Par. 32, 27. e) *destructa sunt*, corruerunt. Prou. 14, 31. f) *granaria* (1) cf. Hag. 2, 19. *Hieronymus*: Quia, si frumenta & vina non fuerint, frustra horrea & torcularia præparantur. g) vid. v. 10. & cf. Am. 4, 7. 8. Hag. 1, 11.

℣. 18. h) *Quam ingemiscunt iumenta.* Ef. 24, 7. Ex. 21, 11. deficiente sc. pabulo. i) *& perplexa sunt.* (3) Ex. 14, 3. Esth. 3, 15. Nomen Ef. 22, 5. k) *armenta boum.* Gen. 29, 10. l) cf. Gen. 47, 4. Ef. 15, 6. Ideo gemunt & mugiunt; fecus quam solent, quando necessaria non desunt. Iob. 6, 5. m) *etiam greges ouium* & caprarum. Cant. 1, 7. n) S. *desolati sunt.* al. *turpiter vitiati sunt!* al. *ob hominum reatum plectuntur.* vid. Ef. 24, 6. Ez. 6, 6. Hos 11, 1.

℣. 19. o) *Tuam opem, o Domine, implore.* Ps. 28, 1. Est hic propriæ orationis Prophetæ exemplum. *Cocc.* p) *nam ignis* Solis. c. 2, 3. & *immodicus æstus.* cf. Am. 7, 4. Ef. 9, 17. 18. q) consumsit *pascua* vel virentis herbis loca *deserti.* v. 20. c. 2, 22. Ps. 23, 2. r) *&* *flamma* *adussit*; S. *inflammauit.* c. 2, 3. Mal. 3, 19. Summa describitur siccitas. *Sicco* autem *vere maior est locustarum prouentus.* Plin. H. N. XI. 29.

℣. 20. s) Ipsæ etiam *feræ bestiæ agri.* v. 18. c. 2, 22. cf. Ier. 14, 5. 6. Hos. 4, 3. t) *ad te clamitant.* (3 Ps. 42, 2 cf. Ion. 3, 7. 8 u) *quia aruerunt*, exsiccati sunt. Gen. 8, 14. x) *alnei aquarum*; c. 4, 18. Ps. 42, 2. immo abyssus magna æstu absorpta & pars eius consumta fuit Am. 7, 4. vt etiam pisces interirent Hos. 4, 3. y) v. 19. Ier. 23, 10.

CAP. II, ℣. 1. z) *Clangite* igitur *buccina* v. 15. ad conuocandum populum Num. 10, 2. seqq. a) cf. Ps. 122, 3. 4. b) Hos. 5, 8. Mich. 4, 9. c) Ps. 2, 6. Ps. 43, 3. d) *contremiscant, commoueantur* v. 10 Ps. 4, 5. e) c. 1, 2. cf. Am. 3, 6. f) *nam aduenit dies Domini* v. 11. dies sc. vltionis & vindictæ. videlicet is, de quo c. 1, 15. g) *quia propinquus est.* vid. c. 1, 15. & cf. Am. 6, 3. *Bocharius*: Tempus, quo venturæ sunt *locustæ*, *dies Domini* dicitur; quia tum reis diem dicet Dominus, & pœnas de iis reposcet. Al. cum *Hieronymo* per metaphoram locustarum intelligunt *diem excidii* Iudæorum per Babylonios. Ita

CAP. II.

Celsius h. l. & *Gürtlerus* Theol. Proph. p. 123. Prædicit Propheta (inquit) hoc capite I. *diem excidii Hierosolymitani* per Babylonios v. 1–11. II. *reditum e Chaldæa* in Canaanæam, resipiscentia & oratione antecedente v. 12–22. III *aduentum Messiæ*, Doctoris ad iustitiam, & auctoris omnium beneficiorum cum terrestrium, cum cælestium. v. 23–27. Rectius tamen *Schmidius* inquit, tres huius capitis partes sunt: I *Prædictio & descriptio plagæ locustarum* v. 1–11. II. *Adhortatio ad pœnitentiam & preces* v. 12–17. III. *Promissio* tum exauditionis v. 18–20. tum compensationis v. 21. seqq. Conf. not. c. 1, 4. ℣. 2. h) *Dies tenebrarum.* Vt *lux* res secundas, ita *tenebræ* in Scripturis aduersas notant. vid. Am. 5, 18. Esth. 8, 16. hic m. etiam proprietas vocis obtinet, coll. Ex. 10, 15. i) *& caliginis* Ef. 8, 22. Zeph. 1, 15. k) *dies nubium* Ez. 30, 3. *& obscuritatis* 2 Sam. 22, 10. Ier. 13, 16. cf. not. supra ad c. 1, 7. l) *vt aurora* Ef. 58, 8. m) super montes *expansa.* Hos. 5, 1. Ps. 105, 39. Iob. 36, 30. Significatur fore, vt hoc malum & late & cito diffundatur. Vtrumque enim est auroræ proprium, cuius lumen vbique spargitur puncto temporis. Ef. 58, 8. Ps. 139, 9. n) *populus multus & numerosus* s. validus v. 5. 11. vt c. 1, 6. locustas vocauit *gentem validam & innumerabilem.* Sic Prou. 30, 25. 26. o) *qualis*, vel: *cui similis* antea *non fuit* in Palæstina. cf. Ex 9, 18. c. 10, 14. & not. supra c. 1, 2. p) cf not. Ef. 44, 7. c. 46, 9. q) *nec etiam iterum erit.* q. d. *non addet* scil. *esse* vel fieri. cf. Nah. 2, 1. r) ad annos *cuiusque ætatis* Deut 32, 7. ℣. 3. s) *Ante eum*, venturum locustarum populum, s. *ante aduentum eius.* Ita de tempore Am. 1, 1. Hab. 3, 5. t) omnia ferme iam *consumsit ignis*, & summa siccitas. vid. c. 1, 19. u) *& post eum* s. *post discessum eius*, vt Zach. 7, 14. x) *flamma exuret* reliqua. c. 1, 19. y) *velut hortus Edenis.* O. ὡς παράδεισος τρυφῆς. vid Gen. 2, 8. z) *ante siccitatem & locustarum aduentum fuit terra Canaan*; quæ cum horto Edenis confertur, vt Aegyptus, & Sodomæorum ager ante cladem a Deo immissam Gen. 13, 10 cf etiam Ez. 36, 35. a) *sed post discessum eius.* b) c. 4, 19. c) *etiamque euasio* c. 3, 5. non erit ei locustarum semini. Omnia enim ita absument, vt *nihil* de terræ prouentu *sit* residuum. ℣. 4. d) *Qualis adspectus equorum.* cf. Ez. 1, 26. e) *adspectus eius*, vt Apoc. 9, 7. de mysticis locustis. Hebræi hoc referunt ad cursus aut volatus velocitatem, qua sunt equis prope pares; nos insuper *ad caput aut faciem equinam non absimilem*; a quo *locustæ* ab Italis vocantur *Cavallette*, inquit *Boch.* Hieroz. II. p. 473 quod pluribus testimoniis comprobat. Sic *Theodoretus* in Ioelem: *Locustæ caput si quis attente consideret, id equi capiti reperiet valde simile.* f) *& vt equites*, ita current. v. 7. *Hieronymus*: Non, quo Babylonii equitibus comparentur, sed quo locustæ per translationem hostium quasi equites dicantur huc illucque discurrere. cf. not. c. 1, 16. ℣. 5. g) *Tanquam strepitus curruum* *Hieronymus*: sic erit sonitus *locustarum.* cf. Apoc. 9, 9. h) *super cacumina* etiam *montium.* Ez. 6, 13. i) *salient* Ef. 13, 21. Nah. 3, 2.

℣. 18. ונאנחה sic Participialiter 8 11. 12. 18. 24. & *Ber.* נאשמו ita 1. 2. 3. sic fu. 5. ℣. 20. ואש per *Merca* 1. 3. contra *Maf. impr.* Ex. 9, 24. המדבר fine præf. He 22 cum nota כצ. Idem ה expunxerat 5. sed restituit. CAP. I, ℣. 1. והריעו Præfixum deleuit 5.

כְּקוֹל לַהַב אֵשׁ אֹכְלָה קָשׁ כְּעַם עָצוּם עֱרוּךְ
6 מִלְחָמָה׃ מִפָּנָיו יָחִילוּ עַמִּים כָּל־פָּנִים קִבְּצוּ
7 פָארוּר׃ כְּגִבּוֹרִים יְרֻצוּן כְּאַנְשֵׁי מִלְחָמָה יַעֲלוּ חוֹמָה
8 וְאִישׁ בִּדְרָכָיו יֵלֵכוּן וְלֹא יְעַבְּטוּן אֹרְחוֹתָם׃ וְאִישׁ
אָחִיו לֹא יִדְחָקוּן גֶּבֶר בִּמְסִלָּתוֹ יֵלֵכוּן וּבְעַד הַשֶּׁלַח
9 יִפֹּלוּ לֹא יִבְצָעוּ׃ בָּעִיר יָשֹׁקּוּ בַּחוֹמָה יְרֻצוּן בַּבָּתִּים
10 יַעֲלוּ בְּעַד הַחַלּוֹנִים יָבֹאוּ כַּגַּנָּב׃ לְפָנָיו רָגְזָה אֶרֶץ
רָעֲשׁוּ שָׁמָיִם שֶׁמֶשׁ וְיָרֵחַ קָדָרוּ וְכוֹכָבִים אָסְפוּ נָגְהָם׃
11 וַיהוָה נָתַן קוֹלוֹ לִפְנֵי חֵילוֹ כִּי רַב מְאֹד מַחֲנֵהוּ כִּי
עָצוּם עֹשֵׂה דְבָרוֹ כִּי־גָדוֹל יוֹם־יְהוָה וְנוֹרָא מְאֹד וּמִי
12 יְכִילֶנּוּ׃ וְגַם־עַתָּה נְאֻם־יְהוָה שֻׁבוּ עָדַי בְּכָל־לְבַבְכֶם
13 וּבְצוֹם וּבִבְכִי וּבְמִסְפֵּד׃ וְקִרְעוּ לְבַבְכֶם וְאַל־בִּגְדֵיכֶם
וְשׁוּבוּ

muros ingrediantur. *w*) *quisque enim.* Ez. 1, 9. c. 7, 16. c. 9, 1. *x*) *in viis suis procedent.* *y*) *S. nec gyrabunt.* al. cum LXX. Vulg. Syr. &c. *nec declinabunt a semitis suis.* al. ex coll. rad. cognata עבת Mich. 7, 3. & eius signif. Arab. *contorquebunt, conturbabant semitas suas.* Sensus ex contextu patet. Piel (1) Kal autem est *mutuum accipere,* & Hiphil *mutuo dare s. inuare* Deut. 15, 6. c. 24, 10. vnde forteassis simplicissime vertimus: *neque permutabunt semitas suas.* np. Instar ordinatissimi militis procedent: non euagabuntur extra ordines. Quod, quam apte de locustis dictum sit, *Hieronymus,* testis αὐτόπτης, edisserat, ita scribens in Comment. ad h. l. *Hoc nuper in hac prouincia* (Palaestinae) *vidimus. Cum enim locustarum agmina venirent, & aerem, qui inter caelum & terram est, occuparent, tanto ordine ex dispositione iubentis Dei volitant, vt instar tessellarum, quae in pauimentis artificis figuntur manu, suum locum teneant, & ne puncto quidem, vt ita dicam, vnguiue transuerso, declinent ad alteram.* ℣. 8. *z*) *Alter etiam alterum.* Gen. 37, 19. Ex. 10, 13. *a*) *non prement* (1) Ind. 2, 18. *b*) sed *singuli, quisque.* Thren. 3, 39. *M. I.* proprie de hominibus dicitur, hic vero de locustis; quia easdem cum *viris & strenuis* militibus comparauit. v. 5. & 7. *c*) *in calle s. tramite suo pergent* 1 Sam. 6, 12. Ef. 59, 7. Obseruat ordinem in locustis etiam Salomo Prou. 30, 27. vt merito eas *exercitum suum magnum* vocet Deus; inf. a v. 25. *d*) *etiam in ensem* ruentes 2 Par. 32, 5. Iob. 33, 18. *e*) *non sauciabuntur.* Am. 9, 1. Iob. 6, 9. Idem est sec. Kimchium ac M. I. quod יפצען 1 Reg. 20, 37. sic בכה & פכה Ez. 47, 2. cf. etiam supra c. 1, 17. h. e. sec. M. I. Non erunt sicut hostes ex hominibus: quia nec gladiis, nec clausis portis eas arcebis. Reliqua enim animalia, vt *Bochartus* notat Hieroz. II. p. 478. viso homine fugiunt; sed haec hominem vltro impetunt. Proinde cum nubes locustarum ingruit, omnes in aedibus latent, ne si prodeant, eas prouocent. ℣. 9. *f*) *Per vrbem gradientur.* Ef. 33, 4. Nah. 2, 5. *g*) *in muro discurrent.* v. 4. 7. *h*) *in domos adscendent*: vt Pharaoni etiam praedixit Moses, Ex. 10, 6. *i*) *per ipsas fenestras.* cf. Ier. 9, 20. *k*) *vt fur ingredientur.* cf. Matth. 24, 43. Ioh. 10, 1. Hinc *Hieronymus*: Nihil, inquit, locustis inuium est: cum & agros, & sata, & arbores, & vrbes, & domos, & cubiculorum secreta penetrent. *Theodoretus*: Non solum enim volando, sed & ad muros irrependo per fenestras in domos penetrant. cf. not. supra c. 1, 7. ℣. 10. *l*) *Coram eo contremiscit terra.* v. 1. 6. Deut. 2, 25. 1 Sam. 14, 15. *m*) *& caeli mouentur.* c. 4, 16. Iud. 5, 14. *Hieronymus*: Non, quod locustarum tanta vis sit, vt possint mouere caelos, & terram concutere; sed quod aduersa patientibus prae terroris magnitudine *caelum ruere & terra fluctuare* videatur. *Plinius* XI. 29. Deorum irae pestis ea intelligitur. Nam & grandiores cernuntur, & tanto volant pennarum stridore, vt aliae alites credantur; solemque obumbrant. cf. not. ad v. 5. *n*) *sol & luna.* cf. c. 3, 4. c. 4, 15. *o*) *obscurantur.* Similia, sed ex alia caussa, vid. Ier. 4, 28. Ez. 32, 7. Mich. 3, 6. Ef. 50, 3. &c. *p*) *retrahunt* 1 Sam. 14, 19. & hominibus *auferunt.* infra c. 4, 15. Gen. 30, 23. Ps. 85, 4. *splendorem suum* Prou. 4, 18. *Hieronymus*: Prae multitudine locustarum, obtegentium caelum, sol & luna conuertentur in tenebras, & stellae retrahent lumen suum: dum lumen pestis in medio nubes locustarum ad terram non sinit peruenire. ℣. 11. *q*) *Dominus enim,* velut Imperator, *dedit vocem suam* c. 4, 16. Ps. 18, 14. *r*) *ante exercitum suum.* vid. v. 25. & cf. not. v. 3. *s*) quem recte sic dico, *nam magna valde sunt,* (al. *vt magna valde sint*) *castra eius.* cf. v. 2. & not. c. 1, 7. *t*) *vt multus sit* v. 5. Amos 5, 12. *u*) *qui faciat* vel *exsequatur verbum eius.* Ps. 103, 20. Ps. 148, 8. Et magnitudo virtutis Domini in paruis quoque animantibus demonstratur. inquit *Hieron.* *x*) *nam magnus* erit. cf. Hos. 2, 2. Zeph. 1, 14. Mal 3, 23. Ier. 30, 7. *y*) vid. not. v. 1. 2. c. 1, 15. *z*) *& valde terribilis.* cf. c. 3, 4. Hab. 1, 7. *a*) *& quis sustineat eum?* Mal. 3, 2. i. e. Dominus verbo suo militias conscripsit copias, vt graue in peccatores iudicium exerceat, quodque nemo sustinere possit. Hic *minae* desinunt, quas excipiunt repetitae *hortationes ad poenitentiam,* & Dei nomine multa *promissa.* cf. not. v. 1. ℣. 12. *b*) Vulg. *Nunc ergo.* Tig. *Sed & nunc.* Grotius: Ostendit adhuc aliquam esse spem euadendi. cf. Ier. 18, 7. 8. *c*) vid. not. Hos. 11, 11. *d*) vid. Hos 14, 2. & cf. Zach. 1, 4. *e*) Deut. 6, 5. 1 Sam. 7, 3. i. e. serio ac bona fide; sine clandestinatione & hypocrisi. cf. Ier. 3, 10. *f*) c. 1, 14 Ier. 31, 9. *g*) *Grot.* ad significandum dolorem, ex peccatis conceptum. *Hieronymus*: Sensus est: Omnia, quae sermone praeterito continentur, propterea sum locutus, vt vos comminatione mea terrerem. Vnde *conuertimini ad me in toto corde vestro,* & animi poenitentiam *ieiunio & fletu & planctibus* indicate: vt nunc ieiunantes postea saturemini; nunc flentes postea rideatis: nunc plangentes postea consolemini. &c. Ad hunc locum respicit sec. nonnullos Esaias c. 22, 12. Ita *Vitringa* in typo doctr. proph. p. 36. Iesaiam, inquit, hanc vidisse prophetiam, ex collatione vtriusque prudentibus liquebit. Nec obstat, plagae a Ioele denunciatae in historia illius temporis nullam exstare memoriam, magis, quam quod *ingens* quoque *terrae motus* sub Vzzia in eadem sit praetermissus; cuius tamen liquidissima mentio Am. 1, 1. Zach. 14, 5. ℣. 13. *h*) *at scindite s. lacerate cor vestrum,* & vestimenta inde abstinete. Ion. *Et auferte impietatem cordis vestri.* cf. Deut. 10, 16. Ps. 51, 19. Rom. 2, 28. 29. Col. 2, 11. & not. Hos. 13, 8. *i*) vt alioquin in horrendis casibus & luctu faciebant. vid. Ios. 7, 6. &c. deinde ad ostentationem, vt Ef. 58, 5. Matth. 26, 65.

k) *tanquam strepitu flamma ignis* Ef. 29, 6. *l*) *stipulam consumentis.* Coh. 7, 6. *Bochartus*: Hoc quoque locustis prorsus conuenit, quae magno strepitu volant, & in agros decidunt, & segetes dentibus commolunt. *Plinius.* XI. 29. *Tanto volant pennarum stridore, vt aliae alites credantur.* *m*) v. 2. 11. *Bochartus*: Notandum, hunc qualemcumque exercitum non iam dici *populum,* sed *vt populum.* Itaque cum *gentem & populum* supra v. 2. vocauit, loquebatur metaphorice, *populum* vocans eas copias, quae reuera populus non sunt, sed *vt populus ad pugnam instructus.* Quale est, quod easdem addit v. 7. *currere sicut strenuos milites,* atque *vt viros bellatores murum conscendere*: ne quis hic veros milites & bellatores sibi fingeret. Sed vtut milites non sint, merito tamen cum iis conferuntur (1) ratione numeri & virium, (2) ratione ordinis, quem in volatu & in incessu seruant. &c. Ad indicandum vero sensum mysticum, Apoc. 9, 11. locustis etiam Rex tribuitur, quo ceteroquin illae carent Prou. 30, 27. *n*) *instructus s. paratus* Ier. 6, 23. *ad pugnam.* cf. Apoc. 9, 9 & not. supra c. 1, 4.

℣. 6. *o*) *A conspectu eius contremiscunt populi.* Ier. 51, 29. Ps. 114, 7. *scil. cum suspectantibus populis ne suas operiant terras,* vt *Plinius* loquitur XI. 29. *p*) *omnes facies.* cf. Ier. 30, 6. Ez. 7, 18. *q*) *contrahunt pallorem* (2) Nah. 2, 11. al. vt R. Menachem in M. I. rectius: *contrahunt intra se elegantiam s. nitorem,* ex rad. פאר coll. infra v. 10. & c. 4, 15.

℣. 7. *r*) *Sicut strenui milites currunt,* Ps. 19, 6. *s*) *vt viri bellatores* Num. 31, 28. *Hieron.* haud dubium, quin *locustae.* *t*) *adscendent murum* Ios. 6, 5. *Hieron.* vt murorum sublimitas impetum forcium prohibere non valeat; & nequaquam per portas, sed per muros

℣. 8. יִפְּלוּ sic in marg. 2. at in textu יִפֹּלוּ sic fu. 5. contra notam in 7. 8. ℣. 11. עֹשֵׂה per Segol 2. sic fu. 5. & ׳ sic in marg. 6. 9.

וְשׁוּבוּ אֶל־יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם כִּי־חַנּוּן וְרַחוּם הוּא אֶרֶךְ
14 אַפַּיִם וְרַב־חֶסֶד וְנִחָם עַל־הָרָעָה׃ מִי יוֹדֵעַ יָשׁוּב
וְנִחָם וְהִשְׁאִיר אַחֲרָיו בְּרָכָה מִנְחָה וָנֶסֶךְ לַיהוָה
15 אֱלֹהֵיכֶם׃ תִּקְעוּ שׁוֹפָר בְּצִיּוֹן
16 קַדְּשׁוּ־צוֹם קִרְאוּ עֲצָרָה׃ אִסְפוּ־עָם קַדְּשׁוּ קָהָל
קִבְצוּ זְקֵנִים אִסְפוּ עוֹלָלִים וְיֹנְקֵי שָׁדָיִם יֵצֵא חָתָן מֵחֶדְרוֹ
17 וְכַלָּה מֵחֻפָּתָהּ׃ בֵּין הָאוּלָם וְלַמִּזְבֵּחַ יִבְכּוּ הַכֹּהֲנִים
מְשָׁרְתֵי יְהוָה וְיֹאמְרוּ חוּסָה יְהוָה עַל־עַמֶּךָ וְאַל־תִּתֵּן
נַחֲלָתְךָ לְחֶרְפָּה לִמְשָׁל־בָּם גּוֹיִם לָמָּה יֹאמְרוּ בָעַמִּים
18 אַיֵּה אֱלֹהֵיהֶם׃ וַיְקַנֵּא יְהוָה לְאַרְצוֹ וַיַּחְמֹל עַל־עַמּוֹ׃ וַיַּעַן 19
יְהוָה וַיֹּאמֶר לְעַמּוֹ הִנְנִי שֹׁלֵחַ לָכֶם אֶת־הַדָּגָן וְהַתִּירוֹשׁ
וְהַיִּצְהָר וּשְׂבַעְתֶּם אֹתוֹ וְלֹא־אֶתֵּן אֶתְכֶם עוֹד חֶרְפָּה
20 בַּגּוֹיִם׃ וְאֶת־הַצְּפוֹנִי אַרְחִיק מֵעֲלֵיכֶם וְהִדַּחְתִּיו
אֶל־

k) Ier. 4, 1. Hos. 14, 2. 3. Zach. 1, 3. Mal. 3, 7. *Hieron.* Quia magna peccata magna delebit misericordia. l) Ex. 34, 6. Ion. 4, 2. Ps. 103, 8. Ps. 145, 8. m) Num. 14, 18. Nah. 1, 3. Ion. *differt s. remouet iram.* n) Ps. 86, 5. Ion. *& multiplicat beneficia & veritatem.* o) *quamque pœnitet mali*, quod comminatus est scilicet, idque si serio peccator resipiscat. Ex. 32, 14. Ier. 18, 8. Ion. 4, 2. *Hieronymus*: vt si nos egerimus super peccatis pœnitentiam, & ipsum pœniteat comminationis suæ, & mala, quæ comminatus est nobis, non inferat; nostræque mutatione sententiæ, & ipse mutetur. Ion. *& reuocat verbum suum ab inducendo malum.* Vid. not. 1 Sam. 15, 11. 2 Sam. 24, 16. Am. 7, 3. & cf. Ez. 35, 11. de *malo* autem *pœnæ* Am. 3, 6.

℣. 14. p) *Quis scit?* Est bene sperantis in re difficili. vid. Ion. 3, 9. 2 Sam. 12, 22. coll. ibid. v. 13. 14. & Es. 37, 4. &c. Zeph. 2, 3. Ne forsitan, vt *Hieronymus* scribit, desperarent scelerum suorum magnitudine, aut magnitudo clementiæ diuinæ faceret negligentes. Pulchre *Lutherus*: In nostra, inquit, lingua phrasis hæc negatiue (potius dubitatiue) sonat: *Quis scit?* Sed est aptissima pœnitentia vox. Vtrumque enim complectitur, & *sensum peccati*, qui facit, vt statuamus Deum iuste irasci, ac nos plectere: & *spem liberationis*, siquidem Deus natura benignus & placabilis est. &c. coll. Matth. 8, 2. Nec negligendum, quod monet *Caleuius*, non hic de remissione culpæ, sed de *afflictione temporali* sermonem esse. q) *reuertetur* Deus (vt Es. 63, 17. Mich. 7, 19. Ps. 90, 13. &c.) *& pœnitebit eum mali*, quod minatus est. v. 13. Aliter, sed minus bene, construunt & accipiunt hæc verba Hebræi. Ion. *Qui scit, in se esse peccata, conuertatur ab iis; tum miserebitur sive.* pro qua Abendana mauult: *& pœniteat eum peccatorum.* M. I. *Qui nouit vias pœnitentiæ, conuertatur; tum pœnitebit Dominum huius mali.* r) *& relinquet* Deus *post se*, vel *post ipsum* locustarum agmen. v. 21. Ez. 10, 12. s) *benedictionem* Es. 65, 8. scil. vt locustæ non omnia penitus absumant. *Lutherus*: Includit tamen etiam promissionem de Christo, quæ in nouissimis diebus exhibita est. v. 23. 26. c. 3, 2. Eph. 1, 3. Conf. Es. 1, 7. 8. 9. t) in antithesi ad c. 1, 9. 13. *M. I.* u) vt, postquam dederit benedictionem, & nostra nobis peccata donauerit, Deo hostias offerre valeamus. *Hieron.* ℣. 15. x) *Quare clangite buccina*, ad populum conuocandum v. 1. Num. 10, 7. quem vsum apud nos nunc præstant campanæ. *Hieronymus*: Adhuc eos ad pœnitentiam cohortatur, antequam adueniat hostilis exercitus. Supra, inquit, dixeram: *Canite tuba in Sion – quia venit dies Domini* – Nunc *quia benignus sum & misericors*, rursum præcipio & dico: *Clangite tuba in Sion*, & pœnitentiam in populis prædicate. y) v. 16. c. 4, 9. vid. not. c. 1, 14. z) c. 1, 14. ℣. 16. a) c. 1, 14. b) *Hieronymus*: *sanctificate ecclesiam*; vt nullus in ecclesia non sanctus sit: ne forsitan impediantur orationes vestræ, & modicum fermentum totam massam corrumpat. cf. Ex. 19, 10. 14. 1 Sam. 16, 5. c) c. 1, 14. d) *congregate etiam infantes* Thren. 4, 4. *Hieron.* ne vlla sit ætas, quæ non conuertatur ad Dominum. Conf. Ion. 4, 11. & Iudith 6, 16. c. 7, 23. e) Ps. 8, 3. *Grotius*: Mos is erat illarum gentium. Nec id mirum, cum & pecudes tali tempore a pabulo abstinerentur. Ion 3, 7. f) *exeat etiam sponsus*; cui alioquin & lege permissum erat, vt ad bellum non procederet. Deut 24, 5. g) *e conclaui suo* nuptiali Iud. 15, 1. in publicum Ecclesiæ congressum, ad ieiunium & preces. h) *& sponsa* Es. 61, 10. i) *e thalamo suo* (3) Ps. 19, 6. *M. I.* vbi cum sponso suo occultatur. cf. Es. 4, 5. & verbum Deut. 33, 12. & ad rem Ps. 22, 12. 13. Luc. 14, 20. *Grotius* confert Ex. 19, 15. 1 Cor. 7, 5. quod nostræ sententiæ subordinamus. ℣. 17. k) *Inter vestibulum* Templi & *Altare* holocaustorum 1 Reg 6, 3. 2 Par. 8, 12. h. e. proxime ante Templum. cf. not. Ez. 8, 16. Ergo necessario hæc referenda sunt ad tempus, quo Templum, Vestibulum & Altare adhuc salua & integra fuerant; non autem ad præsens Iudæorum exilium, vt contendit *Abarbanel*. cf. not. c. 1, 1. 9. 16. l) c. 1, 9. 13. m) Ez. 20, 17. Neh. 13, 22. n) v. 18. 26. c. 4, 2. Deut. 9, 26. o) populum tibi peculiarem. c. 4, 2. 1 Reg. 8, 51. Es. 63, 17. &c. p) v. 19. Ps. 42, 14. q) S. *vt dicterium de iis faciant.* ita cf. Deut. 28, 37. Iob. 17, 6. At LXX. Ion. Syr. Ar. Vulg. *vt dominentur iis.* Tig. *vt iis imperitent gentes.* vid. Deut. 15, 6. Ps. 106, 41. Thren. 5, 8. Sensus est sec. *Petrum a Figuere* apud *Pocok.* p. 184. seq. *Parce populo tuo*, auferendo ab eo locustarum istam plagam; quæ si amplius desæuierit & grassata fuerit, extremam inducet famem, atque ita cogetur populus tuus, ad leuandam famis necessitatem, in regiones gentium transfugere, & apud eas pro pane seruire, & imperium earum, nec non opprobria sustinere, non secus ac olim in Aegyptum fugerunt, ac serui facti sunt. r) Ex. 32, 12. Ps. 79, 10. s) *Grotius*: Vbi est ille Deus, quem a se vnis nosci & coli iactitabant? *Hieron.* quem sibi præsulem, quem defensorem esse iactabant. Mich. 7, 10. Ps. 115, 2. *Coccejus*: Includitur hac ratione momentum spei, fœdus Dei, quod ille pepigit, & quod fide receptum est. cf. supra c. 1, 14. ℣. 18. t) S. *Tum vtique æmulabitur* (zelum suum demonstrabit) *Dominus*. Ez. 39, 25. Zach. 1, 14. Loquitur Propheta de futuris in præterito, vt in visione. cf. supra c. 1, 5. not. Sic etiam sub verbis *præteritis futura* enunciantur 2 Par. 15, 4. u) Hieronymus: *pro terra sua*; quam prius quasi alienam contempserat, & passus fuerat locusta vastante populari. cf. ל. Num. 11, 29. x) cf. Am. 7, 2. 6. ℣. 19. y) *Et respondit*, vel *responsurus est Dominus*, nec tacebit ad serias populi sui preces. *Hieronymus*: Et in tantum pepercit pœnitentibus, vt eos dignos responsione sua faceret, diceretque: quoniam omnes fruges vestras locusta, bruchus, rubigo vastauit, *ideo dabo vobis frumentum*, & cetera, quæ Propheta describit. z) cf. Deut. 28, 12. Ios. 1, 10. a) cf. Hos. 2, 11. 14. 17. b) in oppositione ad c. 1, 10. mystice Euangelium Es. 55, 1. Zach. 9, 17. c) vid. v. 24. d) v. 26. oppos. c. 1, 16. 18. similis constr. Prou. 15, 16. (pirit. cf. Es. 66, 11. Ps. 22, 27. e) Ion. *nec dabo vos amplius opprobria famis inter gentes.* vid. v. 17. Ez. 36, 30. ℣. 20. f) *Septemtrionalem autem illum* (1) sc. locustarum exercitum. v. 10. *Bochartus*: i. e. septemtrionalem locustarum agminis partem &c. Ion. *Populum vero, qui venit ab Aquilone.* M. I. *Locustas* vocat *septemtrionales*, quia venerunt ad nos a plaga septemtrionali. Sic *Lightfoot.* Chronol. p. 94. Irruperant, inquit, locustæ ea parte terræ, quæ *septemtrioni* obuertitur, qua Syriam atq; Hamatham spectat, & *velut ordinata acie* pergentes v. 5. deuorarunt, quidquid obuiam erat, procedentes versus partem meridionalem: illic vero, vbi deflectebant, descendentes infra extrema maris mortui, sterilitas regionis fame afflixit illas, quæ regionem totam fame afflixerant. *Vitringa* Doctr. proph. p. 35. Locus hic, inquit, æque ac superiora, ad *plagam locustarum* pertinet. At *Caloviue* aliique *aquilonares hostes* intelligunt. Sic *Hieronymus*: Et Assyrium atque Chaldæum, qui ab aquilone est. – Sæpe commonui, sub translatione locustarum describi impetum Chaldæorum, quo Iudæa vastata est. Itaque seruat metaphoram in reliquis, & iuxta situm prouinciæ sic loquitur, quasi non de hostibus, sed *de locustis* referre videatur. sed cf. not. v. 1. 5. 9. 11. & c. 1, 4. g) c. 4, 6 h) *& impellam* vel *propellam eum.* 2 Sam. 15, 14.

℣. 13. וְנִחָם per *Kam.* 1. 7. 8. 10–19. 21. 23. 24. & *Ber.* cum nota קָמֵץ vel קָמֵץ בְּלִי אַס״ף aliqui: sed contra *Mas.* 2. & *Erff.* h. l. & impr. ad Zach. 1, 17. item contra Masoram & codices R. Chaiim inspectos, quos in marg. ad h. l. laudat. ℣. 14. וְנִחַם per *Pat.* 7. 8 sed contra Masoras modo allegatas. ℣. 16. וְיֹנְקֵי *defect.* 1. 3. 22. & in marg. 6. 9. sec. *Mas. Erff.* וְיוֹנְקֵי per *Pat.* 2 cum nota כֵּן הִיא *Et sic* (inquit Criticus in marg. 1.) *punctauit R. Samuel.* ℣. 19. הַדָּגָן Sic per *Paschta* recte 1. 2. 5. 22. Plerique per *Sakeph* contra sensum. At הִנְנִי שֹׁלֵחַ לָכֶם הַדָּגָן וְהַתִּירוֹשׁ omisso אֶת־ 5.

אל־ארץ ציה ושממה את־פניו אל־הים הקדמני
וספו אל־הים האחרון ועלה באשו ותעל
21 צחנתו כי הגדיל לעשות׃ אל־תיראי אדמה
22 גילי ושמחי כי־הגדיל יהוה לעשות׃ אל־תיראו
בהמות שדי כי דשאו נאות מדבר כי־עץ נשא פריו
23 תאנה וגפן נתנו חילם׃ ובני ציון גילו ושמחו ביהוה
אלהיכם כי־נתן לכם את־המורה לצדקה ויורד לכם
24 גשם מורה ומלקוש בראשון׃ ומלאו הגרנות בר
והשיקו

Es. 37, 22. merito a *Calouio* refutatus; nos cum Tarnouio aliisque *ad exercitum locustarum*; etsi hoc coactum putat Calouius p. 777. Quam apte enim hac omnia locustis conueniant, liquebit cum ex iis, quæ hactenus notauimus, tum ex ipsis *Hieronymi* verbis ad h. l. *Etiam nostris temporibus*, inquit, *vidimus agmina locustarum terram texisse Iudæam, quæ postea misericordia Domini -- vento surgente, in mare primum & nouissimum* (mortuum & mediterraneum) *præcipitata sunt. -- Cumque littora vtriusque maris aceruis mortuarum locustarum, quas aqua euomuerant, implerentur, putredo earum & fœtor in tantum noxius fuit, vt aerem quoque corrumperet, & pestilentia tam iumentorum, quam hominum, gigneretur.* cf. not. c. 1, 7. ℣. 21. *x*) S. *Ne igitur time tibi, o terra!* Propheta *concludit latis promissis* pluuiæ post siccitatem, & florentium arborum & tempestatum post locustas. Occasione autem sermonis, quem de restitutione temporalium benedictionum habet, adsurgit ad promissionem *benedictionum spiritualium* diebus Christi, in dono linguarum, & ad prædictionem miraculorum, quæ Christi mortem essent comitatura, & præcessura destructionem Hierosolymæ. *Lightfoot.* Chronol. p. 94. *Hieronymus*: Omnibus, quibus supra fuerat comminatus, nunc contraria pollicetur. cf. v. 1- 11. *x*) *exulta potius, & latare* v. 23. Zeph. 3, 14. cf. supra c. 1, 10. *y*) *quia magnificauit Dominus facere.* 1 Sam. 12, 24. Es. 28, 29. Ps. 126, 2. 3. Ion. *quia magnifice egit Dominus, faciendo in te bona populo suo.* M. I. *in oppositione ad locustas* v. 20. quæ plurima & grauissima mala intulerant. ℣. 22. *z*) Ne etiam timeatis *bestiæ agri* (Es. 56, 9.) M. I. in oppositione ad c. 1, 18. 20. *a*) *nam germinarunt*, vel *herbuerunt.* Kal (1) cf. Hiph. Gen. 1, 11. *b*) de quibus dixerat c. 1, 19. 20. *ignis exussit pascua deserti.* *c*) *nam arbor*; i. e. collectiue: omnis generis *arbores.* vt Gen. 1, 11. *d*) *ferunt* poma s. *fructus suos.* Ez. 34, 27. c. 36, 8. *e*) c. 1, 7. 12. *f*) *proferunt vim suam* s. varios fructus suos. cf. similem locutionem Gen. 4, 12. Nempe, vt ad v. 21. ex Hieronymo diximus, Propheta *promittit omnia contraria minis*, quæ præcesserant: fore nimirum, vt herbescant deserti pascua, & arbores fructum suum proferant, ficusque & vitis vim suam edant; pluuia tam matura quam sera, primo quoque tempore a Deo abunde demissa; & impleantur frumento areæ, mustoque & oleo redundent lacus torcularium: vt sic miseris Iudæis restituantur *anni*, i. e. *annui prouentus*, quos locustarum quatuor species absumserant, eodem tempore sibi mutuo succedentes. *Boch.* Hieroz. II. p. 481. seq. Hæc autem, quia a Domino repromissa sunt, credimus juxta litteram accidisse, & sterilitatem præteritam nouis frugibus compensatam: vt quidquid locusta, bruchus & rubigo & eruca consumserat, annis sequentibus impleretur. *Hieron.* ℣. 23. *g*) Tig. *Sed & vos*; vel *Inprimis* vero, *o filii Zion.* Hieronymus: Ad *filios quoque Sion specialiter* loquitur, vt exultent & gaudeant, non in quacunque re leui, sed *in Domino Deo suo* &c. *h*) v. 21. Es. 29, 19. Eadem ratione loquuntur & alii Prophetæ, cum de Christo vaticinantur. vid. Es. 61, 10. Zach. 2, 14. c. 9, 9. *i*) Es. 40, 9. Ps. 32, 11. Ps. 97, 12. Phil. 4, 4. *k*) Hieron. *quia dedit vobis* Deus Pater, sc. in decreto suo. Es. 9, 5. Ioh. 3, 16. *l*) *Magistrum* s. *doctorem.* Es. 9, 14. Iob. 36, 22. Ps. 84, 7. Ita Ion. Vulg. Raschi, Abarb. Scil. non Esaiam, aliumue Prophetam, vt cum Raschio peruerse voluit Grotius, sed *illum dudum promissum* Deut. 18, 18. 19. & vehementer a piis desideratum Ps. 14, 7. Luc. 10, 24. testem, ducem ac præceptorem gentium Es. 55, 4. vnicumque illum *Magistrum & Doctorem* Matth. 23, 8. 10. quod nomen sibi iure Christus vindicat. Es. 63, 1. Sic *Abarb.* ad h. l. fol. 141. col. 3. והוא מלך המשיח *is autem est*, inquit, *Rex Messias; qui viam monstrabit* (Matth. 22, 16.) *in qua debeant ambulare, & opera, quæ facere debeat.* Alii, etiam S. vertunt: *pluuiam tempestiuam*, minus bene; etsi vtrumque vox Hebræa significat, vt mox hoc ipso versu. vid. fuse *Cocceius* ad h. l. & *Calouius* p. 780. *m*) *ad iustitiam*, sc. veram & æternam Dan. 9, 24. quam ille non solum docebit Hos. 10, 12. sed meritis suis acquiret, & cum vberrimis gratiæ suæ donis conferet omnibus, qui nomen eius vera fide inuocabunt c. 3, 5. cf. Es. 53, 11. Ier. 23, 5. 6. c. 33, 15. 16. Hab. 2, 4. Mutat enim corda per Spiritum S. & quod vitiosum in nobis est, hoc condonat, sicut Iohannes egregie dicit Ioh. 1, 17. vt pulchre inter alia ad h. l. scribit B. *Lutherus.* *n*) *& demittet vobis* imbrem. Ez. 34, 26 *o*) *pluuiam maturam*, post iactum semen, *& seram*, cum seges in culmos & spicas succreuit, & grana turgescunt. Ion. *primam pluuiam in tempore suo, & serotinam in mense Nisan.* Nempe pluuia prima sec. Hebræorum sententiam descendit in mense *Marchesuan* s. Octobri, *serotina* vero in mense *Nisan.* vid. not. Deut. 11, 14. & Ier. 5, 24. Hos. 6, 3. Zach. 10, 1. ὁ. ὑετὸν πρόϊμον καὶ ὄψιμον. Iac. 5, 7. *p*) *In primo* statim *tempore*, vel *mense* Ez. 29, 17. c. 45, 18. quo scil. matura vel sera pluuia opus est. cf. ex *Plinio* not. supra c. 1, 10. Al. *sicut prim.* coll. Es. 60, 9. Ceterum *pluuiam primam & serotinam* nonnulli *spiritualiter* intelligunt: quod sc. Christus Ecclesiam N. T. cælesti rore Spiritus & Verbi sui ac Sacramentorum benigne recreaturus & irrigaturus sit statim *ab initio facta satione*, & deinde quoque cum in maturam segetem adoleuerit, *& messis vltimi iudicii* adpropinquauerit, de qua infra c. 4, 13. Ita *Gesnerus* apud *Calou.* p. 778. aliique, qui & reliqua omnia huius textus allegorice de beneficiis Euangelii, & in oppositione ad statum legis accipiunt. Sed cum illa *compensatio annorum siccitatis* v. 25 respiciat ea, quæ capite præcedente de sterilitate, a locustis illata, dixerat Propheta, dubium nullum est, *beneficia corporalia* illis insinuari, quod priorem inopiam agrorum vinearumque benigne compensaturus sit Dominus; vt recte censet *Calouius* p. 779. cf. ad v. 21. not. ex *Hieronymo.* ℣. 24. *q*) *Et plenæ erunt areæ* 1 Sam. 23, 1. *r*) *frumento* Gen. 41, 35. Am. 5, 11. cf. supra c. 1, 10. 17.

i) *in terram siccitatis* s. siticulosam Hos. 2, 5. Ps. 63, 2. *k*) *& solitudinis* s. desolatam. h. e. in Arabiæ deserta. cf Deut. 8, 15. *l*) S. *facies* nimirum *eius*; i. e. primam illius partem, quæ ad mundi faciem s. ortum conuersa est. *m*) propellam *in mare orientale* s. *mortuum*, ad orientem Hierosolymæ situm. *Hieronymus*: Illud intellige, in quo fuit quondam Sodoma & Gomorrha, Adama & Seboim, quod nunc *mortuum* nominatur, eo quod nulla ibi viuant animantia. vid. Ez. 47, 18. Zach. 14, 8. *n*) *& postremum eius*, i. e. occidentalem s. *vltimam agminis partem*, *o*) *in mare posterum*. h. e. *occidentale* s. mediterraneum. vid. not. Deut. 11, 24. & ad rem confer Ex. 10, 19. *Plinius* de locustis, XI. 29. *Gregatim sublata vento, in maria aut stagna decidunt. Forte hoc, casuque euenit.* Immo diuino nutu. *Bochartus*: Australium locustarum non meminit; quia cum Ierusalem fuerit in extremo fere austro terræ Canaan, australes paucæ fuerunt respectu Vrbis, & sub aliis comprehensæ. Hieroz. II. p. 479. *p*) *& adscendet putredo* s. *fœtor eius* (3) Es. 34, 3. Am. 4, 10. *q*) *adscendet, inquam.* M. I. in nares prætereuntium. *r*) *putor eius.* (1) cf. Targum Ez. 23, 20. Rad. Syr. *impudicus, sordidus, contaminatus fuit.* *s*) *quia.* al. *postquam*; coll. Ioh. 1, 5. *t*) S. *eo quod nimius fuerit faciendo.* Vulg. *quia superbe*; Syr. & Tig. *eo quod insolenter egit.* Ion. *quia multiplicauit facere mala*; h. e. plurima & maxima damna vobis intulit. cf. 2 Reg. 21, 6. Zeph. 2, 10. Dan. 8, 4. & ex opposito hic sequentem v. 21. ex quo tn. coll. & v. 26. non male de Deo accipi potest: *quia magnum est in operibus suis Dominus.* Refert vero hoc *Grotius* ad Sennacheribum, coll. 2 Reg. 19, 22. Es. 37,

---

℣. 20. באשו per *Chateph-kom.* 3. at per *chateph-pat* 1. cum nota: לית נקד בח״פ וכל וכו׳ ℣. 23. ומורה cum præf. ו sed sine puncto, fe. 3. cum nota marg. לא קרין ו ℣. 24. הגרנות Gimel per *Chateph-kom.* 1. 2. 3. 5. 6. 9. 10. 19. 20. 23.

כה וְהֵשִׁיקוּ הַיְקָבִים תִּירוֹשׁ וְיִצְהָר׃ וְשִׁלַּמְתִּי לָכֶם אֶת־
הַשָּׁנִים אֲשֶׁר אָכַל הָאַרְבֶּה הַיֶּלֶק וְהֶחָסִיל וְהַגָּזָם חֵילִי
26 הַגָּדוֹל אֲשֶׁר שִׁלַּחְתִּי בָּכֶם׃ וַאֲכַלְתֶּם אָכוֹל וְשָׂבוֹעַ
וְהִלַּלְתֶּם אֶת־שֵׁם יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם אֲשֶׁר־עָשָׂה עִמָּכֶם
27 לְהַפְלִיא וְלֹא־יֵבֹשׁוּ עַמִּי לְעוֹלָם׃ וִידַעְתֶּם כִּי בְקֶרֶב
יִשְׂרָאֵל אָנִי וַאֲנִי יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם וְאֵין עוֹד וְלֹא־יֵבֹשׁוּ עַמִּי
ג לְעוֹלָם׃ וְהָיָה אַחֲרֵי־כֵן אֶשְׁפּוֹךְ אֶת־
רוּחִי עַל־כָּל־בָּשָׂר וְנִבְּאוּ בְּנֵיכֶם וּבְנוֹתֵיכֶם זִקְנֵיכֶם
2 חֲלֹמוֹת יַחֲלֹמוּן בַּחוּרֵיכֶם חֶזְיֹנוֹת יִרְאוּ׃ וְגַם עַל־
הָעֲבָדִים

s) & redundabunt, q. d. discursare s. diffluere facient. Hiph. (2) c. 4, 13. cf. Ps. 65, 10. t) lacus torcularium. Es. 16, 10. u) v. 19. cf. Prov. 3, 10. ℣. 25. x) Et compensabo vobis. Es. 57, 18. Calvinus: Confirmat Propheta superiorem doctrinam & ratiocinatur a contrariis: quia scil. Deo non minus fit facile restituere uberem proventum terræ, quam prius facile fuit, terram reddere sterilem, immissis illis corruptelis. y) vid. not. v. 23. z) c. 1, 4. a) vid. c. 1, 4. Ps. 78, 46. b) c. 1, 4. c) magnus sc. ille meus exercitus. vid. v. 2. 11. Bochartus: Huiusmodi copiis Deus Aegyptios adflixit, postquam ranas, muscas & pediculos spreuissent. Hieronymus: Bruca (Locusta) virtus Domini magna adpellatur -- quia in tardo parvoque vermiculo Dei potentia & humana fragilitas demonstratur. d) quas misi contra vos. cf. Ex. 10, 4. Nempe non fortuito exortæ sunt locustæ, vel erucæ, vel bruchi; sed Deus conduxit illorum militum operam, fuerunt eius copiæ & exercitus, ad ipsos opprimendos -- Quod vocat exercitum magnum, ostendit, Deo non opus esse validis copiis, vt homines subigat. Nam vbi armat locustas & animalcula, quæ nullius sunt momenti, rapiunt victum ex hominum ore, relinquunt eos famelicos: etiamsi nullus exerat contra eos gladium, tabescunt tamen in sua inedia. Calvinus. At Ion. aliique metaphorice: Et rependam vobis annos bonos, pro annis, quibus vos diripuerunt populi, gentes & linguæ, & imperatores, & regnum vindictæ, exercitus meus magnus, quem immisi in vos.

℣. 26. e) cf. Hos. 4, 10. c. 13, 6. Mich. 6, 14. Hag. 1, 6. f) & saturando sc. saturabimini v. 19. g) Es. 61, 9. Coh. 5, 18. cf. Deut. 8, 12. seqq. c. 32, 15. Prov. 30, 9. h) qui egit vobiscum, cum puniendo Zach. 1, 6. tum benefaciendo resipiscentibus. Num. 10, 32. i) mirifice, ad miraculum vsque. Es. 29, 14. Ps. 31, 22.

CAP. III.

Calovius: Vere enim missio Filii Dei in hunc mundum, redemtio generis humani, missio Spiritus S. sunt opera mirabilia. k) Es. 29, 22. Ps. 14, 4. l) cf. v. 17. 27. ℣. 27. m) c. 4, 17. cf. Ex. 16, 6. Ez. 5, 13. &c. n) cf. Ex. 17, 7. Deut. 31, 17. Hos. 11, 9. Rom. 8, 28. Ion. & scietis, quod in medio Israelis habitare fecerim Schechinam meam. cf. Ioh. 1, 14. o) Hos. 13, 4. p) Es. 43, 11. 12. c. 44, 6. 8. c. 45, 21. 22. Hieronymus: Quia Pater in Filio, & Filius in Patre. q) S. ideo, inquam, non pudefient v. 26. Rom. 5, 5.

Cap. III, ℣. 1. r) S. Fiet etiam. Cohæret enim hoc caput cum superiore. (vid. not. c. 2, 1. 21. 23.) & porro hic Deus promittit ac prædicit I. Effusionem Spiritus S. v. 1. 2. II. diem excidii Hierosolymitani per Romanos, cum præcedd. signis v. 3. 4. & III. credentium exceptionem in Tsione s. Ecclesia N. T. v. 5. s) postea. Ο΄. μετὰ ταῦτα, i. e. vt Petrus dicit Act. 2, 17. ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις. cf. seq. v. 2. Calovius: Quo nomine designatur tempus novissimum, tam respectu Synagogæ & politiæ Iudaicæ, cui extrema imminebant, tum respectu gratiæ novissimæ &c. Sic Kimchi: Idem est, inquit, ac si diceret באחרית הימים Es. 2, 2. tempore in diebus Messiæ (tempore N. T.) coll. Es. 11, 9. Abarbanel: post tristia illa tempora, de quibus Ps. 74, 9. t) effundam Spiritum meum. Hieronymus: Verbum effusionis ostendit muneris largitatem: quod non in paucos Prophetas, vt olim fiebat in V. T. sed in omnes credentes in nomine Salvatoris Spiritus S. dona descenderent, nequaquam in hunc & illum, sed in omnem carnem &c. Tarnovius: Differt Vetus testamentum a Novo, quod in illo tantum hæc dona quasi stillabant, in hoc autem magna copia effluant, & πλουσίως effunduntur Tit. 3, 6. In illo eorum quasi guttæ tantum erat in Prophetis, in hoc fit effusio super omnem carnem. vid. v. 2. Es. 32, 15. c. 44, 3. Zach. 12, 10. Act. 10, 45. Eph. 4, 8. 1 Cor. 12, 11. M. I. vt copiose super illis sit Spiritus meus. Abarbanel: significat abundantem fore cognitionem & notitiam Dei, coll. Es. 11, 2. 9. u) Ion. Spiritum Sanctum meum. sic v. 2. Spiritum sc. gratiæ & precum Zach. 12, 10. Spiritum cognitionis & timoris Dei Es. 11, 2. cum variis donis & charismatis 1 Cor. 12, 4. seqq. c. 14, 22. x) super omnem carnem, i. e. vt Ar. habet: super omnem hominem carne præditum; h. e. non super Iudæos solum aut Israelitas (vt temere A. b. Esra aliique opinantur, quorum impudentiam ipse retundit Abarbanel ad h. l. fol. 242); sed super omnes homines, cuiuscunque sint nationis, sexus aut conditionis v. 2. vel temporis Act. 2. 39 modo credant in nomen Servatoris v. 5. nec repugnent Deo, vt ab ipso docti fiant Ioh. 6, 45. cf. ad phrasin Gen. 6, 12 Es. 40, 5. c. 49, 26. Zach. 2, 17. Ps. 65, 3. Rom. 3, 20. c. 10, 12. Gal. 3, 28. &c. Certissime, inquit Abarb. ad h. l. hæc phrasis complectitur omnes homines, cuiuscunque illi sint nationis: sicut Es. 66, 23 Ps. 145, 21. coll. Zeph. 3, 8. 9. Non ergo tantum intelligendi sunt per omnem carnem CXX illi Act. 1, 15. qui Hierosolymis congregati in cœnaculo erant Act 2, 1. Quanquam ergo in festo illo pentecostes, in visibili effusione Spiritus S. vaticinium adimpleri illustri ratione cœperit; non tamen ad illum actum solemnem tantum pertinet; sed vniversum statum novissimorum temporum vel N. T. concernit, more aliarum promissionum vniversalium; inquit Calovius p. 783. Conf. e. c. Act. 10, 44. seqq. c. 11, 15. c. 15, 8. c. 19, 6. Gal. 3, 2. y) S. ita vt etiam prophetent filii vestri. Dicitur autem prophetare, non tantum qui loquitur mysteria & futura per revelationem extraordinariam, (vt Act. 11, 28. c. 20, 23. Apoc. 1, 1. &c.) sed & qui loquitur divina per revelationem ordinariam; sive cum Spiritus adprobatione singulari, sive alioquin in bona conscientia: vt Coccejus observat in Lex. p. 460. vid. 1 Cor. 14, 1. seqq. & cf. not. Num. 11, 29. Notant itaque hæc promissa aliquid partim extraordinarium, partim ordinarium. Primi generis exemplum sunt filiæ Philippi Act. 21, 9. & multi, qui linguis locuti sunt magnalia Dei; quum antea ἀγράμματοι fuissent Act. 2. & passim. Sed donum extraordinarium est testimonium & medium doni ordinarii, quod indigitatur Es. 54, 13. Ier. 31, 33. 34. 1 Cor. 14, 24. z) & filiæ vestræ. cf. Ps. 8, 3. 1 Cor. 11, 5. Cocc. Lex. p. 460. Postquam verbum Evangelii auditum est, & nullus amplius Propheta expectatur, qui indicet verbum, per quod Deum cognoscamus, & Spiritus gratiæ ac filiationis effusus est: qui credit & loquitur (2 Cor. 4, 13) eo loco est, quo olim Propheta; a Deo per ipsius verba & legem in publico positam discit, eam inscribente Spiritu in cor eius, & per ea quæ didicit, ac per verba Spiritus, proficit ad sapientiam & prudentiam, & cognitionem mysteriorum Dei. a) senes vestri. c. 1, 2. vt Paulus ad Philem. v. 9. Cocc. Lex. p. 23. ordinarium quidpiam indicatur: Senes, attendentes ad scripturam Veteris Testamenti, videbunt, quid faciat Deus in mundo, vt olim Prophetæ in somniis & ita monebuntur a Deo, vt prudenter agant, & prudentia consilia dare possint. b) divina somnia somniabunt. Num. 12, 6. quod Iobi ætate solemne erat Iob. 33, 15. 16. cf. Gen. 37, 6. 9. 1 Sam 28, 6. 1 Reg. 3, 5. Dan. 1, 17 c. 7, 1. Matth. 1, 20. c. 2, 19. 12. & Gurtleri Theol. Proph. p. 16. c) iuvenes vestri. cf. Am. 2, 11. d) visiones diurnas aut nocturnas videbunt. cf. Gen. 15, 12. seqq. 1 Reg. 22, 17. Es. 6, 1. Ier. 1, 11. c. 24, 3. Ez. 1, 4. seqq. c. 37, 2. Zach. 1, 8. &c. & ex N. T. Act. 9, 10. c. 10, 3. 17. c. 16, 22. c. 22, 5. 1 Cor. 14, 29. 30. Apoc. 1, 12. 13. &c. Abarbanel: Non dicit omnes senes aut iuvenes vestri; sed simpliciter: vt intelligas illos, qui apti fuerint ad recipiendum Prophetiæ donum. Calovius p. 784. Non, quod immediatæ revelationes, quæ Patriarchis & Prophetis factæ sunt, omnibus concedendæ sint -- sed quod talia, quæ olim selectis quibusdam personis patefacta sunt per extraordinarios illos revelationis modos, prophetias, visiones & somnia, per ordinariam revelationem omnibus palam manifestanda sint: vt filii & filiæ, senes & iuvenes, servi & ancillæ iam divinitus habeant cognitionem, quæ vix Patriarchis, Prophetis & viris Dei olim concessa. Vtitur enim Scriptura phrasibus Veteris Testamenti ad significanda bona Novi Testamenti, vt in vaticiniis Propheticis subinde fieri videmus. -- Nam nec illi quidem, in quibus hoc vaticinium impletum Petrus Act 2, 16. testatus est, habebant prophetiam, aut somnia, aut visiones; replebantur tamen Spiritu S. vt variis linguis τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ efferre potuerint, ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἁγίου φερόμενοι, prout Spiritus S. ipsis dedit eloqui. cf. not. ad v. 2.

Cap. III. ℣. 1. בחוריכם חזינוה Sic 1. 3.

rum ex Aegypto Deut. 6, 21. Ier. 32, 21. ὁ. τέρατα. vid. Act. 2, 19. c. 4, 30. Hebr. 2, 4. Marc. 16, 20. k) *Hieron.* Quia sol moriente Christo versus est in tenebras, & luna in sanguinem. v.

הָעֲבָדִים וְעַל־הַשְּׁפָחוֹת בַּיָּמִים הָהֵמָּה אֶשְׁפּוֹךְ אֶת־
3 רוּחִי׃ וְנָתַתִּי מוֹפְתִים בַּשָּׁמַיִם וּבָאָרֶץ דָּם וָאֵשׁ וְתִימְרוֹת
4 עָשָׁן׃ הַשֶּׁמֶשׁ יֵהָפֵךְ לְחֹשֶׁךְ וְהַיָּרֵחַ לְדָם לִפְנֵי בּוֹא יוֹם
ה יְהוָה הַגָּדוֹל וְהַנּוֹרָא׃ וְהָיָה כֹּל אֲשֶׁר־יִקְרָא בְּשֵׁם יְהוָה
יִמָּלֵט כִּי בְּהַר־צִיּוֹן וּבִירוּשָׁלַםִ תִּהְיֶה פְלֵיטָה כַּאֲשֶׁר
אָמַר

4. Alii huc referunt Angelum Domini & cælestes exercitus descendentes Luc. 2, 9. 13. Stellam Magis in cælo apparentem Matth. 2, 2. & quæ facta referunt Euangelistæ, quum Christus resurgeret Matth. 28, 2. seqq. & tandem in cælos adscenderet. Latius nos hæc accipienda putamus de omnibus prodigiis & signis, quæ ante horribilem illum excidii Hierosolymitani diem in cælo adparuerunt. *Grotius:* solent, inquit, magnas rerum conuersiones præcedere cometæ, gladii ardentes, aliaque signa eiusmodi. Pessime vero hunc textum ipse refert ad Babyloniorum aduentum. Sed tu confer *verba Christi* Luc. 21, 11. 25. & vide *Iosephum de B. I.* Lib. VII. c. 12. vel λα. *l*) up. vt statim sequitur, *sanguinem, ignem & fumum. Hieron.* Quia tam vehementi & insolito motu terra contremuit, vt monumenta aperta, & saxa disrupta sint. Matth. 27, 51. 52. *m*) *sanguinem & ignem.* Quod *Hieronymus* de *sanguine Christi* Ioh. 19, 34. 35. & de *igne Spiritus S.* Act. 2, 3. intelligit, coll. Luc. 12, 49. *Gussetius* autem p. 947. de *sanguine martyrum* Christi (vt etiam *Cocc.* coll. 1 Ioh. 5, 8.) & de *igne rogorum*, cuius vstionem pertulerint illi volentes & alacres; *palmas* autem *fumi de pretibus* ad cælum ascendentibus, coll. Cant. 3, 6. adde Apoc. 8, 3. 4. At *Lightfoot.* in Horis Hebr. ad Act. 2, 19. *Prodigia* hæc, inquit, in *sanguine, igne & fumo*, ego intellexerim de *cæde & conflagrationibus* in gente Iudaica patratis *per seditiones & bellum intestinum*, ad prodigium vsque stupendis. Monstra erant ista potius, quam exempla; & quibus nihil prodigiosius præsagire potuit ruinam gentis, quam quod adeo sæuirent in mutuas cædes & vastationes. cf. Ez. 38, 21. Apoc. 8, 8. & Matth. 24, 6. 7. Marc. 13, 7. 8. 19. Luc. 21, 9. *n*) *& palmas* (e) Cant. 3, 6. *fumi.* Phrasis eleganter pingit *fumi adscensum* versus cælum. sc. conflagrantium vrbium & vicorum, ex mente *Lightfooti, Coccei* &c. At ὁ. καὶ ἀτμίδα καπνοῦ, Vulg. *& vaporem fumi.* Sic Act. 2, 19. Hinc *Lutherus:* Omnino iudico, inquit, hæc signa, quæ allegat Ioel, esse eadem, quæ ab Euangelistis commemorantur facta sub passionem Saluatoris. Portentosa fuit eclipsis solis in ipso plenilunii die, quæ ita inuoluit caligine omnia, ac si late diffusus *fumus* impediret oculos, ne in vicino posita possent conspici. Ac ipse Propheta ad hunc modum se explicat, cum v. 4. addit de sole obscurato, & luna referente sanguinis speciem. &c. *Hieronymus:* de hoc *fumo* & Esaias in visione magna loquitur, in qua prædicebatur cæcitas Iudæorum. vid. Es. 6, 4. & illic not. ℣. 4. *o*) Id aliqui figurate hic accipiunt de adflictionibus maximis, vt c. 2, 10. c. 4, 15. quando in republica & ecclesia Iudaica omnia corruere videbantur, sicut prædixerat Christus Matth. 24, 29. At verissime quoque id accidit, moriente Christo, narrantibus Euangelistis Matth. 27, 45. Marc. 15, 33. Luc. 23, 44. 45. *Sol quoque est versus in tenebras,* quoniam pendentem Dominum suum videre non ausus est, *& Luna in sanguinem;* inquit *Hieron.* Abarbaneli *Sol* h. l. Idumæos s. Christianos significat, *Luna* Ismaelitas s. Turcos, quibus, cum Gogo & Magogo, Propheta h. l. interitum prædicat, vt Ezech. 38, 22. At genuinam Apostolorum & Spiritus S. explicationem, ipse euentus in Iudæis irrefragabiliter probauit. Si cui tamen placet Symbolica *Solis & Lunæ* explicatio, concinniorem dabit *Vitringa* ad Apoc. 6, 12. vbi ita habet: Recte id videmur alibi interpretati de subitaneo obitu *Regis Agrippæ* Act. 12, 23. quo tempore summa maiestate fulgebat, & de luctuoso casu *Anani Pontificis*, ab Idumæis & Zelotis intempesta nocte, cum nobilissimis sacri & ciuilis ordinis viris *iugulati*, vt refert *Iosephus* de B. I. lib. 4, c. 17. vide sis etiam not. Am. 8, 9. *p*) *antequam veniat.* 1 Sam. 9, 15. 2 Sam. 3, 35. Ez. 33, 22. Docet hoc, aliud esse momentum s. tempus antecedentium signorum illorum, aliud vero ipsius diei Iehouæ, & quæ hunc comitabantur aut secuta fuerunt. *q*) cf. not. c. 1, 15. c. 2, 1. *Calouius:* Loquitur hic Deus Pater de *die Iehouæ, Filii Dei*, Messiæ & Domini nostri. cf. not. v. 5. *r*) *magnus ille.* cf. c. 2, 11. *s*) Vulg. *& horribilis*, horrendus. Ita etiam describitur *excidium Hierosolymorum* per Romanos Mal. 3, 23. 24. Alii *diem aduentus Domini* in carnem, alii diem *passionis*, alii *resurrectionis*, alii & veteres plerique, *diem extremi iudicii* intelligunt. *Hieron.* (qui non semel queritur de difficultate huius loci) *Dies* autem, inquit, *Domini* magnus & horribilis aut *resurrectionis* esse credendus est, aut certe multa post tempora *dies iudicii* (extremi,) qui vere magnus est & horribilis. Sed quia sequitur v. 5. *Et erit omnis, qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit,* & hoc Apostolus Rom. 10, 13. refert ad tempus Dominicæ passionis, *magis de resurrectionis die* intelligendum est. Ita B. Pater. Verum cf. ad nostrorum aliorumque sententiam *de iudicio* Christi *in Iudæos* Matth. 24, 27. 30. c. 26, 64. Marc. 13, 26. Luc. 21, 20. seqq. &c. ℣. 5. *t*) *Fiet tamen*, quoad *omnem -- vt eripiatur;* i. e. Certissime tamen eripietur. cf. not. Es. 65, 24. c. 66, 23. & Ez. 30, 16. *u*) *qui inuocauerit nomen Domini.* Gen. 12, 8. c. 13, 4. c. 21, 33. 1 Reg. 18, 24. Es. 41. 25. c. 50, 10. Ion. *qui orauerit in nomine Domini.* Luc. 21, 36. *Coccius:* Hæc inuocatio quia non est, nisi in Christo, & quia Christus adorandus & inuocandus docetur, & quia alibi Prophetæ docent, medium salutis esse fidem Christi Hab. 2, 4. Es. 53, 11. concludimus hunc *Dominum* esse *Filium Dei*, verum *Iehouam;* & inuocationem Domini poni vt signum libertatis a ceremoniarum iugo. Ioh. 16, 21. cf. supra not. ad v. 4. *x*) *eripietur.* velut e manu effugiet. Gen. 19, 17. Es. 49, 25. Ps. 124, 7. Dan. 12, 1. ὁ. σωθήσεται. Vulg. *saluus erit.* Quod non tantum de temporali conseruatione (de qua cf. Matth. 24, 16. & *Euseb.* H. E. lib. 3. c. 5.) sed vel maxime de æterna salute esse intelligendum, docent Apostoli Act. 2, 21. & Rom. 10, 13. *y*) *in monte Sion*, vnde prodibit doctrina Euangelii Es. 2, 3. & in Ecclesia N. T. cf. Es. 10, 12. c. 24, 23. c. 27, 13. Mich. 4, 7. & not. Es. 49, 14. *z*) vid. ibidem, & not. Es. 51, 17. *a*) *erit ereptio.* (Ion. & Syr. *liberatio*) vel *euasio:* velut e strage & persecutione effugientis Gen. 14, 13. vid. Es. 4, 2. c. 37, 32. Obad. v. 17. *Coccius:* Ex hoc versu videre est, in toto mundo, atque adeo in ipsa quoque terra s. populo Israelitico fore destructionem magnam, propter infidelitatem, qua Christum prædicatum non reciperent, tum per pœnas corporales, tum maxime per pœnas spirituales Rom. 1, 18. Fore tamen qui effugiant pœnas spirituales, & mortem secundam, præseruati; tum etiam qui adflictionibus temporalibus non absumantur.

℣. 2. *e*) Vulg. addit suffixum: *Sed & super seruos meos*, cum LXX. & Ar. Sic Petrus Act. 2, 18. cf. e. c. ad Philem. v. 15. 16. *f*) *& super ancillas.* Neque enim est distinctio *Iudæi & Græci, serui & liberi, viri & feminæ:* quia omnes in Christo vnum sumus. Gal. 3, 28. cf. 1 Cor. 7, 22. *g*) *in illis* N. T. *diebus* s. temporibus. v. 1. *h*) Ion. *effundam Spiritum sanctum meum.* vt v. 1. Abarbanel: *Spiritum* sc. *cognitionis & timoris* Dei Es. 11, 2. Non oportet, (idem *Abarb.* ait ad h. l.) hunc *spiritum* Dei exponere *de dono prophetiæ*, sed de notitia atque cognitione Dei, vt dictum est Es. 11, 9. cf. tu. not. ad v. 1. *Hieronymus:* Neque vero omnis, qui acceperit Spiritum S. statim habebit & (eamdem) gratiam spiritualem; sed per effusionem Spiritus S. diuersas gratias consequentur: alii *prophetiam*, vt *filii & filiæ*, qui maioris sunt meriti; alii *somnia*, vt *senes* iam prouectioris ætatis; alii *visiones*, vt *iuuenes*, qui vicerunt malignum 1 Ioh. 2, 13. 14. *Serui* vero & *ancillæ*, qui adhuc spiritum timoris habent, & non dilectionis, quia perfecta dilectio foras mittit timorem, *non habebunt prophetiam, non somnia, non visiones, sed Spiritus S. effusione contenti, fidei tantum & salutis gratiam possidebunt.* At si hanc gratiam possident, tum quid deest illis ad expellendum ex animo seruilem timorem? Benignius ergo hæc vltima B. Patris accommodatio accipienda est. *Non enim* (vt B. noster *Lutherus* scribit ad h. l. Tom. IV. Ien. fol. m. 791.) *nouas reuelationes per somnia & visiones, sed simpliciter ipsum donum Spiritus S. purificantis fide corda, & gubernantis animos, significat. Hoc donum vere huius temporis in N. T. est.* &c. &c.

℣. 3. *i*) *Et dabo prodigia;* vt olim in eductione Israelitarum

---

℣. 3. ותימרות *sic plene cum Mich.* 2. 5. 6. 9. 20. *sec. Mas. Erff.* h. l. *& impr.* Cant. 3. 6. Iidem sub ת *Chateph-pat.* habent. ׃ Ceteri omnes *defect.* & per *Schua* simpl. *Maiorg* tamen habet eadem 3.

ד אמר יהוה ובשרידים אשר יהוה קרא׃ כי הנה
בימים ההמה ובעת ההיא אשר אשוב את־שבות
2 יהודה וירושלם׃ וקבצתי את־כל־הגוים והורדתים
אל־עמק יהושפט ונשפטתי עמם שם על־עמי
ונחלתי ישראל אשר פזרו בגוים ואת־ארצי חלקו׃
3 ואל־עמי ידו גורל ויתנו הילד בזונה והילדה מכרו
4 ביין וישתו׃ וגם מה־אתם לי צר וצידון וכל גלילות
פלשת הגמול אתם משלמים עלי ואם־גמלים אתם
ה עלי קל מהרה אשיב גמלכם בראשכם׃ אשר־כספי
וזהבי לקחתם ומחמדי הטבים הבאתם להיכליכם׃
ובני

CAP. IV. אשיב קרי 22. Variant nimirum admodum Interpretes in huius capitis explicatione, vt videre licet apud *Calovium* ad h. l. Nos, vt illa, quæ v. c. de *Tyriis*, *Sidoniis*, & *Philistæis*, item de *Aegyptiis* & *Idumæis* h. l. dicuntur, ante & post captiuitatem Iudæorum Babylonicam *historice* contigisse, non dubitamus; ita plenissimum huius vaticinii complementum, per contextum ad nouissima Ecclesiæ fata, eq. ad *antitypum* illorum, referimus. *f*) *in diebus illis nouissimis*. c.3,1.2. *g*) sc. N. T. vid. not. Ier. 50, 4.20. *h*) *quando*, l. *quibus reducam* Ier.31,44. c.33,11. *i*, Ez.39,25. ℣. 2. *k*) vid. Es. 66, 18. Mich. 4, 12. Zeph.3,8. *l*) *Grotius*: Eas scil. qui populum meum male tractarunt, non ob peccata, propter quæ ego id permisi; sed odio mei, ac religionis a me traditæ. *m*) *& deducam eas*, qs. ad iudicii & supplicii locum. Deut. 21, 4. Ier.51,40. *n*) *in vallem Iosaphati*, seu potius, vt *Ion.* habet, *in vallem iudicii diuini*; vbi *Deus iudicabit* & vltionem sumet de Ecclesiæ suæ hostibus. vid. v. 12. 14. *Nomen mysticum* est, vt agnoscit etiam Abarb. fol. 243. col. 1. Aben Ezra confert 2 Par.20,16-26. ad quam historiam Propheta h. l. alludere videtur, vt Apoc. 16, 16. ad significationem mysticam nominis *Megiddo*, i. e. *excidii*. 2 Par.35,22. *Lutherus* intelligit *Ecclesiam*, ad quam omnes gentes per verbum vocandæ & iudicandæ sint; coll. Ioh. 16, 8. *o*) *vbi disceptabo cum illis*. Es. 66, 16. Ier. 25, 31. Zeph.3,8. Caussas nimirum exigam, cur id fecerint, &, vt *Ion.* habet, *vindictam de iis sumam*. cf. Es.34,8. c.35,4. Ps.79,10. Ps.94,1. *p*) v.5. c.2,19. *q*) c.2,17. Es.19, 25. c.47, 6. Gal.6,16. *r*) *quem disperserunt* Ps. 53, 6. vt quondam non Assyrii tantum & Chaldæi Ier.50,17. Esth.3,8. sed & viciniores quidam populi, illorum auxilio freti Ier. 49, 1. *s*) c. 1, 6. *t*) *diuiserunt*. Ios. 13, 7. Mich. 2, 4. ℣. 3 *u*) *Et super populo meo* v. 2. *x*) *iecerunt sortem*. vt de captiuis fieri mos erat. vid. Nah. 3, 10. Obad. v. 11. *y*) Recte Ion. Syr. & Abarbanel: *& dederunt pueros pro mercede meretricum*. ita enim illud ב interpretandum esse, indicat membrum sequens; & secutus est, vt etiam LXX. & Ar. habent: *pueros* Iudæos *donarunt meretricibus* vice pecuniæ. cf. Nah. 3, 4. Aliene Vulg. *& posuerunt puerum in prostibulo*. quod *Hieron.* explicat, vt virilem cogerent mutare naturam, coll. Rom. 1, 26. 27. *z*) *& puellam*. LXX. Syr. Ar. collect. *puellas*. (3) Gen. 34, 4. Zach. 8, 5. *a*) *pro vino & vili pretio vendiderunt*. cf. Am. 2, 6. *b*) *& leuissimo animo biberunt*. cf. Ps. 14, 4. & 2 Sam. 23, 16. 17. ℣. 4. *c*) *Ideo etiam*. Notanda hic est *digressio* s. excursus Prophetæ, dum *in antecedd. sine dubio agit de temporibus N. T.* nunc tamen subito conuertit se ad homines suæ aut proximæ ætatis, vt ex subiecto propheticæ suæ illos moneat, exhortetur & conuincat: quo facto, prophetiæ suæ filum repetit v. 9. seqq. Nimirum (vt *Vitringa* in typo doctr. proph. p. 189. seq. obseruauit) Propheta dum erat in describendis grauissimis iudiciis, quibus Deus, post effusionem Spiritus gratiæ, hostes Ecclesiæ successiue, & maxime extremo tempore, prosternet ob iniurias Ecclesiæ illatas, obuersantur animo eius iniuriæ, quibus populus Iudæus, pars Ecclesiæ vniuersalis, suo & proximo tempore adficiebatur a vicinis gentibus, *Tyriis*, *Sidoniis*, *Philistæis*: ad quos proinde *in transitu* orationem suam vertit, denuncians illis nomine Dei, tum ipsos quoque non abituros impunitos, tum etiam ipsorum peccata & scelera in illa terribili hostium Ecclesiæ strage vindicanda esse *sec. canonem iustitiæ diuinæ*. *d*) *quid vos ad me*, s. *quid vobis mecum negotii est?* cf. Ios. 22, 24. *Grotius*: i. e. *cur mihi molesti estis?* coll. Matth. 8, 29. *e*) cf. de his Ios. 11, 8. c. 19, 29. Es. 23, 1. Ez. 26, 1. seqq. Am. 1, 10. Ps. 83, 8. *f*) *& omnes termini*. Ios. 13, 2. c. 18, 17. *g*) Vulg. *Palæstinorum*. vid. 2 Par. 28, 18. & breuem eorum historiam Es. 14, 29. De nomine cf. not. Ex. 15, 14. *h*) *num talem retributionem?* He interrogatiuum est, vt Gen. 18, 21. Ipsum vero nomen, vt & verbum cognatum, *Neumanno* in Ex. L. S. p. 280. in genere *deflectionem & reflectionem* Gussetio vero p. 171. *commercium meritorum* significat, siue *conferendo*, siue *repetendo*, tum *bona*, tum *mala*. Quod ex vsu certum est. *i*) *vos rependitis mihi*; vel *confertis super me?* Num sine caussa, prouocatione aut data occasione, meos iniuria vos adficitis? vid. 2 Par. 28, 18. *Loquitur Christus de membris suis, eq. de semetipso*, vt Act. 9, 4. Cum על autem construitur hoc & sequens verbum etiam Es. 65, 6. Ps. 13, 6. 2 Par. 20, 11. sæpius vero cum ל, vt Es. 3, 9. c. 59, 18. Ier. 25, 14. *k*) *At, si talia vos confertis* vel *committitis* aduersus me? Ps. 7, 5. Per μνησικακεῖν id reddunt hic LXX. vt etiam Gen. 50, 15. *l*) *cito & velociter* Es. 5, 26. *m*) *ego meritum vestrum rependam* Es. 66, 15. Prou. 12, 14. *n*) *in caput vestrum*. v. 7. Obad. v. 15. Quod per Alexandrum Macedonem factum esse, putat *Abarb.* ad h. l. fol. 243. b. *Gurtlerus* vero ad excidium Tyri & Sidonis Christianæ per Saracenos, sub initium sæculi XIII. Theol. Proph. p. 670. seqq. sed minus solide. ℣. 5. *o*) *Propterea, quod*. v. 19. Deut. 3, 24. Ez. 23, 20. ἀνθ᾽ ὧν. Luc. 1, 20. c. 19, 44. *p*) *& pretiosa mea* 1 Reg. 20, 6. Hos. 9, 6. c. 13, 15. Es. 64, 10. *Grotius*: Ita hic adpellat Deus, non quæ templi erant, & Babylonem auecta sunt; sed ea quæ erant populi sui — Sic & modo v. 4. *sibi* dixit factam iniuriam, quæ populo facta erat. *q*) *optima*. cf. 1 Sam. 8, 14. 16. 1 Reg. 20, 3. *r*) LXX. & Vulg. *intulistis in delubra*; al. *in palatia vestra*, vt Es. 13, 22. Am. 8, 3. Prou. 30, 28.

b) *sicut dixit Dominus*. omnes sc. qui vitæ adscripti sunt Es. 4, 3. *c*) *& in residuis* s. *superstitibus*. cf. Ios. 10, 20. Ier. 42, 17. *Hieronymus*: *Residuos* eos debemus intelligere, qui *de Iudæorum* populo crediderunt, de quibus Esaias loquitur c. 1, 9. At *Calouius* p. 786. *& in residuis gentium*, h. e. vt *Cocceius* scribit, in supplemento seminis. cf. Rom. 4, 12. 16. 17. 24. *d*) Vulg. *quos Dominus vocauerit*, nempe per verbum suum Act. 2, 39.

CAP. IV. ℣. 1. *e*) *Nam*, (ne dubium videatur, quod de aduentu Messiæ c. 2, 23. de effusione Spiritus S. c. 3, 1. & de fidelium conseruatione c 3, 5. promisi) *ecce!* certissime futurum confirmo; vt non tantum captiuos meos reducam, sed etiam in hostes eorum seuerissime animaduertam, eosdemque puniam. cf. Ier. 30, 3. 10. c. 31, 8. Hos. 9, 6. *Partes* huius capitis sec. *Schmid.* *duæ* sunt: I. *Liberatio Israelis* e captiuitate & ab hostibus v. 1. II. *Conuersio gentium* per iudicium in valle Iosaphat v. 2. vbi (*a*) *citatio* ad iudicium v. 9. (*b*) Iudicii *processus* v. 13. (*c*) *euentus* v. 17. At sec. *Gurtleri* Theol. Proph. p. 113. *Deus hic prædicit* I. *Pœnam hostium* Ecclesiæ v. 1-3. præsertim Tyriorum ac Sidoniorum v. 4-8. & reliquarum gentium, terras Ecclesiæ inuadentium v. 9-15. II. *Præconium Euangelii*, & Ecclesiæ defensionem perpetuam v. 16. 17. veritatisque propagationem latissimam v. 18. III. *Aegypti & Edomi* vastitatem v. 19. IV. Sempiternam denique *Ecclesiæ pacem* v. 20. 21. Ita *Maius* Oecon. V. T. p. 882. Plenius, inquit, hic explicantur *fata Ecclesiæ sub Antichristo*, quoad eius oppressionem adflictionemque, & plenariam liberationem: perinde vt in Apocalypsi c. 11, 2. c. 16, 13. 14. 16. c. 21. & 22.

CAP. IV. ℣. 1. Sequimur diuisionem Capitum, prout est in 7. 17. 18. 22. 24. *Bor.* At Caput III. hic demum auspicantur 6-11. 13. 19. 20. idemque contra vsque ad nostrum c. 4, 9. continuant 12. 14. 15. 16. 21. 23. ℣. 5. ובשרידים *defect.* 1. 5. sec. *Mas.* 1. & *Erf.* sed contra *impr.* ℣. 2. אשר per *Makk.* 1. 2. 6. 9. 20. ℣. 3. הילד Particulam את præmitt. 6. 9. 26. Sic fu. 5. והילדה super. *Cholem* (*filium & matrem, quæ peperit*) in marg. 1. 6. 9. ℣. 4. הגמול *Gimel* sine *Dag.* 26. על prius, *Kamed* per *Pat.* 1. 6. 8. 9. 12. 14. 16. 17. 18. 20. 21. 22. & *Ber.* contra *Mas.* 1. 2. *impr.* & *Erf.*

6 וּבְנֵי יְהוּדָה וּבְנֵי יְרוּשָׁלַ͏ִם מְכַרְתֶּם לִבְנֵי הַיְּוָנִים לְמַעַן
7 הַרְחִיקָם מֵעַל גְּבוּלָם׃ הִנְנִי מְעִירָם מִן־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר־
מְכַרְתֶּם אוֹתָם שָׁמָּה וַהֲשִׁבֹתִי גְמֻלְכֶם בְּרֹאשְׁכֶם׃
8 וּמָכַרְתִּי אֶת־בְּנֵיכֶם וְאֶת־בְּנוֹתֵיכֶם בְּיַד בְּנֵי יְהוּדָה
וּמְכָרוּם לִשְׁבָאיִם אֶל־גּוֹי רָחוֹק כִּי יְהוָה דִּבֵּר׃
9 קִרְאוּ־זֹאת בַגּוֹיִם קַדְּשׁוּ מִלְחָמָה הָעִירוּ
הַגִּבּוֹרִים יִגְּשׁוּ יַעֲלוּ כֹּל אַנְשֵׁי הַמִּלְחָמָה׃ 10 כֹּתּוּ אִתֵּיכֶם
לַחֲרָבוֹת וּמַזְמְרֹתֵיכֶם לִרְמָחִים הַחַלָּשׁ יֹאמַר גִּבּוֹר
11 אָנִי׃ עוּשׁוּ וָבֹאוּ כָל־הַגּוֹיִם מִסָּבִיב וְנִקְבָּצוּ שָׁמָּה הַנְחַת
12 יְהוָה גִּבּוֹרֶיךָ׃ יֵעוֹרוּ וְיַעֲלוּ הַגּוֹיִם אֶל־עֵמֶק יְהוֹשָׁפָט כִּי
13 שָׁם אֵשֵׁב לִשְׁפֹּט אֶת־כָּל־הַגּוֹיִם מִסָּבִיב׃ שִׁלְחוּ מַגָּל
כִּי בָשַׁל קָצִיר בֹּאוּ רְדוּ כִּי־מָלְאָה גַּת הֵשִׁיקוּ הַיְקָבִים כִּי
14 רַבָּה רָעָתָם׃ הֲמוֹנִים הֲמוֹנִים בְּעֵמֶק הֶחָרוּץ כִּי קָרוֹב יוֹם
יְהוָה

℣. 6. s) Iudaeos autem & Hierosolymitanos *vendidistis Graecis*; quibus magnum ab omni aeuo cum Phoenicibus commercium fuit. vid. Ez. 27, 13. & not. Deut. 28, 68. cf. etiam Gen. 10, 2 4. Dan. 8, 21. Tale quid factum fuisse videtur sub Ahazo 2 Par. 28, 17. 18. cf. Am. 1, 6. ὁ. ἑλλήνων. quod quia etiam *gentes* in genere notat in N.T. vt Rom. 2, 9. 10. ideo *Hieronymus* h.l id de haereticis interpretatur: Haereticus, inquit, quoscunque deceperit & sua fecerit adorare simulacra, *filios Iuda & filios Hierusalem vendit Graecis* s. *gentilibus*; *& eos de Christianis ethnicos facit* &c. *Cocceius* vult significari, quod filios Ecclesiae tradiderint educandos & imbuendos doctrina Aristotelica potius, quam Spiritus S., vt ita longe amouerentur a suo limite, i. e. a veritate re ignis Christianae. Sed & constat, *Latinorum* plurimos, Paparum instinctu in Palaestinam profectos, *Graecorum* fraudibus interiisse; inquit *Gurtlerus* Theol. Proph. p. 671. seq. t) *vt procul abigeretis eos*. c. 2, 20. u) *a termino suo*. Ios. 18, 5. *Grotius*: Quo minor esset facultas eos redimendi.

℣. 7. x) *Ecce ego exsuscitaturus sum eos*. v. 9. 12. Ion. *Ecce ego palam reducturus sum eos inde, quo vendidistis eos*. *Grotius*: per Alexandrum scil. eiusque successores, qui in gratiam Iudaicae gentis multos Iudaeos, in Graecia seruientes, liberatos reddiderunt, coll. exemplo Demetrii apud *Joseph*. A. I. XIII 5. y) v. 4. i. e. poenas vobis reponam, vt sequentia explicant. cf. Thren. 3, 64. z) cf. Iud. 9, 57. 1 Reg. 2, 33. Obad. v. 15.

℣. 8. a) *Vendam enim*. cf. Iud. 2, 14. b) cum victore Hiskia 2 Reg. 18, 8. tum, vt *Graecus* adnotat, cum Gaza, Sidon & Tyrus ab Alexandro captae sunt. c) qui *venundabunt eos Sabais*, s. Arabibus. Ion. *filiis* s. posteris *Scheba*. Gen. 10, 7. cf. 1 Reg. 10, 1. Ier. 6, 20. LXX. & Ar. εἰς αἰχμαλωσίαν. quod conf. cum Apoc. 13, 10. d) *ad gentem a vobis remotam* abducendos. cf. ad phrasin Ios. 9, 6. 9. & Deut. 28, 49. &c. e) Ion. *quia per Verbum Domini decretum est fit*. adeoque certissimum est. cf. Es. 1, 20.

℣. 9. f) *Praedicate* s. *proclamate* (c. 1, 14. c. 2, 15.) *hoc inter gentes*, vt norint, quid futurum sit; quia ad omnes hoc spectat. Redit enim Propheta ad explicanda nouissima Ecclesiae fata, post excursum illum v. 4. seqq. institutum. g) cf. c. 1, 14. Mich. 3, 5. & not. Ier. 6, 4. c. 51, 28. *Hieronymus*: Locus iste dupliciter intelligitur. Quidam enim arbitrantur, *haec sanctis gentibus praedicari*, vt praeparentur ad bellum, & pro populo Dei dimicent. — *Nobis autem videtur esse contrarium*. Quod & nos putamus. Ironica enim est allocutio ad gentes Antichristianas. h) Vulg. *suscitate robustos*. v. 7. ὁ. τοὺς μαχητάς, vt c. 2, 7. i) *accedant*. Es. 41, 1. Ier. 46, 3. k) *ascendant* s. *veniant ad appugnandum*. v. 12. Es. 7, 1. 1 Sam. 7, 7. l) *omnes bellatores*. Deut. 2, 14. q. d Frustra tn. immo nociua vobis haec omnia molimina erunt. cf. Es. 8, 9. 10.

℣. 10. m) *Tundite, cudite*. Ion. *Parate*. Es. 2, 4. n) *vomeres* s. *ligones vestros*. (5) 1 Sam. 13, 20. o) *In gladios*. Ez. 38, 4. p) *& falces vestras* Es. 18, 5. ὁ. καὶ τὰ δρέπανα ὑμῶν. cf. infra v. 13. q) *in hastas*. Num. 25, 7. contrario studio, quam Es. 2 4. Mich. 4, 3. Sic *Virgilius* Georg. I. 508. *Et curuae rigidum falces conflantur in ensem*. r) *debilis* etiam (1) cf. verbum Ex. 17, 13. *dicat*. Nota emphaticos accentus, quibus pars figni a dicto distinguitur. *Grotius*: Etiam infirmi numerum augeant, qs. aliquid possint. s) *robustus & fortis ego sum* v. 9. Es. 5, 2. Ier. 46, 12. Am. 2, 14. q. d. animos sibi sumat. Ridet hostilem praesumtionem, temeritatem, audaciam.

℣. 11. t) Vulg. *Erumpite*. LXX. Syr. & Ar. *Congregate vos*. Ion. *Congregent se*. Aliis idem est quod חושו *festinate*. sic Tig. Al. *Concursate*. (1) Rad. Arab. est *circumiit noctu* vulpes, *Noctu quaesiuit*, *Captauit* lupus praedam. it. *curauit* & *Operam dedit* &c. & cogn. עשׁשׁ per Gain, *ingressus fuit, peruasit* regionem. u) *omnes inimicae gentes*. cf. v. 12. Es. 60, 11. x) v. 11. Ier. 4, 17. Ez. 39, 17. y) Vulg. *& congregamini*. Similis forma Imperatiui est Ier. 50, 5. al. *& congregent se*, quicumque volunt. z) verum *illuc descendere fac, o Iehoua*. Apostrophe Prophetae ad Deum: qui adnuit v. 12. Verbum cf. Ier. 21, 13. Ps. 38, 3. & Synonymum infra v. 13. a) *fortes* s. *heroas tuos*, opponendos hostium robori v. 9. vide Apoc. 19, 11. 14. Alii Angelos intelligunt ex Ps. 91, 11. Ps. 103, 20. coll. 2 Reg. 19, 35.

℣. 12. b) Vulg. *Consurgant, excitentur*. Schmid. *Excitabuntur itaque*. v. 9. Ier. 50, 41. Hab. 3, 9. c) *& adscendant* impiae gentes. v. 9. 11. d) *in vallem Iosaphat* s. *iudicii diuini*. v. 14. vid. not. v. 2. e) ratio nominis & istius citationis. f) *ibi* namque *sedebo*. cf. Ps. 9, 5. Dan. 7, 9. 10. Apoc. 20, 4. Ion. *ibi* namque *reuelabor*. sc. ipso opere s. effectu. g) Ps. 9, 8. 9. Ps 96, 13. Ps. 98, 9. h) v. 11. cf. Es. 66, 15. 16. Zeph. 3, 8.

℣. 13. i) *Mittite, emittite*; vos executores iustitiae diuinae. v. 11. Verbum cf. Gen. 22, 10. 12. &c. k) *falcem*. (2) Ier 50, 16. Ion. *stringite in eos gladium*. Vt sicut ager falce demetitur, ita gladio gentes. l) *quia maturuit*. Gen. 40, 10. m) *messis*. i. e. maturuerunt ad iudicia diuina. Ion. *quia aduenit tempus finis eorum*. cf. Es. 27, 11. Ier. 51, 33. Matth. 13, 39. Apoc. 14, 15. n) *venite, descendite* ad locum iudicii. cf. v. 11. Ion. *descendite, conculcate interfectos fortium eorum, sicut quod calcari solet in torculari*. o) quia *plenum* vuis est *torcular* (5) Thr. 1, 15. & campi militibus pleni sunt. p) *exundarunt*, vel *exundabant lacus torculariorum*. c. 2, 24. Ion. per Imperatiuum: *fundite sanguinem eorum*; qui & alibi cum vino comparari solet. vid. Es. 63, 3. & cf. diem caedis magnae Es. 30, 25. c. 49, 26. c. 66, 16. Ps. 110, 6. & imprimis Apoc. 14, 19. 20. q) *quia magna facta, & nimis cumulata est malitia eorum* Gen. 18, 20 Ion. 1, 2.

℣. 14. r) Vulg. *Populi, populi*. Tig. *Turbae, turbae*. S. *Cumuli, cumuli*. Ion *Exercitus, exercitus*; creberrimi scil. cf. Ez. 31, 2. 18. c. 32, 12. 20. Gen. 17, 4. 5. &c. & geminationem multiplicatiuam Gen. 14, 10. Ex. 8, 10. 2 Reg. 3, 16. s) erunt, vel (quia Propheta in spiritu eos iam videbat) sunt *in valle excidii* Apoc. 16, 16. s. *definiti & seueri iudicii*. ὁ. τῆς δίκης. Ion. *diuisionis iudicii*, vt supra v. 2. 12 cf. Es. 10, 23. c. 28, 22. Iob. 14, 5. Dan 11, 36. S participialiter: in valle *decisa*, vt Es. 10, 21. Vulg. *concisionis* (scil. hostium Dei;) veluti per *tribulam* Es. 28, 27. c. 41, 15. coll. Am. 1, 3. t) *nam prope* aderit: cf c. 1, 15. Apoc. 1, 1. 3. c. 22, 10. 12. u) *dies Domini*, & vltio eius. cf. c. 1, 15. c. 2, 1. c. 3, 4. 2 Thess. 2, 2. Apoc. 6, 17. &c.

℣. 7. מִן־הַמָּקוֹם sic 2. 5. at הִנְנִי מְעִירָם מִן־הַמָּקוֹם 1. 3. שָׁמָּה ita *orientales* scribunt, שָׁם vero legunt. ℣. 9 יִגְּשׁוּ per *Paschta* 2. sic 1e. 5. ℣. 11. הַנְחַת sine *Meth*. 1. 22. ℣. 13. גַּת sine *Dag*. 1. 2. 3. 5. 7. 8 22. 23 & *B. Naphtali*, vt habet *M. 1.* quod tn. probat *Dag*. ex correctis libris. ℣. 14. הֲמוֹנִים sic *plene* vtrobique 1. 2. 3. 5. 22. & in marg. 6. 9. secund. *Mas*. 1. & *Erf*. Reliqui *defect*.

טו יְהוָה בְּעֵמֶק הֶחָרוּץ׃ שֶׁמֶשׁ וְיָרֵחַ קָדָרוּ וְכוֹכָבִים אָסְפוּ
16 נָגְהָם׃ וַיהוָה מִצִּיּוֹן יִשְׁאָג וּמִירוּשָׁלַםִ יִתֵּן קוֹלוֹ וְרָעֲשׁוּ
שָׁמַיִם וָאָרֶץ וַיהוָה מַחֲסֶה לְעַמּוֹ וּמָעוֹז לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל׃
17 וִידַעְתֶּם כִּי אֲנִי יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם שֹׁכֵן בְּצִיּוֹן הַר־קָדְשִׁי
וְהָיְתָה יְרוּשָׁלַםִ קֹדֶשׁ וְזָרִים לֹא־יַעַבְרוּ־בָהּ עוֹד׃
18 וְהָיָה בַיּוֹם הַהוּא יִטְּפוּ הֶהָרִים עָסִיס
וְהַגְּבָעוֹת תֵּלַכְנָה חָלָב וְכָל־אֲפִיקֵי יְהוּדָה יֵלְכוּ מָיִם
וּמַעְיָן מִבֵּית יְהוָה יֵצֵא וְהִשְׁקָה אֶת־נַחַל הַשִּׁטִּים׃
19 מִצְרַיִם לִשְׁמָמָה תִהְיֶה וֶאֱדוֹם לְמִדְבַּר שְׁמָמָה תִּהְיֶה
מֵחֲמַס בְּנֵי יְהוּדָה אֲשֶׁר־שָׁפְכוּ דָם־נָקִיא בְּאַרְצָם׃
כ וִיהוּדָה לְעוֹלָם תֵּשֵׁב וִירוּשָׁלַםִ לְדוֹר וָדוֹר׃ וְנִקֵּיתִי דָּמָם
לֹא־נִקֵּיתִי וַיהוָה שֹׁכֵן בְּצִיּוֹן׃

v.15. x) Sol & Luna obscurabuntur. cf. c.2,10. c.3,4. Es.13,10. & vid. Apoc. 6,12. Quod quidam sec. literam futurum putant, & ad extremum iudicii diem referunt; vid. Pocock. ad h. l. ed. Lips. p. 340. alii figurate de maximis ærumnis, vt supra c.2,10. Alii symbolice Regem & summum sacrorum Præsidem intelligunt; coll. Es. 24,23. Cant.1,6. Ps.121,6. cf not. supra c 3,4. y) & stellæ retrahent splendorem suum. cf. c. 2,6 10 Es.60,20. Præterita sunt Prophetica, vt frequentissime. cf supra c. 1,5.

v.16 z) Iehoua autem e Sione s. Ecclesia sua (c.3,5. Ps. 50, 2. Heb.12,22.) rugiet, instar leonis Apoc. 5, 5. c.10,3. cf. Am.1,2. c. 3, 8. Hos. 11, 10. & illic not. a) & ex Hierosolyma noua Es.61,10. c. 65,18. c.66,10. Zeph.3, 16. cf. Luc. 24,47. b) edet maiestaticam vocem suam. c.2,11. cf. Es.66, 6. Ps. 46, 7. Ps. 68,34. Ioh. 5, 25. Act. 27,30.31. Apoc.14,6.7. c) vt moueantur s. contremiscant cælum & terra. c.2,10. Es.13,13. c.24,18. Ps.18,8. Ez.38, 20. Matth. 24, 29. Apoc.16,18. Alii conferunt Ioh. 5,28. 1 Thess.4,16. 2 Petr. 3, 10. d) erit tamen Iehoua receptus s. refugium populo suo. Es. 4,6. c.25,4. Ps.46,2. cf. Zeph.3,17. Luc. 21,18. e) & munimentum Es. 25,4. Iud. 6, 26. cf. Prou. 18, 10 f) vid. Zeph.3,14. seqq. Rom. 9,6 Gal.6,16.

v.17. g) c.2,27. Ez. 36,11. c.37,6.13.14. h) quod ego, Iehoua, Deus vester, habitem in Sione, & gratiose præsens sim Ecclesiæ meæ, eamque sanctificem & protegam. v.16.21. Es. 8,18. Zeph 3.17. Apoc.21, 3. i) Ps.2,6. cf. Ioh. 4,21. 23. k) & vere erit Hierosolyma illa noua v.16. l) vrbs sancta. cf. Es.52,1. c.60,21. Ier. 31, 40, Obad. v. 17. Zach.14,20.21. Apoc. 21, 10. cf. Neh. 11, 1. Matth.4,5. m) & alieni Es.61, 7. c. 25, 2. 5. Ier. 51,51. n) non amplius transibunt per eam. Ion. non amplius habitabunt in ea. vid. Es. 35, 8. Iec.30,8. Zeph.

קמץ בלא אס״ף

3,15. Zach. 14, 21. Apoc.21,27. c.22,15. coll. c. 11,2.

v.18. o) Fiet itaque - stillabunt; i.e. certissime stillabunt. cf. c.3,5. p) vid. v. 1. q) stillabunt mustum. Metaphora de omnium bonorum, præsertim spiritualium, abundantia. cf. Am.9,13. Ps.23, 6. Es. 30, 23. Ps. 72,3. r) mustum. Ion. vinum præstantissimum. (s) c. 1, 5. cf. Hos. 2, 24. t) & colles Am.9, 13. t) fluent lacte Euangelii Es.55,1. Ion. fluent vino. cf. Ex.3,8. Ier.11,5. & 1Tim.4,8. u) & omnes alvei c.1,20. 2Sam.23,16. x) Iudææ s. Ecclesiæ Christianæ. v.6.20. Es.19,17. y) manabunt aquis. cf. Es 30,25. c.44,3.4. z) & fons Ps 87,7. cf Es.12,3. Ps.36,10. Ps.68,27. Apoc.7,17. a) Abarb. fol.242. Hac promissione, inquit, & illud continetur (quod Es.2,3. legimus) quod ex Sione proditura sit lex, & verbum Domini in vniuersum mundum: id quod figurate significatur per fontem domus Domini. Quod pluribus exponit fol. 243. col.3. vid. Ez.47,1. Zach.14,8. Apoc.22,1.2. b) & rigabit, alludit ad Gen.2,10. c) vallem (vt 2Reg.3,16.17.) Vulg. Tig. torrentem, S. flumen. quæ significatio alioquin vsitatior est. d) S alique Schittim. Dictus sic fuit locus, vbi vltima quondam fuerat mansio Israelitarum in deserto Num 25,1. Mich.6,5. ab arbore Arabica Schitta Es.41,19. quam Hebræi ad cedros referunt; vnde alii hic vertunt: vallem cedrorum præstantissimarum, coll. Ps.92,13. Vulgata vero: torrentem spinarum. Est autem, vt Hieronymus scribit ad h l. genus arboris in eremo, spinæ albæ simile colore & foliis, non magnitudine. Alioqui tam grandes arbores sunt, vt latissima ex illis tabulata cædantur: lignumque fortissimum est, & incredibilis leuitatis ac pulcritudinis, ita vt ex his etiam vasa torcularium, quæ ἄρσενας κ̀ θηλυάς vocant, ditissimi quique & studiosissimi faciant. Quæ ligna in locis cultis, & in Romano solo, absque Arabiæ solitudine non inueniuntur. Ex hisce lignis Arca fœderis, & cetera, quæ in tabernaculo Dei legimus, facta sunt Ex 25,10.&c. v.19. e) Aegyptus, mystice sic dicta. Es 11,15. Apoc.11,8. Calouius: sub nomine Aegypti & Idumææ hostes Ecclesiæ designantur. f) Ez.29,9. Mich.7, 13. g) & Idumæa Am.1,11 s. regnum Antichristianum. cf. Es.11,14.c.34,5 6 c.63,1. Cyrillus: Quod ad sensum historicum attinet, punita est Aegyptus, quando Cambyses, Cyri filius, regnum subegit. Et Idumæa redacta est in solitudinem, quod res ipsa loquitur. Ceterum videntur prophetica verba pactum occultum tegere &c Calouius: Alludi ad veteres historias, non abnuimus; sed tempora respiciuntur N. T. eorumque sors phrasibus & historiis V. T. adumbratur. Gurtlerus Theol. Proph. p.719. Post bellum, inquit, Romanum contra Iudæos gestum, Idumæi cessarunt esse singularis populus Obad. v.18. Igitur, quia nullus superest populus Idumæus his temporibus, de quibus Ioel loquitur, oportet alius intelligatur Idumæo similis. Iudæi constanter de Romanis explicant. Idumæi eadem cum Israelitis stirpe erant procreati, illorum vicini, sed hostes immisericordes, sanguinem sitientes, rapaces, superbi, criminabantur Deum, confidebant munimentis, destructi tandem. Ita & Antichristiani. h) Vulg. pro eo, quod inique egerunt in filios Iuda. & vt Cyrillus habet, eos intolerabiliter vexaruut. Nempe Genitiuus hic est patientis, vt Iud.9,24. Obad.v.10. Hab.2,8.17. i) v.6. Cyrillus: h.e. sanctos, filios confessionis. Redditur enim Iudas confessio. Sic Lutherus in h. l. significat Iuda hominem, qui agnoscit, confitetur & laudat Deum propter misericordiam suam humano generi exhibitam. Reliqui enim omnes, qui hoc beneficium non admirantur & prædicant, Deum blasphemant. Conf. Apoc.2,9 c.3,9. k) Noldius p.106 eo, quod vid. v.5. l) Ps 79,3.10. m) Es.59,7 Ps.10,8. Ps.94,21. n) in terra sua vel eorum. Vide sis Gurtl. p.693 v.20. o) At Iudæa s. Ecclesia Christi, v.13.19. Abarbanel: Iuda cum omnibus tribubus, & Ierusalem cum ceteris vrbibus Israelis scil. vt nos id accipimus, in emphasi sic dicti. coll. Apoc.7,4. & Gal.3,28.29. c.6,16. Apoc. 2,9. &c. p) in æternum manebit s. habitabitur (Es.13,20.) cf. supra c 2,26.27. Es.60,21. Ier.31,40. Ez.37,25. c.43,7.9. Mich.4, 7. Zach.2,8. Matth 16,18. c.28,20. q) & noua illa ac spiritualis Hierosolyma. vid. v.16. Es.54,1. Apoc.2,3.4. r) cf. Es.58,12. c.60,15. v.21. s) Et mundabo; vel absoluam, siue innocentem declarabo eorum sanguinem, quem innocentem non declaraueram. Difficile comma est, quod varie construunt & exponunt interpretes. Sed multi non proxime ex significatione verbi, neq, etiam sec. accentus. Melius Vulg. Et mundabo sanguinem eorum, quem non mundaueram. coll. simili ellipsi relatiui, & accentuum nexu Ps 51,10. Sic Tig. quos non mundaui scil. ppt. ipsorum impœnitentiam & incredulitatem Ier 31,34. Ez.43,9. Hos.11,15. &c vel, vt alii putant, ppt. Legis impotentiam Act.13,39. c.15,9.10. coll. Heb 9, 16.23 c.10,1 4 Tremell. vertit: Vbi mundabo eos, quorum sanguinem non mundabam, & gentes intelligit, coll. Eph.3, 1.2. Schmid. vero cum Pagnino: Tum mundabo quidem, sed sanguinem eorum non mundabo. h e. vt nos intelligimus, mundabo quidem resipiscentes Ps. 19,13. Iob 9,28. c.10,14. sed sanguinem eorum (confessorum Christi, Iudæ v.19.) non mundabo, aut impune ab hostibus effusum esse sinam. coll. Verbo Ex.20,7. c.34,7. Num.14,18. 1Reg.2,9. Ier.30,11. Nah. 1,3. Simplicissima tn. videtur explicatio, quam ab initio posuimus; aut hæc Coccejj: Et innocentes declarabo, quorum sanguinem pro innocenti non tractaui, sed quos, veluti impios ppt. confessionem veritatis ab antichristianis gentibus v.19. trucidari permisi. coll. Apoc.6,10. &c. t) cf. Ps.72,14. Ps.79,3. Es.26,21. Apoc.16,6. c.17,6. c.18,24. u) sic Dominus habitans erit cf. Apoc.7,15. c.21,3. non in templo manu facto, sed alio, quod per illud adumbratum, & ab ipso extructum fuit. cf. Es.66,1. Zach.6,13. Heb.3,3.6. x) in Ecclesia sua v.16. Es.12,6. c.24,23. Ps 2,6. Ps.87, 1. sqq. vnde recessisse videbatur, Antichristo in templo Dei sedente 2 Thess.2,4. Apoc.13,6. cf Es.60,19. c.66,14. Ez.37,26. c.43,7.9. c.48,35. Apoc.21,3.22. c.22,3.4 De Ecclesia triumphantium in cælis, id multi accipiunt. Sed vti in spiritualibus promissis excludi minime possunt beneficia, quæ in regno gratiæ fidelibus exhibentur, quorum plenaria fruitio in cælis, in regno gloriæ expectatur, ita etiam hæc commoratio Domini in Sione præsentiam tum gratiosam pariter ac gloriosam complectitur, quod Sioni & fidelibus suis tum in his terris gratiose adesse, tum in cælis gloria sua illos implere velit. Est enim vna Sion, Ecclesia militans & triumphans, quæ in hoc & futuro seculo capitis sui Christi Iesu præsentia & cohabitatione perenni exhilaratur. inquit Calouius ad h. l.

v.16. וְשָׁאַג per Pas. 1. 3. 5. 16. v.17. שֹׁכֵן בְּצִיּוֹן sic 1.3.5. v.19. דָּם־ per Pas.1.2.3.5.

IN AMOSI PROPHETIAM

PRAEFATIO.

Amosus Thekoita vixit *tempore* Vzziæ ac Ieroboami II. coæuus Esaiæ atque Hoseæ, quos vide c. 1, 1. Homo simplex ac tenui *conditione*, quippe pecorum antehac pastor; sed post vocationem diuinam grauis atque intrepidus Propheta. *Oriundus* ex Iuda fuit, sed apud Bethelenses in Israelitico regno prophetauit c. 1, 1. c. 7, 11. seqq. *Occasio* prophetiæ fuit florens Israelitici regni sub Ieroboamo status 2 Reg. 14, 25. seqq. indeque orta populi securitas Amos 6, 13. multorum magnorumque flagitiorum mater c. 2, 6. seqq. c. 3, 9. 10. c. 4, 1. 4. 5. c. 5, 7. 10. 18. c. 6, 1. &c. quam vero Deus grauissimis Amosi comminationibus excussum iuit, eum in *finem*, vt resipiscerent c. 4, 12. c. 5, 4. 5. 6. 14. 15. Vaticinatur quidem & contra Iudæos vicinasque gentes, *sed contra Israelitas* maxime. *Argumentum* est I. *comminatorium*, cuius primo compendium præmittit c. 1, 2. deinde vero speciatim prosequitur, agens (1) de iudicio Dei contra gentes c. 1. & c. 2, 1- 3. (2) de euersione regni Iudaici per Babylonios, & Israelitici per Assyrios v. 4--c. 9, 10. Quo pertinent conciones partim *nudæ* c. 2--6. partim typis ac visionibus *figuratæ* c. 7. 8. 9. II. *Euangelicum*, de regno Christi, Israelitis ac gentibus auspicato futuro c. 9, 11--15.

Amosi Tempus,
2. *Conditio.*
3. *Patria.*
4. *Occasio prophetiæ.*
5. *Scopus.*
6. *Auditores.*
7. *Argumentum & Partes.*

LIBER
AMOS,
Hebr.
עמוס

CAP. I.

א דִּבְרֵי עָמוֹס אֲשֶׁר־הָיָה בַנֹּקְדִים מִתְּקוֹעַ אֲשֶׁר
חָזָה עַל־יִשְׂרָאֵל בִּימֵי ׀ עֻזִּיָּה מֶלֶךְ־יְהוּדָה
וּבִימֵי יָרָבְעָם בֶּן־יוֹאָשׁ מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל שְׁנָתַיִם לִפְנֵי הָרָעַשׁ׃
2 וַיֹּאמַר ׀ יְהוָה מִצִּיּוֹן יִשְׁאָג וּמִירוּשָׁלִַם יִתֵּן קוֹלוֹ וְאָבְלוּ
נְאוֹת הָרֹעִים וְיָבֵשׁ רֹאשׁ הַכַּרְמֶל׃ 3 כֹּה אָמַר
יְהוָה

CAP. I, ℣. 1. *a*) h. e. *verba Amoso* diuinitus inspirata. vid. Ier. 1, 1. Coh. 1, 1. & cf. Hagg. 1, 12. *b*) *inter pecuarios*, vel *de pecuariis* (2) 2 Reg. 3, 4. vbi *dominum ac diuitem pecoris* notat; vnde hic quoque *Ion.* vertit *dominus gregum*, & *Aquila* ἐν ποιμνιοτρόφοις vel κτηνοτρόφοις. Verum vt רועה non *mercenarium* modo *pastorem*, sed *dominum* quoque *gregis* significat; e. g. Gen. 4, 2. c. 47, 3. ita vicissim נוקד *mercenarium* notare etiam potest: & huiusmodi fuisse Amosum, vero simile admodum fit ex c. 7, 14. 15. vbi non solum gregem se pauisse, sed sycomoris quoque colligendis, tenuissimo vitæ generi, operam dedisse ait. Non igitur fuit magnus inter Iudæos doctor, neque illustri stemmate aut munere conspicuus: fuit tamen cum piscatoribus Galilæis in schola Domini illustris. cf. Prou. 30, 2. seqq. *c*) oppido tribus Iudæ, cum vicino deserto 2 Par. 11, 6. c. 20, 20. 1 Macc. 9, 33. De quo *Hieronymus* Procem. in hunc Prophetam: Sex millibus ad meridianam plagam abest a sancta Bethleem. -- & vltra nullus est vicu- קמץ בז"ק lus, ne agrestes quidem casæ -- Tanta est eremi vastitas, quæ vsque ad mare rubrum -- dilatatur. Et quia humi arido atque arenoso nihil omnino frugum gignitur, cuncta sunt plena pastoribus; vt sterilitatem terræ compensent pecorum multitudine. Ex hoc numero pastorum & Amos Propheta fuit. *d*) non carnis oculis, sed mentis intuitu; per reuelationem Dei; h. e. *quæ prophetauit.* Es. 1, 1. *e*) in latitudine sua. Videlicet post vaticinia contra Damascum v. 3--5. Philistæos v. 6--8. Tyrios v. 9. 10. Idumæos v. 11. 12. Ammonitas v. 13--15. ac Moabitas c. 2, 1--3. primo nominatim contra Iudam c. 2, 4. 5. ac Israelitici regni tribus v. 6. seqq. prophetat; posthac vero vaticinatur quidem inprimis contra X. tribus, inter quas habitauit quoque c. 7, 10. seqq. ita tamen. vt Iudaicum regnum, propter paria crimina subinde coniungat, vt c. 3, 1. c. 6, 1. &c. *f*) qui sequenti Israelitico Regi coæuus fuit. 2 Reg. 15, 1. seqq. *g*) *Ieroboami* secundi, quem adpositum patris nomen ab *Ieroboamo* primo, Nebati filio, distinguit. c. 7, 9. 10. 2 Reg. 14, 23. seqq. Hos. 1, 1. *h*) *biennio ante terræ motum.* Ferunt, hunc eo tempore accidisse, cum Vzias indebitum sibi sacerdotium arrogasset, coll. Es. 6, 4. verum id ita se non habere, colligit *Lightfootus* in Chron. p. 95. 99. coll. 2 Reg. 15, 30. 33. ex quo loco Vziam probat eodem anno, quo lepra percussus, etiam mortuum fuisse. Ceterum horrendus hic terræ motus fuit Zach. 14, 5. maiorisque mali præludium, non minus, quam locustæ Ioel 1, 2. seqq. Am. 7, 1. ignes de cœlo missi c. 7, 4. & terræ ariditas ac subsequuta fames c. 4, 6. seqq. Ier. 12, 13. cum not. Cf. Es. 5, 25. Quod vero nonnulli putant, ipsum Prophetam nostrum de eo, priusquam fieret, c. 3, 15. c. 9, 1. (addi etiam posset c. 4, 11. c. 7, 4.) iam loquutum fuisse, id ex contextu horum locorum haud satis firmiter probatur, & ipsi quoque *Abarbaneli* ad h. l. displicet. ℣. 2. *i*) *e Sion -- & ex Hierosolyma*, vbi erat templum & Dei religio; vt doceret, Deum non in Israel vrbibus, id est in Bethel & in Dan, vbi erant aurei vituli, nec in metropoli Samaria (&) Iezrael, sed in vera religione versari. *Hieron.* Sensus igitur: *Iehouah*, maiestaticus ille Deus, cuius numen hucusque Tsione ac Hierosolymis resedit cultumque fuit, velut leo gregibus rugitu, sic gentibus mox nominandis iræ suæ demonstratione ingentem incutiet terrorem, quem strages certissima regionum pariter ac incolarum sequetur, aut comitabitur potius. *k*) *rugiet* ad instar leonis, cuius terribili voce cuncta terrentur animantia c. 3, 8. -- Opinatur quidem *Hieronymus*, Amosum, qui pastor de pastoribus fuit -- artis suæ vsum esse sermonibus, vt vocem Domini terribilem atque metuendam, rugitum leonum & fremitum nominaret, euersionem Israeliticarum vrbium pastorum solitudini & ariditati montium comparans. Verum & alii Prophetæ, cum horrendum deuastationis iudicium a Iehoua inducendum describunt, eadem locutione vtuntur, coll. Ier. 25, 30. Ioel. 4, 16. *l*) c. 3, 4. cf. 2 Sam. 22, 14. *m*) *ita vt lugeant.* c. 9, 5. h. e. tristi adspectu sint propter horrendam sui desolationem ac incolarum stragem Ier. 12, 11. Ioel. 1, 10. *n*) *mansiones pastorum*, seu pascua illa læta, a pastoribus frequentata. Ps. 23, 2. Intelliguntur regiones & fertilitate sua & incolarum multitudine florentes. cf. Ier. 33, 12. *o*) *& exarescet.* cf. Ioel. 1, 12. *p*) *vertex* c. 9, 3. *q*) *ipsius Carmeli*, iuxta Ptolemaidem, in confiniis Ascher Ios. 12, 22. c. 19, 26. opimi alias montis, & qui lætis quondam pascuis abundabat: vnde pro quolibet aruo fertili ac culto hic & alibi ponitur. cf. Ier. 4, 26. Ceterum hoc frontispicium est totius vaticinii, complectens quoddam q. s. compendium comminationis, non modo contra Israelem, sed ceteras quoque nationes, quibus deuastationem denunciat. ℣. 3. *r*) *Ita enim dixit.* Generale illud oraculum v. 2. explicat nunc Propheta speciatim ac distributiue cum adplicatione ad varias gentes.

CAP. I, ℣. 2. ויאמר *Psik* omittunt 2. 3. contra *Mas. impr.* h. l. & Leu. 8, 23. ישאג per *Pat.* 1. 3. 5.

יהוה על־שלשה פשעי דמשק ועל־ארבעה לא
אשיבנו על־דושם בחרצות הברזל את־הגלעד :
4 ושלחתי אש בבית חזאל ואכלה ארמנות בן־הדד :
ה ושברתי בריח דמשק והכרתי יושב מבקעת־און
ותומך שבט מבית עדן וגלו עם־ארם קירה אמר
6 יהוה : כה אמר יהוה על־שלשה
פשעי עזה ועל־ארבעה לא אשיבנו על־הגלותם גלות
7 שלמה להסגיר לאדום : ושלחתי אש בחומת עזה
8 ואכלה ארמנתיה : והכרתי יושב מאשדוד ותומך
שבט מאשקלון והשיבותי ידי על־עקרון ואבדו
9 שארית פלשתים אמר אדני יהוה : כה
אמר יהוה על־שלשה פשעי־צר ועל־ארבעה לא

אשיבנו Dddd 2 ענ ב

s) Propter tres præuaricationes Damasci; *Schm.* supplet *dixi*, sc. quæ v. 4. & 5. sequuntur; ita tamen vt pœna hæc dictitata adhuc tum auerti potuisset, si a præuaricando destitissent. Posset vero etiam cum verbo *& mittam* v. 4. commode connecti, nullam statuendo ellipsin. *t*) vid. not. Es.17, 1. it. Ier.49, 23. Es.8,4. *u*) *propter quatuor vero* &c. q.d. Tria delicta Damasci, etsi vindictam meruissent, tamen a me condonata fuissent; sed quia quartum quoque addiderunt, adeoque mensuram peccatorum suorum penitus impleuerunt, non possum non ipsos punire. At Lightf. Chron. p. 95. Propter tres &c. sed speciatim propter quartam, coll consimili phrasi Prou. 30, 15. 18. 21. &c. ita quoque *Hieronymus* explicat; secundum quem sensus hic est: Si semel meum esset populum persequutus, aut secundo, darem veniam; nunc vero cum tercio & quarto crudelis extiterit, vt captiuam multitudinem plaustris ferreis tereret, nonne debeo eum plagis corripere? cf. v. 6. 9. 11. 13. c.2,1.4.6. & similes phrases *duo & tria* Iob.33,29. *tria & quatuor* Prou. 30,15.18.21. *sex & septem* Prou.6,16. Iob. 5,19. *septem & octo*, Coh.11, 2. Sic apud Homerum τρὶς καὶ τετράκις, & apud Virg. & Sen. *terque quaterque*. In quibus compositionibus vel totus numerus exaggerat, vel posterior saltem inprimis respicitur. *x*) *auertam illud*, sc. quod dixi, vel quod sequitur v.4. 5. sed certissime decretum meum exsequar. cf. Num.23,20. At *Lightfootus* in Chron. p 95. refert suffixum ad præcedens *vocem suam* v. 2. *y*) videlicet *propterea quod triturauerunt* instar frumenti, quod tribulis ferreis subiectum Orientales excutiunt. Erat hoc inter diriora supplicia Iud.8,7.16. 2 Sam.12, 31.

z) *tribulis* (1) *ferreis*. Est genus plaustri, inquit ad h.l. *Hieronymus*, quod rotis subter ferreis atque dentatis voluitur, vt excussis frumentis stipulam in areis conterant, & in cibos iumentorum propter fœni sterilitatem comminuant. cf. not. Es. 28, 27. 2 Reg.13,7. Prou. 20,26. & factitatum in Israelicis fuerat ab Hazaele ac Benhadado, (quorum proinde mencio fit speciatim h.l. v. 4.) coll. 2 Reg. 10, 32. 33. c.13,3.4. Quod ipsum est quarta Damascenorum præuaricatio.

מרעיל

a) h. e. Trans-Iordanenses Israelitas, Rubenitas, Gaditas ac dimidiam tribum Manassis. cf. v.13. Ion. *incolas terræ Gilead*. ℣. 4. *b*) *Ideo*, inquam, *mißurus sum*. ו præfixum emphatice redundat, vt ונפקחן Gen. 3,5. ונבזיתה c.17,14. Ita nexas eum particula caussali על v.3. satis est euident. *c*) v. 7.10. 12. 14. c. 2, 2. 5. Factum hoc per Assyrios sub Tiglat-Pilesare, cum Recinus Damasco regnaret, coll 2 Reg.16,9. Vid. mox v. 5. *d*) 2 Reg.8,7. 12. *e*) *qui consumet palatia* v.7.10.11.14 c.2,2 5. *f*) i. e. magnifica quæque Damasci palatia. Sic Ier. 49, 27. per synecd ochen partis insigniori, pro toto. Nominantur autem inprimis *Hazaelis* ac *Benhadadi* palatia, non modo in antanaclasi ad culpam, qua duo isti Reges in Israelitas immaniter sæuierant, coll. not. ad v. 3. it. 2 Reg.8,7. c.13,3 24. verum etiam quod Damascus illorum tempore inprimis aucta ornataque multis operibus esset, euecta proin (vt videbatur) ad summum felicitatis fastigium. ℣.5. *g*) *vectem*, valuarum in portis præcipuum firmamentum, ferreum aliquando Es.45, 2. Thr 2,9. Ier.51.30. Ion. *robur*. Sensus est: Faciam, vt Damascus, licet sit munitissima, tamen ab hostibus capiatur. *h*) *& exscindam habitantem*. v.8. *i*) *ex valle Auen*, h.e. Syria Damascena, inter Libanum & Antilibanum comprehensa, *vallis Libani* etiam dicta Ios.11, 17. sicut & κοῖλον πεδίον *campus concauus* apud *Strabonem*, itemque Αὐλών, id est עמק *vallis*, apud *Polybium* l. 5. a situ inter montes dicitur. Vid. *Bochart*. Geogr. S. Libr II. c.6.8. Ceterum און vt proprium interpretati sunt *Ion. Syr.* & *LXX*. sed *Vulg*. appellatiue *de campo idoli*, sicut Hos.10,5 pro *Bethele* ponitur בית און *domus iniquitatis* seu idolorum. Ita in denominatione, etiam regionis illius culpa notaretur, vt Ier.50,38. *k*) *& tenentem sceptrum* v.8. i.e. principes ac Regem inprimis, qui apud *Homerum* simili ratione vocatur σκηπτοῦχος *sceptritenens*. cf. Gen. 49,10. ibidemque not. Sic Ion. *exercentem dominium*. Alii *senem* intelligunt. *l*) Pro vallis Damascenæ synonymo, adeoque proprio nomine habet *Bochart*. Geogr. S. Lib. II. c. 16. *Grotio* videtur is esse Syriæ locus, qui Ptolemæo παράδεισος nominatur. cf. aliam Mesopotamiæ 2 Reg.19,12. &c. it. Gen.2,8.15. At *Vulg*. appellatiue *de domo voluptatis*. *m*) *& exulabunt*, vt 2 Reg. 17, 23. c.25,21. *n*) *Kiram*, in qua Syri iam olim aduenæ fuerant. c 9,7. De hac regione, itemque vaticinii huius complemento, vid. omnino 2 Reg.16,9. & cf. Es.22,6. *o*) v.8.15 c.2,3. cf. Es.1,20. Ez.11,8. ℣. 6. *p*) Vid. not. v.3. *q*) *Gazæ*, de qua vid. not. Ies.10,41. Ponitur autem hic & v.7. per synecdochen pro omnibus *Philistæis*, in quorum ciuitatibus facile principem tenebat locum, coll. v.8. cf. Es.14,28. seqq. Ier.47. Ez.25,15. Zeph.2, 4. 5. Zach.9,5. *r*) *auertam illud*, vid. not. v. 3. *s*) Videlicet (quæ quarta & præcipua ipsorum præuaricatio est) *quod captiuam* ex patria sua *abduxerunt*, occupatis abductorum sedibus. Factum hoc est inprimis sub Ahazo, cuius tempestate Philistæi cum Edomitis vrbes Iudaicas inuaserunt 2 Par.28,18.17. ac grauiter adflixerunt Es. 9, 11. & c.14, 29. ibidemque not. quamuis & antehac tempore Iorami, qui cum Edomitis itidem bello implicitus fuit 2 Reg.8,20. seqq simile quid fecisse potuerint, coll. 2 Par.21,16.17. *t*) *captiuitatem* (h. e. captiuam Iudæorum turbam) *integram* v. 9. h. e. ingenti & pleno q. numero. vid. Ier. 13,19. & cf. Deut.25,15. At *Grot*. vertit *pacificam*, q d. Iudæos, qui nihil ipsis nocuerant, quasi bello captos vendiderunt Idumæis. ita cf. Gen. 34,21. *u*) *ad tradendum* eos *conclusos*, siue ad necem, siue ad seruitutem. c.6,8. Ps.31,9. 1 Sam.23,11.12. sicut & Græcis iidem Philistæi captiuos Iudæos vilissima mercede venundederunt Ioel 4,4. coll. ibid. v.5.6. *x*) Iudæorum infensissimis hostibus, coll. v.9. maxime vero v.11. itemque not. ad Es.21,11. ℣. 7. *y*) Vid. not. v. 4. Agi hic autem de vltimo inprimis excidio, quod a Nebucadnezare passi sunt, ideo statuimus, quia totale prædicitur, ipsarum quoque reliquiarum v. 8. Cf. igitur Ier. 47,2. seqq. Ez.25,16.17. & Es.14,31. *z*) v.10.14. cf. Ier. 49, 27. *a*) vid. paulo ante ad v. 6. notata. ℣. 8. *b*) *Insuper exscindam* v.5. Propheta, ne v. 6. de solius Gazæ, sed vniuersorum Philistæorum peccatis egisse videatur, distributiue nunc singulis ac potioribus eorum vrbibus excidium denunciat v. 7. & 8. quintam tamen (Gath 1 Sam.6,17.) omittit: caussam aliegat *Kimchi*, quod illa Regum Iudæ esset. cf. 2 Sam. 18,1. 1 Par.18, 1. *c*) vid. not. Es. 20, 1. *d*) vid. not. v 5. *e*) Ios. 13, 3. Iud. 1, 18. *f*) *& conuertam* Es. 1, 25. Zach. 13, 7. *Cocc*. identidem inferam. *Raschi*: Iteratis vicibus percutiam. cf. not. Ier. 6,9. *g*) Ion. *plagam potentiæ meæ*. *h*) Ios. 13,3. *i*) cur *reliquias* dicat, expositum vide in not. ad Ier.25, 20. & cf Ier.47, 4. Ez. 25, 16. itemque not. Es. 14, 28. c. 20,1. ℣. 9. *k*) *Tyri*, de qua vid. not. Es. 23, 1. & cf. Ez. 26, 2. &c. Iunguntur autem Tyrii Philistæis in comminatione pœnæ, ceu fœderatis culpæque sociis ac mutuis administris. Sic Ier. 47, 4. Ioel.4,4.

℣. 8. והשיבותי *milra* 1. 5. 6. 9. 10. 22. 23. contra *Mas.* & impr. & Erf. ℣. 9. פשעי per *Mun.* *milra* 2 3. 6. 9. 20.

אֲשֶׁר עַל־הַסְגִּירָם גָּלוּת שְׁלֵמָה לֶאֱדוֹם וְלֹא זָכְרוּ
י בְּרִית אַחִים׃ וְשִׁלַּחְתִּי אֵשׁ בְּחוֹמַת צֹר וְאָכְלָה
11 אַרְמְנוֹתֶיהָ׃ כֹּה אָמַר יְהוָה עַל־שְׁלֹשָׁה פִּשְׁעֵי
אֱדוֹם וְעַל־אַרְבָּעָה לֹא אֲשִׁיבֶנּוּ עַל־רָדְפוֹ בַחֶרֶב אָחִיו
וְשִׁחֵת רַחֲמָיו וַיִּטְרֹף לָעַד אַפּוֹ וְעֶבְרָתוֹ שְׁמָרָה נֶצַח׃
12 וְשִׁלַּחְתִּי אֵשׁ בְּתֵימָן וְאָכְלָה אַרְמְנוֹת בָּצְרָה׃
13 כֹּה אָמַר יְהוָה עַל־שְׁלֹשָׁה פִּשְׁעֵי בְנֵי־עַמּוֹן
וְעַל־אַרְבָּעָה לֹא אֲשִׁיבֶנּוּ עַל־בִּקְעָם הָרוֹת הַגִּלְעָד
14 לְמַעַן הַרְחִיב אֶת־גְּבוּלָם׃ וְהִצַּתִּי אֵשׁ בְּחוֹמַת רַבָּה
וְאָכְלָה אַרְמְנוֹתֶיהָ בִּתְרוּעָה בְּיוֹם מִלְחָמָה בְּסַעַר בְּיוֹם
טו סוּפָה׃ וְהָלַךְ מַלְכָּם בַּגּוֹלָה הוּא וְשָׂרָיו יַחְדָּו אָמַר
CAP. II. ב יְהוָה׃ כֹּה אָמַר יְהוָה עַל־שְׁלֹשָׁה
פִּשְׁעֵי מוֹאָב וְעַל־אַרְבָּעָה לֹא אֲשִׁיבֶנּוּ עַל־שָׂרְפוֹ
2 עַצְמוֹת מֶלֶךְ־אֱדוֹם לַשִּׂיד׃ וְשִׁלַּחְתִּי־אֵשׁ בְּמוֹאָב
וְאָכְלָה אַרְמְנוֹת הַקְּרִיּוֹת וּמֵת בְּשָׁאוֹן מוֹאָב בִּתְרוּעָה
3 בְּקוֹל שׁוֹפָר׃ וְהִכְרַתִּי שׁוֹפֵט מִקִּרְבָּהּ וְכָל־שָׂרֶיהָ
אֶהֱרוֹג עִמּוֹ אָמַר יְהוָה׃

כה

ac populum ipsius blasphemi Ez. 35, 13. profanis ac impiis compotationibus Templum contaminantes Obad. v. 16. hostilis atrociæ socii ac administri v. 11. 14. Ps. 137, 7. sanguinarii crudelesque Ioel 4, 19. Obad. v. 10. Ier. 49, 11. ac terram vtriusque gentis, Israeliticæ ac Iudaicæ, nefaria præsumtione sibi arrogantes Ez. 35, 10. sicut

Ammonitæ Ier 49, 1. c. 36, 2. 3. 5. cf. porro Es. 34, 5. s) vid. v. 3. u) Iacobi posteros Obad. v. 10. ab Isaaco & Rebecca æque, ac Idumæi, oriundos. Gen. 25, 25. 26. adeoque in tantum cognatos ac *fratres* Deut. 23, 8. x) *& quod perdidit miserationes suas*, hoc est, adeo sævus fuit, quasi omnem omnino humanitatem exuisset, ac viscera ad commiserendum afflictis nulla haberet amplius cf. Ez. 28, 17. y) *& laniavit, discerpsit - in ira sua*. Iob. 16, 9. c. 18, 4. ferina indole Ps. 17, 12 z) *in perpetuum*. Mich. 7, 18. a) Es. 14, 6. c. 16, 6. b) *servat in perpetuum*. Ira ipsius est pertinacissima, nullaque temporum serie mitiganda. Ier. 3, 5. cf. 1 Reg. 3, 6. c. 8, 13. Es. 26, 2. Est autem שָׁמְרָה ipsa radix cum ה paragogico, vt c. 4, 3. והשלכתנה, Ier. 48, 19. ונמלטה, Hos. 7, 4. בערה, & Deut. 33, 23. ירשה. ℣. 12. c) Vid. v. 3. d) vid. not. Ier 49, 7. e) vid. not ibid. & c. 48, 24. & cf. Mal. 1, 3. ℣. 13. f) Cf. Ier. 25, 21. c. 49. 1. seqq. Ez. 25, 2. seqq Zeph. 2, 8. inprimis vero notam Ier. 49, 1. g) vid. v. 3. h) *propterea quod disciderunt*. Similis forma infinit. cap. 2, 6. i) *gravidas*. Factum hoc fuerat regnante Hazaele, 1 Reg. 8, 12. cf. 2 Reg. 15, 16. Hos. 14, 1. k) quasi dicat: Horrendo immanitatis genere vsi sunt, nulla quidem lacessiti iniuria, sed sola finium proferendorum πλεονεξίᾳ instimulati. l) *propterea vt dilatarent* Ex 34, 24. cf. enim Ier. 49, 1. cum not. ℣. 14. m) *Ego vero incendam ignem*, Ier. 11, 16. cf. supra v. 4. n) v. 7. 10. o) quæ Ammonitarum metropolis 2 Sam. 12, 26. seq. Ier. 49, 2. p) v. 4. q) *in* vel *cum barritu* c. 2, 2. vid. Ier. 4, 19. c. 49, 2. Ez. 21, 27. r) Hos. 10, 14. cf. Zach. 14, 2. s) Ps. 83, 16. t) *tempestatis*. cf. Es. 29, 6. ℣. 15. u) *rex ipsorum*; vel potius *Molochus ipsorum*, quem *Regem* vocare solent, vel simpliciter *Malcam*, idolum Ammoniticum, Ier. 49, 1. 3. Zeph. 1, 5 alibi *Milcom* dictum 1 Reg. 11, 5. *Molech* v. 7. quin & *Melech* infra c. 5, 26. vbi videsis notam. x) cf. Ez. 25, 3. y) *Principes Molochi* dicuntur *Ammonitici*, eius cultores. Sic Ier. 49, 3. coll. not. v. 1. z) v. 5. 8. c. 2, 3. CAP. II. v. 1. a) v. 4. 6. c. 1, 3. b) vid. not. Es. 15, 1. seq. c) videlicet *propterea quod combussit*, tempore Iorami Israelitarum Regis, coll 2 Reg. 3, 27. vbi videsis huius quoque loci declarationem. d) *Regis*, h. e. Pro-Regis, vel Principis regii ac regni heredis. vid. not. 2 Reg. 3, 27. Vt ostendat se Deus omnium dominum, & cunctas animas ad suum, qui earum conditor est, imperium pertinere, regis quoque Idumæorum iniuriam vindicat. *Hieron.* e) *in calcem* (4) Deut. 27, 2. 4. Cremauit ossa Regis Idumæorum, velut cremari solet ea materia, ex qua fit calx. cf. Es. 33, 12. ℣. 2. f) v. 5. vid. not. c. 1, 4. g) v. 5. c. 1, 4. h) Nom. Pr. vrbis Moabiticæ Ier. 48, 24. i) *in tumultu* bellico Ier. 46, 17. Hos. 10, 14. k) *Moabus*, i. e. populus Moabitarum. l) *in barritu*, inquam. c. 1, 14. Ios. 6, 20. m) *cum voce tuba* bellicæ. cf. c. 3, 6. Ier. 4, 19. ℣. 3. n) *Iudicem* superioris ac inferioris ordinis, Regem ac principes. Desinet suis legibus viuere Moabitis: parebit inposterum exteris regibus. cf. c. 1, 5. o) Suffixum redit ad *Moab*, quod modo vt Masc. modo vt Femin. construitur, proue respectus fuerit vel ad populum, vel ad regionem; vel ad terminationem, vel ad significationem. p) cf. Es. 34, 12. q) *cum eo*. sc. Moabo, vel cum *Iudice* supremo, seu Rege. r) c. 1, 5. 8. 15.

k) vid. not. v. 3. l) *propterea quod vinctam extradiderunt*. v. 6. Deut 23, 16 Ceterum historia sacra hoc momentum diserte quidem haud memorat; dubitari tamen vix potest, quin ad idem tempus, quo Philistæorum, referenda sit etiam Tyriorum erga Iudæos immanitas; non modo propter vaticinii ordinem, quo Tyrii Philistæis immediate subiunguntur, verum etiam propter parallelismum Ioel. 4, 4. vbi simile inhumanitatis exemplum vtrique genti vna exprobratur. cf. igitur modo not. & v. 6. m) vid. not. v 6 n) vid. ibid. o) *adeoque* (alii præter necessitatem relatiue accipiunt, *qui, sc.* Idumæi) *non recordati sunt*. p) *foederis fratrum* seu fraterni. Fratres hic amicos vocat & necessitudine copulatos, eo quod Hiram princeps Tyri cum Dauid & Salomone habuerit amicitias. *Hieron.* Ita Arabes quoque אח vocant non modo *fratrem* aut *cognatum*, sed quemlibet *fraterno amore iunctum* cf. 2 Sam. 5, 11. 1 Reg. 5, 26. ibidemque v. 15. & c. 9, 13. vbi Salomonem Hiramus dixisse fratrem nominat. ℣. 10. q) v. 4. 7. per Nebucadnezarem Ez. 26, 4. 7 seqq. c. 29, 18. cf. Gurtleri Theol. Proph. p. 763. seqq. r) v. 4. Ps. 83, 13. ℣. 11. s) *Edom*, id est, populi Idumæi, cuius patriarcha Esauus infesto contra Iacobum animo fuit Gen. 27, 41. 42. odiumque velut hereditarium ac perpetuum ad posteros propagavit Ez. 35, 5. quippe, vt alia mittamus (de quibus iam supra Es. 11, 11. notata quædam sunt) erga Iudæos & Israelitas tanta æstuantes ira Ez. 25, 12. vt tempore exilii misere afflictis non modo non fuerint compassi, sed insultaverint quoque ἐπιχαίροντες Ez. 35, 15 Obad. v. 12. 13. contra Iehovam ac

---

℣. 10. בחומת *milra* 2. 3. 10. sic su. 5. ארמנתיה sic *defect.* 6. 9. 32. & sic so. 2. 5. secund. *Mas.* 2. & Erff. h. l. itemque (si loca quidem in Concordantiis euoluta fuerint) *Mas. ingr.* ad v. 8. Alii *plene*.

4 כֹּה אָמַר יְהוָה עַל־שְׁלֹשָׁה פִּשְׁעֵי
יְהוּדָה וְעַל־אַרְבָּעָה לֹא אֲשִׁיבֶנּוּ עַל־מָאֳסָם אֶת־
תּוֹרַת יְהוָה וְחֻקָּיו לֹא שָׁמָרוּ וַיַּתְעוּם כִּזְבֵיהֶם אֲשֶׁר־
ה הָלְכוּ אֲבוֹתָם אַחֲרֵיהֶם׃ וְשִׁלַּחְתִּי אֵשׁ בִּיהוּדָה
וְאָכְלָה אַרְמְנוֹת יְרוּשָׁלִָם׃
6 כֹּה אָמַר יְהוָה עַל־שְׁלֹשָׁה פִּשְׁעֵי יִשְׂרָאֵל
וְעַל־אַרְבָּעָה לֹא אֲשִׁיבֶנּוּ עַל־מִכְרָם בַּכֶּסֶף צַדִּיק
7 וְאֶבְיוֹן בַּעֲבוּר נַעֲלָיִם׃ הַשֹּׁאֲפִים עַל־עֲפַר־אֶרֶץ בְּרֹאשׁ
דַּלִּים וְדֶרֶךְ עֲנָוִים יַטּוּ וְאִישׁ וְאָבִיו יֵלְכוּ אֶל־הַנַּעֲרָה
8 לְמַעַן חַלֵּל אֶת־שֵׁם קָדְשִׁי׃ וְעַל־בְּגָדִים חֲבֻלִים יַטּוּ
9 אֵצֶל כָּל־מִזְבֵּחַ וְיֵין עֲנוּשִׁים יִשְׁתּוּ בֵּית אֱלֹהֵיהֶם׃ וְאָנֹכִי
הִשְׁמַדְתִּי אֶת־הָאֱמֹרִי מִפְּנֵיהֶם אֲשֶׁר כְּגֹבַהּ אֲרָזִים
גָּבְהוֹ וְחָסֹן הוּא כָּאַלּוֹנִים וָאַשְׁמִיד פִּרְיוֹ מִמַּעַל
י וְשָׁרָשָׁיו מִתָּחַת׃ וְאָנֹכִי הֶעֱלֵיתִי אֶתְכֶם מֵאֶרֶץ מִצְרָיִם
וָאוֹלֵךְ אֶתְכֶם בַּמִּדְבָּר אַרְבָּעִים שָׁנָה לָרֶשֶׁת אֶת־אֶרֶץ
11 הָאֱמֹרִי׃ וָאָקִים מִבְּנֵיכֶם לִנְבִיאִים וּמִבַּחוּרֵיכֶם לִנְזִרִים
12 הַאַף אֵין־זֹאת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל נְאֻם־יְהוָה׃ וַתַּשְׁקוּ אֶת־
הַנְּזִרִים יָיִן וְעַל־הַנְּבִיאִים צִוִּיתֶם לֵאמֹר לֹא תִּנָּבְאוּ׃

℣. 4. *s*) v. 1. c. 1, 3. *t*) Et hos tangit Propheta; vt adeo Israelitæ, contra quos vaticinatur potissimum, obiicere non potuerint, quasi ipsis tantummodo asper esset, popularibus vero suis blandiretur. cf. c. 6, 1. *u*) *propterea quod reiecerunt.* cf. 2 Reg. 17, 15. Ef. 5, 24. c. 30, 12. Ier. 8, 9. Hos. 4, 6. *x*) *non seruarunt.* cf. 2 Reg. 17, 19. *y*) *sed seduxerunt eos.* Ier. 23, 13 32. *z*) *mendacia ipsorum*, quæ haud illubenter audiunt. Ef. 28, 15. Ez. 13, 19. cf. Ier. 7, 4. Vulg. *idola sua.* *a*) cf. c. 5, 25. 26. & Act. 7, 51.

℣. 5. *b*) v. 2. c. 1, 4. 7. *c*) quod etiam Hoseas prædixit Hos. 8, 14.

℣. 6. *d*) cf. Mich. 1, 5. *e*) X. tribuum regni Israelitici, quibus præcipue vaticinatur Amos c. 1. 1. *f*) *propterea quod vendunt*, acceptis contra innocentes muneribus c. 5, 12. Vid. sim. formam infin c. 1, 13. & conf. Gen. 37, 28. *g*) c. 8, 6. *h*) Ef. 5, 23. *i*) c. 4, 1. *k*) *pro pari calceorum* f. vilissimo precio. Prouerbialis locutio, vt c. 8, 6. cf. Ioel 4, 3.

℣. 7. *l*) Et quod *anhelant* (Particula עַל tendentiam huius anhelitus ad obiectum notat *puluerem* seu *particulam terræ*. c. 8, 4. Ez. 36, 3. Proprie est *auram attrahere* vel *haurire* Ier. 2, 24. metaphorice *omni conatu ad obtinendum l. rapiendum quid adspirare* Iob. 5, 5. At Cocc. Lex. 842. *qui calcant in puluere terræ super capite tenuium*, i. e. qui caput eorum proterunt in terra qs ex cognato שׁוּף significatum haberet; quod tn. opus non est. *m*) Sic dicitur etiam terra, quatenus colitur, & fruges gignit, coll. Iob. 8, 19 c. 14, 19. *n*) *pro capite*, quod pro consequendo agello non dubitant ad necem venundare. v. 6. cf. 1 Sam 29, 4. *o*) *pauperum* c. 4, 1. *p*) Ps. 9, 13. *q*) *declinare faciunt*, i e. *peruertunt*, caussam bonam technis suis ac strophis ita intricantes, vt exitum inde nullum inveniant *miseri*, & caussa tandem sua cadant. c 5, 12. *r*) LXX & Ar. *ad eandem puellam*, hor-

הפטרת וישב

rendo incestu, & nec inter gentes quidem n o-rationes audito. cf. 1 Cor. 5, 1. Leu. 18, 8. Intelligitur autem vel lasciua *puella*, vnde dictum apud Poetas *Neæra* nomen pro *amica* seu *pellice*; vel *serua*, Ruth 2, 8. 22. 23. quam duci ab hero vel heri filio conueniebat Ex. 21, 8. 9. ita vt vel nouerca filio esset, vel patri nurus, ac adeo alterutri illicita. cf. Ez. 22, 11. *s*) *propterea vt*, seu, *quasi* hoc da-

ea opera *intenderetis*, *vt*. Particula hæc proprie *finem & propositum*, alicubi vero euentum & consequens emphatice notat, vt Ier. 7, 19. c. 44, 8. *t*) Leu. 20, 3. c. 21, 32. Ez. 20, 39. Mal. 1, 12. Ostendit, quid inde sit consecutum. Dicebant gentes profanæ: en populum Dei! 2 Petr. 2, 2. *Grot.* vid. Ez. 36, 20. ℣. 8. *u*) *Et super vestibus, seu stragulis.* Nam בֶּגֶד notat etiam, quod insternitur vel substernitur cubanti 1 Reg. 1, 1. Num. 4, 7. 11. *Cocc.* Lex. 78. *x*) *pignoris loco acceptis*, quas ante solis occasum pauperibus reddi lex postulabat Ex. 22, 25. 26. *y*) *recumbunt*, q. d. *inclinant se* vel corpora sua; ritu epulantium apud veteres vsitato. Vid. c. 7, 4. ibidemque not. *z*) Auget hæc circumstantia culpam. q. d. Vestes ac vinum impie rapiunt, raptisque ad idololatriã & temulentiã abutuntur. *a*) quorũ maximo numero peccata sua cumulabant Hos. 8, 11. *b*) *iniuste mulctatorum*, seu innocentibus per calumniam extortum, Prou. 17, 26. ℣. 9. *c*) *cum tamen ego exsciderim.* Deut. 31, 4. 2 Reg 21, 9 Vel *Atqui ego quidem exscidi -- Sed vos bibere fecistis* &c. v. 12. Quocunque respectu sumatur, commemorat beneficia sua Deus, vt populi ingratitudinem arguat eo grauius. *d*) syne dochice pro omnibus Cananæis, vt v. 10. & Deut. 1, 20. cf. not. 2 Reg. 7, 6. *e*) *cuius altitudo erat sec. altitudinem cedrorum*; i. e. homines erant insolitæ staturæ. Similem hyperbolem cf. Num. 13, 32. *f*) *& robustus.* (2) Ef. 1, 31. *g*) *sicuti quercus* Ef. 2, 13. *h*) *fructum eius* (Amoræi) *superne, & radices eius acsubtus*, qs. ex fundamentis; filios æque ac parentes radicitus exscidi, ita vt recrescere non potuerint. cf. Ez. 17, 9. Hos. 9, 16. & Ef. 5, 24. c. 14, 30. Iob. 18, 16. ℣. 10. *i*) *E contrario idem ego eduxi vos* c. 3, 1. c. 9, 7. cf. Ex. 12, 37. seqq. *k*) quæ vobis duræ seruitutis pistrinum fuerat. Ex. 13, 3. 14. c. 20, 2. Deut. 5, 6. c. 6, 12. 21. &c. *l*) *& duxi vos* per desertum. Ef. 63, 12. Ier. 2, 6. *m*) 40 *annis*, vestra quidem culpa Num. 14, 33. 34. Am. 5, 25. Ps. 95, 10. ita tamen, vt neque victus, neque amictus, vobis in desertissima regione defuerit Deut. 8, 2. 3 4. c. 29, 4. 5. *n*) *donec tandem hereditaretis.* Deut. 9, 1. 4. 5. Nam sec. accentus cohæret cum proxime præced. *duxi vos.* *o*) vid. not. v. 9. ℣. 11. *p*) *Et suscitaui* (Iud. 2, 16.) quosdam *de filiis vestris*, vt essent *prophetæ*: quod magnum vtique beneficium, ac magnus honor fuit, & grate a vobis acceptari debuit. cf. Ioel 3, 1. Ier. 29, 15. *q*) v. 12. Num. 6, 2 13. Iud. 13, 5. 7. Thren. 4. 7. cf. Ier. 35, 2. seqq. *r*) *Etiamne* vero. Gen. 28, 13. 24. Leu. 25, 16. 24. Iob. 40, 8. *s*) *non est hoc ita?* Quale illud: *Numquid & hoc fallax Creta negare potes?* vel sec. Schm. *hoc nihil est?* Sensus: Num vero & hoc vel verum non est, vel non tanti, vt in censum aliquem veniat? ℣. 12. *t*) *At potare fecistis* siue suadendo, siue cogendo. Gen. 19, 32. 34. Num. 5, 24. 29. adeoque auctores violati Naziræatus extitistis, coll. Num. 6, 3. cf. Ier. 35, 2. *u*) v. 11. *x*) Exempla habes c. 7, 13. 16. Ef. 30, 10. Ier. 11, 21. Mich. 2, 6. cf. infra c. 3, 8. c. 5, 10.

CAP. II. ℣. 11. הַאַף per Darga analogice 3.

13 הִנֵּה אָנֹכִי מֵעִיק תַּחְתֵּיכֶם כַּאֲשֶׁר תָּעִיק הָעֲגָלָה
14 הַמְלֵאָה לָהּ עָמִיר׃ וְאָבַד מָנוֹס מִקָּל וְחָזָק לֹא־יְאַמֵּץ
טו כֹּחוֹ וְגִבּוֹר לֹא־יְמַלֵּט נַפְשׁוֹ׃ וְתֹפֵשׂ הַקֶּשֶׁת לֹא יַעֲמֹד
וְקַל בְּרַגְלָיו לֹא יְמַלֵּט וְרֹכֵב הַסּוּס לֹא יְמַלֵּט נַפְשׁוֹ׃
16 וְאַמִּיץ לִבּוֹ בַּגִּבּוֹרִים עָרוֹם יָנוּס בַּיּוֹם־הַהוּא נְאֻם־יְהוָה׃

CAP. III. ג שִׁמְעוּ אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה אֲשֶׁר דִּבֶּר יְהוָה עֲלֵיכֶם
בְּנֵי יִשְׂרָאֵל עַל כָּל־הַמִּשְׁפָּחָה אֲשֶׁר הֶעֱלֵיתִי מֵאֶרֶץ
2 מִצְרַיִם לֵאמֹר׃ רַק אֶתְכֶם יָדַעְתִּי מִכֹּל מִשְׁפְּחוֹת הָאֲדָמָה
3 עַל־כֵּן אֶפְקֹד עֲלֵיכֶם אֵת כָּל־עֲוֺנֹתֵיכֶם׃ הֲיֵלְכוּ שְׁנַיִם
4 יַחְדָּו בִּלְתִּי אִם־נוֹעָדוּ׃ הֲיִשְׁאַג אַרְיֵה בַּיַּעַר וְטֶרֶף אֵין לוֹ
ה הֲיִתֵּן כְּפִיר קוֹלוֹ מִמְּעֹנָתוֹ בִּלְתִּי אִם־לָכָד׃ הֲתִפֹּל
צִפּוֹר עַל־פַּח הָאָרֶץ וּמוֹקֵשׁ אֵין לָהּ הֲיַעֲלֶה־פַּח מִן־
6 הָאֲדָמָה וְלָכוֹד לֹא יִלְכּוֹד׃ אִם־יִתָּקַע שׁוֹפָר בְּעִיר וְעָם
לֹא

eam) *suam.* cf. קמ״ץ בז״ק Coh. 9, 11. ℣. 15. *k) & tenens* (peritus tractandi) *arcum*, sagittarius. Ier. 46, 9. *l) non consistet*, sed vel peribit, Ps. 102, 27. impar futurus hosti Dan. 11, 6. 8. 25. vel fugam protinus capesset, Ier. 46, 21. Nah. 2, 9. *m) & qui velox pedibus suis* est. v. 14. 2 Sam. 2, 18 *n)* sc. animam suam, ex v. 14. & sequenti membro huius v. 15. *o) & insidens equo*. cf. Es. 31, 1. Zach. 10, 5. *p)* cf. c. 9, 1. ℣. 16. *q) Et qui alias firmus corde suo* seu impauidus est. cf. Iob. 9, 4. 19. *r)* cf. 1 Par. 12, 1. *s) missa veste, qua hostis ipsum prehenderat* Gen. 39, 12. sicut adolescens ille Marc. 14, 52. At Ion. addit: *sine armis.* q. d. *arma abiiciet*, vt eo fugiat expeditius. *t)* v. 11. cf. not. Ez. 11, 8. CAP. III, ℣. 1. *u)* Compellatio hæc nostro solemnis est, attentionem ad audiendam rem magni momenti excitans. vid. v. 13. c. 4, 1. c. 5, 1. c. 8, 4. & not. Mich. 1, 2. *x)* cf. Es. 1, 2. *y) o filii Israelis!* Vniuersas quidem alloquitur tribus Iudai æque ac Israelitici regni, (subsequitur enim per appositionem ac declarationem: *contra vniuersam familiam, quam eduxi ex terra Aegypti.*) sed paulo post, missis Iudæis, ad Israeliticum regnum se peculiariter conuertit v. 9. 12. 14. Vid. not. c. 1, 1. Habet vero hoc caput, vt S. obseruauit, tres partes: I. Compellationem & excusationem Prophetæ v. 1--8. II. malitiam & violentiam Israelis plus quam gentilem v. 9. 10. III. pœnam eiusdem grauissimam. v. 11. seqq. *z)* c. 2, 10. ℣. 2. *a) Tantummodo vos* Ioh. 1, 15. q. d. Nulli omnino gentium ita, vt vobis, feci. cf. 2 Sam. 7, 23. 1 Par. 17, 21. item Ps. 147, 20. Deut. 4, 8. 20. vid. supra not. c. 2, 9. *b) agnoui*, seu gratiose elegi. Vid. not. Ier. 1, 5. Ion. *in vobis complacitum mihi fuit.* Ps. 1, 6. Gal. 4, 9. cf. Hos. 9, 10. c. 13, 5. Mal. 1, 2. *c) velut peculium ex omnibus &c.* Ex. 19, 5. Deut. 14, 2. Ps. 135, 4. *d) Propterea* multo magis etiam, ac præ ceteris gentibus. Mira est hæc, sed iustissima illatio. Nam qui multum accepit, multum ab eo repetitur; & quanto maior est gratiæ mensura, tanto grauior neglectæ aut contemtæ gratiæ pœna est Deut. 28, 63. Luc. 12, 48. Rom. 2, 9. 10. Hinc monet Apostolus Hebr. 2, 1. 2. 3. *e) visitabo* (reuisam, recordabor) *super* vel *contra vos* &c. Peccatorum vestrorum ita in meo iudicio memor ero, vt pœnas eorum in caput vestrum refundam. v. 14. Ex. 20, 5. ℣. 3. *f) Num vero ibunt duo vna*, inquit Propheta. Stilum orientalem sapiunt, quæ sequuntur parabolicæ interrogationes: & sunt instar Enthymematum, in quibus alia semper propositio vel conclusio latet. Earum applicatio breuis sequitur v. 7. 8. Videntur autem ad hunc collimare scopum, vt demonstretur (1) se aliosque Prophetas non sua, sed diuina auctoritate & iussu, Israelitis mala annunciare; v. 3. 8. 2. Hoc vero non temere, sed grauissimis fieri de caussis, nimirum propter peccata populi; v. 4. (3) Neque hæc vana & in cassum futura esse auguria, sed ineuitabiliter implenda, ni populus resipiscat; v. 5. 4) Subesse tamen sub hac ipsa iræ annunciatione gratiam Dei, qui populo suo consultum cupiat, vt is pœnas prænunciatas seria conuersione anteuerteat; v. 6. 8. *g) nisi, præterquam si.* v. 4. Iud. 7, 14. *h) ex condicto conuenerint*, vel *conuenerit eis*, sc. de certo tempore & loco, ad quem ituri sint. Ios. 11, 5. Iob. 2, 11. Neh. 6, 2. 10. Parabola in genere dicit, quod vix quicquam fortuito, temere aut frustra fiat, sed ex compacto & certo fine: hoc vero apud Prophetas multo magis obtinere, qui iudicia imminentia nunquam annunciaturi essent, nisi ad hoc officium diuinitus essent constituti, Deumque ad omnia, quæ loquerentur, præsentem, non modo vt comitem, sed auctorem quoque haberent. ℣. 4. *i) Num rugit leo.* v. 8. *k) cum præda* (animal laniandum) *non est ei?* In rugitu leonis hoc maxime terribile est, quod hac quasi clarigatione, aut hoc classico, si mauis, bellum indicit. Et post rugitum statim sequitur strages & dilaceratio. Neque enim acri illo & comento rugitu rugire solet, nisi cum videt prædam, in quam protinus irruat. *Bochart.* Hieroz. P. I. 729. cf. Es. 5, 29. c. 31, 4. Ier. 2, 14. Ez. 22, 25. Ps. 104, 21. Ita vero nec Deus frustra loquitur per Prophetas, sed stragem peccatoribus minatur horribilem, certissimeque sequuturam, nisi voce ipsius exterriti protinus resipiscant v. 8. *l) leo iuuenis*; ita dicitur, cum prædari incipit Ez. 19, 3. Iud. 14, 5. *m) e lustro suo.* (9) Ps. 104, 22. Cant. 4, 8. cf. Nah. 2, 12. Nam ex latebulis suis nonnunquam insidias struunt leones, aut reliquis animalibus, aut hominibus; Ps. 10, 10. Ps. 17, 12. Iob. 38, 40. Thr. 3, 10. *n) nisi.* v. 3. *o) ceperit* quid; vel, nisi in eo sit, vt capiat quid. Verbũ venatoriũ est, coll. v. 5. Iud. 15, 4. Es. 24. 18. Thr. 4, 20. Est vero posterius hoc comma epexegesis præcedentis, seu eiusdem sensus cum priori, verbis tantummodo mutatis. ℣. 5. *p) Numquid cadere*, h. e. illaqueari *solet* cf. Prou. 7, 23. *q) super laqueum humi* tensum, vel occultatũ. Ps. 124, 7. *r) vbi tendicula ei non est.* Sunt quidem פח & מוקש synonyma; posterius tamen h. l. magis exprimit laquei dispositionem, qua ita aptatur ab aucupe, vt illabentes auiculas constringere possit; sicuti prius laqueum quoque etiam tum significare potest, cum actu ad capiendum dispositus non est. Cf. Ps. 140, 6. & 141, 9. Adeoque sensus parabolicus est: Laqueus auiculam non capit, nisi ab aucupe ad capiendum dispositus sit. Scopus autem parabolæ hic est, quod non fortuita sint vlla mala, sed peccatoribus, ni resipiscant, a Deo intenta v. 6. quæ proinde seruis suis, Prophetis, in antecessum reuelet. cf. igitur Ier. 50, 24. Hos. 7, 12. Prou. 5, 22. *s) Num adscendit*, h. e. attollitur laqueus? *t) vt capiendo non* (nihil omnino) *capiat?* v. 4. Ita v. nec Dei molimina, quæ per seruos suos prædicit, in cassũ erunt, sed impœnitentes omnino & grauiter quidẽ ferient. ℣. 6. *u) An clangitur tuba.* c. 2, 2. Ioel 2, 1. Videtur autẽ de excubitore agi, in specula constituto, qui, si hostem viderit aduentare, populum tuba commonefacit, vt vel fugiendo protinus euadant, vel ad resistendum hosti concurrant Ez. 33, 2 seqq.

℣. 13. *y) Itaque ecce.* Pœnam tacitæ ingratitudinis subiungit. cf. Es. 3, 1. c. 17, 1. *z) pressurus sum.* (2) Rad. עיק Chald. & Syr. *arctatus*, *coarctatus fuit*, pro Hebr. צוק idem. Quale quid est in Hebr. רבע pro רבץ *cubuit*, ער pro צר *inimicus*, רעע pro רצץ *fregit*, & in Chaldaismo sæpius. cf. Nom. Ps. 55, 4. Ps. 66, 11. *a)* Sumitur hic nominaliter ac velut abstractum q. *inferioritates vestras*; i. e. vos ipsos, mihi substernendos ac succubituros, haud aliter premam, ac plaustrum, frumenti manipulis bene onustum, rem quamlibet subiacentem premit. Sic אחרי *post* pro *postica parte* 2 Sam. 2, 23. בבין *in inter* pro *in medio* Es. 44, 4. Adeoque situm non agentis, sed patientis, h. l. exprimit. Nisi forte magis placeat, particulam cum suffixo designare vergentiam ad obiectum, q. d. *premam*, vergendo *deorsum* (vt grauia solent) ad vos. At *Ion.* subintellecto Pronomine *Vos*: *Adducam super vos tribulationem, quæ premet vos in loco vestro.* Ita cf. Ex. 16, 29. *b) premit*; at passiue Ion. *premitur*, & Cocc. *arctatur*, citra necessitatem. *c) plaustrum.* Es. 5, 18. c. 28, 27. *d) plenum sibi.* Pleonasmus, i. e. bene onustum. *e) manipulo*, collectiue pro *manipulis.* (4) Ier. 9, 21. Mich. 4, 12.

℣. 14. *f) Et peribit effugium a celeri*, v. 15. h. e. nullum ei erit. Ier. 25, 35. c. 46, 6. Iob. 11, 20. Post expositam v. 13. grauitatem imminentis mali, pergit nunc v. 14. 15. 16. ad describendam eius ineuitabilitatem; quo sine præoccupat obiectionem celeritatis, roboris, fortitudinis, apparatus & peritiæ bellicæ. cf. Ier. 9, 22. Coh. 9. 11. *g) validum præstabit*, intendere poterit ad resistendum Prou. 24, 5. *h)* v. 16. cf. Ier. 9, 22. c. 46, 6. *i) eripiet animam* (vitam,

CAP. III, ℣. 1. Pro בני hab. בית 1. in marg. sic su. in textu 2. Sed בני requirit Mas. 1. h. l. & impr. *final.* f. 37. col. 5. idemque probat Criticus in marg. 1. ex duobus *Masora* exemplaribus.

7 לא יחרדו אם־תהיה רעה בעיר ויהוה לא עשה: כי
לא יעשה אדני יהוה דבר כי אם־גלה סודו אל־עבדיו
8 הנביאים: אריה שאג מי לא יירא אדני יהוה דבר מי
9 לא ינבא: השמיעו על־ארמנות באשדוד ועל־ארמנות
בארץ מצרים ואמרו האספו על־הרי שמרון וראו
10 מהומת רבות בתוכה ועשוקים בקרבה: ולא־ידעו
עשות־נכחה נאם־יהוה האוצרים חמס ושד
11 בארמנותיהם: לכן כה אמר אדני יהוה צר
12 וסביב הארץ והוריד ממך עזך ונבזו ארמנותיך: כה
אמר יהוה כאשר יציל הרעה מפי הארי שתי כרעים או
בדל־אזן כן ינצלו בני ישראל הישבים בשמרון בפאת
13 מטה ובדמשק ערש: שמעו והעידו בבית יעקב נאם־
14 אדני יהוה אלהי הצבאות: כי ביום פקדי פשעי־ישראל

עליו

Dddd 4 ע״ג ד

x) *vt populus* (ciues & incolæ vrbis) *non trepident*, seu trepide celeriterque concurrant. Hos. 11, 10. 11. 1 Sam. 16, 4. Iam vero Prophetæ de imminentibus malis, quæ ex reuelatione diuina præuident, vos commonefaciunt: minime igitur spernenda est vobis hæc commonefactio, sed potius prouidendum solicite, vt seria conversione imminens malum auertatur. cf. Ez. 3, 17. seqq. c. 33, 2. 5. seqq. y) num *fiet malum*? non culpæ, vt Ier. 26, 19. &c. coll. Ps. 5, 5. sed pœnæ, vt Ier. 1, 14. c. 18, 8. &c. coll. Es. 45, 7. z) *quod Iehoua non fecerit*, si non semper immediate efficiendo, tamen gubernando pro arcana sapientia & iustitia ipsius. cf. Es. 42, 24. c. 45, 7. Thren. 3, 37. Quod vel exinde patet, quod mala, antequam inferat, Prophetis suis reuelet; neutiquam hoc facturus, nisi ipse omnia supremo nutu dirigeret, coll. v. 7. Si vero Deus est, qui mala non modo prædicit, sed infert quoque; ergo si quid mali per Prophetas prædicit, reverenter a vobis excipiendum est, nequaquam vero cum murmure aut contemtu.

℣. 7. a) *quidquam mali in terris* v. 6. b) *nisi reuelauerit* 1 Sam. 9, 15. c) *arcanum* s. *consilium suum*. Ier. 23, 18. 22. Prou. 3, 32. Ita Noacho diluuium, Abrahamo & Lotho Sodomæ, Niniues vero excidium Ionæ patefecit, vt (verba sunt Hieronymi ad h. l.) qui audirent ventura supplicia, aut agerent pœnitentiam, & tormenta vitarent, aut contemnentes iustius punirentur. Et nota, (paulo post inquit) quod clemens & benignus Deus semper futura prænunciat, ne cogatur inferre supplicia. Et quod Heretici calumniantur in Creatore, quasi seuero & truculento, crudeli & tantum indice; eo quod nullum sit malum in ciuitate, quod ille non faciat: hoc nos referimus ad magnitudinem misericordiæ, quod non inferat pœnas, nisi ante prædixerit. Qui autem prædixerit, non vult punire peccantes. cf. Dan. 2, 22. Apoc. 1, 1. itemque Gen. 18, 17.

קמץ בלא אס״ף עד כאן

℣. 8. d) *Leo* igitur, ad cuius vocem omnia contremiscunt, & cuncta animantium natura terretur. *Hier.* Immo Deus ipse, quouis leone infinitis modis terribilior, *rugiit*, peccatoribus iram ac iudicia horrenda per me aliosque Prophetas comminatus c. 1, 2. Vid. supra v. 4. Incipit enim hic subsumere ad sensum magis proprium, quæ figurate illic ac parabolice dixerat. e) *Quis* in hoc loco non pro impossibili, sed pro raro accipitur. Ille enim non timebit, & ille non prophetabit, qui propter duritiam suam Dominum audire contemserit. *Hieron.* Adde, quod idem *Quis* h. l. non tam sumatur de facto, quam de iure. cf. Ier. 10, 7. Interrogatio vero simul exprobrat vesaniam & stuporem hominum, qui ad vocem Dei terribilis ne terreantur quidem, cum tamen norint, horribile esse in manus eius incidere Heb. 10, 31. f) cf. not. Es. 19, 7. g) *locutus est* & vaticinari me iussit. vid c. 7, 15. h) q. d. Nos igitur Prophetæ non possumus non prophetare, etsi vel centies nobis diceretis: *Ne prophetate* c. 2, 12. c. 7, 15. 16. cf. 1 Cor. 9, 16. Act. 4, 20. c. 5, 29. ℣. 9. i) *Audiri facite* vocem vestram, i. e. præconiate c. 4, 5 Verba sunt Dei ad suos Prophetas, coll. v. 10. k) *ad palatia in Asdod.* c. 1, 8. Q. d. velut arbitros conuocate vicinos populos, paganos licet ac superstitione fascinatos, vt scelera Israelitarum coram intuentes, indicent ac testentur contra illos. cf. Ez. 16, 27. Mich. 6, 2. l) Ez. 39, 17. m) c. 4, 1. n) *confusiones magnas*; alibi pœnam significat, vt 2 Par. 15, 5. Es. 22, 5. sed h. l. culpam, apertas nimirum iniurias, quæ conturbant omnia sursumque ac deorsum miscent. cf. Ez. 22, 5. Prou. 15, 16. & Rad. cognata Ier. 51, 34. cui infra c. 4, 1. respondet verbum רצץ, de cuius differentia ab עשק videsis illic notam nostram. o) *&* a potentioribus *oppressos in medio eius*. Vid. c. 4, 1. Ier. 50, 33. Col. 4, 1. Iubet autem prius intueri scelera Israelis, vt iustum deinde Dei indicium super iisdem comprobent. ℣. 10. p) *Neque enim norunt*, vel sec. Schm. *Attamen non cognouerunt.* Es. 56, 11. Ps. 81, 5. q) *rectum* (4) 2 Sam. 15, 3. Es. 59, 14. Proprie significat, quod directe ante oculos est, Prou. 4, 25. Es. 57, 2. ita vt oculis vel ad dextram vel ad sinistram euagari opus non sit. Cuiusmodi est iustitia, simplex, plana, & a flexuris, h. e. fraudibus & strophis aliena. r) *qui thesaurizant*, velut thesaurum colligunt cumulantque (5) 2 Reg. 10, 17. cf. Rom. 2, 5. s) c. 6, 3. Gen. 6, 11. t) *& deuastationem*, actiue, qua innocentes desolant. Ier. 6, 7. c. 20, 8. Vid. supra c. 2, 6. 7. & c. 5, 11. 12. ℣. 11. u) *Propterea.* Respicit ad v. 9. & 10. Nimirum propter horrendam, ipsisque gentibus detestandam iniustitiam. x) *angustia* erit, vt 1 Sam. 2, 32. Al. *hostis*, sc. aderit, coll. Thren. 4, 12. y) *& quidem in circuitu* (s. toto ambitu Thren. 2, 3.) *terræ*. Ita ו pro *& quidem* Ier. 15, 13. Ez. 13, 7. 22. Cui Cocc. in Lex. 189. non absimile indicat Gr. καὶ Rom. 9, 23. Ioh. 1, 26. z) *& deiiciet* sc. Dominus. At S. *qui* (hostis) *detrahet*. Es. 63, 6. Obad. v. 3. a) *potentiam tuam* Ez. 26, 11. c. 30, 6. 18. b) *& diripientur*. Rad. בזז. Niph. (3) Es. 24, 3. c) *palatia tua*, Samariæ. v. 9. cf. v. 10. c. 6, 8. ℣. 12. d) c. 1, 3. 6. c. 2, 1. 4. &c. Cladis vniuersalitas v. 11. describebatur; eiusdem hic additur magnitudo. e) *eripit*, & quidem μόλις, seu vix, vix. c. 4, 11. 1 Sam. 17, 35. cf. 2 Tim. 4, 17. f) *crura* tantummodo (9) Ex. 12, 9. g) *lobum* (1) Idem in aure est, quod in homine תנוך Ex. 29, 20. proprie *portionem* notat, a בדל in Hiphil *diuidere*: adeoque ב radicale est, non seruile, quamuis hoc *Kimchius* sequatur. Boch. Hieroz. P. I. p. 493. 494. h) *sic* pauci tantummodo, maximeque tenues, maiori ac potiori illorum parte absumta. cf. c. 5, 3. c. 9, 8. i) *eripientur, euadent.* Ez. 14, 16. 18. Mich. 4, 10. k) decumbentes hinc inde per domos *in latere* seu *angulo* Ex. 25, 16. c. 26, 18. 20. *lecti*. Aegrotos aut senio imbecilles excipit, vt reliquias denotet maxime tenues. Pendet enim secundum accentus non a propiori *habitantes*, sed remotiori *eripientur*. cf. infra c. 6, 10. l) *& in angulo vel tibicine spondæ* (1) Ex analogia præcedentis explicandum. Partem aliquam *lecti* vel *spondæ* notat. *Cocc.* At *Neum.* Ex. L. S. p. 87. in quietorio cilicino. Vel intellige delitescentes in ædibus *in latere tricliniorum*, coll. Ez. 23, 41. Esth. 1, 6. c. 7, 8. *aut angulo lectorum* s. post lectum latitantes. coll. 2 Reg. 11, 2. ℣. 13. m) *Audite* hoc, quiqui estis. Imperatiuus indefinitus. cf. not. Ier. 5, 20. n) nec solum ipsi audite, sed *&*, quod audiuistis, vt rem magni momenti, aliis *testamini*; alios quoque serio commonefacite. Ex. 19, 21. o) Ez. 11, 8. c. 16, 14. p) Obserua hic plenam constructionem, vt c. 5, 14. c. 6, 14. & cf. not. Es. 1, 24. Hos. 12, 6. ℣. 14. q) Explicatiuum est. *Nam*, vt distinctius constet, quid facturus sim. cf. Hos. 11, 10. r) Ex. 32, 34. s) Mich. 1, 13.

℣. 6. עשה cum *Mapp.* 1. & *Orientales*. sic fu. 5. ℣. 11. והורד sic *defect.* 1. 2. 3. 5. sec. *Mas.* 1. 2. 3. & *Erff.*
℣. 12. ובדמשק per *Sin* 2. 3 6. 9. 13. 11. 19. 20. 23. & sic fu. 5. quomodo alias proprium ciuitatis scribitur. Sic de *Damasco* exposuerunt *LXX. Vulg. Ar. Syr. & Ion.* Verum *Sin* poscit *Mas. Erff.* & probat Criticus in marg. 1. ex pluribus.

gues ac ferocientes, quales propter opima pascua Basanitis alebat. Ez. 39, 18. Ps. 22, 13. Deut. 31, 14. Proceruiam iniuriosam notat, ex rerum adfluentia oriundam. Ion. bene: abundantes opibus. opulentos enim & magnates alloquitur. quanquam ab his transitũ postea ad vniuersos faciat v. 4. seqq. cf.

עָלָיו וּפָקַדְתִּי עַל־מִזְבְּחוֹת בֵּית־אֵל וְנִגְדְּעוּ קַרְנוֹת
טו הַמִּזְבֵּחַ וְנָפְלוּ לָאָרֶץ׃ וְהִכֵּיתִי בֵית־הַחֹרֶף עַל־בֵּית
הַקָּיִץ וְאָבְדוּ בָּתֵּי הַשֵּׁן וְסָפוּ בָּתִּים רַבִּים נְאֻם־יְהוָה׃

CAP. IV.

ד שִׁמְעוּ הַדָּבָר הַזֶּה פָּרוֹת הַבָּשָׁן אֲשֶׁר
בְּהַר שֹׁמְרוֹן הָעֹשְׁקוֹת דַּלִּים הָרֹצְצוֹת אֶבְיוֹנִים
2 הָאֹמְרֹת לַאֲדֹנֵיהֶם הָבִיאָה וְנִשְׁתֶּה׃ נִשְׁבַּע אֲדֹנָי יְהוִה
בְּקָדְשׁוֹ כִּי הִנֵּה יָמִים בָּאִים עֲלֵיכֶם וְנִשָּׂא אֶתְכֶם בְּצִנּוֹת
3 וְאַחֲרִיתְכֶן בְּסִירוֹת דּוּגָה׃ וּפְרָצִים תֵּצֶאנָה אִשָּׁה
4 נֶגְדָּהּ וְהִשְׁלַכְתֶּנָה הַהַרְמוֹנָה נְאֻם־יְהוָה׃ בֹּאוּ בֵית־אֵל
וּפִשְׁעוּ הַגִּלְגָּל הַרְבּוּ לִפְשֹׁעַ וְהָבִיאוּ לַבֹּקֶר זִבְחֵיכֶם
ה לִשְׁלֹשֶׁת יָמִים מַעְשְׂרֹתֵיכֶם׃ וְקַטֵּר מֵחָמֵץ תּוֹדָה
וְקִרְאוּ

Hos. 10, 11. *m*) h. e. in Samaria, sede regia, quæ monti superstructa. c. 3, 9. cf. 1 Reg. 16, 24. *n*) c. 3, 9. Mich. 2, 2. Hos. 12, 8. *o*) c. 2, 7. c. 8, 6. *p*) *concutientes*, *quassantes*. Differe quodammodo præcedeus verbum עָשַׁק, quod latius est, *iniuriam & oppressionem quamlibet*, siue apertam, siue fraudibus occultatam notans; sicuti contra רָצַץ significat, *manifestam vim* inferre, 1 Sam. 12, 3. 4. Hos. 5, 11. Iud. 10, 8. proprie tamen est, ita *contentere* quid, vt erectum stare non possit Es. 42, 3. *q*) c. 2, 6. c. 5, 12. *r*) *dominis suis*, i. e. Regibus non minus malis. Quanquam enim singulariter verti possit *Domino*, id est, Deo *suo*, coll. cum importuna ista ac Indecora, quæ sequitur, postulatione Iac. 4, 3. tamen hoc nomen cum suffixo 3. pers. pl. nunquam de Deo reperitur. vid. Gen. 40, 1. Ier. 27, 3. 2 Sam. 10, 3. &c. *s*) *cedo*! vel *affer*, *vt bibamus*. Nihil impedit, quin proprie hoc intelligi possit de principum (hos enim alloquitur v. 1.) Regumque mutua gulositate, coll. c. 7, 4--8. 1. & Hos. 7, 5. Attamen *Ion.* de siti auaritiæ: *Facite nobis potestatem*, *vt diripiamus*. cf. supra c. 2, 6. 7. ℣. 2. *t*) Adeoque non mutabit decretum. c 6, 8. Ps. 110, 4. *u*) *per sanctitatem suam*, quam abnegare nunquam poterit. Ps. 60, 8. 2 Tim. 2, 13. *x*) adseuerantis, vt c. 2, 10. Ier. 31, 8. *y*) cf. Es. 7, 17. *z*) *vt auferat vos* Dominus. Sic esset *Piel*, posito Kam. pro Pat. vt 1 Reg. 9, 11. Vel: *vt tollamini*, in *Niph.* vt 2 Reg. 20, 17. q. d. *vt tollatur ipseitas vestra*. qualis constructio est Num. 26, 55. Ier. 36, 22. 23. Miscentur a. hic genera: Masculinum, extra tropum; Femininum, continuato vaccarum tropo v. 1. *a*) *aculeis*, *sentibus*. Prou. 22, 5. id est, *hamis*, respondet enim sequenti בְּסִירוֹת דּוּגָה: ex quo adparet, spinarum acumina, in piscatione vsurpata, pro *hamis* olim fuisse, coll. item Iob. 40, 26. 31. Ita חַח *hamus* Ez 19, 4. ex חוֹחַ *spina* 2 Reg. 14, 9. Miscentur itaque duo tropi, & sensus hic est: Iehoua ex vrbibus sedibusque vestris vos ita extrahet per Assyrios, vt hamo piscem piscator ex elemento suo. Cf. Ier. 16, 16. *b*) *& postremum vestri*, o Principes. v. 1. h. e. quidquid inde reliquum adhuc & superstes est. coll. infra c. 9, 1. Ez 23, 25. vel, *posteritatem* s. filios vestros. *c*) *spinis*. Hos. 2, 9 Vide iamiam dicta. *d*) *piscationis*, i. e. *piscatoriis*. (1) v. 14. cf. ier. 16, 16. ℣. 3. *e*) *Et per rupturas* lacerarum vrbium vestrarum. c. 9, 11. 1 Reg. 11, 27. *f*) *exibitis*, o vaccæ, v. 1. sc. in captiuitatem. Ez. 36, 20. *g*) *vnaquaque* (Ex. 3, 22.) vacca *e regione sui*. i. e. in omnes partes, quaqua respectum fuerit; muri enim ita ab hostibus lacerandi sunt, vt per rupturas vbique exitus pateat, nec opus quidem sit portis ad exitum. Cf. Ios. 6, 5. 20. itemque לְעֶבְרוֹ Es. 47, 15. & לְפָנָיו Ier. 49, 5. *h*) Difficile coma ab interpretibus varie exponitur. OO vers. passiue, itemque LXX. & Vulg. *proiiciemini*. accepto seq. nomine הַהַרְמוֹנָה tanquam proprio. Sic foret *Hophal* cum *Chirek* loco *Kibbuts*, vt מִגְדַּל־הוֹן Ios. 16, 9. & Chald. הֵיתָיִת Dan. 6, 18. itemque הֵיתָיו v. 25. At alii actiue: *proiicietis* quidquid intulistis *in palatium*; opes enim vestræ, quibus iam inhiatis, Am. 3, 10. nulli vobis futuræ sunt vsui. Ita cf. Es. 2, 20. Ez. 7, 19. Zach. 11, 13. Ceterum ה Paragog. est, vt c. 1, 11. Hos. 7, 4. *i*) in *palatium* deducta. c. 2, 14. Symm. Ἀρμενίαν, Theodot. vero (vt Hieronymus ad h. l. habet) *montem Mona*; LXX. & Ar. *montem Remman*; Theodor. *montem Armana*; Vulg. *in Armon*; Ion. *vltra montes* (& Syr. *in montem*) *Armenia*. Ac pro in plerique vt proprium, multi etiam vt compositum ex הַר & רִמּוֹן vel מִנָּה interpretantur. *Bocharto* in Phal. lib. I. c. 3. p. 12. 13. מִנָּה vel מִנִּי idem est ac מִנִּי Ier. 51, 27. vnde *Minyas*, *pars Armenia*, a qua tota deinceps dicta Armenia. Traiecti autem *in* vel *vltra Armeniam* sunt, cum ab Assyriis in captiuitatem ducti, 2 Reg. 17, 23. Sed alii appellatiue, vt modo diximus, *in palatium*, q. s. idem esset הַרְמוֹן ac אַרְמוֹן 1 Reg. 16, 18. sicut הַרְאֵל pro הָאֲרִיאֵל Ez. 43, 15. *He* paragog. *locale* est, quia accentus est *milel*. ℣. 4. *k*) Ironica concessio, qualis Ier. 7, 21. coll. v. 22. Ez. 20, 39. q. d. Facite modo porro, quod facere hucusque tueuistis, frequentate impium Bethelis Galgalisque cultum; sed vestro periculo ac damno: quanto enim vos in tuendo illo obstinatiores fueritis, tanto ego in pœnis infligendis ero seuerior. *l*) cf. enim v. 5. & c. 3, 14. c. 5, 5. Hos. 5, 8. *m*) Es. 1, 2. Ez. 14, 11. *n*) *& Gilgale*, vbi non minus, quam In Bethel & Dan, nefarium cultum instituistis. Hoc enim, licet historia taceat, Prophetæ tamen loquuntur, coll. Hos. 12, 12. Immo Hoseas c. 9, 5. arguit, vniuersæ Israelitarum malitiæ summam hoc vno in loco veluti concentratam exhiberi. Fuerat hic aliquamdiu Arca fœderis, ibidemq; facta olim circumcisio &c. Ios. 5, 9. qui forte religionis vel superstitionis potius prætext° fuit. Particulã *&* addidimus. dependet enim hoc Nomen sec. accentus, non a præced. sed sequenti Verbo. *o*) *multum præuaricamini*. Quidquid enim ibi egeritis, præuaricatio contra Deum est, cui idola prætulistis. *Hieron.* Es. 10, 13. 2 Par. 36, 14. cf. Hos. 8, 11. *p*) *mane*, ne in sc elere sit vlla dilatio; *Hier.* cf. Ier. 21, 12. Vel potius: *singulo mane*, sumto ל distributiue, sicut in seq. לִשְׁלֹשֶׁת, itemque in לַיּוֹם Ier. 37, 21. cf. 1 Par. 16, 40. *q*) Hyperbole: *& in singula tridua* seu *tertio quoque die decimas vestras*; quas Mosaica quidem lex post singula demum triennia requirebat, coll. Deut. 14, 28. & c. 26, 12. Vanus est cultus, immo damnosus, qui præter ac contra mentem Dei est institutus, licet vel maxime in operibus supererogationis occupatus sit, & ex eo quæ sibi merita imaginetur. cf. Mich. 6, 6. 7. 8. ℣. 5. *r*) *Et adolendo*, scil. *adolete*. Est autem קִטֵּר *incendere*. non solum odoris caussa, sed nidoris quoque, vt h. l. & Leu. 2, 2. 16. c. 4 35. &c. *s*) *de fermentato*. Ex. 12, 15. Erat hic etiam cultus electitius, quin & contrarius legi diuinæ, quæ fermentum omne a sacrificiis exulare iubebat Leu. 2, 11. Nisi malis, Inter, relatiue *fermentatum* dici, quod azymum quidem sit, sed pro fermentato apud Deum habeatur. Ita cf. Es. 66, 3. Ier. 7, 21. 22. it. infra c. 5, 22. & 1 Cor. 5, 6. At Ion. *ex oppressione*, seu bonis iniuste raptis, cf. Es. 1, 17. *t*) *sacrificium confessionis* vel *laudis*. Leu. 7, 12. seqq.

t) visitatione iræ v. 2. *u*) vitulis nefarie structa 1 Reg. 12, 32. c. 13, 1. 2. cf. Hos. 10, 1. 2. 8. *x*) c. 4, 4. Hos. 4, 15. c. 10, 15. *y*) *vt succidantur*. Es. 14, 12. Ez. 6, 6. *z*) *cornua* s. *prominentiæ*, cornuum instar in altum porrectæ, quæ l. ab *eminendo* sic dicuntur, vel a situ in quatuor *angulis* altarium, coll. Ex. 27, 2. & Syr. קַרְנָא *angulus*, v. g. Act. 10, 11 בְּאַרְבַּע קַרְנָן. ex Gr. τέσσαρσιν ἀρχαῖς. *a*) cf. c. 7, 9. *b*) cf. Es. 21, 9. ℣. 15. *c*) *Et percutiam* c. 6, 11. tempore totalis destructionis regni Israelitici per Assyrios, coll. supra v. 11. 12. Nihil hic de terræ motu. cf. not. c. 1, 1. & 2 Reg. 3, 19. *d*) *domum hiemis* s. *hibernam*, hiemi transigendæ aptatam Ier. 36, 22. *e*) *vna cum* Gen. 32, 12. *f*) *domo æstatis* Gen. 8, 22. Zach. 14, 8. i. e. hiemales pariter & æstiuas, quas pro commoditate distinctas habebant Reges ac principes. cf. Iud. 3, 20. *g*) *domus eboris*, eboratæ, ebore multo renidentes, vel (sec. *Ion.* *ebore stratæ*. c. 6, 4. 1 Reg. 22, 39. Ps. 45, 9. *h*) *& finem habebunt*. Rad. סוּף Es. 66, 17. vel סָפָה Ier. 12, 4 *i*) Cf. c. 6, 11. Es. 5, 8. Videtur autem Propheta respicere ad statum regni Israelitici tempore *Ieroboami secundi* (vid. supra c. 1, 1.) ac postea *Pekahi*, sub quorum florenti regimine Israelitæ, ac potentiores maxime, pompam in struendis multis magnificisque ædibus sectati sunt c. 5, 11. c. 6, 11. & Es. 9, 9. 8. vbi videsis notam.

CAP. IV, ℣. 1. *k*) Vid. not. c. 3, 1. Caput hoc IV. agit I. contra proceres regni Israelitici v. 1--3. II. Contra Israelitas vniuersos v. 4--11. illis quidem exprobrans oppressionem pauperum & luxuriem; his vero idololatriam ac In peccatis pertinaciam; vtrisque pœnam comminans. III. ad pœnitentiam admonet. v. 12. 13. *l*) *o vaccæ Basanitidos*, i. e. pingues

CAP. IV, ℣. 1. אֲשֶׁר per *Makk.* 2 3. ℣. 2. בְּצִנּוֹת sic per *Pat.* seq *Dag.* 3. 6. 9. 20. 23. sic fe. 5. & sic in marg. 2. ℣. 3. הַהַרְמוֹנָה per *Chet* fe. 1. At *milra* 1. 2. qui tamen in marg. *milel* habet.

וְקִרְאוּ נְדָבוֹת הַשְׁמִיעוּ כִּי כֵן אֲהַבְתֶּם בְּנֵי יִשְׂרָאֵל נְאֻם
6 אֲדֹנָי יֱהוִה׃ וְגַם אֲנִי נָתַתִּי לָכֶם נִקְיוֹן שִׁנַּיִם בְּכָל־עָרֵיכֶם
וְחֹסֶר לֶחֶם בְּכֹל מְקוֹמֹתֵיכֶם וְלֹא־שַׁבְתֶּם עָדַי נְאֻם־
7 יְהוָה׃ וְגַם אָנֹכִי מָנַעְתִּי מִכֶּם אֶת־הַגֶּשֶׁם בְּעוֹד שְׁלֹשָׁה
חֳדָשִׁים לַקָּצִיר וְהִמְטַרְתִּי עַל־עִיר אֶחָת וְעַל־עִיר אַחַת
לֹא אַמְטִיר חֶלְקָה אַחַת תִּמָּטֵר וְחֶלְקָה אֲשֶׁר־לֹא־
8 תַמְטִיר עָלֶיהָ תִּיבָשׁ׃ וְנָעוּ שְׁתַּיִם שָׁלֹשׁ עָרִים אֶל־עִיר
אַחַת לִשְׁתּוֹת מַיִם וְלֹא יִשְׂבָּעוּ וְלֹא־שַׁבְתֶּם עָדַי נְאֻם־
9 יְהוָה׃ הִכֵּיתִי אֶתְכֶם בַּשִּׁדָּפוֹן וּבַיֵּרָקוֹן הַרְבּוֹת
גַּנּוֹתֵיכֶם וְכַרְמֵיכֶם וּתְאֵנֵיכֶם וְזֵיתֵיכֶם יֹאכַל הַגָּזָם וְלֹא־
10 שַׁבְתֶּם עָדַי נְאֻם־יְהוָה׃ שִׁלַּחְתִּי בָכֶם דֶּבֶר בְּדֶרֶךְ
מִצְרַיִם הָרַגְתִּי בַחֶרֶב בַּחוּרֵיכֶם עִם שְׁבִי סוּסֵיכֶם
וָאַעֲלֶה בְּאֹשׁ מַחֲנֵיכֶם וּבְאַפְּכֶם וְלֹא־שַׁבְתֶּם עָדַי נְאֻם־
יְהוָה

u) *& proclamate.* publice ac solemni ritu significate. Ioel 2, 15. vt in notitiam perveniant ac prædicentur. x) *spontanea.* Ex. 35, 19. Leu. 22, 18. 21. Deut. 12, 6. y) *audiri*, inquam, *facite*, ostentationis caussa significate, adhibito tubicinum aliorumve musicorum cantu 1 Par. 15, 16. 28. vt tempore Christi faciebant Pharisæi hypocritæ, Matth. 6, 2. 5. Huc tetendisse *Ion.* facile adparet ex ipsius paraphrasi: *Et adducunt illud adhibita musica, dicentes: Hoc est in beneplacitum.* Cf. similem ritum, sed innocentem 1 Sam. 30, 20. z) *ita facere amatis* & consueuistis; sed parum proficue pro vobis, aut laudabiliter. Declarat quodammodo ironiam. Ier. 5, 31. cf. Es. 66, 3. a) v. 3. 6. c. 3, 10.

ỳ. 6. b) Possit consecutiuum videri, pœnamque cum culpa comparare; q. d. *Itaque etiam ego iustissima talione dedi* &c. vt Es. 31, 2. sed pertinaciæ culpam h. l. exaggerat potius, caussamque simul seueri illius decreti de abolendo penitus regno Israelitico (v. 2. 3.) explicat, videlicet quod præteriti temporis castigationibus, fame, ariditate, insectis, peste, stragibus nihil quidquam se passi fuerint emendari v. 6–11. quamobrem v. 12. 13. decretum illud denuo repetit & continuat. Itaque sic exponimus: Nam præter alia castigationum genera, quibus hucusque ad pœnitentiam vos ducere intendi, *etiam ego dedi--Sed non conuersi estis.* Cuius apodoseos æque ac protaseos emphatica in seqq. repetitio v. 7. hanc vtique exegesin poscit. c) LXX. Vulg. & Vers. OO. *stuporem*; qs. significationem traherent ex cognato sono קָהָה Ier. 31, 29. 30. Præstat tamen, seruato perpetuo Kadicis æque ac Nominis vsu, vertere *munditiem* s. *immunitatem dentium* (5) Ps. 26, 6. Et sensus (sec. Cocc. 531.) est: Feci, vt otiosi essent dentes vestri, non habentes, quod manderent. Respondet enim ei sequens *defectus panis.* Cf. Es. 3, 16. d) *& defectum panis.* (3) Deut. 28, 48. 57. Epexegesis hæc est, qua præcedens *mundities dentium* declaratur. cf. Hos. 8, 7. c. 9, 2. Enarrat autem hic quinque castigationum genera, quæ totalis & consummati iudicii v. 12. 13. quædam quasi præludia fuerunt, sc. famem v. 6. ariditatem v. 7. locustas cum rubigine v. 9. pestem v. 10. ignem de cælo lapsum v. 11. e) *nec tamen vos conuertistis.* vt ego quidem intenderam, castigans vos, vt pœnitentiæ tribuerem occasionem. Sic v. 8. 9. 10. 11. cf. Es. 9, 11. c. 42, 25. Ier. 2, 30. c. 5, 3. c. 15, 7. f) *vsque ad me*, emphatice pro אֵלַי *ad me.* Vid. not. Thren. 3, 40. & cf. Hos. 7, 10. c. 14, 2.

ỳ. 7. g) Vid. not. v. 6. h) *prohibui* (negaui) *vobis.* Gen. 30, 2. Es. 21, 3. i) Vid. Ioel 1, 17. Ier. 14, 1. seqq. cf. 1 Reg. 17, 1. seqq. & Iac. 5, 7. k) *Cum adhuc tres menses* superessent vsque *ad messem*; adeoque per integrum trimestre ante messem, vt seges non potuerit non exarescere penitus. Significat autem (inquit *Hieron.*) vernum tempus extremi mensis Aprilis, a quo vsque ad messem frumenti tres menses supersunt, Maius, Iunius, Iulius l) *ita vt pluere* quidem *fecerim* (faciamque) *super vrbem vnam, sed* &c. Gen 2, 5. Es. 5, 6. atque adeo ariditas, si non vniuersalis fuit, ingens tamen & per totam terram sparsa fuerit, coll. hic v. 8. indeque magis etiam agnoscere potuissetis, non fortuitam esse hanc ariditatem, sed diuinitus immissam. m) *pluere fecerim* vel *faciam.* Facile adparet, Futurum h. l. & in seqq. Verbis esse loco Præteriti, quia consequens semper est, *nec vos conuertistis.* Est tamen hæc temporum enallage non sine emphasi: sed vt alias Futura actionem continuam, h. e. Præteritum cum continuatione siue Præsentis siue Futuri, exprimunt, ita hic idem subinnuunt. n) *& pars vna agri.* 2 Sam. 14, 30. o) *compluta* quidem *fuerit*, pluuiam acceperit. Niph. (1) p) *pluit*, impersonaliter; vel subintell. עָב *nubes*, quod femininum Hebræis 1 Reg. 18, 44. q) *exaruerit.* vid Ioel 1, 12. seqq.

ỳ. 8. r) *Vt etiam euagatæ sint*, vel, *Vnde vagatæ sunt* duæ tresue vrbes. c. 8, 12. Gen. 4, 12. Ier. 14, 10. 3. & cf. 2 Reg. 18, 5. 6. Prohibuit imbrem, vt non solum indigentiam panum (v. 7.) sed & sitis ardorem & bibendi penuriam sustinerent: in his enim locis--præter paruos fontes, omnes cisternarum aquæ sunt; & si imbres diuina ira suspenderit, maius sitis, quam famis, periculum est. *Hieron.* s) *Sed ne sic quidem conuersi estis.* v. 6. 9.

ỳ. 9. t) *vredine*, seu (vt *Ar.*) *vento feruente*, qui segetem exurit, vt ante maturitatem exarescat 1 Reg. 8, 37. 2 Reg. 19, 26. cuiusmodi perniciosum effectum Eurus in Oriente habet. Gen. 41, 6. Cf. Hag. 2, 17. & not. Es. 27, 8. u) *& rubigine.* Nomen hoc cum præcedenti fere iungitur, notatque vitium segetis, quo ante tempus marcescit ac *flauescit.* Deut. 28, 2. cf. יְרַקְרַק *flauus* Leu. 13, 49. x) *multitudinem*, i. e. plurimos *hortorum vestrorum.* Proprie est Infinit. Hiphil, qui vero substantiue sumitur. Prou. 25, 27. y) *ficuum vestrarum.* arbores puta. Nah. 3, 12. Cant. 2, 13. z) vulgo *eruca* (3) Ioel 1, 3. *Locustæ* vero speciem esse, ab *amputandis* s. erodendis arborum ramis dictam, probat *Bochart.* Hieroz. P. II. lib. 4. c. 1. Rad. גזם apud Arabes, Aeth. & Talm. est *succidere, amputare.* a) v. 6. 8. 10.

ỳ. 10. b) Leu. 26, 25. c) *pestem*; optimo item fine, nimirum vt vos conuerteretis, 2 Par. 7, 13. coll. v. 1. d) *in via Aegypti*, i. e. ea parte regionis vestræ, qua spectat versus Aegyptum Es. 10, 24. 26. siue hoc intelligendum sit respectu Israelitici tantum regni, cuius incolas allocutus est v. 1. 4. siue totius terræ Canaan, quo quidem casu significaretur Iudæa australis. Alii: *in via Aegypti*, cum vel frumenti petendi vel auxilii caussa illuc abiistis. Hos. 7, 11. 12. Denique alii: *ad modum Aegypti* s. eius pestis, quam olim Aegyptiis immisi Ex. 9, 3. seqq. Sed ita potius requireretur כְּדֶרֶךְ per Caph. e) Hos. 6, 5. c. 9, 13. f) *iuuenes* lectissima ætate florentes, & ad militiam pro patria obeundam delectos. Ier. 11, 22. c. 18, 21. 2 Par 36, 17. Es. 9, 16. Factum hoc vero fuerat per Hazaelem ac Benhadadum Syriæ Reges 2 Reg. 8, 12. c. 13, 3. 7. cum Israelitico regno præesset Ioachas, auus Ierobeami, sub quo noster vaticinatus est Am. 1, 1. g) *cum captiuatione*, h. e. vnaque captiuaui (captiuari siui) equos vestros. Cf. similem huius particulæ vsum 1 Sam. 16, 12. c. 17, 42. h) Homines *captiuos* alibi quidem denotat Num. 31, 12. attamen de iumentis commode quoque dicitur, coll. Ex. 22, 9. Vid. iterum 2 Reg. 13, 7. i) *adeo vt adscendere fecerim fœtorem.* Es. 34, 3. Ioel 2, 20. k) *exercituum vestrorum* Ez. 1, 24. cæsorum ab hostibus intra regni Israelitici viscera. l) *etiam*, vel *& quidem* (vt c. 3, 11.) *in nasum vestrum.* cf. Num. 11, 20. m) v. 6. 8. 9.

ỳ. 6. וגם per *Makk.* 1. 2. 3. 8. 10. 13. 19. & sic fr. 5. Sic iidem v. 7. ỳ. 7. Pro אֶחָת hab. אַחַת 3. 6. 9. 20. 21. sic fn. 5.

11 יְהוָה׃ הָפַכְתִּי בָכֶם כְּמַהְפֵּכַת אֱלֹהִים אֶת־סְדֹם וְאֶת־
עֲמֹרָה וַתִּהְיוּ כְּאוּד מֻצָּל מִשְּׂרֵפָה וְלֹא־שַׁבְתֶּם עָדַי
12 נְאֻם־יְהוָה׃ לָכֵן כֹּה אֶעֱשֶׂה־
לְּךָ יִשְׂרָאֵל עֵקֶב כִּי־זֹאת אֶעֱשֶׂה־לָּךְ הִכּוֹן לִקְרַאת־
13 אֱלֹהֶיךָ יִשְׂרָאֵל׃ כִּי הִנֵּה יוֹצֵר הָרִים וּבֹרֵא רוּחַ
וּמַגִּיד לְאָדָם מַה־שֵּׂחוֹ עֹשֵׂה שַׁחַר עֵיפָה וְדֹרֵךְ
עַל־בָּמֳתֵי אָרֶץ יְהוָה אֱלֹהֵי־צְבָאוֹת שְׁמוֹ׃

ה שִׁמְעוּ אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה אֲשֶׁר אָנֹכִי נֹשֵׂא עֲלֵיכֶם קִינָה
2 בֵּית יִשְׂרָאֵל׃ נָפְלָה לֹא־תוֹסִיף קוּם בְּתוּלַת יִשְׂרָאֵל
3 נִטְּשָׁה עַל־אַדְמָתָהּ אֵין מְקִימָהּ׃ כִּי כֹה אָמַר
אֲדֹנָי יְהוִה הָעִיר הַיֹּצֵאת אֶלֶף תַּשְׁאִיר מֵאָה וְהַיּוֹצֵאת
4 מֵאָה תַּשְׁאִיר עֲשָׂרָה לְבֵית יִשְׂרָאֵל׃ כִּי
5 כֹה אָמַר יְהוָה לְבֵית יִשְׂרָאֵל דִּרְשׁוּנִי וִחְיוּ׃ וְאַל־תִּדְרְשׁוּ
בֵּית־אֵל וְהַגִּלְגָּל לֹא תָבֹאוּ וּבְאֵר שֶׁבַע לֹא תַעֲבֹרוּ כִּי
הַגִּלְגָּל

ter, vt feriq ac fine mora pœnitentiam agas, ne omnipotentis Dei iram grauissimam experiaris. *Nam ecce is*, quocum tibi negotium est, formauit montes &c. adeoque dubitandum non est, quin inferre pos-

CAP. V.

sit, quæ comminatus est. *a) formator montium.* Es. 42, 5. c. 45, 12. 18. Ier. 10, 16. *b)* cf. Zach.12, 1. Num.16,22. c.27,16. *c) & tanquam omniscius Deus indicat homini* eumque efficaciter conuincit, vt

v. 11. *n) Euerti inter vos*, i.e. aliquas vrbium vestrarum pagorumque. Præf. ב partem significat, vt Hos. 6, 5. Ps. 78, 31. Ideo namque comparat eos torri ex incendio erepto; quia vniuersalis illa euersio non fuit. *o) secundum euersionem Dei*, qua euertit *Sodomam* Gen. 19, 24. 25. *Drusio* videtur hyperbolice significare extremam vastitatem, vt Es. 13,19. de Babylone, quæ nusquam diuino incendio euersa legatur. Sed malumus explicare de igne diuinitus immisso, quo aliquot Israelitici regni loca conflagrarint. cf. infra c. 7,4. & not. c. 1, 1. vti prædictum a Mose Deut. 29, 22. Cuiusmodi quid tempore Vsiæ Regis, sub quo noster prophetauit, accidisse colligitur ex coævo Esaia c.1, 7. 9. *p) sicut torris* (3) Es. 7, 4. Zach. 3, 2. *q)* iam ambustus, *ereptus* tamen adhuc. c. 3, 12. Zach. 3, 2. cf. Iud. v. 23. *r)* vid. not. v. 6.

v. 12. *s) ita*, vt v. 2. 3. comminatus sum. q. d. grauiori vos disciplina adficiam, qui præcedaneas illas castigationes hucusque contempsistis. cf. Ez. 7,27. *t) Quoniam vero.* q. d. *propterea vero*, *quia*, Num. 14, 24. 2 Sam. 12, 10. *u) sic facturus sum tibi.* *x)* itaque *dispone te*, vt nunc saltem adhuc te conuertas, atque sic obuiam eas &c. 1 Sam. 7, 3. Ps. 57, 8. *y) obuiam Deo*, venienti ad grauissimum tibi irrogandum supplicium c.5,17. vel iam eius ac iudicia imminentia, antequam erumpant, supplici pœnitentia ac precibus auertas. Hoc enim est *obuiare Deo.* cf. 1 Sam. 25, 20. Ion. *orna te ad suscipiendam doctrinam legis Dei tui* cf. Ex.19,17. At LXX. Ar. & Syr. *præpara te, vt inuoces Deum tuum.*

v. 13. *z) Addit* Ion. *manifestabit se.* Argumentum mouens ab omnipotentia & maiestate Dei sumtum, q.d. S[...] dep tibi vehemen[...] ter

scire, *quæ* sit &c. Is igitur, qui occulta in lucem producit, non ignorabit scelera vestra, sed grauiter ac pro merito puniet, nisi vos conuerteritis. Nouum argumentum ab omniscientia Dei. c. 5, 12. Hos. 5,3. Cf. Iob.12, 22. *d) cogitatio eius*, sc. hominis (1) a שׂוּחַ Ps.77,4.7.13. Alii ad Deum referunt: *qui* ex summa φιλανθρωπίᾳ *indicat homini, quæ sit cogitatio ipsius*, ad commonefaciendum eum. coll. c.3,7. *e) faciens* (penes quem est facere seu mutare) *auroram* Iob. 38, 12. Potest reflorescentem regni statum, quem sub Ieroboamo II. vobis indulsit c.1,1. 2 Reg. 14, 25. 26. 27. in spississimam malorum caliginem conuertere, ni resipiscatis. cf. infra c. 5, 8. Es. 21, 12. c.45,7. *f) in caliginem* (1) conf. Iob. 10,22.Rad. עוּף Iob.11,17. *g) & qui calcat super celsis terræ*, potestati ac dominio suo subiiciens cuncta, etiam illa ipsa, quæ videntur altissima. Mich. 1, 3. cf. Deut. 32, 13. c.33,29. *h)* is, inquam, *cuius nomen* est *Iehouah* c.5,27. Es. 48, 2. qui proinde, quæ per sanctissimum nomen suum vobis iurauit ac comminatus est, strictissime seruabit. cf. etiam supra not. c. 3, 13. & Hos.12, 6. CAP.V, *v.* 1. *i)* Verum quia præuideo pertinaciam vestram,& consequenter malorum iudiciorumque magnitudinem, itaque *audite* &c. Vid. not. c. 3,1. *k) quod ego proferens* sum. Num. 23, 7. Es. 14, 4. *l) lamentum.* c. 8, 10. Ez. 19, 1. *m)* Obserua autem, quod (1) *ad X. tribus* loquatur v. 1-17. coll. v. 5. 6. 15. (2) *ad vniuersas*, etiam ad Iudam & Beniamin v.18-27. coll. not. ad v.21. & 27. Ceterum cf. c.2, 6. c.3,1. ibidemque not. *v.* 2. *n) Cecidit* proh dolor! propter peccata sua. c.8,14. Es.24,20. Hos.5,5. Præterito vtitur loco Futuri emphatice in describendo casu, quem in spiritu iam cernebat, ac velut præsentem intuebatur. cf. not. Es.5,13. c.9, 1. &c. *o) neque perget* (vt antehac aliquoties) *a lapsu resurgere.* Esa.24,20. Ceciderant Israelitæ per Syros sub *Hasaele* & *Benhadado*, sed recollegerant se sub Ieroboamo II. 2 Reg. 14,25.26.27. Post huius mortem *Phul* Assyrius regnum Israeliticum inuasurus erat, sed regressurus tamen accepto argento 2 Reg. 15,19.20. quem secutus *Tiglatpileser*, trans-Iordanenses tribus captiuauit quidem, manserunt tamen Cis-Iordanenses, ibid.v. 29 Tandem *Salmanasser* has quoque deportauit, atque sic finem regno Israelitico prorsus dedit c.17,3. seqq. Et hic ipse fatalis lapsus est, de quo agitur. Negatur ergo Israelitarum surrectio non omni modo, sed eatenus vt regnũ ac Rempub. non habituri sint amplius, sicut hucusque habuerant. Nam quod ad antegressa tempora respiciatur, docet vel ipsa Verbi *addet* relatio. Vid. Hos.1,6. & cf. analogum quid de Iuda Ier.19, 11. ibidemque not. Interim ex lapsu in iudicium reprobationis, testatur Deus, posse ac velle se eos resuscitare Hos. 12,1.2. &c. Rom.11,23.26. *p)* Ier. 31,21. *q)* S. *deiecta est*; at Cocc. *omissa est*, vt prolaberetur *in terram suam.* *r)* cf. c.8,14. Deut.28,29. *v.* 3. *s) egrediens millenus*, i.e. quæ millenos educere poterat, *de qua egrediebantur mille*, vt habent LXX. Ar. Ion. & Syr. Metonymia est, qua subiecto tribuitur, quod adiuncti est. Sic Ier.9,18. *Descendant oculi lacrimis*, pro, lacrimæ ex oculis; Ioel 3, 18. *Colles ibunt* lacte, pro, lac collibus. Cf. Gen.34,24. *t) residuos habebit centum* tantummodo, eosque exules futuros, reliquis gladio, peste, fame absumtis. cf. c.3,12. *u)* cf. c.6,13. *v.* 4. *x) Nam*, si caussam tanti mali, modumque auerruncandi illius cognoscere cupitis. *y) quærite me* supplici pœnitentia & fide v.6.14. *z) & sic viuite*; emphatice pro *viuetis* vel vt *viuatis*. v.6. coll. v.14. Sic Ez.18,32. Prou.4, 4. c. 7,2. Vid. quæ de huiusmodi Impp. notauimus ad Ier.25,5. Subindicat vero caussam malorum annunciatorum esse impœnitentiam, ac pertinacem in vitulorum cultu perseuerantiam v. 5. *v.* 5. *a)* Nec e contrario (vt hucusque fecistis) *quæratis Bethelem* ad vitulos adorandos. c.4,4. *b) & Gilgalem*, in tribu Ephraim, in Beniaminitarum confiniis, prope Hierichuntem, vbi Iosua cum Arca fœderis quondam mansit. Ios.4,20. c.5,10. Vid. not. supra c 4,4. Quæ locorum vicinitas promouit etiam in Iudaico regno superstitionis contagium Hos. 4,15. *c) & ad Beersebam.* Fuit oppidum tribus Iudæ Ios.15,28. 1 Reg.19,3. Simeonitis delegatum Ios.19, 2. sedes superstitionis, quam a X. tribubus ipsi quoque adoptauerant Iudæi, infra c. 8, 14. En! igitur quanta vis sit mutuæ seductionis: seducti enim ab Israelitis Iudæi Hos. 4, 15. Mich. 1, 13. mox ipsi seductores seducunt, magisque ac magis corrumpunt, vt hi, moscholatrico cultu intra patriæ fines non contenti, eiusdem caussa peregrinationes in Iudaici regni vrbem Beerschebam instituant. Videntur a. hanc vrbem delegisse ob loci sanctitatem ac religionem, quod Abrahamus Gen.21,31.32 & Isaacus c.26,24. illic habitassent aliquamdiu, quodque Iacobus item sacrificia mactasset ibidem Deo Isaaci c.46,1. sicut hodienum sectarii Christiani sacris istiusmodi locis ad superstitionem turpiter abutuntur. *d) ne transeatis* ex vestro in Iudaicum regnum. *e) Nam*, vt ex consequente sciatis, quam ego detester cultum nefarium in his ipsis locis institutum.

---

v.12. כֹּה־אֶעֱשֶׂה ita 1.3.&fu.5. v.13. כִּי per *Mun.*6.9.10.20.contra *Mas.*1 & *Erff.*h.l.& *impr.pu.*f.58.col.7. וּבֹרֵא *milra* 3. 5. ʼ 22.& in marg.6.9. כְּבוֹתֵי ita cum ו otioso 1. 2. sec. *Mas.* 1 & *Erff* sed præter *impr.* ad Ef. 58, 14. Per *Makk.* 1.2.3.6.9.10.19.20.21. & cum ־ *Mun* simul 22.23: Sic fe.5. CAP.V, *v.*5. וְאַל sine præf. 1 au 3. & in marg.6.9.

הגלגל גלה יגלה ובית אל יהיה לאון׃ דרשו את־ 6
יהוה וחיו פן־יצלח כאש בית יוסף ואכלה ואין
מכבה לבית־אל׃ ההפכים ללענה משפט וצדקה 7
לארץ הניחו׃ עשה כימה וכסיל והפך לבקר צלמות 8
ויום לילה החשיך הקורא למי־הים וישפכם על־פני
הארץ יהוה שמו׃ המבליג שד על־עז ושד על־מבצר 9
יבוא׃ שנאו בשער מוכיח ודבר תמים יתעבו׃ לכן 10 11
יען בושסכם על־דל ומשאת־בר תקחו ממנו בתי גזית
בניתם ולא־תשבו בם כרמי־חמד נטעתם ולא תשתו
את־יינם׃ כי ידעתי רבים פשעיכם ועצמים חטאתיכם 12
צררי צדיק לקחי כפר ואביונים בשער הטו׃
לכן המשכיל בעת ההיא ידם כי עת רעה 13
היא׃

f) omnino migrabit in exilium, vt omine & nomine fiat גלגל, h.e. migratoria. In Paronomasis Propheticis non requiritur ἀκρίβεια etymologica, sed sufficit qualiscunque concretio soni radicalis. Alioquin enim Gilgal a גלל seu deuoluendo nomen habuit Ios.5, 9. cf. not. Ier. 51, 2. g) fiet in Beth-Auen, seu domum iniquitatis. Hos.4, 15. cf. Hab. 3, 7. Bethel fiet Beth auen respectu pœnæ, sicut hucusque fuit respectu culpæ. Schm. ad Hos. p. 179. significatur, inquit, quod Deus eam habiturus & tractaturus sit, vt domum iniquitatis. h. e. propter crimina, inprimis idololatriæ, horrenda deuastatione perditurus. At Ion. in nihilum; Vulg. inutilis; LXX. Syr. & Ar. ἔσαι ὡς οὐχ ὑπάρχουσα. Nam & vanitatem notat vox און Es. 41,29. idemque propemodum est quod אין nihilum vel nullus.

℣.6. h) Quærite igitur. Quod v. 4. Dominus sub propria sua persona dixerat, hoc Propheta repetit ac suum quoque facit, vt eo magis inculcet. i) ne peruadat, seu inuadat Dominus. Iud.14, 6. 1 Sam.19, 18. Ion. ne ardeat veluti ignis ira eius in domo &c. k) Deut.4,24. Es 33, 14. l) regnum Israeliticum, cuius regia fere ac princeps tribus Ephraim v. 15. Obad. v.18. Zach. 10, 6. m) & vorei ignis ille. Thren. 1, 5. n) ita vt non sit extinguens incendium. Ier. 4, 4. c.21, 12. o) v. 5.

℣.7. p) Inprimis qui conuertunt. vel; qui conuertitis. vid. not. v.12. Dependet hoc participium a Nominibus domus Iosephi & Bethel v. 6. cf. v.8. c.6,12. Atque sic sensim Propheta ab vniuerso populo v.4. deuenit speciatim ad iudices ac præfectos populi. v.10.11.12.16. q) in absynthium. c 6, 12. Iudicia recta, res suauis populo, corrupta, mera amarities. r) ... eles. Grot. v) cf. Es.5,7. Ez.5,6. s) in terram deiiciunt. Es. 28,2. cf. Dan.8, 12.

℣.8. t) Facientem. Construe cum remotiori Accusatiuo Iehouam v. 6. Quærite, inquam, Dominum, qui fecit &c. u) pleiadas (5) Iob. 9,9. c. 38, 31. Maius ad Cocc. p.50. deriuat ab Arab. כום, magnum esse, a cumulare, vt sit constellatio magna & qs. cumulus multarum stellarum, quod putat in pleiadas bene quadrare. x) & Orionem. vid. not. Es.13,10. stellas hic nominat tum notissimas; tum quæ concitant tempestates, quas hic minatur; tum inter se contrarias: Pleiades enim frigus remittunt, Orion autem graues motus concitat. Pol. in Synopsi. y) quique conuertit, s. mutat. Ps.78,44. Ps.114,8. tenebras in diem s. diluculum. z) ac diem vicissim nocte obtenebrat, i. obtenebrando facit noctem; quod non modo quotidie facit, dirigendo vicissitudines diei ac noctis, sed præter naturæ ordinem facere similiter potest, coll. Ex.10,23. Ps.105,28. pariterq; tristia cum lætis, læta cum tristibus commutat, prout vel gratiam exhibere suam, vel iustitiam ac vindictam statuere intendit, coll. supra c.4, 13. & infra c.8,9. item Es.45,7. Ier 13,16. a) qui vocat, verbo efficaci ac pro imperio. c.7,4. c.9,6. b) & effundit eas, per inundationes c.9,6. vt olim in diluuio Gen.6,17. c) eum, inquam, cuius nomen Iehoua est, quique sui nominis maiestati semper respondet. v.27. Es.42,8. Ier.10,16. c.31,35. c.32,18. itemq; c.33,2. vbi videsis not. & supra c. 4, 13.

℣.9. d) Qui recreat (5) Ps.39,14. Iob.9,27. c.10,20. cf. Ier.8,18. Reciproce alias sumitur, sed hic transitiue, iunctum Accusatiuo deuastationem, h.e. deuastatum. Sensus: Qui confortat imbecillum, vt recollectis viribus contra robustum, a quo ante oppressus ac deuastatus fuerat, insurgat. Sic fere Ion. qui vires auget infirmis contra fortes. & Syr. qui dominari facit infirmum super fortem. Ita שד sumitur concretiue & in oppositione ad sequens עז. cf. Es.40,29. 30. At Cocc p.102. Qui facilitat vastitatem in robustum; qui facili negotio robustum profligat. Quomodo conferri potest rad. Ar. per Gain: Contigit terminum propositum, & in IV. Coniug. Fecit vt perueniret, perduxit &c. e) Hos. 7,15. f) robustum s. bene munitum Num.13,18. g) ita vt deuastatio &c. cf. Es. 3,1. & vid. Hos.10,14. Describit Deum ab absoluta potentia ipsius, secundum quam modo exaltat atq; roborat, quemcunq; vult, modo humiliat ac frangit. cf. 1 Sam.2,4-8 Idq; eum in finem facit, vt apud Israelitas sanctum timorem excitet a maiestate illius, qui & seruare potest ac perdere. ℣.10 h) Q.d. Verum quid horum illos? Atqui oderunt ipsi &c. nec pati volunt meliora monentes. cf. v.13. Es.66,5. i) in porta, loco iudicii v.12. vbi tamen quam maxime debebat veritatis iustitiæque sedes esse v.15. Non male autem Grot. sic reddit: Oderunt qui in porta sunt, id est, iudices, recta monentem. Nam vox in porta, sec. accentus referri debet ad præcedens oderunt, non ad sequens corripientem. k) corripientem Es.29, 21. Hos.4,4. l) loquentemq; integrum, h. e. integram ac ingenuam veritatem; sumto תמים neutraliter vel substantiue, vt Ios.24,14 Iud.9,16. Vel qui loquitur tanquam integer, concretiue, vt decet virum integrum, coll. Ps.15,2 Prou. 28,18. cf. Es.33,15. m) detestantur Mich.3,9. Iob.19,19. ℣.11. n) Propterea. q.d. Quoniam igitur, vt v.10. dixi, neq; meas neq; aliorum monitiones audire vultis, itaq; decretam in vos sententiam audite. o) quoniam pedibus calcatis (t) Est vel antistœchon pro בוססכם Infinit. Piel ex בוס, Es.63,18. Ier.12,10. sicut שריון pro סריון lorica; vel forma mixta ex duabus radicibus, בוש & בוס, q.d. pauperem ignominia adfectum conculcatis. p) super attritum. c.2,7. c.4,1. q) & donum, munus. Dicitur a נשא tulit, attulit, obtulit, ac notat quidquid quis offert alteri, aut offerre tenetur. Gen.43,34. Ez.20,40. 2 Par.24,6. r) frumenti c.8,5.6. Gen.41,35.49. s) ideo domos caponis, h.e. lapidibus cæsis vel quadratis. 1 Reg 5,31. Es.9,9. Vid. quæ supra ad c.3,15. de luxu Israelitarum in ædificiis adnotauimus: & cf. Ier.22,13.14.15. t) ædificaueritis quidem. Est instar Paulo post Futuri, vt Es.7,16. תעזב non deseretur, sed deserta dudum erit. Sic sequens plantaueritis. u) sed non &c. Zeph.1,13. cf. Hos.9,3 x) vineas desiderii, desideratissimas, pulcherrimas. Es.32,12. cf. Ez.23,6. y) vt prædictum Deut 28.30.39. Contrarium et infra c.9,14. Es.65,21. ℣.12. z) Nam (vt ne putetis, latere scelera vestra, ac proin impunita fore) noui Hos.5,3. cf. supra c.4,13. ibidemque notam. a) quod multæ sint præuaricationes vestræ. cf. c.4, 4. Per Accus. multas vertere non licet propter ordinem constructionis, quæ verbum substantiuum subintelligi iubet. Alioqui Adiectiuum sequeretur substantiuum suum, non antecederet. b) & quod valida s. numerosa sint. Ier.5,7. c.30,14. Schm. innumera cf. Ioel 3,5. Ps.40,6.13. c) o! angustiantes iustum; in angustiam ac στενοχωρίαν redigentes. Schm. qui affligunt. Ps.7,5. Ps.143,12. Cf. Nom. cum oppos. Verbo Ps.4,2. d) accipientes lytrum in præiudicium iustæ caussæ. 1 Sam.12,3. Prou.6,35. e) quiq; pauperes. Subauditur Pron. אשר, quod secundam Personam in tertiam plerumq; transmutat. cf. v.7. & c.4,1. f) Vid. v.10.15. g) declinare faciunt. i.e. caussam eorum peruertunt Prou.18,5. q.d. depellunt eos a limine iudicii Es.10,2. vel a via iuris ad inextricabilem ἀπορίαν Es 29,21. Cf. supra c.2,6.7. c.3,10. ℣.13. h) Propterea hoc rerum statu. Reassumitur ex v.11. cf. v.16. i) quisquis intelligens fuerit tempore isto, cum Dominus scelera populi sui vlciscetur v.11. Intelliguntur, qui ingemiscunt super peccatis, Ez.9,4. ad iudicia Dei a Prophetis prædicta vigilant, eorumq; iustitiam humillime venerantur Ps.64,10. Dan.9,13. in oppositione ad ceteros, qui quidem experiuntur grauem Dei manum, verum sine agnitione peccati, ac vera sui humiliatione coram Deo Es 42,23.24.25. k) silebit, i.e. humili silentio iusta Dei iudicia venerabitur, nec obmurmurabit, sed patienter æque ac suppliciter se submittet, tacitisque suspiriis, ore in puluerem defixo, anhelabit salutem Domini. Thren.3,28.29 30.26. Ez. 24,17. Leu. 10,3. Ps 4,5. Ps.39,10. At Ion. Propterea doctores eo tempore propter impios conticuerunt. l) tempus insigniter malum illud erit Mich.2,3. Eph.5,16. quod proinde pias dociles que mentes etiam insigniter humiliabit. Vel sec. Raschi: tempus destinatum ad mali executionem. cf. Ier.2,28. c.11,12.14.

℣.8. עשה per Segol 1.5.6.7.9.10.14.20. הלילה ה præf. Lamed c.3. & in marg. 6.9 Sic fecerat 5. sed rursus deleuit. החשיך sic 2.3.10.5. ℣.11. בר per Kam.3.5. ℣.13. Spatium nullum præmittunt 1.2.3.5.6.7.9.12.19.20.21.22.23.

14 היא׃ דרשו־טוב ואל־רע למען תחיו ויהי־כן יהוה
טו אלהי־צבאות אתכם כאשר אמרתם׃ שנאו־רע ואהבו
טוב והציגו בשער משפט אולי יחנן יהוה אלהי־צבאות
16 שארית יוסף׃ לכן כה־אמר יהוה אלהי צבאות
אדני בכל־רחבות מספד ובכל־חוצות יאמרו הו־הו
17 וקראו אכר אל־אבל ומספד אל־יודעי נהי׃ ובכל־כרמים
מספד כי־אעבר בקרבך אמר יהוה׃
18 הוי המתאוים את־יום יהוה למה־זה לכם יום יהוה
19 הוא־חשך ולא־אור׃ כאשר ינוס איש מפני הארי ופגעו
הדב ובא הבית וסמך ידו על־הקיר ונשכו הנחש׃
כ הלא־חשך יום יהוה ולא־אור ואפל ולא־נגה לו׃
21 שנאתי מאסתי חגיכם ולא אריח בעצרתיכם׃
22 כי אם־תעלו־לי עלות ומנחתיכם לא ארצה ושלם
23 מריאיכם לא אביט׃ הסר מעלי המון שריך וזמרת
נבליך

ac domi, sed *in omnibus plateis*. Ier. 48, 38. *f) planctus erit* v. 17. *g) heu! heu!* ὀὐαί, ὀὐαί. Apoc. 18, 10. Conuenit cum הוי Ier. 22, 18. & הי Ez. 2, 10. *h) & vocabunt* (qui in plateis publice plangunt) *agricolam* (7) *ad luctum*; iubebunt agricolas inprimis lugere, ob defectum messis: lugete vos, inquient, inprimis, o miseri agricolæ. Ier. 14, 4. Ioel. 1, 11. *i) & planctum acclamabunt peritis lamenti* cf. קרא cum אל Es. 40, 2. i. e. ad planctum publice inuitabunt, quotquot lamentabili gestu vel threnis patheticis adfectus mouere sciunt. Vel: *& planctus erit apud peritos lamenti. k)* cf. Ps. 89, 16. *l) lamenti* (6) Ier. 9, 17. 18. 19. ℣. 17 *m)* vbi lætitiæ quondam erat materia, & læta sonabant cantica v. 11. Es. 16, 20. *n) planctus* erit v. 16. *o)* Ion. *quia manifestabo me ad faciendum vltionem iudicii mei in medio tui.* cf. Ex 12, 12. & supra c. 4, 12. ℣. 18. *p)* Incipit hic altera Pars capitis, contra *Iudaos* etiam directa. vid. not. v. 1. 21. *q) desiderantibus* Num. 11, 34. Ier. 17, 16. qui *diem Domini*, a Prophetis prædictum, proterue rident, & adeo procul abesse putant, c. 6, 3. vt nec dicere vereantur: *Veniat modo ille dies*; vehementer illum videre cupimus; nunquam vero euenturum persuasi sumus, lætiora potius quælibet nobis ominantes. Es. 5, 19. Ier. 17, 15. Ez. 11, 3. c. 12, 21. 2 Petr. 3, 3. 4. cf. Hab. 1, 5. *r)* Ion. *diem qui venturus est a Domino.* Est hic dies vindictæ c. 6, 3. cf. Es. 13, 6. Mal. 3, 2. Ier. 30, 7. Ioel. 2, 11. Zeph. 1, 15. *s) Cur vobis erit.* Pron. זה abundat emphatice, vt Gen. 18, 13. Interrogatio vero insaniam desiderantium arguit; q. d. Nunquam dicturi essetis, *veniat modo dies Domini*, si quidem sciretis, quam horrendus ille exstiturus sit. cf. Es. 28, 22. *t)* Atqui erit *ille*, vel sec. *Schm.* cum sit *ille* dies *tenebrarum*. v. 20. Es. 5, 30. c. 8, 22. q. d. Atqui sentietis, cum minime fuisse optabilem. cf. Coh. 12, 1. *u) & nequaquam*, vt temere creditis, *lucis*. Epitasis emphatica. Solet autem Scriptura per *lucem* optabilia, per *tenebras* vero tristia quæque significare, Es. 45, 7. Thr. 3, 2. ℣. 19. *x)* Nam *cum* (Hos. 7, 12.) *effugerit quis -- tum incidet in eum* &c. Vel: ita se dies ille habebit, *ac si* c. 3, 12. &c. Describit diem illum tenebrosum a malorum serie & ineuitabilitate. cf. Es. 24, 18. Ez. 15, 7. *y)* cf. c. 9, 1. *z) & incidat in eum.* 1 Sam. 10, 5 *a) vrsus.* 1 Sam. 17, 34. Hos. 13, 8. Videtur esse prouerbialis locutio, vel ex aliquo euentu singulari nata, vel ex eo quod sæpe accidit; quale est vulgatum illud: *Incidit in Scyllam* &c. *Boch.* Hieroz. P. 1. 810. seqq. *Kimchi*: Ex angustia vna in aliam deuenietis. & *A. Esra*: Licet euaserit malum vnum, alterum tamen non euadet; nam calamitas vna post alteram veniet. cf. Ez. 7, 26. *b) aut venerit* quidem *domum*, ab viso etiam ereptus. *c) sed ponat* forte. Leu. 3, 2. 8. 13. *d) & mordeat ipsum.* c. 9, 3. Num. 21, 6. 9. ℣. 20. *e)* Quod cum ita se habiturum sit, *nonne* proin verum est, quod v. 18. dixi? *nonne* dies *tenebrarum* erit? &c. Per epiphonema hoc subiungit *f) & caliginosus* (1) Alii substantiue; *caligo*, vel dies *caliginis*. cf. Ex. 10, 22. Es. 8, 22. *g) nec splendor* ei erit. nihil optabile, sed infausta quæque feret. Es. 50, 10. ℣. 21 *h)* Neque vero putetis, inquit Jehouah, me propter sacrificia vestra vobis parciturum esse. cf. Es. 1, 11 -- 14 Ier. 6, 20. & Hos. 9, 15. Am. 3, 14. Repudiat opus operatum, & loco eius veram conuersionem ac pœnitentiæ fructus poscit infra v. 24. *i)* S. *auersor*, *abominor*. Mal. 2, 3. *Proprie hoc contra tribum Iuda dicitur, & eos, qui ex Israel ad Dei ceremonias commigrauerant. -- Nunquam enim reor, quod de oblationibus vitulorum -- (ita) dixerit*: inquit *Hieron.* pariterque Kimchi & alii: 1) quod eorum sacrificia Deus ipse non vitulis, sed *sibi* oblata esse dicat. v. 22 nisi potius ex mente offerentium id dictum accipias. coll. Hos. 5, 1. c. 8, 1. 2. & 13, &c. 2) quia cantica illa sacra v. 23. parallelismus c. 8, 3. 10. doceat fuisse cantica *Templi*, vbi tamen vide not. Interim 3) Iudæos hic non excludendos esse, colligimus inde, quia de *Babylonica* captiuitate, quæ Iudæorum est, agit v. 27. coll. Act. 7, 43. *k) nec odorabor.* Ion. *neque cum beneplacito suscipiam.* Humana loquitur similitudine, vt nos adfectum Dei nostris sermonibus cognoscamus. *Hier.* Dicit autem *odorabor* in respectu ad *sacrificia* festiua, coll. Gen. 8, 21. Leu. 26, 31. 1 Sam. 26, 19. *l) cessationes* s. *ferias vestras* Es. 1, 13. Leu. 23, 3. Ion. *oblationem cœtuum vestri.*

℣. 22. *m)* Nam (vt nec hoc ignoretis, *quantumuis offeratis* &c. *n) non* tamen *acceptabo.* Es. 1, 11. Hos. 6, 6. Mich. 6, 7. *o) & pacificum.* Sing. (1) cf. Plur. Ex. 24, 5. *p) de saginatis vestris.* Es. 1, 11. *q)* Gen. 4, 5. Es. 66, 2. ℣. 23. *r) a super me.* Emphasis in Particularum compositione. q. d. a me. cui molesta sunt tua cantica, velut onus grauiter incumbens. cf. Es. 1, 14. *s) tumultum seu strepitum canticorum tuorum* Ez. 26, 13. Pulchre cantica Leuitarum, quibus laudabant Deum, tumultum vocat, sonitumque confusum; quia non est pulchra laudatio in ore peccatoris. *Hier.* cf. Es. 14, 11. c. 17, 12. *t) & cantum*, Ps. 81, 3.

℣. 14. *m)* Quamobrem iterum iterumque vobis inculco, quod v. 4. iam dixi: *Quærite bonum* v. 15. cf. Hos. 8, 3. *n)* v. 15. *o)* v. 4. 6. *p) & sit ita*, vel sec. S. *sic enim erit.* *q)* v. 16. c. 3, 13. c. 4, 13. *r) quemadmodum & nunc* quidem *dicitis*, sed temeraria & inani gloriatione. cf. Ier. 7, 10. 9. Mich. 3, 11. Ioh. 8, 54.

℣. 15. *s)* Idem dixerat iam v. 14. Hic vero repetit, non modo, vt sentiant, esse serium & magni ponderis mandatum diuinum; sed etiam, vt generali præcepto adiungat speciale de administranda in portis iustitia, ad iudices directum. cf. Ps. 97, 10. Rom. 12, 9. *t)* Zach. 8, 19. cf. Mich. 3, 2. *u)* speciatim vero *sistite*. Facite vt ius firmam ac stabilem sedem in portis habeat. cf. 1 Par. 16, 1. *x)* v. 10. 12. Ruth. 4, 1. Thren. 5, 14. *y) forte.* Non quidem dubitat, sed spem bonam facit. q. d. Desperandum non est, si ita feceritis, quin misserturus sit Dominus. Interim tamen ad subdubitantis instar dicit *Forte*, vt significet, ex parte hominum peccatorum opus esse agone ad impetrandam a Deo gratiam: idque contra securitatem, quæ gratiam temere rapit sine præuia contritione, sine fide, adeoque sine ordine; quasi res ludicra esset peccatum & Dei ira. cf. Ex. 32, 30. 1 Sam. 14, 6 2 Reg. 19, 4. Zeph. 2, 3. *z) misserebitur.* 2 Sam. 12, 22 Ex. 33, 19. *a) reliquias* dicit, quia X. tribus ante Ieroboami tempora a Syris nimium iam accisæ erant, coll. not. c. 1, 3. cf. supra c. 1, 8. c. 9, 12 *b)* vid. not. v. 6.

℣. 16. *c)* Particula hæc respicit ad proxime præcedentia, q. d. Verum quod neque facitis, quæ dixi v. 15. neque facturi estis, *propterea* &c. Aut potius reassumitur iterato ex v. 11. coll. v. 13. *d)* cf. not. v. 8. c. 3, 13. &c. *e)* non inctus tantum ac

℣. 14. רע per *Pat.* 1. 2. 3. 6. 9. 10. 20. sic in. 5. Habent tamen *Kam.* 6. 9. in marg. יהוה אלהי sic 1. 2. 3. 6. 9. 10 sic fu. 5. ℣. 15. רע per *Pat.* 1. 2. 3. 6 9. 10. 14. 20. ℣. 20. הלא sic *defect.* 1. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 15. 22. 23. sec. Mas. 2. *impr.* & *Erff.* h. l. Contraria quidem est *Masora impr.* Mich. 1, 5. sed pro חסר, quod mendosum illic, restituendum est מלא. Alii plene.

24 נבליך לא אשמע ׃ ויגל כמים משפט וצדקה כנחל
כה איתן ׃ הזבחים ומנחה הגשתם־לי במדבר ארבעים
26 שנה בית ישראל ׃ ונשאתם את סכות מלככם ואת
כיון צלמיכם כוכב אלהיכם אשר עשיתם לכם ׃
27 והגליתי אתכם מהלאה לדמשק אמר יהוה אלהי־
צבאות

u) *nabliorum tuorum*. Ef.14, 11.

℣. 24. x) *Contra vero voluatur*, h. e. exsuperet, vigeat, dominetur, ita vt progressum ac vim eius nihil omnino sistat. Sumta metaphora ab vadis magnis, cum in pelaga montes *voluuntur aquarum*: Vnde גל *fluctus* Ef.48,18 Zach. 10, 11. vel, ab aquis scaturientibus, cum e scatebris suis ebullientes affatim *prouoluuntur*: vide גלות *scatebra* Iof. 15, 19. Iud. 1, 15. cf. Rad. Prou.26,27. Ceterum paraenetice hunc versum accipiunt nobiscum complures, vt *Tigur. Vatabl. Tarn. Belg.* & *Cocc.* Atque sic est in oppositione ad v. 7. 12. coll. v. 15. At prophetice B. *Luth.* & *Calou.* & ita quidem vt sit Euangelica promissio de iustitia N. T. Q. d. Quid est, quod vestra sacrificia, vestras oblationes, & ista omnia iactatis? Erit aliquando tempus, cum ista omnia cessabunt, & reuelabitur copiosissime iustitia. cf. Ef. 48, 18. y) cf. Ef. 11. 9. z) cf. Mich. 6, 8. a) *instar fluuii* Ef. 50, 2. b) *fortis* s. *vndosi*. Pf. 74, 15. cf. Ex. 14, 27.

℣. 25. c) *Numquid sacrificia & munus* s. *Mincham adduxistis mihi* &c. Difficilis locus. Certum est enim, sacrificia Domino oblata fuisse in pactione foederis Ex. 24,4. seqq. in consecratione altaris ac tabernaculi Num. 7. itemque in celebratione Paschatis altero post exitum Aegyptiacum anno Num.9,1. seqq. *R. Eliesar* in Bab. Chagigah f. 6. 2. locum hunc explicauit de sacrificio *iugi*, de quo existimauit cationes quidem datos fuisse in Sinai, ipsum vero non fuisse oblatum. Alii ad sacrificia *in genere* extendunt, verum ita, vt 40. annos explicent per numerum rotundum pro 38. illis ac dimidio, post μοχϑηρίαν & explorationem Cananaeae residuis, coll. Num.14,34. quorum de-

decursu negane vlla oblaza fuisse sacrificia, ne iugia quidem, coll. Num.28, 6. vbi instaurata leguntur quadragesimo post exitum anno. quemadmodum & Pascha & circumcisio interim cessauit Num.9,1. Iof.5,5-10 Verum non fine ratione (inquit *Lightfootus* in Act.7,42.) suspicari licet, quod sacrificium iuge post illud temporis fuerit continuatum. nam sunt prunae in Altari Num.17,11. atque ignis, in altari perpetuo ardens, non inaniter arsit. Itaque Sal. van Till ad Deut.32,17. p. 63. imputatiue vel interpretatiue accipit, existimans, non Deo, sed idolis oblata censeri Israelitarum sacrificia in deserto, quod non recte de Deo senserint, eum sine Christo & Spiritu S. non aliter concipientes, ac gentes suum, quod colebant, numen. Ita cf. Ef.66,3. c.43, 23. Verum ille interpretatiuus sensus rem nondum videtur conficere, coll. Act. 7, 41. vbi Protomartyr Stephanus ex hoc ipso loco probat iudicium Dei, quo tradiderit (παρέδωκεν, cf. Rom.1,21.24. 28.) Israelitas ad seruiendam stellis atque idolis, perinde ac gentes tradidit. cf. etiam Deut.31,17. Malumus igitur cum Lightfooto accipere tanquam querelam Dei *de sacrificiis spontaneis*, aut plane non, aut raro *ad Tabernaculum Dei* allatis, post primum illum dimidiumque annum ab exitu Aegypti. coll. not. Leu.17,4. Mirum vero non est, sacrificia illa, quae ipsorum arbitrio magis relicta erant, Israelitas idolis potius, quam Deo obtulisse, quippe iam ante legislationem ita facere consueuerant Leu.17,7. & Moses Deut.12,8. eosdem arguit, in deserto pro lubitu sacrificasse, ac prout visum ipsis fuisset. Notetur autem hic connexio cum v. 21. 23. Dixerat enim, se nolle sacrificium ex mero opere operato. Iam igitur ad tempora deserti prouocans, subinnuit, se quidem huiusmodi victimis carere facile posse, sicut iam olim caruerit: nec tam sacrificia, quam obedientiam ac iustitiam a se requiri. cf. Ier.7,21.22.23. d) cf. c.2,10. ℣. 26. e) *Atqui gestastis*. cf. de idolis Ef. 46,1.2. Ier.10,5. de tabernaculo conuentus Num.1,50. f) Quidam: *Siccuth*: vt sit pr. idoli (1) cf. *Succoth Benoth* 2 Reg. 17,30. Sed rectius LXX. appellatiue τὴν σκηνὴν τοῦ Μολόχ, quod cf. cum Act.7,43. Sic Syr. משכן, & Vulg. *tabernaculum*. cf. infra c.9,11. & Pf. 76,3. Videtur ergo portatile fuisse facellum, ad analogiam tentorii Iehouae in deserto structi. g) *Regis vestri*, h.e. *Molochi*. vid. not. c.1,15. *Rex* est inter nomina Dei, supremam ipsius potestatem, dominiumque in vniuersa significans Ef.6,5. Ier.46,18. c.48,15. sed turpissimo abusu *Ammonitico idolo* tributum, coll. Tseph.1,5 Eadem fata habuit, ac nomen בעל Hof.2,18. h) Difficillima vox. Quibusdam est pr. *Saturni*, quem Arabes ac Persae cognato nomine כיואן adpellant. vid. Lex. *Golii* col. 2082. Sed & in Plauti Poenulo eundem *Ciun* nominari, probat *Sam. Petitus* Miscell Lib. 2. c.2. Fundamentum huius sententiae in eo ponunt, quod LXX. indeque S. Stephanus Act. 7, 43. pro Hebr. כיון aliud proprium (ῥαιφὰν vel ῥεμφὰν) substituant. Verum repugnat sequens Pl. צלמיכם cui cum praecedente Sing. כיון haud conuenit. Vnde colligimus, 1) appellatiuum esse 2) constructum, seu in regimine. Videlicet eodem se modo habet ad צלמיכם, ac סכות & כוכב ad constructa sua. id quod ex membrorum serie ac habitu facile patet: *tabernaculum Regis vestri, & - imaginum vestrarum, stellam Dei vestri*. Graecum vero ῥεμφὰν, nequaquam, vti supponitur, ab Hebr. כיון expressum fuit. Animaduertet, quisquis Gr. textum cum Hebraeo accurate contulerit, bina commata illa כוכב אלהיכם & כיון צלמיכם in Graeco traiectione passa fuisse; atq; sic demum Graeca Hebraeis consonare: Gr. καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν ῥαιφὰν, Hebr. כוכב אלהיכם; Gr. τοὺς τύπους αὐτῶν, Hebr. כיון צלמיכם. Ex qua collatione simul obseruamus, Pronomen αὐτῶν esse loco Nominis צלמיכם, ῥαιφὰν vero explicationis caussa Hebraeo אלהיכם superadditum. Indeque patet, temere coniectare, qui Graecos ריון pro כיון legisse, idque ῥαιφὰν pronunciasse autumant. Nam praeter adducta, 1) huiusmodi varietas in nullo codd. Hebraeorum obseruatur; 2) &, licet ita legissent, tamen ῥευὰν per υ expressissent potius, quam per φ, quod haud scio, num Hebraeo ו in Nominibus propriis vsquam respondeat? Est igitur *appellatiuum*, sed quo significatu? Quidam: *apparatum*, a כון, quod in Hiphil est *parare*; alii, *basin*, vel *loculamentum*, cui imagines impositae, coll. כן *basis* Ex.30,18. Nos quidem facimus cum LXX. τοὺς τύπους αὐτῶν, quos sequitur Lucas in oratione Protomartyris, & cum Vulg. *imaginem idolorum vestrorum*, coll. תכונה, quod Ez.43,11. cum צורה *forma, simulacrum*, coniungitur. Sic apud *Herodian.* lib.5. τύπος τοῦ θεοῦ *simulacrum Dei*, & apud *Ioseph.* Antiquit. Iud. lib. 1. c. 19. τύποι τῶν θεῶν pro Hebr. תרפים *simulacra* aliquoties. i) *idolorum vestrorum* Num.33, 52. 2 Reg. 11, 18. iunctum praecedenti כיון notat *effigiata idola* vel *simulacra*. k) & *stellam Deorum*, vel potius sec. LXX. & Act. 7, 43. singulariter τοῦ θεοῦ ὑμῶν ῥαιφὰν, cf. Deut.4, 19. c.17,3. *Hier. luciferum* intelligit, quem Saracenos fert suo adhuc tempore veneratos fuisse. Sed *Bochart.* Phal. lib.I. c.15. p.67. ex *Kirchero* probat, Aegyptium vocabulum *Rephan* pro *Saturno* hodieque in vsu esse inter Copticas. Atque hac voce LXX. eo libentius vsos fuisse credit, quod in Aegypto scripserint. Superuacuum igitur fuerit in peregrino vocabulo, vt faciunt eruditi, Hebraicas venari etymologias. l) non ex institutione & auctoritate diuina, sed priuato arbitrio, & αὐθαιρέτως. Ceterum quod possibile, immo & factum fuerit, vt Israeliticus populus idola in deserto colueric, apparet inter alia ex Iof.24,14. Leu.17,7. ℣. 27. m) *Ideo* (propter vestra & patrum vestrorum peccata) *migrare faciam*, deportabo *vos* Ier.29,4.7. vt iam in deserto comminatus sum vobis, coll.Ez.20,23. n) *vltra Damascum*. quae Israelitis formidolosa erat e nupera clade & vexatione c.1,3. 2 Reg.13,3.7. Pro eo Stephanus Act.7,43. ἐπέκεινα Βαβυλῶνος. Nec putandus est (inquit ad h. l. *Hieronymus*) primus martyr errasse.-- Magis enim intelligentiam, quam verbum, posuit: quia *trans Damascum* ducti sunt in Babylonem, siue trans Babylonem. Et hoc in omnibus Scripturis S. obseruandum est, Apostolos & Apostolicos viros in ponendis testimoniis de V. Testamento non verba considerare, sed sensum; nec eadem sermonum calcare vestigia, dummodo a sententiis non recedant. Videlicet vt per Syriam irruptio Chaldaeorum in Iudaeam fiebat, sic per eandem deportatio Iudaeorum in Babyloniam. Vid. Ier.1,14. ibidemque not. & cf. 2 Reg.25, 6. Particula מהלאה remotiorem terminum notat Gen.35, 21. Ier.22,19. ac proin deportationem h. l. exaggerat a distantia loci, quo deportandi erant Iudaei. cf. Ier.8,19. o) c.4,13.

CAP. VI.

צבאות שמו׃ הוי השאננים בציון והבטחים ו
בהר שמרון נקבי ראשית הגוים ובאו להם בית
ישראל׃ עברו כלנה וראו ולכו משם חמת רבה ורדו 2
גת פלשתים הטובים מן הממלכות האלה אם רב
גבולם מגבלכם׃ המנדים ליום רע ותגשון שבת 3
חמס׃ השכבים על מטות שן וסרחים על ערשותם 4
ואכלים כרים מצאן ועגלים מתוך מרבק׃ הפרטים ה
על פי הנבל כדויד חשבו להם כלי שיר׃ השתים 6
במזרקי

est, traiecto fluuio (Euphrate, vltra quem *Calne* sita erat) aliquo pergere. cf. not. Ier. 41, 10. a) eadem, quæ *Calno* Es. 10, 9. sita in Babylonia Gen. 10, 10. vbi a Targ. *Ion.* & *Hierosol.* redditur *Ctesiphon*, tertio milliari a Seleucia Babyloniæ, capue *Chalonitidis*, vt habet *Plin.* lib. 6. c. 26. Quam sententiam probat *Bochartus* Phal. l. 4. c. 18. contra alios, qui *Callinicum* in Osroena interpretantur. b) cf. Ier. 2, 10. c. 30, 6. c) *Hamathan*, Israeliticæ regionis terminum borealem v. 14. Num. 34, 8 Zach. 9, 2. Hic saltem *Antiochia* notatur, ipso quoque fatente *Hieronymo*, qui *magnam* h. l. vocari addit, ad distinctionem minoris, *Epiphania* sc. quam post *Iosephum* Antiq. l. 1. c. 7, sæpe asserit *Hemath* vsque hodie vocari. vid. Boch. Phal. l. 4. c. 36 d) *magnam*. Hieronymo distinctiuum est, vt modo diximus. Alibi tamen *magnæ* dicuntur vrbes citra comparationem, fere vt Romanorum *Augustæ*, quæcunque amplitudine ac magnificentia ædificiorum excellebant, vt Ios. 11, 8. *Tsidon magna*, & apud metaphrasten Syr. in inscriptione Lucæ, *Alexandria magna*. e) Ex. 15, 14. Ios. 11, 22. f) Difficile comma. *Schm.* ita: *num meliores* sitis - - - - *annon maior* sit &c. Sic esset comminantis: q. d. Exemplo harum regionum, quæ iudicium meum effugere haud potuerunt, licet maiores quam vestra essent, condiscite, quid in vobis ac terra vestra statuere possim, ni resipiscatis. Et sic cf. Nah. 3, 8. it. Iud. 11, 25. Verum אם post ה interrogatiuum est *an?* nuspiam vero, quod nos quidem sciamus, *annon* vel *anne*, nisi adiecto לא. Itaque sic potius vertendum: *num meliores sint* Chalonitæ, Hamathæi ac Philistæi, *quam regna hæc*, Iudaicum sc. & Israeliticum v. 1. *an maior* sit *terminus ipsorum*, *quam terminus vester*. Est vero exprobratio beneficiorum erga ingratos, qualis Ier. 2, 5. 6. 7. & alibi. Sensus vero est negatiuus. q. d. Fuerunt quidem isti populi non mediocriter felices, & terminus ipsorum satis amplus; non tn. feliciores fuerunt vobis, nec terminus ipsorum amplior vestro, quem ex meo beneficio hucusque possidetis, immo & felicitate & terminorum amplitudine vobis vtique cesserunt: quoniam vero his beneficiis meis per summam ingratitudinem ad turpem securitatem & luxum abutimini v. 3 - 6. Ideo, subtractis his beneficiis meis, vos puniam v. 7. seqq. cf. infra c. 9, 7. ℣. 3. g) *O procul remouentes.* Dependet hic vocatiuus vel a v. 2. vel a partic. הוי v. 1. Væ vobis, qui *putatis procul abesse* annunciatum a seruis meis *diem mali*, ita vt vobis videatur aut plane non c. 9, 10. Mich. 3, 11. Ps. 10, 6. aut post multa demum sæcula venturus Ez. 12, 22. 27. Ioel. 2, 1. Rad. נדה (2) Es. 66, 5. vbi est βδελύσσεσθαι sec. τοὺς ὁ *pro detestabili habere, abominari*. Conuenit autem cum Nom. נדה *fæditas* Leu. 20, 21. quod est a cognato נדד *recedere*, *fugere*, spec. *a re fæda*, Nah. 3, 7. Adeoque posset & hic de *remotione per detestationem*, sequens vero ותגישון de *admotione amoris* & studii intelligi, q. d. Detestamini quidem Prophetarum annunciationes de die mali, & tn. amatis consessum iniustitiæ, ex quo non potest non dies malus consequi. h) *Lamed* Accusatiuo inseruit, vt Ier. 40, 2. Iob. 5, 2. Vel ita concipe: *remotum terminum statuentes diei malo* vel *mali*. i) *& tamen* vel e *contrario prope esse fecistis*, i. e. palam, continuo, & de die in diem agitis &c. cf. c. 9, 10. Est quædam in hoc verbo oppositio ad præcedens המנדים. k) *consessum violentiæ*, hoc est, eiusmodi iudicia, in quibus iusta caussa succumbit, vis vero & iniustitia dominatur. Vid. enim v. 1. & cf. Ps. 112, 5. Ps. 74, 20. ℣. 4. l) (Væ) *cubantibus*, *qui recumbunt*. m) *super tricliniis* s. *lectis triclinaribus*, vt *Plin.* lib. 37. c. 21. vocat. Veteres enim in lautioribus conuiuiis ad mensam accumbentes fere cibum capiebant. c. 2, 8. Esth. 1, 6. Ez. 23, 41. Luxus igitur hic maxime in Principibus culpatur, vt supra c. 2, 1. cf. Coh 10, 16. n) *eboris*, h. e. *eburneis*, vel *ebore ornatis* c. 3, 15. quæ Persarum luxus *aurea* quoque fecit Esth. 1, 6. stragulis hæc insterni solita mollem magnificumque epulantibus præbebant accubitum. Vid. supra c. 2, 8. o) *extendentibus se*, vt delicate & molliter cubent; vel *luxuriantibus*. Kal (6) v. 7. Alibi est *abundare* vel *redundare*. quod ab hac significatione haud multum abludit. cf. Ex. 26, 2. vbi iungitur cum עדף *redundare*. At Niph. *computrescere* (1) Ier. 49, 7. p) *super spondis* vel *lectis suis*. Ps. 131, 3. q) *Pascua* primo notat Es. 30, 23. Ps. 65, 14. indeque secundo *agnos pascuales*, vti hic & Deut. 32, 14. 1 Sam. 15, 9. 2 Reg. 3, 4. vnde *Chaldaus* Ps. 37, 20. vertit פלגיסין, quod traiectis litteris est ex Gr. φάγιλος, *agnus*, cum *edulis* esse incepit, i. e. quadrimestris vt minimum, & iam depulsus. *Bochart.* Hieroz. P. I. p. 429. Et docet omnino hic locus, præcipue vero מ in seq. מצאן, *pecudes de genere ouillo* inprimis delicatas ac suaues esu nomari. cf. Ionicum κάρ, κάρνος, κάρος, quæ *Hesychius* πρόβατον & βόσκημα interpretatur. At *Schultensius* Animaduerss. in V. T. p. 156 seqq. vocabulum hoc nil aliud, quam *arietem*, significare contendit. Probabile autem est, כרר apud veteros Hebræos fuisse *salire*, coll. כרכר *saltare* 2 Sam. 6, 14. & כרכרות *dromades*, a *saliendo*. Est enim siue *agnus*, siue *aries*, saltatorium animal Ps. 114, 4. r) *saginarii* (4) Mal. 3, 20. Ier 46, 21. vid. not 1 Sam. 28, 14. & copiosius *Bochart.* Hieroz. P I. p. 501. seqq. ℣. 5. s) S. *Qui modulantur.* (1) cf. Leu. 19, 10. *Cocc. qui minuriunt*, delicate, fractis tonis & celeri rhythmo canentes. *frequentamenta varia* dixit Gellius lib. 1, 11. Belg. *die quinckeleeren*. Rad. Chald est *particulatim* & *singulatim* aliquid *agere*. LXX. ἐπικροτοῦντες vel (vt Alexandrinus codex melius) ἐπικροτοῦντες *applaudentes*. t) *ad nablium*, vel *super ore* nablii. ita vero ea pars instrumenti *os* vocaretur, in qua chordæ sunt ductæ, quæque sonum efficit. cf. Es. 5, 12. u) qui quidem diuino Instinctu Musicam templi ordinavit, apparatis etiam instrumentis, vt voce & instrumentis laudaretur Deus. cf. 2 Par. 7, 6. c. 29, 25. 27. Putares igitur, si horum conuiuales lætitias videres, sacrum quendam concentum te audire, qualis a Dauide in templo Institutus: verum longe dispar est Musica Ipsorum, quippe ad fouendam luxuriam, ad comissationem & compotationem instituta. cf. Es. 24, 8. 9. x) *excogitarunt sibi*, h. e. ingeniose adornarunt. cf. Ez. 26, 1. 2 Par. 2, 13. y) *instrumenta musica*. 1 Par. 16, 42.

CAP. VI, ℣. 1. p) *Væ!* vid. not. Es. 1, 4. Pergit hoc capite Propheta vaticinari contra Israelitas & Iudæos, & varia eorum peccata, np. securitatem v. 1. luxum v. 4. superbiam v. 8. iniustitiam v. 12. & temerariam præsumtionem v. 13. redarguit, iustasque pœnas iisdem denunciat v. 1. 7. 8-11. & 14. q) *tranquillis*, Zach. 1, 15. i. e. *securis*, Es. 32, 9. Securitas enim ex tranquillitate ac pacato rerum statu nascitur. r) h. e. in regno Iudaico, cuius regia *Tsion*. cf. c. 2, 4. s) *&* secure *confidentibus*. Iud. 18, 7. 27. *Securi* & *confidentes* dicuntur, quod *diem mali* a Prophetis prænunciatum, a se putarent quam longissime abesse, v. 3. strenue interim comissantes ac compotantes, nec fractionem Iosephi curantes v. 4. 5. 6. t) h. e. in regno Israelitico c. 4, 1. u) *nominatis primitiarum* seu *in primitiis gentium*, h. e. principibus populi Israelitici. siue quod *nominari* generatim sit *clarum esse*. coll. Num. 1, 16. Es. 14, 20. Gen. 6, 4. siue quod principes *nominatim* e populo sint electi Num. 1, 17. Esr. 8, 20. x) Innuitur populus Israeliticus, quem Deus præ cunctis gentibus dignatus fuerat multis ac eminentibus prærogatiuis. *Primitiæ* enim dicuntur, quæcunque in suo genere præstant atque eximia sunt. coll. v. 6. Ier. 49, 35. Mich. 1, 13. Alius respectus est, cum Amalekitæ sic vocantur Num. 24, 20. y) *& ad quos veniunt* vndique *domus Israel*; Iudæi quidem Hierosolymam, reliquæ vero tribus Samariam, vbi summa vtriusque regni tribunalia. Illustratur itaque præcedens comma per epexegesin. cf. Ps. 122, 5. 4.

℣. 2. z) *Transire* ac *descendere* iubentur non tam loco, quam mente & intelligentia. cf. not. Es. 66, 24. *Transire* autem est

CAP. VI, ℣. 2. כלנה *Nun per Tsere* 20. 22. & In textu 6. 9. ורדו גת ita 6. 9. 10. 14. 20. ac 30. ורדו יגת *Alii plene*. פלשתים per *Sakephk.* 5. ℣. 3. ותגשון sic *defect.* 1. 3. 6. 9. 22. sec. *Mas.* 1. & *Erff.*

ỳ. 6. z) Qui bibunt per phialas vel pateras vinum. Est enim (quod accent° monstrant) enallage constructi pro absoluto, vt Ps. 74, 19. Sunt autem alibi hæc vasa pro excipiendo, indeque spargendo liquore, vt Num. 7, 13. Zach. 9, 15. hic vero potatoria; (cf. סף *pelvis* in simili vsu Zach. 12, 2.) Et reprehendit in illis Propheta vel sumtuositatem, quod *argentea* essent, vti *Ion.* explicauit; vel *capacitatem*, quod grandiuscula, & ad opprimendum potius animum, quam ad modice bibendum comparata. *a) & primitiis vnguentorum*, i. e. præstantissimo. vid. not. v. 1. & cf. Ex. 30, 23. *b)* quæ adhibere Veteres in conuiuiis solebant. cf. Ps. 23, 5. Prou. 21, 17. *c) vngunt se* & conuiuas suos, ac sec. Gusset. p. 423. Regum instar se efferunt. cf. not. Es. 21, 5. *d) neque* (vt debebant) *afficiuntur dolore, dolent*, compatiuntur, & ita quidem vt de remediis, quibus sanari posset, serio ac solicite cogitarent. Non curant manifesta Dei iudicia, sed securi & ab omni solicitudine vacui sunt v. 1. splendide interim comissantes. cf. 1 Sam. 22, 8. *e) super fractione.* Ier. 8, 21. Intelliguntur mala Israelitis partim illata iam, coll. supra c. 5, 15. partim adhuc inferenda, de quibus Prophetæ prædixerant. *f)* i. e. regni Israelitici. cf. supra not. c. 5, 6. Incipit igitur hic Propheta, (vt solet) missis Iudæis ad 10. tribus separatim diuertere. Vid. infra v. 14.

ỳ. 7. g) Propterea; sc. propter istam securitatem & asotiam v. 1. 3--6. Cf. similem connexionem pœnæ cum culpa Es. 5, 13. 14. *h) nunc*, i. e. propediem, iamiam. Es. 43, 19. Mich. 7, 10. Inter mortem Ieroboami II. sub quo vaticinatur Amos, & deportationem X. tribuum interfuerunt 41. anni: quod breue vtique spatium fuit in comparatione ad longitudinem temporis autogressi, quo clades hæc fuerat a variis Prophetis prædicta. *i) in principio* (Gallice à la tete) migrantium: h. e. inter ceteros; qui deportabuntur, ipsi inprimis migrare cogentur; vt, sicut

במזרקי יין וראשית שמנים ימשחו ולא נחלו על־שבר
7 יוסף׃ לכן עתה יגלו בראש גלים וסר מרזח סרוחים׃
8 נשבע אדני יהוה בנפשו נאם־יהוה
אלהי צבאות מתאב אנכי את־גאון יעקב וארמנתיו
9 שנאתי והסגרתי עיר ומלאה׃ והיה אם־יותרו עשרה
10 אנשים בבית אחד ומתו׃ ונשאו דודו ומסרפו להוציא
עצמים מן־הבית ואמר לאשר בירכתי הבית העוד עמך
ואמר אפס ואמר הס כי לא להזכיר בשם יהוה׃
כי

קמץ בו"ק

dignitate & asotia, ita & pœnarum perpessione velut plebeios anteceant. Deut. 30, 9. 1 Sam. 9, 22. Mich. 2, 13. cf. 2 Reg. 24, 14. Al. *in cœtu migrantium.* vid. not. Ier. 31, 7. *k) atque ita quidem recedet*, quam ad Dei ac Prophetarum voces omittere, dum salui sunt, nolunt. cf. Hos. 4, 18. *l) epulatio.* Sic *R. Sal.* qui obseruat in Talmude vsurpari de *conuiuiis* in honorem diuorum institutis. Itemque *Cocc.* coll. *Midrasch Esther* c. 1, 2. vbi sic habetur: *Et improbus hic sedet*, ועושה מרזחין *& agitat conuiuia.* Alii: *canticum, lætitiam*; coll. Ar. רזח, quod Ioseph *Kimchi* & *Castellus* interpretantur *eleuationem vocis*, siue *ad fletum*, siue *ad lætitiam.* quo pacto conciliari posset contrarius vocabuli vsus Ier. 16, 5. vbi *planctum* notat. Consueuit enim cum Hebr. רנן *exclamauit* siue in re læta, siue lugubri. Posset etiam conferri cum צרח *vociferari*, per antistoechon & metathesin radicalium. *m)* vid. v. 4.

ỳ. 8. n) Nimirum tam stupidi sunt mortales, vt nihil minus sibi persuadeant, quam Deum peccatis suis offensum, coll. Ier. 2, 35. Itaque, vt intelligatur serio peccatores odisse Deus, grauissime *iurat* insuper. vid. c. 4, 2. *o)* S. *per animam suam.* cf. not Ier. 51, 14. Vel: *per se ipsum*; idiotismo satis noto, de quo ibidem; cf. Hebr. 6, 13. At Gusset. *in mente sua*, vt Esth. 4, 13. 1 Sam. 2, 35. Verum tamen ב post *iurandi* verbum fere est *per.* Sic *per se* iurat Dominus Gen. 22, 16. Ex. 32, 13. *per elationem* vel *maiestatem Iacobi* Amos 8, 7. *per sanctitatem* c. 4, 2. Ps. 89, 36. *per dextram* Es. 41, 8. *per fidem suam* Ps. 89, 50. *per nomen suum magnum* Ier. 44, 26. Excipe duo loca, vbi est *in*, Ps. 95, 11. 2 Par. 15, 15. sed sensu hunc significatum manifesto poscente. *p) abominans sum*; Pi. (1) pro מתעב. mutato ע in א ceu litteram eiusdem organi. Sequitur n. שנאתי *odi*, quocum & alibi iungitur תעב, vt Ps. 119, 163. In Kal est *desiderare* (2) Ps. 119, 40. 174. cf. ibid. v. 20. Ita גאל in Kal *redimere*; in Pi. *polluere*, pro געל. & Iob. 33, 24. est פדעהו pro פדאהו: quemadmodum Chald. גמא & גמע est *sorbere*, & Ar. גרא & גרע *reuulare* &c. *Gussit.* p. 893. ego *qui amare facio* s. amorem ingenero, ipse *odio prosequor superbiam* &c. sed contra accentus & locutionis Hebr. indolem. *q) fastum Iacobi* Hos. 5, 5. c. 7, 10. Ier. 13, 9. vel metonymice: *id quod glorietur Iacob*, quo superbit; cuiusmodi sunt templum, (*Ion.* vertit: *domum sanctuarii familiæ Iacobi.*) palatia, vrbes, arces, & in genere florens rerum status. nam & in bonam partem sumitur, ceu amoris diuini obiectum, Ps. 47, 5. quin & Deum ipsum notat infra c. 8, 7. *r)* cf. c. 3, 11. c. 4, 11. *s) ideoque concludam* (tradam) hostibus, c. 1, 6. 9. *t)* i. e. & quidquid est in vrbe. cf. Es. 9, 16.

ỳ. 9. u) Si relinquerentur in istis belli calamitatibus. Gen. 44, 21. *x)* vel *decem*, i. e. plures *viri*, Gen. 31, 41. Leu. 26, 26. Zach 8, 23. durante bello nondum hostili gladio intercepti. *y) tamen morientur* partim fame, partim peste, quæ cum bellica calamitate coniunctæ erunt; & ita quidem, vt decima demum pars ægre ac vix vix euadat, coll. v. 10. it. c. 5, 3. Es. 6, 13.

ỳ. 10. z) Cumque susceperit eum, penultimum post ceteros fato suo iam functos exportandum. Ita enim concipiendus hic status est, propter sequentia, vbi vnicus tantummodo in domo superstes ponitur. *a) Gusset.* p. 879. *amicus eius.* Malumus. *patruus eius*; Synecdochice pro quolibet *cognato* superstite, cuius propter cognationem est, mortuis istboc officium præstare. 1 Sam. 10, 14. 15. 16. Nam licet *amicum* vox illa denotet, tamen vt amatum potius denotat, quam amantem, seu passiue magis, quam actiue. Cant. 1, 13. &c. *b)* Quidam: *idemque pollinctor eius*, a rad. Samar. סרף *vnxit.* quod ipsum quoque solemne in curandis funeribus fuit. *Apul. Florid.* Iam miseri illius membra omnia, inquit, aromatis perspersa, iam os ipsius vnguine odoro delibutum, iam eum pollinctum -- contemplatus diligentissime &c. At *cremator eius*, ex Chald סרף pro שרף *vssit, combussit*, *Cocc.* 581. Intelligit vero procuratorem funeris, cuius est, honoris caussa accendere thymiamata in funere. cf. 2 Par. 16, 14. c. 21, 19. Ier. 34, 5. Verum *Gusset* p. 889 Circumstantiæ rei, inquit, caussa mortis, & numerus mortuorum, vix sinunt intelligi combustionem aromatum copiosorum, vt alias fiebat; & restat, vt exponatur de cadaueris vstione. Occasione insolita & vrgente vsta fuerunt cadauera Saulis & Ionathani 1 Sam. 31, 13. Vrgebat etiam occasio apud Amosum destruendi ignibus dirum & lethiferum vaporem cadauerum mistim densatorum, maligna lue infectorum. *c) ad exportandum*, sepulturæ caussa Luc. 7, 12. *d) ossa*, seu cadauer defuncti. Ex. 13, 19. *e) ac dixerit.* *f) ei qui in lateribus* seu interioribus angulis *adhuc* est, itidemque decumbit, vt mortuum suum ipse humare haud possit. 1 Sam. 24, 4. Ps. 128, 3. *g) estne adhuc tecum* aliquis, sc. vel viuus vel humandus. *h)* sc. decumbens. *i) Nemo* superest amplius: omnes iam mortui sunt; ego solus viuo. *k) tum dicet* patruus vel cremator. *l) St! sile* (8) id est, per silentium, sine ritibus, ac sine hymnis & precibus sepulturam necessitas præsens imperat. Sic seipsum cremator ad perficiendam cadaueris humationem excitaret. cf. c. 2, 3. Hab. 2, 20. Zeph. 1, 7. Zach. 2, 17. Vel allocutio ad decumbentem continuatur, quod placet *Gussetio* p. 930. q. d. Silentium hic nobis conuenit, præ mœrore & pudore, coll. Esr. 9, 10. Dan. 9, 7. & supra c. 5, 13. *m) non vacat nec licet iam commemorare* verba *in nomine Domini*, recitando videlicet preces & cantica Ps. 20, 8. quod in sepultura Iudaica, sicut hodienum, ita & olim forte solemne fuit. Vid. *Buxt.* Synag. Iud. c. 49. At *Gussit.* l. c. *quia non est negotium, in quo celebretur nomen Iehouæ*, coll. per antithesin Ps. 20, 8. Immo eius ira, desertio, vltio hostilis & iusta in eo adparet. Per μείωσιν enim, per negationem boni, innuit malum in summo gradu. Ion. *Remoue*, quandoquidem, dum in viuis erant, non fundebant preces in nomine Domini. sic fere *Syr.*

ỳ. 6. השתים במזרקי ita 1. 3. & sic fu. 5. ỳ. 7. מרזח per *Segol* 3. & in marg. 6. 9.
ỳ. 8. Sine præmisso *spatio* 1. 2. 3. 5. 10. 12. 23. ỳ. 10. ומסרפו per *Sin* scribit 2. & fu. 1. & fe. 5. contra *Mas.* 1. 2.

11 כִּֽי־הִנֵּ֤ה יְהוָה֙ מְצַוֶּ֔ה וְהִכָּ֛ה הַבַּ֥יִת הַגָּד֖וֹל
12 רְסִיסִ֑ים וְהַבַּ֥יִת הַקָּטֹ֖ן בְּקִעִֽים׃ הַיְרֻצ֤וּן בַּסֶּ֙לַע֙ סוּסִ֔ים
אִֽם־יַחֲר֖וֹשׁ בַּבְּקָרִ֑ים כִּֽי־הֲפַכְתֶּ֤ם לְרֹאשׁ֙ מִשְׁפָּ֔ט וּפְרִ֥י
13 צְדָקָ֖ה לְלַעֲנָֽה׃ הַשְּׂמֵחִ֖ים לְלֹ֣א דָבָ֑ר הָאֹ֣מְרִ֔ים הֲל֣וֹא
14 בְחָזְקֵ֔נוּ לָקַ֥חְנוּ לָ֖נוּ קַרְנָֽיִם׃ כִּ֡י הִנְנִי֩ מֵקִ֨ים עֲלֵיכֶ֜ם בֵּ֣ית
יִשְׂרָאֵ֗ל נְאֻם־יְהוָ֛ה אֱלֹהֵ֥י הַצְּבָא֖וֹת גּ֑וֹי וְלָחֲצ֥וּ אֶתְכֶ֛ם
ז מִלְּב֥וֹא חֲמָ֖ת עַד־נַ֥חַל הָעֲרָבָֽה׃ כֹּ֤ה
הִרְאַ֙נִי֙ אֲדֹנָ֣י יְהוִ֔ה וְהִנֵּה֙ יוֹצֵ֣ר גֹּבַ֔י בִּתְחִלַּ֖ת עֲל֣וֹת הַלָּ֑קֶשׁ
2 וְהִנֵּה־לֶ֕קֶשׁ אַחַ֖ר גִּזֵּ֥י הַמֶּֽלֶךְ׃ וְהָיָ֗ה אִם־כִּלָּה֙ לֶֽאֱכוֹל֙
אֶת־

℣. 12. u) *Numquid current in petra.* sensus est negatiuus: Non possunt. Interrogatiue autem concipitur, vt remoueatur simul præiudicium fortitudinis ac roboris proprii, quo instantia mala quælibet facile se elisuros esse sibi persuadebant. Adeoque nexus cum v. 11. hic est: Dixi, magnas æque ac paruas domos deuastatū iri; hanc deuastationē vero (licet multo aliter præsumatis) auertere, non magis poteritis, quā equi, fortissimū alias animal, in aspera saxosaq; petra cursare, aut boues, robustissimi alias, eandem arare. x) aut *num* quis *arabit* in ea (petra) adhibitis *bobus*? y) q. d. Ideo vero ineuitabilis futura est hæc deuastatio, *quia*. Al. in sensu exprobrantis: *quod* conuertistis &c. z) *conuertistis in fel.* c. 5, 7. 8. Deut. 32, 32. Hos. 10, 4. cf. Es. 5, 20. Hab. 1, 4. a) *in absinthium.* c. 5, 7. ℣. 13. b) *o lætantes*, seu *vos, qui lætamini*, prospero rerum successu insolentes, Hab. 1, 15. Est ה vocatiuum s. secundæ personæ, vt v. 3. c) *super* (vid. similis constructio cum ל Prou. 17, 5.) *non - re*, i. e. re nihili, sc. super præsumto robore vestro, quod leui momento prosterni potest. Cf. huiusmodi negatiua compositio Deut. 32, 17. 21. Hos. 2, 25. Iob. 39, 16. d) *qui* gloriose & per iactantiam *dicitis*. Est explicatio præcedentis. e) I. e. nonne virium abunde parauimus nobis ad retundendos hostes quoscunque? Dupliciter autem hac oratione peccatur, 1) quod robore suo glorientur tanquam proprio, adeoque in præiudicium Dei datoris; cf. Deut. 8, 17. 2) contra decretum & comminationem Dei, contra quem tn. nulla omnino valet gloriatio; cf. Ier. 9, 22. Recurrendum vero hic denuo est ad historiam Ieroboami II. c. 1, 1. cuius florentes ac prosperi successus 2 Reg. 14, 25. ansam huic gloriationi dederunt. f) ad feriendos hostes nostros. Metaphora a bestiis sumta. cf. Deut. 33, 17. 1 Reg. 22, 11. Ps. 89, 18. ℣. 14. g) Ratione nexus cohæret cum v. 11. & 12. Describit namque vlterius, quomodo & per quos deuastaturus sit Israelitas. h) Hab. 1, 6. i) c. 3, 13. k) *qui prement* vel *vt premant vos* Iud. 1, 34. c. 2, 18. Verbum plurale ponitur ad sensum, quia *gens* est collectiuum nomen. Notantur autem Assyrii. l) *inde vbi venitur Hamatham*, qui terræ Israeliticæ terminus est, coll. not. v. 2. & 2 Reg. 14, 25. m) *vsque ad fluuium planitiei campestris*. Non est hic *fluuius Aegypti*, qui totius Palæstinæ meridialem terminum constituit, 2 Par. 7, 8. sed Kidron, qui in borealem sinum asphaltitici lacus infra Hierichuntem infunditur, regnumque Israeliticum inibi ab Iudaico seiungit. Nam Hierichus, cuius viciniæ hoc nomen (הָעֲרָבָה) velut proprium est Ios. 11, 16. in limite vtriusque regni fuit 2 Par. 28, 15. & ad 10. tribus pertinuit 1 Reg. 16, 34. Sic 2 Reg. 14, 25. Ierobeamus II. sub quo noster vaticinatus, terminos Israelitici regni (in oppositione ad Iudaicum) dicitur restituisse *inde vbi venitur Hamatham* עַד יָם הָעֲרָבָה *vsque ad mare planitiei*: quæ locutio huic nostræ æquipollet. Itaque vt supra ad v. 6. notauimus, Propheta ad 10. tribus separatim & inprimis hic loquitur. CAP. VII, ℣. 1. n) Sc. in spiritu prophetiæ v. 4. 7. c. 8, 1. Ier. 24, 1. Caput hoc duas complectitur partes: I. Propheticam, qua imminentia Israelitis Dei iudicia exponit, eaque primo inchoata sub α) locustarum v. 1. & β) ignis, v. 4. deinde vero & consummata sub γ) perpendiculi symbolo v. 7. II. acta cum Amazia sacerdote s. pontifice Israelitarum super hac ipsa prophetia v. 10. seqq. o) *formabat* Deus. Gen. 2, 7. 8. 19. Locustarum formatio Deo tribuitur, cum præter solitum fœcundæ sunt, atque in immensum multiplicantur: quia id non accidit absque speciali Dei prouidentia, qui his vtitur in pœnam peccatorum. *Bochart.* Hieroz. P. II. p. 486. p) *locustas* (3) Nah. 3, 17. Arab. *gab* vel *gabi* idem, a גבא *e terra emergere*, quod locustarum proprium. *Aristoteles* lib. 5. Histor. c. 28. Cum locustæ pepererunt, ibi fiunt vermes ouorum specie, qui terra quadam prætenui tanquam membranula, ambiuntur, vnde euolant. *Gaza.* Qua dissecta, emergunt locustæ, ac euolant. Hæc *Bochart.* Hier. P. II. f. 443. At *Gussetio* f. 159. b. sunt locustæ, *dorso* eminenti præditæ, coll. גב *gibbus*, *tergum*, *fornix*. Ceterum Assyrii sunt, qui sub *locustarum* imagine describuntur, Rege *Pule* terram Israelis expilaturi & depasturi 2 Reg. 15, 19. Cf. Iud. 7, 12. & Apoc. 9, 3. ibidemque *Vitringa* in Comment. p. 513. & h. l. *Maius*. Quamvis enim negari non possit, Amosi tempore etiam *locustas* in sensu proprio extitisse, coll. supra c. 4, 9. tn. hic saltem pro symbolo alius plagæ veniunt, æque ac *ignis*. v. 4. & *perpendiculum* v. 7. Vid. not. ad Ioel 1, 3. q) *principio* succrescentis cordi; *cum succreuisset* s. repullulare herba recta cœpisset. r) Gen. 41, 5. s) (2) h. l. Dicitur a Chald. לֶקֶשׁ *serotinum*: vnde & Hebr. מַלְקוֹשׁ *pluuia serotina* Deut. 11, 14. Cf. Verbum Iob. 24, 6. *vindemiauit*, *collegit* seros fructus; quod Syris est *tardauit, serotinus fuit*. t) *post fœnisecia* (4) Ps. 72, 6. Complementum historia præbet. Nam post tonsionem Regis seu cladem a *Benhadado*, Syriæ Rege, Israeli illatam 2 Reg. 13, 3. 7. reflorescere status sub Ieroboamo cœperat 2 Reg. 14. sed *Phulis* exercitus, locustarum instar in regnum Israel inuolans, illud penitus deuastaturus videbatur; at Amosi & aliorum fidelium precibus effectum, vt deuastatio auerteretur, & *Phul*, pecunia placatus, discederet 2 Reg. 15, 19. *Maim.* Cf. 1 Par. 5, 26. & supra ad c. 1, 3. 4. notata. ℣. 2. u) *Factum est* igitur. x) *cum* vel *postquam*. Non solum conditionis, sed etiam temporis est, vt Es. 24, 13. Gen. 38, 9. y) *absoluissent edere*, vel *absumsissent*, iamque ad frutices perrecturæ fuissent, nisi Deus misericordia sua & piorum precibus motus, plagam hanc exitiabilem stitisset v. 3.

℣. 11. n) *Quoniam*, vt exponam vlterius imminentia Dei iudicia. *Explicatiuum* est, non caussale; vt c. 3, 14. o) Es. 3, 1. p) *præcepturus est, & percutiet.* cf. c. 9, 9. & not. c. 9, 1. Es. 10, 6. c. 13, 3. c. 48, 5. &c. Si mandat, quomodo percutit? si percutit, quomodo mandat? Sed in eo, quod mandat & iubet ministris, videtur ipse percutere. *Hieron.* coll. Ps. 33, 9. q) cf. c. 3, 15. r) *magnam & paruam*. Distributiua locutio est, vniuersalitatem generum significans. At *Hier.* *maiorem domum* interpretatur 10. tribus, *minorem* vero regnum Iudaicum; adeoque per רסיסים capituitatem æternam, per בקיעים vero Babylonicam 70. annorum. s) *rupturis* (1) a רסס (1) quod Ez. 46, 14. est *conspergere*; vnde *guttas* hæc ipsa vox notat Cant. 5, 2. Quam significandi varietatem ita nonnulli conciliant, quod *ruptura* domorum sequatur *perstillationem* vel *conspersionem* ex imbre. Verum sic lentam potius ac successiuam rupturam etymologia intenderet, quam vero locus hic violentam, celerem, ingentemque requirere videtur. Probabilius est, radicem Hebraicam, sicut apud Chaldæos, non solum conspersionis, sed & *rupturæ* seu *confractionis* vim per accidens habuisse: quo posteriori respectu conueniret cum Hebr. רצץ. (cui, item בתת, רסס in Targumim respondet) Gr. ῥήσσω. & Germ. *reissen*, vnde רסיסים Germ. *Risse*. Etiam, Talm. מרוסס est *ruptum*, *confractum*. t) *fissuris*. Es. 22, 9. Videtur hic minus significare, quam רסיסים, ergo quod perinde se habet, ac *parua* domus erga magnam. Atque sic innuitur simul supplicii proportio: magnos enim magna, paruos minori Deus adficit pœna. cf. Sap. 6, 7. 9.

℣. 14. ולחצו אתכם ita 2. 3. CAP. VII, ℣. 1. והנה־ per Man, milra 3. 5.

℣. 12.

את־עשב הארץ ואמר אדני יהוה סלח־נא מי יקום
3 יעקב כי קטן הוא׃ נחם יהוה על־זאת לא תהיה אמר
4 יהוה׃ כה הראני אדני יהוה והנה קרא
לרב באש אדני יהוה ותאכל את־תהום רבה ואכלה
ה את־החלק׃ ואמר אדני יהוה חדל־נא מי יקום יעקב
6 כי קטן הוא׃ נחם יהוה על־זאת גם־היא לא תהיה
7 אמר אדני יהוה׃ כה הראני והנה
8 אדני נצב על־חומת אנך ובידו אנך׃ ויאמר יהוה
אלי מה־אתה ראה עמוס ואמר אנך ויאמר אדני
הנני שם אנך בקרב עמי ישראל לא־אוסיף עוד עבור
9 לו׃ ונשמו במות ישחק ומקדשי ישראל יחרבו
י וקמתי על־בית ירבעם בחרב׃ וישלח
אמציה כהן בית־אל אל־ירבעם מלך־ישראל לאמר
קשר עליך עמוס בקרב בית ישראל לא־תוכל הארץ
להכיל

Eeee עד א

+) post facta iam pœnitentia accipulantem v. 1. a) *condona quaso*. Num. 14, 14. b) S. *qualis*, seu, vt *Nold.* p. 602. n. 1979. (quod eodem recidit) *quomodo?* v. 5. coll. Ruth. 3, 16. Ef. 51, 19. Latini Hebraismum feliciter imitantur; quibus *qui* sæpe prouerbialiter est pro *quomodo?* vt *qui fit? qui magis morem gereret?* At *Glassius* p. 541 *quis stabit* superstes Iacobo? subintellecto מִי. c) qui *stabit* enim vel *consistet Iacobus?* Pf. 20, 9. q. d. Nisi enim tu volueris condonare, actum est de Iacobo penitus, neque poterit vllo modo consistere, quia &c. *Nold.* n. 1979. aliique: *surget*. Ingens erat lapsus periculum regno Israelitico, cum inuaderetur a Phule, seruatum tamen adhuc tum fuit, & a lapsu vtcunque immune consistit; aut si lapsus illa clades dicenda, quæ hic & v. 5. describitur, saltem ex eo resurrexit, secus ac post ea factum v. 8. cf. Ier. 8, 4. Mich 7, 8. Alii: *quis eriget* vel *suscitabit Iacobum?* qs. קוּם æq; transitiuum & intransitiuum esset, ac שׁוּב *reuerti & reducere*. Verum vsus id non admittit. d) crebris ingentibusque malis, bellorum inprimis intestinorum, attritus 2 Reg. 15, 10-16. & hac recentissima Phulis inuasione pene extenuatus. v. 5. Ier. 49, 15. Obad. v. 2. cf. Ef. 17, 4.

℣. 3. e) Non quod Deum pœniteat, aut mutet sententiam, coll. Mal. 3, 6. Pf. 102, 13 sed quod nobis ad meliora conuersis, & ipsum pœniteat sententiæ suæ; vt nec iusto reddat præmia, quæ promisit, si declinauerit ad iniquitatem, nec peccatori pœnas, quas comminatus est, si conuersus fuerit ad salutem. *Hier.* Cf. v. 6. Ier. 42, 10. & not. 1 Sam. 15, 11. 2 Sam. 24, 16. f) sc. quod destinaueram, nimirum regni Israelitici totale excidium v. 6. Etenim Phul, a quo illud imminebat, tandem ex terra Israelitica regressus est 2 Reg. 15, 20. cf. 2 Sam. 24, 16. Ioel 2, 18. Pf. 78, 38. g) Dictum vero Iehouæ est efficax & certissimi facti instar. Pf. 33, 9.

℣. 4. h) Vid. v. 1. Nimirum plaga vna quidem erat remota; sed populi peccata vocabant aliam. cf. Ef. 9, 12. 21. i) Vid. not. c. 5, 8. Posset hic aliquis, (vt supra c. 6, 11. *Hieronymus*,) quærere: Si vocat, quomodo ipse contendit igne? si contendit, quomodo vocat? Sed responsionem vide ibid. in notis nostris. k) *ad contendendum* non verbis, sed factis. Ef. 3, 13. l) *igne*. *Lightfoot*. Chron. p. 92. Intelligit maximam siccitatem, cum qua commixtæ fuerint terribiles quædam flammæ igneæ, de cælo lapsæ, vti in Aegypto Ex. 9, 23. coll. Ioel 1, 19. vnde aliquæ etiam ciuitates subuersæ ad instar Sodomæ Amos 4, 11. Ef. 1, 9. riui aquarum exsiccati Ioel 1, 20. immo (vt h. l. dicitur) abyssus magna æstu absorpta, & pars eius consumta, ipsis etiam piscibus pereuntibus Hos. 4, 3. Præiudicium tamen hic pro symbolico sensu facit sequens visio *perpendiculi* v. 7. vt notauimus ad v. 1. Probat se nobis igitur Cel. *Maii* aliorumque sententia, quod ignis sit bellici furoris figura, signeturque Tiglatpilestr, qui ingenti ardore & ferocia Israelitas inuaserit, & ingentem multitudinem trans & cis Iordanem abduxerit 2 Reg. 15, 29. totumque populum abduxisset, nisi Deus iterum supplicationibus piorum fletus ardorem eius inhibuisset, infra v. 5. 6. m) i. e. mare. Ef. 51, 10. Ioel 1, 20. Vid. paulo ante ex *Lightf.* notata. Magnam partem Israelitarum abduxit. Abyssus, magna vis aquarum; aquæ, populi. *Grot.* n) *ita vt absumeret*. v. 2. o) *partem* eius. Ios. 18, 5. 6. 9. ℣. 5. p) *desine quæso*. Iob. 7, 16. q) vid. not. v. 2. r) Ibid. ℣. 6. s) *etiam illud* malum *non fiet*, i. e. continuabitur ac consummabitur. v. 3. ℣. 7. t) Tandem vero, postquam totalem ruinam semel iterumque distulisset v. 3. 6. pœnitentiam populi frustra exspectans, *ita me videre fecit*. v. 1. 4 u) c. 9, 1. Gen. 28, 13. x) *super muro perpendiculi*, i. e. ad perpendiculum ædificato, ad idem vero nunc destruendo. Nam vt linea, sic & perpendiculum in Scriptura duplex, coll. Ef. 34, 11. y) proprie *stanni*, coll. Syr. Ez. 22, 18. 20. vel *plumbi*, coll. Ar. Iob. 19, 24. immo Ar. אנך vtrumque metallum dicitur, siue *nigrum*, siue *album puriusue*, h. e. *plumbum* æque ac *stannum*; ab Ar. אנך *crassus fuit*. Verum hic *stannum* sumitur pro *libella* s. *perpendiculo* (4) v. 8. sicut *lapides* Ef. 34, 11. Vtraque enim maceria propter grauitatem suam *perpendiculo* accommoda. Sic אבן הבדיל *lapis* vel *pondus stanni* pro *perpendiculo*, Germ. *bleyvvag*, Zach. 4, 10. ℣. 8 z) c. 8, 2. Ier. 1, 11. 13 c. 14, 3. vbi vid. not. a) *positurus* vel *ducturus* sum *libellam* ad destructionem Ef. 34, 11. Nam vt benignitatis in ædificando, sic iustitiæ vindicatiuæ amussim in destruendo sequitur, neque quidquam temere facit Deus. b) v. 11 cf. c. 4, 1. seqq. c) *non pergam*, sicut hactenus, coll. v. 3. 6. Hos. 1, 6. d) *transire* (impunita transmittere) *ei*. c. 8, 2. sc. peccata Mich. 7, 18. Prou. 19, 11. Ion. *condonare eis*. ℣. 9. e) *Vastabuntur ergo*. Ez. 6, 4. Impletum hoc est per Assyrios in deportatione X. tribuum 2 Reg. 17, 6. f) *celsa* idololatrica Hos. 10, 8. Ez. 6, 3. Non est nuda rei vastandæ designatio, sed simul expositio caussæ deuastationis. cf. not. Ier. 48, 35. g) speciatim X. tribuum v. 16. quas antea v. 2. & 5. etiam *Iacobi* nomine designabat; vt Ef. 17, 4. h) *&* *præsumta sanctuaria*, qualia erant Bethele v. 13. c. 3, 14. in oppido Dan 1 Reg. 12, 29. itemque Galgalis Am. 4, 4. i) Ies. 34, 10. k) In antecessum vero *insurgam* Ef. 14, 22. l) *contra domum Ieroboami* II. In ipsius Ieroboami persona hoc tempore florentissimam, v. 10. 11. c. 1, 1. Initium (excidii) fuit euersio domus s. familiæ Ieroboami per gladium: qui enim post Zachariam fuerunt, furum instar regnum rapuerunt 2 Reg. 15, 8-30. *Maius*. cf. Hos. 1, 4. Ceterum Propheta vaticinatur hic nihil aliud, nisi quod implicite iamdudum fuerat prædictum 2 Reg. 10, 30. coll. c. 15, 12. 10. vbi illius æque ac huius vaticinii complementum in Zacharia Ieroboami filio. cf. infra not. c. 8, 9. m) cf. c. 9, 1. ℣. 10. n) *Misit igitur*, cum hæc Amosi contra Ieroboamum totumque regnum Israeliticum prophetia innotuisset. o) v. 12. Offensus videtur inprimis παῤῥησίᾳ Amosi contra sanctuaria Israelis, quorum ille, vti sacerdos, sic vindex iure sibi videbatur esse v. 13. p) proculdubio primarius. conf. Hos. 4, 6. q) v. 9. r) *conspirauit*. 1 Sam. 22, 8. Vtitur sacerdos hic stratagemate pseudo-theologico, dum id agit, vt ex concione Amosi crimen politicum exsculpat, ipsumque prophetam turbatorem Reipubl. faciat. cf. 1 Reg. 18, 17. s) Exaggerat periculum, quod conspiratio sit manifesta & in ipsis regni visceribus, vbi verendum, ne agat contagia late. t) quod eo minus ferendum, cum sit ipse homo extraneus, Iudæus v. 12. c. 1, 1. cf. Act. 16, 20. 21.

℣. 7. אדני *Masora impr.* Gen. 28, 13. requirit יהוה, sed nullo adstipulante codicum, & contra *Mas.* 1. & *Erff.* h. l.

11 להגיל את־כל־דבריו : כי־כה אמר עמוס בחרב ימות
ירבעם וישראל גלה יגלה מעל אדמתו :
12 ויאמר אמציה אל־עמוס חזה לך
ברח־לך אל־ארץ יהודה ואכל־שם לחם ושם תנבא :
13 ובית אל לא־תוסיף עוד להנבא כי מקדש־מלך הוא
14 ובית ממלכה הוא : ויען עמוס ויאמר אל־אמציה לא־
נביא אנכי ולא בן־נביא אנכי כי־בוקר אנכי ובולס
שקמים : ויקחני יהוה מאחרי הצאן ויאמר אלי טו
16 יהוה לך הנבא אל־עמי ישראל : ועתה שמע דבר־
יהוה אתה אמר לא תנבא על־ישראל ולא תטיף על־
17 בית ישחק : לכן כה־אמר יהוה אשתך בעיר תזנה
ובניך ובנתיך בחרב יפלו ואדמתך בחבל תחלק
ואתה על־אדמה טמאה תמות וישראל גלה יגלה
מעל

esse hæc verba non tam suadentis, quam cum increpatione mandantis. d) in qua natus es, vbi libenter audiuntur insani. *Hieron.* cf. c. 1, 1. e) q. d. Nos enim tales Prophetas nutrire non sumus, qui infausta tantum regno & cultui nostro, sicut tu, comminantur.

℣. 13. f) v. 10. g) c. 1, 12. c. 5, 2. h) *quoniam sedes religionis & sanctuarium Regis*, h. e. regia autoritate & conditum, & ad hunc vsque diem florens.

x) *sustinere* Ier. 6, 11. ℣. 11. v) *Nam*, vt tamen habeas intolerandæ licentiæ eius y) quod quidam ita factum putant; sed neque v. 9. id dixerat Propheta, neque historiæ conuenit 2 Reg. 14, 29. obseruat vero *Hieronymus* ad h. l. mentem Prophetæ quadrupliciter ab Amasia falsatam, quod inquit, 1) *hæc dixit Amos*, quasi ex se locutus fuerit Amos, cum tamen in omnibus sermonibus suis semper præponat: *Hæc dicit Dominus*. 2) *in gladio morietur*, quasi excluderet pœnitentiam; cum tamen dixisset: *consurgam (inquit Dominus) super domum Ieroboam gladio*, comminans pœnam, non inferens. 3) *Ieroboamus*; cum tamen dixisset, *super domum Ieroboami*: quippe nec Ieroboamus gladio mortuus, sed filius eius Zacharias. 4) *Israel migrabit de terra sua*, illimitate; cum addendum fuisset: Si non egerint pœnitentiam. cf. Ier. 26, 3. 4. 12. 13. 14. z) v. 8. 17.

℣. 12. a) Videtur aula Ieroboami tardior fuisse ad annuendum Pontifici Bethelensi contra Amosum, forte quod eius prophetiam existimaret minus habere periculi, ac persuadere conatus fuerat Amasias: itaque hic alia rem aggreditur via, ac, dum mandato regio destituitur, ipsemet interim auctoritatis tantum sibi tribuit, vt abitum ex finibus regni Israelitici Amoso imperet. b) *o propheta* s. *videns* 2 Sam. 24, 11. 2 Reg. 17, 13. cf. 1 Sam. 9, 9. Ita vero illum vocat non ex mente sua, sed hypothetice, q. d. Tu qui te dicis Prophetam. c) *fuge*, i. e. apage, *tibi* Num. 24, 11. Nonnulli quidem ita interpretantur, quasi fugam ei fraudulenter suaderet, sicut Christo Pharisæi, simulato amore, Luc. 13, 31. cf. Matth. 10, 23. Gen. 27, 43. Sed ex v. 13. 16. facile intelligitur, esse

v. 9. Es. 16, 12. cf. 1 Reg. 12, 29. i) *& domus regni* seu sedes regia est 1 Sam. 27, 5. Etsi enim Israeliticorum regum ordinaria sedes Samaria esset, tamen & Bethele videntur suam habuisse domum, in quam diuerterent, quoties religionis causa ad colendum vitulum illuc venirent. Prophetam igitur a Bethele exulare iubet, quod vaticiniis ipsius neque cum religione loci, neque cum aula regia, illic sæpius commorante, conueniat.

℣. 14. k) *Schmid.* in præterito: *non fui Propheta*, sc. antehac. Fuerat enim inter armentarios olim, vt sequitur. cf. c. 1, 1. q. d. ego quidem ipse nihil minus cogitaui, quam me fore Prophetam; interim tamen, cum vaticinari Deus expresse me iusserit, ego quidem parere debui, tu vero impie agis, quod vaticinari vetas. Alii: equidem non sum professus *Propheta*, vni huic muneri vacans, doctor ordinarius populi, vel scholasticus. ita cf. Prou. 30, 2. 3. l) Simile quid huic locutioni ex Talm. obseruauit *Buxt.* Lex. Talm. sub נגר, cum in *Auoda sara* f. 50. 2. dicunt: *Ego non sum artifex, neque filius artificis.* Contra Paulus Act. 23, 6. *Ego sum Pharisæus*, inquit, *filius Pharisæi*. Sed sumendum & hic forte est, vt 2 Reg. 2, 3. 5. 7. 15. c. 4, 38. plur. *filii prophetarum*, pro illorum auditoribus atque discipulis; vt sensus sit: Ego neque propheta vel doctor ipse fui, neque prophetarum vlli vnquam vacaui tanquam discipulus. m) nam *bubulcus, armentarius* (1) Ita plerique; quasi esset denominatiuum a בקר *armenta*. Sed probat se nobis potius sententia *Gussetii* p. 145. qui vertit: *eram quærens & perquirens ficus.* cf. Leu. 13, 36. Ez. 34, 11. 12. adeo vt verbum hoc æque ac sequens se referat ad Acc. *Sycamora*. Nam *bubulci* significatio inusitata est, & contradicit versui 15. vbi se *opilionem* fuisse dicit; quæ pastoritiæ artis partes valde diuersæ sunt. n) Quidam: *quærens, perquirens* (1) coll. Chald. בלש *scrutari, perquirere.* At Hieron. *vellicans*; ex Gr. ξύζων in versione LXX. virali, quod *Hesychius* explicat [Greek], *pungens, vt matura fiant.* Sycomori enim, inquit *Hieron.* agrestes afferunt ficus, quæ, si non vellicentur, amarissimas cariculas faciunt, & a culicibus corrumpuntur. Et *Dioscorides* lib. I. Fert fructum, inquit, qui non maturescit, nisi vellicetur vngue vel ferro. Sed *Bocharto* Hieroz. P. I. p. 383. 384 est denominatiuum ab Ar. & Aeth. בלס *balas*, quod *ficum*, immo in versione Aeth. Ps. 77, (Hebr. 78.) 47. etiam שקמות seu *sycaminos* notat. adeo vt בולס is recte dicatur, *qui ficus colit, & sycaminos*; q. d. *ficans*, vel *sycaminans*. sicut a כרם *vinea* fit כורם *qui colit vineas*. o) *Sycaminos, Sycomora* (5) genus siluestre ficuum Ies. 9, 9. 1 Par. 27, 28. qui fructus *Dioscoridi* est [Greek] & [Greek], & *Aëtio* facile corrumpitur. Itaque non videtur esse magnæ rei. idemque est ac si dicat Amos, se infimæ sortis homuncionem, & in re tenui natum, ita vt vitam parco & frugali victu sustinuerit. *Bochart.* l. c.

℣. 15. p) *Assumsit me vero.* 2 Sam. 7, 8. Ps. 78, 70. q) adeoque nec mea ipsius, nec vllius hominis voluntate ad prophetandum inductus sum. cf. Gal. 1, 1. r) *a-post oues*, sequentem oues. cf. 2 Sam. 7, 8. & not. supra c. 1, 1. s) cui mandato nec debui repugnare, nec potui. cf. c. 3, 8. Ier. 26, 12. Act. 4, 19. c. 5, 29. c. 26, 19.

℣. 16. t) *Nunc ergo*, quia fidem mihi derogas, & diuino mandato repugnas; *audi verbum Domini*, quod certissimum est. cf. 1 Reg. 22, 19. Ier. 28, 7. 15. &c. u) Adeoque tuum mandatum mandato Dei opponis, summa videlicet impietate; quasi vero plus tibi, quam Deo, obediendum esset. cf. Act. 4, 19. 20. c. 5, 28. 29. x) c. 2, 12. y) *& ne stillare facias*, sc. verba tua. Iob. 29, 22. seu *ne prophetes*, Ex. 21, 2. 7. Mich. 2, 6. 11. cf. Deut. 32, 2. ibidemque not. z) cf. v. 9.

℣. 17. a) *Propterea* igitur, quod tam impudenter in Deum impius fuisti v. 16. b) *in vrbe*, vbi se quidem potest mulier, modo clamauerit, ab intentato stupro liberare Deut. 22, 24. secus ac est in campo v. 25. 27. nihilominus tamen hoc beneficium vxori tuæ non erit saluti: immo nec tu nec alius quisquam audebit contra tantam hostis violentiam hiscere. c) *scortabitur*, i. e. constuprabitur, stuprum patietur ab hostibus. cf. Iob. 31, 10. d) *fune mensorio* Zach. 2, 5. sicut in diuisione sortium vel hereditatis Ios. 17, 5. 14. Mich. 2, 5. Ps. 78, 55. e) *diuidetur*, nouos acceptura cultores & dominos. Pyal (3) Es. 33, 23. Nam in abducti Israelis vicem ac regionem Assyrii Cuthæos aliasque gentes adduxerunt, 2 Reg. 17, 24. f) *impura* propter idola fœdosque gentilium ritus; in oppositione ad terram sanctam s. Israeliticam, quam Deus singulari numinis sui præsentia sanctificarat Ios. 22, 19. cf. Ez. 4, 13. Hos 9, 3. g) quippe captiuus illuc cum reliquo Israele abducendus. h) vid. v. 11. & complementum 2 Reg. 17, 23.

℣. 13. ובית אל sic 1. 2. 3. 5. at reliqui per *Makk.* & *Meth.* ℣. 14. *Spatium* præmitt. 1. 6. 9. 10. 19. 20. 21.

ח מֵעַל אַדְמָתוֹ׃ כֹּה הִרְאַנִי
2 אֲדֹנָי יְהוִה וְהִנֵּה כְּלוּב קָיִץ׃ וַיֹּאמֶר מָה־אַתָּה רֹאֶה
עָמוֹס וָאֹמַר כְּלוּב קָיִץ וַיֹּאמֶר יְהוָה אֵלַי בָּא הַקֵּץ אֶל־
3 עַמִּי יִשְׂרָאֵל לֹא־אוֹסִיף עוֹד עֲבוֹר לוֹ׃ וְהֵילִילוּ שִׁירוֹת
הֵיכָל בַּיּוֹם הַהוּא נְאֻם אֲדֹנָי יְהוִה רַב הַפֶּגֶר בְּכָל־מָקוֹם
4 הִשְׁלִיךְ הָס׃ שִׁמְעוּ־זֹאת הַשֹּׁאֲפִים
ה אֶבְיוֹן וְלַשְׁבִּית עֲנִוֵּי־אָרֶץ׃ לֵאמֹר מָתַי יַעֲבֹר הַחֹדֶשׁ
וְנַשְׁבִּירָה שֶּׁבֶר וְהַשַּׁבָּת וְנִפְתְּחָה־בָּר לְהַקְטִין אֵיפָה
6 וּלְהַגְדִּיל שֶׁקֶל וּלְעַוֵּת מֹאזְנֵי מִרְמָה׃ לִקְנוֹת בַּכֶּסֶף
7 דַּלִּים וְאֶבְיוֹן בַּעֲבוּר נַעֲלָיִם וּמַפַּל בַּר נַשְׁבִּיר׃ נִשְׁבַּע
יְהוָה בִּגְאוֹן יַעֲקֹב אִם־אֶשְׁכַּח לָנֶצַח כָּל־מַעֲשֵׂיהֶם׃
8 הַעַל זֹאת לֹא־תִרְגַּז הָאָרֶץ וְאָבַל כָּל־יוֹשֵׁב בָּהּ וְעָלְתָה
כָאֹר כֻּלָּהּ וְנִגְרְשָׁה וְנִשְׁקְָה כִּיאוֹר מִצְרָיִם׃
9 וְהָיָה בַּיּוֹם הַהוּא נְאֻם אֲדֹנָי יֱהוִה
וְהֵבֵאתִי הַשֶּׁמֶשׁ בַּצָּהֳרָיִם וְהַחֲשַׁכְתִּי לָאָרֶץ בְּיוֹם אוֹר׃

וְהָפַכְתִּי Eeee 2 ער ב

CAP. VIII. ℣. 1. *i*) c. 7, 1. Sub typo fructuum æstiuorum finem populi Israelitici & tamem verbi diuini intimat. *k*) Ez. 1, 4. *l*) *canistrum, calathus.* (3) v. 2. Alibi *caueam* significat, Ier. 5, 27. Ita & Gr. κλωβὸς vel κλωβός, quod plane ab Hebr. formatum est, non modo *caueam* notat, sed apud *Hesychium* quoque synonymū est κάρταλλ, quod exponitur ab ipso τὸ πλεκτὸν ἀγγεῖον ἐν τοῖς ὀψαρτυτικοῖς, *vas textile, in libris de re culinaria.* Vid. *Bochart.* Hieroz. P. I. p. 661. & cf. Ier. 24, 1. Ceterum huius symboli idem scopus, eademque significatio est, ac vltimi illius a *plumbo s. perpendiculo* sumti c. 7, 7. Neque enim est Prophetis insuetum, eandem rem pluries inculcare, mutatis tantummodo verbis ac signis. *m*) *æstiuorum fructuum,* inprimis *ficuum.* Mich. 7, 1. Vid. not. 2 Sam. 16, 1.
℣. 2. *n*) Vid. c. 7, 8. & not. Ier. 24, 3. *o*) vid. not. v. 1. *p*) *Dixit ergo* sc. in explicationem & applicationem signi illius visi. *q*) *finis.* Ion. *vltio finalis.* Alluditur simul ad præcedens קָיִץ *æstiui fructus.* q. d. Ita maturuit populus meus ad iudicia pœnalia, vt iam ei finis instet, & captiuus, velut fructus in calathum collecti, abducendus sit. Similem paronomasiam vid. Ier. 1, 11. 12. & cf. Ez. 7, 2. 3. 6. *r*) vid. not. c. 7, 8.
℣. 3. *s*) *Et eiulabunt*, h. e. in eiulatum & lamenta conuertentur, coll. v. 10. & Ps. 137, 1. seqq. *t*) *læta cantica* v. 10. c. 5, 23. c. 6, 5. *u*) *S. templi*, ipsius etiam Hierosolymitani, coll. c. 6, 1. At. *Grot.* & alii vertunt: *cantica palatii*, quæ regiam personare solebant. Prou. 30, 28. Es. 13, 22. Ioel. 4, 5. vid. 1 Reg. 21, 1. & Hos. 8, 14. *x*) Ez. 11, 8. c. 16, 14. *y*) quippe *multum erit cadauerum.* Nah. 3, 3. *z*) adeo vt etiam *in quocunque loco promiscue proiecturus sit ea quisque.* Ier. 22, 19. c. 26, 23. *a*) *cum St!* i. e. *silen-*

עניי קרי

tio. cf. not. c. 6, 12.
℣. 4. *b*) sc. quod dixi v. 2. 3. vel potius quod dicturus sum v. 7. seqq. Conf. not. c. 3, 1. *c*) *anhelantes* ex insatiabili auaritia; vel sec. alios, *conterentes.* Vid.

ונשקעה קרי

not. c. 2, 7. *d*) v. 6. c. 2, 6. c. 5, 12. *e*) *idque* (cf. ו Ps. 25, 14. Koh. 2, 3.) *vt cessare faciatis* Ps. 8, 3. *miseros terræ,* Iob. 24, 4. hisque oppressis soli in terra habitetis. Es. 5, 8.
℣. 5. *f*) q. d. qui ita inhiant quæstui suo improbo, vt vel vnius diei moram, quo cessandum est, impatienter ferant. cf. Prou. 14, 15. *g*) *nouilunium.* qui dies apud Iudæos festus erat, coll. Num. 10, 10. c. 28, 11. Ps. 81, 4. adeo vt nefas esset, emere quid in eo aut vendere. *h*) *vt diuendamus* v. 6. Gen. 42, 6. a *Schiber annona*, qua *frangitur* fames, ibid. v. 19. coll. Ps. 104, 11. vnde *Schabar* in Kal denominatiuum Verbum est, ἐπισιτίζεσθαι, *annonam emere* Gen. 41, 57. & *vendere* v. 56. *i*) *annonam.* Gen. 42, 1. seqq. *k*) *& aperiamus*, h. e. venale exponamus: quomodo Germani dicunt, *cereuisiam aperire, aufthuen,* Gen. 41, 56. Frumentum aperiri metonymice dicitur, pro repositoriis frumenti. cf. Ier. 50, 25. *l*) *frumentum.* v. 6. c. 5, 11. Ps. 72, 16. *m*) *vt minuamus Epham*; h. e. vt minori Epha ementibus metiamur (4) Gen. 31, 11. cf. Deut. 25, 15. 14. 2 Sam. 7, 19. *n*) *& vt augeamus Siclum.* Ex. 30, 13. Ponderabantur Sicli Gen. 23, 16. Es. 55, 2. illi autem lancem alteram faciebant grauiorem. Ita bis lucrabantur, & in merce & in pecunia. *Grot.* *o*) *& vt peruertamus s. deprauemus.* Proprie *curuationem* significat Koh. 7, 13. *Curuari* vero & illa dicuntur, quæ a rectitudinis regula abeunt. cf. Iob. 8, 3. *p*) *lances dolosas*, quales post deprauationem fiunt. cf. Hos. 12, 8. Mich. 6, 11. Quamuis vero non sit probabile, auaros ita dixisse; habuerunt tamen in mente, quam interpretatur Deus.
℣. 6. *q*) *Vt emamus* tanquam mancipia. Ex. 21, 2. Leu. 25, 39. *r*) *pro argento* c. 2, 6. Es. 43, 24. *s*) auaritia nostra exhaustos. c. 4, 1. *t*) *& pauperem* v. 4. *u*) Vid. not. c. 2, 6. *x*) *& vt deciduum frumenti*, seu *purgamenta*, puluerem & paleas frumento admixtas. (2) Iob. 41, 15. *y*) *vendamus.* v. 5.
℣. 7. *z*) Post compellationem, sub qua simul crimina ipsis exprobrauit, subiungit iam ipsam Dei sententiam pœnalem, ad quam audiendam eos supra v. 4. excitauerat. *Iurauit Dominus*, inquit, adeoque serio dicit, quidquid dicit. cf. not. supra c. 6, 8. *a*) *per excellentiam Iacobi.* De vario huius loquutionis vsu egimus supra c. 6, 8. Heic idem est, ac, *per se ipsum*, qui operibus suis in Iacobo se eminentissime illustrem fecit. cf. Ex. 15, 1. Per se ipsum vero iurat, quod neminem habet, per quem iuret, maiorem. Hebr. 6, 13. *b*) *Si* (i. e. *non*) *obliuiscar in sæculum.* Ps. 74, 19. Dicit autem hoc in oppositione ad improborum opinationem, coll. Ps. 10, 11.
℣. 8. *c*) *Num enim propter hoc,* i. e. tanta ac tam horrenda crimina, iam recensita. Interrogatio emphatica, qua culpæ magnitudo exaggeratur, pœnæque iustitia & necessitas conscientiis insinuatur. q. d. Si hoc non meruit, vt commoueatur terra &c. haud equidem scio, quale scelus hanc pœnam videatur mereri. cf. Es. 57, 6. Ier. 5, 9. Hab. 1, 17. *d*) *non commoueatur* Ioel 2, 1. Ps. 18, 8. cf. supra c. 1, 1. *e*) c. 9, 5. Hos. 10, 5. *f*) *ita vt adscendat, s. intumescat,* & adscendentibus vndis iudiciorum diuinorum tota obruatur. c. 9, 5. Hebræis enim עָלָה dicitur non solum de re, *quæ* adscendit, sed metonymice etiam *in qua* quid adscendit, vt Es. 34, 13. Prou. 24, 31. *g*) *velut amne, sc. Aegypti*, vt proxime sequitur; id est, *Nilo*, qui exundare quotannis vndisque suis Aegyptum obruere solet, Ier. 46, 7. Est igitur pro כִּיאֹר, vt habent Versi. OO. & manifesto docet parallelismus infra c. 9, 5. Ita בּוּל pro יְבוּל Iob. 40, 10. & הַסּוּרִים pro הָאֲסוּרִים Coh. 4, 14. &c. At *Gusset.* p. 306. *adscendet*, (conflagrabit, in fumum redigetur, coll. Ios. 8, 20. 21) *tanquam igne*; q. d. igne & aqua vastabitur. Et posset id obtinere, modo scriberetur per *Schurek*, vt Es. 31, 9. &c. Verum אוֹר per Cholem est *lux*, nuspiam vero, quod nos quidem meminerimus, *ignis*. Ceterum *Ion.* ita: *& adscendet aduersus eam Rex cum exercitu suo, instar aquarum fluuii copioso, qui operiet eam totam.* quocum cf. Es. 8, 7. 8. *h*) *& impellatur*, seu vndis æstuet, velut mare fluctibus commotum Es. 57, 20. Alibi est *expelli*, vt Ion. 2, 5. Sed cf. Targ. Esth. 6, 1. vbi similis huius verbi significatus. *i*) Sec. *Kri: submergatur, desidat.* (6) c. 9, 5. Ier. 51, 64. At sec. *Chib: rigetur, irrigua fiat.* Niph. (1) cf. Gen. 2, 6. c. 13, 10. *k*) *velut amne Aegypti.* Gen. 41, 1. 17. Es. 7, 18.
℣. 9. *l*) *Ideo fiet.* *m*) Diem captiuitatis significat, quando vterque populus ducetur in Assyrios atque Chaldæos. *Hieron.* v. 2. *n*) v. 3. *o*) *faciam occidere solem*, h. e. tristia quæque derepente faciam ingruere Es. 13, 10. Ier. 15, 9. Mich. 3, 6. cf. Ioel 3, 4. *p*) *in ipso meridie*, h. e. tum, cum videbitur terra maxime florere, ac recuperata priscorum finium amplitudine, regniq; dignitate ac maiestate fulgere. Es. 59, 10. Cuius prophetiæ certum complementum Historia præbet. Auspicatissima enim ac instar meridiei lucida fuerant Ieroboami II. tempora, 2 Reg. 14, 25. sed sexto post illa mense sequuta est filii Zachariæ cædes c. 15, 8. 10. post quam confusa omnia in Israelitico regno fuerunt, tam internis motibus, tum exterarum gentium irruptionibus. cf. supra not. ad c. 7, 9. *q*) *& tenebras inducam.* c. 5, 8. Ier. 13, 16. *r*) *die lucis*, quum est lucidissimus. cf. Iob. 18, 5. 6. Es. 5, 30.

CAP. VIII, ℣. 6. וּמַפַּל per *Makk.* 1. 2. 3. בַּר per *Kam.* 1. 2. 3. ℣. 8. הַעַל per *Meth.* & *Makk.* 1. 2. 3. sic fecerat 5. כִּיאֹר *defect.* 3. 6. 9. 22. 23. sic ך sc. 1. sec. *Mas.* 1. sed contra *impr.*

והפכתי חגיכם לאבל וכל־שיריכם לקינה והעליתי
על־כל־מתנים שק ועל־כל־ראש קרחה ושמתיה
11 כאבל יחיד ואחריתה כיום מר׃ הנה ימים
באים נאם אדני יהוה והשלחתי רעב בארץ לא־רעב
ללחם ולא־צמא למים כי אם־לשמע את דברי יהוה׃
12 ונעו מים עד־ים ומצפון ועד־מזרח ישוטטו לבקש את־
13 דבר־יהוה ולא ימצאו׃ ביום ההוא תתעלפנה
14 הבתולת היפות והבחורים בצמא׃ הנשבעים
באשמת שמרון ואמרו חי אלהיך דן וחי דרך באר־
שבע ונפלו ולא־יקומו עוד׃

CAP. IX. ט

ראיתי את־אדני נצב על־
המזבח ויאמר הך הכפתור וירעשו הספים ובצעם
בראש כלם ואחריתם בחרב אהרג לא־ינוס להם
2 נס ולא־ימלט להם פליט׃ אם־יחתרו בשאול
משם ידי תקחם ואם־יעלו השמים משם אורידם׃
ואם

ש. 10. s) Vid. supra v. 3. & cf. Thr. 5, 15. t) cf. Hos. 2, 13. u) v. 3. c. 5, 1. x) Es. 15, 3. y) Es. 15, 2. z) *& ponam* (faciam) *illud* 1 Sam. 11, 2. quod de infligendo vobis luctu prædixi. a) *ad instar luctus super vnigena.* Ier. 6, 26. Zach. 12, 9. b) *& finē* seu *postrema eius.* Faciam, vt in tantum desinat luctum, quantus esse solet *die* ob funestum aliquem casum *amaro.* Prou. 5, 4. c. 14, 13. c) *sicut diem amaritudinis,* vel *amarum.* cf. Iob. 3, 5.

ש. 11. d) *Ecce enim!* *Postrema* illa, quorum v. 10. meminerat, vlterius iam exponit ab insigni aliquo exemplo. e) *vt immittam.* Ez. 14, 13. f) & quidem *non tam famem panis,* vel *ad panem,* qualem iam supra c. 4, 6. inter reliqua suppliciorum genera commemorauerat. Hanc igitur remouet, non vt excludat; sed vt famem multo deterioris sortis innuat, respectu cuius illa corporalis fames *ne* quidem in censum famis ventura sit. cf. Es. 8, 21. & contr Zach. 10, 2. *Hieron.* aliique ad miseram sortem Iudæorum; qui post excidium nouissimum omni verbi solatio sunt orbati, trahunt. Sed sequentia de iuramento in delicto Samariæ, per Deum Dan & viam Bersabeæ, regnum X. tribuum hæc concernere docent. *Calou.* Hi igitur fame verbi diuini puniti sunt in Assyriaca captiuitate, sicut Iudæi in Babylonica Thr. 2, 9. g) *neque sitim ad aquam* v. 13. cf. Es. 65, 13. Hos. 2, 5. h) *sed,* vel *quam ad audiendum,* sc. a doctoribus suis; quippe quos ante nullos habituri sunt Thren. 2, 9. (vbi videsis not.) Ezech. 7, 26. Mich. 3, 7. aut certe futiles, qui tantum traditiones sectabuntur & inculcabunt, Es. 29, 13. 14. Et licet etiam Mosen atque Prophetas lecturi sint, tamen instar libri obsignati ipsis erunt, iusto quippe iudicio excæ-

cæcatis, ibid. v. 10. 11. 12. Cuiusmodi fame hodienum premitur gens misera Iudaica.

ש. 12. i) *Et oberrabunt, vagabuntur,* sicut tempore ariditatis aut famis c. 4, 8. Ier. 14, 10. coll. v. 3. Cf. infra c. 9, 9. k) Mich. 7, 12. l) *& discursabunt* Ier. 5, 1. Dan 12, 4. m) Cur? quia non ex fide, sed ex rebellione ac pertinacia aduersus Deum & Christum, quem reiecerunt: extra quem quidquid moliatur homo, vanum est, rebellio est. Cf. Rom. 9, 31. 32.

ש. 13. n) proprie *operient se* vel *operientur* sc. tenebris ex animi deliquio; i. e. *deficient, animo linquentur* (3) Gen. 38, 14. Ion. 4, 8. cf. Es. 51, 20. Est hæc Orientalis locutio. Sic Hebr. עטף Thren. 2, 11. 12. 19. & Ar. غشى, itemque غمى *tegi,* de *animi deliquio* frequentissimum est. Vid. Schultenii Animaduers. in V. T. p. 277. seqq. o) *propter sitim,* non tam proprie sic dictam, quam improprie v. 11. Es. 41, 17. cf. Thren. 4, 4.

ש. 14. p) *Qui* quondam *iurauerant* vel nunc *iurant.* cf. Deut. 6, 13. Ios. 23, 7. Zeph. 1, 5. Ps. 63, 12. q) *per reatum* 2 Par. 24, 18. h. e. per vitulos *Samariæ,* qui caussa & occasio reatus ipsis extiterunt. cf. Deut. 9, 21. Ezech. 14, 3. 4. 6. r) *per vitam.* cf. not. 1 Sam. 20, 3. s) 1 Reg. 12, 29. 30. t) *via Beersabe,* h. e. eius Numinis, quod in ea via quæritur. Intelligitur iuramentum per Deum, tanquam eum, qui velit in Beersabe & Dan habere fanum. *Cocc.* Lex. 166. At *Ion. & quam stabiles sunt leges* (cultus, religio) *Beersabe;* sumto nomine *via,* vt Act. 19, 23. c. 22, 4. u) Vid. not. c. 5, 5. x) *cadentque ita, vt non resurgant.* Vid. not. c. 5, 2. & cf. Es. 43, 17. Ps. 41, 9.

CAP. IX. ש. 1. y) *Vidi;* non quidem oculis corporalibus, sed mente ac spiritu prophetiæ. c. 7, 1. 4. 7. c. 8, 1. Es. 6, 1. z) ipsum *Dominum,* at quantum & quam potentem! cf. infra v. 5. 6. a) *stantem super altari,* quod iam cum reliquis templi partibus destructum ibat, vt c. 7, 7. At *Ion.* Vidi gloriam Domini; *qui secesserat a Cherubo,* (in adyto templi;) *manens super altari* sc. æneo, in superiori atrio templi. Quod fuit symbolum, templum significans a Iehoua deserendum esse. Ac videtur respexisse Paraphrastes ad Ez. 9, 3. seqq. quod vaticinium multis quidem circumstantiis huic nostro parallelum est. Cf. item Ez. 10, 18. 19. & superius ad c. 1, 1. notata. Ceterum sicut c. VII. & VIII. Israelitis, ita hic sub signo percussionis columnarum Iudæis potissimum comminatur excidium, quod I. exaggerat v. 1-8. II. restringit per promissionem de restitutione in integrum sub regno Christi v. 8-15. b) Imperatiuus indefinitus est, sed emphaticus. Videlicet mandat, & dum mandat, ipse percutit Dominus; vnde hic statim subiicit, in prima persona de se loquens: *postrema eorum gladio occidam.* cf. not. c. 6, 11. it. Zach. 13, 7. coll. Matth. 26, 31. c) *malogranatum* Ex. 25, 31. 33. i. e. *capitulum* vel *capitellum;* seu collectiue *capitella,* qualia ornatus caussa in summitate columnarum ponuntur, Zeph. 2, 14. *M. I.* explicat de sacerdotibus ac principibus. Et sane ab his iudicia sua incepturus erat Deus Ez. 9, 6. perrecturus inde ad populum v. 7. Malumus tamen hoc, & concussionem liminum, pro symbolo destructionis templi accipere: de sacerdotum vero populique cæde, quæ cum templi excidio coniuncta prædicitur, sequentia demum agunt verba: *& concide illa* &c. d) *vt contremiscant* in ruinam vergentia. Es. 24, 18. e) *limina* adeoque fundamenta & ima templi: Es. 6, 4. f) Cocc. *& concide illa,* quod conuenit cum Ar. بصع *in partes concidere, secare, diffindere;* cf. Ioel 2, 8. Iob. 6, 9. c. 27, 8. & *Targ.* Leu. 2, 6. Suffixum referri potest ad capitella, limina, ceteramque templi structuram. g) vt ruant *in caput omnium illorum,* qui sunt in templo, & in atrio interiori maxime; sacerdotum puta ac Leuitarum. Est similis pene loquutio, ac Ier. 49, 20. c. 50, 45. *deuastate super aliquem domum ipsius;* quibus duo importantur, 1) deuastatio domus & 2) coniuncta cum hac incolarum strages. h) *postrema autem* seu reliquos *illorum,* i. e. populum, præter occisos sacerdotes superstitem c. 4, 2. Ez. 23, 25. Nota igitur, tribus distinctis membris hic prædici 1) templi ruinam, 2) sacerdotum ac 3) populi stragem. Ceterum de primo excidio per Babylonios exponit *Ion.* qui sic habet: *Nisi populus domus Israelis conuertatur ad legem, extinguetur candelabrum; occidetur rex Iosias, & desolabitur templum, & dissipabuntur atria, & vasa sanctuarii in captiuitatem ibunt, & reliquias illorum occidam gladio.* At *Gartl.* Theol. Proph. p. 506. & *Maius* Oecon. 886. de altero per Romanos. i) v. 4. 10. c. 7, 9. k) *non effugiet* (de) *illis* quisquam effugiens. c. 2, 14. 15. l) Iob. 1, 15. m) *euasor* Gen. 14, 13. Obad. v. 14.

ש. 2. n) *Si foderint,* h. e. fodiendo penetrauerint. (3) Ez. 8, 8. Effugii negationem, quam v. 1. fuerat comminatus, nunc distributiue in partes secat, vt nullum omnino ipsis futurum esse euincat. *Ion.* *Si putauerint, se occultatum iri velut in inferno.* o) *in infernum,* seu (vt cum Apostolo Eph 4, 9. generalius dicamus) *in inferiores partes terræ.* Late enim patet hoc Nomen, *orcum* significans, & *sepulcrum,* verumque sub idea *profunditatis,* Es. 14, 9. Prou. 9, 18. c. 15, 24. Iob. 11, 8. cf. Ps. 139, 8. Iob. 14, 13. c. 26, 6. p) Ion. *Inde verbo meo tollent eos inimici ipsorum.* q) Ps. 139, 8. Ion. *Et si adscenderint montes ad cælum vsque præaltos.* r) tamen *inde detraham eos,* Ier. 49, 16. Hos. 7, 12. Obad. v. 3. 4. Ion. *inde detrahent eos verbo meo.*

ש. 13. ביום ההוא sic 1. at per *Paser* præuio *Mun.* 3. CAP. IX. ש. 1. ובצעם *Tsade* per *Kam.* 1. 3. 6. 9. 10. 14. 20. & *Bar.* sic fe. 5. Sed *Ain* per *Kam.* 3. 14. sic fu. 5. contra *Mas.* 1. & *Erff.* & *M. l.* Denique *mitra* 1. 3. 6. 9. 14. 20. sic fu. 5. ש. 2. אם־יחתרו cum præf. *Vau,* 11. 3?

3 ואם־יחבאו בראש הכרמל משם אחפש ולקחתים
ואם־יסתרו מנגד עיני בקרקע הים משם אצוה
4 את־הנחש ונשכם׃ ואם־ילכו בשבי לפני איביהם
משם אצוה את־החרב והרגתם ושמתי עיני
ה עליהם לרעה ולא לטובה׃ ואדני יהוה הצבאות
הנוגע בארץ ותמוג ואבלו כל־יושבי בה ועלתה
6 כיאר כלה ושקעה כיאר מצרים׃ הבונה בשמים
מעלותו ואגדתו על־ארץ יסדה הקורא למי־הים
7 וישפכם על־פני הארץ יהוה שמו׃ הלוא
כבני כשיים אתם לי בני ישראל נאם־יהוה הלוא את־
ישראל העליתי מארץ מצרים ופלשתיים מכפתור
8 וארם מקיר׃ הנה עיני אדני יהוה בממלכה החטאה
והשמדתי אתה מעל פני האדמה אפס כי לא השמיד
9 אשמיד את־בית יעקב נאם־יהוה׃ כי־הנה אנכי מצוה
והנעותי בכל־הגוים את־בית ישראל כאשר ינוע
י בכברה ולא־יפול צרור ארץ׃ בחרב ימותו כל חטאי

עמי

מעלותיו קרי

הפטרת קדושים כמנהג האשכנזים

℣. 6. n) Is, inquam, qui ædificauit. Ier. 22, 14. cf. Gen. 1, 1. Ef. 57, 16. c. 40, 22. c. 45, 12. *o) gradus, ascensus,* pro folio suo regali. 1 Reg. 10, 30. 2 Par. 9, 18. Ion. *qui habitare fecit in robore celsi maiestatem gloriæ suæ.* cf. Pf. 104, 3. 13. *p) & manipulum* seu *agmen suum* (4) 2 Sam. 2, 25 Rad. Talm. אגד *ligauit.* Intelligitur autem vel terrestrium creaturarum multitudo; vel sec. alios, mare; vel denique sec. *Hieron.* Ecclesia, vna Domini religione constricta. quæ postrema sententia est etiam *Coccei*, itemque *Ion.* qui sic: *& Ecclesiam suam in terra decorauit. q)* Ef. 23, 15. *r)* vid. not. c 5, 8. *s)* vid. not. ibid. & c. 4, 13.

℣. 7. t) Exponit caussam tam seueri iudicii, quæ est 1) Israelitarum in peccatis pertinacia, 2) eorundem erga beneficia Dei summa ingratitudo. Connexio igitur hæc esse potest: Nec conqueri potestis, quasi vos sine caussa plecterem: *Nonne* enim &c. *u) ficut filii Cuschæorum*, qui non mutant cutem, sicut nec vos mutatis mores; Ier. 13, 23. q. d. laboraui quidem per omne tempus, vt ad meliorem vos viam reducerem & a peccatis mundarem, sed frustra. Aethiopes enim laui, qui non albescunt. *x)* magno quidem beneficio c. 2, 10. c. 3, 1. quod vero non magis æstimastis gratique agnouistis, quam barbaræ nationes, *Philistæi & Syri*, quorum illos ex *Caphtor*, hos vero ex *Kir* pariter, ac vos ex *Aegypto*, eduxi. *y)* cf. Gen. 10, 14. & vid. not. Deut. 2, 23. Ier. 47, 4. Ecce igitur, quod his quoque gentibus migrationes suæ & bella non sine auxilio ac fauore numinis feliciter cesserint. cf. de Ammonitis Deut. 2, 19. 21. & Idumæis v. 22. coll. v. 23. *z)* quo ab Assyriis reducti c. 1, 5. 2 Reg. 16, 9. Vulg. & Ion. *Cyrene*, non quidem Africana illa, quippe quæ sub Assyriis nunquam fuit, sed mediterranea Mediæ, ad Mardum fluuium, Ptolemæo κυρήνη, interpretibus *Curna.* nisi quis malit, intelligi Iberiam & regionem ad *Cyrum* fluuium. Circa Elymæos fuisse, colligitur ex Ef. 22, 6. cf. *Bochart. Phal.* lib. IV. c. 32. In hac regione Syros olim fuisse aduenas, antequam eis Syria diuino obtigisset beneficio, docet nos præsens locus.

℣. 8. a) Ecce igitur, quoniam tam pertinaces atque ingrati erga me fuistis. v. 7. *b)* v. 4. cf. Pf. 34, 17. *c) erunt contra regnum hoc peccaminosum*, sceleratum, ex habitu peccans. De certo ac particulari aliquo regno, videlicet populi sui, loquitur, coll. v. 7. 10. id quod docet h. l. ה demonstratiuum, Substantiuo æque ac Adiectiuo præfixum. *d)* Deut. 6, 15. Mich. 5, 13. cf. Hof. 1, 4. *e) nisi quod.* idem est ac si diceres *Attamen.* Num. 13, 28. Deut. 15, 4. *f) non plane exscindam.* cf. c. 3, 12. c. 5, 3. Ier. 30, 11. c. 18, 7. Regnum delebo, non populum. *Grot.*

℣. 9. g) vid. not. c. 6, 11. *h) & agitabo, vagari sinam.* c. 8, 12 Num. 32, 13. 2 Sam. 15, 20. Pf. 59, 12. *i) ac si agitaretur* sc. domus Iacob; vel *quemadmodum agitatur* quid. Niph. (2) Nah. 3, 12. *k) cribro* (1) Cel. *Maius* in Suppl. p. 46. conicic a multitudine foraminum dici, ex Rad. כבר *multiplicare* Iob. 35, 16. Vnde est etiam מכבר *crates*, ex eadem ratione. Quin Lat. *cribrum* per metathesin inde est. *l) neque tamen cadet* vel *excidet.* 1 Sam. 26, 20. *m) vllum granum*, q. d. *scrupulus frumenti.* 2 Sam. 17, 13. Prou. 26, 8. videlicet palea quisquiliæque tantummodo cadent, purum vero frumentum (h. e. sanctum semen Israelis) remanebit. cf. omnino Ef. 6, 13. Ez. 20, 38. Luc. 3, 17. & Rom. 11, 2. Sic etiam viri boni, inquit *Grotius*, quanquam communis mali participes, ab exitio seruabuntur.

℣. 10. n) Nam gladio quidem morientur. v. 1. *o) præfracti peccatores* Ef. 1, 28. Pf. 1, 1. vid. supra v. 8.

℣. 3. s) Et si absconderint se. Iof. 10, 16. 17. 1 Sam. 13, 6. Ier. 49, 10. *t) in summitate Carmeli* 1 Reg. 18, 42. 2 Reg. 19, 23. vbi filuæ & speluncæ ad latendum aptæ. cf. Iud. 6, 2. 1 Sam. 13, 6. Ion. *in cacumine turrium castellorum. u) tamen inde perscrutabor*, ad extrahendum eos e latebris suis. Obad. v. 4. Zeph. 1, 12. Prou. 28, 12. cf. Ier. 23, 24. Ion *mandabo scrutatoribus, vt perscrutentur eos. x) si ue se occultauerint*, vel *occultare præsumserint.* 1 Sam. 20, 5. 19. 1 Reg. 17, 3. Ef. 28, 15. cf. Ier. 49, 10. *y) in fundo, solo.* (8) Num. 5, 17. 1 Reg. 6, 15. Ion. *in insulis maris.* cf. Pf. 139, 9. *z)* 1 Reg. 17, 4. Ion. 2, 11. *a) serpenti*, i. e. *hydro*, quod genus anguium est, in aqua viuens, nullis serpentum veneno inferius, vt ait *Plin* lib. 29. c. 4 Ion. *populis fortibus instar serpentum.* cf. Ier. 8, 17. *b) vt mordeat eos.* c. 5, 19. Ion. *vt interficiant eos.*

℣. 4. c) Et si iuerint in captiuitatem; quod fiet vtique. Thren. 1, 5. *d) tamen ne sic quidem quiete fruentur* Ef. 23, 12. sed *inde mandabo* insuper *gladio, vt occidat eos.* Non contentus captiuitatis pœna, captiuos occidam. cf. v. 1. 3. Leu. 26, 33. Ez. 5, 2. 12. c. 12, 14. *e)* v. 8. vid. not. Ier. 21, 10. *f)* vid. not. Ier. 21, 10. c. 24, 6.

℣. 5. g) Vt adpareat, comminationem non vanam fore, aut sine viribus iram, reputari iubet magnitudinē comminantis, quem proinde ab omnipotentia suæ operibus describit. *Est vero Dominus Deus exercituum, qui tanget terram.* cuius iram quomodo vos sustinebitis, cum ad ipsius tactum tota concutiatur natura, ac ceræ instar colliquescat? cf. not. c. 3, 13. c. 4, 13. *h)* cf. Pf. 144, 5. *i) ita vt colliquescat.* Ief. 2, 9. Nah. 1, 5 Pf. 46 7. Pf. 97, 5. *k) & lugeant.* c. 1, 2. c. 8 8. *l)* vid. not. c. 8, 8. *m) & defidat, submergatur velut fluuio.* (6) Num. 11, 1. Ier. 51, 64 vid. not. supra c. 8, 8.

℣. 6.

℣. 6. הקורא sic *plene* 1. 2. 5. 7. 8. 15. & in marg. 6. 9. sec. *Maf. impr.* *℣. 7.* ופלשתים per simplex *Iod* 1. 3.

11 עמי האמרים לא־תגיש ותקדים בעדינו הרעה׃ ביום
ההוא אקים את־סכת דויד הנפלת וגדרתי את־
12 פרציהן והרסתיו אקים ובניתיה כימי עולם׃ למען
יירשו את־שארית אדום וכל־הגוים אשר־נקרא שמי
עליהם נאם־יהוה עשה זאת׃
13 הנה ימים באים נאם־יהוה ונגש חורש בקוצר ודרך
ענבים במשך הזרע והטיפו ההרים עסיס וכל־הגבעות
14 תתמוגגנה׃ ושבתי את־שבות עמי ישראל ובנו
ערים נשמות וישבו ונטעו כרמים ושתו את־יינם ועשו
טו גנות ואכלו את־פריהם׃ ונטעתים על־אדמתם ולא
ינתשו עוד מעל אדמתם אשר־נתתי להם אמר יהוה
אלהיך׃

עד כאן

חזון

p) Tic. non adunntabit, neque amouerit nos malum. At Schm. ne adducas, aut prævenire facias nos malum, sc. o Deus. cf. c. 6, 3. q) Hiph. (2) Iob. 41, 2.

℣. 11. r) Attamen die isto, postquam ita eos agitauero, vt peccatores populi mei fuerint mortui v. 9. 10. μετὰ ταῦτα vertitur in allegatione Iacobi Act. 15, 16. Ex quo loco simul patet, agi hic de die seu tempore N.T. Sed hoc quæritur, sitne promissio ista iam prorsus impleta, an etiā implenda adhuc? Prius videbatur ex citata allegatione Apostoli probari posse. Nihilominus Cel. Maius præfert posterius in Oecon. V. T. p. 286. Facta, inquit, dici nequit, sub Templo II. restitutio sicut olim sub Dauide; vnde fieri adhuc debet. Tametsi enim Gentes in communionem Ecclesiæ vocatæ fuerint, & ex parte introierint: tamen Iudæorum conuersio & restitutio spiritualis nondum contigit. Eam vero Iehoua, vt promisit, perficiet, ait Iehoua, faciens hoc. Tum patebit, totum Israelem saluari (Rom. 11, 26.) vna cum Idumæis & omnibus gentibus; quando Dominus vnus & nomen eius vnum, Zach. 14, 9. pastor vnus & grex vnus erit, Ioh. 10, 16. Act. 15, 16. 17. Iacobus & Apostoli ex h. l. Amosi recte colligunt, Deum gentes vocasse per Euangelium, secundum prophetarum oracula; sed ea omnia tum impleta plene esse, non dicunt: neque reductio captiuitatis totius Israelis, aut alia bona spiritualia largissime promissa, tum facta [illegible] sunt. s) instaurabo, erigam ex lapsu c. 5, 2. Ier. 50, 32. Iob. 4, 4. & ruina Ef. 44, 25. c. 61, 4. & quidem in regno Christi, filii Dauidis 2 Sam. 7, 12. seqq. Luc. 1, 32. 33. t) tugurium (Ef. 1, 8.) Dauidis. cf. Ef. 16, 5. Ion. regnum domus Dauidis. Sensus: Faciam, vt regnum Dauidis, quod diu satis intercidit, nunc multo gloriosius in Christo ipsiusque regno resurgat. cf. 2 Sam. 7, 11. seqq. Ef. 49, 6. Luc. 1, 32. Ceterum ad Messiam hæc ipsi referunt Iudæi in *Sanhedrin* c. XI. f. 96. vbi dicitur R. *Nachman* ex *Raf* quæsiuisse: *Numquid sando accepisti, quando venturus sit Filius lapsorum*: cui hic, *Quem*, inquit, *indigitas Filium lapsorum? Ille, Messiam*, inquit. *Nempe illum* (pergit *Raf*) *ita nuncupas? Sane quidem*, inquit R. Nachman; *ita enim scriptum est: Eo die erigam tugurium Dauidis collapsum.* u) *collapsum, quod cecidit.* c. 5, 2. x) *obsepiamque* macerie. Ef. 58, 12. y) *rupturas eorum*, c. 4, 3. 1 Reg. 11, 27. cf. Ef. 5, 5. c. 58, 12. Suffixum plurale refert *Maius* ad vtrumque regnum, cuius mentionem studiose in Pl. fieri putat, ne quis existimet, impossibile esse restituere & vnire Δωδεκάφυλον, vt Deum quærant, & Messiæ aliquando adhæreant. Conf. Ez. 37, 17. 19. Hos. 2, 2. Sed malim spectare ad *tugurium Dauidis*, quod collectiuum est, complectens vniuersas regni partes, vel vrbes. Cuiusmodi syntaxis est Ier. 51, 43. *terra, in quibus*, pro, *terra, in cuius vrbibus non habitabit vllus vir.* It. Iud. 11, 13. z) *destructa eius* (2) sc. Dauidis; vel tugurii Dauidici, per enallagen generis, coll. Act. 15, 16. αὐτῆς. Cf. Ef. 49, 19. a) cf. c. 7, 2. 5. Hos. 6, 2. b) cf. Ier. 33, 7. c. 31, 4. c) *vt olim.* Mich. 7, 14. Ef. 63, 9. c. 51, 9. Confer e. c. florentissimum regni statum sub Dauide 2 Sam. 8. & Salomone 1 Reg. 4, 20. c. 5, 1–4. Multo igitur illustrius est hoc vaticinium, quam vt impletum sit *Hyrcani* tempore, *Ioseph.* 13, 17. vt *Grotius* male putauit.

℣. 12. d) *Propterea vt in hereditatem accipiant* extraneas quondam, nunc vero in familiam Abrahami & communionem Ecclesiæ cooptandas. Ef. 14, 2. c. 54, 3. Ier. 49, 2. Obad. v. 17. 19. Ceterum LXX. (e quibus hic textus Act. 15, 17. allegatur) plane aliter: *vt exquirant reliqui hominum* &c. legentes ידרשו pro יירשו & אדם *homo* pro אדום *Idumaa*, omittentes insuper particulam את & superaddentes (in MSto Alex.) *Dominum*. Quod *Lightfoot.* ad Act. 15, 17. consulto ab istis interpretibus hic factum esse suspicatur, nimirum ex odio atque inuidia contra Idumæos, acerrimos quondam populi Iudaici hostes. Interim Lucas, vt fere solet, Græcam Versionem eo tutius retinet, quod eandem rem, quam textus Hebraicus, quamque *Iacobus* (citatis procul dubio verbis originalibus) probandam sibi & ex h. l. confirmandam susceperat, apte probet. e) Obad. v. 19. 21. cf. Rom. 11, 5. Nominatur a. in specie *Edom*, tanquam hostis Israelis omnium acerrimus (vid. supra c. 1, 11.) vt ad reliquos populos sublimi possit, fore ex illis multo magis reliquias sanctas Ecclesiæ adiungendas. f) i. e. qui de meo cognominabuntur nomine, *populus & filii Iehoua*, Hos. 2, 1. æque ac Israelitæ Ef. 63, 19. Ier. 14, 9. cf. Zach. 14, 9. g) vid. not. Hos. 11, 11. h) *facturi hoc*: ita, vt non maneat nudum promissum, sed veritas in effectu. cf. Ef. 9, 6. & not. Ier. 33, 2.

℣. 13. i) *attinget arator messorem.* Tanta erit ac tam multiplex prouentuum copia, vt autumnali tempore, cum arare agricola sementemque spargere solet, demetendis frugibus vix dum finis fuerit impositus. Respicitur ad Leu. 26, 5. 4. sed sub typo terrestrium significatur spiritualium bonorum vbertas in N. T. cf. Ef. 28, 24. Prou. 20, 4. k) Messis autem in Palæstina incipit a mense *Nisan* s. nostro Aprili. vid. not. Ios. 3, 15. l) *& calcantem vuas* in torculari. Ef. 63, 2. m) *trahentem semen*, i. e. *satorem*, qui semen e linteo extrahit, tractimque in terram spargit. cf. Ps. 126, 5. Sensus: Vindemia (quæ in Palæstina fit mense Augusto aut sub initium Septembris: vid. not. Num. 13, 20.) ad sementem vsque durabit. n) *& stillabunt* montes. Ioel 4, 18. Significatur viniferorum montium summa fertilitas; vt alibi per terram *fluentem melle & lacte*, pecoris & apum copia, omniumque rerum vbertas. Ex. 3, 8. &c. o) *mustum* (5) Ioel 1, 5. c. 4, 18. cf. rad. Mal. 3, 21. p) *liquescent*, sc. copia musti & lactis, Ioel 4, 18 i. e. omnia plena erunt musto & lacte. Hithp. (3) Nah. 1, 5. Ps. 107, 26.

℣. 14. q) Cf. Ier. 30, 18. Ps. 126, 1. r) cf. Rom. 11, 26. s) Ef. 58, 12. t) vid. Ef. 54, 3. u) Ef. 65, 21. 22. cf. contrar. supra c. 5, 11. Deut. 28, 30. Zeph. 1, 13. x) Ier. 31, 5. Ez. 28, 26. Hos. 2, 17. y) cf. Ef. 62, 8. & conf. supra c. 5, 11. Deut. 28, 30. z) Ef. 65, 21.

℣. 15. a) Et firmis sedibus *plantabo eos.* 2 Sam. 7, 10. Ier. 24, 6. b) *euellentur* per deportationes & exilia. cf. Ier. 24, 6. c. 42, 10. & contr. c. 12, 14. 15. c. 48, 4. 2 Par. 7, 20. c) Sigillum promissionis, vt v. 12. coll. Num. 23, 19. Ps. 33, 9. &c. d) *Deus tuus*, sc. o Israel! Apostrophe.

℣. 11. והריסתיו *plene* 1. 2. contra *Mas. Erff.*

LIBER OBADIAE,

Hebr.

עובדיה

ARGUMENTUM hulus prophetiæ est I. *Comminatorium* contra Idumæos, quibus, tum propter fastum, tum propter illatas israelitico populo iniurias totale excidium prædicit v. 1-16. II. *Euangelicum* pro Israele, cui non modo restitutionem, sed ampliationem quoque hereditatis, ac ereptionem tempore N. T. pollicetur. *Pro scopo* habet, Israelitas solari atque ad spem futuræ liberationis erigere, Idumæos vero, si fieri possit, ad pœnitentiam ac meliorem mentem reuocare. Paruus Propheta, vt *Hieron.* ait, versuum supputatione, non sensuum. Quippe sub typo *Israelis* Ecclesiæ salutem, sub typo *Edomi* Antichristi excidium simul figurauit.

CAP. I.
הפטרת וישלח
קמץ בז"ק

א חזון עבדיה כה־אמר אדני יהוה לאדום
שמועה שמענו מאת יהוה וציר בגוים
2 שלח קומו ונקומה עליה למלחמה׃ הנה קטן
3 נתתיך בגוים בזוי אתה מאד׃ זדון לבך השיאך
שכני בחגוי־סלע מרום שבתו אמר בלבו מי יורדני
4 ארץ׃ אם־תגביה כנשר ואם־בין כוכבים
שים

Eeee 4 עד ד

V. 1. a) *Visio* prophetica Es. 1, 1. Titulus & inscriptio vaticinii. b) *Obadia*, q. d. *cultoris Domini*. De Patria, genere ac tempore eius omnino tacet Scriptura; neque nos certi quidquam habemus. Talmudistæ, quos *Abendana* in Spicil. ad *M. I.* laudat, opinantur; eundem hunc Obadiam esse, qui palatio præfectus in aula Achabi fuerit, ac centum Dei prophetas contra improbas Isabellæ machinationes occultauerit 1 Reg. 18, 3. seqq. Addunt, fuisse eum Idumæum, sed proselytum factum: quo pacto, contra suam ipsius gentem prophetasset. Verum si propheta noster is fuisset, quomodo ei pepercisset Isabella, quæ prophetas Dei exstirpatum ibat? ibid. v. 4. Contra si ab argumenti ac stili paritate licet ad ætatem concludere, probandus est vtique *Tarnouius* aliique, qui *Obadiam* Ieremiæ coæuum faciunt, tum quod vterque iisdem fere verbis, tantum leuiter immutato ordine, contra Edumæos prophetet, tum quod Obadias eiusmodi criminatis obiiciat, quæ tum perpetrata videntur, cum Hierosolyma caperetur: e. g. Obad. v. 12. coll. Thr. 4, 21. ibidemque notatis; sicut & v. 20. captiuitatis Hierosolymæ mentionem facit expressam, quæ vero Ieremiæ & Ezechielis tempore demum contigit. Quidam conferunt 2 Par. 34, 12. c) Et tamen mox pluraliter suo populique sui nomine dicit: *Nuntium audiuimus* &c. Nimirum docet Propheta, quidquid dicat, non humana voluntate, sed Dei adflatum Spiritu sese dicere, siue id sub sua suorumque, siue ipsius Domini persona proferat. cf. 2 Petr. 1, 21. d) De *Idumais* videsis not. Es. 21, 11. & Amos 1, 11. Præterea cf. vaticinia parallela Ez. 25, 12. seqq. & c. 35. maxime vero Ier. 49, 14. seqq. quocum ita fere concinit noster, vt Mich. 4, 1. seqq. cum Es. 2, 2. seqq. Ier. 48. cum Es. 15. & 16. Ier. 48, 46. 47. cum Num. 21, 27. seqq. & in N. T. Epistola Iudæ cum altera Petri. Est igitur hæc repetitio atque aliquibus in locis amplificatio vaticinii Ieremiani contra Idumæos. e) *nuncium*, nobis quidem lætum, sed Idumæis infaustum. Prou. 15, 30. Dan. 11, 44. f) pro quo est Sing. *audiui* Ier. 49, 14. Nimirum loquitur hic quidem Propheta, sed ita, vt populum suum, in cuius solatium scribit, vel saltem reliquos Dei Prophetas, qui contra Edomum vaticinati, simul loquentes inducat. *Audiuerant* autem per reuelationem diuinam. g) adeoque non vanus rumor est, quem audiuimus, sed verissimus, quia *a Domino* audiuimus. cf. not. Es. 21, 10. h) *Nimirum legatus.* Sequitur illius nuncii summa: adeoque ו explicatiuum est. Nomen cf. Es. 18, 2. Prou. 13, 17. Rad. Ar. *iuit, profectus est*, cf. Ios. 9, 4. i) *ad* vel *inter gentes* iam *missus est* in prouidentia diuina, ac suo tempore etiam *mittetur* certissime. Hypotyposis prophetica, qua rem futuram sistit velut iam præsentem, notandæ certitudinis causa. Mittet autem gens vna ad aliam ad ineundam contra Idumæos belli societatem. cf. Prou. 17, 11. k) sc. *vt dicant* eis (subintell. לאמר, vt Es. 14, 8. &c.) mittentium nomine: *surgite & surgamus* vna. Ion. *paremus nos.* Iud. 7, 15. Ier. 6, 5. At Schm. *vt flemus* contra. sic cf. Am. 7, 9. Ps. 27, 3. l) *contra eam*, sc. Idumæam: ad quam vero mox loquitur in Masc. v. 2. seqq. respectu habito ad populum. m) *ad bellum* ei inferendum. Es. 7, 1. Zach. 14, 1.

✠. 2. n) *Ecce*, inquit, Dominus in propria sua persona, cuius nuncium Propheta suo Iudæorumque nomine modo retulerat v. 1. o) Amos 7, 2. 5. p) *Hieronymus* cum v. 3. ita connectit: Cum minimus sis inter omnes in circuitu nationes, & ad comparationem gentium ceterarum paruus in numero, vltra vires erigeris superbia. Vid. not. ad Ier. 49, 15. Alii tamen, vt ibidem notauimus, prophetice: *minimum te facturus sum.* ita cf. Ez. 35, 3. q) *contemtus.* Ier. 49, 15. Ps. 21, 7.

✠. 3. r) Sed vel Etenim *superbia cordis tui.* Ier. 49, 16. 1 Sam. 17, 28. s) *decepit te*, h. e. temere inflauit, atque ad vanam roboris præsumtionem erexit. v. 7. Gen. 3, 13. At LXX. & Vulg. *extulit te.* quasi legissent per *Sin:* quomodo tamen in Hiphil alibi nusquam reperitur. t) vtpote *habitantem.* Iod paragog. vt Mich. 7, 14. Ion. *quippe qui similis aquila in scopulis petrarum commoranti* cf. Iob. 39, 28. & not ad Ier. 49, 16. u) *in fissuris* (3) vid. not. ibid. x) Incolebant enim Idumæi Arabiam petræam. cf. Es. 42, 11. y) *in celso habitationis sua.* in quo se propter situm loci supra omnem casum reputat. Ier. 49, 16. cf. Es. 33, 16. Pertinet huc, quod *Hieron.* ad v. 5. notat: *Omnis australis regio Idumaeorum de Eleutheropoli vsque Petram & Hailam, in specubus habitatiunculas habet, & propter nimios calores solis, quia meridiana prouincia est, subterraneis tuguriis vtitur. Ea, vt tutiores essent latebra, in altissimis petris excauarunt.* z) *quis me descendere coget*, deturbabit in terram. Interrogatio rei impossibilitatem præsumens. cf. Es. 10, 13.

✠. 4. a) *Licet* enim. Am. 9, 2. 3. Exponit iam, quo pacto futurum sit, vt se sua opinione turpiter deceptum sentiat Edom. b) *exaltaueris*, h. e. in alto construxeris, sc. *nidum tuum*, vti mox sequitur; coll. Ier. 49, 16. c) cf. not. Ier. 49, 16. & Iob. 39, 27. d) cf. Es. 14, 13. Hyperbole.

OBAD. ✠. 1. מאת יהוה sic 2. 3. 5.

שים קנך משם אורידך נאם־יהוה׃ אם־גנבים ה
באו־לך אם־שודדי לילה איך נדמיתה הלוא יגנבו
דים אם־בצרים באו לך הלוא ישאירו עללות׃
איך נחפשו עשו נבעו מצפניו׃ עד־הגבול שלחוך 6
כל אנשי בריתך השיאוך יכלו לך אנשי שלמך 7
לחמך ישימו מזור תחתיך אין תבונה בו׃ הלוא ביום 8
ההוא נאם־יהוה והאבדתי חכמים מאדום ותבונה
מהר עשו׃ וחתו גבוריך תימן למען יכרת־איש מהר 9
עשו מקטל׃ מחמס אחיך יעקב תכסך בושה ונכרת י
לעולם׃ ביום עמדך מנגד ביום שבות זרים חילו 11
ונכרים באו שערו ועל־ירושלם ידו גורל גם־אתה
כאחד מהם׃ ואל־תרא ביום־אחיך ביום נכרו ואל־ 12
תשמח לבני־יהודה ביום אבדם ואל־תגדל פיך ביום
צרה

e) ponendo sc. ponas; quod tamen facere nunquam poteris. Similis ellipsis Num. 14, 21. f) nidum tuum. Ion. habitaculum tuum. Tropus ab aquila continuatur. cf. ibid. & Hab. 2, 9. g) adeoque possibile facturus sum, quod tibi quidem videbatur impossibile fore v. 3. cf. Am. 9, 2. 3. h) vid. not. Ez. 11, 8. Am. 3, 13.

ỹ. 5. i) Si. vid. not. Ier. 49, 9. k) Iob. 24, 14. *Hieronymus*: Hoc est, si *fures* & latrones, qui de nocte domos suffodere consueuerunt, & rapere, quæ in domibus sunt, introissent ad te, & absconditi tenebris circumissent domus tuæ angulos; vtique hoc tulissent, quod sibi putabant sufficere, & aliquid in ædibus tuis, vel per satietatem, vel per ignorantiam reliquissent. Si *vindemiatores* introissent vineam tuam, & eam vel hostiliter vastare, vel a te conducti demetere cuperent; quamuis diligens eorum fuisset vindemia, tamen racemos vitibus foliisque celatos, inter palmites reliquissent. Sed omnia hostes, qui ad te Domino iubente venerunt (significat a. Babylonios & exercitum Nabuchodonosor) inuestigauerunt &c. vid. not. Ier. 49, 9. l) *qui denastant noctu*. Es. 15, 1. Est mixtura sermonis proprii cum improprio: qualem Ier. 49, 9. in voce השודדיר obseruauimus. m) Difficile comma. Placet nobis, esse pareuntheticam exclamationem (S. *quomodo excisus eris*? seu o *quantopere excinderis*!) Ita igitur exaggerat איך, vt v. 6. & verbum דמה significationem *exscindendi* mutuatur ex cognato דום vel דמם, *silere*, quod sæpe est *exscindi*, vt Es. 15, 1. Hos. 4, 5. quia qui exscinduntur aut pereunt, perpetuo inuoluuntur silentio Ps. 94, 17. Ps. 115, 17. At Vulg. *quomodo conticuisses*? Syr. *quomodo planxisti*? & Ion. *quomodo dormiuisti, donec furati sunt* &c. Fe
hl

hi quidem ex cognato דמים *siluit* Ps. 4, 7. Alii: *quomodo comparatus fores?* a דמה *similis fuit*. n) *furaturi essent sufficientiam suam*? vid. not. Ier. 49, 9. & quæ modo ex *Hieron*. dedimus, o) *vindemiatores*. Ion. *raptores ad instar vindemiatorum*. ibid. p) *saltem racemos* Iud. 8, 2. Es. 17, 6. c. 24, 13. Mich. 7, 1. *Racemi*, vocantur

שעריו קרי

quidquid post maximam partem bonorum hominumue vel expilatam vel occisam superstes est. ỹ. 6. q) Verum *quomodo peruestigati sunt*. Tanta fuit hostium in eruendis Idumæis eorumque bonis diligentia, vt nec racemos vllos aut reliquias eis superesse siuerint v. 5. 1 Reg. 20, 6. cf. Am. 5, 3. r) h. e. *Idumæi*, Esaui posteri. Ier. 49, 8. 10. s) *perquisita sunt*. Es. 21, 12. t) *latibula eius*, quo refugerant (1) Al. *occulti thesauri eius*. Sed *locum* potius, quam *rem*, notari, cum forma nominis docet, (quæ vt plurimum localia format) tum parallelismus Ier. 49, 10. vbi est מסתריו. ỹ. 7. u) *Vsque ad terminum prosequuti sunt te*, quasi iunctis viribus hosti obuiam ituri essent, illinc tamen mox regressuri, atque ita te hostibus permissuri. cf. Gen. 18, 16. & c. 12, 20. vbi LXX. reddunt per συμπροπέμπειν. At Ion. *Ex termino tuo migrare te fecerunt*. Nam & *eiicere* est שלח, coll. Gen. 3, 23. Ps. 44, 3. q. d. caussa moralis tuæ migrationis fuerunt, quippe infelicis belli suasores ac perfidi fœderati. *Hieronymus*: Veniente Nabuchodonosor -- omnes qui ante erant fœderati Edom, -- reliquerunt eum, & iuncti hostibus contra insidias tetenderunt. Sed & de Babyloniis ipsis effectiue forsan intelligi posset, quorum socii fuerunt Idumæi in exscindenda Hierosolyma. x) *fœderati tui*. Gen. 14, 13. y) v. 3. z) *prævaluerunt tibi*, sc. consiliis suis vel fraudulentis, vel saltem infaustis. a) vid. Ier. 38, 22. b) Difficile comma. S. *panem tuum ponent vulnus sub te*; Nold. p. 770. *vlcus in te* Cocc. ita: *Panem tuum ponunt fœditatem*, quæ est *subter te*; h. e. stercus tuum. q. d. Cogunt te tua vorare excrementa, propter extremam tibi penuriam in obsessis ab hoste vrbibus vel exilio. cf. 2 Reg. 18, 27. Sed non fauent accentus, sec. quos vertendum videtur: *panem* s. *pro pane tuo ponent fœditatem subter te*, in qua tu saucius vel captiuus iacebis. At Vulg. *qui comedunt tecum*. Ion. *vescentes de mensa tua*, quasi ex præced. repetendum esset אנשי; quo cum & Syr. (quanquam contra accentus) plane connexuit, *viri pacis ac panis tui* &c. cf. Ps. 41, 10. Dan. 11, 26. c) *fœditatem* (4) Ier. 30, 13. a זור *lieri*, *naustare*; Ar. [illegible] *fastidiuit, abhorruit*. vnde & *vulnus* purulentum ac tetrum notat Hos. 5, 13. quod nauseam intuentibus parit. At LXX. Syr. Ar. & Vulg. non etymon, sed tropum respicientes, pro *vulnere* habent *insidias*. & Ion. *offendiculum*. d) quia si fuisset in eo tanta perspicacia & *prudentia*, quantam iactat, imponi sibi tantopere vix passus fuisset. v. 8. Deut. 32, 28. cf. Prou. 21, 30. e) *in eo* sc. Esauo s. Idumæis v. 6. ỹ. 8. f) Emphatica interrogatio, q. d. incredibile visum fuerit Edomo, quod sapientiam ei negaui, ita vt dicat forte: Quorsum igitur & quo pacto abs. esset erit decantata illa sapientia nostra? cf. Ier. 49, 7. cum not. Sed Resp. *Nonne* &c. g) v. 4. h) *tum perdam*. Aliis hoc ו est conuersiuum, non significatiuum, vt Gen. 3, 5. [illegible] 22, 4. Aut subintell. *fiet* vt perdam. i) cf. Es. 29, 14. Ier. 49, 7. 1 Cor. 1, 19. k) Ion. *omnemque virum, in quo est prudentia*. v. 7. l) h. e. ex Idumæa, quæ montana regio erat. v. 9. 19. 21. ỹ. 9. m) *Et consternati erunt*, s. *angentur*. Ier. 46, 5. c. 50, 36. n) Am. 1, 12. vid. not. Ier. 49, 7. o) *propterea*. subintellige אשר vt. Notat a hic non tam finem, quam euentum. q. d. Ex qua consternatione certissime eueniet, *vt exscindatur*. cf. Hos. 8, 4. p) *Ion*. addit: *in quo robur est*. q) vid. not. v. 8. r) *ob cædem* s. *occisionem* (1) qua hostes tui in te sæuient; vel qua tu sæuisti in fratrem tuum Iacobum v. 10. cf. Rad. Ieb. 13, 15. ỹ. 10. s) *Propter iniuriam fratri tuo a te illatam* Ioel. 4, 19. Incipit iam Propheta cum supplicio ipso Idumæorum præcipuam eius caussam connectere, quæ fuit sæuities erga cognatos Israelitas. vid. not. Es. 21, 11. & Am. 1, 11. t) vid. not. Am. 1, 11. *Iacob* perinde, ac supra v. 6. *Esau*, posteros potius, quam personas vtriusq; denotat. Fratrem vero vocat, vt augeat impietatis ac sceleris, in eum commissi, magnitudinem. u) *teget* (obruet) *te pudor* (4) Mich. 7, 10. cf. Ps. 44, 16. Ps. 69, 8. Obuelatio faciei erat pudoris & ignominiæ. Ier. 14, 3. Esth. 6, 12. hinc forte hæc phrasis nata. x) *tandemque exscinderis* v. 9. y) nec forte ad breue tempus, sed *in æternum*. Ier. 49, 13. Mal. 1, 3. ỹ. 11. z) Cohæret cum initio v. 10 q. d. Iniuriam vero, quam allegaui, intulisti Iacobo *die*. a) *quo stetisti eminus*, malum non sine voluptate inspiciens, tantum abest, vt opem fratri tulisses 2 Reg. 4, 25. vel: *ex aduerso*, i. e. contra Iacobum Chaldaicæ immanitatis socius. 2 Sam. 18, 13. b) *quo captiuarunt*. Num. 21, 1. Es. 14, 2. c) barbaræ gentes, Babylonii. Es. 1, 7. d) *exercitum* vel *opes ipsius*. v. 13. e) *cumque exteri*. Thr. 5, 2. f) hostiliter expugnatas. v. 13. Es. 13, 2. Ps. 79, 1. g) tanquam super diuidendo spolio. Fut. Pi. pro ידדו *ieiaddu*. Ioel. 4, 3. a ידה Ier. 50, 14. similis contractio fit Nah. 1, 4. Thren. 3, 33. h) licet frater esses v. 10. fuisti *sicut vnus ex illis*. non melior fuisti quam peregrini. cf. v. 13. Ez. 25, 12. Ceterum narrat de re futura velut iam esset præterita coll. v. 12. ỹ. 12. i) Addit *dehortationem*, quæ vero caussam excidii, quod comminatus Edomo fuerat, simul exponit. *Ne vero videas*, sc. cum gaudio, coll. Ps. 54, 9. q. d. Si supplicium hoc declinare velles, non deberes videre &c. Hinc Ion. *Et* (repete comminationem ex v. 10.) *quod vidisti*. Sic & Ier. 49, 11. crudelitas & ἐπιχαιρεκακία Idumæis per modum imperatiuum exprobratur. k) *diem* exitii, vt sequitur hic & v. 13. cf. Ps. 137, 7. Sic *tempus* Ier. 27, 7. l) vid. not. v. 10. m) *alienationis eius* (1) cum Deus eum propter peccata ipsius in manus alienas tradidisset, neq; agnoscere amplius eq. suum atque ab hostibus vindicare vellet. cf. 1 Sam. 23, 7. Iob. 31, 3. it. Iud. 7, 14. c. 3, 8. Est vel Nomen vel Infinit. Kal. n) Ez. 25, 6. c. 35, 15. Mich. 7, 8. Thr. 4, 21. o) Ion. *& quod multiplicasti loqui pergrandia*. LXX. μὴ μεγαλοῤῥημονήσῃς. cf. Ez. 35, 13. Zeph. 2, 8. Dan. 7, 8. 20. p) v. 14. Ps. 20, 2.

ỹ. 5. הלוא ישאירו sic 4. 2. 5. 6. 9. 10. 20. 21. 22. 23. ỹ. 11. עמדך Mem sine Meth. 3. 11. 12. 15. 16. 23 sic fu. 5. contra notam ל in marg. 1. כך נקד במכלול במקרא תרגום ומכל כ ם נקדו עמדך

צרה׃ אל־תבוא בשער־עמי ביום אידם אל־תרא 13
גם־אתה ברעתו ביום אידו ואל־תשלחנה בחילו ביום
אידו׃ ואל־תעמד על־הפרק להכרית את־פליטיו 14
ואל־תסגר שרידיו ביום צרה׃ כי־קרוב יום־יהוה על־ טו
כל־הגוים כאשר עשית יעשה לך גמלך ישוב
בראשך׃ כי כאשר שתיתם על־הר קדשי ישתו כל־ 16
הגוים תמיד ושתו ולעו והיו כלוא היו׃ ובהר ציון 17
תהיה פליטה והיה קדש וירשו בית יעקב את
מורשיהם׃ והיה בית־יעקב אש ובית יוסף להבה 18
ובית עשו לקש ודלקו בהם ואכלום ולא־יהיה שריד
לבית עשו כי יהוה דבר׃ וירשו הנגב את־הר עשו 19
והשפלה

Eeee 5 עד ה

ꝟ.13. q) sicut hostes v. 11. r) quo nomine speciatim Hierosolyma venit Mich. 1, 9. s) *die exitii illorum.* Deut. 32, 35. Ier. 18, 17. Ez. 35, 5. cf. Prou. 17, 5. t) vid. v. 12. u) vid. v. 11. x) *neque emittas manum tuam prædatoriam* Est. 9, 10. 15. 16. Ex. 22, 7. 10. quomodo Ion. *& quod extendisti manum tuam.* cf. Thr. 1, 10. Sic foret pro תשלחה, cum *He* parag. & *Nun* epenthetico: cuiusmodi epenthesis est in ישנך Deut. 19, 14. וקבנו Num. 23, 13. Immo Iud. 5, 26. simplicissimum est, תשלחנה itidem accipi pro Fem. תשלח *mittebat, extendebat,* cum נה paragogico, non afformatiuo; item Ex. 1, 10. תקראנה pro תקרה. AtS..m. *mittant se manus tuæ* reciproce. Al. *mittatis manus.* y) *in* vel *ad* diripiendas *opes eius.* v. 11.

ꝟ. 14. z) S. *Neque stes super biuio;* Cocc. *ad compitum,* seu viarum diuortium (z) Nah. 3, 1. Rad. *diuellere* Zach. 11, 16. In compitis intercipiebant fugitiuos. Al. *ad diuacerationem,* coll. Ps. 7, 3. & Nah. 3, 1. a) *euasores,* h. e. fugitiuos *eius* Am. 9, 1. b) *neque tradas* hostibus. vid. not. Am. 1, 6. 9. c) *superstites eius.* v. 18. Es. 1, 9. d) v. 12.

ꝟ. 15. e) *Quoniam,* si scire cupis, quid ab iniuriis fratri inferendis deterrere te debeat. f) Ion. *dies venturus a Domino.* cf. Es. 13, 6. Zeph. 1, 7. 14. Intelligitur autem dies vindictæ. Habet enim Deus, sicut in exhibendis beneficiis, sic in puniendo quoque suas horas & moras. g) *Hieronymus:* Vniuersas quippe nationes vsque ad Propontidem Scythicumque mare, & Ionium vel Aegæum, Assyrii Babyloniique tenuerunt. Legamus Herodotum, & Græcas barbarasque historias, & videbimus quomodo sub Babyloniis & Assyriis impletum sit hoc. Hæc ille. Quæ vtut neutiquam excludamus, coll. Ier. 25, 9. seqq. c. 27, 7. seqq. hic tamen Babylonios ipsos maxime comprehendi, inde patet, quia de gentium excidio loquitur t) tanquam supplicio crudelitatis contra populum Dei, eoque z) perpetuo v. 16. quale Babyloniis horumque administris alibi comminantur Prophetæ. h) *Itaque, sicut.* Subsumit ab vniuersali gentium supplicio ad Idumæorum inprimis supplicium. q. d. Si cunctis gentibus, Deo ac populo ipsius inimicis, suus propediem instat dies, ergo nec tuum supplicium vel differetur diu, vel omittetur omnino; nisi ab immanitate erga fratrem abstinueris. i) vicissim *fiet tibi,* iustissima talione Ex. 21, 23 cf. Iud. 1, 7. Ier. 50, 15. 29. Ez. 35, 15. k) *retributio tua,* h. e. id ipsum *malum, quod* populo meo *intulisti.* Ps. 137, 8. Thr. 3, 64. l) *reuertetur in caput tuum* Ioel. 4, 4. 7: adeoque fiet, quod prouerbio dicitur, vt qui proiicit lapidem in altum, huic lethali ictu recidat in caput, Sir. 27, 25.

ꝟ. 16. m) Declaratiuum est. *Quoniam,* vt hoc amplius declarem, quod modo de retributione dixi. n) *quemadmodum* vos Idumæi cum reliquis gentibus, non sine irreuerentia erga sanctissimum Numen meum, *potastis,* improbas compotationes instituistis, grauemque hoc ipso commisistis culpam. Ion. *lætati estis super desolatione montis mei sancti.* o) cf. Thr. 1, 10. p) sic vicissim *bibent* sustinendo pœnam. *Ion.* recte addit: *calicem pœnæ suæ.* Ier. 25, 15. 26. 28. 29. c. 49, 12. cf. Ez. 23, 33. 34. q) sc. eædem, de quibus v. 15. & cum illis vos etiam Idumæi. r) *bibent, inquam.* Reassumitur ex præcedenti tum certitudinis notandæ, tum declarationis caussa. s) *& deglutient,* a לוע (4) Prou. 20, 25. Iob. 6, 3. c. 39, 30. Additur hoc, vt haustus intelligatur non modicus, sed copiosus atque plenarius. cf. Ps. 75, 9. t) *fientque gentes quasi nunquam fuissent.* Iob. 10, 19. Sir. 44, 9. Adeo namque disperibunt omnino. cf. Es. 41, 11. 12. Ez. 26, 21. Ostendit hic, haustum in præcedentibus notari non proprie dictum, sed metaphoricum ac pœnalem. ꝟ. 17. u) *Contra vero in monte Tsion,* secus atque in monte Seir v. 9. & ceteris gentibus, in quibus nulla euasio v. 16. x) *euasio,* i. e. euadentium multitudo Es. 37, 31. 32. Ioel 3, 5. De qua vide, si placet, VVitsii ἀνάλυτον p. 356. seqq. & cf. Ier. 30, 11. c. 46, 28. y) *eritque sanctitas,* h. e. sancta. Ion. *& erunt sancti.* Verbum Masc. ratione syntaxeos respicit magis prædicatum, quod sequitur, quam subiectum, euasio, quod femininum est. Aut loco subiecti in casu recto repetendum *mons Tsionis.* Promissio ipsa tempus N. T. concernit. cf. Es. 6, 13. c. 52, 1. c. 62, 12. Ier. 31, 23. 40 Ioel 4, 17. it. Ex. 19, 6. z) *& hereditabunt* v. 19. 20. a) Ion. *qui sunt de domo Iacobi,* adeoque vniuersus Israel, sine exclusione vllius tribus v. 18. Collectiuum Nomen iungitur apud Hebræos Verbo plurali. b) *& hereditabunt* vicissim--LXX. τοὺς κατακληρονομήσαντας αὐτούς. sic Vulg. *eos, qui se possederant. Ion.* paraphrastice: *opes populorum, qui eos possederant.* Sane post captiuitatem tale quid euenit sub Maccabæis, qui Idumæam ac Ammonitidem subiugarunt, coll. not. ad Ier. 49, 2. 20. & Es. 21, 11. Zeph. 2, 7. 9 verum ita, vt vmbra hoc tantum esset complementi multo maioris atque illustrioris futuri sub regno Christi, in quo gentes vniuersas in hereditatem acceptura erat ecclesia Israelitica, coll. Es. 14, 2. 23. Am. 9, 12. Zach. 2, 13. Verum quia מורש tum vsu, tum forma, locale potius est, quam actoris nomen, coll. Es. 14, 23. Ez. 11, 15. ideo malumus: *loca sua hereditaria,* a se quondam possessa, ex quibus vero ab hostibus pulsi fuerant. Amplitudo vero & incrementum huius possessionis, anagogice præsertim sub regno Christi, promittitur demum v. 19. seqq. ꝟ. 18. c) quod elementum obuias quasque materias præsertim aridas, absumit. cf. Zach. 12, 6. d) Am. 5, 6. synecdochice pro toto Israele, in quo primaria quondam illa tribus fuit, ac geminam portionem habuit Ps. 80, 1. Ps. 81, 6. de X. tribubus associati sunt quidem Iudæis, ex Babylonia reuertentibus, aliqui sed pauci: plenitudo earum nuspiam sub V. T. restituta legitur. Ergo & hic potissimus respectus ad N. T. est cf. not. Ier. 30, 4. e) *flamma,* cf. Es. 10, 17. f) *contra vero domus Esaui,* Idumæi horumque similes, coll. v. 19. & Ioel 4, 19. ad quem locum *Guil.* Theol. Proph. p. 719. notat: Post bellum Romanum contra Iudæos gestum, Idumæi cessarunt esse singularis populus. Igitur quia nullus superest populus Idumæus his temporibus, oportet, alius intelligatur Idumæo similis. *Maius* in Oecon. p. 1023. Non diffitetur, inquit *Abarbanel,* in N. T. siue futuris temporibus plene hoc adimplendum --- in eo autem errat, quod Christianos omnes posteros *Edomi* vocat, & exstirpandos penitus somniat. Si de *Antichristo,* cuius typus *Esau* fuit, id intellexisset, verius dixisset, & conuenienter Scripturæ Veteris ac N. T. vt sæpius indicauimus. Nec singula siue verba siue commata explicare hic attinet. Finit in regno Christi, & finis Prophetiæ initium & medium eius simul declarat g) *velut stipula,* quæ ignem facile concipit & cito absumitur. Ex. 15, 7. Nah. 1, 10. Mal. 3, 19. h) *& ardebunt in ipsis,* domus Iacobi & Iosephi, velut ignis in stipula Ez 34, 19. i) Zach. 12, 6. cf. Ez 25, 14. & not. Es. 21, 17. k) Hæc autem omnia fient, *quia Dominus locutus est,* & illius iussisse fecisse est. *Hieron.* cf. Ioel 4, 8. Ion. *decreuit!* ꝟ. 19. l) Vulg. *qui ad austrum sunt;* LXX. οἱ ἐν Ναγέβ. proinde quod sequitur, in Accusatiuo vertunt: *montem Esaui.* Et sic iidem proximo membro: *& qui in campestrib*⁹ &c. Sed malumus ita: *Et possidebunt* (domus Iacobi v. 18.) *australem* Iudææ *partem cum* contermina Idumæa *seu monte Esaui.* Declaratur nimirum, quod v. 17. de recuperandis ab Israele hereditariis locis dictum; simul tamen amplificatio terræ, sicut vrbis Ier. 31, 39. 40. vltra pristinos ipsius terminos, promittitur. De qua si Maccabæorum tempora spectentur). vid. *Iosephus* Lib. 13. c. 23. Sin complementum in regno Christi respicias; cf. Es. 26, 15. c. 33, 17. Ps. 22, 8. item Zach. 10, 12 & Ps. 49, 20. Ceterum נגב velut proprio nomine dicebatur illa Iudææ pars, quæ Idumæam versus ac meridiem vergebat, Num. 13, 17. Deut. 34, 3. Ios. 15, 21. c. 10, 40. &c. m) v. 8. 21.

ꝟ. 16. Pro תמיד hab. 1. סביב *circumquaque.* Sic su. 2. & sic in marg. 6. 9. Sed Criticus in marg. 1. hanc variationem ita castigat: בספרים ישנים במקרא תרגום מיכ' משה ויעקב כרכי מרחקים סביב וכותבים תמיד. ꝟ. 18. לקש per *Kam.* 2. 6. 9. 12. 20. 21. 22. 23. sic su. 5.

Cananaos Sareptam vsque, & d portati Hierosolyma, qui sunt in Sepharad. Prædicatum est: *hereditario iure possidebunt vrbes austri.* Hoc ipsum iam dixerat עד כאן quidem Propheta v. 19.

וְהַשְּׁפֵלָה אֶת־פְּלִשְׁתִּים וְיָרְשׁוּ אֶת־שְׂדֵה אֶפְרַיִם וְאֵת
שְׂדֵה שֹׁמְרוֹן וּבִנְיָמִן אֶת־הַגִּלְעָד׃ וְגָלֻת הַחֵל־הַזֶּה כ
לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל אֲשֶׁר־כְּנַעֲנִים עַד־צָרְפַת וְגָלֻת יְרוּשָׁלַםִ
21 אֲשֶׁר בִּסְפָרַד יִרְשׁוּ אֵת עָרֵי הַנֶּגֶב׃ וְעָלוּ מוֹשִׁעִים
בְּהַר צִיּוֹן לִשְׁפֹּט אֶת־הַר עֵשָׂו וְהָיְתָה לַיהוָה
הַמְּלוּכָה׃

וַיְהִי

hic vero repetit maioris certitudinis caussa, cum vberiore declaratione subiecti. vnde ו præfixum ab initio versus æquipollet nostro *inquam.* Alii ita: *Et deportata copia ista Israelitarum* possidebunt *quod* fuit *Cananæorum Sareptam vsque; & deportati Hierosol. id quod est in Sepharad possidebunt cum ciuitatibus australibus,* Sed hi contra accentus. Iam ad reliqua vocabula! r) LXX. *καὶ τῆς μετοικεσίας ἡ ἀρχὴ αὐτῆ.* quasi esset a חלל Infinit. Hiphil, nominaliter sumtus pro *initio* adeoque ה characteristicum, non præfixum. Sed obstat, quod sequens הזה etiam in præced. Nomine requirat ה præfixum: quale proin oportet hoc sit. Rectius igitur redditur *turba huius* vel *copiarum.* quomodo etiam 2 Reg. 18, 17. Ef. 36, 2. est חיל per *Tsere* in statu absoluto. Defectiue scriptum, *antemurale* quidem alias significat, 2 Sam. 20, 15. 1 Reg. 21, 23. sed sicut hæc ipsa notio etiam חיל plene scripto adhæret Ps. 48, 14. Ps. 122, 7. quidni vicissim חל *copias* quoque significare possit, perinde ac חק pro חיק *sinum* Prou. 17, 23 Præcedenti גלות iunctum notat *copias* vel *multitudinem deportatam,* simili fere constructione ac *viriditas herba* pro *herba viridi* Gen. 1, 30. s) *filiorum Israelis.* proprie: quæ est *filiis Israelis,* subintellecto אשר, vt Ps. 116, 15. 2 Par. 16, 11. t) *qui sunt inter Cananæos,* sc. גולים exules vel dispersi. Ellipsis præfixi ב, quod vero ex sequenti בספרד facile intelligitur supplendum. Sunt a. hi boreales Cananæi, ab Israelitis nunquam subacti. u) *Sareptam vsque,* quæ 1 Reg. 17, 9. & Luc. 4, 26. *Sidoniis* attribuitur, non distinctionis, sed explicationis gratia. nam quod Iudæi hanc aliam ab illa faciunt, fundamento caret. De hac *Iosephus,* Notum est oppidum, inquit, *in finibus Cananæorum, medio inter Tyrum & Sidonem interuallo.* Antiq. lib. VII. c. 7. x) Ier. 40, 1. y) Vulg. in *Bosphoro.* Sed eo quidem Hierosolymitani nusquam leguntur a Nebuchadnezare abducti. Syr. *in Hispania.* Et sic vulgus Iudæorum ex Chaldæo, qui habet באספמיא. Vtrumque enim regnum *Hispanicum* æque ac *Francicum* ex male intellecto hoc vaticinio, sub suo sibi Messia spondent. Cordatiores pro Babyloniæ vel imperii Babylonici parte habent, licet ex Geographia non definiuerint. Nuper vero *Cl. Hardtius* singulari libello probandum suscepit, *Sippharam* esse, Mesopotamiæ oppidum, prope *Neardam,* vbi Euphrates in vastos secatur alueos, quorum hic ad Orientem, Seleuciam in Tigridem abit, iste ad Austrum Babelem petit, teste *Ptolemæo* Geographo. Σιππαρηνῶν πόλις Abydeni apud *Euseb.* Præp. Euang. l. 9. c. 41. f. 457. *Borsippa* Strabonis & Plinii, in qua captiuos Iudæos Talmudistæ deplorant *Sanhedr.* f. 109. col. 1. z) vid. v. 17. 19. ℣. 21. a) Adscendent etiam *Saluatores.* per quos M. I. intelligit *Messiam & socios eius.* Sic Ier. 23, 4. *pastores* de Christo quidem inprimis, sed de Apostolis quoque ipsius ac bonis principibus pluraliter. In V. T. Iudices erant Saluatores typici Iud. 3, 9. 15 Neh. 9, 27. Huiusmodi & Maccabæi fuerunt vtique, coll. not. ad v. 17. & 19. Hic tamen Christus respicitur maxime, & quidem vt gloriosus Rex ac hostium triumphator, quia sequitur: *& erit DOMINO regnum.* b) iudiciis pœnalibus ac vindictæ. 1 Sam. 3, 13. Ps. 94, 2. Apoc. 19, 2. c) v. 8. 9. 19. Vid. supra v. 18. not. ex *Gurtlero & Maio.* d) *Atque sic fiet DOMINO regnum,* deuictis omnibus hostibus manifestandum in gloria Amen! Ps. 22, 29. Dan. 7, 27. Apoc. 11, 15. c. 12, 10. cf. Ps. 93, 1. Ps. 97, 1. Ps. 99, 1.

o) *& partem Iudææ declinem* f. *campestrem,* vicinam Philistæis, quia ad occasum vergebat Ios. 15, 33. At LXX. per Nominatiu. (vid. iam iã notata ad הנגב) *οἱ ἐν σεφηλᾷ.* cf. 1 Macc. 12, 38. o) *cum contigua terra Philistæorum.* cf. Zeph. 2, 7. Sic *Chaldæi* Ier. 50, 10. *Ammonitæ* Ez. 25, 5. 10. pro Chaldæorum & Ammonitarum terra. p) *& Beniaminem* (terram Beniaminit.) *cum Gileaditide.* Num. 31, 1. Zach. 10, 10. Docet hoc vltimum membrum, quomodo priora huiusdem commatis exponi debeant, videlicet הנגב & השפלה in Accusatiuo, particula את vero vt societatis nota. Nusquam enim Beniaminitæ leguntur Gileaditidem tenuisse.

℣. 20. q) *Deportati, inquam,* Ier. 24, 5. Versiculus hic non parum difficultatis habet ratione tum vocabulorum, tum sensus. Quantum ad posterius, nos ductu accentuum eum diuidimus in duas partes; quarum prior, Atnacho terminata, exponit *Subiectum* propositionis, posterior, cum Silluko exiens, *Prædicatum.* Subiectum est: *Et deportata copia ista filiorum Israel, qui dispersi sunt inter Cana-*

℣. 20. החל sic per *Mun.* 1. 2. 3. fu. 5. בספרד per *Kam.* 3. 6. 9. 10. 12. 14. 17. 18. 20. 22. 23. 24. & *Ber.* contra *Mas.* 1. & 2do *Erff.* it. *M. I. & Ind. Bas.* f. 761. 2. ℣. 21. מושעים *defect.* 5. 6. 9. 20. sic se. 1. 2. sec. *Mas.* 1. 2. & *Erff.* sed contra *impr.*

IN IONAE VATICINIVM

PRAEFATIO.

IONA, (quod alias nomen *Columbæ* est apud Hebræos; cf. Matth. 10, 16. Cant. 6, 9.) *Amitthai* filius c. 1, 1. Esaiæ, Hoseæ, Amoso ac Michæ coæuus, immo antiquior omnibus Prophetis, quos minores vocamus, oriundus fuit e *Gath Chepher,* loco Galilææ in tribu *Zabulonis* Ios. 19, 13. inter *Tiberiadem & Sephorim,* teste Hieronymo: *typus* maximi illius Prophetæ *Iesu Christi,* e confini oppido Galilææ post aliquot secula (800. circiter annos) præter Pharisæorum sententiam Ioh. 7, 52. prodituri. Ioh. 1, 46. 47. *Prophetauit* primum *Israelitis* sub initiis Ierobeami II. vel potius extremis Ioasi, patris eius, temporibus, prænunciauitque lætam eorum liberationem ex potestate *Syrorum:* prout vaticinii istius complementum memoratur 2 Reg. 14, 25. Postea, cum crescentibus Israelitarum peccatis, sub *Phule* 2 Reg. 15, 19. vel *Tiglath-Pilesere* 2 Reg. 15, 29. nimis insolescerent *Assyrii,* ad regiam eorum *Niniuen* a Deo fuit ablegatus. cf. not. 2 Reg. 15, 20. Declinauit autem noster primam illam Dei vocationem, in alia potius omnia aufugiturus, quam molestissimum illud munus vt in se susciperet: cum ex amore gentis suæ, quam Assyrii grauissime adflixerunt 2 Reg. 15, 19. 1 Par. 5, 26. & tandem pessumdederunt 2 Reg. 17. tum metu periculi, ne amplissimæ vrbis interitum hostibus prædicens, crudeliter ab iisdem exciperetur, vel etiam pro mendace ab Israelitis haberetur, si resipiscentibus Nineuitis Deus ignosceret; odiumque suorum incurreret. vid. c. 4, 2. & not. c. 1, 3. cf. etiam *Petri, filii Ionæ,* tergiuersationem. Act. 10, 14. 20. 28. &c. Sed postquam in mare præcipitatus, & in ventre piscis *tribus diebus ac noctibus* mirabiliter conseruatus, atque post ardentes preces, (quas ipse exposuit c. 2.) præter omnium hominum spem & expectationem, tq. illustrissimus typus & manifesta præfiguratio mortis ac resurrectionis Christi, gentibus pœnitentiam daturi & prædicaturi Matth. 12, 40. viuus in terram rediisset, iterum missus a Deo, ad Nineuitas abiit, iisque exitium prædixit c. 3, 4. Qui tn. acta pœnitentia misericordiam consecuti sunt c. 3, 10. grauiter quidem dolente Iona, quod prædictio non impleretur c. 4, 1. 2. 3. sed, & verbo & typo, de gratia Nineuitis exhibita, rectius a Deo instructo c. 4, 4. seqq. Simile argumentum post *quadraginta*

Iona 1. ætas, patria;
2 Vaticinium contra Syros,
contra Assyrios s. Nineuitas:
3. Fuga
4. Pœna,
5. Preces.
6. Obsequium &c.
7. Parallelum vaticinium Nahumi.

ſa vel plures etiam *annos*, non tamen præſens, vt noſter, ſed ſcripto vaticinio *Nahum* tractauit; quod temporibus *Ioſiæ*, vt vult *Hieronymus*, vel ſec. *Abarb.* calculum ad Ionæ c. 3. fol. 259 aliasque rationes, *ſub initiis Nebucadnezaris* & tempore *Zedekiæ*, complementum ſuum in euerſa Niniue habuit. *Ex quo intelligimus* (verba ſunt *Hieronymi* in prooemio ad hunc librum) *primo tempore ad Ionæ prædicationem, acta pœnitentia, Nineuitas veniam conſecutos; poſtea vero in priſtinis vitiis perſeuerantes, Dei in ſe prouocaſſe ſententiam.*

8. *Partes libri,*

Partes libri duæ ſunt: I. *Prior Ionæ vocatio*, quam renuit; vbi reluctantis punitio c. 1. & ſupplicantis viuificatio c. 2. II. *Altera Ionæ vocatio*, cui paruit; vbi pœnitentium Nineuitarum conſeruatio c. 3. & Ionæ temere indignantis conuictio. c. 4.

& 9. *Vſus.*

Notari vero ex hoc libro quam maxime meretur ſumma Dei φιλανθρωπία, & prouidentia eius circa res humanas Sap. 14, 3. coll. Ier. 12, 14. 15. 16. Rom. 3, 29. 1 Tim. 2, 4. c. 4, 10. quamque iuſtus ille ſit in omnibus viis, & ſanctus ſ. benignus in omnibus operibus ſuis Pſ. 145, 17. item, quomodo in humana infirmitate ſeruorum ſuorum virtus Dei perficiatur 2 Cor. 12, 9. Ita Ionas, mirabilis vtique vir, in ſignum & portentum eſt in Iſraele & in gentibus, cum antitypo & Domino ſuo Eſ. 8, 18. Luc. 2, 34. & *in mari fugitiuus, naufragus, mortuus, ſaluat nauiculam fluctuantem, ſaluat ethnicos, in diuerſas prius ſententias, mundi errore iactatos*, vt ſcribit *Hieronymus*. At qui ex ſecuritate nimis faſtuoſe de Iona iudicant, & ſtare ſibi videntur, videant, ne & ipſi cadant 1 Cor. 10, 12. ſeruiantque Domino in timore, atque ita exultent in tremore. Beati vero ſunt, qui confidunt in Eo. Pſ. 2, 11. 12.

LIBER
IONAE,
Hebr.
יונה

א CAP. I.

הפטרת י״כ למנחה

וַיְהִי דְּבַר־יְהוָה אֶל־יוֹנָה בֶן־אֲמִתַּי לֵאמֹר׃
2 קוּם לֵךְ אֶל־נִינְוֵה הָעִיר הַגְּדוֹלָה וּקְרָא עָלֶיהָ כִּי־
עָלְתָה רָעָתָם לְפָנָי׃
3 וַיָּקָם יוֹנָה לִבְרֹחַ תַּרְשִׁישָׁה מִלִּפְנֵי
יְהוָה

CAP. I. ℣. 1. *a*) Ita Hebræi libros ſuos ſæpe incipiunt. Vid. 1 Sam. 1, 1. Ruth. 1, 1. Eſth. 1, 1 & not. Ez. 1, 1. *b*) Ez. 1, 3. Zach. 1, 1. Ion. *verbum prophetiæ a Domino*. LXX. vt Luc. 3, 2. *c*) vid. Præfat. *d*) *Amitthaii*, q. d. *veritas eſt Domini*, vel *Dominus eſt veritas*. Nunc Ionæ parentem recte quidem *Zabulonitam*, ex 2 Reg. 14, 25. coll. Ioſ. 19, 13. at matrem de tribu *Aſcher*, & viduam illam *Sareptanam*, (Sidoniorum Luc. 4, 26.) ipſumque Ionam filium eius ab Elia reſuſcitatum 1 Reg. 17, 9. ſeqq. deinde ab Eliſa ad vngendum Iehu miſſum fuiſſe 2 Reg. 9, 1. & porro ab hoc prophetici ſui muneris initio, *duos & centum annos*, vsque ad tempora *Zachariæ*, Regis Iſraelitarum, 2 Reg. 15, 8. vixiſſe, ſine vllo ſolido fundamento aut probabilitate autumant Rabbini. Vid. *Seder olam* c. 18. *Abarb.* ad h. l. fol. 257. & fol. 259. &c.

℣. 2. *e*) *Surge* ac ſine mora *abi*! c. 3, 2. *Aſyndeton* emphaticum, vt Hoſ. 1, 2. &c. *f*) *Nineuen*, ſ. *Ninum*, vt Græci & Romani ſcriptores eam vocant; a Nino ad Orientalem Tigridis ripam conditam ac denominatam, q. d. *Nini* ſ. *Filii habitationem*. Gen. 10, 11. vel vt *Hillero* placet, *habitaculum amœnitatis*. Onom. S. p. 431. Metropolis fuit & ſedes antiquiſſima imperii Aſſyriorum, euerſa tandem a Medis & Chaldæis, non adeo longo tempore ante initia Cyri, quando regnum apud Iudæos tenebat Zedekias, & apud Babylonios Nebucadnezar; ita, vt temporibus *Luciani* circa finem ſæc. II. poſt Chriſti nat. *ne veſtigium quidem eius ſupereſſet, aut de loco eius aliquid certo conſtaret*: quemadmodum Nahum Propheta diſerte prædixit c. 1, 8. c. 3, 17. vid. pluribus *Cellarii* Geogr. Antiqua Lib III. c. 17. p. 769. & *Bocharti* Geogr. S. P. I. p. 281-283. *g*) *vrbem illam magnam*. Multo enim amplior fuit Babylone, *Strabone* teſte, qui lib. 16. Babylonis ambitum 385 ſtadiis definiuit, & ſec. *Diodorum Siculum* complexa eſt *Ninus* 480. ſtadia, hoc eſt 15. *milliaria Germanica* in ambitu. cf. infra c. 3, 3. c. 4, 11. Addit Diodorus lib. 2. p. 65. illius conditorem *Ninum* id ſibi propoſuiſſe, *vt vrbem exſtrueret tanta magnitudinis, vt non ſolum vrbium, quæ tum temporis per totum orbem extabant, eſſet maxima; ſed neque poſterorum vllus quidquam moliri maius facile adgrederetur.* Et paullo poſt: *Talem vrbem nemo condidit deinceps, neque magnitudine ambitus, neque mœnium magnificentia* &c. *h*) *& proclama* ſ. *prædica contra eam*, ſc. quod de ea euertenda decreui, niſi reſipiſcat. cf. c. 3, 2. 4. Eſ. 58, 1. *i*) *nam adſcendit* 1 Sam. 5, 12. *malitia eorum* Ioel 4, 13. LXX. & Ar. ἡ κραυγὴ τῆς κακίας αὐτῆς. duplici vnius vocis Hebrææ origine aut verſione. cf. infra c. 2, 10. q. d. Ita magna & aperta ſunt peccata & ſcelera eorum, vt ad cœlum clament, & tolerari amplius haud poſſint. cf. Gen. 4, 10. c. 18, 21. c. 19, 13. Ex. 22, 22. 23. Deut. 15, 9. Ezr. 9, 6. Apoc. 18, 5. Scilicet in magnis vrbibus maxima peccata plerumque dominantur. *Grotius*: Luxus & rapinæ ſolent in vrbibus regnatricibus omnem modum excedere. Scriptura ad ſpecies peccatorum hic non deſcendit. cf. tn. de iis Nahumi vaticinium.

℣. 3. *k*) *Sed ſurrexit Ionas*, non ad eundum, quo iuſſus erat v. 2. ſed *ad aufugiendum*. *l*) c. 4, 2. Pſ. 139, 7. *m*) LXX. Vulg. Syr. Ar. *in Tharſis*: per quam *Bochartus* & *Pfeifferus* in Dub. Vex. ad h. l. probabiliter *Tarteſſum* Hiſpaniæ Bæticæ, *Ioſephus* A. I. lib. 9. c. 11. *Tarſum Ciliciæ*, Iudæi vrbem Africæ, Abarbanel *Tuneten*; alii locum Indiæ; Lutherus vero, Ion. aliique *mare* ſ. *oceanum* in genere intelligunt, coll. Pſ. 48, 8. Eſ. 23, 1. cf. Gen. 10, 4. & not. 1 Reg. 10, 22. Ez. 27, 12. &c. *n*) *a conſpectu Domini* v. 10. Gen. 4, 16. Ion. *ne in nomine Domini prophetaret*. Scil. euaſiſſe ſe putans, ſi Iudæam relinqueret, aut potius Deum a vocatione ſua deſtiturum, ſi aliud ipſe ageret, & quam longiſſime abiret. *Hieronymus*: Scit Propheta, ſancto ſibi Spiritu ſuggerente, quod pœnitentia gentium ruina ſit Iudæorum: idcirco amator patriæ ſuæ non tam ſaluti inuidet Niniue, quam non vult perire populum ſuum.--Præterea videns Com-prophetas ſuos mitti ad oues perditas domus Iſrael, vt ad pœnitentiam populum prouocarent,--dolet ſe ſolum electum, qui mitteretur ad Aſſyrios, inimicos Iſrael, & ad ciuitatem hoſtium maximam, vbi idololatria, vbi ignoratio Dei: & quod his maius eſt, timebat, ne per occaſionem prædicationis ſuæ, illis conuerſis ad pœnitentiam, Iſrael penitus relinqueretur. Sic *Maius* in Oecon. V. T. p. 895. Declinauit, inquit, Ionas hanc legationem (qua Deus reiectionem ſubuerſionemque Iſraelis & Iudæ, ab Hoſea, Amoſo, Ioele & Ieſaia oſtentam & prænunciatam, ſarciendam vocatione gentium, illorumque iudicium, ſi pœnitere nollent, & gentilibus deteriores eſſent, adgrauandum ſignificabat. Matth. 12, 41. c. 11, 41.) ex amore erga populares ſuos, ſatis gnarus, ingreſſum gentilium abdicationem fore Iudæorum. Id quod nec ipſi diffitentur Hebræi. Ita enim *M. I.* Ionam hanc miſſionem ſubterfugiſſe ait, *propterea, quod gentes mundi propiores eſſent ad conuerſionem; nene ita damnarat Iſraelitas, qui verbis Prophetarum non obſequebantur.* cf. quæ in Præf. diximus.

ION. I, ℣. 2. קוּם per *Tliſchabt.* 17. 18. 24. & *Ber.* contra accentuum conſecutionem. ℣. 3. לִבְרוֹחַ *plene* ſu. 5. ſec. *Maſ.* 2. ad Ex. 36, 32.

יהוה וירד יפו וימצא אניה באה תרשיש ויתן שכרה
וירד בה לבוא עמהם תרשישה מלפני יהוה׃ ויהוה 4
הטיל רוח־גדולה אל־הים ויהי סער־גדול בים והאניה
ה חשבה להשבר׃ וייראו המלחים ויזעקו איש אל־
אלהיו ויטלו את־הכלים אשר באניה אל־הים להקל
מעליהם ויונה ירד אל־ירכתי הספינה וישכב וירדם׃
6 ויקרב אליו רב החבל ויאמר לו מה־לך נרדם קום
קרא אל־אלהיך אולי יתעשת האלהים לנו ולא נאבד׃
7 ויאמרו איש אל־רעהו לכו ונפילה גורלות ונדעה
בשלמי הרעה הזאת לנו ויפלו גורלות ויפל הגורל
8 על־יונה׃ ויאמרו אליו הגידה־נא לנו באשר למי־
הרעה הזאת לנו מה־מלאכתך ומאין תבוא מה ארצך
ואי

o) *& descendit Ioppen*, portum Iudææ seu Palæstinæ. vid. not. Ios. 19, 46. & cf. Ezr. 3, 7. 2 Par. 2, 15. Act. 9, 36. p) *inuenitque nauim*. Act. 21, 2. c. 27, 6. q) *euntem, abituram* Ruth. 3, 7. r) LXX. Vulg. &c. *in Tarsis*. Ion. *in mare*, vt antea. s) *dedit itaque portatorium s. naulum eius*; vt habent LXX. & Vulg. t) Es. 41, 10. Ps. 107, 23. u) *vt cum illis*, sc. nautis, *abiret*. cf. not. Ez. 5, 1. x) *in Tarsis*. Ion. *per mare*, vt iam bis hoc versu. y) Syr. *vt fugeret a conspectu Domini*. Ionæ *ne in nomine Dei prophetaret*: cum ominaretur, Assyrios in pœnam Israelitarum seruari, coll. c. 4, 2.

℣. 4. z) *At Dominus*, potens omnium v. 9. ad cuius nutum parent venti & turbines Ps. 135, 7. Ps. 148, 8. & quo aduersante nihil securum. a) LXX. Ion. & Syr. *excitauit*. Vulg. & S. *immisit*. q. d. *iniecit* v. 5. 12. 15. 1 Sam. 18, 11. Ez. 32, 4. b) *ventum vehementem* 1 Reg. 19, 11. Iob. 1, 19. cf. Luc. 8, 23. Act. 27, 14. c) *ortaque est tempestas magna* in tranquillo antea mari, sc. mediterraneo. v. 11. Ier. 23, 19. cf. Ps. 107, 25. Matth. 8, 24. ό. κλύδων μέγας. Luc. 8, 24. d) *ita vt nauis cogitaret*. Prou. 24, 8. e) *frangi*, h. e. per metaph. vel meton. *vt nautæ* s. omnes, qui erant in naui, putarent, nauem fractum iri. Ps. 48, 8. ό. ἐκινδύνευε συντριβῆναι. sic Vulg. Conf. Luc. 8, 23. 2 Cor. 1, 9.

℣. 5. f) *Timuerunt igitur* & perterriti sunt v. 10. *nautæ*. (4) Ez. 27, 9. 27. 29. g) cf. v. 14. Ps. 107, 13. h) *Hieronymus*: Timent nautæ, clamant *vnusquisque ad Deum suum*. Ignorantes veritatem, non ignorant prouidentiam; & sub errore religionis sciunt, aliquid esse venerandum. Ad-

Addit Ion. *cuinque viderent, quod nulla in illis esset vtilitas, proiecerunt &c.* i) *& proiecerunt* v. 4. *vasa*, h. e. impedimenta nauis, merces, aliaque, *quæ in naui erant*. ό. ἐκβολὴν ἐποιήσαντο τῶν σκευῶν, *iactum fecerunt*. vid. Act. 27, 18. 19. *Hieronymus*: Non intelligunt, totum pondus esse fugitiui Prophetæ. k) *vt pondus leuarent a se*, s. vt sese ab illis impedimentis leuarent. 1 Reg. 12, 9. 10. ό. κουφισθῆναι Act. 27, 38. *Hieronymus*: vt magnitudinem fluctuum classis leuior transiret. l) *Iona autem*, curis & itinere fatigatus, & in naui securum nunc se esse credens, ante ortam tempestatem descenderat. Quod tn. alii mœrori tribuunt, coll. Matth. 26, 40. 43. 45. m) *ad latera*, Vulg. *ad interiora*. Ion. *ad infimum latus* cf. Am. 6, 10. n) *nauis*. (1) vsitatius est apud Chald. Syr. & Ar. o) *& recubuerat*, i. ad somnum se composuerat. Gen. 28, 11. p) *& sopore graui* s. profundissime *sopitus erat*, nihil adhuc de sæuiente tempestate sentiens. (7) v. 6. Iud. 4, 21. Ps. 76, 7. Dan. 8, 18. c. 10, 9. cf. Matth. 8, 24. *Hieronymus*: Somnus prophetæ & *grauissimus sopor* hominem significat erroris sopore torpentem: cui non sufficerat fugisse a facie Dei, nisi quadam vecordia mens illius obruta ignoraret iracundiam Dei, & quasi secure dormiret, & *profundissimum somnum roncho nare sonaret*. ό. καὶ ἐκάθευδε καὶ ἔῤῥεγχε. ℣. 6. q) Matth. 8, 25. r) Ion. Syr. *princeps nautarum*, s. *nauarchus*. ό. πρωρεὺς, proreta. Vulg. *gubernator*. cf. Ez. 27, 28. 29. s) *quid tibi sopore oppressus* vel *sopitus es?* v. 5. Prou. 10, 5. ό. τί σὺ ῥέγχεις; *quid tu stertis* in summo periculo? Arguit eum improuidæ securitatis, quod ceteris periclitantibus ille securus in vtramque aurem stertere. cf. Luc. 21, 46. t) cf. v. 5. u) 2 Reg. 19, 4. Zeph. 2, 3. x) *serenum* ac beneuolum *se exhibebit* (1) vid. *Kal* Ier. 5, 28. Ion. *fortasse misericordia fiet a Deo super nos*. Syr. *forsitan seruabit nos Deus*. Sic ό. ὅπως διασώσῃ. Act. 27, 44. c. 28, 1. At Vulg. *si forte recogitet de nobis*. Tig. *an forte sese deliberaturus sit de nobis*; ex vsu Chald. Vid. Dan. 6, 4. & consimilem phrasin Ps. 40, 18. y) v. 14. c. 3, 9. ℣. 7. z) *Tandem* cum illa omnia frustra tentasset, *dixerunt vnus ad alterum*. Gen. 11, 3. a) *agite*, Gen. 37, 20. 27. b) *mittamus sortes* Leu. 16, 8. ό. βάλωμεν κλήρους. Matth. 27, 35. c) *vt cognoscamus* Iud. 18, 5. d) *cuius ob reatum* s. *propter quem*. ita recte LXX. & Syr. Tig. *cuius gratia* i. e. vt Raschi exponit: במעשיו של מי ממנו Abarb. למי החטאת שבעבוריו *cuius ob peccata?* Gussec. p. 467. מי הוא אשר כדבר שלו *quis ille sit, cuius caussa?* cf. v. 8. 12. Ion. *propter quid?* Vulg. *quare?* minus bene. Non enim de re tantum quærunt, sed etiam de persona. e) *malum* i. *infortunium* istud. Am. 3, 6. tam subito & insperato sine præuiis vllis signis & præternaturaliter. f) Id Judæi in Pirke Eliezer c. 10. cum emphasi dictum putant: *nobis*, non ceteris quoque; quod viderint alias naues vtrinque sine noxa euntes & redeuntes, suam autem tantummodo periclitari. At *Hieronymus*: Nouerant, inquit, naturam maris, & tanto tempore nauigantes, sciebant tempestatum ventorumque rationes. Et vtique, si solitos, & quos aliquando experti erant, fluctus vidissent consurgere, nunquam forte auctorem naufragii quærerent, & per rem incertam certum cuperent euitare discrimen. Conf. 1 Sam. 14, 38. g) *quum itaque sortes iecerunt* 1 Sam. 14, 42. Aliquoties autem repetitas sortes, vel plures sortium species adhibitas, constanter Ionam designasse, cum suis colligit Abarbanel *ex plurali numero*, vel potius ex coniectura sua. h) Deo dirigente Prou. 16, 33. *Hieronymus*: fugitiuus hic sorte deprehenditur, non viribus sortium, & maxime sortibus ethnicorum, sed voluntate eius, qui sortes regebat incertas. *Idem*: Nec statim debemus, inquit, sub hoc exemplo sortibus credere—cum priuilegia singulorum non possint legem facere communem. ℣. 8. i) Vt reum, confessum ac conuictum haberent. k) cf. Ios. 7, 19. l) Vulg. *cuius caussa?* Kimchi: *propter quem?* At Abarb. *duæ*, inquit, *quæstiones hic sunt*: q. d. *indica, in quo peccatum sit, & contra quem sit peccatum?* cf. v. 7. 12. m) *quodnam opus* s. *negotium tuum est?* Quod Abarb. de maleficio; alii de arte, s. genere vitæ, coll. Gen. 46, 33. c. 47, 3. & Græc. ἐργασία Act. 19, 24. 25. nos *de negotio suscepti itineris* intelligimus. q. d. num forte mali quid machinaris? cf. Ex. 20, 9. Prou. 24, 27. n) Es. 39, 3. o) *quæ est patria tua?* Gen. 30, 25. c. 31, 3. 13.

℣. 3. וימצא per *Darga* 1. 6. 9. 10. 13. 14. 17-22. & *Ber.* itidem contra consecutionem. ℣. 5. ויטלו sic *defect.* 1. 5. 7. 8. 15. 22. sic se. 2. sec. *Mas.* 1. 2. *impr.* & *Erff.* Alii *plene*. ℣. 8. ארצך *mil-ra* 1.* 2. 5. & in marg. 6. 9.

ואי־מזה עם אתה : ויאמר אליהם עברי אנכי ואת־ 9
יהוה אלהי השמים אני ירא אשר־עשה את־הים ואת־
י היבשה: וייראו האנשים יראה גדולה ויאמרו אליו מה־
זאת עשית כי־ידעו האנשים כי־מלפני יהוה הוא ברח
11 כי הגיד להם : ויאמרו אליו מה־נעשה לך וישתק הים
12 מעלינו כי הים הולך וסער : ויאמר אליהם שאוני
והטילני אל־הים וישתק הים מעליכם כי יודע אני כי
13 בשלי הסער הגדול הזה עליכם : ויחתרו האנשים
להשיב אל־היבשה ולא יכלו כי הים הולך וסער
14 עליהם : ויקראו אל־יהוה ויאמרו אנה יהוה אל־
נא נאבדה בנפש האיש הזה ואל־תתן עלינו דם
נקיא כי־אתה יהוה כאשר חפצת עשית :
טו וישאו את־יונה ויטלהו אל־הים ויעמד הים מזעפו :
וייראו

p) & quanam existente vel natione tu es? 1 Sam. 30, 13. 2 Sam. 15, 2. *Hieronymus:* Notanda est breuitas, quam admirari in Virgilio solebamus. - Interrogatur persona, regio, iter, ciuitas, vt ex his cognoscatur & caussa discriminis. ℣. 9 q) *Hebræus ego sum.* Gen. 14, 13. c. 39, 14. c. 40, 15. Ita *patriam, populum & locum*, vnde venerat, exprimit. cf. 2 Cor. 11, 22. Phil. 3, 5. Ion. *Iudæus ego sum.* ex stilo sæculi sui. ὁ. Δοῦλος Κυρίου εἰμὶ ἐγώ. ex ἀβλεψίᾳ, vel paraphrastica licentia. Sic Ar. r) v. 4. Ex. 15, 11. Deut. 28, 58. s) Gen. 24, 3. 7. Dan. 2, 44. Neh. 1, 4. 5. 2 Par. 36, 23. Ps. 136, 26. t) *ego timeo*, i.e. *colo.* ὁ. σέβομαι. Sic Ar. cf. Gen. 42, 18. 2 Reg. 4, 1. Es. 29, 13. Mal. 1, 6. q.d. non deos, quos vos inuocatis, & qui saluare non possunt, sed Deum cæli, qui mare fecit & aridam &c. At *Abarbanel:* i.e. *timeo* s. *metuo Iehouam*, (cf. Gen. 32, 12. Dan. 1, 10.) cui soli peccaui, & a quo aufugi. &c. Sed recte monet *Cocceius:* Non scio, an vnquam in vitio ponatur *timor Dei*, licet aliquis timor eiiciatur per amorem &c. 1 Ioh. 4, 18. coll. Es. 66, 2. c. 33, 6. u) Gen. 2, 4. x) i.e. *hoc vniuersum.* Gen. 1, 1. 9. 10. 2 Reg. 19, 15. Ps. 95, 5. Act. 4, 24. Qua nota verus Deus a falsis discerni solet. cf. Ier. 10, 11. Ps. 96, 5. Plura hic textus non addit; e versu tamen sequente manifestum est, Ionam postquam gentem suam & religionem recensuisset, subiunxisse dilucidam narrationem legationis & fugæ suæ: quippe ingenue omnia fassus, vt erant. ℣. 10. y) *Vnde magis etiam timuerunt.* v. 5. 16. *homines.* Credebant enim, summum Hebræorum Deum iustum esse Iudicem & vindicem; quem & se adhuc nondum coluisse, iciebant. z) q. d. pessime fecisti; quod Deo repugnasti & aufugisti, cum hac ratione etiam nos in exitium præcipites. cf. Gen. 31, 26. Ios. 7, 25. *Hieronymus:* i.e. Si times Deum, cur fugis? Si tantæ potentiæ prædicas, quem colis, quomodo te putas eum posse euadere?

יתיר א'

a) *cognouerant* enim viri. Est retrogressio. b) vid. v. 3. c) *nam indicauerat illis* v. 8. sc. quod aduersus Dominum peccasset, & ab eo aufugisset. *Abarb.* ℣. 11. d) *Tum dixerunt ad eum.* v. 8. cum Prophetam esse cognouissent. e) *quid* ergo *faciemus tibi*, quem Deus ad pœnam poscit. f) *vt sileat* s. *quiescat mare* (4) v. 12. Ps. 107, 30. quod nunc Creatoris iram suo tumore testatur. *Hieron.* ὁ. καὶ κοπάσει. Matth. 14, 32. g) *a nobis* infestandis, a sæuiendo *contra nos.* v. 12. 13. h) i.e. nam mare *magis magisque* intumescebat & *procellosum erat.* v. 13. Ita passim *actionis augmentum* verbo *eundi* apud Hebræos significatur. vid. Gen. 8, 5. 1 Sam. 17, 41. 2 Sam. 3, 1. ℣. 11. i) *Et dixit ad eos.* non animo adhuc aduersus Deum obstinato, vt temere censet Abarbanel, quasi qui mergi potius in mari voluisset, quam iussa Dei exsequi; sed pœnitens, & iustitiam Dei agnoscens. k) *tollite me* v. 15. Similis Imperatiuus Ioh. 2, 19. *Hieronymus:* Non est enim nostrum mortem arripere, sed illatam ab aliis libenter excipere. Vnde & in persecutionibus non licet propria perire manu. l) & tanquam piaculum tempestatis *me proiicite* v. 5. 15. cf. 1 Cor. 4, 13. m) *& tranquillum fiet mare.* v. 11. n) q. d. nec dubiteris de hoc, *nam* ex diuino instinctu *noui, quod* &c. o) LXX. Vulg. &c. *propter me.* q. d. *propter id, quod in me* s. *mihi* est, h. e. *propter meum peccatum.* cf. v. 7. 8. p) *maxima* hæc *tempestas* v. 4. super vos venerit. Quid vero de ipso porro futurum esset, omnino tunc nesciuisse adhuc videtur, coll. c. 2, 4. seqq. ℣. 13. q) S. *Remigarunt tamen viri*, sc. vehementius, omni nisu ac contentione. q. d. remis in mari *foderunt.* Videntur enim remigantes *fodere in aqua.* Hinc locutiones apud Latinos: *mare arare, sulcare, scindere.* Ouidius: *Nos fragili ligno vastum sulcauimus æquor.* Verbum cf. Am. 9, 2. Iob 24, 16. ὁ. παρεβιάζοντο. Luc. 24, 29. r) *vt reducerent* nauim & Ionam, quo minus hunc eiicerent. *Hieronymus:* Protulerat Propheta contra se sententiam; sed illi cultorem audientes Dei, manus iniicere non audebant &c. s) c. 2, 11. Gen. 1, 9. 10. t) 2 Reg. 3, 26. cf. not. Ex. 8, 14. u) vid. v. 11. cf. Es. 54, 11. ℣. 14. x) *Quare clamarunt.* cf. Ps. 107, 28. ὁ. ἀνεβόησαν. Matth. 27, 46. y) non ad deos suos, vt v. 5. sed *ad Iehouam*, illum DEVM & opificem huius vniuersi, cuius cultorem se Ionas dixerat, v. 9. Facti erant in periculo religiosiores. *Grot.* z) *quæsumus, Domine!* c. 4, 2. Es. 38, 3. Ps. 116, 4. 15. a) Gen. 13, 8. c. 18, 3. 30. 32. c. 19, 18. b) v. 6. c. 3, 9. c) *pro anima viri istius*, i. e. *propter cædem*, quam in eo commissuri sumus. Vid. 2 Sam. 14, 7. At Ion. *propter peccatum animæ viri istius.* sic cf. Leu. 4, 27. Num. 16, 22. d) *neque des super nos.* h.e. se . Syr. *nec imputes nobis*, Deut. 21, 8. aut *vlciscaris* Iud. 9, 24. e) *sanguinem innoxium.* Deut. 19, 10. c. 27, 25. qui in nos alioqui nihil deliquit. Ne ergo nos, tq. insontis interfectores, punias. f) *nam tu, Iehoua*, Deus omnipotens. v. 9. g) *sicut voluisti & sicut vis.* h) ita *fecisti & facis.* Al. vt S. & *Syrus* per duo commata: *Nam tu Dominus es, & quemadmodum vis*, ita *facis.* *Hieronymus:* q. d. Nolumus interficere Prophetam tuum; sed iram tuam & ipse confessus est, & tempestas loquitur. *Voluntas tua expletur per nostras manus.*--quod nos suscepimus, quod turbo consurgit, quod venti sæuiunt, quod mare suscitatur in fluctus, quod proditur sorte fugitiuus, quod indicat, quid fieri debeat, tuæ est Domine voluntatis: *tu enim sicut voluisti, fecisti.* *Caluinus:* Tu, Iehoua, totam hanc rem mirabiliter direxisti, vt certe necesse sit, vel hunc virum solum, vel nos cum ipso omnes simul perire &c. Conf. Ps. 115, 3. Ps. 135, 6. 2 Sam. 10, 12. ℣. 15. i) *Sic tandem sustulerunt Ionam* v. 12. k) *eumque in mare proiecerunt* v. 5. *Hieronymus:* non repugnantem, sed præbentem manus ipsorum voluntati. l) *stetitque* s. *destitit* mare. h. e. *quieuit* s. desiit v. 10. cf. Gen. 29, 35. 2 Reg. 4, 6. m) *ab æstu*, Vulg. *a feruore suo.* Es. 30, 30. Prou. 19, 12. ὁ. ἐκ τοῦ σάλου αὐτῆς. Luc. 21, 25. *Hieronymus:* quia inuenerat, quem quærebat. Ceterum plura adhuc experimenta fecisse nautas, eosque Ionam, primum ad genua vsque s. ad vmbilicum in aquas demissum, cum mare ita quiesceret, ad se recepisse; sed quum rursus mare insurgeret, Ionam ad collum vsque immersum, & tranquillato mari, in nauim retractum fuisse: at quum denuo mare æstuaret, Ionam tandem totum demersum fuisse, narrant vel fingunt Rabbini in *Pirke Eliezer* c. 10. & ex illis *Abarb.* ad h. l.

℣. 11. נעשה per *Makk.* & *Meth.* 1. 2. 3. 5. 6. 9. 26. 21. 22. ℣. 14. יהוה ita 2. 3. 6. 9. 20. cf. c. 4, 2. Sine *Mun.* 7. 8. 10-16. 21. 22. 23. At per *Merca* loco *Mun.* 1. 5. 17. 18. & דרגא 24. quod quidem pugnat cum consecutionis analogia, & est potius *Metheg*, vt habet *Ber.* כי per *Ithibh* 1. 6. 9. 20.

16 וַיִּירְאוּ הָאֲנָשִׁים יִרְאָה גְדוֹלָה אֶת־יְהוָה וַיִּזְבְּחוּ־זֶבַח
לַיהוָה וַיִּדְּרוּ נְדָרִים׃ וַיְמַן יְהוָה דָּג גָּדוֹל לִבְלֹעַ אֶת־ ב
יוֹנָה וַיְהִי יוֹנָה בִּמְעֵי הַדָּג שְׁלֹשָׁה יָמִים וּשְׁלֹשָׁה לֵילוֹת׃
2 וַיִּתְפַּלֵּל יוֹנָה אֶל־יְהוָה אֱלֹהָיו מִמְּעֵי הַדָּגָה׃ וַיֹּאמֶר
3 קָרָאתִי מִצָּרָה לִי אֶל־יְהוָה וַיַּעֲנֵנִי מִבֶּטֶן שְׁאוֹל שִׁוַּעְתִּי
4 שָׁמַעְתָּ קוֹלִי׃ וַתַּשְׁלִיכֵנִי מְצוּלָה בִּלְבַב יַמִּים וְנָהָר
יְסֹבְבֵנִי כָּל־מִשְׁבָּרֶיךָ וְגַלֶּיךָ עָלַי עָבָרוּ׃ וַאֲנִי אָמַרְתִּי ה
נִגְרַשְׁתִּי מִנֶּגֶד עֵינֶיךָ אַךְ אוֹסִיף לְהַבִּיט אֶל־הֵיכַל
6 קָדְשֶׁךָ׃ אֲפָפוּנִי מַיִם עַד־נֶפֶשׁ תְּהוֹם יְסֹבְבֵנִי סוּף חָבוּשׁ
7 לְרֹאשִׁי׃ לְקִצְבֵי הָרִים יָרַדְתִּי הָאָרֶץ בְּרִחֶיהָ בַעֲדִי
לְעוֹלָם

hominem de- glutire possit, alii ceti nomine piscem aliquem e cetaceis intelligi malunt: qui ratione molis suæ cetis adscribi meruerit. Ita *Bochart.* Hieroz. l. p. 52. & II. p.741. Intelligi autem vult *canem marinum*, qui *carcharias* dicitur

מלעיל

ab asperitate & acumine dentium; vel *Lamia* & *Lamna* ἀπὸ τοῦ ἔχειν μέγαν λαιμὸν, s. *a gula vastitate.* Ex quibus, ut habet *Aelianus* Hist. I. 8. *quidam sunt tanta magnitudinis, ut cetis robustissimis merito accenseantur.* Mediocrem unam vidisse se scribit *Rondeletius*, in Santonico littore, quæ mille librarum pondus non excesserit, gulæ tamen tam patentis, ut hominem etiam obesum capere potuerit. Quod *Petro Gillio* fidem adstruit, referenti, Nicææ & Massiliæ captas fuisse *lamias 4000 librarum, in quarum ventriculo loricati homines integri reperti sint.* verba sunt Bocharti l.c. *s) ut deglutiret* Ionam. Ps.28,4. *t)* v.2. Ruth.1,11. Ps.22,15. ut Christus in sepulcro Matth. 12,40. cuius typum Iona gerebat c.16,4. Luc.11,29.30. Hinc *Augustinus* de C.D. lib.18.c.30. *Ionas non tam sermone Christum, quam sua quadam passione prophetavit, profecto apertius, quam si eius mortem & resurrectionem voce clamaret.* &c. *u)* Plura hic miracula observant interpretes: 1) quod venter belluæ Ionam non, ut alios cibos, absumserit, 2) quod respirationem ei permiserit, 3) quod nidore & fœtore suo eum non exanimaverit, & 4) quod non vitæ tantum, sed & mentis compotem reliquerit. *Nec ignoro*, inquit *Hieronymus*, *quosdam fore, quibus incredibile videatur, tribus diebus ac noctibus in utero ceti*, in quo naufragia digerebantur, *hominem potuisse servari.* Qui utique aut fideles erunt, aut infideles. Si fideles, multo credere maiora cogentur: quomodo *tres pueri*, missi in caminum æstuantis incendii, in tantum illæsi fuerint, ut ne vestimenta quidem eorum ignis attigerit Dan.3,27. Quomodo recesserit *mare*, & ad instar murorum hinc inde rigidum steterit, ut præberet viam populo transeunti Ex. 14,22. Quomodo humana ratione, aucta fame, *leonum rabies* prædam suam timens adspexerit, nec tetigerit, Dan.6,23. 24. *& multa huiusmodi.* Eadem fere monet *Abarbanel*, & addit: *Ecce namque oculis nostris videmus quod fœtus s. embryo subsistat in utero matris 9. mensibus sine cibo & potu, sine respiratione aut egestione. Quis itaque impediat, quo minus idem in Iona Deus efficeret - cum divina potentia sit supra naturam, & maior illius vis, quam huius.* ℣. 2. *x) Et oravit Iona* c.4,2. *y)* ut nautæ c.1,14 *z) Deum suum*, ex fœdere gratiæ & ex fide. *Hieronymus*: Intelligimus, eum, postquam in utero ceti sospitem esse se senserit, non desperasse de Domini misericordia, & totum ad obsecrationem esse conversum. cf. v.7. c.1,9. *a) e visceribus piscis* illius v.1. Omnis locus pro templo; inquit *Grotius.* cf. not. v. 8.

℣. 3. *b)* S. *Dixitque.* Postea etiam scripsit in hoc libro, quæ cum in ventre piscis in hanc sententiam suspiria aut gemitus edidit. Unde sæpius hic adhibet *verba præteriti temporis. c) invocavi* Dominum Ps.118,5. corde magis, quam ore Ex.14,15. *d) ex angustia mea*, q.d. *quæ mihi* fuit, vel undiquaque me pressit. cf.l.c. & Ps.4,2. Ps.120,1. Ps.130,1. *e)* Ps.3,5. cf. Es.65,24. *f)* Hieron. *ventrem autem inferni* alvum ceti intelligamus, qui instar sepulcri vel inferni ipsi fuit v.2. cf. Ps. 18,6. Ps.116,3. Iob.7,9. 1Sam.2,6. & not. Es.38,10. Ion. *de infima abyssi precatus sum. g)* Es.58,9. Ps.28,2. *h)* Ps.31,23. Ion. *& fecisti petitum meum.* Nugas agit, præ cæteris sibi sapere visus, *Abarbanel*, dum hoc accipit de Iona puero, ab Elia, ut putat, resuscitato. cf. not. c.1,1. ℣. 4. *i)* S. *Proieceras quidem me* (per nautas c.1,15.) *in profundum* Ex.15,5. Mich.7,19. *k) in cor* s. *medium marium*; in altum mare. cf. Ex.15,8. 2Sam.18,14. Ier.51,1. Ez.27,4.25. Ps.46,3. *l) & fluxus* maris. cf. Ps.93,3. Videtur respicere *cursum aquæ maris*, alicubi in certam partem rapide tendentem. *Onsset.* p.498. *m) circumdabat*, *undiq; cingebat me* v.6. cf. Ps.88,18. *n) omnes fluctus*, Vulg. *omnes gurgites tui.* Ion. *omnes maris tempestates, & fluctus eius.* 2 Sam. 22, 5. Ps. 88, 8. *o) & unda tua* Es. 48, 18. cum *montes volvuntur aquarum. p)* Ps. 42, 8. Es. 8, 8. *Hieronymus*: Quantum ad personam Ionæ, non est difficilis interpretatio. -- Quantum ad Dominum Salvatorem, cf. Ps. 69, 2. seqq. Ps. 89, 39. &c. ℣. 5. *q)* S. *Adeo ut dixerim* s. cogitaverim apud me. cf. Es. 38, 11. *r)* Vulg. *abiectus* l. *expulsus sum.* Syr. *longe amotus sum.* cf. Ex. 34, 11. Hos. 9, 15. & ἀπώσμαι, eq reprobus. Rom. 11, 1. 2. *s) e conspectu oculorum tuorum.* Ps.31,23. Ps.33,18. Ps.34,16. Ion. *a conspectu Verbi tui. Grotius*: longe a terra Israelis. rectius alii: e cura paterna, providentia & gratia tua, ut æternum mihi sit pereundum. cf. 1Sam.26,20. Es.1,16. Ier.40,4. Ps.32,8. *t)* Vulg. *veruntamen*; S. *sed tamen.* Particula hæc respicit luctam fidei desperationem impugnantis atq; vincentis. cf. Ps.73,1. Hos.12,9. Thren.2,16. *u)* S. *addam respicere*, i.e. sec. Vulg. *rursus videbo.* cf. Ex.11,29. &c. *x) ad.* Similis constr. Ex.3,6. Num.21,9. Ps.34,6. &c. *y)* ubi palam tibi gratias agam. cf. v.10. Es. 38,20. Ps.5,8. ℣. 6. *z) Circumdederunt me* aquæ. (S) 2Sam.22,5. Ps.18,5. *a)* i.e. ad summum vitæ discrimen. quasi spiritum mox interclusuræ. Ps.69,2.3. Ion. *usq; ad mortem. b) abyssus*, & ingens vorago maris, quo me piscis raptavit. Gen.1,2. c.7,11. Ps.33,7. *c)* Vulg. *vallavit me*, in molestissimo carcere conclusum. v.4. cf. Ex 15,5. *d) alga* Ex.2,3.5. Es.19,6. a pisce deglutita. *Grotius*: quæ in calidus recessibus multa est. & sec. alios, crescit in fundo maris vel in littoribus. A cuius copia etiam dictum est *mare algosum.* vid. Boch. Geogr. S. p.320. *e) alligata* vel cum aliis sordibus *implicita fuit capiti meo.* Ex.29,9. Ez.16,10. Solet enim natantibus & demersis alga involvi & illigari. Sed alii putant, id factum in ventre piscis. Alii metaphorice loqui Prophetam, se ita submersum fuisse, ut enatare nequiverit: quia nulla spes est emergendi, si quis in profundo carectis involutus sit. Sic Syr. *& in fundo* s. *profundo maris conclusum est caput meum.* ℣. 7. *f) Ad præfectiones.* Vulg. *ad extrema.* Syr. *ad imum.* Ion. & M.I. *ad radices.* S. *ad excisiones.* i.e. ad præfractas & *abruptas radices*, vel *ad præfecta* montium *acumina* (3) 1 Reg.6,25. c.7,37. *g) montium* s. *scopulorum* in mari, inter quos profundissimæ aquæ. cf. 2Sam.22,16. *Grotius*: ad specus marinos sub montibus: multam n. maris terram subit. *Per occultos aditus recipitur mare & absconditur*; inquit *Seneca. h) descendi*, vel *descenderam*, pisce mecum in fundum penetrante. *i)* Vulg. *terræ vectes.* vel: *ad terram quod attinet.* Sicut Ex.15,12. legimus: *terra deglutivit eos.* Quia mare, quod Aegyptios & Ionam absorbuerat, est in abyssis terræ. *k) vectes*, repagula & obices eius Ier.51,30. *l) circa me erunt*, mihi obstabunt. Vulg. *concluserunt me.* Gen. 7, 16. 2 Reg. 4, 4.

℣. 16. *n) Quare magis etiam timuerunt* v. 10. & confirmati sunt in agnitione veri Dei. cf. Matth. 8, 27. *o.* Vulg. *& immolaverunt hostias*: quas certe iuxta literam in mediis fluctibus non habebant; sed quia *sacrificium Dei est spiritus contribulatus* Ps. 51, 19. inquit *Hieron.* coll. Ps. 50, 14. Hos. 14, 3. Alii subintelligunt, postquam navi egressi essent. *Osiander*: postquam iterum ad terram sanctam adpulissent. Ion. *Et dixerunt, se sacrificium facturos coram Domino.* cf. c. 2, 10. Ps.107, 22. & Ps. 50, 23. *p* aliaque *vota fecerunt* cf. Gen. 28, 20. Ps.76, 12. *Osiander*: *Etenim* cum adhuc navigarent, *voverant vota*, quod oblatione victimarum Hierosolymis Deo vero, cæli terræq; creatori, gratos se exhibere vellent, si salui in portum appulissent.

CAP. II, ℣. 1. *q) Paraverat autem* s. *destinaverat.* Vulg. *Et præparavit* c. 4, 6. 7. 8. Dan. 1, 10. Iob. 7, 3. Ar. & *d.* προσέταξε. Matth. 1, 24. c. 21, 6. i.e. sec. *Hieron.* iuxta navem fecit venire, ut præcipitem Ionam in suos reciperet sinus. Et animadvertendum, quod, ubi putabatur interitus, ibi custodia sit. *Partes* huius capitis *tres* sunt: I. *Deglutitio* Ionæ v. 1. II. eiusdem *preces* v. 2--10. & III. *eiectio* in aridum. v. 11. *r) piscem magnum.* (Eundem piscem dicit etiam terminatio *feminina* v.2. coll. v. 11. contra R. Sal. somnium.) Sic Ion. & Syr. At LXX. κήτει μεγάλῳ, & mox ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ κήτους, ut Matth. 12, 40. Unde communior sententia est, fuisse hunc piscem *balænam* s. *cetum* proprie dictum. vid. *Pfeifferi* Dub. Vex. ad h. l. Sed quum immania cete s. balænæ gulæ meatus habeant angustiores, quam ut solidum ho-

℣. 16. וַיִּזְבְּחוּ per *Merca* 3. 6. 9. 10. 20. sic fu. 5. CAP. II, ℣. 1. *Spatium* præmitt. 1. 7. 8. 10. 19. 20. 21. 28. Caput II. hic auspicantur 6. 9. 10. 12. 20. 21. 23. ℣. 3. לִי cum *Dag.* 1. 2.

8 לְעוֹלָם וַתַּעַל מִשַּׁחַת חַיַּי יְהוָה אֱלֹהָי׃ בְּהִתְעַטֵּף עָלַי
נַפְשִׁי אֶת־יְהוָה זָכָרְתִּי וַתָּבוֹא אֵלֶיךָ תְּפִלָּתִי אֶל־הֵיכַל
9 קָדְשֶׁךָ׃ מְשַׁמְּרִים הַבְלֵי־שָׁוְא חַסְדָּם יַעֲזֹבוּ׃ וַאֲנִי בְּקוֹל
תּוֹדָה אֶזְבְּחָה־לָּךְ אֲשֶׁר נָדַרְתִּי אֲשַׁלֵּמָה יְשׁוּעָתָה
11 לַיהוָה׃ וַיֹּאמֶר יְהוָה לַדָּג וַיָּקֵא אֶת־יוֹנָה אֶל־הַיַּבָּשָׁה׃
ג וַיְהִי דְבַר־יְהוָה אֶל־יוֹנָה שֵׁנִית לֵאמֹר׃ קוּם לֵךְ
2 אֶל־נִינְוֵה הָעִיר הַגְּדוֹלָה וּקְרָא אֵלֶיהָ אֶת־הַקְּרִיאָה אֲשֶׁר
3 אָנֹכִי דֹּבֵר אֵלֶיךָ׃ וַיָּקָם יוֹנָה וַיֵּלֶךְ אֶל־נִינְוֵה כִּדְבַר
יְהוָה וְנִינְוֵה הָיְתָה עִיר־גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים מַהֲלַךְ שְׁלֹשֶׁת
4 יָמִים׃ וַיָּחֶל יוֹנָה לָבוֹא בָעִיר מַהֲלַךְ יוֹם אֶחָד וַיִּקְרָא

ויאמר

m) in perpetuum. vt nunquam eluctaturus, & in terram viventium rediturus sim. cf. Pf. 9, 6. *n)* Syr. *attamen extraxisti.* S. *nihilominus ascendere fecisti,* l. reduxisti. Vulg. *& sublevabis.* cf. Pf. 40, 3. *o) ex interitu.* Syr. & S. *e fouea.* Vulg. *de corruptione,* f. loco vbi mors præsentisſima imminebat, & ego quaſi viuus ſepultus eram. cf. Iob. 9, 31. c. 17, 14. c. 33, 18. 22. 24. 28. 30. & de antitypo Chriſto Pf. 16, 10. *p) vitam meam* Pf. 103, 4. *Hieronymus*: Quod, qui in ventre ceti, iuxta naturam corporum, corrumpi debuerat, & in cibos beſtiæ proficere, ac per venas artusque diffundi, ſoſpes & integer manſerit. *q) Hieronymus*: Quod addit, *Domine Deus meus*, (vel *Deus mi*) blandientis adfectus eſt: quod communem *Deum omnium*, beneficii magnitudine *ſuum, & quaſi proprium* ſenſerit Deum. cf. not. v. 2. & Rom. 8, 15.

℣. 8. *r)* S. *Cum deficeret*, Vulg. *cum anguſtaretur*, f. tot curis obrueretur *in me* anima mea, neſciens, quo ſe verteret. Pf. 61, 3. Pf. 107, 5. ό. ἐν τῷ ἐκλείπειν. Luc. 16, 9. cf. not. Am. 8, 13. & Thren. 2, 11. *s)* Pf. 20, 8. Pf. 77, 4. per Spiritus S. auxilium Rom. 8, 26. *Hieronymus*: Ego cum deſperarem ſalutem, & carnis fragilitas in medio ventre ceti nihil me de vita ſperare permitteret, quidquid impoſsibile videbatur, *Domini recordatione* ſuperatum eſt. *t)* Pf. 18, 7. 2 Par. 30, 27. *u)* cf. v. 2. P. 88, 3. Pf. 102, 2. Sir. 35, 17. *x) ad Templum ſanctum tuum. Hieron.* in quo tu æterna frueris beatitudine. i. e. vt *Abarb.* etiam notat, *in cœlum*, cuius imaginem gerebat templum Hieroſolymitanum; ad quod alioquin etiam pii orationes ſuas dirigere ſolebant. cf. v.

cf. v. 5. 1 Reg. 8, 30. 42. 44. 48. Dan. 6, 11. Mich. 1, 2. Pf. 5, 8. Pf. 11, 4. Senſus eſt ſec. *Schæpfium*, laudante *Calouio* ad h. l. Non minus in

CAP. III.

ventre piſcis orans, vel gemens, verius exauditus ſum, quam ſi in ipſo Salomonis templo, ad arcam fœderis preces fudiſſem. cf.

not. v. 2. ℣. 9. *y) Qui pertinaciter obſeruant* & ſtudioſe colunt. Piel (1) *Hieronymus*: Qui transferunt in adfectum cordis: qui non ſolum faciunt, ſed ita *cuſtodiunt* vanitates, quaſi diligant, & theſaurum inueniſſe ſe putant. Id *Kimchi* de nautis c. 1, 16. ad impietatem ſuam poſtea relapſis, *R. Salomo* de gentibus idololatris, *Abarb.* vero de Nineuitis, haut diu in reſipiſcentia ſua perſeueraturis (cf. not. c. 3, 8.) intelligit. Sed quidni etiam de impiis Iſraelitis, idololatrico cultui & vanitatibus mundi nimium addictis? coll. Hoſ. 4, 10. Mich. 6, 16. & Præf. in Hoſ. § 4. *z) vanitates inanitatis*, h. e. vana & inania idola. Syr. *falſa numina.* Hoſ. 10, 4. Pf. 31, 7. ό. μάταια καὶ ψευδῆ. cf. Act. 14, 15. *a) pietatem ſuam.* Eſ. 40, 6. Ier. 2, 2. Hoſ. 6, 4. Neh. 13, 14. vel intellige *gratiam & miſericordiam*, a Deo ipſis præſtitam; vel vt *Hieron.* ait, Poſſumus *ipſum* intelligere *Deum*, qui fons eſt benignitatis & omnium bonorum, *a quo gratia & beneficiis adficiuntur*, coll. Pf. 144, 2. Syr. mutato ſuffixo: miſericordiam *tuam* dereliinquunt. *b)* cf. Gen. 24, 27. Ruth. 2, 20. vel Eſ. 1, 4. Ier. 1, 16. c. 16, 11. Hoſ. 4, 10. Ion. *Non, ſicut gentes idololatricæ, quæ vnde beneficium ipſis conferatur, neſciunt. Hieronymus*: poteſt hoc ex perſona Domini de Iudæorum perfidia prophetari, qui, dum ſe æſtimant præcepta hominum, & Phariſæorum mandata ſeruare, quæ vanitas & mendacium ſunt, Deum, qui ſemper eorum miſertus fuerat, dereliquerunt. ℣. 10. *c) Ego vero*, ex tanto diſcrimine liberatus. *d) cum voce laudis* ſ. *gratiarum actionis.* Ion. *in laude confeſſionis.* Pf. 26, 7. Pf. 42, 5. Pf. 50, 14. 23. ό. duplici expreſſione: ἐγὼ δὲ μετὰ φωνῆς αἰνέσεως καὶ ἐξομολογήσεως θύσω σοί. cf. Hebr. 13, 15. & ſupra c. 1, 2. not. *e) ſacrificabo*, Vulg. *immolabo tibi.* Grotius. ſcil. victimas tali cauſſa debitas, ex Lege Leu. 7, 12. 13. cf. ſupra c. 1, 16. At *Abarb.* victimas laudis & obſequii, coll. 1 Sam. 15, 22. adde Rom. 12, 1. *f)* LXX. & Vulg. *quæcunque voui.* Syr. & *quod voui.* cf. c. 1, 16. *g) reddam, perſoluam. Abarb.* Obſequium, quod promiſi, præſtabo; nec iterum aufugiam. cf. Pf. 76, 12. Pf. 116, 18. *h) ipſa* namque & omnimoda *ſalus* (animæ & corporis) *Iehoua* eſt: qui ex tanta morte me eripuit 2 Cor. 1, 10. & æternum ſaluabit. Pf. 68, 21. cf. Pf. 3, 9. Apoc. 7, 10. c. 19, 1. *He parag.* intendit ſignificatum, vt Hoſ. 8, 7. Pf. 44, 27. ℣. 11. *i) Dixit vero*, LXX. Syr. & Ar. *mandauit*, (ex ſignif. radicis Arab.) *Dominus* piſci. *Abarb.* h. e. excitauit eum, vt ad littus pergeret. Nempe brutis etiam Deus *præcipere* dicitur, vt Am. 9, 3. 2 Par. 7, 13. vid. not. 1 Reg 17, 4. & cf. Pf. 33, 9. *k) & ex imperio Dei euomuit.* LXX. & Ar. *eiecit.* Syr. *ſaluum* & incolumem *expoſuit.* S. *vt exſpueret* Ionam. Prou. 23, 8. *l) in aridam* c. 1, 13. Vbi vero, ſeu quonam in littore expoſitus ſit, non niſi per coniecturas dici poteſt. Fruſtra eſt *Sulpicius*, qui eum in *Niniuitarum littoribus* eiectum cenſet; nec magis fidem meretur *Ioſephus*, qui lib. IX. c. 11. e *Ponto Euxino* reuomitum narrat; vt contra ipſum probauit *Boch.* Hieroz. II p. 744. ſeq. Credibilius ergo, ſi eum Palæſtinæ, vel ſaltim Phœniciæ aut Syriæ terræ redditum putemus. cf. c. 3, 2. 3. CAP. III, 1. *m)* S. *Tumque factum eſt* &c. c. 1, 1. *n)* vel illo loco quo expoſitus fuerat c. 2, 11. cum a labore ſuo aliquantulum reſpiraſſet; vel cum Hieroſolymis vota reddidiſſet c. 2, 10 *o) ſecundo*, vel *ſecunda vice.* Gen. 22, 15. Quia prima eius vocatio eatenus irrita facta erat; dubitareque Ionas poterat, num adhuc ſibi Niniuen proficiſcendum eſſet. *Partes huius capitis quatuor ſunt*: I. Iterata *Ionæ vocatio* & mandatum Dei v. 1. 2. II. *Ionæ obſequium*, & præconium in Nineue v. 3. 4. III. huius *Effectus*, pœnitentia Nineuitarum v. 5-9. IV. *Conſequens*: Dei indulgentia, & conſeruatio Nineuitarum. v. 11.

℣. 2. *p)* vid. c. 1, 2. *q)* vid. v. 3. & not. c. 1, 2. *r) S. & concionare contra eam.* c. 1, 2. *s)* Vulg. *prædicationem*, concionem (1) ό. κήρυξον τὸ κήρυγμα (τὸ ἔμπροσθεν) Matth. 12, 41. *t)* Vulg. *quam ego loquor.* ό. ὃ ἐγὼ ἐλάλησα. al. *quod locuturus ſum* ad te. np quod aſcenderit malitia eorum in conſpectum meum, & quod adeo poſt 40. dies Niniue euertenda ſit, coll. v 4. c. 1, 2. cf. etiam Ex. 6, 29. Ier. 1, 7. 17. ℣. 3. *u)* vt c. 1, 2. ſed nunc alia mente. *x)* Ier. 13, 2. *y)* v. 1. c. 1, 3. *z) magna Deo.* Sic S. Tig. LXX. & Syr. &c. quod perperam Vulg. omiſit. Ion. *coram Domino*: i. e. *vere maxima, vt ipſi Deo*, qui omnia perſpicit, cuiusq; iudicium falli non poteſt, hæc ad alias comparata, vrbs magna iudicaretur, vtpote *cui ipſe præ ceteris tanta incrementa dederat*, quæue vel propter tot animarum multitudinem *Deo curæ erat*. cf. infra c 4, 11. & Ier. 22, 6. Sic Act. 7, 20. puer *venuſtus Deo* dicitur, qui ex *beneficio Dei* talis erat, vt 2 Cor 10, 4. *arma potentia Deo*, quæ ipſe valida reddidit &c. Vulgo id tantum ad auxeſin referunt Iudæi, q. d. *vrbs multo maxima*, coll. Pf. 36, 7. Pf. 80, 11. &c. Sed recte poſt B. *Lutherum* monuit *Glaſſius* Phil. S. p m. 593. & 595. ſeq. in illis omnibus adiectum *nomen Dei* proprie & formaliter *cauſſam efficientem* notare, & conſequenter tantum ſignificationem intenſiuam. cf. *Boch.* Geogr. S. p. 258. & 284. *Guſſetii* Lexic. p. 67. & *Pfeifferi* Dub. Vex. ad h. l. &c. *a) itinere* (4) v. 4. Ez 42, 4. Neh. 2, 6. *b) Hieron.* tanti erat *ambitus*, vt vix trium dierum itinere poſſet circumiri. Ita etiam *A. b. Ezra, Cyrillus & Theodoretus* recte de ambitu hoc exponunt, quod *de diametro* ſ. *de porta ad portam* intelligendum eſſe male contendit ad h. l. *Abarbanel.* At magnitudo vrbis ex ambitu præſertim æſtimatur, non ex ſola longitudine; vt hic alia, contra Abarbanelis opinionem dicenda taceamus. cf. ſupra not. ad c. 1, 2. & vide ſis *Pfeifferi* Dub. Vex. ℣. 4. *c) Quum vero Ionas incepiſſet* intrare in vrbem. Gen. 9, 20. 2 Par. 3, 1. 2. *d) Grotius*: perambulans vrbem, *quantum vno die licebat.* cf. v. 3.

CAP. III, ℣. 3. יונה per *Sakeph.* 1. 2. 3. 6. 9. 10. 14. 20.

וַיֹּאמַר עוֹד אַרְבָּעִים יוֹם וְנִינְוֵה נֶהְפָּכֶת׃ וַיַּאֲמִינוּ אַנְשֵׁי ה
נִינְוֵה בֵּאלֹהִים וַיִּקְרְאוּ־צוֹם וַיִּלְבְּשׁוּ שַׂקִּים מִגְּדוֹלָם
6 וְעַד־קְטַנָּם׃ וַיִּגַּע הַדָּבָר אֶל־מֶלֶךְ נִינְוֵה וַיָּקָם מִכִּסְאוֹ
7 וַיַּעֲבֵר אַדַּרְתּוֹ מֵעָלָיו וַיְכַס שַׂק וַיֵּשֶׁב עַל־הָאֵפֶר׃ וַיַּזְעֵק
וַיֹּאמֶר בְּנִינְוֵה מִטַּעַם הַמֶּלֶךְ וּגְדֹלָיו לֵאמֹר הָאָדָם
וְהַבְּהֵמָה הַבָּקָר וְהַצֹּאן אַל־יִטְעֲמוּ מְאוּמָה אַל־יִרְעוּ
8 וּמַיִם אַל־יִשְׁתּוּ׃ וְיִתְכַּסּוּ שַׂקִּים הָאָדָם וְהַבְּהֵמָה וְיִקְרְאוּ
אֶל־אֱלֹהִים בְּחָזְקָה וְיָשֻׁבוּ אִישׁ מִדַּרְכּוֹ הָרָעָה וּמִן־
9 הֶחָמָס אֲשֶׁר בְּכַפֵּיהֶם׃ מִי־יוֹדֵעַ יָשׁוּב וְנִחַם הָאֱלֹהִים
וְשָׁב

convertenda est; coll. 1 Sam. 10, 6. Thren. 1, 20. aut diuino indicio euertenda; sed magis argute quam solide, nec ad simplicitatem Scripturæ: vnde plures eiusmodi argutias studio prætermittimus.

℣. 5. g) Crediderunt statim Niniuitæ, ad illam Ionæ prædicationem v. 4. *in Deum.* LXX. *Deo.* Ion. *in Verbum Domini.* &, grauium sibi criminum conscii, fidem Ionæ verbis, sine cunctatione, aut editis ab eo miraculis, adhibuerunt. Ex. 14, 31. Ps. 106, 12. Nam ecce, inquit *Abarb.* signum aut portentum non requiritur a Propheta, si præcipiat & moneat tantum de obseruatione legis, & exercitio boni & recti: talia namque ex ore cuiusuis etiam sapientis audire debemus. At si præcipiat in nomine Domini præcepti alicuius diuini violationem ad factum aliquod extraordinarium, (excepta tamen idololatria) tum signa edere debet ad prophetiæ suæ confirmationem. cf. not. Deut. 18, 22. *Hieronymus*: Credidit Niniue, & Israel incredulus perseuerat: credidit præputium, & circumcisio permanet infidelis. cf. Ez. 3, 6. Matth. 12, 41. c. 21, 43. Luc. 11, 31. Act. 13, 46. Crediderunt autem *vera* & salutari *fide*, quæ fons & radix fuit omnium sequentium bonorum operum Rom. 14, 23. Hebr. 11, 6. -- *Nautas* (vel alios etiam) iuisse Niniven, & *narrasse facta Ionæ*, vt non omnino negamus, ob locum Luc. 11, 30. ita tamen non concedimus; citra illud miraculum non crediturοs fuisse, inquit *Pfeifferus* ad h. l. coll. Es. 55, 11. Rom. 1, 16. Ebr 4, 12. h) & in doloris ac pœnitentiæ suæ signum, Rex & proceres eius v. 6. *ieiunium proclamarunt* s. *publice indixerunt* Ioel 1, 14. 1 Reg. 21, 9. i) Vulg. *& vestiti sunt saccis* v. 6. 8. 2 Sam. 3, 31. 1 Reg. 20, 32. c. 21, 27. 2 Reg. 19, 1. Esth. 4, 1. Sic apte corrigebantur luxus & ambitio Assyriorum; quibus etiam Deum valde offenderant. k) i. e. magni & parui: summi & infimi. Ier. 6, 13. c. 31, 34. Apoc. 19, 5. 18. &c. ℣. 6. l) *Cum enim perueniſſet illud verbum* s. præconium Ionæ v. 4. Iud. 20, 34. Esth. 9, 1. Dan. 9, 21. *Grotius*: Caussam reddit indicti ieiunii, modumque explicat. *Pfeifferus*: Fieri autem potuit, fama de ferali isto vaticinio ad Regem delata, vt Ionam accitum coram audiret; etsi id in breui historia non memoretur. m) *ad Regem Niniues.* probabiliter *Phulem* 2 Reg. 15, 19. 1 Par. 5, 26. al. *Sardanapalum.* n) *surrexit ille de throno suo.* cf. Es. 47, 1. 2 Sam. 13, 31. o) *& remouit*, deposuit. Vulg. *abiecit a se.* 1 Reg. 15, 12. Coh. 11, 10. p) *stolam suam regalem* Ios. 7, 21. vt ceteris in luctu se æquaret. Ion. *gloriæ suæ instrumenta*, vel vestes. Syr. *diadema suum.* cf. Ez. 26, 16. q) Vulg. *& indutus est sacco.* S. *obduxitque saccum* v. 5. 8. r) *seditque in cinere.* cf. Es. 47, 1. Ez. 26, 16. Iob. 2, 8. c. 42, 6. Esth. 4, 3. ό. ἐπὶ σποδοῦ. Matth. 11, 21. ℣. 7. s) *Et proclamari iussit.* cf. Ioel 2, 15. t) *& edixit* per præcones in tota vrbe. ό. καὶ ἐκηρύχθη καὶ ἐρρέθη. u) *de sententia*, ex *decreto* s. mandato *Regis.* Prou. 26, 16. Dan. 3, 10. 29. Ezr. 6, 14. x) *& procerum*, Vulg. *& principum*, Abarb. *& consiliariorum eius.* 2 Reg. 10, 11. Nah. 3, 10. cf. Esth. 1, 19. 21. ό. καὶ παρὰ τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ. Marc. 6, 21. y) *homines*, qui proprie Deum criminibus suis offenderant. z) *& iumenta*, quibus in totius vrbis interitu pereundum quoque fuisset c. 4, 11. a) *non gustent quidquam* 1 Sam. 14, 24. ad grauissimum luctum testandum 2 Sam. 3, 35. b) *non pascantur* iumenta scil. & pecora Ex. 34, 3. c) *& nec aquam bibant* homines & pecudes. 1 Reg. 13, 9. cf. not. 1 Sam. 7, 6. vt etiam mutorum animantium spectaculo & clamore v. 8. homines magis commouerentur ad seriam pœnitentiam & dolorem. Sic *Virgilius*, de acerbo luctu propter mortem Cæsaris, Ecloga 5. v. 24. seqq. *Non vlli pastos illis egere diebus Frigida, Daphni, boues ad flumina: nulla neque amnem Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.* &c. ℣. 8. d) *Sed operiantur saccis.* v. 5. 6. 2 Reg. 19, 1. 2. Ioel 1, 14. Pertinent autem hæc adhuc ad *mandatum Regis*, vt Hebræus textus docet aliæque versiones; non vero ad eius *executionem*, vt LXX. reddiderunt: καὶ περιεβάλοντο καὶ ἀνεβόησαν. e) *homines & iumenta* v. 7. Videntur autem intelligere (vt Interpretes obseruant) *equos, mulos & camelos*, qui pretiosis integumentis ornari solent. His itaque detractis vilia imposuerunt: vt hodie, sicut & olim, teste Chrysostomo, in funeribus Nobilium, equi generosi, quibus defuncti vsi sunt, panno nigro induuntur, vt simul lugere videantur. f) *& clament* & homines & *bestiæ*, hæ fame & siti adactæ. Ioel 1, 18. Ps. 147, 9. g) *ad Deum* Iehouam, cuius iram Ionas denunciabat. h) *cum vehementia* s. totis viribus. *fortiter.* Iud. 8, 1. ό. ἐκτενῶς Luc. 22, 44. Act. 12, 5. 1 Petr. 1, 22. Syr. *cum gemitu.* M. I. *toto corde.* S. *cum valida deuotione* &c. quasi *magna vi* nubes clamore suo perrupturi. Sirac. 35, 17. Matth. 11, 12. Luc. 11, 8. i) Hieron. *&*, damnatis pristinis vitiis, *totos se conferant ad pœnitentiam.* k) *quisque* Ioel 2, 7. l) vt exuat peccandi consuetudinem. v. 10. Ier. 25, 5. c. 36, 3. 7. m) *& a violentia* Gen. 6, 11. 13. Hab. 1, 2. Ps. 58, 3. n) *quæ est in manibus eorum* Es. 59, 6. Ps. 7, 4. Iob. 16, 17. cf. Es. 1, 15. 16.

℣. 9. o) *Quis scit, reuertetur* Deus ab ira, si nos reuertamur a peccatis. Zach. 1, 3. LXX. Vulg. & Syr. *Quis scit, si conuertatur*; h. e. anne ipse sententiam suam mutet, & nobis reconcilietur. cf. 2 Sam. 12, 22. Esth. 4, 14. *Ion.* (quem sequitur *Abarb.* aliique) hic iterum, vt Ioel 2, 14. vbi vid. not. p) *& pœniteat Deum*, h. e. vt habet Vulg. *& ignoscat Deus.* *&* (sec. Syr.) *misereatur nostri.* vid. v. 10. c. 4, 2. Dan. 4, 24. coll. Num. 23, 19. & not. 1 Sam. 15, 11. Ier. 18, 8.

e) *adhuc 40. dies sunt*, vel *post 40. adhuc dies.* cf. quoad constructionem Ier. 51, 33. Hos. 1, 4. Perperam vero LXX. hunc *quadragenarium* dierum numerum in *triduanum* commutarunt, ita scribentes: ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευὴ καταστραφήσεται, eosque secuti *Ar. Sulpicius Seuerus* & Patres quidam; vt ostendit *Bochartus* Hieroz. I. f. p. 746. Argute autem, nec tamen bene aut legitime, particulam עוד numerice pro 80. accipit, atque ex his & 40. diebus, (quos pro *annis* censet, collato Lev. 25, 29.) *vsque ad Niniues euersionem* secundum Nahumi vaticinium & Seder Olam anno primo Nebucadnezaris factam, 120. annos (pro quibus *Iosephus* A. I. Lib. IX. c. 11. 115. *annos* numerat) conficit *Abarbanel* in Comm. ad h. l. fol. 159. col. 2. & 3. f) *& Niniue euertetur* vt Sodoma & Gomorrha, ob similia scelera. Gen. 19, 21. 25. 29. Ier. 20, 16. Amos 4, 11. scil. si peccare pergatis, nec *seria pœnitentia & fide iram Dei* intra hoc tempus *extinguatis.* coll. Ier. 18, 8. Tales enim promissiones & minæ, quæ non sunt absolutæ prædictiones, semper hanc conditionem inuoluunt; licet hæc conditio a Propheta non esset expressa, immo etiam ignoraretur. cf. Gen. 20, 3. 7. Es. 38, 1. & *Gurtleri* Theol. Proph. p. 12. *Coccejus*: Sensus huius dicti est: quadraginta dies concedi Nineuitis ad pœnitentiam. Ita primo mundo diluuium denunciatum est in annos 120. Gen. 6, 3. Qui profectus prædicauit primo mundo in Noacho 1 Petr 3, 18. is hic prædicauit per Ionam μετενόησαν. &c. Aliter apparentem difficultatem tollere voluit *Abarbanel*, quasi dixisset Propheta: Niniue necessario intra 40. dies aut per pœnitentiam *mutanda* s. *conuertenda* est; coll. 1 Sam. 10, 6. Thren. 1, 20. aut diuino indicio *euertenda*; sed magis argute quam solide, nec ad simplicitatem Scripturæ: vnde plures eiusmodi argutias studio prætermittimus.

℣. 7. בנינוה *Mun.* pro *Meth.* 5. 6. 7. 9. 14. 20. 23. sic se. Ber. אַל־יִרְעוּ sic per *Kadma* 5. 6. 9. 14. 20. 24. sic se. *Ber.* Reliqui sine eo.

וְשָׁב מֵחֲרוֹן אַפּוֹ וְלֹא נֹאבֵד׃ וַיַּרְא הָאֱלֹהִים אֶת־
מַעֲשֵׂיהֶם כִּי־שָׁבוּ מִדַּרְכָּם הָרָעָה וַיִּנָּחֶם הָאֱלֹהִים עַל־
ד הָרָעָה אֲשֶׁר־דִּבֶּר לַעֲשׂוֹת־לָהֶם וְלֹא עָשָׂה׃ וַיֵּרַע אֶל־
יוֹנָה רָעָה גְדוֹלָה וַיִּחַר לוֹ׃ וַיִּתְפַּלֵּל אֶל־יְהוָה וַיֹּאמַר 2
אָנָּה יְהוָה הֲלוֹא־זֶה דְבָרִי עַד־הֱיוֹתִי עַל־אַדְמָתִי עַל־
כֵּן קִדַּמְתִּי לִבְרֹחַ תַּרְשִׁישָׁה כִּי יָדַעְתִּי כִּי אַתָּה אֵל־
חַנּוּן וְרַחוּם אֶרֶךְ אַפַּיִם וְרַב־חֶסֶד וְנִחָם עַל־הָרָעָה׃
3 וְעַתָּה יְהוָה קַח־נָא אֶת־נַפְשִׁי מִמֶּנִּי כִּי טוֹב מוֹתִי מֵחַיָּי׃
4
ה וַיֹּאמֶר יְהוָה הַהֵיטֵב חָרָה לָךְ׃ וַיֵּצֵא יוֹנָה מִן־הָעִיר

Ffff עה א וישב

q) *vt reuertatur a furore iræ suæ.* Ex 32,12. Deut. 13, 18. Ios. 7, 26. 2 Reg. 23, 26. Syr. *& auertat a nobis æstum iræ suæ.* Vt enim *irasci* dicitur Deus, cum scelera punire vult, ita *reuerti ab ira*, quando & culpam & pœnam condonat. r) *& non pereamus.* c. 1, 6.

ꝟ. 10. s) *Quum itaque videret Deus.* cf. 1 Reg. 21, 29. Pf. 14, 2. S. *Respexit itaque Deus.* Vulg. *Et vidit*; cum adprobatione, vt Gen. 1, 4. 10 c. 4, 4. t) *opera ipsorum*, tq. sanatæ mentis indicia, & fidei ac veræ pœnitentiæ fructus. v. 5. Ier. 5, 3. Matth. 3, 8. Hieronymus: *Non verba audiuit, quæ solebat Israël sæpe promittere: omnia, quæcumque dixerit Dominus, faciemus* Ex. 19, 8. c. 24, 3. 7. &c. *sed opera conspexit. Quia mauult pœnitentiam peccatoris, quam mortem* Ez. 18, 23. 32. c. 33, 11. Sic in Tract. *Taanith.* c. 2. fol. 16. a. Talmudici dicunt: *Fratres nostri, saccus & ieiunium rem non perficiunt, sed pœnitentia & opera bona. Non enim dicitur de Nineuitis: Et respexit Deus saccum & ieiunium eorum; sed hoc legimus: Et vidit Deus opera eorum, quod conuersi essent a vita sua improbitate* &c. u) *quod conuersi essent* &c. v. 8. x) *pœnituit Deum.* Ion. *conuertit se Deus a malo.* v. 8. Vulg. *misertus est.* Syr. *auertit ab eis excandescentiam iræ suæ.* Nempe *pœnitet Deum* mali, quando non infert, quod sub conditione decreuerat. vid. v. 9. y) Ioel 2, 13. Am. 3, 6. ό. ἐπὶ τῇ κακίᾳ Matth. 6, 34. z) Syr. *& non perdidit eos.* Hieronymus: *Libenter mutauit sententiam, quia vidit opera eorum mutata.* Ceterum hic *dubium* mouent non Iudæi solum, sed & Christiani quidam Interpretes, aut Philologi (vid. *Gusset.* p. 834. *Boch* Hieroz. 1. p. 752. *Coccejus* h. l. §. 7 &c.) *Quomodo Deus adprobauerit pœnitentiam Nineuitarum, cum illi tamen nec idolis suis renunciauerint,*

CAP. IV.

ב" טעמים

neque cultum Iehouæ sincerum inter se constituerint, vt ex historia gentis certum sit? vnde *Abarbanel* ad h. l. fol. 259. col. 3. opinatur, Nineuitis interitum a Deo decretum fuisse, non ob falsam religionem s. idololatriam, *sed tantum ob violentiam manuum eorum*; a qua cum illi se conuerterint, Deum etiam mutasse sententiam; etsi a fide sua & praua religione non destiterint. Sed *rectius* omnino sentiunt, qui *veram* illis *pœnitentiam* tribuunt: etsi procul dubio in ea haud diu perstiterunt, sed in pristina vitia, securitatem, & idololatriam relapsi, excidium, quod Nahum denuo prædixit, sibi tandem accersiuerunt. Dicuntur enim, vt *Pfeifferus* ad h. l. obseruat, *credidisse in Deum* v. 5. quem & Rex *inuocari præcepit* v. 8. Ergo idolis renunciarunt, & *contritionem* habuerunt ob peccata, & *fidem in Deum*, ac dignos pœnitentia *fructus* ediderunt Matth. 3, 8. Præterea Saluator expresse ait, *eos resipuisse ad Ionæ prædicationem* Matth. 12, 41. Ex qua nisi *gratiam Dei in Christo* cognitam accepissent, nec credere in Deum salutariter, nec Deo placentia opera edere potuissent, coll. Ier. 5, 3. Hab. 2, 4. Rom. 5, 1. c. 14, 23. Neque desunt in Scripturis alia exempla, vbi similiter *pœnitentia vera & seria, bene quidem cœpta, non tamen constans aut continuata fuit.* vid. de Ahabo 1 Reg. 21, 27. 29. de Ioramo 2 Reg. 6, 30. de Ioaso ibid. c. 13, 14. seqq. de Iehu 2 Reg. 10, 31. coll. Præf. in Hoseam § 4. Tamen, (inquit *Bochartus* l. c.) hoc *ieiunium*, Nineuitis indictum ad auertendam summi Numinis iram, *edictum Darii* Dan 6, 26. seqq. & aliud simile *Nebucadnezaris* Dan 3, 29. & quæ alia fuerunt huius generis, fuerunt totidem *præparationes ad populorum conuersionem*, quæ Christi aduentum subsecuta est. Ita enim paullatim, & quasi per gradus, innotuit Dei virtus & magnitudo iis etiam populis, qui alieni erant a republica Israëlis, & cum Pharaone dicebant: *Quis est Dominus, vt illi obsequamur? Nos non nouimus Dominum.* Ex. 5, 2.

CAP. IV, ꝟ. 1. a) S. *Sed ægre fuit* hoc. Tig. *Doluit Iona.* ὁ. ἐλυπήθη Marc. 10, 22. Præter *animi ægritudinem* etiam in *morbum* s. *febrim* Ionam incidisse, putat *Abarbanel.* Sed phrasis Hebræa *animum male adfectum* significat, siue ex iusto, siue iniusto dolore. vid. Gen. 21, 11. 12 c. 38, 10 2 Sam. 11, 27. Neh. 13, 8. &c. b) *ægritudine maxima.* Neh. 2, 10. c) *immo* ex impatientia & dolore *etiam ira exarsit ei.* v. 4. Gen. 4, 5. 6. c. 30, 2. 1 Sam. 15, 11. *Abarbanel:* Quia mente præuidebat malum, quod per Assyrios Israëlitis erat euenturum. *Hieronymus:* Videns subintrare gentium multitudinem, & illud impleri Deut. 32, 21. desperat de salute Israëlis, & magno dolore concutitur, qui erumpit in vocem, & caussas mœroris exponit, & quodammodo loquitur: Ego solus electus sum de tanto numero Prophetarum, qui per aliorum salutem ruinam meo populo nunciarem? Non igitur contristatur, vt quidam putant, quod gentium multitudo saluetur, sed quod pereat Israël. *Pfeifferus:* Male autem irascitur Ionas, non Deo, alioquin extreme impius, sed partim Nineuitis, quod illis parceretur, coll. v. 11. partim sibi ipsi, qui istam legationem suscepisset. Putauit nimirum Ionas, *decretum Dei* de excidio Niniues temporali, *absolutum esse*, & omnino secuturum, licet maxime pœnitentiam agerent, & æternum saluarentur. Cum vero elapso tempore definito videret Niniuen non euerti, indignatus est, se fuisse paratum opprobrii & damni suorum, quibus nunc inuisus & infamis rediturus sit, quod seruarit sua concione Assyrios, in se quondam armandos. cf. Es. 10, 5. Nec defore inter suos suspicatus est, qui se, ceu pseudoprophetam traducerent, coll. Deut 18, 22. vbi vid. not. Habet vero hoc caput *geminum Dei & Ionæ colloquium*; adeoque obseruanda sunt: I. Ionæ indignatio & querela v. 1-3. & Dei redargutio v. 4. II. Post Ionæ egressum ex vrbe v. 5. Plantæ ortus & interitus v. 6. 7. hinc Ionæ impatientia & improba postulatio v. 8. Dei autem responsio & Ionæ conuictio v. 9. seqq. ꝟ. 2. d) *Quare orauit ad Dominum* c. 2, 2. sed ex zelo οὐ κατ' ἐπίγνωσιν, & nescius, quid peteret Matth. 20, 22. e) Vulg. *obsecro, Domine!* c. 1, 14. f) *nonne hoc est illud verbum meum*, quod dixi & cogitaui. Ex. 14, 12. g) & nunc, & retro *ad* illud *vsque* tempus, *quo adhuc fui.* Iob. 1, 18. h) *in terra & patria mea.* cf. c. 1, 8. Deut. 12, 19. q. d. Præsagiit mihi animus hunc concionis meæ euentum. i) *ideo præoccupabam* Ps. 119, 147. k) Vulg. *vt fugerem in Tarsis* c. 1, 3. Syr. *maturabam fugam.* vt molestam hanc prouinciam, & incommoda eius, euitarem. l) *Hieronymus:* Nam sciui te hoc esse facturum. Non ignoraui te misericordem, propterea seuerum & truculentum nunciare nolebam. m) vid. Ex. 34, 6. Neh. 9, 17. ὁ. ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων. Luc. 6, 36. n) *longanimis.* Vulg. *patiens* Num. 14, 18. Ioel 2, 13. Nah. 1, 3. ὁ. μακρόθυμος. cf. Rom. 9, 22. o) *& magnus gratia.* Vulg. *& multæ miserationis.* Ps. 86, 5. ὁ. πολυέλεος. cf. 1 Petr. 1, 3. p) c. 3, 9. 10. Ioel 2, 13. ꝟ. 3. q) ὁ. Καὶ νῦν δέσποτα Κύριε. Luc. 2, 29. *Abarb.* q. d. quoniam clementiam & longanimitatem erga Assyrios exerces, vt veniant super terram Israël, patriam meam, ad eam vastandam. r) est circumscriptio *mortis*, vt 1 Reg. 19, 4 sed hic votum impatientis animi. s) Vulg. *quia melior est mihi mors, quam vita*, v. 8. q. d. Mori præstat, quam sic viuere. *Abarb.* q. d. ne videam malū, quod inueniet populum meum, & interitum cognationis meæ (Esth. 8, 6.) in X. tribuum vastatione. ꝟ. 4. t) *Sed dixit Iehoua;* nimis aberrantem comiter reducturus u) *num bene ira exarsit tibi?* v. 9. i. e. vt *Symmachus* habet, *num iuste efferuescis?* Sic Vulg. q. d. Sane iustam caussam non habes, cur ita succenseas. Al. vt LXX. Ion. Syr. Ar. *Siccine valde irasceris?* coll. Deut. 9, 21. c. 13, 15. 2 Reg. 11, 18. Sed *quæstio* non hic est de facto, sed *de iure*, eaque non ignorantis aut dubitantis, sed contestantis & informantis. cf. verbum Ez. 1, 17. Ier. 10, 5. At *Abarb.* cum R. *Iaphet* apud *A. b. Ezram* ita: *Num benefacere tibi dolet?* q. d. *An ideo, quod ego* (erga omnes benignus Ps. 145, 9.) *benefacio Nineuitis, tu irasceris?* vt Matth. 20, 15. Sed rectius resoluitur Ebraismus h. l. *Num benefacere est*, s. *num bene facis*, quod *ita irasceris?* coll. Deut. 5, 25. c. 18, 17. Tacuit autem hic Ionas, procul dubio, quod pudore suffusus sufficientem caussam non haberet, quam iræ suæ prætenderet. ꝟ. 5. x) *Exiuerat autem Ionas*, quum officio suo, concionando per vrbem, defunctus esset; ne & ipse inuolueretur exitio, quod certissime secuturum adhuc putabat. Est vero hic *versus parentheticus*, ad sequentia viam sternens, vnde *verba in Plusquamperfecto* cum Pfeiffero, S. aliisq; merito accipimus.

CAP. IV, ꝟ. 2. אנה Sic c. 2. 3. 6. 9. 10. 20. & *Ber.* at fine *Mun.* 7. 8. 11--16. 19. 21. 22. 23. & per *Merca* loco *Mun.* 5. 17. 18 24. cf. supra c. 2, 14.

וַיֵּשֶׁב מִקֶּדֶם לָעִיר וַיַּעַשׂ לוֹ שָׁם סֻכָּה וַיֵּשֶׁב תַּחְתֶּיהָ בַּצֵּל
6 עַד אֲשֶׁר יִרְאֶה מַה־יִּהְיֶה בָּעִיר׃ וַיְמַן יְהוָה־אֱלֹהִים
קִיקָיוֹן וַיַּעַל ׀ מֵעַל לְיוֹנָה לִהְיוֹת צֵל עַל־רֹאשׁוֹ לְהַצִּיל לוֹ
7 מֵרָעָתוֹ וַיִּשְׂמַח יוֹנָה עַל־הַקִּיקָיוֹן שִׂמְחָה גְדוֹלָה׃ וַיְמַן
הָאֱלֹהִים תּוֹלַעַת בַּעֲלוֹת הַשַּׁחַר לַמָּחֳרָת וַתַּךְ אֶת־
8 הַקִּיקָיוֹן וַיִּיבָשׁ׃ וַיְהִי ׀ כִּזְרֹחַ הַשֶּׁמֶשׁ וַיְמַן אֱלֹהִים רוּחַ
קָדִים חֲרִישִׁית וַתַּךְ הַשֶּׁמֶשׁ עַל־רֹאשׁ יוֹנָה וַיִּתְעַלָּף
9 וַיִּשְׁאַל אֶת־נַפְשׁוֹ לָמוּת וַיֹּאמֶר טוֹב מוֹתִי מֵחַיָּי׃ וַיֹּאמֶר
אֱלֹהִים אֶל־יוֹנָה הַהֵיטֵב חָרָה־לְךָ עַל־הַקִּיקָיוֹן וַיֹּאמֶר
י הֵיטֵב חָרָה־לִי עַד־מָוֶת׃ וַיֹּאמֶר יְהוָה אַתָּה חַסְתָּ עַל־
הַקִּיקָיוֹן אֲשֶׁר לֹא־עָמַלְתָּ בּוֹ וְלֹא גִדַּלְתּוֹ שֶׁבִּן־לַיְלָה
11 הָיָה וּבִן־לַיְלָה אָבָד׃ וַאֲנִי לֹא אָחוּס עַל־נִינְוֵה הָעִיר
הַגְּדוֹלָה אֲשֶׁר יֶשׁ־בָּהּ הַרְבֵּה מִשְׁתֵּים־עֶשְׂרֵה רִבּוֹ אָדָם
אֲשֶׁר לֹא־יָדַע בֵּין־יְמִינוֹ לִשְׂמֹאלוֹ וּבְהֵמָה רַבָּה׃

דבר

y) & consederat ad orientalem plagam vrbis Ez. 11, 23. *Grotius*: Vnde optimus erat in vrbem despectus. z) S. feceratque sibi illic *tentorium*; seu potius *tugurium, vmbraculum*, ex virgultis. Es. 1, 8. c. 4, 6. quod eum *tegeret* a cæli iniuriis. Ps. 140, 8. Iob. 40, 11. a) Coh. 2, 3. 6. ἕως ἂν ἀπίδω. Philip. 2, 23. b) *quid futurum esset v. bi*. Cumque, termino præterlapso, videret, nihil mali eidem accidere, efferbuit.

℣. 6. c) S. *Præparauerat autem*. al. in Præterito cum Vulg. *Et parauit Dominus Deus*. v. 7. 8. c. 2, 1. d) LXX. Luth. *cucurbitam*. Vulg. *hederam*. Ion. Tig. & S *Kikaion*. Sic v. 7. 9 10. Quod quid sit, audiamus ex B. *Hieronymo*, qui ita: *Pro cucurbita siue hedera* in Hebræo legimus *Kikaion*, quæ etiam lingua Syra & Punica *Elkeroa* dicitur. *Est autem genus virgulti vel arbuscula, lata habens folia in modum pampini, & vmbram densissimam, suo trunco sesustinens: quæ in Palæstina creberrime nascitur, & maxime in arenosis locis; mirumque in modum, si sementem in terram ieceris, cito confota consurgit in arborem, & intra paucos dies, quam herbam videras, arbusculam suspicis.* Vnde & nos (pergit *Hieronymus*) eodem tempore, quo interpretabamur prophetas, voluimus id ipsum *Hebrææ linguæ nomen* exprimere, quia sermo latinus hanc arboris speciem non habebat; sed timuimus Grammaticos, ne inuenirent licentiam commentandi, & vel bestias Indiæ, vel montes Bœotiæ; aut istiusmodi quædam portenta confingere. &c. Recte autem hæc dici a B. Hieronymo, pluribus probauit *Bochartus* in Hieroz. II. p. 293. & p. 623. & *Pfeifferus* in Dub. Vex. ad h. l. Idemque est nostrum *Kikaion*, quod Talmudicum *Kik*, & Aegyptiacum *Kiki, Cici* sec. Plinium, qui H. N. lib. 15. c. 7. *arbor est*, inquit, *quæ in Aegypto copio-*
sa

sa. & in Hispania repente prouenit, altitudine oleæ, caule ferulaceo, folio vitium, semine vuarum gracilium pallidarumque. Nostri eam RICINUM vocant a similitudine seminis. &c. e) *& adscendit* s. *succreuit* Es. 32, 13. Hos. 10, 8. f) *ad liberandum ipsum*. cf. similiter ל accusatiui notam 1 Sam. 21, 30. 2 Sam. 3, 30. Ps. 135, 11. & not. Ier. 40, 2. item Particip. verbi nostri cum ל sec. nonnullos Dan. 8, 7. Al. *vt umbram ipsi faceret*. השׁ רפה Ion. *ad protegendum ipsum*. g) *a malo* s. *incommodo suo*: ab æstu nimiū & cæli iniuriis, a quib⁹ planta ista, frondibus tugurii sensim arescentibus, Ionā tueretur. h) 1 Reg. 1, 40. 1 Par. 29, 9. quod tam speciosa & amœna planta præter spem & expectationem oblata a Deo esset. ℣. 7. i) *Parauit autem Deus*. v. 6. 8. k) *vermem*. Ex. 16, 20. Iob. 25, 6 cf. not. Deut. 28, 39. l) *cum surgeret aurora* Gen. 19, 15. Ios. 6, 15. m) *postridie*. post illud gaudium Ionæ. 1 Sam. 30, 17. 1 Par. 29, 21. n) *qui percussit*, i. e. *læsit* & *erosit ricinum* s. radices eius. cf. Ps. 101, 5. o) *vt exaresceret*. cf Hos. 9, 16. Ps. 90, 6. ὁ. ἀπεξηράνθη. Matth. 13, 6. ℣. 8. p) S. *Insuper factum est*. q) *cum Sol ortus esset*, & iam non nihil processisset. Iud. 9, 33. r) v. 6. 7. s) *ventum orientalem*, calidum & vrentem, qui fruges Gen. 41, 6. vites quoque, & fructus arborum exurit. Ez. 17, 10. c. 19, 12. cf. not. Es. 27, 8. ὁ. πνεύματι καύσωνι, Iac. 1, 11. t) *silentem*. Ion. *quietum*(1) qui subtilitate sua, sine motu & sine frigore, æstum solis maiorem faciebat Hinc ὁ. συγκαίοντι. S. *exsiccantem*. al. *surdum*, qui audiri non potuit, in oppositione ad *Eurum durum* & sonorum. Ex. 14, 21. Ps 48, 8. Ps 78, 26. immo alii, vt Abarb. *surdos facientem*, qui tanto cum strepitu flauerit, vt aures etiam surdas redderet &c. sed prius præferendū est. u) *& vi sua agebat*, sine impedimento *feriebat sol*. Es. 49, 10. Ps. 121, 6. x) S. *vt ægre haberet, vt prope animo linqueretur*. Vulg. *& æstuabat*. Gusset. *vt semet ipsum non agnosceret*. Pfeiff *a tegendo*: quod anima in deliquio quasi tegatur & occultetur (4) Es. 51, 20 Am. 8, 13. y) vnde (cum videret, quod iam ad portas mortis venisset, vt scribit *Abarb*.) quod v. 3. rogauerat, hic quasi importune flagitauit, *& postulauit animam suam ad moriendum*, mortem sibimet ipsi precat⁹. De phrasi cf. not. Iud 16, 30. z) *& dixit* ex animi impotentia, & corporis æstuatione. a) Præstat me mori, quā viuere. v. 3. ℣. 9. b) S. *Dixit ergo Deus* ad Ionam. c) *Num recte excandescis* propter ricinum? v. 4. d) Non hic tacuit, vt supra v. 4. sed adfectibus suis abreptus, respondit *& dixit*. e) *iuste* dolor & *ira exarsit mihi*. Gusset. p. 285 *abunde* commotus ac perturbatus sum, coll. Gen. 45, 5. 1 Sam. 15, 11. Neh. 3, 20. cf. not. supra v. 4. f) cf. Iud. 16, 16 Matth. 26, 38.

℣. 10. g) S. *Tum vero dixit Dominus* ad Ionæ conuictionem. h) Vulg. *tu doles* super hederam. ὁ σὺ ἐφείσω, *pepercisti*; i. e. *parcendum ei esse censuisti*, & periisse nunc doles. Gen. 45, 20. Ioel 2, 17. i) vid. v. 6. k) constr. cum בּ *in quo*, s. *pro quo*, vt v. 11. Gen. 1, 11. l) *non laborasti* Ps. 127, 1. Coh. 2, 11. 18. 20. 21. scil. fodiendo terram, serendo, rigando &c. ὁ. ὑπὲρ ἧς σὺ οὐκ ἐκακοπάθησας. 2 Tim. 2, 3. m) *nec educasti eum*. Vulg. *neque fecisti, vt cresceret*. S. *neque perfectum eum fecisti*. cf. Es. 1, 2. c. 44, 14. n) Vulg. *quæ*(hedera) *sub vna nocte nata est*, & sub vna nocte periit. S. *quia filius noctis factus*, & filius noctis periit. cf. Es. 17, 11. *Bin* est constr. ab absoluto *Ben*; sicut in *Biniamin*, & *Bin-Nun* Ex. 33, 11. *Bin Iakeh* Prou. 30, 1. *Filius* autem *noctis* est, *sub noctem ortus*, vt Es. 14, 12. aut *vnam noctem natus*: vt *filius anni*, anniculus, qui annum non superauit. Ex. 12, 5. conf. Syriacum *filius diei* Deut. 24, 15. & *filius horæ* Prou. 12, 16. ℣. 11. o) *Et ego*, Deus & summe misericors, te ipso teste v. 2. Ps. 145, 9. Nunc exponitur *finis & scopus præcedentis historiæ* s. chriæ actiuæ; per argumentum a minori ad maius, ad Ionam corrigendum & conuincendum. p) *non misererer* & *parcerem* Nineuæ? cf. לא interrog. 1 Reg. 5, 26. q) *vrbi illi maxima*. vid. c. 1, 2. Abarb. *quæ opus manuum mearum est, ad meam gloriam*. ex Es. 60, 21. cf. supra c. 3, 3. r) *in qua sunt*. s) *multitudo. plures*. 2 Par. 25, 9. t) *quam duodecim myriades*, s. 120000. *hominum* 1 Par. 29, 7. Is numerus erat paruulorum, nec tn. plenus. Hinc coniectura fiat de numero ceterorum. cf. Matth. 26, 53. u) qui nesciunt *discrimen* (Leu. 27, 12. 2 Sam 19, 36.) *inter dextram* & sinistram *suam*, ita vt, non omnis quidem, aut originalis peccati (coll. Ps. 51, 7. Iob. 14, 4. Ioh. 3, 6 Rom. 5, 12.) malitiæ tn. contra scientiam & conscientiam admissæ, & ad cælum clamantis c. 1, 2. expertes sint. Non est descriptio quorumuis Nineuitarum (vt vult *Abarb*. b l) quod antea de Deo nihil sciuerint, ideo etiam per pecudes s. *bruta* intelligendi, coll. Ps. 49, 13. 21. sed *circumscriptio ætatis paruulorum*, in quibus nondū ea est discretio rationis & iudicii, vt sciant vtra manus *sua* sit dextra, vtra sinistra. cf. Deut. 1, 39. Vtrumq; habet *Hieronymus*: Ignorant autem, *quid sit inter dextram & sinistram* vel propter innocentiā & simplicitatem, *vt lactentem monstret ætatem*, & relinquat intellectui, quantus sit numerus ætatis alterius, cum tantus sit paruulorum; vel certe, quia magna erat vrbs, erat in ea plurima multitudo, quæ ignorabat ante actam pœnitentiam, *quid esset inter bonum & malum, inter dextram & sinistram*. &c. Verum notanter in textu *suffixum* additur, quod in eum sensum non, nisi difficulter, torqueri poterit. x) & *iumenta* s. *pecudes quam plurimæ*. cf. c. 3, 7. 8. Ioel 1, 18. q. d. Deus: Si itaque hominum te non miseret, *Quid fecere boues*, animal sine fraude doloque? *Coccejus*: Ostendit Deus, & Ionæ esse indecorum, tot hominum exitium non abominari, & ad illius vel cogitationem cohorrescere. &c. Deum vero etiam bestiis prospicere, passim docent sacri scriptores. vid. Gen. 8, 1. Ps 36, 7. Matth. 10, 29. *Euenerunt autem omnia, quæ de Niniue prædicta sunt, post annum centesimum decimum quintum*; inquit *Iosephus* A. I. Lib. 9. c. 11. in fine. cf. Præf. ad hunc librum §. 7. & not c. 1, 2. c. 3, 4.

℣. 6. יהוה per *Man*. 2. 3. 5. ℣. 10. חַסְתָּה cum *He parag*. 1. 2.

IN MICHAE VATICINIVM

PRAEFATIO.

Micha Patria, Aetas, Argumentum,

MIchas, patria *Moraschtaeus*, gente Iudaeus, eodem tempore, quo *Esaias* atque *Hoseas*, prophetauit; prioris verba presso pede alicubi secutus, vt c. 4, 1. sqq. coll. Es. 2, 2. seqq. Propheta propter iudiciorum comminationes terribilis quidem & asper, sed nec minus iucundus propter Euangelicas promissiones. Israelitis atque Iudaeis excidium comminatur, illis per Assyrios, his per Babylonios inferendum: cuius mali caussam indigitat populi peccata, idololatriam, iniustitiam, rapinas, contumaciam, amorem mendacii, securitatem, ingratitudinem erga Deum, summam denique & vniuersalem impietatem. quae quidem ita persequitur, vt metropoles maxime atque primores coarguat, a quibus scelera ad prouincias plebemque manassent, prophetas item ac sacerdotes, qui securitatem fouerent. Ne vero in tantis malis animum adflicti desponderent, idem aliquoties atque egregie instaurationem Hierosolymae, florentemque N. T. statum depingit, &, vt cum *Lightfooto* Chron. p. 100. loquamur, res illustres enunciat de Christo, de regno eius; & nominatim designat vrbem, vbi esset nasciturus; ac ipsissimis vtitur verbis Esaiae, qui iam viuebat, ad describendum confluxum accedentium regno Christi sub Euangelio, & potentiam illius in eo, pacemque, quae sub eo esset futura. Et ratione duplicis huius argumenti, quod per vices tractatur, vaticinium totum in tres partes commode dispescitur. *I.* enim *tribubus vniuersis*, tam Israeli, quam Iudae, excidium regni & deportationem in Assyriam atque Babyloniam praedicit c. I. II, 1--11. easdemque promissione vniuersalis collectionis & multiplicationis sub Christo, consolatur c. II, 12. 13. *II.* comminatur *destructionem Hierosolymae* c. III. cui subiungit solatium de *reparatione Tsionis* sub Christo c. IV. & V. *III.* inducit *Deum cum populo suo disceptantem* c. VI. Ecclesiam vero miserias suas deplorantem c. VII, 1--6. eandemque spe meliorum se erigentem v. 7.--fin.

Partes.

LIBER
MICHAE,
Hebr.
מיכה

CAP. I.

א דְּבַר־יְהוָה׀ אֲשֶׁר הָיָה אֶל־מִיכָה הַמֹּרַשְׁתִּי בִּימֵי יוֹתָם אָחָז יְחִזְקִיָּה מַלְכֵי יְהוּדָה
2 אֲשֶׁר־חָזָה עַל־שֹׁמְרוֹן וִירוּשָׁלִָם׃ שִׁמְעוּ עַמִּים כֻּלָּם

הקשיבי Ffff 2 עה ב

CAP. I. ℣. 1. *a*) Hos. 1, 1. Ioel. 1, 1. Ion. 1, 1. *b*) *Micham*, q. d. *quis est sicut DOMINVS?* Scribitur enim Ier. 26, 18. *Michaiah*. vnde Gr. Μιχαίας, & Lat. *Michaeas*. Et qui 2 Par. 18, 7. *Michaihu*, & v. 8. *Michahu*, ibidem v. 14. vocatur etiam *Micha*, quod a *Michahu* haud difficilius formatur, quam ירמיה ab ירמיהו, יאשיה ab יאשיהו, אמציה ab אמציהו, per apocopen ה ו finalis. cf. etiam Iud. 4, 1. 4. 5. Analogum huic ex nominibus propriis est *Michael*, q. d. *Quis sicut Deus?* Cf. infra c. 7, 18. vbi Propheta noster, velut nominis sui memor, *incomparabilitatem Dei* praedicat. Illustris Propheta, quem non solum in N. sed V. T. quoque allegatum inuenimus, Ier. 26, 18. Mat. 2, 5. 6. Alius est *Micha*, *filius Iimlae*, qui tempore Achabi & Iosaphati, adeoque prior nostro fuit, 1 Reg. 22, 8. seqq. *c*) *Moraschtaeum*, h. e. ex *Mareshha*, (vt habet *Iun.*) oppido tribus Iudae ad terminos Philistaeorum v. 15. Ios. 15, 44. *Hieronymus* in Prologo testatur, suo adhuc tem-

tempore haud grandem fuisse viculum iuxta Eleutheropolim, Palaestinae vrbem, quae

Bethschemes quondam dicta 2 Reg. 14, 11. 13. Miramur igitur, quid *Heideggero* in mentem venerit, qui in *Enchiridio* suo *Biblico* p. 339. cum ad hoc testimonium Hieronymi prouocasset, *Sita igitur fuit*, inquit, *in tribu Ephraim*. quod plane contra mentem est Hieronymi: nec vlli superstructum est fundamento; licet ex Patribus Epiphanius quoque, Dorotheus & Isidorus, Ephraimitam Micham fecerint. Nam quod Iudaeus fuerit, etiam ex Regum Iudaicorum mentione colligit Abarbanel. *Cholem* est ex 1. rad. *Iod* in מֹרשׁה pro מירשׁה, quae facile transit in Vau. At *Vitringa* Doctr. Prophet. p. 35. dictum putat a *Morescheth Gath* v. 14. loco, vt videatur, contermino vrbi Gath Philistaeorum, in confiniis Iudae & Beniaminis, ad occidentem Hierosolymae. *d*) Eodem igitur tempore, quo vaticinati *Esaias* & *Hoseas*, licet hi paulo prius inceperint, sub Vsia Iothami antecessore Es. 1, 1 Hos. 1, 1. cuius tempore etiam *Amos* prophetarat c. 1, 1. Sed quo singulatim singulae prophetiae referri debeant, iuxta ordinem temporis, id non expressit Propheta. Ac facilius proinde concipitur, (vt ait *Lightf.* Chron. p. 99.) materiam totius libri illius exhibere argumentum prophetiae, quod tenuit sub vnoquoque horum Regum, quam vt statuatur, quae libri illius capita edita sint singulis horum Regum temporibus. Forte easdem Prophetias, inquit *Maius* Oecon. p. 898. diuersis temporibus, & sub diuersis Regibus, subinde repetiit. Vide tamen, quae notabimus ad c. 3, 1. *e*) Cuius videatur historia 2 Reg. 15, 32. seqq. 2 Par. 27, 1. seqq. Et cf. statum populi sub Regum istorum imperio a *Varenio* expressum in Appendice Praef. nostrae ad Esaiam. *f*) De quo 2 Reg. 16. 2 Par. 28. *g*) De quo 2 Reg. 18. 19. 20. & 2 Par. 29--32. *h*) *quod* verbum DOMINI; vel *qui* Micha. *i*) *vidit*, h. e. prophetauit. Vid. not. Amos 1, 1. *k*) i. e. contra 10. tribus, quarum Samaria, & Iudam, cuius Hierosolyma caput fuit. Metropoles tamen nominatim designat, quod vitia illic inprimis grassarentur, indeque ad vniuersas vtriusque regni prouincias effunderentur, coll. v. 5. 6. Samariam vero hic & v. 5. praemittit, quia regnum eius Iudaico non solum maius, sed prius quoque, quam illud, vastatum fuit, sicut scelere & impietate praeiuerat. ℣. 2. *l*) Simili compellatione suas inchoat conciones, ac Esaias c. 1, 2. & Moses Deut. 32, 1. excitationis caussa, vt de re maximi ponderis, non suo, sed ipsius Iehouae nomine dicturum attente ac reuerenter auscultent. Cf. infra c. 3, 1. 9. c. 6, 1. 2. 9. Esa. 34, 1. Ier. 6, 18. 19. c. 22, 29. & not. Am. 3, 1. Quia horribilem vastationem (inquit *Tarn.*) certo videt imminere, magno spiritu magnaque vehementia homines, qui sopitos in peccatis, conatur excitare ad suscipiendam curam emendandae vitae & auertendae poenae. Notabile a. est, quod iisdem plane verbis Noster incipiat, quibus prior *Micha*, filius Iimlae, suam concluserat olim prophetiam 1 Reg. 22, 28 Ceterum praedicitur hoc capite vtriusque regni euersio *I. generatim* v. 3. 4. subiuncta caussa v. 5. *II specíatim* a) Samariae v. 6. 7. 8. b) Hierosolymae & regni Iudaici, cuius nouem vrbibus sub elegantibus paranomasiis luctus, fuga & desolatio decernitur v. 9--fin. *m*) Miram syntaxin vocat *Lightfootus* Chron. p. 99. *vos populi, omnes illorum!* Verum כל proprie Substantiv. est; q. d. immo *vniuersitas illorum* (populorum) audiat. Nec insolens est, Vocatiuum sequi aut praecedere apud Hebraeos tertiam personam suffixi: quale est, quod sequitur: *o terra, & plenitudo eius!* it. Num. 16, 6. Iob. 17, 10. Per *populos* autem significat tribus atque familias Israeliticas, quippe ad quas noster aeque, ac prior Michas, verba fecit. Leu. 19, 16. c. 21, 1. Alii intelligunt populos totius orbis, quos putant veluti testes citari contra Iudaeos.

MICH. I, ℣. 1. אֲשֶׁר חָזָה Sic 1. 2. 6. 9. 20. ℣. 2. שִׁמְעוּ עַמִּים ita 3. 6. 9. 20. &c. 5.

הַקְשִׁיבִי אֶרֶץ וּמְלֹאָהּ וִיהִי אֲדֹנָי יְהוִה בָּכֶם לְעֵד אֲדֹנָי
3 מֵהֵיכַל קָדְשׁוֹ׃ כִּי־הִנֵּה יְהוָה יֹצֵא מִמְּקוֹמוֹ וְיָרַד וְדָרַךְ
4 עַל־בָּמֳתֵי־אָרֶץ׃ וְנָמַסּוּ הֶהָרִים תַּחְתָּיו וְהָעֲמָקִים
יִתְבַּקָּעוּ כַּדּוֹנַג מִפְּנֵי הָאֵשׁ כְּמַיִם מֻגָּרִים בְּמוֹרָד׃
ה בְּפֶשַׁע יַעֲקֹב כָּל־זֹאת וּבְחַטֹּאות בֵּית יִשְׂרָאֵל מִי־פֶשַׁע
יַעֲקֹב הֲלוֹא שֹׁמְרוֹן וּמִי בָּמוֹת יְהוּדָה הֲלוֹא יְרוּשָׁלִָם׃
6 וְשַׂמְתִּי שֹׁמְרוֹן לְעִי הַשָּׂדֶה לְמַטָּעֵי כָרֶם וְהִגַּרְתִּי לַגַּי
7 אֲבָנֶיהָ וִיסֹדֶיהָ אֲגַלֶּה׃ וְכָל־פְּסִילֶיהָ יֻכַּתּוּ וְכָל־אֶתְנַנֶּיהָ
יִשָּׂרְפוּ בָאֵשׁ וְכָל־עֲצַבֶּיהָ אָשִׂים שְׁמָמָה כִּי מֵאֶתְנַן זוֹנָה
8 קִבָּצָה וְעַד־אֶתְנַן זוֹנָה יָשׁוּבוּ׃ עַל־זֹאת אֶסְפְּדָה
וְאֵילִילָה

n) *ausculta.* Es. 10,30. c.34,1. o) h. e. & quicquid in ea est. Ps. 24,1. p) *& sit DOMINVS* &c. Nolite aspernari & flocci pendere tantum testem, qui iudicia sua pariter ac voluntatem serio ac palam vobis per me testatur. Id agit Propheta, vt populus verbum ab ipso annunciandum, non quasi hominis, sed (vti est reuera) ipsius Dei verbum suscipiat. 1 Thess. 2,13. q) *contra vos testis.* 1 Sam. 12,5. *Testificatur* a. Deus per seruos suos, serio & grauiter homines commonefaciendo de instantibus malis, ni resipiscant; vt ne quem habeant ignorantiæ prætextum, si pereant. cf. 2 Reg. 17, 13. Ps. 50,7. Ier. 42, 19. r) *DOMINVS*, inquam, sit contra vos testis. Emphatica repetitio, dignitatem testantis inculcans. s) *ex templo sanctitatis sua.* siue cæleste intelligatur, vt Ion. 2,5. Hab. 2,20. Ps. 11,4. siue terrestre, in quo sanctissimum eius Numen resederat, vt Ps. 79,1. certe, quia vtrumque sanctitatis est sedes, ea neutro illorum possunt nisi sanctissima prouenire oracula, sancte adimplenda; sancte non minus excipienda ab audientibus. cf. Ps. 60, 8.

✱. 3. t) Est vel inchoatiuum. q. d. *Quoniam*, vt explicare incipiam, quid vobis Iehouah per me testetur. Vel caussale, s. motiuum attentionis. q. d. Habetis vtique auscultandi prægnantes caussas, *quoniam ecce* &c. adeoque, nisi auscultaueritis, grauissimam Dei iram sentietis. u) *exiturus est e loco suo*, quem maiestate sua implet; indeque (nimirum de cælo. Ps. 115,3.) manifestabit iram suam super omnem impietatem & iniustitiam Rom. 1, 18. *Exire* vel *descendere* dicitur Deus, non qs. loco moueatur, quippe qui vniuersa Numine suo implet, sed vt per

per operationes vel gratiæ vel (vt h. l.) iustitiæ se

l יהיר ו

se patefacturus intelligatur. Es. 26,21. Zach. 14, 3. Hinc Ion. *conspicuum sese faciet*, vel *manifestabit*, *de loco domus maiestatis suæ.* Contra *ad locum suum regredi dicitur*, cum gratiæ operationes retrahit, Hos. 5, 15. x) *et descendet*, sc. de cælo, tanquam loco suo. Gen. 11,7. ad quem locum B. *Luth. Descendit* Deus, inquit, non re s. substantia, est enim vbique; sed desinit dissimulare, desinit esse longanimis, & incipit reuelare peccatum, punire & arguere. Homines igitur securi, qui antea eum longe iudicabant abesse, nunc præsentem esse vident, ac pauent. cf. infra v. 12. & Ps. 144, 5. Es. 63, 19. c. 64, 1. y) *& calcabit super celsis terræ*, ad demonstrationem suæ potentiæ & iræ, cui & altissima quæque subiicientur. cf. Amos 4, 13. ibidemque not. z) Pl. cum gemina terminatione, Masc. & Fem. vt Es. 58, 14. Iob. 9, 8. quale est מְרַאֲשֹׁתָיו 1 Sam. 26, 12. ✱. 4. a) *Et liquabuntur*; velut in aquas resoluti diffluent, vt qui præsentiam irati Vindicis sustinere nullo modo poterunt. Ps. 97,5. Figurate operationes & effectus iræ diuinæ, in desolatione vtriusque regni, describit. cf. Amos 9, 5. 13. Es. 34, 3. c. 63, 19. c. 64, 1. Ps. 97, 5. b) *& valles.* Es. 28, 21. Summa & ima nominat, vt iudicii vniuersalitatem in cunctis vtriusque regni ordinibus ac locis innuat. c) *findent se*, sua sponte findentur, ingentique concussæ motu hiabunt Num 16, 31. Zach. 14, 4. d) *velut cera* (4) Ps. 68,3. e) cf. Es. 64,1. f) *effusæ* v. 6. 2 Sam. 14,14. Particip. Hoph. a נגר. g) *in descensu*, (4) Ios. 7, 5. h. e. in loco decliui, vbi consistere aqua nullo modo potest, sed præcipiti cursu deorsum fertur.

✱. 5. h) Quod si *caussam* aueas scire, ob quam Deus ita, vt v. 3. 4. comminatus est, sit facturus; Resp. *Ob præuaricationem Iacobi* s. Iacobitarum. c. 3, 8. cf. Amos 2, 4. 6. Es. 1, 2. i) eueniet *hoc omne.* Exaggeratiuum est, vt Es. 5, 25. c. 9, 20. Ps. 44, 18. q. d. malum horrendum & ingens, quod multas secum feret strages, vt malorum illas rectius possit dici, quam simplex & vnum. k) *Quis* vero est caussa *præuaricationis*? Sic v. 13. *principium peccati* metonymice, pro prima peccandi caussa vel occasione. Interrogat מִי non de rebus, sed de personis; itaque hac versione opus habuimus. cf. not. Iud. 13, 17. l) *nonne Samaria?* h. e. incolæ eius, maxime vero Reges, qui populo idololatriæ & peccandi auctores fuisse passim leguntur 1 Reg. 14, 16. c. 15, 26. 30. c. 16, 13. 26. &c. Videlicet ex aula in vrbem regiam, & vicissim ex hac in prouincias manauit impietas. Vid. not. supra v. 1. m) *& quis* auctor vel caussa *celsorum* Iudæ? in quibus delubra & aræ deorum 2 Reg. 23, 8. Ez. 16, 16. c. 20, 28. 29. n) Hoc eodem modo intelligendum, ac præcedens nomen *Samariæ.* Cf. de Regibus Hierosolymæ 2 Reg. 16, 31. 2 Par. 21, 11. c. 28, 25. de prophetis eius Ier. 23, 15. ac tota denique vrbe, quatenus vniuerso regno Iudaico corruptelam inuexit c. 32, 35. ✱. 6. o) *Ideo vero ponam* vel *faciam*, inquit DOMINVS, vt Ier. 19, 8. Transit nunc ad excidium Samariæ speciatim exponendum, sicut ad initium v. 1. vbi argumentum huius capitis digerebamus, monuimus. p) cf. not. v. 1. q) *in acervum agri*; h. e. ita eam desolabo, vt præter aceruos ruderum agrumque vel aream nihil superfuturum sit. c. 3, 12. Ier. 26, 18. Ps. 79, 1. cf. Es. 17, 1. In collem, qui aretur; *Grot.* Vt est apud Poetam -- *& campos, vbi Troia fuit.* r) *in loca plantationum vineæ*, ita vt vineæ plantentur, vel plantari possint, vbi iam vrbs Samariæ est. Ez. 17, 7. c. 31, 4. Respicitur ad situm Samariæ, quæ montana vrbs erat 1 Reg. 16, 24. vnde & *mons Samariæ* dicitur Am. 4, 1. c. 6, 1. Ion. *in locum desolatum plantationis vineæ.* s) *& effundam, defluere faciam*, h. e. præcipitabo atque disiiciam, vt nec vnus super alium maneat Matth. 24, 2. Respicitur ad allegoriam ab aqua ductam v. 4. cf. Ier. 18, 21. t) *in subiectam vallem*, quæ Es. 28, 1. 4. *vallis pinguedinum* appellatur. u) *lapides eius* ceterasque macerias, e quibus constructa est. Ez. 26, 12. Ps. 102, 15. x) *& fundamenta eius retegam*, h. e. faciam, vt nuda sine ædificiis fundamenta adpareant: vrbem demoliar funditus. Ez. 13, 14. 2 Sam. 22, 16. cf. Ps. 137, 7. & not. Hos. 14, 1. ✱. 7. y) *sculptilia eius*, quorum cultum omittere pertinaciter recusauit Es. 10, 10. Vid. not. Ier. 48, 35. Neque enim est simplex hæc mali prædictio, sed simul caussæ commemoratio, vt supra Amos 3, 14. z) *contundentur* Es. 24, 12. 2 Par. 34, 7. a) *mercedes meretriciæ eius*, domus & opes, quas idolis suis acceptas tulit, impie de illis, quasi præmium idololatricæ superstitionis essent, glorianda, coll. Hos. 2, 14. c. 9, 1. it. Es. 48, 5. b) *idola eius*, cum idoleis 1 Sam. 31, 9. cf. Hos. 4, 17. Ion. *idolea eius.* c) Leu. 26, 33. Ier 6, 8. d) *de mercede meretricia collegit*; i. e. quidquid opum hucusque collegit, fuit de meretricia mercede, seu species illius; quippe idolis, quibuscum fornicata est, in totum tribuit atque dicauit: Iehouah hic nihil fecerat, nec voluit gens improba pro meo beneficio id agnoscere. Vide modo notata. e) De struendis opibus dicitur Prou. 13, 11. c. 28, 8. f) *itaque etiam ad -- reuertentur.* Prouerbialis locutio. Male lucrata est, male perdet. vel, vt Comicus apud Cic. 2 Philipp. ait, *Male parta, male dilabuntur.* Meretricius quæstus est abominanda res Domino Deut. 23, 19. stabilem igitur non sinet esse: ex turpi re nascitur; turpiter etiam & vilissimo modo disperibit. cf. hic iterum Prou. 13, 11. In phrasi est aliquid analogum cum Gen. 3, 19. ✱. 8. g) Potest ad antecedentia æque, ac sequentia v. 9. seqq. referri. h) *plangam*, (cf 2 Sam. 1, 12.) inquit Propheta, ad significandum tum atrocitatem imminentis mali, tum piam Dei voluntatem; qua inuitus nec sine dolore plagas hominum pertinaciæ infligat. Cf. similes prophetarum threnos Es. 16, 9. Ier. 48, 31. atque in Lamentis Ieremiæ passim.

✱. 2. הַקְשִׁיבִי אָרֶץ sic 1. 2. 3. ✱. 5. הֲלוֹא *deficit* vtrumque, sc. *Maj. impr.* vti videtur; quæ vero in mendo cubat, vti ad Amos 5, 20. notauimus.

ואילילה אילכה שילל וערום אעשה מספד כתנים
9 ואבל כבנות יענה׃ כי אנושה מכותיה כי־באה
י עד־יהודה נגע עד־שער עמי עד־ירושלם׃ בגת
אל־תגידו בכו אל־תבכו בבית לעפרה עפר
11 התפלשתי׃ עברי לכם יושבת שפיר עריה־בשת
לא יצאה יושבת צאנן מספד בית האצל יקח מכם
12 עמדתו׃ כי־חלה לטוב יושבת מרות כי־ירד רע

מאת Ff ff 3 עה ג

i) *spoliatus* ab hostibus veste; (ita sequens, *& nudus*, foret epexegesis.) vel, quasi *spoliatus* mente, consilii animique expers, vt Iob. 12, 17. 19. k) cf. Es. 20, 2. l) *planctum* v. 11. Am. 5, 16. 17. m) *sicut dracones*. ita Ar. harmonico vocabulo תנאנין, ex Græco τ. LXX. δρακόντων. Nomen alludit ad *thannoth*, quod θρηνεῖν *plangere* explicant vetustissimi interpretes Iud. 11, 40. Fortasse ad horrendos draconum sibilos respicitur, quibus deserta personant. *Bochart.* P. II. c. 14. p. 437. Cf. *dracones* simil in materia, struthionibus similiter, vt hoc loco, junctos Iob. 30, 29. Ac *I. Ludolf.* Comm. Hist. Aeth. p. 159. mavult de *crocodilis*, quam *draconibus*, intelligere; quod hi quidem stridorem vehementem & sibilum edant, sed non planctum, illos vero plorare & plangere prisci tradiderint, vnde prouerbium de *lacrimis crocodili*. ita cf. Ez. 29, 3. c. 32, 2. n) *& luctum* Ier. 6, 26. o) *sicut struthiones feminæ*, Es. 13, 22 quæ lugubres admodum & clamatoriæ Iob. 30, 28. vid *Boch.* P. II. lib. II. c. 14.

℣. 9. p) *desperata, immedicabilis* est. Ier. 15, 18. c. 30, 15. Habet aliquid affinitatis cum יאש, Niph. נואש *desperatum esse*: eodemque se modo habet, ac חלה *ægrotauit*, quod voce passiua *incurabilitatem morbi* significat Ier. 10, 19. Immedicabile autem hoc loco dicitur, quod humana ope reparari non poterat, neque a Deo ipso, nisi longissimo post tempore, erat curandum, coll. Ier. 30, 13. 17. q) vnaquæque *plagarum ipsius*, quas ab Assyriis accepit Ier. 30, 12. c. 19, 8. r) *quoniam peruenit* s. penetrauit v. 15. q. d. S. in decem tribubus malum

שולל קרי

lum subsistisset, dolor saltem aliquo modo foret consolabilis: iam vero luctum non si-

התפלשי ק

ne caussa ingentem facio, *quoniam* &c. Adeoque deuenit nunc Propheta specIatim ad Iudaici regni excidium exponendum. cf. 2 Reg. 17, 18. 19. 20. s) Ordinem iudicii diuini innuit. Initia namque habuit in Samaria ac 10. tribubus, per Assyrios deportatis; interiectis 131 annis (coll. 2 Reg. 18, 10. cum c. 25, 2.) ad Hierosol. regnumque Iudaicum peruasit. t) *pertigit*, instar lethiferi ictus, qui ad interiora penetrans vitam iugulat. Ier. 4, 10. 18. Vel; *attigit*, iusto qs. ordine Iob. 4, 5. u) quod sequitur, *vsque ad Hierosolymam*, epexegesis est. v. 12. Vid. not. Obad. 13. x) De Assyriaca sub Sancheribo in Iudæam irruptione explicat hoc *Tarn.* coll. 2 Reg. 18, 13. 17. vbi cum ad Hierosolymam vsque Sancheribus venisset, ab Angelo inde mirabiliter reiectus legitur, postquam vicinis oppidis & agro Hierosolymitano magnam calamitatem intulisset. Malumus tn. de Babylonica inuasione sub Nebucadnezare interpretari, ob mentionem *captiuitatis* seu *deportationis* v. 16. & 11. quæ ab Assyriis quidem nuspiam facta legitur, sicut nec fieri ab iis in tam præcipiti fuga potuit. Ita igitur עד inclusiuum erit, si ut modo erat ante יהודה, & Iob. 4, 5. q. d. ne Hierosolyma quidem immunis erit ab hoc malo. Interim si quis Sancheribi inuasionem, quæ tempore huius vaticinii instabat, ceu Babylonicæ præludium, velit includere, nos aduersantes neutiquam habebit. cf. Es. 10, 28. seq.

℣. 10. y) Philistæorum vrbe, quæ subacta quidem fuerat a Dauide 1 Par. 18, 1. postea vero iuri suo restituta, coll. 1 Reg. 2, 39. inimicum contra Iudæos seruauit animum. z) ne improbum de vestro excidio gaudium Philistæi concipiant. Est velut parodia Dauidicæ threnologiæ 2 Sam. 1, 20. cuius sensus: optandum vobis esset, vt Philistæi, si fieri posset, nunquam hoc rescirent, quia tantum de vestro malo gaudebunt. cf. Thr. 1, 21. c. 2, 16. a) sc. in conspectu Philistæorum, hostiumue quorumlibet. b) *In Beth - Aphra*, q. d. *in domo pulueris*. Forte, est *Ophra* Beniaminitarum Ios. 18, 23. 21. 1 Sam. 13, 17. Alia Manassitarum Iud. 6, 11. Præfixum ל, vti in appellatiuis, ita h. l. in proprio nomine, circumscriptioni casus genitiui inseruit. Ceterum hæc *Nomina*, quibus vtitur Michas, non tam vsitata, quam *paronomastica* esse, suspicatur *Hillerus* Onom. S. p. 950. c) *puluere consperge te*. Elegans paronomasia, cuiusmodi sequuntur plures. Perinde est enim, ac si Latinus diceret: Vos qui *Lutetiæ* estis, fœdate vos *luto*. d) *Cthib* textuale efferendum in Præterito, estque per enallagen pro Fut. cum Iod paragogico, *consperges te* (4) Ier. 6, 26. Ez. 27, 30.

℣. 11. e) *Transi vobis*, sc. in captiuitatem, coll. v. 16. Es. 47, 2. Mira syntaxis: quæ vero inde est, quod sequens יושבת est singulare collectiuum, significans *integrum habitantium cœtum*; adeoque modo cum Singulari, propter terminationem, modo cum Plur. propter significationem, iungi potest. Quamobrem sic resoluenda disparitas numeri: *Transite vobis, o incolæ*. f) *Schaphir*, q. d. quæ quondam *pulcherrima* eras. cf. Rad. Ps. 16, 6. *Hillero* Onom. S. p. 950 est *Para*, itidem Beniaminiticæ fortis oppidum Ios. 18, 23. pro פארה, quod *ornatam* sonat. g) in *nuditate* (6) & *pudore*. Asyndeton. Ez. 16, 7. 22. 39. c. 23, 29. Hab. 3, 9. Vel: *nudata pudendis*, nudo corpore, vt accidit iis, qui detractis vestibus abripiuntur in captiuitatem. *Menoch.* cf. Es. 47, 23. Hos. 2, 12. Nuditas priscæ opponitur pulchritudini & ornamentis. h) *non* amplius *exibit*, lætaque suas educet copias Am. 5, 3. aut greges. *Ion.* *Non exibunt salui incolæ Tsaananis*. i) Dictum est a יצא seu *exeundo* in genere, vel a צאן seu copia *pecoris* sub pastoritia virga exeuntis, qs. *pecorosum* oppidum. *Hillerus* l. c. interpretatur *Tsenam* Iudæ Ios. 15, 37. k) *planctus*. Constr. ab absoluto *mispad* v. 8. l) Pr. loci, ad cuius adpellatiuam significationem procul dubio, sicut in antecedentibus & seqq. alluditur. אצל vicinitatem vel situs propinquitatem (*iuxta, prope*) sonat; Vid. Ez. 43, 6. Dan. 8, 17. & cf. Zach. 14, 5. adeoque *Beth - Etsel* esset locus, *iuxta* quem fugientes tuti possint *consistere*, (cf. enim sequens עמדתו.) aut malorum *subsistere* cursus. Nisi forte alludatur ad cognatum sonum צל *vmbra*, q. d. *domus vmbræ*, quæ vmbram videbatur ex fuga fessis præbitura, coll. Ier. 48, 45. *Hillerus* l. c. intelligit *Atselitas* ex tribu Beniamin, quorum vrbs dicta sit *Motsa*, de nomine *Motsa*, qui *Atseli* fuit abauus Ios. 18, 26. 1 Par. 8, 37. 38. m) *auferet a vobis consistentiam suam*. (1) Sensus: *Bethhaetsel*, quæ & ipsa lugebit, nullum fugientibus vobis vel *vmbram* præbebit, in qua consistatis, vel *terminum* figet malo ad subsistendum. ℣. 12. n) Est *explicatiuum* potius, quam caussale. q. d. *Nam* vt mali progressum & magnitudinem vlterius explicem. o) *indoluit* s. *dolebit* Ier. 5, 3. idque dolore *amarissimo*: alluditur enim ad sequens *Maroth*, quod *amaritiem* sonat. p) *ob ablatum bonum*. cf. similis vsus præfixi ל Es. 38, 17. q) Pr. loci ab *amaritie*, vt dictum. cf. Es. 33, 7. Ier. 2, 19. Num vero idem ille sit locus cum *Iarmuth*, oppido Iudæ Ios. 15, 35. non audemus definire, licet hoc placuerit *Hillero* Onom. S. p. 951. r) imbris instar *descendit malum*. cf. supra v. 3. Es. 55, 10. Ex. 9, 19.

℣. 8. אילכה *defect.* 3 5. sic fu. 2. contra *Mas.* 1. 2. *impr.* & *Erff.* h l. & *impr.* ad Ez. 2. 9. ℣. 10. Pro (אל־תבכו) ל״ quod expunxit, substituit לא 2. לעפרה *Ain per Kometschat*. 1. 2. 5. contra *M. I.*

13 מאת יהוה לשער ירושלם: רתם המרכבה לרכש
יושבת לכיש ראשית חטאת היא לבת־ציון כי־בך
14 נמצאו פשעי ישראל: לכן תתני שלוחים על מורשת
טו גת בתי אכזיב לאכזב למלכי ישראל: עד הירש
אבי לך יושבת מרשה עד־עדלם יבוא כבוד ישראל:
16 קרחי וגזי על־בני תענוגיך הרחבי קרחתך כנשר כי־
CAP. II. ב גלו ממך: הוי חשבי־און ופעלי רע על־
2 משכבותם באור הבקר יעשוה כי יש־לאל ידם: וחמדו
שדות

Alterunt. Id enim facile colligitur ex praecedenti ראשית 1 Par. 29, 17. Prima igitur haec vrbs fuit in Iudaico re-

חסר א

gno, quae vi-

culorum cultum, ab Ierobeamo excogitatum, sus-cepit & imitata est. Eam sequutae postmodum plures, v. g. *Beerſabe* Am. 5, 5. Probabile est, hoc euenisse sub regno Iorami, coll. 2 Par. 21, 6. 13. & Abaziae c. 22, 3. 4. Ceterum licet hoc momentum taceant libri Regum & Paralipomena, tamen ex hoc loco Prophetico abunde discitur. Quale est *terrae motus* tempore Vziae, aliaque, de quibus loquuntur Prophetae, silente historici sacri. e) Idololatriam puta, quae in Israelitico regno grassabatur, v. 5. Am. 3, 14. ✠. 14. f) Caussalis particula referenda vel ad proxime praecedens v. 13. sc. quod Israeliticam idololatriam filia Tsionis, ad exemplum vrbis Lachisch, imitata est; vel ad remotius v. 5. g) *dabis*, sc. o Lachisch v. 13. vel potius per apostrophen, *o filia Tsionis*; quam & infra v. 16. videtur compellare. h) Difficile h. l. vocabulum. (3) Ex. 18, 2. 1 Reg. 9, 16. Priori loco *dimissiones* vel *remissiones*, posteriori *donum elocationis* (emissionis ex domo patria) vel *dotem* significat. Heic nonnulli: *dabis munera* (ad placandum hostem, vel redimendam vitam) *vna cum* (vt Ex. 35, 22.) oppido *Moreſcheth Gath*. At Cocc. *libellum dimissionis super -- Gath*. Itaque hic foret sensus: Iuri tuo in -- Gath renunciabis, eamque aliis ipso facto permittes, permittere saltem cogeris, velut cessionis instrumentum (sicut fieri in fundorum venditionibus solet) dedisses. Ita cf. v. 15. *Adhuc alium heredem adducturus sum tibi*. & c. 2, 4. *Fundum populi mei mutat* Deus, alios ei dando possessores &c. Sic Verbum שלח est aliquid *cedere* vel *dimittere* e potestate sua Deut. 15, 12. c. 21, 14. Iob. 8, 5. c. 39, 5. i) *Moreſcheth-Gath* seu in vicinia vrbis Gath. v. 10. vnde patronymicum *Moraſchtaeus* v. 1. quidam deducunt, quod tamen a sequenti מרשה etiam potest esse. At Cocc. adpellatiue, vt Deut. 33, 4. *super hereditate Gath*. q. d. Fundos, quos habuisti hucusque prope vrbem Gath, perdes in posterum. k) *Achſib*, q. d. *mendacis vrbis*, coll. seq. אכזב. Est & hoc oppidum Iudae, vicinum Mareschae Ios. 15, 44. idem forte quod *Cſibh* Gen. 38, 5. Alia huius nominis Aseritarum vrbs Ios. 19, 29. Iud. 1, 31. Latinis *Ecdippa*. l) *in frustrationem* (2) Ier. 15, 18. dum hostibus cedent, in quas iurisdictionem sibi Israelitici Reges perpetuam spoponderant. m) *Regibus Iſraeliticis*, h. e. Iudaicis. Nam hi quoque interdum, vbi nulla est ad 10. tribuum Reges oppositio, sic vocantur, v. g. 2 Par. 21, 2. 4. c. 28, 19. quia partem populi Israelitici, duas videlicet tribus, regebant. cf. ibid. c. 11, 3. c. 12, 1. 6. ✠. 15. n) *Adhuc alium heredem*, sc. hostem. o) *adducam*. Excidit א per Apocopen, vt 1 Reg. 21, 21. p) *habitatrix Mareſchae*. Pr. vrbis in tribu Iudae 1 Par. 2, 42. 2 Par. 11, 8. patria Elieseris Prophetae, qui contra Iosaphatum est vaticinatus 2 Par. 20, 37. ipsiusque Michae, coll. supra v 1. Eadem quae מראשה Ios. 15, 44. Adpellatiue *hereditatem* sonat, a ירש q. d. o *Mareſchtita*, possedistis hucusque vrbem vestram & circumiectos fundos *hereditario iure*; sed mox adducam, qui, pulsis veteribus colonis, in hereditatem istam succedant. q) qui hostis *ad Adullamum vsque perueniet*, hanc quoque & reliquas Iudae vrbes velut hereditatem suam occupaturus. Ios. 15, 35. 1 Sam. 22, 1. 2 Sam. 23, 13. 1 Par. 11, 15. 2 Par. 11, 7. Lusus est in particula *Ad*, quae principio Nominis Adullam continetur. r) immo *ad gloriam Iſraelis* veniet. Quidquid Israel gloriosum & praestans habet, totum peruadet, sibique vindicabit. Es. 17, 3. 4. cf. Hos. 4, 7. c. 9, 11. *Tarn*. de Hierosolyma inprimis explicat, coll. v. 9. & Ps. 48, 2. 3. 12. 13. ✠. 16. s) *Fac caluitiem*. Leu. 21, 5. cf. Es. 22, 12. Ier. 16, 6. t) *& reſeca* pilos, ritu grauiter lugentium Ier. 7, 29. Iob. 1, 20. cf. Esr. 9, 3. & vide sis *Curtium* lib. X. c. 5. Alloquitur autem hic non vnam ciuitatem, sed totam Iudaicarum vrbium, sub schemate orbae matris, collectionem. u) *deliciarum tuarum*, quos in deliciis habebas (5) c. 2, 9. Prou. 19, 10. x) *dilata* (latissimam tibi induc) *caluitiem*. Es. 3, 24. cf. Ier. 16, 6. Ez. 27, 31. y) *ad instar aquilae*, quum ineunte vere, sicut aues rapaces reliquae, plumarum defluuio fit obnoxia. Ps. 103, 5. cf. Es. 40, 31. z) *migrabunt* filii tui *a te* in exilium. cf. not. v. 9. CAP. II. ✠. 1. a) *Vae!* Es. 1, 4. Quemadmodum in capite primo reprehendit Propheta peccatum contra primam tabulam praecipuum, idololatriam, quae vergit in Dei contemtum; ita in hoc secundo capite incipit arguere vitia, quae contra secundam tabulam, & quae vergunt in damnum proximi. *Tarn*. Adde quod hic opulentiorum atque magnatum vitia potissimum arguat, sicut c. 1. totius populi. Sunt autem *duae* huius capitis *partes*, *I. Elenchtica s. comminatoria*, contra magnates & opulentiores, propter rapinas & verbi Prophetici contemtum v. 1--11. *II. Euangelica*, continens promissionem vniuersalem de recollectione & multiplicatione Israelis, ac missione Christi v. 12. 13. b) Ez. 11, 2. Ps. 35, 4. c) *iniuſtitiam*. Ier. 4, 14. Ps. 6, 9. d) *& molientibus*, *machinantibus*. Distinguitur ab *exſequutione*, de qua sequens comma; vt Es. 41, 4. Sc. *operationem* cordis alicubi notat potius, quam effectum externi operis, coll. Ps. 58, 3. e) Ps. 36, 5. Hos. 7, 14. Vid. contrar. Ps. 4, 5. f) i. e. *ſimul ac mane illuxit*. 1 Sam. 14, 36. c. 25, 34. 36. Hos. 7, 6. cf. Gen. 44, 3. 1 Sam. 29, 10. Exsecutionem sceleris, quod noctu conceperunt, non diu differunt. g) *faciunt*, *exſequuntur illud*. addit Syr. *quod cogitarunt*. cf. Ier. 44, 25. h) Posset conditionaliter sumi: *quando*, *ſi*. q. d. Voluntas certe ad faciendum non deest ipsis, modo possint, & vires suppetant. Sed quoniam magnates potissimum & principes per totum caput alloquitur, quibus vero haud desunt vires; itaque malumus caussaliter: *quia*. Ita sensus hic erit: Nihil non suae lubidini indulgent; quam si quid adficit, id rapiunt sine mora, neque vel inspectantis Numinis timore, neque iustitiae legibus retinentur: sufficit ipsis hoc vnum, quod potentia valeant. Sed hic abusus potentiae est. cf. Ps. 12, 5. i) *eſt ad hac manus illorum* sc. potens, coll. אל Gen. 19, 8. 1 Par. 20, 8. vel potius prouerbialiter: *eſt pro Deo manus illorum*, coll. Hab. 1, 11. & illo Mezentii apud *Virgil*. Aen. X. v. 773. *Dextra mihi Deus* & telum, quod missile libro, Nunc adsint. *Inn. quoniam in manu eorum eſt potentia*. Vid. Gen. 31, 29. Deut. 28, 32. ✠. 2. k) *Et praue concupiſcunt*, inque animum inducunt rapere alienos *agros*, contra Praeceptum IX. Ex. 20, 14. c. 34, 24. Ios. 7, 21.

r) velut e caelo Gen. 19, 24. Additur hoc, vt adpareat, malum id obtigisse Iudaeis non caeco casu, sed suprema gubernatione Dei, ceu iusti iudicis. Am. 3, 6. Thr. 3, 37. vbi videsis nostras adnotationes. t) vid. v. 9.

✠. 13. u) *Iunge currum* (1) Rad. Ar. *obligauit*, *circumligauit*. cf. אסר Gen 46, 29. *Bocharto* Hieroz. P. I. col. 100. רתם proprie est *ligare fune ſparteo*, quia רותם est *ſpartum vel geniſta* 1 Reg. 19, 4. 5. Est vero constructio ad sensum potius, quam ad Grammaticae leges, qua Masc. רתם cum seq. *habitatrix* iungitur: nimirum quia *habitatores* sub collectiuo feminino intelligit; ita vt *habitatrix* perinde sit, ac si dixisset; *quiſquis habitas*. x) *equo celeri* (4) 1 Reg. 5, 8. frustraneo licet conatu; sc. vt celeri fuga te proripiens, mala impendentia vites. Rad. רכש est *acquirere*, vnde רכוש *acquiſitio*, *poſſeſſio*, & nostrum *Recheſch*, primo *pecus* vel *iumentum* quoduis, vt gr. κτῆνος; deinde iumentorum nobilissimum, *equus*, adeoque in equis, qui *nobiliſſimus* est. Boch. Hieroz. P. I. col. 101. Ceterum ludit Propheta sonorum vicinitate, quae est in proprio *Lachiſch* & appellatiuo *Recheſch*. y) Vrbs Iudae campestris, occidentem versus, ad Philistaeorum terminos Ios. 15, 39. a Sennacheribo obsessa 2 Reg. 18, 14. 17. a Babyloniis postmodum, cum reliquis ciuitatibus Iudae, euersa. z) Caussam huius iudicii specialissimam adspergit. q. d. Nec immerito illud vrbs Lachisch patietur malum: nam *principium*, h. e. prima caussa *peccati illa* extitit. Vid. not. v. 5. Sic Prou. 17, 14. *initium contentionis*, pro primo illius auctore & caussa. a emphatica personae enallage, vt Gen. 49, 4. b) h. e. Hierosolymae & regno Iudaico. Es. 1, 8. c) *in te*, vrbs Lachisch. d) *inuentae ſunt*, i. e. primum exsti-

---

✠. 13. Pro פשעי hab. פשעי *praeuaricatores* 1. 3. & in marg. 6. 9. ✠. 15. עד per *Rbia* 1. 2. 5. ✠. 16. וגזי *Zain* cum Dag. 5. 15. 17. 18. 23. 24. sic su. 2. Alii sine eo.

שָׂדוֹת וְגָזָלוּ וּבָתִּים וְנָשָׂאוּ וְעָשְׁקוּ גֶּבֶר וּבֵיתוֹ וְאִישׁ
3 וְנַחֲלָתוֹ׃ לָכֵן כֹּה אָמַר יְהוָה הִנְנִי
חֹשֵׁב עַל־הַמִּשְׁפָּחָה הַזֹּאת רָעָה אֲשֶׁר לֹא־תָמִישׁוּ
מִשָּׁם צַוְּארֹתֵיכֶם וְלֹא תֵלְכוּ רוֹמָה כִּי עֵת רָעָה הִיא׃
4 בַּיּוֹם הַהוּא יִשָּׂא עֲלֵיכֶם מָשָׁל וְנָהָה נְהִי נִהְיָה
אָמַר שָׁדוֹד נְשַׁדֻּנוּ חֵלֶק עַמִּי יָמִיר אֵיךְ יָמִישׁ לִי לְשׁוֹבֵב
ה שָׂדֵינוּ יְחַלֵּק׃ לָכֵן לֹא־יִהְיֶה לְךָ מַשְׁלִיךְ חֶבֶל
6 בְּגוֹרָל בִּקְהַל יְהוָה׃ אַל־תַּטִּפוּ יַטִּיפוּן לֹא־יַטִּפוּ
7 לָאֵלֶּה לֹא יִסַּג כְּלִמּוֹת׃ הֶאָמוּר בֵּית־יַעֲקֹב
הֲקָצַר רוּחַ יְהוָה אִם־אֵלֶּה מַעֲלָלָיו הֲלוֹא דְבָרַי

ייטיבו Ffff 4 עה ד

l) & concupitos *rapiunt*, contra præceptum VII. Vt quisque concupiuit aliena, rapit & occupat. c. 3, 2. Ez. 18, 12. 16. 18. Pf. 35, 10. cf. 1 Reg. 21, 1. *m*) & *domos* concupifcunt, concupitasque *auferunt*. Num. 16, 15. cf. Ef. 5, 8. *n*) & *per vim opprimunt* aut *rapiunt* (neque enim differt עשק a גזל, nisi quod paulo latius forte pateat. Leu. 5, 21. coll. Ier. 22, 3. vbi גזול *qui vim patitur*, & עשוק *qui iniuriam infert*, funt correlata) *virum & domum ipfius* &c. videlicet homines ad feruitutem. coll. Am. 8, 6. domos vero ac fundos ad iniuftã vfucapionem. Verbum dicitur tam de eo, quod iniufte aufertur Mal. 3, 5. quam fubiecto, cui aufertur Leu. 19, 13. Am. 4, 1. Prou. 22, 16. *o*) cf. 1 Reg. 21, 3. 15. Ez. 45, 8.

℣. 3. *Propterea*. Refpicit ad facinora v. 1. 2. defcripta. *q*) *cogito - malum*, i. e. machinor, vel, hoc ago, vt inferam. Ier. 26, 3 c. 36, 3. Thr. 2, 8. Vtitur autem hoc verbo vel fimpliciter, quatenus propofitum notat, vel in *antanaclafi* ad culpam, coll. *cogitantes* v. 1. Q. d. Sicut illi malum culpæ, ita vicifsim ego malum pœnæ, culpa promeritum, *cogito*. *r*) *familiam hanc*, f. peffimum hoc hominum genus. Ier. 8, 3. *s*) *malum*, Am. 3, 6. collis veftris inftar grauifsimi iugi incubiturum. Quæ quidem propter fequentia addimus, in quibus *malum* iftud fub fchemate *iugi* concipiendum proponitur. *t*) *vnde* vel *ex quo non recedere facietis*, id eft, extrahetis vel expedietis. v. 4. Ef. 22, 25. Iugum hoc non tam facile excutietis, ficut folent aliquando indomitæ iuuencæ. *u*) *colla veftra*. Ier. 27, 12. *x*) cum *elatione*. (1) i. e. elate, vel, vt Syr. habet, *ftatura recta*; vt folent qui fuperbiunt aut bono funt animo. Pf. 89, 25. Seruitus & cetera mala in terram vos depriment. cf. contr. Leu. 26, 13. *y*) *tempus* infigniter *malum*, vel, exfequendi *mali*. vid. not. Am. 5, 13.

℣. 4. *z*) *Proferet* quis. fubintellecto איש. Latine diceres: *proferetur*. Num. 23, 7. Ef. 14, 4. Am. 5, 1. *a*) trifte vel lugubre *dicterium*, quod mox fpecialiori vocabulo *lamentum* dicitur. Tale enim, non vero falfum, neque ab hoftibus, fed ipfo Ifraelitico populo, fuam deploraturo fortem, proferendum, intelligi debere, oftendit fequens oratio & accentuum nexus. *b*) & *lamentabitur* (3) 1 Sam. 7, 2. Ez. 32, 18. cf. הו הו *heu heu!* Am. 5, 16. הי Ez. 21, 10. & הה *ah!* Ez. 30, 2. quæ funt *eiulantium* particulæ, & cum hac noftra radice conueniunt. *c*) *lamentum lamenti*, h. e. admodum *lamentabile*, Ier. 9, 17. 18. 19. *d*) *Dicet* nimirum eiulans. *e*) *miferre deuaftati fumus*. Niph. (1) Ier. 4, 20. c. 10, 20. *f*) *portionem* (i. e. fundos feu terram) *populi mei* Iof. 19, 9. *g*) *mutat* Deus, transferendo eam ad alios dominos, trufo populo fuo. Ier. 2, 11. cf. fupra c 1, 15. & hic v. 5. *h*) *Quomodo*, i. e. quanta & quam trifti rerum conuerfione! Ier. 9, 18. c. 51, 41. *i*) *recedere facit* v. 3. h. e. aufert, vel eripit *mihi*! Subintellige Accufatiuum vel ex antecedd. *portionem meam*, vel ex feqq. *agros noftros*. Alii: *Quomodo* quicquam *euadet mihi*! intranfitiue, vt Ex. 13, 22. Nah. 3, 1. fed coactius. *k*) nam *vt reuerti* a nobis *faciat* (h. e. demtos nobis in alios conferat) *agros noftros* &c. שוב fæpe *iterationem motus a loco* potius, quam *ad locum* fignificat. vid. not. Ier. 40, 5. Ita h. l. tranfitiuum שובב dicitur non refpectu eius, ad quem, fed a quo reuertentur agri. Alii ita: *vt reddamus* (cedamus inuiti) *agros noftros*, per fas & nefas partos, coll. v. 2. & Iob. 20, 10. *l*) nouam quafi terræ *diuifionem* Deus *inftituit*. in oppofitione ad prifcam illam a Iofua factam Iof. 13, 7. Alii: hoftis *fibi diuidit* agros, coll. Ioel 4, 2.

℣. 5. *m*) Reaffumitur ex v. 3. *Propterea*, inquam. Adeoque ad v. 1. & 2. non minus quam illud, refpicit. *n*) *tibi*, quisquis aliorum agros domosque rapis v. 1. 2. Neque enim hic totum alloquitur populum, fed partem aliquam (vt fequitur) *in cœtu Domini*; fc. potentiores, *quibus erat pro Deo manus fua* v. 1. *o*) *proiiciens funem in fortem*, ad dimetiendos fundos hereditarios, fortitione diftributos, vt quod fuum eft quisque capiat. cf. Iof. 17, 14. c. 18, 10. c. 19, 9. Am. 7, 17. Senfus: Nullius fundi hereditatem in terra populi Dei porro adibis. *p*) Subinnuit, huiusmodi homines velut indigna fuiffe membra *in cœtu Domini*, adeoque nulla amplius iura & portionem in eo pofthac habituros, Deut. 23, 2. 3. 4. etiam dum cœtus Domini e captiuitate ad fundos fuos rediturus effet, quippe interim exfcindendos penitus. Quale quid Pfeudoprophetis comminatur Ezechiel c. 13, 9. Anathothæis vero Ieremias c. 11, 23. idemque Iudæis cum Tfedekia captiuatis c. 24, 8. feqq. in oppofitione ad Iudæos cum Iechonia captiuatos v. 5. 6. 7.

℣. 6. *q*) *Ne ftilletis*, ad me aliosque veros Dei prophetas *ftillant* f. dictitant falfi eorum vates, blanda concionantes. Eft mimefis prophetica, qualis Ef. 22, 13. Hof. 4, 4. qua, præter allatam iam v. 1. 2. noua iudiciorum diuinorum cauffa adducitur, nempe contumax veri verbi Prophetici contemtus. cf. Ef. 30, 10. Ier. 11, 21. Am. 7, 16. Iob. 21, 14. 1 Reg. 22, 8. Nam *ftillare* eft prophetare, coll. infra v. 11. & Ez. 21, 2. Radix Ar. in I. & IV. Coniug. etiam *vitii infimulauit*, *accufauit*, fignificat; quod faciebant veri Dei prophetæ apud impios auditores. *r*) At *nifi ftillauerint* illi (veri Prophetæ,) vosque illos ftillantes admiferitis. Effectus concionum Propheticarum fubincluditur, fc. audientium conuerfio & pœnitentia. *s*) *fecundum hæc*. Ita malumus de modo & argumento vaticinationis, quam de obiecto perfonali in Datiuo cafu (*his*) exponere, coll. fimili ל Gen. 27, 8. Nimirum blandas poftulabant illi prophetias, quales erant impoftorum, Ef. 30, 10. vini & ficeræ copiam promittentes, coll. infra v. 11. veras prophetias, vt nimium duras afperasque afpernabantur, coll. v. 7. *t*) *non recedet* quidquam *ignominiarum*. Sch. *non remouebitur* ab *ignominiis* quisquam. vel, nec ignominia (quæ contumacibus inftat) *recedet* f. *auertetur*; per enallagen generis & numeri. Rad. נסג Kal (1) Ef. 59, 13. cf. infra c. 6, 14. & Deut. 27, 17. Vult dicere: Tutisfima hæc foret via auertendi iudicia Dei, fi pareretis Prophetis; verum quia hoc facere renuitis, nec illud quidem fiet.

℣. 7. *u*) *O dicta domus Iacobi*, i. e. o domus Iacobi, quæ quidem fic diceris, & dici amas, licet de indole Iacobi nihil habeas amplius. cf. Ef. 48, 1. Ioh. 8, 39. & Rom. 2, 17. Alloquitur autem Michas vniuerfam quidem *domum Iacobi*, maxime tamen repræfentatiuam, feu quosdam, qui in domo Iacobi maxime eminebant, potentiores nimirum & principes, coll. v. 8. 9. *x*) *numquid curtatus eft Spiritus Domini*, ita vt non liceat ei, quidquid voluerit, per feruos fuos prophetare, nifi a vobis veniam prius impetrauerit? Sic foret elenchus impiæ Iudæorum inhibitioni (v. 6.) oppofitus. *Spiritus* enim *Domini* eft, qui Prophetas adflat c. 3, 8. *Curtari* autem impotentiam fignat Ef. 50, 2. c. 59, 1. At Cocc. Lex. 759. explicat: *an impotentior factus eft? aut defiit effe longanimis & ignofcens?* nam & μακροθυμίας deficientiam notat Iob. 21, 4. Prou. 14, 29. Ita hic foret fenfus: Deus fatis fuperque μακροθυμεῖ, neque (vt vos quidem cauillamini) talis eft, qui non nifi afpera atque funefta per prophetas annunciet. Quam fententiam firmare videtur poftremum verficuli membrum, eandem rem dicens ab oppofito. *y*) *an hæc* feu talia, vel *huiusmodi funt*? Sic Sing. זה Dan. 10, 17. Cant. 5, 16. Senfus: Talem quidem fe Deus non gesfit vnquam, aut gerit etiamnum. cf. Thr. 3, 33. 39. *z*) Pf. 77, 12. Pf. 78, 7.

CAP. II. ℣. 3. אשר per *Tlifchakt*. 1. 2. 3. 6. 9. 10. 13. 19. 20. fic fu. 5. ℣. 6. תטפו fic *defect*. 1. 2. 3. 5. 6. 9. 20. 22. fec. *Maf*. 1. 2. 3. & *Erff*. Pariter יטפו *defect*. 2. 3. 5. 6. 9. 20. 22. 23. & fic. fe. 1. fec. *Maf*. 1. 2. & *Erff*. Alii vtrobique *plene*. ולא יסג cum præf. *Vau* 1. 2. 5. כלמת *defect*. 1. fic fe. 2. 5. fec. *Maf*. 1. 2. & *Erff*.

8 יֵיטִיבוּ עִם הַיָּשָׁר הוֹלֵךְ׃ וְאֶתְמוּל עַמִּי לְאוֹיֵב יְקוֹמֵם
מִמּוּל שַׂלְמָה אֶדֶר תַּפְשִׁטוּן מֵעֹבְרִים בֶּטַח שׁוּבֵי
9 מִלְחָמָה׃ נְשֵׁי עַמִּי תְּגָרְשׁוּן מִבֵּית תַּעֲנֻגֶיהָ מֵעַל עֹלָלֶיהָ
10 תִּקְחוּ הֲדָרִי לְעוֹלָם׃ קוּמוּ וּלְכוּ כִּי לֹא־זֹאת הַמְּנוּחָה
11 בַּעֲבוּר טָמְאָה תְּחַבֵּל וְחֶבֶל נִמְרָץ׃ לוּ־אִישׁ הֹלֵךְ רוּחַ
וָשֶׁקֶר כִּזֵּב אַטִּף לְךָ לַיַּיִן וְלַשֵּׁכָר וְהָיָה מַטִּיף הָעָם הַזֶּה׃
12 אָסֹף אֶאֱסֹף יַעֲקֹב כֻּלָּךְ קַבֵּץ אֲקַבֵּץ שְׁאֵרִית יִשְׂרָאֵל
יַחַד

הַמ׳ בְּשׁוּרֻק maxime culpat. *k*) *transeuntibus secure*, neq; quidquam suspicantibus mali. Prou. 22,3. c.27,12. Exponit, quales illi fuerint, quos toga exuerint, sc. innocentes ac tales, qui nunquam credidissent, ab impiis istis raptoribus se multatum iri. Cuiusmodi homines opprimere incautos, id summæ indicium est malitiæ Prou. 3, 19. *l*) velut *qui* post fusum & profligatum hostem *revertuntur e prælio*. Hi enim, quod hostem non amplius metuendum habent, secure ambulant. cf. simil. syntaxin Ef. 59, 20. ♈. 9. *m*) Intellige *viduas*, & cf. Ef. 10,2. *n*) *expellitis*, rapiendo illarum domos. 2 Par. 20, 11. cf. Ez. 45, 9. *o*) vnamquamque *e domo deliciarum eius* s. carissimis ædibus suis, (5) c. 1, 16. in quibus viduitatis tristitiam aliquo modo potuisset lenire. *p*) *& a paruulis eius*, orphanis viduæ infelicis. Nah. 3, 10. *q*) *aufertis*, iniquo & violento raptu. Gen. 27, 36. Ef. 49, 25. *r*) *decus meum* h. e. ipsis *a me datum*, coll. simili suffixo Hos. 2, 11. 10. libertatem puta & opes, maxime vero *amictum decentiorem*: quod & præcedens מֵעַל (*desuper*) arguit, item nexus cum v. 8. & parallelismus Ez. 16, 14. Ps. 110, 3. *s*) *in perpetuum* Ex. 21, 6. ita vt recuperandi spes omnis præcisa sit. Pendet a verbo *aufertis* Videtur a. his respici ad legem Ex. 22,25. qua vestis pignoris loco accepta iubebatur pauperi ante occasum solis reddi: Hi nunquam reddebant. ♈. 10. *t*) Ergo & vos *surgite* vicissim, *& abite* e sedibus vestris, qui alios expulistis v. 9. Innuit talionis pœnam. nam qui expellit, expellitur. cf. Apoc. 13, 10. & ad verba 2 Sam. 17, 21. *u*) nam *non erit hæc* (sicut præsumitis) perennis & firma *requies*. Ez. 21, 31. Ion. *non est hæc terra locus quietis*. Deut. 12, 9. Ps. 95, 11. cf. Hebr. 13, 14. *x*) Caussam tam seueræ sententiæ, vt ne ignorent, denuo inculcat *propter immunditiem* vestram, qua terram polluistis. (1) cf. Leu. 18, 25. 28 Ier. 2, 7 Ez. 36, 18. Ps. 106, 38. Alii tamen codd. (vid infra Varr. Lect.) legunt cum *Metheg* in tertia feminini: *propterea* quod *polluta est terra, & perdit* *y*) *parturies* Cant. 8, 5. i. e. grauissimos dolores experietur (Ef. 26, 16.) terra s. populus Israelis, qui sæpius vt mulier a prophetis sistitur, vnde verba feminina; vt Hos. 2, 21. c. 5, 9. c. 9, 2. Al. *propter impuritatem*, quæ perdit vel *perdet* vos. Latine vocares *exitialem*. Ef. 13, 5. *z*) *& dolorem quidem*. vid. Ef. 66, 7. Ier. 13, 21. c. 22, 23. Hos. 13, 13. Al *& propter corruptionem*. Nomen ex præced. verbo *perdere* At *Tarn. perditura est* vos illa terra, *& quidem perditione præcisa*, vbi omnis spes restitutionis plane sit præcisa ac sublata. *a*) *validum*, *vehementem*. 1 Reg. 2, 8. ♈. 11. *b*) *Quodsi* aut ego aut alius quisquam esset. Non semper optatiuum, sed simpliciter *conditionale* alicubi est Ez. 14, 15 *c*) vir, *qui ambularet* (i. e. sectaretur, coll. Ef. 33, 15. Prou. 6, 11.) *spiritum* sc. suum vel proprium, licet diuinum Spiritum mentiatur, 2 Thess. 2, 2. coll. Ez. 13, 3. Hos. 9, 7. Cuiusmodi homines vocat Scriptura *Prophetas ex corde suo* Ez. 13, 2. 17. *vaticinantes deceptionem & visionem cordis sui* Ier. 14, 14. c. 23, 16. 26. At *Tarnouis* est *vadens vento*, qui agitur vertigine & spiritu vago, qui animos audientium non pascit solida consolatione, coll. Hos. 12, 1. *d*) *& qui mendacium* (fictas & inanes prophetias) *mentiretur*. Salsior elenchus. Erat populus adeo *reprobo* iudicio, vt mallet mendacio credere, quam veritati: neq; quisquam tam absone prophetabat, cui non fidem haberet, modo iucundus esset præco, & impiæ securitatis adiutor. cf. Ez. 13, 19. 2 Thess. 2, 10. 11. Ioh. 5, 43. 2 Tim. 4, 3. 4. *e*) si, inquam, *stillarem*, prophetarem v. 6. *f*) *de vino & sicera*, ad compotationes, quas hic populus amat, instituendas. Leu. 10, 9. cf. Ef. 5, 12. c. 22, 13. Hos. 7, 14. c. 9, 2. *g*) *tum foret* is, quisquis esset, siue ego siue alius *h*) *stillator* (Propheta, v. 6.) *populi huius*, h. e. talis qualem hic populus optat & amat. Sed de huiusmodi Prophetis cf. Thr. 2, 14. Nec vero, quod ad palatum est populi, ideo & Deo probatur: differt longissime ab humano diuinum iudicium. cf. Luc. 6, 26. ♈. 12. *i*) Attamen, quæ est mea benignitas, inquit Iehouah, *colligendo* (h. e. omnino & plane) *colligam*. c. 4, 6. A tristibus ergo nunc transit ad læta. Nimirum solent Prophetæ durissimos elenchos & comminationes dulci simis temperate solatiis & promissionibus; vt & seueritatem Dei omnes intelligant, & gratiæ diuitias pro merito æstimare discant. Sic pariter c. IV. cum III. cohæret. Quod vero *promissio* hæc potius sit, quam comminatio de violenta Israelitarum coarctatione in munitis locis, metu hostium, a quibus obsidendi forent, patet cum ex verbis ipsis, quæ quidem in alia atque benedictionis & gratiæ significatione vix vsquam ponuntur; tum ex nexu cum v 13 Verum de complemento promissionis difficilior est decisio. *Herm. Witsius* de X Trib. Isr. c. 6. p. 349. & 355. seqq. putat, agi de tempore reuelationem Messiæ antecedente, coll. v. 13. atque prædici reductionem captiuorum in terram Canaan, non *Iudæ* solum, sed & *Iacobi totius*, vt nulla tribus desit; non qs. nulli ex tribubus in terris exsilii mansuri essent, sed quod omnibus daturus esset occasionem redeundi, si vellent. Rediisse vero cum *Iudæis*, soluta captiuitate Babylonica, etiam *Israelitas* de X. tribubus, (licet fateatur ipse fuisse paucos, si vel cum gentilium suorum vniuersitate, vel cum reducibus ex Iuda conferantur) inde tn. probare annititur, quia 2 Par. 36, 23. Esr. 1, 3. & Esr. 7, 13. redeundi potestas *toti populo Dei*, vel *Israelitico* data; Esr. 2, 2. c. 4, 3. c. 7, 7. 1 Par. 9, 2. reduces *Israelitæ* vocantur; Esr. 6, 16. 17. c. 8, 35. victimæ *pro toto Israele, pro numero tribuum Israelis* oblatæ. Sed nescio tn. quid desit argumentis Cel. Viri, vt quod probandum erat, perficiant. Nam 1) 2 Par. 36, 23. 22. 21. Esr. 1, 3. 1. agitur de populi post septuaginta annorum captiuitatem reductione, qualem prædixit Ieremias; hæc vero non Israelitarum, sed Iudæorum fuit. (2) Neque rem conficit mentio *Israelis* apud Esram. Nam & Iudæi, seorsim a 10. tribubus considerati, per *Israelitas* intelligi possunt, coll. not. supra ad c. 1, 15. Adeoque vniuersaliter dictum pro substrata materia restringendum est ad Israelem & populum Dei, in quantum a Babyloniis fuerat captiuatus. (3) Fuerint sane inter captiuos e Babylonia reduces etiam aliqui de 10. tribubus; forte tn. hi ipsi fuerunt, non quos olim Assyrii captiuarant, sed qui Iudaico regno se quondam adiunxerant, adeoque cum Iudæis in exilium Babylonicum commigrarant. 2 Par. 11, 13. 14. 16. c. 15, 9. (4) Et si vel maxime quidam de 10. tribubus per Assyrios captiuati cum Iudæis rediissent, tn. hoc tanti non erat, vt amplitudo prophetica de *vniuerso Israele* recolligendo per id expleta dici possit. Itaq; malumus euentum huius promissionis inter futuros adhuc reponere, cum *Ion.* qui præmisit: *In fine*. Nec obstat, quod *Messias* de quo v. 13. agit, dudum iam venerit. pariter n. Paulus Rom. 11, 26. futuram totius Israelis conuersionem connectit cum aduentu Christi iam facto, ex Ef. 59, 20. *k*) *Iacobum te totum* vel *vniuersitatem tuam*. Ef. 22, 1. cf. Ez. 36, 10. Rom. 11, 12. 26. 31. *l*) Ef. 40, 11. Ier. 23, 3 *m*) c. 5, 6. 7. Ef. 10, 20. seqq. Ier. 31, 7.

a) *benefaciunt cum* &c. Gen. 32, 10. 13. h. e. bene se habent, bona sunt, benignitate scatent erga &c. Ef. 59, 8. Bonis bona sunt quidem, sed malis asperisque ingeniis aspera. cf. Hos. 14, 10. it. Matth. 11, 20. 1 Tim. 1, 9. *b*) *cum recto ambulante*, i. e. *qui rectus* l. *recte ambulat* cf. c. 7, 2. Ef. 57, 3. Ps. 15, 2. & simil. syntaxis Iob. 31, 26.
♈. 8. *c*) *At dudum*. Connexio hæc est: Dixi v. 8. verba mea bonitate scatere erga quemcunque recte ambulantem; *sed* tales vos neutiquam estis, quippe אֶתְמוּל *heri*, i. e. *dudum* Ex. 30, 33. sc. ab omni æuo præterito. *d*) *populus meus*, sc. nomine talis, coll. v. 7. *e*) *in hostem constituit*, & pro hoste habet pium quemq; & rectum v. 7. & veritatem diuinam stillantem v. 6. coll. Iob. 13, 24. Diuersimode id exponunt alii. Quidam intransitiue: *populus meus vt hostis* contra me, imo & contra se inuicem, *insurgit*. quemadmodum עוּף etiam in Piel עוֹפֵף intransitiuam significationẽ *volandi* seruat. Alii transitiue: *in hostem* (instar hostis) me *facit insurgere*, sc. prouocando me suis sceleribus, v. g. tyrannide & raptu, vt sequitur. *f*) quippe *ex aduerso* s. *e regione vestis*, cui superior toga extrinsecus adiacebat. Ex. 28, 25. Leu. 5, 8. Incipit iam exemplis, quod dixerat, collustrare. *g*) *vestis* interioris. distinguitur enim a sequenti אֶדֶר tanquã superiori. Alias vestẽ quamlibet significat Ex. 22, 8. &c. *h*) *togam* laxiorem exterioremque, cui interior שַׂלְמָה subiacebat. (2) Zach. 11, 13. vbi *decus* notat, sicut h. l. *vestem*, quæ *decoris* caussa gestatur. cf. 1 Reg. 19, 13. 19. *i*) aliis per vim *detrahitis* c. 3, 3. Gen. 37, 23. Si quẽ vidistis dupla amictum veste, superiorem illico rapuistis, populumq; satalibus calumniis tantum non exhausistis. Magistratuum erga ciues tyrannidem hic ma-

♈. 10. קָרְיֵי per *Ithibh* 1. 2 טָמְאָה cum *Meth.* (vid. supra not. ad textum) 1. 2. 3. 5. 21. Sic regularior foret præ edent. seruus *Darga*. Attamen 1. 17 in marg. nobiscum facit. ♈. 11. Pro כִּזֵּב hab. in marg. ex aliis libris כִּזֵּב 6. 9. 22. sic su. in textu 5. אַטִּף sic defect. 1. 3. 5. 7. 8. 15. 22. 24. sic se. 2. sec. *Mas.* 1. 2. *impr.* & *Erff.* Alii plene.

יחד אשימנו כצאן בצרה כעדר בתוך הדברו תהימנה
13 מאדם׃ עלה הפרץ לפניהם פרצו ויעברו שער ויצאו בו
ויעבר מלכם לפניהם ויהוה בראשם׃

CAP. III.

ג ואמר שמעו־נא ראשי יעקב וקציני בית ישראל
2 הלוא לכם לדעת את־המשפט׃ שנאי טוב ואהבי
רעה גזלי עורם מעליהם ושארם מעל עצמותם׃
3 ואשר אכלו שאר עמי ועורם מעליהם הפשיטו ואת־
עצמתיהם פצחו ופרשו כאשר בסיר וכבשר בתוך

קלחת Ffff 5 עה ה

ita quidem, vt, sublatis atque perruptis omnibus impedimentis, iter pau- dat. Perrumpere enim est, רע קרי repagula, obices, & quidquid detinere voluerit, diffringere, vt peruadere posfis; velut aqua, cum aggerem oppofitum perrumpit 2 Sam. 5, 20. Quidam hic conf. Eph. 2, 14. z) *ante illos*, primam illorum aciem acturus, ficut quondam, cum ex Aegypto populum educeret Ex. 13, 21. 22. Pf. 80, 3. 2. Ef. 51, 11 cf. Hebr. 2, 10. c. 12, 2. a) itaque *perrumpunt* ipfi quoque Gen. 38, 29. h. e perruptis omnibus obftaculis, Chriftum fequentur ftrenue, neque quidquam poterit illorum fiftere curfum. Victoria Ducis non defides eos faciet, fed animabit: penetrabunt, quo Ducem penetraffe vident. Igitur & nos perrumpamus carnis, mundi ac Satanæ vincula Rom. 8, 6 13. regnoque cælorum gloriofam vim faciamus, Matth. 11, 12. refpicientes archiducem fidei noftræ Chriftum Hebr. 12. 2. b) *& tranfibunt*; nemine prohibente peruadent. Ef. 8, 9. Dan. 11, 10. 40. c) *portam* perrumpent, inquam, atque peruadent. nulla enim erit adeo munita porta, quæ ab ingreffu eos arcere poffit. cf. Gen. 22, 17. c. 24, 60. d) *&* (ficut nulla vi obfiftente intrabunt, ita pariter) *exibunt per eam*, nemine prohibente. cf. Iud. 16, 3. At S. *porta* erit illis, *& exibunt per eam:* quod conf. cum Ioh. 10, 9. e) *tranfibit enim*, vt hoc iterum inculcem. f) eum puta, quem fatis diu neglectum populus Ifraeliticus in nouiffimo dierum quæret Hof. 3, 5. cf. infra c. 4, 7. & Ez. 37, 22. g) *& Iehouah* Mefsias, Ier. 23, 5. 6. Epexegefis. *Ion.* VERBVM Domini. vt Hof. 1, 7. h) *in capite* f. prima turma *illorum*, Gallice *a leur tete*. Amos 6, 7. 2 Par. 13, 12. cf. Hof. 2, 2. Idem eft quod modo *ante eos*. CAP. III. ℣. 1. i) Dum *vero* ab exoptatis illis temporibus, quæ modo promiffa funt, nimium abfumus, *dixi* interim, fc. ad continuandum Elenchum propheticum contra malos principes ac doctores c. 2. cœptum. Arctisfimum enim refpectum habet hoc caput ad antecedens, non modo propter *copulatiuum Vau*, fed & particulam אז *tunc* v. 4. quæ remittit ad c. 2, 3. feqq. Argumentum ita enarrat *Maius* p. 899. Ducibus in ftatu politico & ecclefiaftico, inquit, vna cum populo feducto pœnas promeritas denunciat ἐν δυνάμει συνοχᾶς, fpeciatim I. *Principibus* & iudicibus iniuftis, fubditorum fufpiria & clamores non audientibus, denegationem exauditionis & opitulationis diuinæ, v. 1-5. II. *Pfeudoprophetis*, auditores feducentibus, mordentibus & fua quærentibus, priuationem luminis & confufionem v. 5-8. & III. coniunctim *omnibus*, ob focietatem criminum, vaftitatem Reip. & Ecclefiæ, v 9.-12. Ratione chronotaxeos dubium non eft, quin hæc concio pertinuerit *ad tempus Hiskiæ*, coll. v. 12. qui Ier. 26, 18. tanquam Hiskiæ tempore enunciatus, allegatur. Vide tn. quæ fupra notauimus ad c. 1, 1. k) Hof. 5, 1. vid not. c. 1, 2. l) *capita*, i. e primores *Iacobi*. v. 9. Iud. 11, 8. 9. 11. m) *& duces*. v. 9. Ef. 1, 10. Circa hanc partem elenchticam contra magiftratus cf. Ez 22, 6. Amos 5, 6. 10-15. & Pf. 82. totum. n) Interrogatio emphatica, quæ confcientiam principum de notoria iure compellat. o) *vobis* incumbit, feu *veftrum eft*. Syr. & Ar. *nonne vobis conueniebat?* Simile ל vid. 2 Par. 13, 5. c. 20, 17. Prou. 31, 4 & cf de magiftratuum officio Deut. 1, 16. 17. 2 Par. 19, 6-10. p) *noffe ius*, v. 8. idemque curare & adminiftrare. Verba notitiæ apud Hebræos fæpe adfectum & curam includant, quia inutilis eft, quæ in rebus practicis adfectu deftituitur fcientia. q) *ius*, quatenus ad forum fpectat v. 9 Ef. 1, 17. quanquam & ius morale, h e. cultum Deo debitum, illi inprimis noffe ac obferuare debebant, coll. Ier. 5. 4. 5. ℣. 2 r) S. *Qui vero eftis odio habentes bonum.* Inftituit comparationem facti cum iure. q. d. Eft quidem ita, vt dixi: verum fi improba praxis veftra refpiciatur, tantum quidem abeft, vt debitum veftrum expleatis, vt potius videamini ius omne penitus eiuraffe, quippe *odio habentes* &c. cf. infra v. 9. & contrariam Dei hortationem Amos 5, 15. 14. Ceterum *bonum & malum* neutraliter potius accipimus, quam de perfona, cum propter allatum Amofi parallelismum, tum propter fequens Cthib רעה, quod *femininum*, adeoque Latino fermone fine dubio *neutrum* eft. Quanquam qui bonum oderit, odiffe etiam folet bonos Pf. 34, 21. t) *fapientes*. c. 2, 2. u) *cutem illorum*, fc. populi mei, Iacobi & domus Ifraelis v 1. 3. & in his maxime innocentum pauperumque x) *a-fuper ipfis*; q. d. cutem ipfis per vim pene detrahentes. Tanta exactionum onerumque vis eft. Huc pertinet illud *Tiberii* apud *Suetonium* c. 32. qui *Præfidibus, onerandas tributo prouincias fuadentibus, refcripfit, boni paftoris effe tondere pecus, non deglubere.* Ion. *Rapientes opes populi mei ab ipfis, & diuitias illorum pretiofas ab eis auferentes.* fic v. 3. idem. y) *& carnem illorum* ab offibus ipforum, v 3. Pf. 73, 26. ita vt exfucci & exfangues, quoddam quafi fint fceleton, opibus fuis per calumniam duraque onera exhauftis. ℣. 3. z) *Qui vorant, inquam.* Reaffumit membrum pofterius v. 2. per fynonymicas phrafes, cum vt rei indignitatem exaggeret, tum vt nouum quid fuperaddat. cf. Pf. 14, 4. a) *ab ipfis exuunt*, velut pecora a laniis decoriantur Leu. 1, 6. cf. fupra c. 2, 8. & Ex 22, 26. b) *frangunt*. Pi. (1) At in Kal eft *frangere* vel *rumpere iubilum* Ef. 14, 7. ficut etiam Hebr. רוע *iubilare*, indeque תרועה *iubilus*, proprie *fractionem* importat, coll. Ier. 15, 12. Et *Virg.* 2 Aen. v 129. *rumpere vocem* dixit, pro *erumpere voce*. cf. Ar. *tundendo fregit* rem concauam, & Aeth. *cuneo fidit.* c) *& diuidunt*, h. e. diuifa carnis frufta ingerunt, *velut in ollam*. cf. Ez. 24, 4. Vel: *diuidunt tanquam* quod eft *in olla*, Thr. 4, 4. Sic *Tarnou*. Subftantiam, inquit. & opes diripiunt & inter fe diuidant, vt in pompis, luxu, epulis habeant, quod abfumant, omnibus modis ferisfime eos nimiis exactionibus abfumentes, velut coqui miferas oues mactant, dilaniant & igni apponunt, vt habeant, quod ipfi & alii comedant. Idemque p. 740. Liquet hinc, quid Deus de nimiis multorum magiftratuum exactionibus ftatuat, quocunque etiam pallientur modo. Dauid olim aquam, cum periculo fuorum allatam, nolebat bibere 2 Sam. 23, 16 hodie vero in aulis quibusdam lufus, immo virtus eft, fubditorum fanguinem, i. e. fubftantiam certatim ebibere, & quod miferi ruftici vix vnciatim comparferunt, vniuerfum abripere &c. Conf. Præf. in Hofeam §. 5. d) *in medium*, vel, quæ eft *in medio lebetis* vel *aheni*. (2) 1 Sam. 2, 14. *Pocok*. Not. mifc. p. 406. confert cum Gr. χαλκίον, *æramentum, vas æneum*, vnde format Ar. חלקין, quod apud R. *Tanchumam* & in *Fabulis Lockmani*, fab. 5. *ollam* vel *ahenum æneum* notat. Sed malim χαλκίον cum primitiuo fuo χαλκὸς effe orientalis originis ab Hebr. & Arab. חלק *mollem leuigauit, expoliuit*, coll. Ef. 41, 7. indeque noftrum קלחת per metathefin pro חלקת.

n) *pariter*. i. e. vniuerfum, fine difcrimine & exceptione. Hæc enim eft vis particulæ. Pf. 33, 15. cf. Hof. 2. 2. o) Gen. 21, 13. 18. c. 46, 3. p) *inftar ouium Botfræ*. quarum emblemate amplificationem Ifraelis tam numero, quam rerum omnium affluentia, eleganter fignificat. cf. Ier. 33, 12. Ez. 34, 31. c. 36, 37. q) quæ Idumææ ciuitas Ef. 63, 1. Ier. 49, 13. pafcuis ac pecore abundabat. Appellatiue fignificat *vrbem munitam*, qualis eft ciuitas Dei Ef. 26, 1. r) *inftar gregis conferti*. Ier. 31, 24. s) in medio *caulæ fuæ* (2) Ef. 5, 17. t) *tumultuabuntur* vibe. Ifraelitic.æ, caularum inftar futuræ; vel potius (præceffit enim *ficut grex*, tanquam fubiectum prædicationis) *ipfi Ifraelitæ*, ouium inftar multiplicandi. *Terminatio feminina* refpicit fimile f. tropum orationis. Hiph. (2) Pf. 55, 3. ab הום Deut. 7, 23. quod conueniat cum cognatis הָמָה & הָמַם, *commotionem cum fono & ftrepitu* (qualem ingens hominum copia excitat) fignificantibus. u) *præ hominibus*. Tanta erit hominum copia. Ion. *præ hominum multitudine*. cf. Ez. 36, 10. 11. 37. 38.

℣. 13. x) *Afcendet* enim imperatoris inftar, qui populum diuturna captiuitate & feruitute preffum educet. Bellica vox eft, armatam fignificans profectionem, quam hoftes nequicquam impedire poffint. Ex. 1, 10. Hof. 2, 2. cf. Cant. 3, 6. c. 8, 5. *Præterita* autem funt *Prophetica*, vt frequentisfime. v. c. Ef 5, 13. c. 9, 2. c. 10, 28. Ier. 31, 21. Hof. 10. 5. &c. y) *perruptor*, ὁ διαρρήκτης & cum ה demonftratiuo. Loquitur ergo non de vago aliquo fubiecto, fed certo, & antonomaftice fic dicto, quod mox vocabitur *Rex illorum & Iehouah*, videlicet de Mesfia. Hic ducet populum fuum, & ita

℣. 12. חדיוּמנ׃ *Nun* cum *Dag*. 6-9 12. 13. 14. 16--21. 23. 24. & *Ber*. fic fu. 5. *Kri* ההימנה adiicit 3. Cf. fimilem variat. infra c. 7, 10. & Zach. 1, 17.

seqq. c. 28. & Ez. 13. &c. m) errare facientes, dum læta securis pollicentur, Es. 3, 12. c. 9, 15. Ez. 13, 10. Thr. 2, 14. infausta comminantes contra, quibus comminanda non erant, verumque ventris caussa, Ez 13, 19. n) mordentes, qui serpentum instar (de horum n. morsu

4 קלחת׃ אז יזעקו אל־יהוה ולא יענה אותם ויסתר
פניו מהם בעת ההיא כאשר הרעו מעלליהם׃
ה כה אמר יהוה על־הנביאים המתעים את־עמי
הנשכים בשניהם וקראו שלום ואשר לא־יתן על־
6 פיהם וקדשו עליו מלחמה׃ לכן לילה לכם מחזון
וחשכה לכם מקסם ובאה השמש על־הנביאים וקדר
7 עליהם היום׃ ובשו החזים וחפרו הקסמים ועטו על־
8 שפם כלם כי אין מענה אלהים׃ ואולם אנכי מלאתי
כח

id Verbum proprie dicitur, coll. Gen. 49, 17. Num. 21, 6. 8. 9. Am. 5, 19.) venenatos atque lethales ictus animabus infligunt, docentes ea, quæ se veneni instar insinuant & nocent. At *Tarn.* qui quando ipsis abunde datur, quod edant, vnde curent abdomen, tum populo dicunt placentia, & ita *mordentes suis dentibus* cibum iucundum, *proclamant pacem.* Pariter *Ion.* *qui offerenti ipsis conuiuia carnis vaticinantur pacem.* Et hi quidem propter sequens membrum (vti videtur) oppositum, Sed obstat, quod נשך nusquam est *escam mandere*, sed *morsum infligere noxium.* o) *dum proclamant pacem*, i. e. *prospera quaque* Ier. 6, 14. c. 8, 11. Ez. 13, 10. Obserua igitur, esse quædam quæ suauia ac iucunda videantur, nocentissimum vero, instar venenati morsus, habeant effectum Prou. 23, 32. cf ibid. c. 18, 8. p) *& quisquis non dat pro ore illorum*, quod edant & comissentur. Gen. 25, 28. Koh. 6, 7. Arguit hoc ipso illos Prophetas, quod sint αἰσχροκερδεῖς 1 Tim. 3, 3. 8. Tit. 1, 7. ventrique & gulæ seruiant potius, quam Deo Ez. 13, 19. Rom. 16, 18. At Schm. *quisquis a. non exosculabitur os eorum.* quod est blandientium ac venerantium. forte ex Gen. 41, 40. sed paulo coactius. q) *contra eum sanctificant*, h. e. solemni ritu mouent, *bellum.* De bello, inquit *Gusset.* f. 733. notus est mos, tum in Israele, tum apud alias gentes, illius auspicandi ceremoniis sacris. Ies. 6, 4. Ioel 4, 9. At *Tarn.* notionem *sanctificationis* eo quoque extendit, quod *sacrum* veluti *bellum* & læsæ religionis ergo, *indicant.* Eiusmodi enim doctores veræ pietatis doctrinam *specioso religionis titulo* infestant, ac sibi & assectatoribus suis egregii bellatores Domini esse videntur. Conf. Præf. in Hos. §. 6. ℣. 6. r) Nimirum *Ideo*, quod tales estis, quales vos v. 5. descripsi. Obseruetur n. nexus cum v. 5. Dixerat illic: *Sic ait Dominus ad Prophetas.* & vt eo magis constaret, *quibus* prophetis id dicat, a qualitatibus suis ibidem eos descripserat. Iam exponit, *quid* dixerit Dominus, sed auspicatur statim per illatinam particulam *Ideo*, licet nihil directæ orationis adhuc præcesserit, sc. vt innuatur, hic repetenda esse, quæ v. 5. per modum indirectum dixerat de Pseudoprophetis. s) *Nox & tenebræ* atram malorum caliginem notant Es. 21, 11. Iob. 17, 12. cf. not. Am. 5, 18. t) Caussaliter accipimus: *ob visionem*, vel vt *Vulg. LXX.* & *Syr.* reddiderunt, *ex visione.* q. d. Vaticinia vestra, quibus alios decepistis, fient vobis caussa & origo ingentium malorum. Sed *Tarn.* מ priuatiuum est, q. d. vt *a visione* desistere cogamini. Ita *Ion.* *vt ne prophetetis* amplius. Et sic sequens *a diuinando*, pro, *vt ne diuinetis deinceps.* Es. 1, 1. Zach. 13, 4. u) *& tenebræ* (1) sc. erunt. vel sec. alios libros (de quibus videsis infra Varr. Lect.) *& tenebrosum fiet*, impersonaliter, pro *tenebræ vobis ingruent.* x) *ob diuinare* vestrum v. 11. Ez. 22, 28. vel substantiue, *ob diuinationem* vestram, formæ סגור *Sgor*, יסוד *Isod* &c. y) *Occidet enim sol*, ac Pseudoprophetas in spissa malorum caligine, a qua subito obruentur, destituet. *Ion.* ita: *Operietque tribulatio Pseudoprophetas velut caligo.* Ier. 15, 9 Am. 8, 9. vbi videsis not. z) *& ater fiet*, sicut cælum, cum conglobatis per tempestatem nubibus grauidum est, atram diei caliginem inducit. Ioel 2, 10. 1 Reg. 18, 45. *Cocceius*: Omnia tristia ipsis imminebunt. a) Significat, iudicia Dei ipsis esse ex improuiso incubitura, sc. pleno adhuc die Ier. 15, 9. & lucente meridie Am. 8, 9. saltem vt ipsi opinabantur, quippe qui nescio quem fortunatum atque florentem populi statum concipiebant, & aliis, vt crederent, *persuadebant.* Conf. Præf. in Hos. §. 4. ℣. 7. b) *Et cum quidem pudefient.* Præter. Kal, vt Es. 19, 9. Turpitudo illorum patescet in publicum, cum alia omnia euenerint, quam ipsi prædixerant. cf. 2 Tim. 3, 9. c) *Videntes*, non reuera, sed sua populique opinione tales. Es. 28, 15. Ez. 13, 9. d) *& confundentur.* Es. 1, 29. e) *diuinatores* vani. Ita ex rei veritate vocantur, qui quidem *Videntes* dici adfectabant. v. 6. 11. Deut. 18, 10. 14. f) *& operient* (Hebr. constr. *tegmen imponent super*) *mystacem*; vt quos pudebit, qui cognosci nolent, ac leprosorum instar immundi ac detestabiles fient, miseramque sortem suam lugebunt. Fuit enim hic ritus leprosorum atque lugentium Leu. 13, 45. 2 Sam. 19, 25. Ez. 24, 17. 22. immo & pudefacti velabantur Cant. 1, 7. Ps. 89, 46. Ier. 14, 3. Esth. 6, 12. c. 7, 8. *Ion.* addit: *sicut lugentes.* g) synecdochice pro *ore*, vt LXX. reddunt Leu. 13, 45. Formatur autem a שפה *labium*, quemadmodum פחם *princeps* Neh. 5, 14. a פחה, *Malkam* a מלך *Molochus* &c. in quibus ם est afformatiuum. h) S. *eo quod non sit respondens Deus.* Sed præterquam quod ענה in *Hiphil* pro simpliciter *respondere* vix reperitur, etsi conferas Coh. 5, 19. est hæc forma in constructione, (vid. infra varr. Lect.) atque adeo Substantiuum potius, quam Participium. Sed & sic diuersimode explicatur. *Tarn.* ita: *quia nulla erit exauditio Dei*, cum hactenus audire Deum noluerint v. 4 cf. 1 Reg. 18, 26. 29. At Vulg. *quia non est responsum Dei*, sc. apud ipsos, vti iactabant: id enim euentus clarum faciet. Cui suffragatur etiam Ion. *non est in eis Spiritus prophetiæ a facie Domini.* Sic esset כי explicatiuum. q. d. Neque hoc quisquam miretur, me talia Prophetis portendere, viris, inquam, quos Deus alloquio suo dignari creditur: *quia* &c. Malim tn. de futura caussa luctus interpretari, sc. *de subtractione verbi* Prophetici, de qua etiam Ieremias nomine captiuorum queritur Thr. 2, 9. (vbi vid. not.) & Ezechiel c. 7, 26. prædicit. q. d. Responsa Dei finxerunt quæ non dederam; itaque in pœnam huius temeritatis vera quoque responsa auferam, ita vt tempore mali habituri sint neminem, qui nomine Dei ipsis dicat, quamdiu: vt ait Psaltes Ps. 74, 9. ℣. 8. i) *Verumtamen* Gen. 48, 19. 1 Reg. 20, 23. licet qui Prophetas se dicunt, Principum ac totius populi peccata non modo non arguant, sed etiam probent v. 5. sunt tamen, quantumuis pauci, qui diuina virtute ac intrepido prorsus animo Iacobi defectionem arguunt; ex quibus per Dei gratiam & ego sum. k) in oppositione ad malos illos prophetas v. 5. q. d. non sum talis, quales qui Propheticum nomen & munus sibi temere arrogarunt. cf. 2 Cor. 2, 17. c. 3, 1. Prædicat autem, obseruante *Tarn.* dona diuinitus sibi concessa, non ex ambitione, sed necessitate, sicut Paulus 2 Cor. 10, 11. 12. 13. Eph. 3, 4. Phil. 3, 4. l) *impletus & plenus sum.* adeoque quicquid loquor, non ex audacia quadam cordis est Esth. 7, 5. sed Spiritus diuini abundantia Ier. 6, 11. Act. 6, 3. 5. 8. c. 7, 55. c. 11, 24. 2 Cor. 4, 13.

℣. 4. f) *Tunc* vero. Respicitur (vt supra ad v. 1. notauimus) ad c. 2, 3. seqq. g) *sed non exaudiet eos.* Ier. 11, 11. Hos. 5, 6. Zach. 7, 13. Ps. 18, 42. Prou. 21, 13. Iob. 35, 12. Neque hoc tollit veritatem promissionis diuinæ de audiendis omnibus Deum inuocantibus. Supponuntur enim hic tales, qui Deum inuocabunt male Iac. 4, 3. non in veritate Ps. 145, 18. sed hypocritice, nec nisi ex sensu pœnæ Prou. 1, 28. 24. seqq. sine conuersione & fide Esa. 1, 15. Iac. 1, 6. cuiusmodi clamorem *Tarnov.* ad h. l. comparat cum lacrimis Esaui Gen. 27, 34. 38. Hebr. 12, 17. & cum resipiscentia damnatorũ Sap. 5, 3. h) *& occultabit faciem suam* ab illis, nullo gratiæ aspectu eos dignabitur Ps. 4, 7. quod est auersationis & iræ Es. 8, 17. c. 59, 2. cf. Es. 1, 15. i) Quidam caussaliter, *quia*, cum LXX. ἀνθ' ὧν: vt Num. 27, 14. 1 Sam. 23, 18. Ps. 56, 7. Sed magis proprie Vulg. *sicut.* Ita caussalis significatio includitur, magis tamen iustitia talionis in relatione pœnæ ad culpam consimilem, innuitur. q. d. Principes illi clamantes viduas, pupillos, aliosque per calumniam oppressos, nec audiuerunt hucusque, nec respexerunt: idem igitur ipsis obtinget; & quod seuerunt, metent Gal. 6, 7. cf. Prou. 21, 13. c. 28, 9. Iac. 2, 13. k) ipsi *mala fecerunt* opera sua. 1 Sam. 12, 25.

℣. 5. l) Ion *Pseudoprophetas.* Tales enim erant ex rei veritate, licet *Prophetarum* nomen sibi arrogarent. Sunt illi, quos c. 2, 11. dixerat ad palatum *de vino & sicera* docere. Et hos quidem iungit *malis Principibus*, quod & nequitiam illorum adprobarent ac collaudarent, & cum iisdem essent excidii Hierosolymitæ caussa moralis v. 12. Solent *Bestia* & *Pseudopropheta* vna esse, & se lauare inuicem Apoc. 19, 20. cf. Ier. 23, 9. seqq. c. 27, 14. seqq.

CAP. III, ℣. 6. לכן Per *Rbhia* 2. 6. 9. 20. 23. contra *Mas.* 1. 3. *impr.* & *Erff.* וחשכה cum *Meth.* (vid. ad textum adnotata) 7. 8. 22. 23. 24. & *Concord. Hebr.* ℣. 7. מענה sic per *Tsere* 2. 5. 6. 17. 19. 15. 20. 22. 23. 24. sic sc. 1. sec. *Mas.* 1. 2. *impr.* & *Erff.* Alii per *Segol.*

כח את־רוח יהוה ומשפט וגבורה להגיד ליעקב פשעו
ולישראל חטאתו׃
9 שמעו־נא זאת ראשי בית יעקב וקציני בית ישראל
י המתעבים משפט ואת כל־הישרה יעקשו׃ בנה ציון
11 בדמים וירושלם בעולה׃ ראשיה ׀ בשחד ישפטו
וכהניה במחיר יורו ונביאיה בכסף יקסמו ועל־יהוה
ישענו לאמר הלוא יהוה בקרבנו לא־תבוא עלינו
12 רעה׃ לכן בגללכם ציון שדה תחרש וירושלם עיין
ד תהיה והר הבית לבמות יער׃ והיה ׀
באחרית הימים יהיה הר בית־יהוה נכון בראש ההרים
2 ונשא הוא מגבעות ונהרו עליו עמים׃ והלכו גוים
רבים

m) virtute vel *robore.* cf. Mat. 7, 29. Act 1, 8. 1 Cor. 2, 4. *n) cum Spiritu Domini* c. 2, 7. Nam vbi Spiritus Domini, ibi & robur est, & παῤῥησία, & animus intrepidus. Sunt quidem, qui vertunt, *a Spiritu*: quasi את idem h. l. esset ac מאת. coll. Gen. 49, 25. sed is significatus neque certus est satis, neque heic opus. Secundum nostram expositionem prius hemistichium has duas propositiones complectitur: *I.* Impletus sum Spiritu Domini; *II.* Et cum Spiritu impletus sum quoque donis Spiritus Sancti, nempe 1. robore, 2. iudicio, 3. fortitudine. cf. Iob. 32, 8. *o) & iudicio*, ad disceptandum cum populo meo, & exprobrandum ei impietatem suam. cf. not. Ez. 20, 4. *p) & fortitudine.* cf. Es. 11, 2. *q)* ad *indicandum* libere & sine metu. Meti. ulosæ & adulatoriæ dissimulationi opponitur Es. 3, 9. Iob. 21, 31. *r)* cf. c. 1, 5. Ps. 53, 1.

℣. 9. *s)* Atque vt *roboris* illius diuini, de quo modo dixi, nouum aliquod experimentum capiatis, *Audite* igitur *quæso.* v. 1. *t)* vid. v. 1. *u) abominantes* Am. 5, 10. *x)* quod vestrum tamen erat non modo scire, sed diligere etiam atque curare v. 1. *y) quique -- peruertunt.* subintellecto אשר, quod apud Hebræos secundam primamue solet in tertiam mutare personam. *z) omne rectum peruertunt.* curvum faciunt, quicquid rectum est, bonas caussas intricando. Translatum a *via* ad processum iuris, coll. Es. 5, 8. *integritati* in diiudicandis caussis opponitur, Prou. 10, 9. c. 28, 18. Similis tropus Am. 2, 7. cf. Es. 5, 20.

℣. 10. *a)* Quorum *ædificat* quisque scilicet! Ironia. q. d. Videmini quidem vobis præclare Tsionem ædificare, h. e. pulchre de ea mereri & commoda eius promouere: ac debebatis quidem; sed quomodo ædificatis? Ps. 118, 22. *b) sanguinib⁹ temere fusis*, h. e. iniustis cædibus sæuiendo. Ez. 22, 27. *c) iniustitia.* Hab. 2, 12.

℣. 11. *d) Capita* (Principes) *eius*, sc. Tsionis & Hierosolymæ v. 10. cf. v. 1. 9. Iungit Principes, Sacerdotes, Prophetas, vt Ez. 22,

CAP. IV.

25. seqq. Zeph. 3, 3. 4. tanquã nequitiæ socios. *e) pro munere*, non sicut caussæ iustitia exigit, sed prout munera dantur. cf. Ex. 23, 8. Deut. 16, 19. Es. 1, 23. Ez. 22, 12. 27. Zeph. 3, 4. Sir. 20, 31. & infra c. 7, 3. *f)* de quorum officio in instituendo ad legem populo vid. Leu. 10, 11. Deut. 33, 10. Mal. 2, 16. *g) pro pretio docent*, non qs. omnino nefas esset, sacerdotes ac Verbi doctores accipere *salarium*; (est enim dignus alimento suo ac mercede operarius Matth. 10, 10. 1 Cor. 9, 7-14. Galat. 6, 6. 1 Tim. 5, 18. immo Mal. 3, 8. 10. Neh. 13, 10. 11. 12. arguitur populus Iudaicus, quod decimas ad sustentationem sacerdotum non persoluisset, ac Deus ipse sacerdotibus salaria fixerat Num. 18, 8. seqq.) sed quod doctrinam quæstu metirentur, & ad quæstum temperarent, docentes ea, quæ populo placerent, & quæ lucelli quid allatura esse sperarent. quæ αἰσχροκέρδεια in ministris Ecclesiæ merito improbatur 1 Tim. 3, 3. 8. Tit. 1, 7. 11. 1 Pet. 5, 2. *h)* Ez. 22, 28. *i) pro argento.* Vt quisque nummos liberaliter erogauerit, ita ei ominantur: prophetias, quas quisque amat, venales habent. amant mercedem iniustitiæ 2 Pet. 2, 15. cf. Act. 8, 20. *k) diuinant* potius quam vaticinantur. cf. not. v. 7. stil. vt *Bileam* Ios. 13, 22. cf. 2 Reg. 17, 17. Es. 3, 2. Ez. 13, 23. *l) & tamen super Iehoua nituntur* Es. 10, 20. h. e. confidentiam in Deo præ se ferunt, optima quæque sibi ab eo pollicentes: quasi vero eiusmodi gens essent, quæ iustitiam fecisset, neque ius Dei sui reliquisset c. 58, 2. Miratur Propheta hominum impudentiam, quod gratiam Dei in peccatis sibi promittant. Discamus itaque & nos, vanam esse in merito Christi fiduciam, quamdiu in peccatis malitiose persistitur. cf. Ier. 7, 4. 5. seqq. 1 Ioh. 3, 7. 8. *m)* Interrogatio ex affectu, quasi vel dubitare de Domini fauore impietas foret. tanta erat persuasionis pertinacia. *n) est & porro erit inter nos*, sc. gratia sua & fauore Leu. 26, 11. 12. Num. 14, 42. Es. 58, 2. cf. Am. 5, 14. Vel sensus: *est inter nos*; habet inter nos suum Templum, quod non patietur exscindi Ex. 25, 8. 1 Reg. 6, 13. *malum ergo*, quod Michas & Esaias comminantur, *non veniet super nos.* Et sane fiducia templi securos fecit Iudæos Ier. 7, 4. cf. Act. 6, 13. *o)* cf. Ier. 5, 12. seqq. c. 23, 17. Am. 6, 3.

℣. 12. *p) propter vos* Deut. 1, 37. c. 18, 12. principes, sacerdotes, prophetæ v. 11. quippe a quibus corruptio omnis in Remp. & Ecclesiam manarit: populi culpa non excluditur. Vult dicere: si vel maxime parciturus essem Tsioni ac Hierosolymis, tamen propter vos parcere non possum. *q)* vt *ager arabitur*, h. e. ita euertetur, vt vix vllum ciuitatis restet vestigium, quando pars in arua, pars in rudera, pars in siluam abibit. *Tarn.* Cf. supra c. 1, 6. Ceterum versus hic totus allegatur Ier. 26, 18. indidemque v. 19. simul constat, concionem hanc Michæ non sine insigni fructu fuisse, Rege quippe Deum humiliter exorante, & pœna dilata. *r)* Ier. 9, 10. *s)* c. 1, 6. Ps. 79, 1. *t)* cf. c. 4, 1. 2. *u)* cf. Hos. 2, 14.

CAP. IV, ℣. 1. *x) Fiet tamen.* Ita connectendum est hoc caput cum III. maximeque cum vltimo eius versiculo 12. Quemadmodum enim illic *Tsioni*, *Hierosolymæ*, & *monti domus Domini* excidium propter peccata populi ac procerum inprimis fuerat comminatus, sic iisdem, in solatium adflictæ Ecclesiæ, iam bene ominatur; &, vt conuersio hæc statim in oculos incurrat, iisdem nominibus, quibus supra, obiectum vaticinationis suæ designat, sc. *montem domus Domini* v. 1. 2. *Tsionem & Hierosolymam* v. 2. Id quod contra Celeb. Maium Oec. V. T. p. 942. modeste obseruamus. Agitur autem hic de regno Christi, quod pro collapso terreno erigendum, Propheta initio capitis pene iisdem describit verbis, quibus Esaias c. 2, 2. seqq. Estque, vt bene *S.* obseruauit, *I.* Euangelicæ promissionis de regno Christi sub N. T. & conuersione gentium simplex aliqua Protasis v. 1--7. *II.* Eiusdem ad adflictam & pressam Ecclesiam Applicatio v. 8--fin. *y)* sc. tempore N. T. cf. Hebr. 1, 1. & vid. not. Es. 2, 2. *z) mons domus Domini.* Ps. 24, 3. 2 Par. 33, 15. h. e. Ecclesia N. T. quæ est domus Dei 1 Tim. 3, 15. Hebr. 3, 6. & viuum eius templum 1 Cor. 3, 16. 2 Cor. 6, 16. 1 Petr. 2, 5. cuius eminentiam & dignitatem propheta typicis & allegoricis phrasibus hic depingit. cf. Ez. 40, 2. *a) firmiter constitutus*, ita vt nunquam possit de fastigio suo deiici. Prægnans h. l. verbum est, nec positum modo, sed & firmitudinem positus emphatice denotans. Vid. not. Es. 2, 2. *b) in fastigio montium.* Ecclesia Dei in illustri loco ponetur, ita vt omnes mundi nationes se ei sint subiecturæ. Tota oratio allegorica est, spiritualiter intelligenda. Etenim mons Moria, si proprie intelligatur, ad alios montes comparatus instar colliculi tantum est. cf. Ps. 68, 16. seqq. *c) & confluet super illum.* Notat copiosum, spontaneum atque continuum fluxum, qualis est fluuii decurrentis. Ier. 31, 12. *d)* non Israelitæ solum, sed cuncti v. 2. Es. 2, 2. cf. Es. 60, 5.

℣. 2. *e) Ibunt enim*, Euangelii sono excitati. Vlterior expositio postremi commatis v. 1. Es. 60, 3. Ier. 16, 19. cf. Hos. 11, 10. *f)* secundum promissionem Abrahæ factam Gen. 12, 3. Prophetis vero sæpissime confirmatam. cf. Es. 11, 10. c. 42, 6. Ier. 3, 17. Zach. 8, 20. 21. 22. Rumpetur enim intergerinus paries, qui gentes & Israelem hucusque seiunxit, Eph. 2, 14. 15. adeoque hoc templum longe plures frequentabunt, quam prius, quod manu factum fuerat.

℣. 10. בנה per *Tsere* 3. sic fe. 1. sec. *Mas.* suam.

רַבִּים וְאָמְרוּ לְכוּ וְנַעֲלֶה אֶל־הַר־יְהוָה וְאֶל־בֵּית אֱלֹהֵי
יַעֲקֹב וְיוֹרֵנוּ מִדְּרָכָיו וְנֵלְכָה בְּאֹרְחֹתָיו כִּי מִצִּיּוֹן תֵּצֵא
3 תוֹרָה וּדְבַר יְהוָה מִירוּשָׁלִָם : וְשָׁפַט בֵּין עַמִּים רַבִּים
וְהוֹכִיחַ לְגוֹיִם עֲצֻמִים עַד־רָחוֹק וְכִתְּתוּ חַרְבֹתֵיהֶם
לְאִתִּים וַחֲנִיתֹתֵיהֶם לְמַזְמֵרוֹת לֹא־יִשְׂאוּ גּוֹי אֶל־גּוֹי
4 חֶרֶב וְלֹא־יִלְמְדוּן עוֹד מִלְחָמָה : וְיָשְׁבוּ אִישׁ תַּחַת גַּפְנוֹ
וְתַחַת תְּאֵנָתוֹ וְאֵין מַחֲרִיד כִּי־פִי יְהוָה צְבָאוֹת דִּבֵּר :
ה כִּי כָּל־הָעַמִּים יֵלְכוּ אִישׁ בְּשֵׁם אֱלֹהָיו וַאֲנַחְנוּ נֵלֵךְ
6 בְּשֵׁם־יְהוָה אֱלֹהֵינוּ לְעוֹלָם וָעֶד : בַּיּוֹם
הַהוּא נְאֻם־יְהוָה אֹסְפָה הַצֹּלֵעָה וְהַנִּדָּחָה אֲקַבֵּצָה
7 וַאֲשֶׁר הֲרֵעֹתִי : וְשַׂמְתִּי אֶת־הַצֹּלֵעָה לִשְׁאֵרִית
וְהַנַּהֲלָאָה לְגוֹי עָצוּם וּמָלַךְ יְהוָה עֲלֵיהֶם בְּהַר צִיּוֹן
מֵעַתָּה

g) ſc. ad ſe inuicem. Mutuo ſe hortabuntur ad fidem & cultum Dei veri ſuſcipiendum. cf. Zach. 8, 21. h) vid. not. Eſ. 2, 3. i) Doctor autem, inquit *Kimchi*, erit Rex Meſſias. cf. Ioel 2, 23. Et eſt admodum notabile, quod Veteres in *Breſchith Rabba* f. 95. b. Meſſiam diſerte aiunt *verba legis explicaturum, & errores Iſraelitarum redarguturum.* item quod in *Medraſch Koheleth* c. 11, 2. dicunt: *Legem* ſ. doctrinam, *quam hoc ſeculo diſcit homo, vix aeſtimandam eſſe in comparatione ad legem Meſſiae.* k) Iudeo vias, *quae rectae ſunt coram eo.* de voluntate ſua, quid ſequendum nobis & fugiendum ſit. Deut. 8, 6. l) *& vt ambulemus.* Recte. Haec enim eſt vera indoles illorum, qui conuertuntur. Volunt de viis Dei non ſolum doceri, ſed & ambulare in illis Mat. 7, 24. Col. 2, 6. Iac. 1, 22. 1 Ioh. 2, 6. m) Ion. *in doctrina legis eius.* n) *quoniam*, ſi ſcire cupis, vnde hunc motum habiturae ſint gentes, vt ad domum Dei ſ. Eccleſiam accedant, mouebit eas rumor Euangelii, ex Hieroſolyma in totum mundum ſpargendus. cf. Zach. 8, 23. o) ſicut contra lex Moſis olim e monte Sinai Gal. 4, 24. p) exibit in omnem terram Rom. 10, 18. per annunciationem Apoſtolicam. q) Vid. not. Eſ. 2, 3. & reſpice hic antecedens ויורנו *vt doceat nos*, vnde יורה formatum. r) cf. Luc. 24, 47. Act. 1, 8.

✠. 3. s) *Et iudicabit*, ſc. per verbum Hieroſolyma exiturum v. 1. Subiecti loco ſupplet M. I. Participium *iudicans*, coll. ſimili ellipſi Gen. 48, 1. 2. Fit autem is, inquit, *Rex Meſſias.* Sic D. *Kimchi*, qui addit, Meſſiam fore Dominum omnium gentium. Ceterum cf. not. Eſ. 2, 4. t) *& arguet*, i. e. arbiter pacis erit. Sicut enim הוכיח generatim eſt aliquid *in faciem alicui demonſtrare*, ſic nominatim dicitur de iudice, qui interloquitur & *demonſtrationem facit nunc huic, nunc illi parti*, coll. Gen. 31, 37. Eſ. 11, 4. Iob 9, 33. u) *validas, numeroſas.* v. 7. Zach. 8, 22. x) cf. Eſ. 49, 1. 12. c. 60, 4. 9. Pſ. 2, 8. y) *gladios ſuos &c.* arma nociua & bellica in inſtrumenta pacis ac culturae. z) *in ligones* (5) 1 Sam. 13, 20. 21. a) *in putatorias falces.* Eſ. 18, 5. b) Chriſtus enim eſt *Princeps pacis* Eſ. 9, 5. Et qualis ipſe eſt, tales etiam facit ciues ſuos, pacificos nimirum atque manſuetos Matth. 11, 29. c. 5, 5. 9. Eſ. 11, 6. ſeqq. At, inquit *Tarn.* bella ſunt inter Chriſtianos, & licitum eſt bellum gerere? Eſt quidem, inquit, licitum contra iniquos, quod ad iuſtitiam punitiuam pertinet. --- Nec hi qui iuſte gerunt, aliud quaerunt, quam vt in pace viuatur -- Illud tamen ſemper manet; Si omnes ſecundum Euangelium viuerent, nulla eſſent bella, nulla diſcordia ſeu inimicitia inter homines. Hactenus ille. Porro huic loco opponi non debet Matth. 10, 34. ſeqq. Luc. 12, 51. ſeqq. vbi Chriſtus ait, veniſſe ſe immiſſurum non pacem, ſed gladium. Hoc enim per accidens fit ex malitia hominum: neque has turbas Chriſtiani excitant, ſed patiuntur. De cetero poteſt & huius vaticinii plenarium atque vltimum complementum in nouiſſima Eccleſiae periodo adhuc reſtare.

✠. 4. c) *Et habitabunt*, ſc. ſecure; quae vis Verbi eſt etiam unde poſiti c. 5, 3. cf. Eſ. 32, 18. d) cuiusmodi ſtatus erat ſub florentiſſimo Salomonis regno 1 Reg. 5, 5. Prouerbialis locutio. Senſus: Ficus viteſque ſecure colent, nullis hoſtium inuaſionibus inquietandi. cf. Zach. 3, 10. c. 11, 6. Eſ. 65, 21. 22. e) *ita vt non ſit terrens* quisquam. Leu. 26, 6. Ez. 34, 28. Zeph. 3, 13. f) id quod certiſſimum eſt, *quia.* g) Cum hoc (quod promiſſum fuerat) videatur valde difficile, confirmatur id ipſum a perſona promittentis Iehouae, -- qui mentiri nequit, & cui nihil eſt difficile, multo minus ἀδύνατον. Eſ. 14, 27. *Tarn.* cf. Eſ. 1, 20. c. 40, 5. c. 58, 14. h) Eſ. 1, 24 Hoſ. 12, 6.

✠. 5. i) Alia ampliſſimae promiſſionis confirmatio, a comparatione veri Dei & aliorum falſorum, itemque populi, qui ipſi confidit aeternumque durabit, cum aliis in ſua ſuperſtitione pereuntibus. *Tarn.* k) in quantum ſeparati ſunt a vero Deo & Eccleſiae ipſius conſortio (Vide enim ſupra v. 1. 2. 3.) & vaniſſimis contra idolis ſuis addicti. cf. Eſ. 44, 18. ſeqq. l) ambulant *in nomine Deorum ſuorum*, qui tamen Dii non ſunt Ier. 2, 11. cf. Ion. 1, 5. vnde nec mirum, turpiter eos ſpe ſua, quam in deaſtris ponunt, deludi. m) *Nos vero*; vel, Ergo nos multo magis, qui Iehouam, verum Deum, nouimus colimusque. Eſt enim ſimul argumentatio a minori ad maius. n) Sicut *ambulare* Hebraeis generatim notat actionum ſtudiorumque perpetuam rationem & curſum. vid. v. 2. ſic *ambulare in nomine Iehouae* eſt, Iehouam agnoſcere & profiteri omnium actionum ſuarum auctorem, patronum, praeſidem, atque ad eius tum voluntatem, tum auxilium, fiducialiter omnia referre. Zach. 10, 12. Pſ. 20, 6. 8. Col. 3, 17. o) ita vt nos nihil vnquam a fiducia promiſſionum illius dimoueat. cf. Matth. 16, 18. Rom. 8, 38. 39. Pſ. 62, 7. 9.

✠. 6. p) De quo v. 1. nimirum tempore N. T. cf. c. 5, 9. Am. 9, 11. q) cf. not. v. 4. Hoſ. 11, 11. r) *colligam*, cum ה paragog. q. d. Tum demum vere ac plene *colligam*, quos modo per Aſſyrios & Chaldaeos, eandemque per Romanos ſum diſiecturus. c. 2, 12. Ez. 11, 17. s) ouem *claudicantem* (4) v. 7. Gen. 32, 32. Zeph. 3. 19. ſc. ex percuſſione; Synagogam diu afflictam & caſtigatam. Sequitur enim ſtatim: *& quam malo adfeci.* Alii de culpa interpretantur. Cocc. Lex. *claudicantes*, non recte incedentes in via Domini, procidentes in alteram partem. Ita *Gusler.* Theol. Proph. p. 708 cf. Eſ. 33, 23. 24. c. 35, 6. Pſ. 35, 15. t) *& diſpulſam* a grege vel caula. Deut. 30, 4. Ez. 34, 16. Zeph. 3, 19. u) c. 2, 12. Eſ. 56, 8. x) *& quam* quoquo modo *adflixi*, ſeu *malo adfeci.* Ion. addit: *propter peccata populi mei.* Ex. 5, 21. 23.

✠. 7. y) Gen. 13, 16. c. 32, 13. z) vid. v. 6. a) *in reliquias.* c. 2, 12. vt tantis malis non conſumantur, ſed ex illis tandem emergant. Gen. 45, 7. b) *& procul diſpulſam.* (1) Forma participii, ab הלאה *vltra*, quod remotum terminum notat. Am. 5, 27. c) *numeroſam*, multiplicatis ei filiis non modo ex ipſius gente, ſed ceteris quoque. vid. v. 3. Eſ. 60, 22. d) *& regnabit Dominus.* q. d. Mox quidem dolebis de Rege tuo & regno ſublato v. 9. ſed bono nihilominus animo ſis: regnum enim multo glorioſius, quam terreſtre tuum fuit, ſperandum habes, videlicet regnum illius, qui eſt *Iehoua Iuſtitia noſtra* Ier. 23, 6. cf. ſupra c. 2, 13. item Eſ. 22, 23. c. 33, 17. 22. c. 52, 7. Obad. 21. Zach. 14, 9. Dan. 7, 14. Luc. 1, 33. Ion. *& reuelabitur regnum Domini* ſuper eos. e) vid. v. 1. 2. c. 3, 12.

CAP. IV. ✠. 3. וְשָׁפַט בֵּין ita 2. 3. וְלֹא־יִשְׂאוּ cum praef. *Fan* 1. 3. ſic ſu. 2. 5. & ſic in marg. 6. 9.

8 מֵעַתָּה וְעַד־עוֹלָם׃ וְאַתָּה מִגְדַּל־עֵדֶר
עֹפֶל בַּת־צִיּוֹן עָדֶיךָ תֵּאתֶה וּבָאָה הַמֶּמְשָׁלָה הָרִאשֹׁנָה
9 מַמְלֶכֶת לְבַת־יְרוּשָׁלִָם׃ עַתָּה לָמָּה תָרִיעִי רֵעַ
הֲמֶלֶךְ אֵין־בָּךְ אִם־יוֹעֲצֵךְ אָבָד כִּי־הֶחֱזִיקֵךְ חִיל
10 כַּיּוֹלֵדָה׃ חוּלִי וָגֹחִי בַּת־צִיּוֹן כַּיּוֹלֵדָה כִּי־עַתָּה תֵצְאִי
מִקִּרְיָה וְשָׁכַנְתְּ בַּשָּׂדֶה וּבָאת עַד־בָּבֶל שָׁם תִּנָּצֵלִי
11 שָׁם יִגְאָלֵךְ יְהוָה מִכַּף אֹיְבָיִךְ׃ וְעַתָּה נֶאֶסְפוּ עָלַיִךְ
12 גּוֹיִם רַבִּים הָאֹמְרִים תֶּחֱנָף וְתַחַז בְּצִיּוֹן עֵינֵינוּ׃ וְהֵמָּה
לֹא יָדְעוּ מַחְשְׁבוֹת יְהוָה וְלֹא הֵבִינוּ עֲצָתוֹ כִּי קִבְּצָם
13 כֶּעָמִיר גֹּרְנָה׃ קוּמִי וָדוֹשִׁי בַת־צִיּוֹן כִּי־קַרְנֵךְ אָשִׂים
בַּרְזֶל

f) non quidem tam a tempore prædictionis, quam complementi, seu *ab hoc die*, cuius mentionem v. 6. Propheta iniecerat. Hoc videtur etiam *Vulg.* in mente habuisse, dum vertit: *ex hoc nunc.* cf. Es. 9, 6. g) cf. Dan. 2, 44.

℣. 8. h) *Quantum igitur ad te.* Incipit hic altera pars capitis, sec. datam a nobis supra ad v. 1. diuisionē. i) Nō. pr. ignobilis viculi aut villæ in vicinia Ephratæ s. Bethlehemæ Gen. 35, 21. coll. ibid v. 16. 19. Appellatiue *turrim gregis* sonat, forte quod esset ad cogendos illic vel tutandos greges. *Hieronymus* de locis Hebr. *Bethlehem*, inquit, *ciuitas Dauid*--& mille circiter passibus procul *turris Ader*, quæ interpretatur *turris gregis*, quodam vaticinio *pastores dominicæ natiuitatis conscios* ante significans. Sumitur autem hic per metalepsin pro stirpe Isai Bethlehemitica, ex qua olim Dauid regnum Israelis acceperat, posthac vero Messias nasciturus indidem, & regnaturus erat. Agitur ergo hic de stirpis Isaicæ, & consequenter totius Sionis eminentia & dignitate, quam suo tempore in Christo & regno ipsius consequutura sit. Videsis not. Gen. 35, 21. Bene namque *A Esra* ad h. l. obseruat: *Loquitur*, inquit, *dehinc vsque ad finem super materia Messiæ.* Sic Ion. *Et tu Rex Messia, qui absconditus es propter peccata Ecclesiæ Sionis*, (sed hoc spirat errorem Iudaicum; nisi tu id rectius intelligas, ex Es. 8, 17. c. 59, 2. c. 64, 6. &c.) *tibi venturum est regnum, venietque dominium prius ad regnum Ecclesiæ Hierosolymæ.* Equidem non desunt, qui opinantur, *turrim* Hierosolymis in porta *gregis* seu προβατικῇ exstructam; intelligi, coll. Neh. 3, 1 Ioh. 5, 2. Sed nulla ratio apparet, quomodo ad portam istam Hierosolymitanam hæc gloria, de qua agit Vates, peculiariter pertinuerit. k) Est vel appositio præcedentis, *cliue*, qui es *cliuus*, *filiæ Sionis* קמין בז״ק, h. e. regni Iudaici: sic notaretur situs turris in editiori loco. vel asyndeton, pro, *& cliue:* sic foret קמין בז״ק pars montis Sion orientalior, iuxta quam mons Moria Neh. 3, 26. 27. 2 Par. 27, 3. c. 33, 14. l potest simpliciter verti *ad te*, Iob. 4, 5. c. 32, 11. 12. vel emphatice, *vsque ad te*: solet enim fere termini procul dissiti assecutionem notare. q. d. Regnum hoc diu satis & anxie exspectabis, tandem vero id metam continget, & *ad te* veniet m) *veniet.* Es. 21, 12 Obserua hic *emphasin Atnachi* in propositione nondum integra, nam quid venturum esset, sequens demum exponit hemistichium. Itaque *Atnach* lectoris animum aliquamdiu suspensum tenet, vt ad id, quod sequitur, attentiorem faciat. n) *veniet, inquam.* Hab. 2, 3. o) *dominium.* 1 Reg. 9, 19. p *prius*, quale fuit olim sub Dauide & Salomone corporaliter & typice. *Tarn.* cf. Es. 1, 26. Ier. 33, 7. 11. & quæ supra ad v. 4. notauimus. q) *regnum*, inquam, *quod* fuit vel *erit filiæ Ierusalem.*

℣. 9. r) Quod cum ita sit, *iam ergo.* Illatiua particula est qua promissionem illam lugenti Sioni applicat ad leniendum eius dolorem. q. d. Tam certam tam egregii regni promissionem habens, quin solaris te igitur, & nimium dolorem de ablato regno terrestri moderaris? s) *vociferaris vociferando* vel *vociferatione*, Iud. 7, 21. Ioel 2, 1. h. e. indesinenter & nimium, quasi vero penitus & finaliter de te actum esset. Es. 49, 14. t) *numquid Rex nullus in te est?* Perdidisti quidem Regem corporalem, perdidisti consiliarios principes, idque effuse deploras; cf. Thr. 4, 20. ergone vero nullum omnino amplius Regem & consiliarium habes, ne Deum quidem? Sensus vero est: Habes vtique, coll. Es. 33, 22. Ergo tempera luctum. vid. etiam Hos. 10, 3. u) num *consiliarius tuus.* Es. 3, 3 c. 9, 5. x) c. 7, 2. Zach. 9, 5. y) *quod corripuerit te.* Ier. 8, 21. z) Ion. *angustia & tremor, sicut dolores parturientem.* Ier. 6, 24. c. 50, 43. cf. Es. 13, 8. Ier. 4, 31. Hos. 13, 13.

℣. 10. a) *Parturi.* Es. 66, 8. Imperatiuus consolantis. q. d. Sustine modo patienter ac fortiter, quæ Deus tibi infliget: quippe dolorem tuum non minus gaudium subsequetur, atque mulieris, cum enixa fœtum est. cf. Ioh. 16, 21. b) Sch. *& educ* (א) Iud. 20, 33. Ez. 32, 2. Rad. גוח in genere *motum cum impetu* notat, h. l. ergo speciatim parturientis impetum, quo se mouet, flectit & comprimit, vt fœtus ex vtero erumpat, coll. Ps. 22, 10. Prope accedit ad Ar. גחח *excreuit, emisit.* c) v. 9. Es. 42, 14. d) *quoniam*, vt ne ignores, quæ tibi fata immineant. e) *iamiam* quidem, vel *mox.* Ternum in hoc contextu est id עתה, ac terna pariter comparatio mali imminentis cum opposito solatio, sc. v. 10. v. 11. seqq. & v. 14. seqq. Quæ obseruatio habet aliquid momenti ad demonstrandum capitis quinti arctissimum nexum cum c. 4, 14. Dici autem *iamiam* vel *mox*, velut de re proxime imminenti, comparate id quidem ad promissam liberationem. cf. c. 5, 3. c. 7, 4 10. Es. 43, 19. g) *exibis e ciuitate*, quam hucusque incoluisti. 1 Reg. 1, 41. 45. Deportationem Babylonicam innuit Propheta. cf. 2 Reg 24, 14. c. 25, 11. 21. h) *& habitabis in campo*, sc. gentium vel imperii Babylonici, sicut olim post exitum ex Aegypto in patentibus deserti campis. Ier. 17, 6. Ps. 120, 5 6. Vid. Ez. 20, 35. 36. & Hos. 2, 16. i) Ast *quamuis venies.* Sic propter accentus connectimus. k) *vsque ad Babyloniam*, quæ vobis est regio remota Es. 39, 3. vid. supra not. v. 8. l) tamen *illic eripieris.* habebit & illa captiuitas suum terminum. cf. Am. 3, 12. Ps. 34, 18. m) *illic enim te redimet* vel *vindicabit*, tanquam peculium, hostibus nullo quidem pretio propter peccata venundatum Es. 50, 1. c. 52, 3. quod proin ab iniusta illorum detentione vt Dominus repetet. cf. Leu. 25, 24. seqq. Ex. 6, 6. & unt. Es. 41, 4. n) Iud. 6, 14.

℣. 11. o) *Et iam, modo.* Vid. v. 10 Est enim, vt illic obseruauimus, anaphora Prophetica p) *congregabunt se* quidem, animo vastandi & penitus exscindendi. Hos. 10, 10. Zach. 12, 3. Ps. 35, 15. q) Chaldæi cum subditis fœderatisque gentibus, Ammonitis, Idumæis &c. cf. Thr. 1, 10. r) *impuretur* Ps. 106, 38. vt quæ sancta quondam vrbs dicta fuit, fœda in posterum & profana fit. s) *& videat* voluptatem suam -- *vterque oculus noster.* c. 7, 10. Obad. 12. 13. Ps. 35, 21. ἐπιχαιρεκακίαν ex odio promanantem notat. cf. Ps. 137, 7. Thr. 1, 7. c. 2, 16. c. 3, 46. c. 4, 21. t) Ion. *in ruina Sionis.*

℣. 12. u) *Verum illi*, qui profano animo te vastatum venient, ac tantum non exscindere præsument. x) sc. arcanas Ps. 92, 6. & ab illorum cogitationibus nimium diuersas Es. 55, 8. tendentes ad pacem vestram & bonum Ier. 29, 11. & ad infligendum contra tuis hostibus excidii supplicium. y) *consilium eius*, quod est, vt tu per illos castigata ad gratiam redeas, illi vero tandem ob truculentiam suam male pereant. cf. Es. 10, 7. 8. c. 46, 10. 11. Zach. 1, 15. seqq. z) *quoniam*, vt hoc consilium Dei, in quantum hostes concernit, exponam. a) *colliget eos.* Præter. pro Fut. b) *velut manipulos* resectæ & iam exterendæ messis (ד) Ier. 9, 21. Am. 2, 13. c) *in aream*, tribulationis ergo. Es. 21, 10. cf. modo v. 13. & Ier. 51, 33. Nimirum sicuti tum demetuntur atque teruntur in area segetes, cum maturuerint; sic & hostes iusto tempore puniet, cum peccati mensura impleta, ad ipsius iudicia maturuerint. cf. Ioel 4, 13

℣. 13. d) Tum igitur *surge*, quæ lugens in cinere ac squalore iacuisti. Es. 52, 2. Imperatiuus Propheticus. e) *& tritura* gentes, partim spiritualiter, subiiciendo eas per Euangelium regno Christi; partim vero, & quod contextus noster quam maxime intendit; pœnaliter, supplicium sumendo a pertinaciter improbis persecutoribus tuis. Es. 41, 15. Hab. 3, 12. Babylonii, nihil tale fecerunt Iudæi, cum ex captiuitate remearent; ergo complementum huius promissionis restat populo Dei in N. T. f) *quoniam*, ne tuam infirmitatem forte obuertas. g) quo feries hostes Deut. 33, 17. 1 Sam. 2, 1. 10. Ps. 75, 11. Quia apud Iudæos boum opera excutiebantur frumenta Deut. 25, 4. 1 Cor. 9, 9. 1 Tim. 5, 18. his porro comparatur--& hoc respectu illi cornua & vngulæ attribuuntur. *Tarn.* Cf. not. Es. 28, 27. h) *faciam ferrum*, i. e. ferreum. cf. 1 Reg. 22, 11.

℣. 9. הַמֶּלֶךְ אֵין ita 2. 3.

Rabsaken cum delecta manu illuc mittere ad postulandam vrbis deditionem, qui

CAP. V.

vero statim inde ad Senaheribum regressus legitur 2 Reg. 18. c.19,8. *y*) per communica-

ברזל ופרסתיך אשים נחושה והדקות עמים רבים
והחרמתי ליהוה בצעם וחילם לאדון כל־הארץ :
14 עתה תתגדדי בת־גדוד מצור שם עלינו בשבט יכו
על־הלחי את שפט ישראל : ה ואתה בית־
לחם אפרתה צעיר להיות באלפי יהודה ממך לי יצא
להיות מושל בישראל ומוצאתיו מקדם מימי עולם :
לכן

tionem loquitur in I. persona. *z*) ac *virga percutient* Es.10, 24. Schm. *virga* tamen tantum *percutient*; quasi extenuantis esset: sed sequens *super maxillam*, itemque Accusatiuus obiecti personalis *iudicem Israelis*, videntur potius exaggerare malum. q.d. Indignissimis modis tractabunt ipsum iudicem seu Regem Israelis. *a*) *super maxillam*, quod summæ est ignominiæ Ps.3,8. 1 Reg.22,24. Marc. 14, 65. Ioh.19,3. *b*) *ipsum Iudicem* vel (vt *Ion.*) *Indices Israelis*. cf. Hos.13,10. *Ligthf.* in Chron. p.108. quem Cel. *Maius* p. 943. secutus est, *Ezechiam* intendi putat, contra quem iacta colaphorum instar Sennaheribi probra leguntur 2Reg.18,19. & Es.36,37. Verum ex antecedentibus, atque inprimis ex v.10. patet, Prophetam hic non tam agere de Assyriaca inuasione, quam Babylonica Nebucadnezaris: adeoque *Tsedekiam* potius dixerimus intendi, qui a Chaldæis in fuga captus, atque a Nebucadnezare condemnatus, miser non principum modo, sed filiorum quoque suorum cædem vidit, ipse excæcatus postea & Babylonem abductus. Vide 2Reg.25,5. seqq.& cf. Thr.4,20. cum not. CAP. V. ℣. 1. *c*) Syr. *Tu vero*; per antithesin. q.d. Quamuis vrbs Hierosolyma capietur, ipseque Rex Israelis indignissime tractabitur c.4,14; tamen ideo desperandum non est Tsioni: Liberatorem namque ac Dominatorem Israeli Bethlehema suo tempore dabit, qui iacturam ablati per Babylonios regni & Reip. cumulate pensabit. Vt natiuitas Christi e virgine, inquit *Ligthf.* in Chron. p.108. signum fuit Ahaso, sic illius natiuitas Bethlehemi signum constituitur in diebus Hiskiæ. Ct. quæ c.4,16. *de nexu huius Capitis cum præcedenti* notauimus. Est igitur in hoc capite Propheta totus in eo, vt pergat afflictam Sionem promissionibus de Regno Christi solari. Sunt autem *Partes* sec. *Tarn.* duæ, prout hic duæ loquuntur personæ, I. a Propheta facta *promissio*, vbi de Christi natiuitate, Persona, Ecclesia & regno v.1-8. II. a Christo ipso subiecta *confirmatio* v.9.seqq. vbi tres ponuntur modi, quibus mirabiliter Tsionen sit salvaturus, remouendo videlicet 1) præsidia externa v.9.10. 2) idololatriam v.11 12.13. 3) Ecclesiæ hostes v.14. Ceterum Masc. genus hic, & in seq. צעיר & ממך, respicit terminationem Nominis *Bethlehem*, cum alioquin, vt proprium ciuitatis, significatione sua sit Femininum. cf. not. 2 Reg.15,16. Ez.22,4. Hos.10,7. *d*) in tribu Iudæ Matth.2,6. patria quondam vrbs Isæi, exortæque ab illo familiæ Dauidicæ, 1 Sam. 17,12. Luc.2,4.11. Ioh.7,42. *e*) quæ & *Ephrata* diceris Gen.35,19. c.48,7. 1Par.4,4. Synonymum additur euitandæ ambiguitatis caussa: erat enim & alia Bethlehem Sabulonitica Ios.19,15. *f*) *parua* quidem nimis es, *vt sis* &c. Sic Ion. Syr.& LXX. Q. d. Paruum quidem abiectumque oppidulum es Gen.19,20. Iud. 6, 15. Ps. 119, 141. & vix dignum, quod in chiliadibus Iudæ connumeretur; (Viculus enim dicitur Ioh.7,42.) *ex te tamen exibit* &c. & hac ratione *nequaquam minima eris*. Sic enim Matthæus allegat Matth.2,6. Et est facilis Micham inter & Matthæum conciliatio. *Paruam* quippe vocat Michas, respiciens statum oppidi externum; *minime paruam* Matthæus, respiciens natiuitatem Messiæ, qua mirum in modum condecoratum illud oppidum ac illustratum fuit. Alii interrogatiue, sed coactius: *paruane esses in chiliadibus Iudæ?* atqui *ex te* &c. At *Pocok.* in Not. Misc. ad P. M. p.14. seqq. contrarios significatus, vt alibi, ita in hac voce agnoscit, *Paruum* videlicet & *Magnum*; vertitque: *Princeps* s. *primaria eris*. Et sic *R. Tanchum* aliique apud eundem, coll. Ier.48,4. Zach. 13, 7. Verum syntaxis Verbi להיות primæ expositioni magis fauet, neque significandi ἐναντιότης fingenda omnino est, saltem præter necessitatem. Denique & sic posset exponi: *Paruum est, vt sis inter chiliadas Iudæ*, quam dignitatem hactenus quidem habuisti; insuper enim *ex te mihi exibit* &c. quæ dignitas priorem illam longe superabit. Ita cf. Es.49,6. Sed in Scripturæ explicatione, quo quid simplicius, eo perfectius est. *g*) Erat enim populus Israel in suas distributus chiliadas Iud. 6, 15. quarum singulis singuli præerant ἡγεμόνες Ex.18,21. Num.1,16. Deut.33,17. Ios. 22, 14. 1 Sam.23,23. vnde Matth.2,6. est ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα, intelligendo nimirum principes cum suis chiliadibus. *h*) attamen, vel nihilominus tn. *ex te*, non obstante hac tenuitate tua. *i*) *mihi*, inquit Propheta nomine totius populi sui, coll. Plurali *contra nos* c. 4, 14. Vel mixta oratio est, *mihi*, sc. Domino, i. e. me volente ac efficiente. *k*) *exibit* aliquis, per natiuitatem ex virgine. *Ion.* supplet Nominatiuum *Messias*. Sic D. Kimchi, R. Salomo, & Abendana in Spicil. M. I. Est igitur hæc manifesta sententia de loco natiuitatis Christi, quod etiam apud Veteres extra dubium fuit, coll. Matth. 2, 6. & Ioh. 7, 42. adeoque non moramur *Abendanæ* nugas, qui Messiam non Bethlehemæ, sed ex familia Bethlehemitica Dauidis tantummodo nasciturum esse cauillatur. *l*) *vt* vel *qui sit Dominator* Zach. 6, 13. Ps. 8, 7. Ps. 22, 29. cf. Iud. 8, 23. 2 Sam. 23, 3. Es. 16, 1. Ier. 30, 21. it. Ez. 34, 24. *m*) *cuius tamen egressiones sunt ab æterno*, per æternam a Deo Patre generationem: quippe qui est Vnigenitus a Patre Ioh. 1, 18. Primogenitus omnis creaturæ Col. 1, 15. qui est ante omnia v. 17. Prou. 8, 22. 23. adeo vt non tum demum exstiturus sit, cum Bethlehemæ nasciturus est; sed dudum ante & ab æterno fuerit. Sicut enim præcedens *Exibit* innuit natiuitatem Christi sec. carnem, ita *Egressiones* hæ natiuitatem vel generationem eius sec. Diuinam naturam. Et pluralis quidem emphaticus est, siue vt rei excellentia & magnitudo signetur, siue, quod pluribus placet, vt actus continuus denotetur, sec. Ps. 2, 7. *Ego hodie genui te.* Cf. autem *Exire de natiuitate* vel *generatione* adhibitum Gen. 17, 6. Iud. 8, 30. Es. 39, 7. Zach. 4, 7. *n*) LXX. ἀπ' ἀρχῆς, quod cf. cum Ioh. 1, 1. & 1 Ioh. 1, 1. Ion. *cuius nomen dictum est* (מלקדמין) *ab æterno* vel *rerum initiis*. Sic idem Zach. 4, 7. *Ante mundum conditum*, vt h. l. explicant in *Pirke Eliezer* c. 2. fol. 2. b. De Deo vsurpatum *æternitatem* notat Deut. 33, 27. Hab. 1, 12. Ps. 55, 20. Prou. 8, 22. 23. *o*) *a diebus æternitatis* Es. 40, 28. Prou. 8, 23. Videntur quidem hæc ἀσύστατα esse, *dies & æternitas*; sed Scriptura, inquit *Tarn.* ad h. l. de Deo rebusque diuinis nobis condescendens loquitur ἀνθρωποπαθῶς. Quemadmodum igitur supra vltimam sphæram nos imaginamur esse locum, licet reuera non sit, ita & ante tempus & in æternitate dies & tempus quasi concipimus, quia aliter concipere haud possumus, quomodo Apostolus aliquoties ipsam æternitatem vocat *tempora æterna*, non quod talia, physice si accipias, sint reuera, sed quod nobis videantur.--Sic Deus *antiquus dierum* dicitur Dan. 7, 9.

i, & *vngulas tuas* Es. 5, 28. *k*) *æs*, æneas. Substantiuum est, vt Es.45,2. Iob.40,18. *l*) & *comminues*, velut paleam, extrito frumento. Es.28,18. c.41, 15. *m*) cf. c. 5, 7. 8. Zach.12,6. *n*) & *deuoueбo*, totum addicam & consecrabo Leu. 27, 28. Ios. 6, 18. cf. Es.23,18. *o*) *Domino* populoque eius, coll. ibid. Es. 23, 18. Ceterum est vel idiotismus Nominis, pro *Mihi* seu Pronomine I. personæ positi, vt Ex.30,16. vel *Deus Pater* hic loquitur in primis de *Filio suo*, cui vti gentes ipsas Ps.2,8. sic opes illarum donauit, Es. 23, 18. *p*) *quæstum illorum*. Gen. 37, 26. *q*) Ios. 3, 11. 13. Zach. 4, 14. Ps. 97, 5.

℣. 14. *r*) Vide not. v. 10. & 11. vnde adparebit, arctissime versum hunc cohærere cum antecedentibus æque ac consequentibus, adeo vt capitis noui auspicium, si materiæ nexum spectamus, neque heic neque c. 3, 1. percommodum sit. *s*) *turmatim* quidem *coibis*, collectis copiis irruenti Babylonio restitura, irrito tamen & infelici conamine. Ier. 5,7. Ps. 94, 21. *t*) *filia turmæ* 2 Sam. 3, 22. ipsa nimirum Hierosolyma, quæ facto agmine, ad bellum temere prorumpis atque bellare amas. Culpatur Tsedekiæ ac Iudæorum temeritas, qui bellum deditioni, quam iussu Dei vrgebat Ieremias, præferebant. Vid. Præf. in Ier. §. 11. 12. Alii tn. putant, Apostrophen esse ad Babylonicam gentem. q. d. Copiis quidem tuis nos obrues, obsidebis, captosque contumeliose tractabis, sed nihilominus de nobis desperatum non est c. 5, 1. *u*) *obsidionem* Ez. 4, 7. seu *machinas obsidionales*, v. g. turres, vallum &c. Deut. 20, 19. 20. Complementum cf. 2 Reg. 25, 1. 2. *x*) *ponet* hostis, sc. Babylonius. nam Assyrius Senaherib reliquas quidem Iudæ vrbes obsedit, Hierosolymam non obsedit, sed contentus fuit,

Rab-

℣. 14. Hic auspicantur Caput V. 8. 10. 11. 13. 19. 20.

✠. 2. p) *Propterea igitur.* Puta, quia hoc est consilium Dei, Sionem propter peccata prius adfligere, ac tum demum in Christo, Bethlehemæ nasciturо, reficere, coll. v. 1. cum c. 4, 14. & antecedentibus. q) *tradet* quidem *eos* Dominus, relinquendo eos variis hostibus 2 Par. 36, 17. immo & genio ac moribus suis prauis Act. 7, 42. Rom. 1, 24. 26. 28. verum non in perpetuum, sed *ad tempus.* r) *vsque ad tempus paritura*, cum *pepererit*; seu, quo *quæ paritura est*, Bethlehemæ *pepererit*, v. 1. Aenigma Propheticum de Maria Deipara, quæ antonomastice dicitur *Paritura*, sicut eadem eodem modo *Femina Virum circumdatura* vocatur Ier. 31, 22. cf. Es. 7, 14. Alii allegorice de Ecclesia Israelitica; diuersimode tamen illi. *Abendana* in Spicil. Vult dicere, inquit, tempore salucis magnam fore angustiam Israeli, ita vt parturientis instar futurus sit, coll. Dan. 12, 1. Ita cf. Ier. 30, 6. 7. Hos. 13, 13. At *Tarn.* Donec Euangelium e Sione prolatum Mich. 4, 2. prædicetur toti mundo & gentibus, atque ita fœcundæ matris instar copiosam sobolem spiritualem enitatur. Cf. Es. 49, 21. Ps. 87, 4. 5. 6. Sic *Vitringa* ad Apoc. 12, 5. Mystica, inquit, oratio est. Supponitur enim, *Ecclesiam Iudæam* ex oraculo Esaiæ c. 54, 1. 2. edituram esse *fœcundissimam sobolem* per prædicationem Euangelii ministrorum Christi, adeo vt Tentorium Ecclesiæ per totum mundum distenderetur; quod ipsum quoque inuoluit *conuersionem Romani imperii cum eius Rectoribus ad Christum*: quo tempore ait Propheta Iudæos rebelles esse *tradendos diuino iudicio*; vsque quo tandem, *præteritis temporibus gentium* Luc. 21, 24. Deus eorum misereretur. s) *tum vero residuum fra-*

2 לכן יתנם עד־עת יולדה ילדה ויתר אחיו ישובון
3 על־בני ישראל׃ ועמד ורעה בעז יהוה בגאון שם
יהוה אלהיו וישבו כי־עתה יגדל עד־אפסי־ארץ׃
4 והיה זה שלום אשור ׀ כי־יבוא בארצנו וכי ידרך
בארמנותינו והקמנו עליו שבעה רעים ושמנה נסיכי
ה אדם׃ ורעו את־ארץ אשור בחרב ואת־ארץ נמרוד
בפתחיה והציל מאשור כי־יבוא בארצנו וכי ידרך
בגבולנו׃
6 והיה ׀ שארית יעקב בקרב עמים רבים כטל מאת
יהוה כרביבים עלי־עשב אשר לא־יקוה לאיש ולא
ייחל

fratrum, vel *reliqui fratres eius. Abendana* tribum Iuda & Beniamin, per *filios Israelis* vero decem tribus intelligit. Sed malim de gentibus ad Christum conuertendis, coll. Es. 66, 19. seqq. Ioh. 10, 16. Debet vero Suffixum, (quod & *A-*

הפטרת
וירא בלק

bendana agnoscit) ad Messiam referri, quippe qui non erubescit nos *Fratres* vocare Hebr. 2, 11. 12. Ps. 22, 23. t) cf. Es. 35, 10. ✠. 3. u) *Ipse autem* (Messias) *stabit* Es. 11, 10. Sedulitatem, circumspectionem & curam pastoralem notat. Nam vt gregem pastor eo magis circumspectet atque custodiat, erectus stare atque attendere illis solet. Es. 61, 5. cf. Hab. 3, 6. Sic *sedere* in alia allegoria de Christo Mal. 3, 3. studii adplicationem significans. x) v. 5. c. 7, 14. Ps. 23, 1. Ion. *& dominabitur.* y) h. e. circumdatus eius robore, maiestate & gloria. Ita eos pascet, vt adpareat, esse eum diuino robore & maiestate instructum. cf. 1 Sam. 2, 10. Es. 45, 24. z) *in excellentia* s. maiestate. Es. 24, 14. Am. 8, 3. a) h. e. ipsius Iehouæ: nam *Iehoua & nomen eius* vnum sunt. cf. c. 6, 9. Ps. 5, 12. Prou. 18, 10. & Nomen Iehouæ est in Christo Ex. 23, 21. cf. ib. not. & Es. 30, 27. b) *atque sic habitabunt* illi, sc. secure c. 4, 4. Ez. 28, 25. cf. 2 Reg. 4, 13. Vulg. *& conuertentur.* sic Ion. & Syr. quasi legissent *Schin* per *Kibbuts.* c) Fundamentum habitationis securæ, ab amplitudine regni Messiæ. Quandoquidem enim vniuersa terra eum vt Dominum reuerebitur, vniuersos quoque auctoritate continebit, vel compescet potentia, vt gregem ipsius nemo, saltem cum successu, infestaturus sit. d) vid. not. c. 4, 10. e) Ez. 38, 13. Mal. 1, 11. Ion. *magnificabitur nomen eius.* cf. 1 Par. 17, 8. f) Ps. 2, 8. ✠. 4. g) *Eritque hic*, Messias, *pax*, h. e. pacis auctor. *Kimchi.* cf. Eph. 2, 14. Videlicet vt pacem cum Deo parturus, sic pacem ab hostibus nostris facturus est nobis Es. 8, 10. c. 27, 5. Datiuum *Nobis* adiicit *Ion.* Dicit hæc autem Propheta in oppositione ad sui temporis præsentem vel imminentem statum, vbi turbarum bellorumque omnia erant plena futura. h) *Assyrius*, synecdochice pro quolibet, aut mystice pro eximio quodam nouissimæ Ecclesiæ hoste, vt v. 5. Zach. 10, 11. quia cum hæc scriberentur, Assyrius potentissimus erat & truculentissimus populi Israelitici hostis. cf. typum Es. 36. seq. Hebræi de Gog & Magog explicant. Erunt vtique tales populi, qui Euangelio Christi non credent v. 14. Apoc. 20, 8. i) Ergo quod v. 3. de securitate Ecclesiæ dictum fuit, non conatum hostilem excludit, sed effectum. k) *calcabit*, pedem figet, *in palatiis nostris.* Deut. 11, 24. Ier. 9, 20. Ps. 122, 7. m) *tum constituemus* vel *surgere faciemus aduersus ipsum.* Iud. 5, 12. Non deerunt nobis *saluatores* Obad. v. 21. n) *septem - octone.* Si ita exponimus, quemadmodum omnino videtur exponendum, synecdoche erit numeri certi pro incerto, cadetque mysterium numeri septenarii, quod h. l. nonnulli quærunt, coll. Prou. 9, 1. Esth. 1, 14. Apoc. 1, 4. c. 15, 1. Nec dubium, quin illa synecdoche potius sit exaggeratiua, ad multos, quam diminutiua, ad paucos significandum principes, coll. Ps. 119, 164. Coh. 11, 2. Prou. 24, 16. c. 26, 25. o) Ion. *Reges.* v. 3. cf. Ier. 23, 4. Intelliguntur autem Pastores vel Duces non soli, sed cum suis gregibus vel copiis. Ier. 6, 3. p) *vnctos* (S) *hominum*, vel *ex hominibus*, i. e. principes populi. Ios. 13, 21. Ez. 32, 30. ✠. 5. q) *Qui pascent*, summa cum seueritate & rigore Ap. 2, 27. c. 19, 15. vel *depascentur*, coll. Ier. 2, 16. c. 6, 3. Ps. 49, 15. Alii: *confringent*, ex רעע, coll Ps. 2, 9. r) vid. not. v. 4. s) non pastorali pedo, sed *gladio*, cf. Apoc. 2, 27. c. 12, 5. c. 19, 15. t) Est vel *Babylonia*, in qua regnum Nimrodus inchoauit Gen. 10, 10. vel per epexegesin præcedentis, ipsa potius *Assyria*, in qua idem ille, prolato dominio, postmodum regnauit, coll. ibid. v. 11. 12. u) *intra portas ipsius*, h. e. intra ipsas Assyriorum vrbes, quas ingredientur per portas c. 7, 5. Es. 13, 2. q. d. sedem belli ex nostra in propriam ipsorum regionem deuoluent, vt cum Assyrii nos bello oppetierint in terra nostra, ipsi contra in suis finibus debellentur. x) *Atque sic nos eripiet* Christus v. 1. 3. cf. Es. 31, 5. y) vid. not. v. 4. & not. Ez. 38, 17. ✠. 6. z) *Erit autem.* a) v. 7. c. 2, 12. c. 4, 7. c. 7, 18. b) *inter populos multos*, nimirum dociles, de quibus c. 4, 1. 2. 3. a quibus distinguendæ sunt probe gentes antichristianæ & pertinaces, de quibus hic v. 7. & 13. c) *instar roris*, quod ad multitudinem Ps. 110, 3. vel potius quod ad effectum: nimirum vt ros arentes campos reficit, atque fœcundat; ita Iacobi reliquiæ, ad Christum conuersæ, rore Euangelii suauiter afficient populos ac fœcundabunt, vt & ipsi vireant ac fructus Domino ferant. Deut. 32, 2. Hos. 14, 6. Ps. 133, 3. Prou. 19, 12. d) missi *a Domino.* Sec. accentus iungendum est cum *rore.* e) *& instar* copiosi *imbris* Deut. 32, 2. Ion *sicut gutta imbris serotini.* sed generalius nomen est, coll. Ier. 3, 3. f) Dubium, ad quod præcedentium Nominum referri debeat. Vulg. *quæ* (herba) *non exspectat virum.* q. d. quæ aliunde, nisi a Domino & ex cælis, rigari nequit. cf. Ps. 65, 10. 11. Iob. 38, 28. Alii: *quos* (imbres & rorem) *non exspectat* quisquam *a viro*, sed a Deo. ita cf. Ier. 14, 22. Denique S. *Quippe qui Israel non expectabit virum, nec confidet filiis hominis.* Et hoc ipsum est, quod infra v. 9 & 10. de subruenda fiducia in humanis præsidiis dicitur Cf. Hos. 14, 4. Cohæret autem cum antecedd. ita fere: Dixi, Israelem inter gentes futurum instar roris vel imbris; & hoc fieri quidem in præsenti nequit, quia & quamdiu Israel ad alia omnia, quam ad opitulatorem suum Deum, respicit: Fiet tamen omnino, quia nouissimis temporibus sese conuertet Israel, deposita in hominibus fiducia.

CAP. V, ✠. 5. בגבולינו *plene* c. 2, 3. sic fu. 5. ✠. 5. וכרביבים cum præf. ן c. 3 sic fu. 5.

7 יחל לבני אדם׃ והיה שארית יעקב בגוים בקרב
עמים רבים כאריה בבהמות יער ככפיר בעדרי־צאן
8 אשר אם־עבר ורמס וטרף ואין מציל׃ תרם ידך
על־צריך וכל־איביך יכרתו׃
9 והיה ביום־ההוא נאם־יהוה והכרתי סוסיך מקרבך
10 והאבדתי מרכבתיך׃ והכרתי ערי ארצך והרסתי
11 כל־מבצריך׃ והכרתי כשפים מידך ומעוננים לא יהיו־
12 לך׃ והכרתי פסיליך ומצבותיך מקרבך ולא־תשתחוה
13 עוד למעשה ידיך׃ ונתשתי אשיריך מקרבך והשמדתי
14 עריך׃ ועשיתי באף ובחמה נקם את־הגוים אשר
ו לא שמעו׃ שמעו־נא את אשר־יהוה
אמר קום ריב את־ההרים ותשמענה הגבעות קולך׃
2 שמעו הרים את־ריב יהוה והאתנים מוסדי ארץ כי
ריב

in agris, fine vectibus & muris, tutus nihilominus diuino præsidio futurus contra molimina hostium, Ez. 38, 11. c) & diruam Thr. 2, 2. 17. d) munimenta tua Num. 13, 19. Hos. 10, 14.

℣. 11. e) veneficia, præstigias (ς) 2 Reg. 9, 22. Nah. 3, 4. ὁ. τὰ φάρμακα, quod cf. cum Apoc.

CAP. VI.

9, 21. c. 18, 23. c. 11, 8. Synecdoche autem est pro qualibet superstitione. f) e manu tua, qua tractauisti illa. g) & augures (ς) Leu. 19, 26. Es. 2, 6. h) Cf. enim Zach. 13, 2. seqq. ℣. 12. i) Faciam vt sublatis idolis me vnice ac sincere colas. cf. Es. 2, 18. c. 30. 22. Hos. 2, 18. 19. k) & statuas tuas idololatricas 1 Reg. 14, 23. 2 Reg. 17, 10. Ier. 43, 13. Hos. 10, 2. l) operi manuum tuarum, Diis manu factis Es. 2, 8. Ps. 115, 4. Ps. 135, 15. ℣. 13. m) Et euellam, eradicabo. Plantationi opponitur Am. 9, 15. ac proinde quadrat in lucos, qui apud statuas, fana & altaria plantabantur Deut 16, 21. n) Deut. 12, 3 1 Reg. 14, 15. Es. 17, 8. o) 1 Reg. 15, 29. p) vrbes tuas, sc. munitas, vt supra v. 10. cf. Hos. 13, 10. At Ion. inimicos tuos. cf. 1 Sam. 28, 16. ℣. 14. q) Faciamque vindictam cum gentibus Ez. 25, 17. Ps. 149, 7. Pro quo dicitur alibi simpliciter facere vel agere cum aliquo, vt Ez. 7, 27. Zeph. 3, 19. r) Deut. 29, 27. Ez. 5, 15. c 8, 18. cf. Es. 34, 2. s) cf. Es. 34, 8. c. 63, 4. t) videlicet, vti mox sequitur, pertinacibus & inimicum erga te animum seruantibus; de quibus supra v. 7. a quibus vero hic sunt distingnendæ dociles & Euangelio Christi credentes v. 6. c. 4, 1. 2. 3. u) quæ vel quod. Accentuum sane positus suadet, vt h. l. non solum distinctiue, sed caussaliter quoque Pronomen accipiatur. x) non audiuerunt vocem Euangelii, ita vt obedientes ei fuissent factæ. Ion. quæ non susceperunt doctrinam legis. Intellige vero doctrinam legis, non de Sinai promulgatam, sed e Sione exituram c. 4, 2. cf. Es. 60, 12. Ier. 12, 17 Zach. 14, 17. seqq. Rom. 1, 5. c. 6, 17. c. 10, 16. c. 16, 26. 2 Thess. 1, 8. seqq. CAP. VI. ℣. 1. y) c. 3, 1. 9. cf. not. c. 1, 2. Ab exoptatis illis temporibus, quæ c. 4. & 5. Ecclesiam Propheta sperare iusserat, nunc ad arguendum sui temporis statum reuertitur. Est autem in hoc capite iudicialis Dei cum populo suo disceptatio, vbi I. Exordium est valde patheticum, sistens partim mandatum Dei de instituenda litigatione v. 1. partim compellationem audientium, siue reorum siue arbitrorum v. 2. II. Disceptatio ipsa, tribus thesibus absoluta, quarum 1) Deus ingrato populo beneficia sua longe maxima in memoriam reuocat, eum ad finem, vt populus ingratitudinis suæ erga tantum ac tam benignum benefactorem conuincatur v. 3. 4. 5. 2) Hypocritica piamina, a populo oblata, damnat v. 6. 7. ac loco illorum vera potius pietatis officia poscit, turpiter hucusque omissa v. 8. 3) Peccata, requisitis illis officiis e diametro contraria, coarguit v. 9-12. III. Conclusio, seu latio sententiæ iudicialis, consistens in comminatione pœnarum v. 13. fin. At sec. Schm. est I. Litigatio Iehouæ per prophetam cum Israele super beneficiis v. 1. seqq. II. Modus pœnitentiæ veræ præscriptus v. 6. seqq. III. Redargutio & comminatio pœnæ v. 10. seqq. z) Mandatum de instituenda contra populum litigatione præmittit Propheta, vt attentius ipse audiatur, quippe caussam dicturus non effictam a se, sed a Domino ipso imperatam. cf. Es. 1, 2. a) surge, h. e. strenue ac intrepido animo id opus adgredere, quod tibi impero. Iud. 7, 9. c. 8, 20. b) litiga, non tuo quidem, sed meo nomine, coll. v. 2. vbi idcirco Iehoua ipse litigans inducitur. Scopus autem huius litigii est, vt cum benignitas Dei in exhibitis beneficiis, tum iustitia in irrogandis ingrato populo pœnis, patescat, coll. v. 5. c) cum montibus, sc. Israeliticis vel terræ Iudaicæ, vt Ez. 36, 2. 4. 6. Ceterum heic quidem sistuntur montes vt rei vel accusandi; sed v. 2. compellantur vt testes. Ergo vel alii montes sunt v. 2. vt mox dicemus; vel respectus tantummodo diuersus est, ita vt hic metonymia sit continentis pro contento, h. e. regionis pro incolis, illic vero v. 2. sit prosopopœia ad montes collesque, abstrahendo ab incolis. Alii montes collesque de Principibus ac proceribus, in populo Israelitico eminentibus, explicant, coll Es. 2, 14. Sed repugnat, quod non modo cum principibus, sed toto populo contendit v. 3. ℣. 2. d) Audite igitur v. 1. e) o montes. Si iidem hi sunt, quibus Propheta litem intendere iubebatur v 1. hic respectu paulum diuerso compellantur, vt modo notauimus; sc. testes contra suos ipsorum incolas citantur, sicut alibi cælum & terra, coll. Deut. 32, 1. Es. 1, 2. Sic Tarn. Per prosopopœiam, inquit, montes potius & cautes durissimas, quam populum Israeliticum alloquitur, vt ostendat, tam nota esse eius peccata & Dei iudicis æquitatem, vt non tantum homines, sed etiam aliæ creaturæ irrationales abunde ea testari queant. Possent vero etiam montes eodem prorsus modo hic accipi, ac supra v. 1. sc. metonymice pro incolis, ita vt prouocaret hic Michas ad ipsorummet, qui rei sunt, iudicium tanquam αὐτοκατακρίτων, coll. Es. 5, 3. 4. At Vitringa Comment. in Apoc. 17, 9. p. 1035. Principes, inquit, intelliguntur Reges & magnates aliarum gentium, ad quorum iudicium vates, Dei caussam acturus, prouocat. qui idem vsus est huius symbolicæ locutionis apud Ezechielem. Ita cf. Am. 3, 9. Ez. 16, 27. f) vid. v. 1. & cf. Hos. 4, 1. c. 12, 3. g) & o fortia terræ; loca altis montibus collibusque ardua Gen. 49, 24. Num. 24, 21. Quod montana significet, docet præcedaneum montes, & adiunctum adscendere Ier. 49, 19. h) fundamenta terræ Es. 24, 18. Ps. 82, 5. Intelligit montes, firmiter atque immote consistentes, quos firmamenta dicunt Arabes. vid. Cor. Sura 16, 15. & 31, 9. cf. Ps. 104. 5. i) quoniam, si scire cupitis, quid sit illud, quod audire debeatis. sic foret explicatiuum. Posset tamen caussale etiam esse: quoniam si caussam postulatæ attentionis cognoscere vultis. & sic argumentum ductum esset cum aloquentis, tum ab obiecti dignitate.

g) sperabit, opperietur. Ps. 37, 25.

℣. 7. h) Erunt tamen eædem illæ reliquiæ Iacobi v. 6. Zeph. 3, 13. i) inter gentes, sc. verbo Dei non obsecuturas v. 14. Distingue hic tempora & subiecta, & concordabit Scriptura, neque hic versus pugnabit cum v. 6. Vid. illic notatas & cf. Es. 60, 12. Christus ipse respectiue & Agnus est & Leo: quin & ira tribuitur Agno Apoc. 6, 16. k) fortes & inuicti in Domino, omnibusque hostibus suis superiores. Gen. 49, 9. Num. 23, 24. c. 24, 9. l) inter bestias siluestres. nam & feras alicubi notat. Ps. 8, 8. Prou. 30, 30. m) & sicut leo iuuenis vel prædator Iud. 14, 5. Ez. 19, 3. n) inter greges ouium, quarum nulla stragem edenti resistere potest. o) qui, cum transit, tum pedibus in terram proculcat feras. cf. c. 7. 10. Ps. 7, 6. p) & discerpit. Ps. 7, 3. q) Hos. 5, 14.

℣. 8. r) Exaltabitur enim manus tua. Ion addit: o Israel! cf. Deut. 32, 27. Ps. 89, 14. s) cf. c. 4, 13. t) cf. Es. 60, 12. c. 11, 13.

℣. 9. u) Fiet autem. Altera pars Capitis. vid. not. v. 1. x) vid. c. 4, 6. y) Sigillum promissionis. cf. c. 4. 4. z) exscindam equos tuos, non quidem ad perniciem tuam, sed ad bonum, vt mihi vnice confidere discas, sublatis inanibus præsidiis, in quibus antehac perperam conquieueras. Es. 2, 7. c. 30, 16. 15. c. 31, 1. cf. Hos. 1, 7. c. 14, 4. Zach. 9, 10. Ps 20, 8. & Deut. 17, 16. Sic Iosua quondam captis bello equis suffragines incidebat, currus vero cremabat, vt ne improbæ fiduciæ occasio essent Ios. 11, 6. 9 & Dauid 2 Sam. 8, 4. Obserua hic autem emphaticam anaphoram Verbi exscindam v. 9. 10. 11. 12. a) sc. bellicos Hos. 1, 7.

℣. 10. b) sc. munitas; vt sequens membrum epexegetice declarat. sic v. 13. Hinc populus Dei nouissimo tempore legitur habitaturus

in

℣. 7. Spatium præmitt. 1. 2. 3. 7. 8. 25. CAP. VI, ℣. 2. והאיתנים plene 5. sec. Mas. Erff. מוסדי defect. 3. 7. 8. 15. sec. Mas. impr.

k) Es. 1, 2. 3. l) iudicialiter disceptabit, sicut facere solet, qui alterum, a quo læsus est, in ius ducit, suasque contra eum querimonias exponit. Hithp. (1) cf. Es. 1, 18. & Aeth. *Tanakcha, rixari, contendere cum aliquo.* vid. Aeth. Luc. 22, 24. Significat vero hic ista Coniugatio non tam reciprocam, quam *mutuam actionem*; sicut verbum נתראה *videamus nos inuicem* 2 Reg. 14, 8. 11. & מתלחשים *mussitantes inuicem* 2 Sam. 12, 19. Et habet aliquid cognationis cum particula נכח *e regione* vel *ex aduerso*, vnde significabit ὀφθῆναι πρὸς ἀλλήλας, nimirum sicut contendentes coram iudicio *inuicem comparere* solent. LXX. verterunt διελέγχθῆναι, quod Arabicus metaphrastes analogo prorsus verbo תנאטר *in conspectum venire inuicem* expressit. Vnde etiam verbo נתראה loco citato aliquid lucis accedere potest.

℣. 3. m) *Popule mi* v. 5. Hoc blandimento compellat eos Dominus, vt in pudorem det homines ingratos. Isthoc enim nomine summam beneficiorum Israelitis exhibitorum constringit, atque animis illorum insinuat. Es. 1, 3. c. 3, 22. Ier. 2, 11. 31. c. 18, 15. Hos. 2, 3. Ps. 50, 7. n) *quid mali feci tibi*, quod me tam turpiter deserueris, atque tam grauiter offenderis? Interrogatio hæc negationi emphaticæ æquipollet. vult enim dicere: nihil omnino habes, quod vel specie tenus de me conqueri queas. Cf. autem similem Dei elenchum Es. 43, 16. & Ier. 2. toto, inprimis vero v. 5. 6. 9. 13. 20. 21. o) *& quid* (qua in re) *fatigaui te*, vel *molestus tibi fui?* Es. 7, 13. Iob. 15, 7. vid. Mal. 1, 13. & cf. Es. 43, 22. 23. 24. p) *responde*, si quid contra me habes. Ion. *testare*

testare contra me. 1 Sam. 12, 3. Iob. 9, 14. 15. Deus hic admirabiliter se demittit. uam velut in partes rei seu accusati venit, populoque suas (si quas haberent) querimonias exponere non modo permittit, sed mandat quoque, vt si nullas omnino possent

3 רִיב לַיהוָה עִם־עַמּוֹ וְעִם־יִשְׂרָאֵל יִתְוַכָּח׃ עַמִּי מֶה־
4 עָשִׂיתִי לְךָ וּמָה הֶלְאֵתִיךָ עֲנֵה בִי׃ כִּי הֶעֱלִתִיךָ מֵאֶרֶץ
מִצְרַיִם וּמִבֵּית עֲבָדִים פְּדִיתִיךָ וָאֶשְׁלַח לְפָנֶיךָ אֶת־מֹשֶׁה
אַהֲרֹן וּמִרְיָם׃ עַמִּי זְכָר־נָא מַה־יָּעַץ בָּלָק מֶלֶךְ מוֹאָב ה
וּמֶה־עָנָה אֹתוֹ בִּלְעָם בֶּן־בְּעוֹר מִן־הַשִּׁטִּים עַד־הַגִּלְגָּל
6 לְמַעַן דַּעַת צִדְקוֹת יְהוָה׃ בַּמָּה אֲקַדֵּם יְהוָה אִכַּף
לֵאלֹהֵי מָרוֹם הַאֲקַדְּמֶנּוּ בְעוֹלוֹת בַּעֲגָלִים בְּנֵי שָׁנָה׃
7 הֲיִרְצֶה יְהוָה בְּאַלְפֵי אֵילִים בְּרִבְבוֹת נַחֲלֵי־שָׁמֶן הַאֶתֵּן

Gggg עו א בכורי

allegare, de peccatis suis suomet iudicio ac suamet conscientia conuincerentur. cf. Es. 43, 26. Iob. 33, 32.

℣. 4. q) Q. d. Ita autem non immerito ex te quæro, *quoniam eduxi te* &c. adeoque te non solum non læsi, sed & multis contra magnisque beneficiis te ornaui. Auget hoc vero culpam populi Israelitici. Impietas enim est, eum offendere, a quo nullam plane acceperis iniuriam; multo tamen maior, liberalissimum euergetam. r) cf. Ex. 12, 41. Ier. 2, 6. Am. 2, 10. s) *& ex domo seruorum.* Est circumloquutio pistrini, in quo conclusa detinebantur mancipia ad seruiles operas præstandas. Ex. 13, 3. c. 20, 2. cf. Deut. 6, 21. t) *redemi te.* Deut. 7, 8. c. 21, 8. u) *& misi ante te*, tanquam duces ad te ducendum. *Ion.* addit: *tres prophetas.* x) tanquam primarium legatum Ex. 3, 10. Es. 63, 11. 12. *Ion.* addit: *vt doceret traditionem iudiciorum.* y) tanquam collegam & interpretem Mosis ad Pharaonem & populum Ex. 4, 15. 16. 27. 29. Ps. 77, 21. *Ion.* addit: *vt expiaret populum.* z) vtriusque sororem, quæ & ipsa prophetis erat, suoque serui post transitum maris rubri sacra præibat musica & hymno. Ex. 15, 20. Magna eam fuisse auctoritate apud populum, etiam ex Num. 12, 1. 2. 15. colligitur. *Ion.* addit: *ad instruendum mulieres.* cf. Tit. 2, 3. 4. Neque obest 1 Tim. 2, 9. ℣. 5. a) *Popule mi!* quo nomine te, licet immerentem, non dubito compellare iterum: tanta vis est mei in te adfectus. cf. enim v. 3. ibidemque notata. b) Deut. 9, 7. Es. 44, 21. c) *quid consilii inierit*, vt te perderet: quod vero consilium intercepi, cogens Bileamum, vt benediceret, qui ad maledicendum tibi conductus fuerat. cf. Num. 22, 2. seqq. d) *& quid responderit ei Bileamus.* Hoc vero intelligi potest vel de eo, quod Bileamus non ita responderet, vti Balakus volebat atque præsumserat, coll. Num. 22, 13. 18. item c. 23. & 24. toto; vel potius de nefario illius consilio, quo docuit Balakum Israelitis idololatriæ & fornicationis scandala obiicere, vt sic, Domino ad iram prouocato, in perniciem ruerent Num. 31, 16. c. 25, 1. seqq. & 18. item Apoc. 2, 14. Vult igitur dicere: Reputa apud te pestilens illud Bileami consilium; immo reputa, quam variis artibus in tuam perniciem ab hostibus conspiratum fuerit, & quanta te semper fide seruauerim, vt ne perires. e) Sec. accentus certum est, hoc non pendere a proxime præcedenti *quid responderit ei*, sicut nec res ipsa patitur. Itaque ellipsin hic esse arbitratus est *Ion.* quam sic suppleuit: *Nonne præclara facta edita vobis sunt.* Verum satis commode hic repetitur Verbum *recordare*, ex initio versus. q. d. *immo recordando regredere ad stationem tuam in Schittim, indeque porro ad Gilgalem vsque perge.* Erat autem *Schittim* is ipse locus, in quo fornicari populus cum Moabiticis ac Midianiticis feminis cœpit, consilio Bileami illaqueatus; Num. 25, 1. f) vbi post ingressum terræ Canaan populus castra habuit, donec maxima terræ pars subacta fuisset Ios. 4, 20. c. 5, 9. 10. c. 14, 6. Includit ergo hic terminus maxima Dei beneficia, sc. debellationem Sihonis & Ogi, liberationem ab exitiabili consilio Bileami & fornicatione cum mulieribus Midianiticis, transitum Iordanis miraculosum, expugnationem Hierichuntis ac totius Cananææ. Quæ omnia Iosuas etiam diligenter populo inculcauit vltima ista concione sua c. 24, 8. seqq. g) Vid. supra v. 1. ad vocem ריב notata. h) *iustitias Domini.* Nonnulli de *beneficiis* intelligunt; quod vtut neutiquam excludamus, tamen & vocis etymologia & præsens contextus suadent, vt iudicialiter accipiatur, significans summam perfectamque Dei *iustitiam*, quam ex ipsis *beneficiis* suis iam demonstrauit. 1 Sam. 12, 7. cf. Deut. 32, 4. 5. Q. d. Hæc te iubeo eum in finem reputare, vt ex beneficiorum multitudine agnoscas, quam nihil omnino in te deliquerim, supra v. 3. vt ita obnoxius mihi fias Ps. 51, 6. ℣. 6. i) *Per quid*, h. e. quo munere instructus, vel quomodo? 1 Sam. 6, 2. Sunt *verba populi*, qui hic & in seqq. per vices interloquitur, sicut fit in Dialogis. Videlicet culpam negare suam non audet, hypocrisin tamen prodit, dum sacrificia & ritus externos offerre, de conuersione nil quidquam solicitus est. k) *veniam ante Dominum*, s. comparebo coram eo? Ps. 21, 4. Ps. 88, 14. l) *incuruabo me?* adorantium ritu. Niph. (1) cf. Es. 58, 5. Ps. 145, 14. m) *Deo excelsi.* Ion. *cuius Numen est in cælis altissimis.* Es. 33, 5. Ps. 92, 9. n) *cum holocaustis?* Sed vide responsionem Dei v. 7. o) atque *cum vitulis anniculis*, quales ad holocaustum ipse requisiuit Deus Leu. 9, 3. ℣. 7. p) Verum respondeo, inquit Propheta: *Num delectabitur Dominus* &c. Est *interrogatio* hæc non populi, vt alii volunt, sed Prophetæ, vt diximus, *vehementer negans.* q. d. Sacrificiis nequaquam delectatur; absurdum foret, talia vel cogitare de Domino. Atque sic Israelis oblatio emphatice repudiatur. Sacrificia vero hic intelliguntur, non vt a Deo ipso fuerant instituta, sed quatenus sine pœnitentia ac fide, & ex mero (vt vocant) opere operato populus sub œconomia V. T. offerebat. cf. Es. 1, 11. Ier. 6, 20. c. 7, 22. Hos. 6, 6. c. 8, 13. Am. 5, 22. Ps. 40, 7. Ps. 50, 8. seqq. Ps. 51, 18. seqq. Matth. 9, 13. Hebr. 10, 4. q) *millibus arietum.* si non dicam vnum vel duos mactares, sed si vel maxime millenos immolares. Emphatica *hyperbole*; vt populo operis operati errorem eo magis eximat. r) aut myriadibus. Ps. 5, 7. s) *fluminum.* De aquis fluentibus proprie dicitur Deut. 8, 7. de aliis vero liquoribus *hyperbolice*, ad significandam summam ac inusitatam copiam Iob. 20, 17. t) *olei*, quod sacrificiis farreis affundebatur Leu. 2, 1. 15. u) *Num igitur*, inquit populus, *dabo primogenitum meum*, adeoque præ ceteris meis non modo bonis, sed filiis quoque mihi carum? q. d. Si pecuina non placent, placebunt igitur forte humana sacrificia? qualia (horrendum factu) superstitiosa gentilitas, eamque imitatus populus Israeliticus, deastris immolauit, coll. Ez. 16, 21. Hos. 13, 2. 2 Par. 28, 3. & Gen. 22, 2.

℣. 3. עמי per *Sakephg.* 2. 5. הלאתיך *Aleph* per *Chirek* 2. 3. 6. 9. 20. & *Mas. Erff.* itemque cum *Iod* 5. & in marg. 6. 9. quod vero est contra *Mas.* 1. 2. *impr.* & *Erff.* ענה בי sic per *Tipbcha* seq. *Dag.* 1. 3. 5. 7. 14. 22. prout constans est Silluki analogia in duarum tantummodo vocum ditione. At per *Merca.* 6. 8. 13. 15. 16. 17. 18. 20. 21. 23. 24. Per *Makk.* vero 2. 14. 19. & *Ber.* ℣. 5. מה Ita legunt *Orientales*, sed מי scribunt, prout 7. 8. notant in marg. ℣. 6 אכף per *Kam.* 2. Sic legisse *R. Chaiiugum* censent *Kimchi* in *M.* 1. & *R. Chaiim* ad *Mas. fin.* f. 3. d. Sed *Patach* requirunt *Mas.* 1. & *Erff.* ℣. 7. ברבבות per *Chatephpat.* 1. 6. 9. 20. 21. 23.

בְּכוֹרִי פִּשְׁעִי פְּרִי בִטְנִי חַטַּאת נַפְשִׁי׃ 8 הִגִּיד לְךָ אָדָם
מַה־טּוֹב וּמָה־יְהוָה דּוֹרֵשׁ מִמְּךָ כִּי אִם־עֲשׂוֹת מִשְׁפָּט
וְאַהֲבַת חֶסֶד וְהַצְנֵעַ לֶכֶת עִם־אֱלֹהֶיךָ׃
9 קוֹל יְהוָה לָעִיר
יִקְרָא וְתוּשִׁיָּה יִרְאֶה שְׁמֶךָ שִׁמְעוּ מַטֶּה וּמִי יְעָדָהּ׃
10 עוֹד הַאִשׁ בֵּית רָשָׁע אֹצְרוֹת רֶשַׁע וְאֵיפַת רָזוֹן זְעוּמָה׃
11 הַאֶזְכֶּה בְּמֹאזְנֵי רֶשַׁע וּבְכִיס אַבְנֵי מִרְמָה׃ 12 אֲשֶׁר
עֲשִׁירֶיהָ מָלְאוּ חָמָס וְיֹשְׁבֶיהָ דִּבְּרוּ־שָׁקֶר וּלְשׁוֹנָם רְמִיָּה
בְּפִיהֶם

x) pro *prævaricatione*, s. piamentum *prævaricationis meæ*. cf. supra c. 1, 5 y) & *fructum ventris mei*, h.e. filios meos. Deut. 7, 13. c. 28, 4. Pf. 127. 3. z) in *piamentum peccati pro anima mea*. Leu. 4, 3.

℣. 8. a) *Respondet hic iterum Propheta*, & ἀποτόμως quidem, præcidendo ipsis vno ictu omnes quæstiunculas inanes ac hypocriticas. q. d. Quid quæris, o homo? quasi vero voluntas Dei in obscuro esset? Atqui sufficienter testatus est, quid sibi placeat. Poteras abunde scire, modo velles; ignorantiam certe prætexere non potes. *Indicauit tibi* &c. Deut. 5, 5. vt non opus sit longa deliberatione c. 30, 11. seqq. Opponitur hoc verbum dissimulationi & celationi 2 Reg. 4, 27. Ef. 3, 9. & significat palam & in faciem aliquid alicui dicere Iob. 11, 31. serio & expresse contestari Deut. 30, 19. b) quisquis es. Coh. 11, 13. c) *quid bonum* sit, h. e. quid Deo gratum, tibi vero prosperum ac salutare foret. Deut. 6, 24. c. 10, 13. c. 30, 15. Ier. 6, 16. Hos. 8, 3. ct. Matth. 11, 29. d) *Ecquid enim* aliud? Exponit iam summa atque præcipua legis diuinæ momenta, quæ Christus Matth. 23, 23. vocat τὰ βαρύτερα τοῦ νόμου in oppositione ad opera legis mere pædagogica, quæ quidem fieri oporteat sub œconomia V. T. sed ita tamen, vt illa non omittantur. e) *requirit Deus a te*. Respicit ad Deut. 10, 12. f) *ius*, non solum fori, sed & morale in vniversum. κρίσις vocatur Matth. 23, 23. cf. c. 12, 18. Significat ergo practicam discretionem boni & mali, veri & falsi, vt iustum de vnaquaque re feramus iudicium Ioh. 7, 24. cf. Ef. 5, 7. Hos. 12, 7. Zeph. 2, 3. g) & *amorem misericordiæ* seu *benignitatis* erga proximum Hos. 6, 6. c. 12, 7. Matth.

Matth. 9, 13. c. 12, 7. h) & *humiliare gressum*, i. e. *ha-* עד כאן *militer ambulare* (1) cf. Nom. Prou. 11, 2 Ceterum pro eo est *fides* Matth 23, 23.

כצ"ל

vtpote qua nihil humilius est ac magis humiliat hominem coram Deo. cf. Iac. 4, 6. 1 Petr. 5, 5. 6. i) *cum* vel *erga Deum tuum*. Nam & obiectiue sumitur עם, coll. Deut. 9, 7. 24. Ion. *in timore Dei tui*. cf. Gen. 5, 12. ℣. 9. k) Quapropter *vox DOMINI*, per me seruum suum cum improbo populo disceptantis v. 1. l) *vrbi adclamat*, sc. Hierosolymæ; cui tanquam capiti quidquid dicitur, ad ceteras quoque pertinere vrbes merito creditur. Est autem denunciatio pœnæ, quam vrbi adclamat, cum præmissa scelerum exprobratione. m) *nam realitatem, quod res est*. Schm. *integritatem*: ita cf. Pf. 11, 7. Difficilius nomen, sed emphaticum (12.) Formandum esset ab inusitato ישה, vnde est יש *Ens, substantia* vere subsistens Prou. 8, 21. sublato ת præformatiuo, significatu æque ac sono conuenit cum Gr. οὐσία. LXX. Iob. 5, 12. reddiderunt ἀληθές. adeoque simulacris, picturis, & vmbris opponitur. quomodo & hic sumitur procul dubio, significans *rem, quod res est*, ἀλήθεια Eph. 4, 21. in oppositione ad simulacra cultus diuini seu opera operata, de quibus supra v. 6. 7. Relegatur v. 8. & habebis quid sit תושיה. cf. etiam Iob. 30, 21. Alibi *sapientiam* notat, sc. qua *realem* ac *veram*. Prou. 2, 7. c. 3, 21. c. 8, 14. c. 18, 1. &c. Accusatiuus a. hic ponitur in frontispicio commatis ante Nominatiuum, emphaseos caussa, quia præcipuum in eo pondus est, subintellecta remotione earum rerum, quas Dominus non respicit. De reliquo obseruandum, quod comma hoc parentheticum sit vsque ad Atnachum, præoccupans falsam opinionem, quam Iudæi veritati adnunciationis iudiciorum, a Propheta iam instituendæ, opponere potuissent, desumtam videlicet a sacrificiis & cultu externo v. 6. 7. q. d. Incredibile quidem videbitur Iudæis, quod iam dicturus sum, idque eo magis, quod officio suo se putant egregie fungi, dummodo sacrificia immolent; sed frustra hoc opinantur: *nam tu quidem, o Deus*! non opera illa operata, sed *rem respicis ac cultum realem*. n) *videt*, h. e. cum beneplacito respicit, curat, probat. Ier. 5, 3. Hab. 1, 13. Pf. 11, 7. Pf. 37, 37. Pf. 66, 18. Thr. 3, 35. 36. 1 Par. 17, 17. Cf. enim 1 Sam. 16, 7. Iob. 10, 4 o) videt *Nomen tuum*, h. e. Tu vides. Nam Iehouah & Nomen eius vnum sunt. quod iam supra ad c. 5, 3. notauimus. p) *Audite* igitur, Iudæi, & vos Hierosolymitani inprimis. cf. not. c. 1, 2. q) Tarn. *virgam* Dei vobis imminentem, propheticam de virga—prædictionem de iudicio, quo flagellandi estis, coll. Pf. 89, 33. Sic etiam Belgæ aliique. cf. Ex. 7, 17. Ef. 10, 5. 15. Ez. 7, 10. At Luth. *o tribus*, sc. Israeliticæ, per enallagen Singularis pro Plurali. Sic Schm. *Audite hoc tribus*. r) & (simul aduertite vel audite) *quis constituerit illud*, sc. quod sum dicturus, vel quod per virgam significatur. Sic neutraliter *Tarn.* & *Schm.* Nam vt ad מטה (*virgam*), quod *masculini* generis est, Suffixum femininum referatur, vix patitur Grammatica. In Plurali tamen femininum quoque est, coll. Num. 17, 22. 24. Iubet vero auctorem imminentium iudiciorum inprimis attendi, vt, cum venerint illa, non fortuito videantur venisse, sed ab ipso Deo, peccatis prouocato, tanquam iusto iudice, stato tempore & loco inflicta 2 Sam. 20, 5. Ier. 47, 7. Cf. Am. 3, 6. ℣. 10. s) Etenim *adhuc*, sc. post tot tamque euidentes & serias monitiones. cf. v. 8 9. Cum v. 9. ita cohæreat, vt caussam adnunciati illic supplicii, seu virgæ, iam explicet Propheta. q. d. Vultis vero scire, quid vobis hanc virgam Dei attrahat? Sunt scelera vestra, quibus etiamnum pertinaciter inhæretis, frustra a Prophetis ad desistendum ab illis moniti. t) Schm. *Præterea: num vir* (Ego) *domus impii, thesaurorum improbitatis* &c. q. d. Non sum is, cui talia placere possint. Alii: *Itane porro erit viro* (*cuique*) *domus improbi*? Gussetius vero p. 352. cum modo hoc, modo aliud tentauit, tandem legi iubet הַאֵשׁ per *Tsere*, cum LXX. & Ar. Μὴ πῦρ. pariterque Vulg. & Syr. *Adhuc ignis*: fornicationes puta & adulteria, quæ caussaliter ignis sunt, coll. Iob. 31, 12. Prou. 6, 27. 28. Verum vt prior illa expositio cum insueta scriptione (nam *Vir* constanter האיש cum *Iod* scribitur) non vsquequaque conuenit, ita posterior Gussetii non arridet, quod cum punctis pugnat. Itaque Ion. habet: *num sunt*? Sic R. *Salomo* & alii, coll. 2 Sam. 14, 19. vbi non minus pronum est, אִשׁ pro יֵשׁ positum: quale quid est in אִישַׁי pro יִשַׁי 1 Par. 2, 13. Est igitur *interrogatio affirmatiua* obstupescentis & mirantis pertinaciam. q. d. Incredibile pene est, te tuis sceleribus adeo mordicus inhærere; debebant enim iam dudum in domo improbi desiisse thesauri impietatis & mensura dolosa: hoc ipsum vero est, quod tibi virgam meam attrahit v. 9. u) in *domo improbi*. subintell. præf. ב, vt Gen. 24, 23. x) *impietatis*, v. 11. i. e. imple & per nefas parati. Prou. 10, 2 y) & Epha *maciei* (3) Pf. 106, 15. Mensura nimis *macra*, h. e. iusto minor, ad defraudandum alios; vel *emacians*, qua emacientur alii ac pauperes fiunt. Cf. Leu. 19, 35. 36. Deut. 25, 15. 16. Am. 8, 5. z) *detestanda*, quam Dominus detestatur, ac detestari se toties ac tam serio testatus est. Prou. 22, 14. cf. c. 20, 23. & Ez. 45, 10. ℣. 11. a) Schmid. *Num probo lances improbitatis*? sic verba ipsius Dei forent. Verum Conj. Kal nusquam transitiue sumitur pro *iustum facere* vel *declarare*, sed intransitiue, coll. Pf. 51, 6. Iob. 15, 14. Quamobrem sic vertimus potius: *Num iustus ero cum lancibus improbitatis*? sc. ego ipse aut alius, quisquis fuerit? Sic Propheta loquitur, formans casum in prima vel propria sua persona. (cf. *Glassii* Philol. S. p. 898. seq.) Talis vero oratio æquipollet vniuersali, & h. l. quidem negatiuæ, vt sensus sit: Iustitia & lances improbæ adeo sunt ἀσύστατα, vt neque in me ipso, neque in alio vllo, vna possint consistere. Hinc Ion. *numquid iusti erunt*? & Syr. *quomodo iustificarentur*? pluraliter. b) v. 10. cf. Ez. 45, 10. Hos. 12, 8. Am. 8, 5. Prou. 11, 1. c) & *cum crumena* (5) condendis ponderibus Deut. 25, 13. Prou. 16, 11. d) *lapidum* (h. e. *ponderum*, ad quæ adhibebantur olim lapides. vid. ibid.) *dolosorum*. Ion. *in quo sunt magna & parua pondera*: sc. magna, si sibi; parua, si aliis appendatur. ℣. 12. e) *Quia*, *siquidem*. Caussaliter sumitur, vt Deut. 3, 24. Continuat ergo Vates explicare caussam, ob quam immittenda Iudæis sit virga Dei v. 9. f) *diuites eius*, vrbis Hierosolymæ v. 9. Sic *incolæ eius* v. 16. g) *pleni sunt* (scatent) *violentia*, sc significatu actiuo, quam aliis inferunt. Vid. supra c. 2, 1. 2. 8. 9. c. 3, 2. 3. Am. 3, 10. c. 6, 3. h) Ef. 59, 3. i) & *lingua illorum* est lingua *fraudis*. Vel sec. Schm. *ac quod ad linguam eorum, fraus* est &c. cf. Pf. 120, 2. 3.

℣. 8. וּמָה יְהוָה Ec 1. 2. 5. ℣. 10. עוֹד *defect.* 1. sic se. 2. 5. sec. *Mas.* 1. & Erff. sed præter *impr.* Gen. 8, 22.

13 כפיהם : וגם־אני החליתי הכותך השמם על־
14 חטאותיך : אתה תאכל ולא תשבע וישחך בקרבך
טו ותסג ולא תפליט ואשר תפלט לחרב אתן : אתה
תזרע ולא תקצור אתה תדרך־זית ולא־תסוך שמן
16 ותירוש ולא תשתה־יין : וישתמר חקות עמרי וכל
מעשה בית־אחאב ותלכו במעצותם למען תתי אתך
לשמה וישביה לשרקה וחרפת עמי תשאו :

CAP. VII.

ז אללי לי כי הייתי כאספי־קיץ כעללת בציר
2 אין־אשכול לאכול בכורה אותה נפשי : אבד חסיד
מן־הארץ וישר באדם אין כלם לדמים יארבו איש את־

אחיהו

℣. 13. *k) Itaque* in pœnam huius pertinaciæ tuæ *etiam ego*, inquit Dominus. Incipit iam *virgam* illam, ad cuius annunciationem supra (v. 9.) attendi iusserat, explicare. *l) Schmid.* & *Cocc.Lex.*234.*fatigatus fum*, pro הוחרתי infirmavi me; qs. esset ἀνθρωποπάθεια. Sed malumus actiue cum *Gussetio* p. 257. *infirmabo percutiendo te*, h.e. te feriam ita, vt infirmum reddam, Es.53,10. Deut. 29,21.1Reg.22,34.coll. Ps.33,3.*benefacite pulsando* pro *pulsate bene*. cf. Es. 1, 5. vbi vtrumque dicitur, *percutiere* de Deo tanquam actus, *infirmitas* vero vel *morbus* de populo tanquam effectus. Est autem Præteritum hic pro Futuro, quod docent Futura sequentia, & contextus. Plagas enim non tam ex præterito narras, quam in futurum comminatur. Ion. *adduxi super te morbum* (*& plagam* *m) devastando*, desolationem tibi inferendo. 1Sam. 5,6 Es.1,7. *n)* cf. Ier. 30, 14.15.

℣. 14. *o)* Nam, vt distinctius tibi hoc explicem, *Tu* quidem *comedes. p) nec tamen satiaberis*, propter penuriam cibi Leu. 26,26. Hos 4,10. Hag. 1,5. *q) & depressio* l. *humiliatio tui*(l. Formandum esset ab inusitato ישח, quod vero affine est שח שחח *humiliari*. Sic sensus foret: Ita te humiliabit Deus, vt non amplius elate incessurus sis c. 2, 3. Adeoque quod modo sequitur *in medio tui*, significaret, manifestam & quasi palpabilem fore illam humiliationem, ita vt in omnium incurrat oculos, neque dissimulari possit. cf. Ez.7,4.9. At *Gusset.*p. 351.850.vertit, *corruptio tua*, q.d. Vulnus lethale, morbum, quo peribis, *in visceribus tuis* geris, reatum nempe inexpiabilem, quo perditioni certo addictus es. Ion *& fiet tibi* (cibus) *in morbum in visceribus tuis*. Syr. *& dysenteria eris* &c. For-

te sic posset ex Arabismo conferri harmonicum קמץ בו"ק וסח *spurcum* vel *purulentum esse*. *r) & semouebis quidem*, h.e. conaberis tuos tuaque e periculo saluare, occultando vel ad tutiora (vt tibi videntur) loca ducendo. c. 2, 6. *s) nec tn. euadere facies*, *saluabis* ad loca tuta Es.5,29. *t) & si quid* etiam *saluaris*. *u*) tn.*gladio*, seu hostibus gladiatis, *dabo*. Es.65, 12.Ier.15,2.9.c.25,31. *℣.* 15. *x) nec tn.metes*; siue ob sterilitatem terræ immittendam, siue quod hostes messuri aut vastaturi eam sunt, sec. comminationes legales Leu.26,16.Deut.28,33.38.cf.Iud.6,3.Ier.12,12.13.Hagg.1,6. *y) calcabis* (calcando exprimes) *olivas*. Oleo enim ex oliuis premendo æque, quam musto ex vuis, torcularia adbibita, coll.Ioel 2,24.Iob.24,11. *z*)nec tn.*unges te oleo*.Deut.28,40.Ruth.3,3.Dan.10,3. *a*) *& mustum* exprimes. *b*) cf. Am. 5,11. *℣.* 16. *c*) *Etenim obseruanda sibi sumsit*, vel *assidue obseruat* quisque Ion.2,9. Ps.18,24.cf.Hos.4,10.*Turn.* cum antecedd.ita connectit: Atque hæc contingent populo meo -- non tantum, quod ita nefarie peccauerit in proximum, sicut paulo ante declaratum est; sed vel inprimis, quod perfide a me Deo suo desciuerit ad idola, nec vllo modo se ab impietate hac abduci patitur.*Etenim* &c. *d*) *statuta* idololatrica Leu.20,23. Ier.10,3. *e*) Israelitici Regis, qui omnibus antecessoribus suis peior, & vitulini cultus statuminator insignis fuit 1Reg.16,25.26. *f*) qui vitulis aureis non contentus, Baaliticum cultum, Instigante Isabele, addidit 1Reg.16,30.seqq. *g*) *in consiliis eorum*, h.e.statutis ac ritibus humanæ inuentionis & ordinationis Ier.7,24.Hos.10,6.c.11,6. *h*) nullo quidem alio euentu, quam *vt tradam te*. Vide not.Am.2,7.*i*) *in stuporem*, obiectum stuporis, super cuius horribili casu stupebit quisque. Deut.28,37.2 Reg.22,19. *k*) *& incolas eius*, scil. vrbis, coll.v.9 & 12. Frequens apud Prophetas personæ mutatio. *l*) *in sibilum*.cf.1 Reg.9,8. *m*) *& vt probrum populi mei*(quo adfecturus sum populum meum vniuersum) *perferetis* omnes ac singuli.Es.25,8.Ier.31,19. CAP. VII, *℣.* 1. *n*) *Væ mihi!* (2) Iob.10,15.Particula *lamentantis*, formæ אללי Ps.119,5.q.d.Ah me miserum & infelicem! Aethiopes dicunt eodem significatu *Alelita*. cf. etiam Es.24,16. Affinitatem habet cum ילל & אלה (Ioel 1,8.) *eiulare, lamentari*. Loquitur autem hic *Propheta*, vti *Ion.* in paraphrasi sua addidit; *totam tamen Ecclesiam* aliquando secum loquentem facit, vti ex v. 7. & seqq. liquidum est. Et primo quidem deplorat corruptum populi sui statum ac paucitatem bonorum; deinde vero paucos, qui supersunt, bonos ad patientiam sub spe meliorum, maxime in regno Christi, ex promissione diuina se erigentem inducit, annexa *doxologia*, qua Dei misericordiam ac veritatem Ecclesiæ exhibendam admiratur & laudat. Sunt igitur duæ potissimum *huius capitis partes*: I. *Quiritatio* ob mala præsentia v.1-6. II. *Consolatio* ob bona futura v. 7--20. quæ *Schmid.* in sex particulas distribuit: *I.* Querela Ecclesiæ de corruptissimo filiorum statu v.1-6. *II.* Solatium eius a meliori statu futuro v.7-10. Qui *III.* ipsi promittitur tanquam propinquus v. 11. 12. Eumque *IV.* Ecclesia desiderat precibus v. 14. *V.* Messias promittit v. 15-17. vt tandem *VI.* Ecclesia gratias agat v. 18.-20. *o*) *quia fum*. Si Propheta is est, qui hæc dicit, sensus erit: In populo meo sic videor esse, & eum deprehendere rerum statum, quomodo qui ficus post arbores iam decussas, aut vuas post factam iam vindemiam ac racemationem quærit. Ita enim bonos quæro quidem, sed nullos inuenio. Sin Ecclesia in abstracto loquitur, paucitatem membrorum luget, ac vult dicere: In talem statum, proh dolor! redacta sum, qualis est ficuum atque vitium post decussionem atque vindemiam; scilicet nullos omnino aut paucissimus bonæ frugis habeo. Ceterum *Ion* explicationis caussa addit: *cum consumti sunt boni, tempore quo perierunt sancti ex terra*. Ita vero parabolicas loquutiones ipse explicat Propheta v. 2. *p*) *sicut* post *collectiones* (3) Es. 32, 10. c. 33, 4. *q*) *aestiuorum fructuum*, inprimis *ficuum*, coll. not. 2 Sam. 16, 1. & Ier. 40, 10. *r*) *sicut* in *racemationibus* (6) *vindemiæ* seu (vt recte *Ion.*) *post vindemiam*. Iud. 8, 2. Es. 17, 6. c. 24, 13. *s*) *nullus est botrus*. Gen. 40, 10. Num. 13, 25. Deut. 32, 32. huc est sec. *Ion. Non est quisquam, in quo opera bona sint*. cf. Deut. 32, 32. Es. 5, 2. c. 65, 8. & not. Ier. 8, 13. *t*) *ficum præcocem*, s. *primi temporis*, vti *Vulg.* Ier. 24, 2. (vbi videsis not.) expressit. Significat ante æstatem maturescentes, Es. 28, 4. vbi nondum est καιρὸς σύκων Matth. 21, 19. Marc. 11, 13. quæ eo suauiores esu, quo rariores adhuc pro tempore sunt Hos. 9. 10. Tale tempus poterat certo respectu dici, quod erat sub V. Oeconomia, sicut contra sub N. T. plena æstas & iustum maturescendi tempus aduentauit: interim tamen non omnis fructus pietatis debuit ad messem N. Testamenti differri. Cf. Luc. 13, 7. Ion. *bonos*. *u*) *desiderauit anima mea*, sed frustra! Deut. 12, 20. *℣.* 2. *x*) Nam vt nude ac sine tropo dicam quod rei est. *Periit* (c. 4, 9.) *sanctus*. Scilicet quæ allegorice dicta fuerant v. 1. nunc verbis propriis declarantur. cf. Es. 57, 1. Ps. 12, 2. seqq. *y*) Ps. 50, 5. *z*) sc. Israelitica. *a*) *& qui rectus sit inter homines* v. 4. c. 2, 7. Ps. 11, 7. Est vero emphasis in præpositione, coll. Gen. 6, 9. c. 7, 1. Videlicet ingens quidem corruptio est, vbi plurimi mali sunt; sed multo deterior, immo summa, cum ita vniuersi degenerarunt, vt nullus inter eos supersit bonus. cf. statum temporis antediluuiani Gen. 6, 5. 11. 12. ac Sodomiticum c. 18, 20. seqq. coll. Es. 1, 9. 10. *b*) *nemo* vel *nullus*, i. e. admodum rarus est. Nam vt *vniuersi* pro plurimis, sic *nullus* pro paucis venit. Ier. 5, 1. 4. 5. 6. Ps. 14, 1. seqq. Ioh. 3, 31. Adeoque vult dicere: Cum totam inspicio multitudinem populi Iudaici, adeo cuncta video corrupta, vt difficile sit, vllum in ea deprehendere iustum & pium. c) *sanguinibus* (ad fundendum eos) *insidiantur*. cf. supra c. 3, 10. Es. 33, 15. Ps. 37, 32.

℣. 13. חטאתיך Sic *defect.* sine *Vau* 1.2.3.5.6.9.12.23. sec. *Mas.* 2. & *Erff.* h. l. sed contra *impr.*Ier.15,13. At sine *Iod* plurali 3. & sic fe. 1.2.5. sec. *Mas.* 2. & *Erff.* Ita etiam 6. 9 in marg. *℣.* 14. ותסג per *Sin* loco *Samech* 6.9.in marg.contra *M.I.* *℣.* 15. יין *Iod* sine *Dag.* 1.3.5.6.9.20.21.22. CAP. VII, *℣.* 1. אללי per *Makk.* 2.3. לאכול sic *plene* 6. 9. 20. 22. 24. sec. *Mas. impr.* Ex. 16, 20. Alii *defect.*

אֲחִיהוּ יָצוּדוּ חֵרֶם׃ עַל־הָרַע כַּפַּיִם לְהֵיטִיב הַשַּׂר 3
שֹׁאֵל וְהַשֹּׁפֵט בַּשִּׁלּוּם וְהַגָּדוֹל דֹּבֵר הַוַּת נַפְשׁוֹ הוּא
וַיְעַבְּתוּהָ׃ טוֹבָם כְּחֵדֶק יָשָׁר מִמְּסוּכָה יוֹם מְצַפֶּיךָ 4
פְּקֻדָּתְךָ בָאָה עַתָּה תִהְיֶה מְבוּכָתָם׃ אַל־תַּאֲמִינוּ ה
בְרֵעַ אַל־תִּבְטְחוּ בְּאַלּוּף מִשֹּׁכֶבֶת חֵיקֶךָ שְׁמֹר פִּתְחֵי־
פִיךָ׃ כִּי־בֵן מְנַבֵּל אָב בַּת קָמָה בְאִמָּהּ כַּלָּה בַּחֲמֹתָהּ 6
אֹיְבֵי אִישׁ אַנְשֵׁי בֵיתוֹ׃ וַאֲנִי בַּיהוָה אֲצַפֶּה אוֹחִילָה 7
לֵאלֹהֵי יִשְׁעִי יִשְׁמָעֵנִי אֱלֹהָי׃ אַל־תִּשְׂמְחִי אֹיַבְתִּי לִי כִּי 8
נָפַלְתִּי קָמְתִּי כִּי־אֵשֵׁב בַּחֹשֶׁךְ יְהוָה אוֹר לִי׃

זעף

d) unus alterum venantur. Gen. 27, 3. 5. vt venatores, qui-- vt aliquid capiant, canes, retia, arma (adde & foueas, coll. not. ad Ezech. 19, 4.) adhibent; sic hi pessimi miras artes, technas & dolos inueniunt, quibus malefaciant. *Tarn.* Prou. 6, 26. *e)* velut *reti.* Hab. 1, 15. 16. 17. vel, ad *necem*, vt faciant eum *anathema* Leu. 27, 28.

℣. 3. *f) Prater male agere*, seu *praterea quod male agunt.* q. d. vt cetera illorum scelera nunc transeam. Ier. 4, 22. *g) ambabus manibus*, operose & summo studio. Prou. 31, 13. *h) vsque ad benefacere*, h. e. *egregie*, atque eum in modum, vt supra nihil esse possit. Verbum hoc, aliis iunctum, quocunque modo intensiuum & aduerbialiter exponendum est, vt *commolire* aliquid vel *frangere benefaciendo*, h. e. penitus & omnino, Deut. 9, 21. 2 Reg. 11, 18. At Schm. *Quando mala faciunt ambabus manibus*, hoc est *benefacere.* q. d. quo quis peior & sceleratior, eo melior ipsis est. cf. Es. 3, 9. c. 58, 2. Ier. 9, 5. Denique Cocc. Lex. 304. *Super malo sunt manus ad bonum faciendum*, h. e. fingunt & plasmant malum, vt bonum videatur. *i)* Princeps *poscit* munera, vel *retributionem*, ex membro proxime seq. *k) & iudex* iudicat *pro retributione*; repetito Verbo vel Participio. cf. c. 3, 11. Es. 1, 23. c. 5, 23. *l) & quantum ad magnum*, opibus scil. vt 1 Sam. 25, 2. vel auctoritate, vt 2 Reg. 5, 1. Esth. 9, 4. *m)* Cocc. *nequitiam*, Sch. *peruersitatem anima sua*, i. e. quam animo concepit, *ille loquitur.* q. d. Non sufficit ipsis animo nequitiam agitare, agitatam quoque impudenter & audacissime loquuntur. vid. supra c. 2, 1. 2. Obseruandum vero, quod הוה aeque atque עמל proprie *arumnam* Prou. 19, 13. siue a Verbo הוה pro היה, siue a Partic. הוי *Eheu!* metonymice vero *nequitiam* s. *arumnam actiuam*, aliisq; inferendam, significet. Ps. 5, 10. Ps. 38, 13. Ps. 55, 12. *n) & contorquent eam* (1) cf. Ez. 6, 13. Ps. 119, 3. velut lorum aut restem ex multiplici filo contextum; h. e. roborant, firmant, coll. Coh. 4, 12. *Tarn.* Sic fere Cocc. Lex. 590. *densant*, velut rudentem, plura mendacia vni mendacio *complicantes.*

℣. 4. *o) Bonus illorum*, comparate *illorum optimus*; a quo subsumtio fiat ad reliquos, qui deteriores. *p)* est *sicut spina* (2) Ita vertimus generaliori vocabulo; sed apud Arabes est nomen specificum, *melongena*, quae & *spina scorpii* vocatur iisdem, docente *Celsio* Sueco, in Botanici S. Exercit. I. ex *Abulfadli* Arabe. Rad. Ar. חדק *circumdare*, & *acutum fieri*; a quo חדאק *res intricata* חדיקה *hortus circumseptus.* Inde igitur id genus spinarum dicitur, quod & *acutum* sit, & ad *sepes* viuas accommodum, coll. Prou. 15, 19. & hic modo sequenti מְסוּכָה. cf. 2 Sam. 23, 6. 7. Ez. 2, 6. Ps. 58, 10. Matth. 7, 16. *q) & rectus* vel *rectissimus* illorum. v. 1. c. 2, 7. *r)* peior est *sepe spinosa.* Prou. 15, 19. Es. 5, 5. cf. Rad. שוך *sepire* spinis Hos. 2, 5. 8. Ar. שוך per *Schin* est *pungere, spinosum esse*, & in II. Coni. *spinis muniuit, obsepsit.* *s) dies* igitur *speculatorum tuorum*, (populum Iudaicum adloquitur) h. e. dies irae ac vindictae diuinae Ioel. 1, 15. c. 2, 1. 2. a Prophetis dudum velut e specula praeuisus, atque fideliter tibi annunciatus v. 7. Es. 21, 6. c. 52, 8. Ez. 3, 17. c. 33, 2. 7. *t) visitatio*, inquam, *tua*, h. e. *iudicium pœnale*, quo Deus testatum faciet, se scelera vestra inspexisse & improbasse. Es. 10, 3. Ez. 9, 1. Hos. 9, 7. *u)* cf. Ez. 7, 2. 5. seqq. *x) iamiam.* cf. not. c. 4, 10. *y) fiet confusio illorum* (2) Es. 22, 5. Sensus: Adeo fient perplexi Iudaei malorum varietate & magnitudine, vt nullum inde se explicandi consilium ipsis suppetat. cf. Esth. 3, 15. item Ar. בוך *confusum turbatumque esse*, & in VII. Coni. *Turbata mente & perturbatis rationibus esse.*

℣. 5. *z) Ne fidatis amico.* Ier. 9, 3. c. 12, 6. Prou. 26, 25. Matth. 10, 21. 35. 36. Luc. 12, 52. 53. Est Imperatiuus indefinitus. Nec enim eam scopus hic est, prudentiae regulas formare, quam depingere corruptissimum in omni societate statum, & grassantem vbique perfidiam catholicam; q. d. Adeo cuncta occupauit perfidia, vt *nusquam tuta fides* sit, & cautissimus esse debeas, quisquis es, nisi vel a cognatis, parentibus, filiis, coniuge & amicis falli velis. *Fide*, est tritum illud Latinorum, *sed cui, vide.* *a) familiari* (6) cui quis penitus adsueuit, coll. Prou. 16, 28. c. 17, 9. vbi id LXX. recte reddiderunt φίλον. Est ab אלף *adsuescere* Prou. 22, 25. Familiaritas enim ex consuetudine, immo consuetudo familiaritas & amicitia est. Ps. 55, 14. *b) a cubante in sinu tuo*, seu carissima tibi coniuge. Deut. 13, 7. c. 28, 54. *c) custodi*, ne quid temere effutiant, quod tibi periculum creare possit: proditura enim te est. *d) ostia oris tui*, c. 5, 5. *Ostia* tribuit ori, quippe quod sensa animi, ianuae instar, vel aperit vel claudit. cf. Ps. 141, 3.

℣. 6. *e) Nam*, vt pergam describere perturbatum & corruptissimum populi statum. *f) deturpat*, contumelia adficit patrem. Deut. 31, 15. Ier. 14, 21. Nah. 3, 6. cf. Es. 3, 5. Marc. 13, 12. & *Ioseph.* de *B. I.* lib. 4. c. 11. *g) insurgit* hostili animo Ps. 3, 2. *h) & nurus* Leu. 18, 15. *contra socrum suam* Ruth 2, 18. *i) domestici eius.* Gen. 17, 27. c. 39, 14. Adeo cuncta dissidiis oppleta sunt & erunt. cf. Matth. 10, 36.

℣. 7. *k) Ego vero.* Facit oppositionem ad antecedentia. q. d. Est quidem ita; ruunt omnia in deterius, & iusta non minus, quam atrocia Dei iudicia ingruunt, ac peccatoribus incumbunt: verum quomodo ego, rebus sic stantibus, me debeo gerere? desperabone, an murmurabo, vel impatienter Deo obloquar? Immo vero ego &c. Obseruante *Luthero* ad h. l. duo facit, quae maxime sunt insignia. Primum non mouetur scandalis impiae multitudinis--Sed alterum maius est, quod cum in talibus moribus non posset abesse longius pœna & vindicta diuina, non tamen spem omnem abiicit, sed oculos in Deum reiicit (Propheta,) certus, quod, etiamsi vniuersalis pœna tanquam diluuium grassatura sit, tamen Deus norit eripere & seruare suos. *l) Cocc.* aliique: *ad Dominum*, sumto ב obiectiue, vt Ps. 66, 7. Posset tamen & sic verti: fretus, vel freta *in Domino* ac diuina eius promissione, benignitate & fide, coll. Ps. 119, 49. Quomodo accipitur ב 1 Sam. 17, 45. *m) speculabor*, h. e. auxilium Domini velut ex alta specula exspectabo, sicut, qui ab hostibus obsidentur, e turribus continuo prospiciunt, promissasque suppetias exspectant. Spes nixa Domino in futurum prospicit Thr. 4, 17. Hab. 2, 1. Es. 17, 7. c. 25, 9. c. 52, 8. Ps. 121, 1. *n) Tarn.* neque defecisscar, etiamsi aliquantisper dilatum fuerit auxilium, sed *prastolabor.* Ps. 42, 6. cf. Thr. 3, 26. ibidemque not. *o) Deum salutis mea.* Est argumentum spei in ipsa Dei denominatione. q. d. Saluabit me vtique, quia iam olim saluti mihi fuit, & Deus salutis meae dicitur. Es. 17, 10. Hab. 3, 18. *p) audiet* enim *me* tandem. Ion. *suscipiet preces meas.* Supponuntur ergo vna cum spe continuae ac indefinentes preces.

℣. 8. *q) Ne* igitur *gaudeas--de me*, ac infortunio meo. Castigat insolentiam & ἐπιχαιρεκακίαν hostilem. Cf. Es. 14, 29. Obad. v. 12. Ps. 13, 5. Prou. 24, 17. 18. Iob. 31, 29. seqq. Thr. 4, 21. 22. Sir. 3, 12. *r) o inimica mea* (2) v. 10. Apostrophe. *s) cum* enim *cecidi*, vel, *licet ceciderim*, tamen a lapsu *resurgam.* Lapsus h. l. pœnalis intelligitur, surrectio igitur e malis emersio est. cf. Ps. 37, 24. Ps. 145, 14. Prou. 24, 16. it. Amos 5, 2. c. 8, 14. *t) cum*, vel *licet sedeam in tenebris* malorum & calamitatum, velut in tenebricoso carcere. Es. 47, 5. c. 49, 9. Thr. 3, 2. 6. cf. Ps. 23, 4. *u)* tamen *Iehoua* est & erit *lux mihi*, mediis in tenebris. Ps. 27, 1. cf. Ps. 97, 11. Ps. 112, 4.

℣. 4. עתה תהיה sic r. 3. מבכתם *defect.* seq. 1. sec. *Mas.* suam & *Erf.* per *Patchia* simpl. *milra* 2. 3. contra *Mas.* impr. ℣. 8. איבתי

℣. 9. x) Equidem *æstum*, vel *iram Domini* (6) Es. 30, 30. Prou. 19, 12. Ion. 1, 15. *Ion.* præmittit: *Dicit Hierosolyma.* recte. sed cum hac ipsa etiam videtur in antecedentibus Propheta locutus, vt supra ad v. 1. notauimus. Anticipat autem inimicæ exprobrationem, cur igitur Deus, in quo confidat, ipsam adeo grauiter sinat adfligi? cf. infra v. 10. Cui respondet: Verum quidem esse, quod multa patiatur; humiliter tamen se ista ferre, primo quod peccatis suis vtique illa meruerit, deinde quod sciat, perpetua saltem non fore, sed ad tempus tantummodo. *y*) *feram* patienter atque humiliter, quippe merui, *quoniam* &c. cf. Leu 26, 41. 43. Thr. 3, 27. seqq. Luc. 15, 18. it. Es. 26, 20. 21. c. 54, 6. seqq. *z*) *donec.* Duo innuit hæc particula, primo immotam Ecclesiæ patientiam, secundo malorum incumbentium finem. cf. Thr. 3, 15. *a*) *agat caussam meam* contra improbos aduersarios. 1 Sam. 24, 16. Ps. 43, 1. *b*) Ion. & *iniuriam meam* (quam patior) *vlciscatur*, tanquam iustus iudex. Ps. 9, 5. cf. Ier. 50, 7. 17. seqq. *c*) donec *educat*, vel *educet me* namque e tenebris v. 8. *ad lucem.* cf. Hos. 6, 6. Ps. 37, 6. *d*) vt *videam*, ac magna cum voluptate fruar *iustitia eius*, qua populum suum pœnitentem saluat, feroces vero ac insolentes aduersarios perdit. v. 10. c. 4, 11. Ps. 54, 9.

℣. 10. e) *Videbit* hoc *vero*, vel *igitur*, non sine dolore Ps. 112, 10. *f*) v. 8. c. 5, 8. *g*) *& operiet eam pudor.* cf. Ez. 7. 18. & not. Obad. v. 10. At *Tarn.* quasi secundæ personæ esset, ita: Ab omni parte *ignominia & confusione circumdabit eam*, vt nil nisi infamiam videant, qui eam adspiciunt. cf. Ps. 89, 46 *h*) *illa* ipsa, quæ iam impie ac superbe *ad me dicit* *i*) *vbi est ille*, sc. *Iehoua Deus tuus?* Pleonasmus suffixi, vt Ex. 2, 6. cf. Ioel 2, 17. Ps. 42, 4. 11. Ps. 79, 10. Ps. 115, 2. *k*) Emphasis in pronomine, q. d. de quo adeo gloriabaris, quemque dicebas Deum *tuum*, in oppositione cum ad nos, tum ad Deos nostros.

9 זעף יהוה אשא כי חטאתי לו עד אשר יריב ריבי
10 ועשה משפטי יוציאני לאור אראה בצדקתו : ותרא
איבתי ותכסה בושה האמרה אלי איו יהוה אלהיך עיני
11 תראינה בה עתה תהיה למרמס כטיט חוצות : יום
12 לבנות גדריך יום ההוא ירחק חק : יום הוא ועדיך יבוא
למני אשור ועדי מצור ולמני מצור ועד נהר וים מים
13 והר ההר : והיתה הארץ לשממה על ישביה מפרי
14 מעלליהם : רעה עמך בשבטך צאן נחלתך

הנ׳ בתגש

שכני

l) *oculi mei videbunt.* Ἐμφατικώτερον est, quam si dixisset simpliciter, *videbo.* vid. Iob. 19, 27. *m*) *videbunt in ea* rem diu optatam. Ion. *ruinam illorum* v. 9. c. 4, 11. Non tam hostium malorum interitu, quam assertione gloriæ Dei gaudent, cuius nomen illi hactenus blasphemantes profanarunt, & quantum in se fuit, oppugnarunt; & quia se emendare haud volebant, merito in illorum pœna Dei elucens iustitia celebratur a Dei filiis. *Tarn.* cf. Ps. 54, 9. Ps. 112, 8. Posset tamen etiam suffixum ad *iustitiam Domini* (de qua v. 10.) non incommode referri. Sic esset emphatica eiusdem rei repetitio. *n*) *iamiam, mox*, vt v. 4. Es. 43, 19. Am. 6, 7. *o*) *fiet* inimica mea *in conculcationem*, i. e. conculcata. Es. 5, 5. c. 26, 6. *p*) 2 Sam. 22, 43. Es. 10, 6. Zach. 10, 5.

℣. 11. q) Est, vel erit *dies*, inquit Deus per Prophetam; dies, inquam, maxime notabilis & illustris, a me sæpe promissus, a te diu optatus. v. 12. *r*) *ad ædificandum maceries* vel *muros tuos.* Ecclesiam sub typo Hierosolymæ alloquitur, ac promissionibus hisce solatur. Certum vero est quidem, post captiuitatem Babylonicam ædificatos fuisse muros Hierosolymæ, corporaliter sc. ac typice, coll. Neh. 3, 1. seqq. & Dan. 9, 25 verum sequentia & parallelismus docent, vaticinium hoc spectare vlterius, i. e. ad ædificationem, quæ sit spiritualis, solida perpetuaque per Christum sub N. T. de qua Es. 49, 16. c. 60, 10. Ier. 31, 4. (vbi videsis not.) Am. 9, 11. Ps. 51, 20. Ps. 102, 14-17. *s*) Es. 5, 5. Ps. 80, 13. cf. 1 Reg. 11, 12. *t*) Schm. *dies hic, quo.* subintellecto אשר. sic v. 12. Sed potest & simpliciter verti citra ellipsin: *die isto*, sc. quem modo dixi. *u*) In varias hic eunt sententias interpretes. Tarn. *in longinquum abibit* illud *decretum*, de quo Ps. 2, 7. 8. nempe doctrina Euangelii. Sic *Curtl.* Theol. Proph. p. 705. *Elongabitur statutum*, longe lateque annunciabitur consilium pacis in Christo, coll. Hab. 2, 14. vid. etiam Es. 33, 17. Sed Ion. *abolebuntur decreta gentium*, sc. tyrannice tibi antehac imperantium. Alii: *procul abiris decretum* Dei de infligendis tibi malis; desinet te Dominus male habere, coll. Zeph. 2, 2. Denique per *statutum* possent intelligi præcepta humanæ auctoritatis & inuentionis, superstitiosa & improba, coll. supra c. 6, 16. In tanta autem diuersitate ac difficultate iudicio legentis optionem relinquimus: in mediam sententiam interim propensiores.

℣. 12. x) Pisc. *Die illo etiam ad te vsque veniet* illud decretum, (de quo v. 11.) qui habitas *inde ab Assyria* &c. Sic esset noua apostrophe ad hostes, & sensus comminatorius. Verum personas, vbi necesse non est, illubenter mutamus. Malumus ergo cum aliis ad populum Dei hæc æque dici, ac superiora v. 11. Neque obstat diuersitas generis hic & v. 11. nam & v. 15. masculinum genus suffixi sine dubio ad populum Dei referri debet. Vertimus cum Sch. *Dies hic est, quo*; vel simplicius: *Die illo, tum* (inquam) *vsque ad te venient.* Videlicet *Vau* præf. Schmidio est loco Pronom. relatiui, vt Gen. 11, 4. c. 49, 25. nobis pleonasticum, vt Gen. 3, 5. c. 22, 4. Singularem vero *veniet* hic *impersonaliter* accipimus, pro *venient* vel *venietur*; intelligimus autem *venire* obsequiosum & humile, ad amplectendum cum populo Dei in vera communione verum cultum, depositis erroribus, coll. Es. 45, 24. it. Es. 49, 17. seqq. c. 56, 6. 7. Zach. 2, 15. &c. *y*) *inde ab Assyria*, quæ cum sequenti *Aegypto* hic synecdochice venit pro quibusvis gentibus, populo Dei quondam infestis, tandem vero conciliandis; vt Es. 19, 23. seqq. qui locus nostro videtur plane geminus esse, eidemque lucem affundere. cf. infra v. 17. *z*) Sch. *& vsque ad vrbes Aegypti* Es. 19, 6. Appellatiue *munimentum* valet, coll. Ps. 31, 22. & 60, 11. 2 Par. 8, 5. sed præterea quod sono conuenit cum proprio Aegypti *Misraim*, ab argumento sumtum est Nomen. neque enim vlla regio, quam Aegyptus, naturali situ tutior est. Scil. ab occasu desertum habet inaccessum; a meridie Nili cataractas & montes Aethiopiæ; ab ortu item eremum, & barathra. & paludem Serbonidis; ab aquilone mare prope importuosum. *Bochart.* Phal. IV. c. 24. *a*) & contra *inde ab Aegypto vsque ad fluuium*, sc. eminenter sic dictum, i. e. *Euphratem*, quem accolunt Assyrii. Ier. 2, 18. *b*) *&*, vel *immo* ad *mare a mari*; ab vno ad alterum. Gentes, inter remotissima & opposita prorsus maria ac montes positæ, ad te venient. *Tarn.* aliique existimant quidem, designari hic terram sanctam sec. terminos suos: *ad mare* occidentale s. magnum *a mari* altero orientali s. mortuo, *& a monte* Libano *vsque ad montem* Sinai, coll. Ios. 1, 4. Ioel 2, 20. & Am. 8, 12. Sed malumus hic verba in latitudine sua relinquere, idque eo magis, quod in loco allegato Am. 8, 12. exteræ potius regiones, (in quibus Israel & Iuda exulaturi essent) quam Israelitica terra, similiter pæne describuntur, coll. quæ ibidem v. 11. notauimus, & Zach. 9, 10. Ps. 72, 8. seqq. *c*) *& a monte* vno ad oppositum vsque *montem.* Ellipsis particularum ex antecedentibus supplenda.

℣. 13. d) Schm. *Iam tamen erit.* q. d. Prius tamen, quam impleantur magnificæ istæ promissiones de instauranda Hierosolyma. v. 11. & adducendis in sinum eius variis gentibus; interim, inquam, prius fiet &c. *e*) *terra* hæc, sc. Israelitica. est enim cum *He* articulari: & textus videtur hic vtique de terra quadam particulari agere. *f*) proxime per Nebucadnezarem, deinde per Titum. Es. 1, 7 Ier 12, 11. *g*) non quasi id fieri deberet ex decreto aliquo absoluto, sed *propter incolas eius.* cf. Es. 24, 1. 5. *h*) *ob fructum operum ipsorum.* cf. Es. 3, 10. & not. Ier. 32, 19. *Tarn.* vt, prout sementem fecerint, ita metant.

℣. 14. i) *Pasce*, guberna, rege, tu qui es bonus Pastor. c. 5, 3. Es. 40, 11. Ez. 34, 13 Zach. 11, 4. 7. 9. Ps. 23, 1. Hoc Verbo (inquit *Tarn.*) summatim comprehenduntur, quæcunque ad piorum conseruationem pertinent. Nexum huius cum v. 13 idem hunc facit: Hæc autem quando obuenient malis, hæc erit *oratio Ecclesiæ* credentis Euangelio, & videntis illam Synagogæ ruinam. cf. not. v. 1. & similes preces Hab. 3, 2. *k*) *pedo tuo.* Ps. 23, 4. 1. pedo non Mosis, aut virga ferrea, sed tuo, tui Euangelii verbo-ductu tui Spiritus; *Tarn.* Verbo & Spiritu tuo. ea enim instrumenta regni Dei. Pastor virga numerat oues, & castigat, & ducit, monstrans, qua ire, quo tendere, vnde discedere, vbi pascere debeant. *Cocc.* Lex. 847. cf. Leu. 27, 32. Ez. 20, 37. *l*) *gregem*, inquam, *hereditatis tuæ*, hereditarium, vel datum tibi in hereditatem. Ps. 95, 7. cf. Ps. 2, 8.

℣. 10. ותרא per *Tsere* 1. 2. 5. At ותרא *mihi* 3. 6-16. 19- 23. contra *Mas. impr.* & *D. Kimchi* in Comm. ad h. l. Cf. similem anomaliam Gen. 41, 3. & Zach. 9, 5. Pro אלהיך hab. אלהיך 6. 9. 14. 20 sic fe. 1. 5. contra *Mas. impr.* Ier. 2, 19. תראינה N sine D g. 1. 3 7. 8. 22 contra *Mas.* impr. & *M. I.* למרמס ita per *Kam.* 1. 2. 3. 5. 6. 9. 10. 14. 20. 23. sec. *Mas.* 2. & *Erff.* Reliqui per *Pat.*

שֹׁכְנִי לְבָדָד יַעַר בְּתוֹךְ כַּרְמֶל יִרְעוּ בָשָׁן וְגִלְעָד כִּימֵי
טו עוֹלָם׃ כִּימֵי צֵאתְךָ מֵאֶרֶץ מִצְרָיִם אַרְאֶנּוּ נִפְלָאוֹת׃
16 יִרְאוּ גוֹיִם וְיֵבֹשׁוּ מִכֹּל גְּבוּרָתָם יָשִׂימוּ יָד עַל־פֶּה אָזְנֵיהֶם
17 תֶּחֱרַשְׁנָה׃ יְלַחֲכוּ עָפָר כַּנָּחָשׁ כְּזֹחֲלֵי אֶרֶץ יִרְגְּזוּ
18 מִמִּסְגְּרֹתֵיהֶם אֶל־יְהוָה אֱלֹהֵינוּ יִפְחָדוּ וְיִרְאוּ מִמֶּךָּ׃ מִי־
אֵל כָּמוֹךָ נֹשֵׂא עָוֺן וְעֹבֵר עַל־פֶּשַׁע לִשְׁאֵרִית נַחֲלָתוֹ
19 לֹא־הֶחֱזִיק לָעַד אַפּוֹ כִּי־חָפֵץ חֶסֶד הוּא׃ יָשׁוּב יְרַחֲמֵנוּ
יִכְבֹּשׁ עֲוֺנֹתֵינוּ וְתַשְׁלִיךְ בִּמְצֻלוֹת יָם כָּל־חַטֹּאותָם׃
כ תִּתֵּן אֱמֶת לְיַעֲקֹב חֶסֶד לְאַבְרָהָם אֲשֶׁר־נִשְׁבַּעְתָּ
לַאֲבֹתֵינוּ מִימֵי קֶדֶם׃

משא

m) *habitantem* (cum *Jod* paragog. vt Deut. 33, 16. Obad. v. 3.) *seorsim.* Phrasis hæc variis modis in Scriptura accipitur: 1) in oppositione ad *communionem*, vt Num. 23, 9. quomodo & hunc locum interpretatur Cocc. Lex. 79. q. d. qui separatus est ab omnibus hominibus, qui cum eo non eandem fidem habent, & idem Dei verbum loquuntur, neque in eadem via ambulant. 2) ad significandum *secessum*, qui fit *luctus caussa*, vt Ier. 15, 17. Thr. 1, 1. (vbi videsis not.) c. 3, 28. 3) sensu *desolationis* ac *desertionis*, vt Es. 27, 10. quomodo *Tarn.* Micham intelligit; q. d. Et tanto magis cura illum tuum gregem, *qui habitat seorsim*, ab hominibus relictus, inter bestias & hostes versatur cum maximo suo periculo 4) sensu pacis, fiduciæ & *securitatis*, vt Deut. 33, 28. Ier. 49, 31. nam securitatis id est, habitare solum sine fœdere ac societate cum aliis Iud. 18, 7. Quomodo si h. l. sumatur phrasis, sensum dabit facilem & textui non minus conuenientem: Pasce populum tuum - *habitantem*, seu vt habitet secrsim, i.e. secure tranquilleque. Accusatiuus (*habitantem*) notat passionis non obiectum, sed effectum: cuiusmodi Acc. est *aceruos desolatos* Es. 37, 26. &c. *n*) *siluam*, i.e. *in silua*. Pendet a verbo *habitare*, quod apud Hebræos cum Accusatiuo non minus, quam cum præf. ב iungitur. *o*) Est vel asyndeton; *siluam & in medio Carmeli*: vel ellipsis præfixi ב; quasi *in medio Carmeli*. q. d. vt in siluosis atque incultis locis æque tuto atque tranquille degant, quam in excultis atque frugiferis aruis, nullas ferarum vel latronum incursiones metuentes. vid. Ez. 34, 25. it. Es. 11, 6 7. conf. similem oppositionem Es. 10, 18. c. 29, 17. c. 32, 15. 16. c. 37, 24. & quæ de vocabulo *Carmel* ad Am. 1, 2 notauimus.

mus. *p*) Est vel Subiunctiuus; vt *pascantur*: vel optatiuus; fac vt *pascantur*, vel pastum suum habeant. Es. 14, 30. cf. supra c. 5, 3. & Ez. 34, 23. *q*) in *Basanitide*, Ier. 50, 19. pascua regione, Am. 4, 1. *r*) cf. Obad. v. 19. *s*) *sicut diebus priscis*. Am. 9, 11. Mal. 3, 4. e. g. sub Dauide & Salomone 1 Reg. 5, 5. quæ tempora illustrioris felicitatis sub regno Christi præ-Iudia fuerunt, coll. supra c. 4, 4.

℣. 15. *t*) Immo *sicut diebus, quibus* olim *exiuisti*, & multis quidem magnisque prodigiis, quæ cum in Aegypto, tum in deserto, tum denique in occupatione Cananææ vobis patraui. cf. Es. 11, 11. Ez. 20, 35. 36. Est hæc Filii Dei responsio ad præmissas Ecclesiæ preces; quam excipit doxologia Ecclesiæ v. 18. adeo vt contextus hic sese habeat fere instar Dialogi. *u*) *monstrabo ei*, sc. populo meo v. 14. A secunda persona mox transit ad tertiam: cuius enallages rationem putamus in diuersitate obiecti personalis esse. Loquitur sc. *ad Ecclesiam* tempore Michæ præsentem, indeque ad terminum vsque complementi futuram, in secunda; *de Ecclesia* vero sub ipsum complementi terminum futura, in tertia persona, velut de absente. *x*) cf. Ps. 106, 22. it. Es. 25, 1. Ps. 98, 1.

℣. 16. *y*) sc. hæc mirabilia v. 15. cf. Es. 49, 7. Ps. 40, 4 & 126, 2. 3. *z*) salutari ac humili pudore v. 17. cf. Ez. 16, 63. *a*) *pudefient*, inquam, (sec. accentus enim emphatice repeti debet antecedens verbum) *ab omni fortitudine sua*, quantamcunque sibi antehac imaginatæ fuerint; quippe quam sentient *mirabilibus* istis Iehouæ adeo comparandam non esse, vt ruboris materia potius, quam gloriæ sit. Ez. 32, 30. cf. Es. 33, 13. Ier. 10, 6. At S. *ob omnem potentiam eorum*. Tarn. *præ tota potentia illorum*; scil. qui in Ecclesiæ gremio degunt. cf. Es. 28, 6. Ps. 145, 11. 12. *b*) præ tacita admiratione, & vt innuant, nullam sibi iam superesse gloriationis materiam. Iud. 18, 19. Iob. 21, 5. c. 40, 4. cf. Es. 52, 15. *c*) *obsurdescent*. Ps. 28, 1. præ maiestate eorum, quæ audituræ sunt. *Tarn.* Ita enim hæc aures eorum percellent, veluti bombus ingens ac subitus, qui grauitate sua aliquantisper saltim audiendi sensum suspendit. cf. 1 Sam. 3, 11. Ier. 19, 3. &, quod ad rem, Es. 64, 2. 3.

℣. 17. *d*) *Lingent puluerem*, supplices, vultu in terram prono; seu (vt *Ion.*) *expandent se super faciem suam in terram*. Summam demissionem notat tum erga Deum ipsum Ps. 72, 9. tum erga populum eius Es. 49, 23. *e*) cf. Gen. 3, 14. Es. 65, 25. *f*) *& sicut serpentia terræ*, reptilia, quæ serpunt in terra (2) Deut. 32, 24. vbi & Ar. Polygl. eandem adhibet radicem eodem significatu. cf. *Bochart.* Hieroz. P. I. p. 59. Ceterum secundum accentus iungendum hoc simile est non cum antecedenti verbo, sed sequenti. *g*) *commouebuntur*, trepide occurrent, [illegible]bunt. Es. 14, 9. c. 64, 1. *h*) *e claustris suis*, h. e. sec. *Ion. arcibus*, quibus inclusæ degunt, vt tutæ sint. 2 Sam. 22, 46. Ps. 18, 46. *i*) *pauebunt*, pauidi accurrent, deposita prisca ferocia. Hos. 3, 5. *k*) sc. *o Iehouah, Deus noster*! per apostrophen Propheticam. Ita cf. Ier. 10, 7. Vel, quod malumus: *O popule mi!* Ita enim planius fluit oratio. Innuitur autem reuerentia, Ecclesiæ non debita solum, sed obuentura quoque. cf. Deut. 28, 10.

℣. 18. *l*) *Quis est* igitur? interrogatiue pro, *Nullus est*. Doxologia, sanctæ admirationis & stuporis plena. Ecclesia nempe quam hic denuo Michas loquentem inducit, velut in abyssum immergitur, cum diuitias misericordiæ & gratiæ diuinæ, in nouissimis sibi commonstrandas, considerat; fere vt Paulus, cum sapientiam Dei admiratur Rom. 11, 33. Inde enim est מִי־ cum ֿ in interrogatione. *m*) *tui similis* Deut. 3, 24. Ier. 10, 7. Ps. 89, 9. Sunt quibus hic vates ad nomen suum *Micha* videtur alludere: quod nos in medio linquimus. vid. supra c. 1, 1 notata. *n*) *auferens culpam*, non vt non sit (quod tamen ratione adfectus potius, quam dominii dicimus) sed vt non imputetur; i. e. *condonans*. Ex. 34, 7. Num. 14, 18. 1 Ioh. 1, 9. *o*) *& transiens*, h. e. impunitam transmittens, *præuaricationem*, ita se gerens, quasi eam omnino non videret. Am. 7, 8. c. 8, 2. Prou. 19, 11. cf. Ier. 31, 34. *p*) *reliquiis hereditatis suæ*; populo suo, quem peculii instar habet v. 14. ac precioso sanguine adquisiuit Tit. 2, 4. quem post tot tantasque castigationes, per tot sæcula ac discrimina rerum, miris modis ad tantam gratiam conseruauit. cf. supra c. 4, 7. Es. 10, 22. *q*) *neque enim retinuit*, vel *seruauit, in æternum*. Am. 1, 11. cf. Ps. 30, 6. Ps. 103, 9. 10. item Es. 12, 1. *r*) *cupiens misericordiam*. Dilectionem hic notat, non qua nos diliximus (quanquam & hanc se cupere Deus alibi testatur, vt Hos. 6, 6.) sed qua nos ipse miseriæ nostræ misertus dilexit. Ioh. 4, 10. cf. Eph. 1, 5 1 Thess. 1, 11. Ioh. 3, 16.

℣. 19. *s*) *Reuertetur* ergo ac *miserebitur nostri* Idiotismus verbi *reuertetur* pro aduerbio *rursum*, vt Deut. 30, 3. Mal. 1, 4. emphatice tamen connotans velut conuersionem amoris in Deo, qui per iram ante abscesserat. Zach. 1, 16. Ps. 71, 20. 21. Ps. 90, 13. cf. Es. 14, 1. c. 49, 13. Ioel 2, 14. *t*) *subiget*, pessundabit, supprimet. *Ion.* addit: *per misericordiam suam*. Magna in Verbo emphasis; quippe ex qua peccatum peccatique reatus haud aliter concipitur, quam immitis instar tyranni, ad seruitutem ac mortem nos velut mancipia & vinctos rapientis, cuius vero tertiam diuina repressura sit gratia. Gen. 1, 28. Ier. 34, 11. 16 Zach. 9, 15. 2 Par. 28, 10. cf. Rom. 6, 12. 14. Hebr. 2, 5. Non igitur ludicra & facilis res est, peccati, in iudicio Dei contra nos insurgentis, damnantis, ac velut sibi obnoxios ad seruitutem & pœnæ reatum postulantis, furores supprimere; sed opus diuinæ potentiæ est. *u*) *& proiicies*, o Deus! velut quæ abolita cupimus, neque amplius æstimamus. Es. 38, 17. *x*) *in profunditates maris*; Ex. 15, 5. Ion. 2, 4. *y*) cf. Es. 43 25.

℣. 20 *z*) *Dabis* ipso effectu, sicut olim iurasti. Luc. 1, 73. *a*) *veritatem - & misericordiam* Ioh. 1, 17. Cocc. Lex 44. Hoc, inquit, de Deo dictum, notat amorem æternum, & munera amoris æterni, opposita iræ, inimicitiæ, damnationi; illud vero promissorum exhibitionem & expletionem. Ps. 69. 14. cf. Luc. 1, 72. & Es. 55, 3 *b*) *Iacobo - Abrahamo*, sc. in posteris ipsorum. *c*) Luc. 1, 55. *d*) *inde a diebus antiquitatis*, h. e. priscis. 2 Reg. 19, 25 Thr. 1, 7.

℣. 16. וְאָזְנֵיהֶם cum præf. *Vau* 2. 3. sic te. 5. Notant יְרַחֲמֵ֑נוּ פ cont euersum ej. addit 2 וְיִשְׁמְעוּ ח cum *Kam* 2. 3. contra *Mas. Erff.* & *Ind. kas.* f. 61. 2. ℣. 19. וְתַשְׁלִיךְ defect. 1. 3. sec. *Mas.* 1. & *Erff.* במצלות defect. per *Kibbuts* 3 7. 8 15. & in marg. 6. 9. Addunt 7. 8. in marg. מֵשׁ נִין בֵּיהּ סִפְרִי codices hic errare. *Schurek* tamen poscit M. I. & *D. Kimchi*. At מצולת defect. 1. 5. sec. *Mas. Erff.*

LIBER NAHVM,

Hebr.

נחום

IN NAHVMI PROPHETIAM

PRAEFATIO.

1. Nahumi Patria, nomen, ordo & 2. Aetas, ex mente a) Hebraeorum & Grotii,

NAHVM, *Elkoschaus* siue *Elkoschita* (incertum, a gente, an a patria ita vocatus) fuit, quod nomen dicit, vnus e *consolatoribus* Hierosolymæ Es. 40, 1. aduersus terrorem Assyriorum. Nam hostium deletio Ecclesiæ est consolatio, coll. Tob. 14, 15. Prov. 11, 10. Ideoque *in ordine XII. Prophetarum* olim iuxta LXX. Interpp. post *Ionam* positus fuit, quia vterque de Niniue, Assyriorum metropoli, texuit vaticinium, vt *Hieronymus* in Proœmio suo ad hunc librum obseruat, coll. Ion. 1, 1. Nah. 1, 1. *Aetas* tamen eius non satis certa est aut præcise patet; quod non vnam in explicatione huius prophetiæ difficultatem parit, vt suis locis monebimus. Censent enim *Hebræi*, tam Nahumum, quam Habacucum scripsisse *Manassis temporibus*, (cf. not. 2 Reg. 21, 10.) idque nobis persuadent (inquit *Grotius*) tum ordo, quo antiquitus positi sunt hi Prophetæ post eos, qui Ezechiæ vixere temporibus, tum res ipsæ, quæ in eorum scriptis continentur. Ita etiam sentit *Abarb* ad h. librum fol. 268. col. 1. & ex ista hypothesi, *secundum meam sententiam*, ibidem ait col. 3. *non vaticinatus est Nahum de clade Sancheribi*, quippe quæ iam facta erat. *b) Vitringa,* *Vitringa* vero in Doctr. Proph. p. 37. Figenda est, inquit, Nahumi ætas *proxime post Iesaiam & Michaeam*, atque adeo *sub Hiskia*, non tantum post deportationem X. tribuum, sed & *post cladem Sennacheribi* c. 1, 11. 12. vnde argumentum prophetiæ desumtum est, & captata occasio *prædicendi integrum Nini & Assyriaci regni interitum.* *c) aliorum,* Plures tamen, vt *Calvinus* ad h. l. *Gurtlerus* in Theol. Proph. p. 132. *Maius* in Oecon. V. T. p. 8, 6. aliique, vixisse eum putant tempore, quod *inter decem tribuum deportationem* in Assyriam & *cladem Sennacheribi* intercessit: illam enim factam, hanc futuram, memorari a Propheta c. 1, 12. 3. Quod valde quoque verisimile fit *Lightfooto* in Chronol. V. T. p. 109. sed ita, vt cœperit sub Hiskia, & conticuauerit vsque ad tempora Manassis, quo Hebræi eius ætatem referunt, vt modo diximus. *d) Bocharti,* At quod *Bochartus* in *Phaleg* p. 6. *Verisimile est*, inquit, *Nahumum scripsisse, quo tempore recens fuerat excisa Diospolis a Rege Nabuchodonosoro, qui Hierosolymis & Tyro captis, statim inuasit Aegyptum*, id nobis minime sic videtur. Neque enim probauit Vir summus, vt postulat ipsius hypothesis, vel Assyriacum imperium vltimo demum imperii sui decennio, & post vastatam Aegyptum, a Nebucadnezare euersum esse; vel Nahumum extra patriam inter exules in Babylonia scripsisse, quum vrbs & templum Hieros. ab anno 19. Nebucadnezaris in ruinis iacuissent. Quin potius tunc cultum Dei publicum in Iudæa adhuc viguisse, certum videtur ex c. 2, 1. vt alia taceamus. cf. *3. Argumentum & obiectum.* etiam not. c. 3, 8. Est igitur hoc alterum & *fatale vaticinium aduersus Ninum s. Niniuen* metropolin, & imperium Assyriorum, de quo per Medos & Babylonios breui post hæc vltionem sumturus erat Dominus, iustus *4. Occasio.* iudex & vindex siue adsertor Ecclesiæ suæ. Cum enim in bene cœpta quidem ad Ionæ prædicationem pœnitentia haud diu perstitissent, sed ad pristina scelera, crudelitatem, rapinas & idololatriam rediissent, immo ad blasphemias etiam contra Iehouam, sub Sancheribo præsertim, proruissent Assyrii; DEVS per Nahumum id illis non inultum fore declarat, sed pœnam ipsis iam paratam, & tarditatem supplicii grauitate se ita compensaturum, seuere pronunciat, vt etiam amplissimæ omnium & potentissimæ vrbis situs posteris ignotus *5. Parallelismus.* sit futurus: quemadmodum euentus id dudum comprobauit, vt ad c. 1, 8. notauimus. Atque hinc patet non tantum *consensus* nostri Prophetæ, *quoad materiam & phrasin*, cum Esaia (coll. Nah. 1, 13. c. 2, 1. cum Es. 10, 27. & c. 52, 7.) cum Micha (Nah. 2, 2. Mich 2, 13.) & cum Zephania (Nah. 3, 7. Zeph. 2, 13. 14. 15.) sed etiam hic non obscurus respectus est ad totum illud vaticinium Ionæ, & eius querelas Ion. 4, 2. coll. Nah. 1, *6. Stilus.* 2. 3. seqq. Vt de consensu cum Mose ceterisque diuinis scriptoribus hic breuitatis caussa nihil dicamus. Quod ad stilum & elocutionem attinet, concisa & grauis est huius Prophetæ dictio, & maxime frequenti personarum mutatione difficilis, vt *Hieronymus* queritur, quando in adnotationibus suis ad c. 2, 2. ita ait: *Ad Niniuen nunc sermo conuertitur; & hinc vel maxime obscuri sunt Prophetæ, quod repente, dum aliud agitur, ad alios persona mutatur.* Verum vti negari non potest vsitata in Scripturis personarum mutatio, quam vehemens adfectus, mimeses & hypotyposes sæpe postulant; ita tamen cauendum etiam est, ne quid præter rem statuatur: prout eo ipso loco B. Pater sermonem ad Niniuen conuersum perperam existimauit, quia ad Iudam s. Ecclesiam pertinet, vt in notis nostris probamus. Conf. etiam, quæ ex Schmidio monuimus ad Es. 52, 14. *7. Partes libri.* *Partes libri tres* pro numero capitum constituimus. Nam post *titulum* libri c. 1, 1. proponitur I. *Dei zelus*, iustitia, potentia atque vindicta *Assyriis* in pœnam v. 2-11. 14. *Iudæis* autem in solatium v. 7. cum promissione meliorum & restitutionis sub N. T. v. 12. 13. II. Post *continuatam* illam *promissionem* c. 2, 1. 2. 3. *Niniues obsidio*, expugnatio, direptio & excidium depingitur c. 2, 4. seqq. & III. *Caussæ ac modus* istius excidii vberius describuntur ac confirmantur c. 3, 1. seqq. *8. Vsus.* Ceterum quicquid nunc aduersus Niniuen dicitur, id etiam de Antichristiana ciuitate s. mundo figurate prædicari, optime dudum monuit *Hieronymus*. *De consummatione itaque mundi* (inquit ille) *secundum anagogen in consolationem sanctorum prophetia texitur: vt, quæcunque in mundo vident, quasi prætereuntia & caduca contemnant, & præparent se ad iudicii diem, vbi vltor aduersus veros Assyrios Dominus est.* Conf. not. c. 2, 1. Es. 11, 4. c. 13, 1. c. 30, 25. 27. 31. 33. Mich. 5, 5. &c.

CAP. I. א

משא נינוה ספר חזון נחום האלקשי׃ אל קנוא
2 ונקם יהוה נקם יהוה ובעל חמה נקם
יהוה לצריו ונוטר הוא לאיביו׃ 3 יהוה ארך אפים
וגדול־כח ונקה לא ינקה יהוה בסופה ובשערה דרכו
ועגן אבק רגליו׃ 4 גוער בים ויבשהו וכל־הנהרות
החריב אמלל בשן וכרמל ופרח לבנון אמלל׃ הרים ה
רעשו

יתיר ו'

CAP. I. ✠. 1. *a*) Vulg. *Onus*. Syr. & Ar. *plaga*. S. *prophetia*: onerosa scil. & infausta denuncians. cf. Ef. 13, 1. c. 14, 28. c. 15, 1. &c. *Hieron*. Sic vocatur, eo, quod eam, aduersus quam videtur, premat, nec finat eleuare ceruicem. cf. in. etiam not. Ier. 23, 33. & Hab. 1, 1. *b*) *Niniues* f. *contra Niniuen*. c. 2, 9. Ion. 1, 2. Est *Genitiuus obiecti*, vt Ef. 13, 1. c. 19, 1. c. 21, 1. 11. c. 21, 1. Quod obiectum hic probe obseruandum, vt per totum vaticinium fcias, aduersus quos potissimum propheticus sermo dirigatur. vid. e. c. c. 1, 8. 11. c 2, 6. 8. 14. c. 3, 1. &c. Ion. ita: *Onus calicis maledictionis, propinandi Niniua*: (vid. c. 3, 11.) *contra quam vaticinatus est prius Iona, filius Amitthaii, Propheta, qui fuit ex Gath-Chepher, quando illa etiam conuersa fuit a peccatis suis; Sed quum perrexisset peccare, iterum contra eam vaticinatus est Nahum ex Beth-Koschi* (vel *de familia* Koschi) *sicut scriptum est in hoc libro*. Nimirum Niniue, ad Ionae concionem, Incolarum poenitentia emendata, & diuina misericordia conseruata erat Ion. 3, 4. seqq. Sed mox relapsa in deterius, diuinam vltionem, & excidium sibi tandem accersiuit. vid. Praef. ad h. l. §. 4. *Euentum* autem habuit haec prophetia non tam in excidio Sancheribi, (quod nonnulli c. 1, 12 13. praedici putant, alii autem, etiam Hebraei, iam antea factum esse volunt. vid. Praef. §. 1.) quam in ipsius Niniues euersione, *anno decimo sexto Iosiae* sec. *Vsserii* Annales, a Nabopolassaro patre Nebucadnezaris, & *Astyage Medo*, iunctis viribus expugnatae. Et reuera, inquit *Hieronymus*, in Prooemio in Ionae prophetiam, quantum ad historias tam Hebraeas, quam Graecas pertinet, & maxime Herodotum, *legimus Niniuen, regnante apud Hebraeos Iosia, & Astyage*

Astyage rege Medorum, fuisse subuersam. Alii tamen excisam demum putant Niniuen ab ipso Nebucadnezare Babylonio & Cyaxare Medorum rege anno 1. Nebucadnezaris, sec *Hebraeorum & Eusebii* Chronicon, non adeo longo tempore ante initia Cyri, quando regnum apud Iudaeos *Zedekias* tenebat. cf. not. Ion. 1, 2. Praef. in Ionam §. 7. Tob. 14, 15. *Calouius* ad h. l. *Gurtlerus* Theol. proph. p. 201. seq. *Vitringa* Chronol. p. 70. seqq. & inprimis *Drusius* ad h. l. *c*) *liber* f. *scriptum*, in totius Ecclesiae vsum consignatum. cf Ef. 30, 8. c. 34, 16. Ier. 30, 2. &c. Al. vt *Abarb*. fol. 265. *libellus*, per modum *epistolae* missus ad Assyrios: quod, explicante sic Tarnouio apud Maium Oecon. V. T. p. 896. sic *veluti fecialis epistola*, qua Nahum nomine summi Imperatoris sui Iehouae bellum Assyriis indicit, quem propterea statim describit v. 2. seqq. consiliumque eius, & caussas irae memorat, bellique modum ac progressum subiicit. Nempe nomen Hebr. ספר non iustum tantum volumen aut *librum*, sed etiam *libellum*, v. c. *genealogicum* Gen. 5, 1. *repudii* Deut. 24, 1. 3. & *epistolam* denotat 2 Sam. 11, 14. 2 Reg. 5, 5. &c. *d*) *visionis* propheticae Ef 1, 1. *e*) vid. Praef. §. 1. *f*) *Elkoschita*, vel vt LXX. & Vulg. *Elcesai*. Incertum est, an ad genus, an natalium locum referendum sit hoc nomen, formatum ab *Elkosch*, gramen serotinum, vel *pluuia serotina*; formae *Eschkol*, *Eschcol* &c. non ex artic. Arab. vt *Ion*. putauit. Pro nomine patriae id habent Luth. aliique. *Hieronymus*: Quidam, inquit, putant, *Helkesaeum* patrem esse Nahumi – cum *Helkesai* vsque hodie *in Galilaea viculus sit*, paruus quidem, & vix e ruinis veterum aedificiorum indicans vestigia, sed tamen notus Iudaeis: & mihi quoque a circumducente monstratus. *Abarbanel* tamen ad h. l. Ex Scriptura, inquit, nullum nobis testimonium suppetit, quod nomen hoc loci sit: nec etiam de familia aut patria Prophetae quidquam certi e Scripturis vel maiorum nostrorum monumentis habemus. ✠. 2. *g*) *Deus Zelotes*, Vulg. *aemulator*. *Grotius*: qui neque amicos suos oppressos, neque inimicos florentes diu conspicere possit (2) Ios. 24, 19. cf Ex. 20, 5. & ex mente *Abarb*. Ioel 2, 18. *h*) *& vindex*. Vulg. *& vlciscens*. Pf. 94, 1. ὁ. καὶ ἐκδικῶν Apoc. 6, 10. *i*) *est Dominus*. Post titulum f. *inscriptionem* totius libri v. 1. Propheta vaticinium suum exorditur a *descriptione Iehouae*, tq. seueri vindicis aduersus hostes v 2–6. benigni autem valde erga suos & resipiscentes v. 8. cui deinde subiicit minas aduersus Nineuitas v 8-11. & solatium pro Israelitis, in primis de N T. v. 12. seqq. vt *Schmidius* in lemmatibus suis obseruauit. *k*) Pf. 99, 8. *l*) Vulg. *& habens furorem*. S. *& magnus est ira*: quam & facillime effectui dare potest, si velit. cf Prou. 22, 24. c. 29, 22. & Deut. 4, 24. *m*) *vindex*, inquam, *est Dominus*. Trina huius commatis repetitio, non ad vehementem tantum adseuerationem, vt *Grotius* censuit, nec etiam ad trinam Israelitarum deportationem (quam e 1 Par. 5, 26. 2 Reg. 15, 29. & c. 17, 6. vel c. 18, 9. *Abarbanel* enumerat) sed ad *tres Diuinitatis personas* referenda nobis videtur. cf. Ef. 6, 3. &c. *n*) Vulg. vlciscens *in hostes suos*. Ion. *vltionem sumturus est Dominus de hostibus populi sui*. Ef. 59, 18. ὁ. τοῖς ὑπεναντίοις αὐτοῦ. Hebr. 10, 27 *Abarbanel*: Nam etsi Israelitae excidium & exilium praeuaricationibus suis meruerant, Assyrius tn. ad eos vastandos non mandato diuino motus fuit, nec eo consilio, vt Deo subseruiret; sed malitia potius & arrogantia animi sui commotus venit ad vastandum populum Dei, cum hic illud permitteret, coll Ef. 10, 5. Zach. 1, 15. cf. not. 2 Reg. 18, 25. *o*) *& iram* in suum tempus *ipse seruat* Pf. 103, 9. *p*) *inimicis suis*. Ef. 42, 13. c. 59, 18. c. 66, 6. 14. *Abarb*. q. d. Ne ergo putetis, quod non statim vindictam sumit de illis, quasi oblitus sit eorum, aut condonauerit ipsis omnes iniurias & scelera ipsorum &c. cf. Praefat. § 4. ✠ 3. *q*) Est quidem Iehoua *tardus ad iras*. Vulg. *patiens*. Ion. *longe differt iram*. Syr. *longa est patientia Domini*. Ex 34, 6 Ioel 2, 13. magis etiam, quam Ionas volebat Ion 4, 2. *r*) Vulg. *& magnus fortitudine*, scil. ad longanimitatem & patientiam suam demonstrandam. vel: *idem tamen etiam magnus est robore, ac proinde haudquaquam* &c. q. d quod poenas differt, non impotentiae, sed longanimitatis argumentum est. cf. Num 14, 17. *s*) *attamen haudquaquam* tq. *innocentes dimittet, & insontes aut inultos esse sinet*, sc. hostes suos. Ion. *eos, qui non conuersi fuerint*. Etsi differat iram, non tamen semper hostes suos impune ferre finet, quae faciunt; sed tarditatem supplicii tandem grauitate compensabit. cf. Ex. 20, 7. c. 34, 7. *Hieronymus*: Sensus est, diu quidem sceleris Assyriorum patiens fuit, & magnanimitatis suae fortitudine iniquitates eorum sustinuit, prouocans eos ad poenitentiam; sed quia contemta bonitate Dei, sec. cor impoenitens thesaurizarunt sibi iram in die irae Rom. 2, 5. quoniam patiens fuit; *nequaquam eos*, tq. *mundos & innocentes, inultos abire patietur*. *t*) *Domini*, vel *ad Dominum quod attinet*. *u*) *in procella*. Vulg. *in tempestate*. ὁ. ἐν συντελείᾳ. Ef. 66, 15. Pf. 83, 16. *x*) *& in turbine* (2) Iob. 9, 17. *y*) *est via eius* vt multoties in euersione hostium suorum demonstrauit. cf. Ef. 28, 2. c. 29, 6. Ier. 23, 19. Zach. 9, 14. *z*) *& nubes*. Vulg. *& nebulae*. *a*) sunt *puluis* (6) Ex. 9, 9 Deut. 28, 24. pedum eius. *Grotius*: Nubi insistit, sicut homines pulueri; i. e. dominus est nubium, & eis vtitur, vt vult. Conf. Ex 14, 20. 24. Ef. 19, 1. Pf. 18, 10. seqq. ✠. 4. *b*) *Increpat mare*. Ef 50, 2. M. I. veluti cum herus obiurgat seruum suum, vel ei minitatur. sic Pf. 106, 9. *c*) *& arefacit illud*. vt fecit Ex. 14, 21. *Piel* (3) Prou. 17, 22. Similis forma contracta infra c. 2, 10. Obad. v. 11. Thren. 3, 33. *d*) *&*, vt quondam Iordanem Ios. 3, 17. Pf. 74, 15. sic *omnia flumina* Pf. 107, 33. & Assyriorum Euphratem Ef. 8, 7. *e*) *vastat, exsiccat*. Vulg. *ad desertum deducens* Ef. 50, 2. c. 51, 10. *Hieronymus*: Dei potentia describitur, qui vindicaturus est de aduersariis Israelem: quod non graue sit ei, Assyrios destruere, cuius maiestatis sit etiam elementa mutare. *f*) *languescit* Ef. 16, 8. cum Deus increpat. *g*) *Basanitis* (Ion. *Mathnan*, Syr. *Mathnin*) *& Carmelus*, loca maxime apta pascendo pecori: quae saepe ideo coniunguntur, vt Ef. 33, 9. Ier. 2, 7. c 50, 19. Am 1, 2. Mich. 7, 14. *h*) *& flos*. LXX. & Ar. *florida*. Syr. *& germen*. Ion *& arbores Libani* languent & decidunt. cf. Ef. 35, 1. 2. Hof 14, 6. 7. 8. *Grotius*: Post pascua & arua etiam ad *arbores* venit, vt indicet, nihil esse, quod durare possit, Deo nolente. Exemplum huius dicti sit in temporibus Eliae 1 Reg 17, 1. Ioelis c. 1, 10 seqq. Ieremiae c. 14, 1 seqq. &c. ✠. 5. *i*) *Montes*; vt mons Sinai Ex. 19, 18. *Hieronymus*: Figurate *sublimes quique & potentes* intelligendi sunt. Sic etiam R. Sal ad h. l. *Reges & Principes*, & Abarb. fol. 268. *regna & prouincias* per *montes & colles* intelligunt. Conf. Ef. 2, 14. c. 63, 19.

NAH. I, ✠. 1. ספר חזון Sic 3. חזון *Reschi*, cui *Abarbanel* adstipulatur, *Kametsatum* dicit, quod vero est contra codicum fidem & grammaticam analogiam. נחום per *Kam*. 1. 2. 3. 5. 6. 7. 9 10. 13. 14. 19. 20. 21. contra *Mas. impr.* האלקשי plene 1. sec. *Mas. Erff* ✠. 3. ינקה per *Tsere* 17. 18. 21. 24. & *Ber.* anomalice. בסופה *Samech* minusculum hic ponit *Mas. impr.* ad Leu. 1, 1. & *fin.* f. 1. 2. sed nihil huiusmodi habent codices nostri.

רָעֲשׁוּ מִמֶּנּוּ וְהַגְּבָעוֹת הִתְמֹגָגוּ וַתִּשָּׂא הָאָרֶץ מִפָּנָיו
6 וְתֵבֵל וְכָל־יֹשְׁבֵי בָהּ׃ לִפְנֵי זַעְמוֹ מִי יַעֲמוֹד וּמִי יָקוּם
בַּחֲרוֹן אַפּוֹ חֲמָתוֹ נִתְּכָה כָאֵשׁ וְהַצֻּרִים נִתְּצוּ מִמֶּנּוּ׃
7 8 טוֹב יְהוָה לְמָעוֹז בְּיוֹם צָרָה וְיֹדֵעַ חֹסֵי בוֹ׃ וּבְשֶׁטֶף עֹבֵר
9 כָּלָה יַעֲשֶׂה מְקוֹמָהּ וְאֹיְבָיו יְרַדֶּף־חֹשֶׁךְ׃ מַה־תְּחַשְּׁבוּן
י אֶל־יְהוָה כָּלָה הוּא עֹשֶׂה לֹא־תָקוּם פַּעֲמַיִם צָרָה׃ כִּי
עַד־סִירִים סְבֻכִים וּכְסָבְאָם סְבוּאִים אֻכְּלוּ כְּקַשׁ יָבֵשׁ
מלא

Gggg 5 ע ה

k) Vulg. *commoti sunt ab eo.* & *contremiscunt a conspectu eius.* 2 Sam. 22, 8. Ez. 38, 20. l) Es. 54, 10. m) *liquescunt*, & velut ex se & sponte sua dissolvuntur. Hithp. (3) Am. 9, 13. cf. Es. 64, 1. 2. & similis emphasis Coniug. Hithp. Mich. 1, 4. n) Syr. *& terra concutitur*, Vulg. *contremuit*, Iun. *vastata est*, M. I. *ardet* s. *flagrat*, coll. verbo, sed transitiuo, 2 Sam. 5, 21. Ita Schmid. *comburetur que*, & Gusset. p. 535. terra *incendio in altum tolletur*, coll. v. 6. & cognato nomine Iud. 20, 38. 40. Ier. 6, 1. Ez. 17, 9. Al. simpliciut: *attollit se*, vel qs. *vocem suam*, coll. Num. 14, 1. Es. 42, 2. 11. Hab. 1, 3. Ps. 24, 9. Tig. terra *se proripit* ex illius conspectu. *Abarbanel*: q. d. Etsi a semet ipsa terra sit immota ac quiescens, attamen a conspectu eius *se attollit*, nec subsistit. Sic *orbis quoque se attollit* & habitantes in eo, vt hos remoueat & abiiciat e conspectu ipsius. Hæc vero omnia (pergit Abarb.) figurate dicuntur de Nebucadnezare, qui velut cum turbine exsurgeret & tempestate, & cum nube obscurante, *mareque* inquieparet & *flumina*, quæ gentium symbola sunt, coll. Es. 18, 12. adde Apoc. 17, 15. o) *& orbis terrarum* Es. 34, 4. c. 34, 1.

℣. 6. p) *Ante iram eius.* Es. 33, 14. Ps. 76, 8. q) *quis stabit?* 1 Sam. 6, 20. r) *& quis consistet?* Am. 7, 2. 5. Ps. 24, 3. LXX. & Vulg. *& quis resistet?* Hieronymus: Apertius interpretatus hoc est Symmachus: *& quis sustinebit iram furoris eius?* Sic Syr. *& quis ferat æstum furoris eius?* Ion. *Quando patefecit se misericorditer, vt legem daret populo suo, ita commotus est mundus a conspectu eius: quanto magis, cum manifestabitur in ira, ad sumendam vindictam de soribus populi sui, coram ipsius vltione quis subsistet? & quis sustinebit malum iræ eius?* Hieronymus: Aut ratus igitur, aut nullus poterit inueniri, qui

qui resistat irato Deo, & populum suum vindicanti. Conf. 2 Thess. 1, 6. sqq. Apoc. 6, 17. s) Es. 13, 9. Ps. 2, 5. t) *æstus*, Vulg. *indignatio eius*. Deut. 29, 22. Esth. 1, 12. u) *effunditur*, Syr. *ardet vt ignis*. M. I. vt res liquefactæ igne. v. c. pix aut sulphur, & metalla &c.

cf. Ex. 9, 33. Thren. 2, 3. 4. 2 Par. 34, 21. 25. & Ez. 22, 20. &c. x) *& ipsæ rupes* s. *petræ* Ps. 78, 15. Iob. 14, 18. ad quas in summo discrimine confugere solent homines Apoc. 6, 15. y) *franguntur* (LXX. & Vulg. *dissolutæ sunt.* Syr. & Ar. *liquefiunt*) *destruuntur ab eo.* Ier. 4, 26. cf. 1 Reg. 19, 11. Vbi ergo, & quomodo quis hostium eius saluus subsisteret? *Hieron.* Conf. ex oppositione sequ. versum 7. ℣. 7. z) Vulg. *Bonus* (ὁ. Χρηστὸς, vt 1 Petr. 2, 3.) *est Dominus.* addit Ion. *Israeli*, ex Ps. 73, 1. ὁ. τοῖς ὑπομένουσιν αὐτόν. Iac. 5, 11. cf. Ps. 25, 8. Ps. 34, 9. Ps. 86, 5. Ps. 119, 68. Hactenus Dei ἀποτομίαν ferociæ Assyriorum opposuit, nunc breuiter quoque eius χρηστότητα in solatium suorum describit. a) *in præsidium.* S. *vt sit propugnaculo*; sc. piis. c. 3, 11. cf. Es. 25, 2. Ps. 31, 3. Ps. 46, 2. b) vid. Ier. 16, 19. Ps. 37, 39. Ps. 91, 15. c) *&*, tq. cordium scrutator Ps. 7, 10. *nouit*, *&* cum cura ac dilectione *agnoscit* Ps. 31, 8. sic 2 Tim. 2, 19. d) *confidentes* vel *confugium quærentes in ipso.* Ps. 2, 12. Ps. 36, 8. Ion *qui confidunt in Verbo ipsius.* cf. Rom. 5, 1. seqq. *Præpositio* non semper impedit *constructionem*, vt supra v. 5. 2 Sam. 1, 21. Ps. 5, 12. Es. 28, 9. &c. *Hieronymus*: Cum irasci cœperit gentibus, & quondam potentissima regna vastare, sciet eos, qui sui sunt: & non vna tempestate obruet naufragantes. ℣. 8. e) *Vade* (vt in hypothesi nunc de Niniue dicam) qs. *cum inundatione.* Vulg. *in diluuio.* (6) Prou. 27, 4. Dan. 9, 27. c. 11, 22. f) *transeunte*, S. *supergrediente*; i. e. inundatione admodum impetuosa, & omnia peruadente. Maximum puta non solum exercitum Medorum & Babyloniorum, qui Assyriorum imperium euerterunt; sed etiam reliquorum omnium malorum molem & impetum. cf. c. 2, 1. Es. 8. 8. c. 28, 15. 18. g) *consummationem* v. 9. Es. 10, 23. Ier. 30, 11. h) *faciet locum eius*, scil. Niniues v. 1. c. 2, 9. Tig. *prorsus delebit locum ipsius.* vt deinde, vbi fuerit, nescias. cf. Dan. 2, 35. Apoc. 12, 8. c. 20, 11. Alludit vel ad diluuium mundi primi, vel ad subuersiones domorum, quæ fieri solent, quando ingens aquarum vis omnia secum rapit ac prosternit. Matth. 7, 27. vel etiam ad illam fluminis inundationem, qua murus Niniues ad XX. stadia deiectus, & expugnatio maturata fuerat sub Sardanapalo, vt narrat *Diod. Sic.* lib. II. p. m. 113. Ita vero compleri oportuit hoc Nahumi de euersione Niniues vaticinium, vt iam suo tempore *Lucianus* in dial. ἐπισκοποῦντες T. I. p. m. 292. diserte dixerit: ἡ Νῖνος μὲν ἀπόλωλεν ἤδη, ἐ οὐδὲν ἴχνος ἔτι λοιπὸν αὐτῆς, οὐδ' ἂν εἴποις, ὅπου ποτ' ἦν. Ac fatetur doctissimus *Bochartus*, post omnem adhibitam industriam, Phaleg IV. c. 20. p. 284. *in loco Niniues* præcise definiendo frustra se doctos fatigare: ac nihil in hac parte certi nos scire, nisi Ninum ad Tigrim fuisse versus ortum, nec procul a Lyco flumine. i) Vulg. *& inimicos eius.* v. 2. Assyrios puta. *Abarb* k) *persequentur.* ita bene plerique, vt Hos. 2, 9. Prou. 13, 21. At M. I. transitiue: *faciet* Deus, *vt persequantur tenebræ* hostes ipsius. cf. Ps. 7, 6. l) *tenebræ* & omnia mala ac tristia, tam huius, quam futuræ vitæ. cf. Am. 5, 18. 20. Iob. 5, 14. c. 18, 18. c. 20, 26. Ion. *& inimicos suos tradet in gehennam.* ℣. 9. m) *Quid* ergo, vos Assyrii, *cogitatis*, vel *excogitabitis aduersus Dominum*, eiusque potentiam ac decretum? An euasuros vos putatis e manu eius, & iræ ipsius resistetis? Interrogatio cogitationis stultitiam arguit. Occupat autem Propheta tacitas Assyriorum obiectiones: quasi vanæ aut sine effectu futuræ essent Domini comminationes; aut si quod damnum paterentur, facile id reparari posset. cf. supra v. 6. Ps. 75, 9. & verbum Hos. 7, 15. Prou. 16, 9. c. 24, 8. Dan. 11, 24. 25. n) atqui *consummationem ipse facit*, & *exitium* vobis *immittet.* v. 8. c. 2, 1. o) *non surget bis angustia* Ps. 27, 3. Vulg. *non consurget duplex tribulatio.* i. e. non iteratis ictibus, sed vno vos prosternet, coll. 1 Sam. 26, 8. *Hieronymus*: Symmachus apertius: *non sustinebunt impetum secundæ angustiæ.* p) *bis* Num. 20, 11. q) *angustia.* v. 7. Es. 8, 22. Ier. 4, 31. c. 6, 24. Al. *non resurget bis* vel *iterum inimica* scil. vrbs & imperium Assyriorum; sicut post illam ab Arbace Medo factam expugnationem, de qua *Diodorus* l. c. ad v. 8. coll. 1 Sam. 1, 6. Ier. 51, 64. ℣. 10 r) *Nam.* Explicatiuum est. Dicit enim hoc versu, quomodo totalis ruina, aut interitus tantæ vrbis & imperii euenire posit, ex *duplici* caussa, vel triplici *comparatione*: 1) *spinarum*, quæ implexæ s. confertæ inter se, simul etiam comburuntur; 2) *ebriorum*, qui facile superantur & trucidantur, nullo relicto; & 3) *stipularum aridarum*, quæ facillime igne absumuntur. s) *vsque ad spinas*, i. e. *eo vsque, vt* spinas perplexitate æquent. cf. 1 Par. 4, 27. & 2 Sam. 23, 19. t) Es. 34, 13. Ps. 58, 10. cf. 2 Sam. 13, 6. u) multitudine vel suis consiliis *perplexi, implexi* Assyrii sunt. (2) Iob. 8, 17. cf. Gen. 22, 13. & vid. Es. 10, 34. Vulg hic protasin, sequenti autem commate apodosin facit: *Quia sicut spinæ se inuicem complectuntur, sic conuiuium eorum pariter potantium.* Sch. autem bene sec. accentus hæc duo membra, vt antecedens s. caussam; ditionem autem Silluki, pro *effectu* accipit, h. m. *Quum fuerint vsque sicut spinæ implexi, & sicut inebriati eorum inebriati, comedentur* &c. Alienas a textu explicationes omittimus x) *& sec. potum* vel *potatus suum.* Est vel *Nomen*, vt Es. 1, 21. Hos. 4, 18. vel potius *Infinitiuus.* cf. Futurum Es. 56, 12. y) *poti*, i. e. *inebriati*, vel q. d. *ipsi* qs. *absorpti*, coll. Es. 28, 7. & Cocc. Lex. sub בלע col. 103. (1) cf. actiuum Deut. 21, 20 Prou. 23, 20. 21. *M. I.* i e sicut ebrii, in terra iacentes, vt non possint aduersus hostes pugnare. *Hieronymus*: Pulchre quoque exercitus Assyriorum multitudinem ebriorum conuiuio *comparauit.* At non tantum comparatio cum ebriis, sed ipsæ etiam comissationes & temulentia Assyriorum hic notari videntur. Conf. similia de Babyloniorum securitate not. ad Es. 21, 4. 5. & quæ de Sardanapalo retulit *Diodorus* l. c. *Rex Assyriæ*, inquit, ignorans Bactrianorum defectionem, priorisque fortunæ benignitate elatus, *ad otium sese ignauum conuertit, suisque ad festas instituendum epulas*, magnam victimarum & *vini*, aliorumque ad hoc vtilium copiam subministrauit. *Toto igitur exercitu conuiuiis indulgente*, Arbaces per transfugas de negligentia & *ebrietate* hostium edoctus, *noctu ex improuiso illos opprimit.* &c. vide totam historiam lib. 2. p. m. 112. seq. z) ideo *consumti sunt*; vel *consumentur*, igne iræ diuinæ & bellici furoris c. 3. 13 Neh. 2, 3. 13. *Præteritum Propheticum*, vt Am. 5, 2. cf. ad rem Es. 33, 11. 12. a) *sicut stipula arida* Iob. 13, 25. quæ subito flammam concipit, & leui ardore combusta perit. cf. Es. 5, 24. c. 47, 14. Ioel 2, 5. Obad. v. 18. Mal. 3, 19.

℣. 6. זַעְמוֹ sic 1. 3. 21. ℣. 10. אכלו per Sakeph. 1. 3.

מָלֵא׃ 11 ממך יצא חשב על־יהוה רעה יעץ בליעל׃
12 כה אמר יהוה אם־שלמים וכן רבים וכן נגזו
13 ועבר ועניתך לא אענך עוד׃ ועתה אשבר מטהו מעליך
14 ומוסרתיך אנתק׃ וצוה עליך יהוה לא־יזרע משמך
עוד מבית אלהיך אכרית פסל ומסכה אשים קברך כי
קלות׃ ב הנה על־ההרים רגלי מבשר משמיע
שלום

ciuium vel fœderatorum accessione 2 Par.32,23. *Et licet adeo nunc tonsi sint* Iudæi & Israelitæ fratres vestri, conductitia illa nouacula Regis Assyrii Es. CAP. II. 7,20. *transibit tamen* & desi- nec *iam* ille Assyrius hostis, fugamque cæso exercitu capesset, 2 Reg.19,35. Es.31,9. *Et licet te*, ecclesiam meam, ob peccata *adflixerim*, tandem tamen sub N.T. *te non adfligam amplius*, coll. Es.28,16. c.54,7.8. At Ion. *Sic ait Dominus: si fuerint perfecta* (Abarb. *perfecte consentientes*) *in consilio, & multa etiam numero gentes, quæ congregata sunt ad angustandum te, o Ierusalem, traiecerintque Tigrim, & transfuerint Euphratem, ac venerint ad te adfligendum; attamen, qui subieci te, non subiiciam te amplius.* Abendana, Sensus est, inquit: *Sic dixit Dominus ad Hierosolymam: Si castra* Assyriorum, qui venient aduersus te, *pacata fuerint*, nec quemquam timuerint, cunctis regionibus subactis, *atque ita etiam multa fuerint* numero; *sic tamen exscindentur, & transibit* omnis exercitus & vis eorum, coll. 2 Reg.19,35. *Hieronymus* cum Vulg. *Si perfecti fuerint & ita plures* &c. *Licet*, inquit, *robusti sint Assyrii, & fortitudo eorum numero augeatur* cunctarum gentium, *sic quoque*, Angelo vastante, *tondentur*. Quomodo enim numerus capillorum acutæ forcipi non repugnat, ita & numerus aduersariorum Dei facili succisione tolletur. Rursum *ad Hierusalem* sermo dirigitur: *adflixi te, & non adfligam te vltra. Non quod perpetuam securitatem pollicetur*, sed illius tantum temporis, & ab illis hostibus, a quibus tum obsidebatur. *Abarbanel* vero: *Ad Niniuen*, inquit, dicitur hoc: non parcam tibi, vt olim diebus Ionæ; *sed semel super te transibo*, neque id repetam, coll. v.9.& 1 Sam 26,8. Verum sequens etiam versus *commodius ad Ecclesiam* (c.2,1. diserte a Propheta compellatam) refertur, quam ad Niniuen. Pauca addemus nunc ad ipsa verba textus. g) Vulg. S. &c. *Si.* Hieronymus: *Licet.* vt Deut. 30,4. Iud.15,16. Es.1,18. Ier.15,1. &c. h) *integri.* Gussét. p.852. *illibati & integris viribus* suis gaudentes. Ita sime *integrum* significat, vt *lapidem* non cæsum aut dolatum Deut. 27,6. *integrum pondus* Deut.25,15. *completam mensuram* Gen.15,16. completum *exilium* Am.1, 6. perfectum *ædificium* 2 Par 8,16. *hominem* saluum & *incolumem corpore* Gen.33,18. *integrum animo*, sine fraude aut dolo, erga homines Gen.34,21. & erga Deum 1 Reg. 8,61. c. 11, 4. c.15,3.14. 2 Par 16,9. Hinc diuersa illa interpretum explicatio. i) *sic tamen amouebuntur, tondebuntur, succidentur.* cf. Gen.38,13. Num.11,31. Am.7,1. Ps 90,10. & synonymum Es.7,20. k) *& præteribit*, ita vt desinat. vid. Es. 31, 9. & cf. Ier.8,20. Ps.90,4. Ps.144,4. Iob. 30, 15. c.34,20. l) *& licet adflixi te* per illum 2 Reg.17,20. Ps.90,15. m) *non adfligam* tamen *te vltra.* cf 1 Reg.11,39. Es.64,11. ℣. 13. n) S. *Sed nunc* propediem. Es.42 19. vid. Am.6,7. o) *frangam iugum eius.* Hieron. i.e. per metaphoram, *potestatem Assyrii.* vid. Es.10,27. & cf. Leu.26,13. Ier.28 2. Ez.34 27. p) *a te*, o Zion, s. Ecclesia mea. At *Abarb.* Iugum Regis Assyrii frangam *a te*, Niniue; *& vincula tua* quæ omnibus regnis imposueras, *disrumpam.* Sed vid. Es.10,27. & not. ad præc. v.12. Ion. *Nunc enim frangam iugum gentium a collo vestro, & vincula vestra abrumpam.* q) Ier.2,20. c.5,5. c 27,1. Ps.2,3. r) Ier. 30,8. Ps.107,14. ℣. 14. s) *Super te autem* Assyrio, vel Rege Assyriæ. (hunc enim subintelligimus ex *suffixo masculino*) *præcipiet Dominus.* Hieronymus: vt quod passurus es, non fortuito & absque aliquo iudice veniat, sed Deo pronunciante patiaris. cf. not. Es. 23,11. c.48,5. Am 6,11. t) *non seretur, non seminabitur* aut propagabitur quisquam *amplius* de nomine tuo. cf. verbum Num. 5,28. *Hieronymus*: Statim quippe Niniuen reuersus Sennacherib a filiis suis occisus est, 2 Reg 19,37. Quia tamen 1) Sancheribi cædem alii iam factam esse supponunt; vid. Præf. §. 2. 2) Sancheribo etiam filius Asarhaddon in regno successit Es.37,38. nec 3) in Sancheribi cædem bene quadrant, quæ hic in ditione Silluki dicuntur, malumus nos *Saraci*, vel vt aliis dicitur, *Chinaladani*, vltimi Regis Assyriorum, totiusque regiæ familiæ ac regni excidium hic prædici. cf. Es.14,20. 21. u) *ex æde dei tui* vel *deorum tuorum*; quos, me neglecto, bene licet quondam cœpta pœnitentia, rursus coluisti. cf. Ion.3,4.8. x) in totius vrbis interitu *exscindam, delebo* Zach.13,2. per Babylonios scil. & Medos victores. Ier. 43,13. y) *sculptile & fusile* s. *conflatile* idolum. Deut.27,15. Iud.17,3. Sicut ipsi etiam Assyrii fecerant aliarum gentium diis 2 Reg.19,18 Es.37,19. cf. etiam Ex.12, 12. Num.33,4. Es.19,1. c.21,9. z) Syr. *& vertam illam* (ædem dei tui) Tig. *vertamque in sepulcrum tuum.* Ion. *ibidemque ponam sepulcrum tuum.* vt nec locus nec dii seruare te possint, sed inter ruinas eorum occumbas & sepeliaris. a) *nam vilis* Vulg. *inhonoratus es.* Tig. *ignominiosus eris* S. *quod leuis factus fueris.* Iob.40,4 cf. Dan 5, 27. Gen.16,4.5. 2 Sam.6,22. c.19,44. M.I. *vilis & despectus eris, idque in pœnam, quod tu me vilipendisti.* cf. 1 Sam.2,30. Aliter Ion. *quia facile hoc est coram me*, & Syr. *cito*, quasi verbum Hebræum diceret: *quia leuis es* & nullius ponderis coram me. CAP. II. ℣.1. b) *Ecce!* quod certissime futurum confirmo. vid. not. Ier.31,8. Ez.25,8. Hos.9,6. Est enim in hoc capite, vt *Schmidius* probe obseruauit, I. *Continuatio consolationis* Israelis & Iudæ *de N. T.* v.1.2.3. II. prophetia *contra Niniuen*, de eius expugnatione, direptione & interitu, v. 4. seqq. Et hoc vtique præferendum putamus *Abarb.* aliorumq; sententiæ, qui, præter contextũ, v.4-8. Hierosolymæ excidiũ describi censent. c) *super montibus* Cant.2,8. Ion. addit, *terræ Israel*; quod tn. non exclusiue accipimus. vid. Es.52,7. Rom 10,15. De Messiæ aduentu hoc etiam exposuit *Moses Haddarsan* apud *Raymundum* Pug. fid. p.389. & 765 seq. ed. Lips. d) *pedes* adsunt a Reg.6,32. *euangelizantis* l. collect. *euangelizantium* 2 Sam.19,16. Es.41,17. *Abarbanel:* Ita loquitur Propheta, quod festinaret Deus, vt hæc efficeret. Gen.41,32. Idem vero opinatur cum aliis, non promitti hic Iudæis, nisi *nuncium de excidio Niniues, & pacem ab Assyriis* impetratam, quam tamen mox interturbauerit Nebucadnezar tristissima Hierosolymorum vastatione: vnde nec reliqua Esaiæ verba c. 52,7. Nahum hic adhibuerit; quod Esaias *de liberatione per Messiam*, noster autem de liberatione ab Assyriis tantum loquatur. Nec desunt etiam ex Christianis, qui ita sentiant, vt paullo post ex *Hieronymi* adnotatione videbimus. Præstat tamen sententia B. Lutheri, Calouii, Schmidii aliorumque, qui sublimius quid non minus hic, quam apud Esaiam promitti sentiunt. Si præsertim, quod multis placet (vid. not. c 1,14. Præf. §.2.) cædes Sancheribi iam ante hoc vaticinium facta fuerit, quam Niniues excidium post plures demũ annos secutum est. Vult ergo dicere Propheta: *Tantum abest, Iudæi fratres, vt expectationem nostram, spem Israelis, & promissam in CHRISTO salutem* (vid. Gen.49,10.18. 2 Sam.23,5. Luc.2,25. Act.28,20. &c.) *Assyrius, aliusue, truculentissimus etiam, hostis dubiam reddere aut interuertere possit*; quin potius, quod Esaias prædixit Es. 52,7. idem quoque ego, & iisdem cum ipso verbis confirmo, ac lætus prænuncio gaudium de Euangelio Christi, ab Apostolis eius non tantum in montibus Iudææ, sed per vniuersum etiam orbem terrarum tandem annunciando ac prædicando. Quare animos hac spe erigite, & nunc pro reddita ab Assyriis pace grati ac læti vota Deo persoluite. *Etsi namque* (verba sunt *Wigandi* apud *Calou.* h.l.) *Iudæis gratissimum fuit nuncium de Sennacherib trucidato a propriis liberis; tamen vlterius prospicit Propheta: nempe quod ista Iudæ protectio & conseruatio fiat potissimum propter exhibitionem Messiæ, & quod inde Euangelium, quod adfert pacem cordium, emanaturum sit in orbem terrarum vniuersum.* &c. cf. Es.2,2. c.40,1. ibidemque not. e) Vulg. *annunciantis.* al. *prædicantis*, vel *proclamantium pacem* diuinam. vid. Es.52,7. Luc.2,14. Eph 2,14.15.17.

b) *plena*, pleno numero vel aceruo. S. *plene.* cf. Gen. 23, 9. Es.31, 4. Ier. 12, 6. Aliis *plena* dicitur stipula, cum *matura* est. Ita Raschi, Kimchi, M. I. & Abarb. coll. Ex.22,18. & Ier. 6, 11.

℣. 11. c) S. *Eo quod ex te exiuit* &c. Ion. *Ex te, o Niniue.* (vid. not. v. 1.) *prodiit Rex, qui malum aduersus Dei populum cogitauit, qui consilium impietatis iniit.* Nempe *Sancherib*, sec. Abarb. & *Rabschake*, sec. Grotium, coll. 2 Reg 18,13. seqq. & Es.36,1. seqq. quod tn. Calouius de quibusuis consultoribus nequam, qui contra Dominum & populum eius mala cogitarunt, mauult intelligi. d) cf. v 9. & Ez. 38, 10 e) S. *consiliarius Belial* i.e. *nequam & diaboli us.* cf c.2,1. & not. Deut. 13, 14. &c.

℣. 12. f) *Sic dixit Dominus.* Est diuinæ veritatis *adseueratio*, vt frequentissime in Prophetis, hic in solatium Ecclesiæ facta. cf. not. v. 1. Ceterum multæ in hoc versu oboriuntur difficultates, si conferas interpretes: quorum plerique sequentia vsque ad Atnachum *de Assyriis* accipiunt, quæ Schmidius de *Israelitis*; Ditionem vero Silluki nonnulli *ad Niniuen*, S. vero aliique *ad Hierosolymam* referunt; nec in singulorum verborum explicatione consentiunt, vt vna vel altera versione breuiter indicabimus. S. *Si perfecti* eritis, *similiter etiam multi* eritis; & *licet adeo tonsi sint, transibit iam: & licet adflixerim te, non adfligam te amplius.* Sensus huius versionis, ni fallor, hic est: *Si integro* in Deum *animo* vos Iudæi *fueritis* 1 Reg. 8, 61. sicut Rex vester Hiskias 2 Reg. 18, 3 seqq. c. 20, 3. coll. not. c. 21, 2. etiam ex diuina benedictione Leu. 26, 9. Deut. 30, 16. *multiplicabimini* magis magisque, non filiorum tantum sobole, sed nouorum etiam ciuium.

℣. 12. נגוזו Zain sine Dag. 1. 5. 21. 22. ℣ 13. Pro ליהוה hab מטהו 3. sic su. 5. Cf. Es. 9, 3. Et sic allegat *Cocc.* in Lex. col. 497. CAP. II. ℣. 1. Sine præmisso 5, itēu 10. 11. 13--18. 24. & Ber.

שלום חגי יהודה חגיך שלמי נדריך כי לא יוסיף עוד
2 לעבור־בך בליעל כלה נכרת׃ עלה מפיץ על־פניך
נצור מצורה צפה־דרך חזק מתנים אמץ כח מאד׃
3 כי שב יהוה את־גאון יעקב כגאון ישראל כי בקקום
4 בקקים וזמריהם שחתו׃ מגן גבוריהו מאדם אנשי־חיל
מתלעים באש־פלדות הרכב ביום הכינו והברושים
הרעלו

f) *feriare* itaque, *celebra*. Ex. 23, 14. ὁ, ἑόρταζε. 1 Cor. 5, 8. g) o *Iuda*, cum Beniaminitis ac reliquis tibi aggregatis. 2 Par. 30, 11. cf. etiam not. Num. 1, 9. & Ioel 4, 18. 19. h) *festa tua* Ex 46, 11. i) Ps. 50, 14. Ps. 76, 12. *Hieronymus*: O Iuda, qui regnas in Hierusalem, noli esse solicitus, interfecto hoste tuo in templo dei sui. *Ecce venit tibi nuncius*, montes collesque transcurrens, & quasi de sublimi specula procul nuncians Sennacherib mortuum. *redde vota, quæ pollicitus es Deo*, pro nece inimici. Sed repete quæ modo diximus. k) *Cessatio* dicit gaudii & festiuitatis. *quia* (vt habet Syr.) *non amplius tibi malum illaturus est*. l) *non addet amplius transire super te*, vt antea c. 3, 19. velut inundatio c. 1, 8. Es. 8, 8. Dan. 11, 10. 40. aut noxius ventus Ps. 103, 16. &c. m) Vulg. *Belial* i.e. *nequam* aut *diabolicus* hostis. cf. not. c. 1, 11. *Ion.* pluraliter: *quia non addent vltra, vt transeant per te impii*. Nam quod de Assyrio, id etiam de ceteris hostibus Ecclesiæ ex Scripturarum concentu intelligendum est, ita tandem profternendis, vt Ecclesiæ graues esse desinant. cf. Es. 52, 1. Ioel 4, 17. Mich. 5, 4. 5. ibidemque not. n) Vulg. *vniuersus* Es. 9, 14. *interiit, excisus est* Ps. 37, 28. Ion. *omnes deleti sunt*. *Hieronymus*: Rex & imperium Assyriorum penitus conciderunt.

ỽ. 2. o) *Adscendit*. Vox bellica, vt Es. 7, 1. sed hic de CHRISTO Ecclesiæ suæ adsertore ac vindice vsurpata, vt Mich. 2, 13. p) *dispergens*, dissipator. Vulg. *qui dispergit*, scil. hostes tuos. vid. Num. 10, 35. Ps. 68, 2. & cf. Gen. 11, 8. Ps. 18, 15. &c. Bene *Grotius*: Iam designatius *modum*, quo euentura illa, de qua egit, mutatio, explicat. Sed cum Hieronymo, Abarbanele (qui confert Ier. 51, 20. ...) aliisque pluribus Nebucadnezarem vult intelligi, non bene; vt nos firmiter putamus ex יתיר ו coll. Mich. 2, 13. q) *ante faciem tuam*, vel *ante te* Gen. 32, 22. 2 Sam. 15, 18. tq. ἀρχηγὸς καὶ τελειωτὴς τῆς πίστεως. Hebr. 12, 2. Es.

52, 12. Hos. 2, 2. obstacula remoturus. cf. Es. 45, 2. Ad *Iudam* autem s. *Ecclesiam* hæc dicta accipimus, per contextum v. 1. & 3. vt etiam faciunt Ion. Raschi, Kimchi & Abarb. diuersimode tamen & perperam sequentia explicantes. Nec melius *Niniuen* compellari censuit A. b. Ezra, & sic B. *Hieronymus*: *Ad Niniuen*, inquit, *nunc sermo conuertitur: & hinc vel maxime obscuri sunt Prophetæ, quod repente, dum aliud agitur, ad alios persona mutatur.* At 1) neutiquam opus hic est mutatione personæ, vt in Præf. §. 6. monuimus; nec 2) vt ad v. 1. iam diximus, *Hierosolymæ* obsidionem Propheta hic prædicit, quod Abarbanel aliique frustra & sine contextu supponunt: neque 3) per contextum hic cum *Niniue* loquitur, sed cum *Iuda* siue Ecclesia, vt ex v. 1. certum est. Eidemque 4) non excidium hic minatur, sed potius eam *consolatur* feliciore rerum statu, & florentissima tandem restitutione sub CHRISTO, quod ex v. 3. patet. Et sic demum ad institutum suum *contra Niniuen* (vid. v. 9. coll. c. 1, 1.) redit, eiusque destructores describit v. 4. seqq. r) *custodiendo* i. e. diligentissime *itaque*, o Iuda v. 1. *custodi*. Ps. 119. 119. Prou. 4, 23. c. 13, 3. c. 16, 17. Similis *ellipsis verbi finiti post Infinit.* est Ex. 20, 8. Ez. 24, 5. &c. s) *munitionem, munimentum*. 2 Par. 14, 5. c. 11, 10. 11. ne scil. a statione tua excidas, sed propositam illam spem immotam retineas. Hebr. 6, 12 18. c. 10, 23. cf. Hab. 2, 1. 2 Pet. 3, 17. *Abarb* consiste in custodia s. munimento legis. *Schmidius* hoc & sequentia verba omnia ad Christum refert, ita vertens: *Adscendit enim dispergens coram faciebus tuis, custodiendo munitionem, speculando viam, confirmando lumbos, corroborando virtutem valde.* Quomodo accipi etiam poterit *Syrus*: *Adscendit ductor ante te, & excubiarum excubitor, & viæ speculator, & sustentator lumborum, & validissimum robur eius*; coll. 1 Pet. 1, 5. &c. Nostra tamen constructio, quam Kimchi etiam præcipit, vsitata satis est, & simplicior ac planior h. l. esse videtur. t) *speculando* sc. *speculare viam*; cum illam, qua incedendum tibi sit, Ioh. 14, 6. Gal. 5, 16. Col. 2, 6. Hebr. 10, 20. tum qua subdole irruat hostis. 1 Pet 5, 8. 9. Phrases e re bellica natæ, sed spiritualiter intelligendæ, vt Eph. 6, 10 seqq. Ab ona quippe est *Abarbanelis* paraphrasis, q. d. *speculare*, o Hierosolyma vel Iuda, *viam, qua in Babylonicam captiuitatem abibis*; *neque enim ab hoc eripieris*. Conf. Ier. 48, 19. 1 Sam. 4, 13. Es. 21, 6. Mich. 7, 7. Ps. 5, 4. u) *confirmando* scil. *confirma*, vel *confirmate*, scil. adstricto cingulo, coll. Es. 22, 21. 1 Pet. 1, 13. Vel (mutato post Atnachum genere, dum *Iuda* vt vir vel populus, non amplius vt *femina*, sicut v. 1. respicitur, coll. not. Hos. 2, 21. c. 5, 9. Mich. 2, 10.) *confirma*, ad auertendum omnes adflictiones & calamitates. x) *lumbos*, in quibus virium sedes. cf. 1 Reg. 12, 10. Iob. 40, 16. Eph. 6, 14. Contrarium vid. infra v. 11. Deut. 33, 11. Ez. 21, 11. Ps. 69, 24. y) *intendendo robur*. Kimchi & M. I. *corroborate vires* vestras *bono animo & fiducia, vt confidatis in nomine Domini*. cf. Es. 35, 3. Am. 2, 14. Prou. 24, 5. Iob. 4, 3. 4. Hebr. 12, 12. ὁ. ἀνδρίζου τῇ ἰσχύϊ σφόδρα. Ar. *sume animos magna cum fortitudine*. cf. Eph. 6, 10.

ỽ. 3. z) *Nam*, Ion. *Quia restituit Dominus robur suum Iacobo, maiestatem suam Israeli.* Explicat vlterius magisque confirmat, quod v. 1. 2. dixerat. a) *restituit* i. e. prophetice, vt S. habet, *restituet*, vel *reducturus est* tandem *Iehoua*, Messias, tq. auctor & dator salutis. vid. Es. 52, 8. Ier. 30, 3. 18. Am. 9, 14. Ps. 14 7. Deerrat enim magnopere a mente Spiritus S. *Abarbanel*, qui, contra communem aliorum interpretum sententiam, non consolationem, sed comminationem de expugnatione Hierosolymæ hic haberi contendit, ideoque verba textus ita intelligenda esse censet: *Quia* per Babylonios *in captiuitatem abducet Dominus* Hierosolymam & Iudam, ceu *gloriam Iacobi*, Ps. 47, 5. *sicut* per Assyrios abduxit *gloriam Israelis* 2 Reg. 17. At phrasis Spiritus S. id nuspiam significat. vide præter loca cit. Ier. 31 23. Hos. 6, 1. Zeph. 2, 7. c. 3, 20. Iob. 42, 10. b) *gloriam*, S. *excellentiam Iacobi*, Ps. 47, 5. Am. 6, 8. (h.e. Iudæ, cum reliquis ipsi coniunctis Iacobi posteris. Hos. 10, 11. Es. 2, 5. 6.) per Babylonios licet & Romanos ob peccata illis auferendam Ier. 13, 9. c) *sicut* etiam *gloriam Israelis* (ab Assyriis ablatam Es. 17, 3. 4.) restituet. vid. Hos 2, 1. 2. Es. 4, 2. c. 60, 15. &. d) *nam*, cur Dominus ita facturus sit, caussa hæc est, sec. Vulg. *quia vastatores dissipauerunt eos*. Al. vt Tarnou. *quamuis euacuauerint eos*. e) *euacuarunt*, Ion. *expilauerunt eos* (Iudæos & Israelitas) Ier 19, 7. c. 51, 2. f) *exacuantes*. Vulg. *vastatores*. Abarb. scil. Sancherib & Nebucadnezar; vel Assyrii & Babylonii, aliique. cf. Es. 24, 1. 3. Ier. 50, 17. g) & *palmites*, Vulg. *propagines eorum* (†) cf. femin. Num 13, 13 Abarb. i.e *populos eorum*. Ion. *ciuitates gloriæ eorum*. tq. propagines vitis s. vineæ Domini. Es. 5, 1-7. Ps. 80, 9. seqq. h) *corruperunt* s. *destruxerunt*. vid. Ier. 12, 10.

ỽ. 4. i) *Clypeus fortium eius*. Suffixum Abarb. refert *ad Nebucadnezarem*. Schmid. *ad Belialem* ex v. 1. nos *ad Dominum*, ex v. 3. qui Medis & Babyloniis vtebatur ad Assyrios puniendos. Vide *similem prorsus locutionem* Es. 13, 3. de Medis & Persis Babylonem expugnaturis. *Connexio* cum præcedentibus erit hæc: Nec desunt Domino instrumenta, quibus iram in hostes Ecclesiæ suæ exequatur, cum voluerit; veti nunc parati sunt Medi & *Babylonii* ad Niniuen euertendam: quorum exercitum in seqq. Propheta graphice & eleganter describit. k) *rubet, rubicundus est*, Ex 25, 5. ex æris sc. s. materiæ colore. Vulg. *ignitus est*, sup. ex fulgido ære. At *Abarb.* & *Grotius*: *totus rubet a sanguine occisorum*, coll. Deut. 32, 42. & Es. 63, 2. l) Vulg. *viri exercitus*. Ion. *bellum gerentes* h.e. *milites*. Iud. 3, 29. 2 Reg. 24, 14. *Hieron* Describitur Babyloniorum *exercitus* contra Niniuen veniens. m) q. d. *vermiculati*, h. e. *coccinati*, i.e. sec. Ion. & M. I. *coccineis vestibus induti sunt*. (†) a *Tola* vel *Tolaat* vermiculus cocci. Ex. 25, 4. Es 1, 18 Threu. 4, 5. vide sis *Boch*. Hieroz. II. p. 624. Tali autem sago multum vsos Orientis populos, ex Herodoto etiam discimus, inquit *Grot*. n) cum igne *falcium*. (†) Id plerique per metath. ex v. 5. *tædas* s. *faces* interpretantur. *Abarb. sicut ignis tædarum* est currus eius. *Grotius*: *igne quasi lampadarum coruscant currus eorum, tempore expeditionis*: nempe scintillantibus rotis. Sic *M. I.* quod in celeri cursu, ferratarum rotarum attritu, ignis e lapidibus elicitur. At quia radix *Ar*. פלד significat *secuit*, in partes *conscidit*, & *Fulad* est ferrum præstantissimum s. *chalybs*; item *Muslad*, quod *acie & chalybe* probe *munitum*, vt ensis; maluimus coniicere de *curribus falcatis*, quibus *ignem* tribuat non tantum ex allisione, sed etiam ob aciem & fulgorem, vt infra c. 3, 3. *flamma gladii & fulgur hastæ* dicitur. o) *currus* aderunt militares. Ex. 14, 7 Es. 66, 15. vide de illis not. Iud 4, 13. 2 Sam. 10, 18. & plura apud *Curtium* lib. IV. c. 9. & 15. cum notis *Cellarii* p) *die adparatus eius*, vel quando Deus ad bellum eos parabit. cf. Ez. 7, 14 q) & *abietes* i.e. metaphorice, sec. Ion. *Magnates*, sec. Ioseph Kimchi *fortissimi*, sec. Abarb. *Reges & Principes*, coll. Es. 14, 8. c. 37, 24. vel per metonymiam sec. Kimchium aliosque *tela, hastæ & lanceæ*. Alii, inquit *Abarb.* per metonymiam id exponunt de hastis ex ligno abietum factis, & veneno tinctis, sicut adhuc hodie faciunt in Africa; coll. 2 Sam. 18, 14. Sic etiam *Grotius* ad h. l.

ỽ. 2. Hic demum Cap. II. auspicantur, præmisso etiam *Spatio*, 6. 8. 9. 10. 11. 13. 19. 20. sine lod 1. 3. 5. sic se. 2. se.. *M. I.* sed contra *Mas. impr.* ỽ. 4. גבוריהו

res & a textu remotas sententias mittamus, ma-

יתיר ו'

lim ex v. 3. & 4. subintelligere: *Dominus recordabitur fortium eius*, atque ita in eos *animaduertet*, *vt corruant* &c.

הרעלו׃ בחוצות יתהוללו הרכב ישתקשקון ברחבות 5
מראיהן כלפידים כברקים ירוצצו׃ יזכר אדיריו יכשלו 6
בהליכותם ימהרו חומתה והכן הסכך׃ שערי הנהרות 7
נפתחו וההיכל נמוג׃ והצב גלתה העלתה ואמהתיה 8
מנהגות כקול יונים מתפפות על־לבבהן׃ ונינוה 9
כברכת־מים מימי היא והמה נסים עמדו עמדו ואין
מפנה

coll. Ier. 14, 10. Hos. 7, 2. c. 8, 13. & 1 Sam. 15, 2. *d*) c. 3, 18. Iud. 5, 13. *e*) c. 3, 3. Ps. 9, 4. *f*) *in incessu suo* Hab. 3, 6. Ps. 68, 25. obulam sc. progressi hostibus. *g*) Breuiter dicimus: vel de Assyriis, vel de Babyloniis hæc possunt accipi. De illis ita: Hinc ex acie pulsi, *ad* reparatum *murum Niniues* (vid. c. 3, 14.) *festinabunt*, ibidemque *disponetur custos, defensurus* vrbem aduersus hostes. De Babyloniis vero h. m. hinc, cæso extra vrbem exercitu Assyriorum, *festinabunt ad murum eius* vel conscendendum, vt Ioel 2, 7. vel subruendum, vt 2 Sam. 20, 15. *& disponetur*, seu *paratus erit*, aduersus eruptionem ex vrbe *protegens* murum oppugnantes &c. *h*) *& parabitur, collocabitur. disponetur, paratus stabit*. Zach. 5, 11. Prou. 21, 31. *i*) *protegens*. Vulg. *vmbraculum*. cf. Ez. 28, 14. Ps. 140, 8. *Hieronymus: & adscendet* Assyrius *velociter muros Niniue*; ac propter obsidionem longissimam, ad depellendos æstus, præparabit *vmbracula*. *Abarb.* vero de oppugnatoribus intelligit *tegmen asserum*, pellibus obductum, sub quo milites lateant murum oppugnantes & subruentes. Sic Grotio est *Testudo*, qua tecti subruant mœnia. *Schmid.* cum *festinant in murum eius, iam promtus est obtegens*. ℣. 7. *k*) *Porta fluuiorum*, i. e. emphatice *Tigridis*, sec. Tarnouium in h. l. & Geierum ad Ps. 74, 15. LXX. & Ar. *Porta vrbium*. Ion. vero: *Pontes fluminum* dissoluti sunt. Huic vero loco non parum lucis hæc adferunt *Herodoti* lib. 5. c. 52. *Phrygiam accipit fluuius Halys, cui imminent portæ, per quas transire omnino necesse est, atque fluuium traiicere: propugnaculum magnum ad illum fuit*. Huiusmodi *portas cum vicino propugnaculo* ad Assyriæ fluuios prope Niniuen videtur describere Propheta; inquit *Boch.* Phaleg p. m. 276. Adde hæc *Diodori Sic.* lib. 2. p. m. 96. de Semiramide: *Regias etiam duas ex vtraque pontis regione ad fluuium ædificauit; vnde in totam vrbem* (Babylonem) *prospectum, & quasi claues ad loca eius opportunissima, haberet*. Nisi mauis per metaphoram ad illam Tigridis inundationem, (de qua vid. not. ad c. 1, 8.) Prophetam hic denuo respicere. *l*) *apertæ sunt, aperientur* c. 3, 13. Gen. 7, 11. *m*) *& regia*, qualem modo ex Herodoto & Diodoro descripsimus. vel ipsa *Regia sedes & palatium*. Es. 39, 7. *n*) *dissolutum est*, vel *dissoluetur* c. 1, 5. Ex. 15, 15. Ps. 75, 4. ℣. 8. *o*) Lud. de Dieu & Schmid. *Sic enim constitutum est*. q. d. *stat sententia*. Sic nonnulli etiam verbum in Niph. accipiunt Ps. 39, 6. conf. Chald. יציב Dan. 2, 45. c. 6, 12. Ac Cocc. Lex. 328. *Et statuitur* scil. vinea s. *testudo* ex v. 6. coll. Gen. 28, 12. Pro nomine *proprio* vel *synonymo Regina* id habent Hebræi aliique, ex leui illa ratione, quod Ps. 45, 10. regina נצבה *stare* ad dexteram Regis dicitur. Vulg. habet: *Et miles captiuus abductus est*: procul dubio, quod נציב *militare præsidium* denotat 1 Sam. 13, 3. 4. 1 Par. 11, 16. Sed constructio seqq. verborum generi repugnat, & forma vocis non nomen, sed verbum prodit. Itaque præferenda est Schmidii versio, vel ita intellige: *Ac licet* (vid. not. Ez. 14, 14.) *constituatur protector* muri & vrbis v. 6. *tamen* &c. *p*) Dieu: *abducetur in captiuitatem*. Pyal (1) At quia verbum hoc in *Piel* constanter *retegere* significat, Kimchi & M. I. melius intelligunt *retecta est*, vel prophetice *retegetur*. S. vt *reuelletur*. sc. *Niniue*; quæ vt propudiosa meretrix sistitur c. 3, 5. Nam de Niniue, non de Hierosolyma sermo est Prophetæ, quidquid in contrarium opinetur Abarb. *q*) *abducta est* vel prophetice *deportabitur* Niniue v. 9. Hoph. (3) de victima oblata Iud. 6, 28. & de relatis in librum 2 Par. 20, 34. M. I. *vehiculo imposita est*, ad eam abducendum cum captiuis reliquis. Sed quia *Hiphil* interdum est *tollere, auferre* Ps. 102, 25. & *Niphal tolli, abduci*, vt Num. 16, 24. 27. 2 Sam. 2, 27. ideo recte h. l. vertes: *abducta est* vel *abducetur*. cf. etiam Kal Iob. 5, 26. *r*) *& ancillæ eius*. Gen. 20, 17. Ex. 2, 5. *Ancillas* vero per metaphoram *minores vrbes, viculos & castella* intellige, vt Hieron. monuit; & porro per hæc metonymice, ipsos, qui in iis habitauerunt. Conf. etiam similem *Dominæ* vel *Principis* titulum de Hierosolyma Thr. 1, 1. de Babylone propria & mystica Es. 47, 5. Apoc. 17, 18. *s*) *deducentes* eam erunt. Gen. 31, 26. Deut. 4, 27. Videtur hic verbum vsurpari de choro lamentantium, ait *Schmid.* ad 1 Sam. 30, 20. Ion. *abducta post eam incedunt gementes*. *t*) S. *Iuxta vocem columbarum*. luctuoso gemitu. vid. Es. 38, 14. c. 59, 11. *Hieronymus*; Tantus terror erit, vt ne in singultus quidem & vlulatum erumpat dolor, sed intra se tacite gemant, & obscuro murmure deuorent lacrimas, *in morem mussitantium columbarum*. *u*) S. *tympanizantes*, i. e. vt *Ion.* habet, *pulsantes*. (2) Ps. 68, 26. *x*) *super corda sua*: tundentes pectora palmis. *Kimchi*: more plangentium & lamentantium mulierum. cf. Luc. 18, 13. c. 23, 27. 48. & ad rem Ez. 27, 30. seqq. Apoc. 18, 9. seqq. &c. ℣. 9. *y*) *Etenim Niniue*, de qua mihi hactenus sermo est. cf. c. 1, 1. S. *Niniue quidem*. *z*) *sicut stagnum aquarum* fuit. Coh. 2, 6. populosa scil. & multis referta hominibus, qui ad eam vndique, velut aquæ, confluxerunt. Nam *aquæ multæ, multi sunt populi* Apoc. 17, 15. cf. supra not. c. 1, 5. & Ion. 4, 11. Nec dubium est, in tam numerosa eius multitudine multos eo se contulisse ex imperii partibus remotissimis, vrbis maximæ & populorum dominæ fama allectos. cf. infra c. 3, 15. seqq. *a*) S. *a diebus*, quibus fuit *illa*, i. e. iam dudum, *a pristinis temporibus, quibus condita fuit*. Gen. 10, 11. Quippe, vt in eam amplitudinem citius excresceret, ius ciuitatis non Assyriis solum, sed & peregrinis omnibus indulsit Ninus: quem verisimile est, sequentes Reges hac in parte esse imitatos. vid. *Diod. Sic.* lib. 2. p. m. 92. vbi ex Ctesia: *Vrbem*, inquit, *quibus habitandam dedit, maxime erant Assyrii, iique potentissimi; ex aliis vero nationibus, quicunque vellent*. *b*) *at* nunc *illa* aquæ, i. e. *illi* populi *fugient*. cf. Ier. 48, 45. c. 50, 28. & infra c. 3, 16. 17. *c*) supple cum S. *etiamsi dicatur* vel *clametur eis*. Abarbanel: Etsi rex & duces dicant militibus: *state, state!* ad pugnandum aduersus hostes. cf. verbum Am. 2, 15. Es. 47, 12. 13. *d*) *non tamen erit, qui respiciat* ad istum clamorem. Ion. *qui se conuertat ad resistendum*. vid. Ier. 46, 5. c. 47, 3. c. 48, 39. *Hieronymus*: Habebat enim Niniue populos, qui tantummodo fugerent, vt, clamante matre, *state, state!* claudite portas, muros adscendite, hostibus repugnate! nullus esset, qui reuerteretur, nemo qui respiceret ad matrem, sed omnes terga vertentes prædæ inimicorum desererent ciuitatem. Vnde v. 10. dicitur ad Babylonios: quia illi fugerunt, *diripite argentum*, & tanto tempore congregatas opes subita vastatione prædamini. Conf. quod de Mimesi & mutatione loquentium in stilo prophetico, monuimus Præf. in hunc librum §. 6. & Præf. in Iesaiam §. 9.

r) *concutiuntur*. Ios. Kimchi: *tremunt, trepidant*. al. *horride quatiuntur* (1) cf. nomen Es. 51, 17. Zach. 11, 2. Rad. Chald. & Syr. est *tremere, labascere*, (vid. de genibus Targ. Es. 35, 3.) & in Aph. *concutere*. Arab. vero *valide* & vehementer *hasta confodere*.

℣. 5. *s*) *Per vicos* Ez. 7, 19. c. 26, 11. *t*) *insanient*, h. e. citato cursu ac maximo cum impetu, *quasi furore acti, in aduersas partes irruent currus*. vid. Ier. 46, 9. & cf. 2 Reg. 9, 20. *u*) *discursitabunt*. Hithpael quadrilit. (1) a שקק Ioel 2, 9. *x*) *per plateas*. cf. Es. 15, 3. Ps. 144, 14. *y*) *aspectus eorum* (Hieron. Babyloniorum) Ez. 1, 5. 13. *Suffixum femin.* vel neutraliter ponitur, vel רכב alias masculinum, h. l. est femininum. *z*) terribilis erit, & oculi ira ardentes, *quasi faces s. lampades*; vt ante visu aduersarios terreant, quam mucrone prosternant; vt habet *Hieron.* cf. Dan. 10, 6. *a*) *sicut fulgura*. Zach. 9, 14. *b*) *velocissime discurrent*. Pi. (1) a רוץ *currere*. al. a רצץ instar fulminis *perrumpent, diffringent* omnia, coll. Iud. 10, 8.

℣. 6. *c*) Vulg. *Recordabitur fortium suorum*. scil. sec. Hieron. *Assyrius*, nomine *Belialis* v. 1. notatus, cum dolore *recordabitur fortium suorum*, qui hostibus occurrentes occubuerunt, coll. Thren. 1, 7. ibidemque not. Alii, vt *Grotius*: *Recordabitur rex Babylonius fortissimorum suorum*, quos deliget ad Niniues oppugnationem. Sic *Abarb.* sed male per *fortes eius* intelligens Iudæos, ex hypothesi ad v. 1. & 3. refutata. LXX. & Ar. per discrepantiam numeri: *Recordabuntur Principes eorum*; Incompleto sensu. Hinc *Schmidius* duplici ellipsi, nec tamen sublata omni difficultate: Cum *recordabitur* quisque *magnificorum eius, offendent in incessu suo*. Vt plures

---

℣. 6. בהלכותם *defect.* 5. 22. & *Mas. Erff.* Ceterum in Variationibus *Oriental.* & *Occidentalium*, his tribuitur scriptio בהלוכהם, illis vero בהליכתן. Sed forte (vt passim) mendosus ... est Index impressus. חומתה, sine *Mappik* 1. 2. sec. *Mas. Erff.* & notam in marg. 1. כן פירש רש"י ויונתן תרגם שורא לכן ד הוא רפה ℣. 8. מתפפת sic verumque *defect.* 1. 2. 3. 22. sic su. 5. sec. *Mas.* 1. & *Erff.* ℣. 9. ונינוה Per *Sakeph.* & *Mun.* loco *Meth.* 1. 2. At per *Tabir* seq. Merca 5.

י מפנה: בזו כסף בזו זהב ואין קצה לתכונה כבד מכל
11 כלי חמדה: בוקה ומבוקה ומבלקה ולב נמס ופק
ברכים וחלחלה בכל־מתנים ופני כלם קבצו פארור:
12 איה מעון אריות ומרעה הוא לכפרים אשר הלך
13 אריה לביא שם גור אריה ואין מחריד: אריה טרף
בדי גרותיו ומחנק ללבאתיו וימלא־טרף חריו ומענתיו
14 טרפה: הנני אליך נאם יהוה צבאות והבערתי
בעשן רכבה וכפיריך תאכל חרב והכרתי מארץ
טרפך ולא־ישמע עוד קול מלאככה:
ג הוי עיר דמים כלה כחש פרק מלאה לא ימיש טרף:
2 קול שוט וקול רעש אופן וסוס דהר ומרכבה מרקדה:
3 פרש מעלה ולהב חרב וברק חנית ורב חלל וכבד
פגר

℣. 10. *e*) *Diripite* itaque *argentum* &c. Ez. 38, 13. Iam Babylonios, quaſi in re præſenti, alloquitur Propheta. ſimile Ier. 50, 26. 27. *f*) *quia non eſt finis*. q. d. maximus enim & fere infinitus hic eſt diuitiarum adparatus. cf. c. 3, 3. 9. Eſ. 2, 7. *g*) *adparatui*. Ion. *theſauris*. Opes & diuitiæ intelliguntur, quas Aſſyrii vndique congeſſerant. (3) Ez. 43, 11. Iob. 23, 3. cf. verbum 1 Par. 22, 14. c. 29, 2. 3. *h*) *copia* adeſt. c. 3, 3. Gen. 31, 1. Eſth. 5, 11. *i*) *de omnis generis pretioſis*, q. d. *ex omnibus vaſis deſiderii*. *k*) vid. Hoſ. 13, 15.

℣. 11. *l*) S. & plerique: *vacua*, ab omni ſcil. illa opulentia v. 10. *Neumann*. Ex. L. S. p. 200. *inuerſa*. Syr. *conculcata*. (1) cf. v. 3. *m*) Neumannus: *& euerſa*. Syr. *deiecta*. al. *expilata* ſ. *euacuata*. (1) M. I. cognatæ vocis repetitio intendit orationem, vt Ier. 16, 19. *n*) S. *& exinanita*. Neumann. *perfracta*. Syr. *perrupta erit*. Ion. *porta aperta eſt hoſti*. (2) vid. Eſ. 24, 1. *o*) S. *vnde cor liqueſiet*. nec quidquam animi Aſſyriis ſupererit. cf. 1 Sam. 15, 9. Eſ. 13, 7. 8. Ez. 21, 12. *p*) S. *& titubatio*, LXX. Vulg. Syr. & Ar. *diſſolutio* ſ. *laxatio*, Ion. *colliſio* (1) *genuum* erit vel obueniet Aſſyriis. cf. ad nomen 1 Sam. 25, 31. Ier. 10, 4. & ad rem Eſ. 35, 3. Dan. 5, 6. *q*) *& dolor vehementiſſimus*. (4) Eſ. 21, 3. Ez. 30, 4. 9. Ion. *commotio*. Syr. *tremor*. LXX. & Ar. *dolores partus*. 1 Theſſ. 5, 3. *r*) *in omnibus lumbis* erit. cf. Deut. 33, 11. Ez. 21, 11. & ſupra v. 2. *s*) *omniumque facies*, metu quaſi tabidæ, aut pallore deformes. cf. Ier. 30, 6. Ez. 7, 18. *t*) *contrahent pallorem* ſ. *nigredinem*. S. *colligent atrorem*. Sic plerique & M. I. *inſtar ollæ*, coll. Num. 11, 8. Rotundius tamen alii: *retrahent pulchritudinem*. vid. Ioel 2, 6.

℣. 12. *u*) *Vbi nunc eſt?* Eſt vel *threnus* Prophetæ de excidio Niniues, vt ſentit Abarbanel; vel, quod malumus, *inſultatio* aduerſus præſumtam eius perpetuitatem, & inuincibilem potentiam Aſſyriorum. cf. Eſ. 19, 12. c. 33, 18. c. 36, 19. c. 37, 13. &c. & ſupra not. c. 1, 8. *x*) *habitaculum* ſ. *luſtrum leonum*. v. 13. Ez. 19, 2. Am. 3, 4. Pſ. 104, 22.

CAP. III. Ion. *Vbi ſunt habitacula Regum*. q. d. Vbi nunc eſt illa regia Aſſyriorum Niniue, plena tot gentium ſpoliis, vt leonum ſpelunca prædis. v. 13. *y*) *& paſcuum illud* 1 Par. 4, 40. *z*) Vulg. *catulorum leonum*. Iud. 14, 5. Ion. *& domus habitationis Principum*. cf. ſeq. v. 14. Ez. 19, 5. *a*) conſtrue *aſcher ſcham*, *quo iuit*, vel *vbi* verſatus fuit. & cf. Prou. 30, 30. *b*) *leo* v. 13. Am. 3, 4. *c*) *leæna* Num. 23, 24. Eſ. 5, 29. Hoſ. 13, 8. *d*) *catulus* etiam *leonis*. Gen. 49, 9. Deut. 33, 22. Thren. 4, 3. *e*) *nec fuit qui eos terreret*. nemine exterrente. Deut. 28, 26. Eſ. 17, 2. Zeph. 3, 13. ℣. 13. *f*) Tig. *Leo*, inquam, *rapiens*. Ez. 22, 25. Repeti poteſt vel ex priori hemiſtichio verſus 12. *vbi eſt?* vel ex poſteriori: *vbi verſatus eſt leo rapiens* &c. Schmidii connexio: *O*, qui es *leo rapiens*--*Ecce ego contra te* v. 14. durior eſt, nec genus conſentit. *g*) S. *ſatis*, Vulg. *ſufficienter*, Guſſet. *in menſura ſufficienti*. Leu. 25, 28. Iud. 6, 4. Hab. 2, 13. *h*) *catulis ſuis*. v. 12. Ez. 19, 2. *i*) *& ſtrangulans*, adprehenſo gutture ſuffocans & enecans pecudes (2) 2 Sam. 17, 23. *k*) *pro leænis ſuis*. Ez. 19, 2. Pſ. 57, 5. *l*) *&* qui *præda replebat*. cf. c. 3, 1. Num 23, 24. *m*) *foramina* ſ. *antra*, h. e. *foueas* aut *ſpeluncas ſuas*, 1 Sam. 14, 11. *n*) *& luſtra ſua* v. 12. *o*) *rapina* ſ. *rapto* Gen. 31. 39. Ex. 22, 30. Quippe in luſtris leones prædam colligunt, qua & ipſi veſcantur, & catulos ſuos alant. *Boch.* Hieroz. I. p. 737. ℣. 14. *p*) *Ecce ego aduerſus te* inſurgam, *o Niniue* v. 9. Ion. *Ecce ego emittam furorem meum aduerſus te*. ſic c. 3, 5. cf. Ier. 50, 31. c. 51, 25. Ez. 28, 22. &c. *q*) vid. not. Ez. 11, 8. c. 16, 14. *r*) Eſ. 1, 24. Hoſ. 12, 6. *s*) *& ſuccendam, comburam, ardere faciam* Iud. 15, 5. Ez. 5, 2. *Hieronymus*: O Niniue, vniuerſa, quæ dicta ſunt, me auctore patieris. Ego Dominus ſuccendam, vſque ad fumum & conſumtionem, currus tuos. *t*) *in fumo*. nempe fumo ex ardenti igne naſcente circumdatos. Deſcriptio ad viuum expreſſa. cf. Ioſ. 8, 20. 21. Pſ. 37, 20. *M. I.* q. d. igne maximo, vt fumus eius procul conſpiciatur, & verſus cælum adſcendat. *Abarb.* *u*) *currus* ſeu *quadrigas eius*. Abarb. quibus orbem terrebat. cf. Zach. 9, 10. Pſ. 46, 10. *x*) Vulg. *& leunculos tuos*. Ion. *& oppida* ſ. *villas tuas*. Melius Abarb. *regios tuos principes*; & Hieron. *nobiles quosque & ſubregulos*. cf. v. 12. *y*) *abſumet gladius* Eſ. 1, 20. *z*) Vulg. *& exterminabo de terra prædam tuam*. v. 13. Grotius: i. e. efficiam, ne vllas terras populeris amplius. cf. c. 3, 19. *a*) *nec amplius audietur*. cf. Ez. 19, 9. *b*) tyrannica aut blaſphema *vox nunciorum tuorum*, edicta ferentium; vel *legatorum*, qualis erat Rabhſchake 2 Reg. 19, 22. 23. *Hieronymus*: Nequaquam terras vltra vaſtabis, nec tributa exiges, nec audientur per prouincias tuas *emiſſarii tui*. *c*) *Nomen Sing.* cum ſuffixo & *He Paragog.* vt Ex. 29, 35. ſed hic ſpecialiter cum præced. *Tſere*. CAP. III, ℣. 1. *d*) *Væ* nunc & æternum. Eſ. 1, 4. cf. Eſ. 33, 1. Zeph. 3, 1. *Continuatur* hoc capite, vt *S.* obſeruauit, *prophetia contra Niniuen* & imperium Aſſyriorum, ita vt graphice deſcribantur I. *peccata eius*, ſanguinolentia inprimis v. 1. & idololatria v. 4. contra quæ ſe hoſtis præparat v. 2. 3. & DEVS inſurgit v. 5-11. II. fruſtranea *reſiſtentia* v. 12-15. III. *Interitus* potentium, conſiliariorum, & ipſius Regis v. 16-19. *e*) *vrbi ſanguinaria*. Ion. *ciuitati fundenti ſanguinem*. Ez. 24, 9. Hab. 2, 12. *Abarbanel*: Cauſas exponit Propheta, cur Deus ita facturus ſit Niniue. *Hieronymus*: deſcribitur autem *potentia* Niniue, & ſub lamentatione *crudelitatis* arguitur. *f*) *tota* namque, vel *qua tota* Ez. 29, 2. proprie *vniuerſitas eius*. cf. not. Eſ. 9, 16. Ier. 6, 6. *g*) *mendacio & deceptione* Hoſ. 7, 3. e. c. quando Sancherib aurum & argentum ab Hiskia acceperat, & nihilominus bellum ei inferebat. cf. not. 2 Reg. 18, 7. *h*) *dilaceratione* (2) Obad. v. 14. cf. Pſ. 7, 3. Zach. 11, 16. *i*) *plena* ſ. *referta* eſt. cf. c. 2, 13. *Abarb.* Quia Niniue vanis pollicitationibus auxilii & protectionis gentes decipiebat. cf. 2 Par. 28, 16. 20. 21. *k*) *non recedit* ex ea. Sic verbum intranſitiue accipi videtur Ex. 13, 22. c. 33, 11 Ier. 17, 8. *l*) ſed ſemper quaſi ex *rapto* viuit. c. 2, 13. Ion. *non deſinit occiſio*. ℣. 2. *m*) Mox ſuperueniet tibi, & per viſionem (c. 1, 1.) mihi iam audita eſt *vox* ſ. *ſonitus*. cf. Eſ. 40, 3. *n*) *ſcuticæ* ſ. *flagri* equos agitantis. Prou. 26, 3. *o*) *& vox ſtrepitus*. Ier. 47, 3. LXX. Ion. Syr. Ar. *commotionis*. *p*) *rotarum*. Ex. 14, 25. *q*) Vulg. *& equi frementis*, ſ. *equorum* pleno curſu currentium & *quadrupedantium* (1) cf. Iud. 5, 22. *r*) *& curruum* feruido curſu *ſubſilientium*. vid. Ioel 2, 5. *S.* in Nominatiuo: *& equus hinniens, & currus ſaltitans*. At *Hieronymus*: Subauditur in omnibus *vox*; tam pulchra autem iuxta Hebraicum, & picturæ ſimilis, ad prælium ſe præparantis exercitus deſcriptio eſt, vt omnis ſermo meus ſit vilior. ℣. 3. *s*) S. *Eques*, ſcil. aderit vel ſuperueniet tibi. 1 Sam. 8, 11. vid. de Chaldæis Ez. 23, 6. 12. Hab. 1, 8. al. *Equitis* ſcil. *vox* audietur, vt v. 2. Malumus collectiue: *Equites* ſ. *equitatum* hoſtium *adducturus eſt* Deus. *t*) S. *adſcendere faciens* ſ. *adducens* ſubſequentem reliquum exercitum. ſed cf. de Deo Eſ. 8, 7 Ier. 50, 9. *u*) Ion. *& flamma ac fulgor gladiorum*. S. *& ſplendor gladii*. Nempe *mucro* Hebræis *flamma* dicitur, vel propter fulgorem igneum, vel quia tenuatur, & in acumen, vt flamma, deſinit. vid. Gen. 3, 24. Iud. 3, 22. 1 Sam. 17, 7. Iob. 39, 23. *x*) *& fulgor haſtarum* Deut. 32, 41. Hab. 3, 11. *y*) *& multitudo interfectorum*, vt in bellis fieri ſolet. cf. Eſ. 66, 16. *z*) *& vis ingens* ſ. moles. S. *aceruus* (4) Eſ. 30, 27. Prou. 27, 3. cf. infra v. 15. & ſupra c. 2, 10. M. I. *multitudinem* ſignificat, vt Num. 20, 20. 1 Reg. 3, 9.

℣. 10. קצה per *Segol* 1. 5. 7. 8. 11. 12. 14. 15. 16. לתכנה *defect.* per *Kibbuts* 1. ſic ſu. 5. ſec. *Maſ.* 1. & *Erff.* ℣. 11. ופק Sic *defect.* 1. 2. 3. 5. 6. 7. 8. 9. 20. ſec. *Maſ.* 1. 2. 3. *impr.* & *Erff.* Alii *plene* cum *Iod.* ℣. 12. הוא Variant hic *Orientales* & *Occidentales*: ſed Index harum variationum impreſſus rurſum confuſus. Videntur *Orientales* pro הוא habere היא. ℣. 13. גרתיו ſic vtrumq; *defect.* 1. 3. 5. 6. 9. 20. ſec. *Maſ* 1. & *Erff.* Alii poſterius *plene*. ומענתיו ſic *defect.* 1. 2. 3. 5. 6. 7. 8 9. 15. 20. 22. ſec. *Maſ.* 1. & *Erff.* h. l. *impreſſamque* ad Ex. 21, 10. & Iob. 38, 40. Alii *plene*. ℣. 14. מלאככה per *Segol* כ prius 1. 2. 3. 5. 6. 7. 9. 10. 19. 20. 23. poſterius item 1. 2. 3. 5.

4 פגר ואין קצה לגויה יכשלו בגויתם : מרב זנוני זונה
טובת חן בעלת כשפים המכרת גוים בזנוניה
ומשפחות בכשפיה : הנני אליך נאם יהוה צבאות ה
וגליתי שוליך על־פניך והראיתי גוים מערך וממלכות
6 קלונך : והשלכתי עליך שקצים ונבלתיך ושמתיך
7 כראי : והיה כל־ראיך ידוד ממך ואמר שדדה נינוה
8 מי ינוד לה מאין אבקש מנחמים לך : התיטבי מנא
אמון הישבה ביארים מים סביב לה אשר־חיל ים
9 מים חומתה : כוש עצמה ומצרים ואין קצה פוט
ולובים

וכשלו קרי

a) cadauerum, ab hostibus interemtorum 1 Sam.17,46. Am. 8,3. *b) immo finis non erit.* v. 9. c. 2, 10. *c) stratorum corporum* 1 Sam.31,11. Ps.110,6. *d)* i. a. vt *impingant & corruant in cadaueribus interfectorum.* c. 2, 6.

℣. 4. *e) Propter multitudinem scortationum.* Quod *de idololatricis cultibus* Grotius, aliique accipiunt, vt 2 Reg. 9, 22. Ier. 13, 27. Ez. 16, 30. alii vero, vt Abarb. *de dolosis fœderibus*, quibus alias gentes ad se pertraxerunt Assyrii, & sibi tandem subiecerunt: nos de vtroque. vid. e. c. 2 Reg.16,7.10.18. 2 Par.28,20.21. & Es. 23, 17. Redit enim Propheta ad euoluendas *caussas excidii* Niniues, vt coeperat v. 1. *f) meretricis*, i. e. sec. Ion. *ciuitatis, quæ fuit sicut prepudiosa* (excurrens) *meretrix*. cf. Apoc. 17, 2. g) S. scorti *boni gratia*, i.e. *venustæ & adspectu formosæ* meretricis: vt habent Ion. & Syr. *Abarbanel*: quam adpetunt videntes, eamque respiciunt, & studiose obseruant, sicut Israelitæ fecerant, confisi Assyriis. cf. Gen. 6, 2. c. 39, 11. 2 Sam.11,2. Prou. 31,30. *h) magistra*, peritæ. 1 Sam.28,7. *i) præstigiarum.* (6) 2 Reg. 9, 22. *k) quæ gentes vendidit*, i. e. libertate sua exutas in seruitutem redegit, & sibi mancipauit. cf. Ioel 4,3. 2 Reg 17,10.25. *l) & nationes* s. *familias* orbis. cf. Am.3,2. Zach.14,7. *m)* fascinauit & decepit *præstigiis suis.* cf. Es. 47, 9.12.

℣. 5. *n)* S. Ideo *ecce ego contra te ero.* *Abarbanel:* Ego prouidentia mea efficiam ruinam tuam: *Hieronymus*: Quia vendidisti, o Niniue, gentes in fornicationibus tuis, & familias in maleficiis tuis, & quasi publicum prostibulum cunctis diuaricasti pedes tuos; propterea *ego ipse ad te veniam subuertendam.* Ion. vt c.2,14. *o)* Ez.13, 8. c.16, 14. *p) & retegam*, reiiciam *fimbrias* & imam vestem tuam. vid. Ier.13, 26. *q) super faciem tuam.* Ion. *& patefaciam turpitudinem sceleris tui ante faciem tuam.* Quia enim meretrici eam comparauerat in delictis v. 4. comparat eam etiam meretrici in pœnis. cf. Es. 47,2.3. Ez. 16, 36.37. Hos.2,5.12. *r) & ostendam gentibus.*

cf. honoris caussa Esth. 1, 11. *s) nuditatem tuam.* Ion. *propudium tuum.* Syr. *pudenda tua.* Sic Abarbanel: id enim, inquit, probrosum admodum esset mulieri. Sensus est: Non vt honestam matronam, sed vt fœdum prostibulum tractabo te. (2) 1 Reg.7,36. cf. Hab 2,15. *t)* & regnis ostendam *ignominiam & turpitudinem tuam* Hos. 4, 7.18. vt, qui tecum fornicati sunt, ipsi te despiciant, irrideant, & contumeliis adficiant, & eris in exemplum omnibus videntibus. Hæc autem omnia sub *metaphora mulieris adulteræ*, quæ cum fuerit deprehensa, producitur in medium, & ante oculos omnium depompatur. inquit *Hieron.* ℣. 6. *u) Et proiiciam super te* nudatam v.5. & occisam, tegendam (2 Sam.10,12.) vel quasi contumulandam. cf. Ios.7,25.26. c.8 29. c.10,27. &c. *x)* Vulg. *abominationes.* Syr. *impuritates.* sordes scil. & stercora. cf. 2 Reg.10,27. Alibi tn. de *idolis* fere tantum hæc vox vsurpatur, vt etiam *Gillulim*; vid. e. c. 2 Reg. 23, 13.24. Ez.7,20. &c. ideo & hic conf. supra c.1, 14. *y)* Vulg. *& contumeliis te adficiam, vilem & despectissimam te reddam.* Ar. *pro ratione obscœnitatum tuarum.* Deut.32, 15. Ier. 14, 21. Mich.7,6. *z)* Es.15,2. *a) velut spectaculum.* sic Syr. & Ar. ὁ. εἰς παράδειγμα. cf. Matth.1,19. Vulg. *in exemplum.* cf. Ez.28,17 Ion. *& faciam te fœdam in oculis omnium videntium te.* sic Abarb. coll. Zeph.3,1. ℣. 7. *b)* S. *Vnde fiet*, quod certissimum est. cf sim. constr. Es.65,24. Iel 3,5. &c. *c) quisquis te viderit.* cf. Ez.14,16. *d) refugiet*, Vulg. *resiliet a te.* v.17. Ps 55,8. tanquam a *Nidda* s. re fœda: prout Rad. apud Syros est *detestari.* *Hieronymus*: Qui ruinas viderit Niniue, & positam eam omnibus in exemplum, expauescet atque mirabitur. *e) vastata*, Ion. *expilata*, direpta *est.* Ier.4,20. c.49,3. *f) Niniue*, quæ gentium domina & magistra erat. cf. c.2,3. seqq. Zeph.2,15. *g) quis condolebit ei?* ὁ. τίς στενάξει αὐτήν; Sic Ar. sed *mutata persona*, vt etiam Vulg. *quis commouebit super te caput?* & Ion. *quis condolebit tibi?* Id autem deiecto capite significari solet. cf. Ier.22,10. Iob. 2, 11. *Hieronymus*: Quod autem ait *quis?* non tam pro difficili, quam pro raro debemus accipere. coll. Luc.12,42. Hos.14,10. Ps. 24, 3. *h) vnde?* Gen. 29,4. *i) quæram.* cf. Ruth 3,1. *k) consolatores.* 2 Sam.10,3. Es.51,19. Ps 69,21. *l) tibi.* *Grotius*: q.d. nusquam inueniam, omnes enim populos offendisti in rebus tuis secundis. vid. v.19. & cf. Ier. 15, 5. ℣. 8. *m)* Vulg. *Numquid melior es?* cf. Iud.11,25. Esth.2,4.9. *n)* S. *quam* No *Amonis*, i. e. sec. Bochart. Phaleg. p.6. & p. 313. seqq. *quam Thebæ* s. *Diospolis* Aegypti; q. d. *habitaculum* Iouis *Ammonii.* Hillero autem in Onom.S. p. 571. seqq. & p.743. *Memphis*, q.d. *habitaculum* illic *nutriti* (Thren 4,5.) *Apis* vel Osiridis. coll. versione LXX. Ez. 30, 15. & testimoniis Auctorum; vt breuiter etiam diximus ad Ier.46,25. & Ez.30,14. seqq. Aberrant a textu LXX.& Ar. *Præpara partem, apta chordam.* & ex parte Syr. *An melior es, quam Iauan Ammonitarum?* quasi *Ammon* per *Ain* & cum *Dages* scriptum fuisset. Ion. *quam Alexandria magna.* & Vulg. *Alexandria populorum*; quam per prolepsin sic dictam volunt Hieronymus, Drusius, aliique, ac iuxta eam No in *Pharo* sitam fuisse, putat Grotius. Sed recte ait *Bochartus* l. c. p.6. *Verisimile non est, Ezechielem & Ieremiam imminentis excidii pœnam denunciasse vrbi, quæ nondum erat, quo sæculo illi scripserunt. Aut Nahumum Niniuen vrbem ita compellasse*: Tunc melior es (i. e. munitior) Alexandria, aliquando exstruenda ab Alexandro Magno? *Similitudines nihil docent, nisi sumantur ex rebus notis, qualis esse non potuit ciuitas nondum condita; nec nisi multo post condenda. Quid? quod Ezechielis & Ieremiæ minus Nahum* (sequ. v.10.) *scribit esse completas, & incolas vrbis* No-Amon *abiisse in captiuitatem, & paruulos eius fuisse illisos in capitibus omnium vicorum. Atque eo exemplo* (v.11.) *terret Niniuen, tanquam pari supplicio breui mulctandam. Omnino igitur non structura modo, sed & excidium vrbis* No-Amon *præcessit Nahumi scriptionem.* &c. Quomodo ex hac Bocharti sententia ætas & scriptio Nahumi non solum posterior esset Sancheribi clade, vt in Seder Olam volunt Hebræi, sed etiam Ieremiæ & Ezechielis vaticiniis. Verum vide, quæ monuimus Præf. in hunc librum §. 2. At qui ante Sancheribi stragem hæc scripta putant, sequentem versum 10. totum in futuro accipiunt, q.d. Propheta: *Atqui* munitissima *illa* Aegypti vrbs a Nebucadnezare *etiam* expugnabitur, & *in captiuitatem abibit, ac paruuli eius illidentur*, vt diserte in futuro dicit Propheta, mixta temporum constructione. *Vitringa* vero Doctr. Proph.p 37. Quæ, inquit, de expugnatione *Diospolitana* hic habet Propheta, referenda videntur ad tempora *Sabaconis* Aethiopis (qui *Vsserio* in Annal. V.T.p.98. & *Marshamo* in Can. Chron. p.485. idem est cum *Soo*, ad quem vltimus Israelitarum Rex Hoseas legatos misit 2 Reg.17,4.) non ad Sennacheribum, vt voluit *Vsserius* in Annal V.T.p.103. Conf.not. v.10 & Præf. in hunc librum §. 2. *o) quæ habitat*, vel secure *habitabat.* cf. Iud. 18,7. Es.47.8. Ez.27,3. Zeph.2,15. Zach.11,11. *p) inter amnes, & flumina Nili*, ita vt aquæ circa eam essent. cf. Ex.7,19. c.8,1. Es.7,18. c.19,6. Ez.29,3. seqq. & not. Gen.41,1. Am.8,8. *q) Schmid.* naturali constructione: *quæ est propugnaculum* (1 Reg.21,23.) *maris*, & vicissim *e mari* est *murus eius.* quocum cf. Es. 23, 4. At reliqui fere omnes *relatiuum* in *Genitiuo* ponunt: Ion. *cuius murus est mare.* Syr. *cuius fortitudo mare.* Vulg. *cuius diuitiæ mare.* Bochartus l.c.p.315. *cuius antemurale*, vel vt *Cocceius* intelligendum monet Lex. 231. *fossa* s. spatium inter murum & antemurale, fossam complectens.) *est mare, a mari muri eius*, i.e. quæ Diospolis ad Nilum sita, præter eius septem alueos, Mare Rubrum ac Mediterraneum habet pro vallo naturali. *Hillerus* vero l.c. *cuius* Mempheos *præmunitio* est *mare* s. *ingens lacus*, a Mene ad Memphin versus occidentem & aquilonem factus; cum ab ortu & meridie Nilum haberet. cf. Es.19,5. *r) M.I.* Idem bis dicitur confirmationis caussa. ℣. 9. *s)* Vulg. S. aliique. *Aethiopia.* Boch. Phal.p 315. *Arabia Chusæa* cf. Ier.46,9. Ez.29,10. *t) robur, præsidium* eius fuit. Es.40,19. *u) Abarb.* i.e. Aethiopes & *Aegyptii* adiuuerunt No-Amon, ad eam defendendam a Sancheribo. Conf. de clade ista Aegyptiis ab Assyrio illata, vaticinium Esaiæ c.20,3. seqq. *x) ita vt finis* aut numerus *non esset* auxiliorum. cf. v.3. & 2 Par.12,3. *y)* Ion. *Putai* s. Afri. Vulg. *Africa.* vid. Ier. 46, 9. Ez.30,5.

CAP. III, ℣. 3. ואין Per *Makk.* 1. 2. Pro יכשלו hab. יכשלו 6. 9. 20. יכשלו vero 13. 19. 23. & in marg. 6. 9. Vtrumque est contra *Mas. impr.* Hos. 1, 1. ℣. 5. *Spatium* praemitt. 6--10. 20. 21. 22. 23. ℣. 7. שדדה per *Kibbuts* 10. 21. & in textu 6. 9. Pro לך hab. לך 2. 3. sic su. 5. contra *Mas.* 1. & *Erff.* ℣. 8. התיטבי Ita & *Orientales* legunt, qui vero התטיבי scribunt.

י ולובים היו בעזרתך : גם־היא לגלה הלכה בשבי
גם עלליה ירטשו בראש כל־חוצות ועל־נכבדיה
11 ידו גורל וכל־גדוליה רתקו בזקים : גם־את תשכרי
12 תהי נעלמה גם־את תבקשי מעוז מאויב : כל־
מבצריך תאנים עם־בכורים אם־ינועו ונפלו על־פי
13 אוכל : הנה עמך נשים בקרבך לאיביך פתוח נפתחו
14 שערי ארצך אכלה אש בריחיך : מי מצור שאבי־לך
חזקי מבצריך באי בטיט ורמסי בחמר החזיקי מלבן :
טו שם תאכלך אש תכריתך חרב תאכלך כילק התכבד
16 כילק התכבדי כארבה : הרבית רכליך מכוכבי
17 השמים ילק פשט ויעף : מנזריך כארבה וטפסריך
כגוב גובי החונים בגדרות ביום קרה שמש זרחה
ונודד

z) & *Libyes*. Dan 11, 43. 2 Par. 12, 3. c. 16, 8. a) *fuerunt in auxilio tuo* Es. 10,3. Ps. 35, 2. Syr. *præsidio ei fuerunt* sc. No-Amon, cuius in præcedd. meminit; ad quam per Apostrophen Propheta se hic conuertit, ac si ipsam adloqueretur. *Abarb.* ℣. 10. b) Attamen *etiam hæc* tam potens & tam valide munita No-Amon. v. 8. 9. c) *in deportationem* s. *exilium*. 2 Reg. 24,15. Am. 1, 15. d) *abiit*, (Ion. aliique : *abibit*) *inter captiuos*. Deut. 28, 41. Ez. 46, 2. *Grotius*: Non tantum exules, sed et serui facti sunt ciues eius; nempe per Aethiopes, quorum Rex *Sabaco* Aegyptum inuasit, & valida ibi præsidia posuit ante Psammetichi tempora, teste Herodoto in Euterpe. At *Hieronymus*: Et hæc capiitur a *Rege Babylonis*, & idem tuus atque illius vastator erit. cf. not. v. 8 e) *etiam paruuli eius* 1 Sam. 15, 3. f) *allidentur*. (6) Es. 13,16. Hos. 10, 14. vel potius sec. Vulg. S. Boch. *allisi sunt*. In narrationibus enim *Futurum* sæpe apud Hebræos ponitur *pro Præterito* aut *Imperfecto*. vid. e. c. Iud. 2, 1. g) *in capite*, h. e. *in principio* vel *in compitis omnium vicorum*. Es. 51, 20. vt fieri solet in vrbibus vi captis. cf. 2 Reg. 8, 12. Hos. 14, 1. Ps. 137, 9. Thren. 2, 19. h) & *de honoratis eius*, No-Amonis. cf. Es. 23, 8. 9. Ps. 149, 8. i) victores (Chaldæi, sec. Abarb. sec. alios, Aethiopes) *miserunt sortem*. Ciues sc. nobilissimos, vt mancipia, Babylonii inter se sorte diuiserunt. cf. Ioel 4, 3. k) *omnesque magnates eius*. 2 Reg. 10, 6 11. Ion. 3, 7. l) *vincti, constricti sunt*. (2) Coh. 12, 6. cf. Ez. 7, 23. Rad. Chald. est *sepsit, circumdedit*. Arab. *clausit, oppleuit, consuit*. m) Vulg. *compedibus*. At LXX. S. aliique : *catenis* ferreis, *manibus* insertis, vt Ier. 40, 4. (4) Iob. 36, 8. ℣. 11. n) *Itaque & tu*, o Niniue. v. 7. o) de calice iræ Dei bibes & *inebriaberis*, sicut No-Amon de eodem bibit, & in captiuitatem abiit. v. 10. cf. Es. 49, 26. c. 51, 21. Ier. 25, 27. c. 51, 39. Thren 4, 21. & supra not. c. 1, 1. Syr. *Tu quoque infelix*, Ion. *temulento similis eris*. Grotius : *inops consilii*, vt ebrii esse solent. p) Vulg. *eris despecta*. Ion. *fastidata*. S. *obsincrata* vel *ignorata*. Leu. 4, 13. Iob. 28, 21. *Hieronymus* : Dites quondam atque pretiosa, quæ tantos amatores habebas, *despicieris ab omnibus*. M. I. & Abarb. acsi nunquam in Orbe fuisses. coll. Obad. v. 16. q) *præsidium*. Ion. & Vulg. *auxilium quæres*. c. 1, 7. r) *ab hoste* vel *contra hostem*. vid. Ezr. 8, 22. *Hieron.* a Babyloniis s. contra Babylonios *ab inimicis* auxilium rogabis. Al. vt *Grotius* : salutem *ab hoste* posces, scil. deditione. Sed præferenda est prior explicatio. ℣. 12. s) Vulg. *Omnes munitiones tuæ*. Abarb. *vrbes*, Ion. *arces munitæ*. v. 14. Num. 13, 19. S. ὀχυρώματα 2 Cor. 10, 4. t) erunt sicut *ficus arbores* Am. 4, 9 subintell. כ vt Ps. 80, 11. Ion. & Syr. *similes erunt ficubus præcocibus*. cf. Apoc. 6, 13. u) *cum præcocibus & maturis fructibus*. Es. 28, 4. Mich. 7, 1. *Hieronymus* : Omnia firmamenta tua, & muri in sublime porrecti, & altitudines turrium, quas nunc inexpugnabiles putas, & viri fortes bellatoresque tui, *primitiuis ficubus comparantur* &c. x) Vulg. *quæ si concussæ fuerint*. si *quatiantur* arbores. Niph. (2) Am. 9, 9. y) *tum decidunt* fructus, *super os comedere volentis*, qui eas quassauit. Sic etiam munimenta tua omnia facile expugnabuntur, & nullo negotio in hostium potestatem venies. ℣. 13. z) *Ecce!* quod tibi certo futurum denuncio. c. 2, 1. Es. 3, 1. Am. 2, 13. a) *populus*, & alias fortissimi *milites tui*, o Niniue, *effœminati erunt*. Ion. *infirmi erunt*, *sicut mulieres*. vt hostibus resistere non possint. cf. Es. 19, 16. Ier. 50, 37. c. 51, 30. b) *cum hostibus tuis* Es. 62, 8. c) *adaperiendo* i. e. *omnino* & quasi sponte sua, statim ac sine mora *aperientur*. Al. *pandentur ergo hostibus portæ* tuæ. c. 2, 7. Ez 25, 9. d) *porta* (& *introitus* M. I.) *terræ tuæ*. Ier. 15, 7. e) *quod consumserit*. vel prophetice : *consumet* enim *ignis*. cf. c. 1, 10. Am. 1, 4. 7. &c. f) robustissimos *vectes tuos*, quibus portæ claudebantur. Am. 1, 5. Thr. 2, 9.

℣. 14. g) *Aquam obsidionis*. Vulg. *propter obsidionem*. Syr. *in obsidione* necessariam. 2 Reg. 25, 2. h) *hauri tibi* Gen. 24, 13. in vasis scil. & cisternis adseruandam, ne potus desit obsessæ vrbi. i) *refice, confirma* 2 Reg. 12, 8. 9. k) *munitiones & propugnacula tua* v. 12. ne facile capiantur ab hoste. l) *intra in lutum*. Es. 41, 25. m) & *calca argillam*. subige lutum. Ex. 1, 14. n) S. *repara*. Neh. 3, 5. o) *fornacem laterariam* Ier. 43, 9. ad coquendos scil. lateres, quibus vrbs, ob lapidum inopiam, muniatur. vid. Gen. 11, 3. *Per ironiam* vero, vt monent Abarb. & Grotius, hæc loquitur Propheta, q. d. Parate modo, quæ aduersus longam obsidionem parari solent; frustra tamen omnia, me vobis aduersante v. 5. ℣. 15 p) *Ibi* tamen, intra munimenta & muros tuos. q) *te*, Niniven, *consumet ignis* v. 13. r) & *exscindet te gladius*. c. 2, 14. s) *absumet te*, sc. ignis vel gladius hostium 2 Sam. 2, 26. c. 11, 25. Es. 1, 20. Ion. hic adhibet verbum, quod Moses & Onkelos habent Deut. 28, 31. vnde *Chasil* locusta dicitur. cf. not. Ioel 1, 4. t) *sicut locusta* herbam. vel : *comedet te*, licet *instar locustarum multiplicatam*. ex seq commate. cf. Ioel 1, 4. u) Vulg. *multiplicare*. S. *multiplica modo te*, scil. o Assyrie, v. 18. nam verbum hic est *mascul.* vt sequens de Niniue, femininum. cf. v. 3. 1 Reg. 3, 9. y) i. e. conscribito exercitum numerosissimum, *instar agminis locustarum*. de quo cf. not. Ioel 1, 7. z) *tam numerosa & copiosa esto*, o Niniue, mercatoribus ac ciuibus v. 16. a) *quam est locusta*, quæ a copia s. *multitudine* sic dicitur : cum nullum animal sit fœcundius. cf. Ex. 10, 4. 5. Iud. 6, 5. c. 7, 12. Ier. 46, 23. c. 51, 14. Ps. 105, 34. & not. Ioel 1, 4. 7. ℣. 16. b) S. *Multiplicasti* quidem. Vulg. *Plures fecisti* Ez. 28, 5. c) *mercatores tuos*. Ez. 27, 13. d) *quam stellas cæli*. Gen. 22, 17. cf. not. supra c. 2, 9. e) tamen sicut *locusta*, quæ magno agmine *irruit* s. *diffundit se* Iud. 9, 44. f) & *mox* iterum *auolat* Iob. 20, 8. Ps. 90, 10. *ita quoque erunt illi mercenarii milites tui & mercatores*. ℣. 17. g) S. *Coronati*, h. e. sec. Abarb. *principes*, *diademate insignes*. (1) cf. Deut. 33, 16. Similis forma per *Dager* est Ex. 15, 7. Ps. 89, 45. & Dan. 8, 9. h) innumeri sunt, *sicut locustæ* v. 15. i) & *satrapæ* vel *duces tui*. Syr. & *bellatores tui*. bellantes pro te. (2) Ier. 51, 27. k) *sicut locustæ locustarum*, h. e. ingens multitudo locustarum, cum e terra *emergunt*, id enim Arabibus *Gaba* significat. vid. not. Am. 7, 1. & cf. Es. 33, 4. l) vt locustæ, inquam, S. *quæ considunt*. Vulg. *quæ considunt*. Num. 1, 5. & Es. 29, 1. m) *in maceriis* Ier. 49, 3. hortorum & vinearum. *M. I.* n) *die frigoris* (5) Ps. 147, 17. o) sed cum *sol oritur* Ion. 4, 8.

℣. 16. הרביתי ita cum *Iod* paragog. & *Kri* הרבית 2. item 1. in marg. & *Mas.* *Erff.*
℣. 17. ומנזריך ita 6. 9. in marg. גבי *defect.* 1. 2. 3. 6. 9. sic su. 5. sec. *Mas.* 1. & *Erff.* sed contra *impr.* ונודד per *Kam.* 2. 3. 6. 9. 10. 20. 22. 23. contra *Mas.* *impr.* At ונדד *defect.* 1. 5. 22. sec. *Mas.* 1. & *Erff.*

18 וְנוֹדַד וְלֹא־נוֹדַע מְקוֹמוֹ אַיָּם׃ נָמוּ רֹעֶיךָ מֶלֶךְ אַשּׁוּר
יִשְׁכְּנוּ אַדִּירֶיךָ נָפֹשׁוּ עַמְּךָ עַל־הֶהָרִים וְאֵין
19 מְקַבֵּץ׃ אֵין־כֵּהָה לְשִׁבְרֶךָ נַחְלָה מַכָּתֶךָ כֹּל
שֹׁמְעֵי שִׁמְעֲךָ תָּקְעוּ כַף עָלֶיךָ כִּי עַל־מִי לֹא־עָבְרָה
רָעָתְךָ תָּמִיד׃

המשא

mum rei alibi melius gerendæ occasio & spes adfulgebit, vnanimi consensu te ita derelinquent, vt ne minimum quidem illorum supersit vestigium. *Bocharti* Hieroz. II. 458.

p) *fugient, discedunt.* S. *auolat* quæuis. v. 7. Es. 16, 2 Hos. 7, 13. *q*) *nec agnoscitur locus.* M. I. *cuiusque earum.* cf. Ps. 103, 16. *r*) *vbi fuerint* Es. 19, 11. *Hieronymus*: Natura enim hæc locustarum est, vt in frigore torpentes, per calorem volitent. Facile autem subintelligitur apodosis: Sic illi mercenarii tui milites & duces, ac mercatores, omnes in periculo tuo aufugient. q. d. Tu quidem es vrbs populosissima, & incolæ tui tibi videntur esse *locustis* numero pares; & *in mœnibus* tuis multi mercatores & principes asylum quærunt, quomodo locustæ in sepibus, quum frigent. Sed non est, quod confidas tam numerosæ multitudini, aut horum mercatorum opibus, vel principum & ducum tuorum viribus intumescas. Quippe, vt orto sole locustæ auolant, & sepem eam deserunt, quæ in tempore frigoris pro suffugio illis fuerat: sic populi, mercatores, principes, qui, cum res tulit, ad mœnia tua confugerant, quam primum

℣. 18. *s*) *Dormitarunt pastores tui*; i. e. *negligenter se gesserunt* Ps. 76, 6. (& secus, quam Ps. 121, 4. Es. 5, 27. dicitur) *præfecti & duces tui*, Rex Assyriæ. cf. 2 Sam. 5, 2. c. 7, 7. Ier. 22, 22. *t*) *cubabunt*, *quiescunt* per somnum Es. 26, 19. Ps. 16, 9. Sic Radix Arabica *quietem nocturnam* significat in Corano Sura 28, 73. & Sura 40, 63. Tig. *iacent*. Syr. *desident*. Abarb. *manebunt* in loco suo Ps. 55, 7. nec amplius prædatum exibunt; coll. supra c. 2, 11. 13. S. *habitarunt secure*. At M. I. significat *quietem mortui*, coll. Ps. 7, 6. Ps. 94, 17. Vulg. *sepelientur* &c. *u*) Vulg. *principes*, Tig. *heroes*, S. *magnifici tui*. c. 2, 6. *x*) hinc velut grex sine pastore *diffusi*, Ion. & S. *dispersi sunt*. (4) Hab. 1, 8. Vt Iona, ita significatione conuenit cum נפוצו 2 Reg. 25, 5. &c. cf. etiam *Schultenium* in Animaduersionibus ad V. T. p. 508. seqq. *y*) Grotius: *gregarios milites* intellige. *z*) cf. 1 Reg. 22, 17. *a*) *& nemo est, qui* dispersos in agmen *recolligat*. cf. Es. 13, 14. Ier. 49, 5. *Hieronymus*: Cunctis principibus interfectis, qui resistere poterant aduersariis, reliquus populus tuus imbellis & ignobilis dispersus est in montibus, & nemo de ducibus inueniri potest, qui congreget eos, & de collectis rursum cogat exercitum.

℣. 19. *b*) LXX. & Ar. *Non est medela*. S *cicatrix*. al *contractio*. Grot. *ligamen*. Cocc. Lex. 361. *mitigatio*, ad verbum *hebetatio*, vt minus acris sit ac vehemens. cf. Leu. 13, 6. 21. Es. 42, 3. &c. Quia tamen hoc nomen etiam de *spiritu hebete*, h. e. de *animo perculso ac tristi* ponitur Es. 61, 3. vt rad. Ar. est *imbecillis*, *pusillanimis* ac *meticulosus fuit*, & Chald. *doluit*, *dolore adfectus fuit*; hinc Ion. & Syr. habent: *Non est, cui doleat ob fractionem tuam*; quia omnes gaudent de ruina tua, vt addit Abarb. Dicitur vero hoc *ad Regem Niniues*, vt patet ex *suffixo masculino*. M. I. *c*) *fracturæ tuæ*. cf. Ez. 32, 9. Thren. 2, 13. *d*) *ægerrima*, Vulg. *pessima*, S. *desperata est plaga tua*. Es. 17, 11. Ier. 10, 19. c. 30, 12. ό. ἐφλέγμανεν. *Grotius*: *inflammata* vulnera solent exitium adferre. q. d. Cum Ninus sit dedita, milites dispersi, duces torpidi, nonne vides periisse res tuas sine remedio? *e*) *quicunque audierint famam cladis tuæ*. Es. 23, 5. *f*) *plaudent manibus super te*; nimirum *ex gaudio*, vt add. Ion. & M. I. coll. Ps. 47, 2. 2 Reg. 11, 12. Es. 55, 12. *Hieronymus*: Omnes, qui Niniuen subrutam, & Assyrium regnum superatum audierint, & potentissimam vrbem: vel stupebunt propter rei magnitudinem & insperatum nuncium, & *comprimens manus suas*; vel certe præ magnitudine gaudii, insultantes tibi, *adplaudent manibus*, & quodam gaudii strepitu concrepabunt. *g*) *nam super quem?* Iob. 25, 3. *h*) *non transiit*, *peruasit*. c. 2, 1. *i*) *malitia tua*. 1 Reg. 2, 44. Es. 47, 10. &c. *Grotius*: Ad quem non peruenerunt *iniuriæ tuæ*? Cui non molestus fuisti? *k*) *semper*. omni tempore. cf. Es. 52, 5. c. 65, 3. Hab. 1, 17. Hinc vicissim nunc omnes tibi inimici facti sunt, & gaudent de interitu tuo. Sensus idem, qui supra v. 7.

℣. 18. נפשו *Schin cum Dag.* 1. 5. sec. *Mas.* 1. & *Erff.*

LIBER

HABAKVK,

Hebr.

חבקוק

ARgumentum huius vaticinii maxime *congruit tempori Manassis, vel* potius *Iosiæ* (vid. c. 1, 5.) *& sequentium impiorum Regum*. *Deplorat* enim I. ius & fas inter Iudæos euersum (quod, vt *Grotius* notat, nunquam magis, quam sub Manasse euenit. vid. 2 Reg. 21, 16.) ideoque *aduentum Christi* enixe *exoptat* c. 1, 2--4. II. Ad istas querelas Deus *Iudaeorum exidium* per Chaldæos seuere prædicit c. 1, 5--11. Sed III. Propheta *precibus instat*, & dubia mouet, quomodo rigidum illud iudicium, per sceleratos hostes exsequendum, cum Dei sapientia, sanctitate & iustitia &c. consistere possit? v. 12--17. Attamen IV. ad *spem & silentium* se recipit, diuinumque responsum ad dubia sua exspectat c. 2, 1. Quod V. non solum sequitur c. 2, 2. 3. & *aduentum Christi pollicetur*, & *ad fidem* non dubiam, sed constantem *adhortatur* v. 4. verum etiam VI. *aduersus Ecclesiæ hostes* vaticinatur v. 5--20. Quæ omnia tandem VII. Propheta insigni *carmine* repetit, precibusque Deo commendat c. 3, 1. seqq. Ceterum *stilus* huius vaticinii, in secundo præsertim & tertio capite, concisus & difficilis admodum est, vt quisque peritus lector facile animaduertet.

א הַמַּשָּׂא אֲשֶׁר חָזָה חֲבַקּוּק הַנָּבִיא׃ עַד־אָנָה
2 יְהוָה שִׁוַּעְתִּי וְלֹא תִשְׁמָע אֶזְעַק אֵלֶיךָ
3 חָמָס וְלֹא תוֹשִׁיעַ׃ לָמָּה תַרְאֵנִי אָוֶן וְעָמָל תַּבִּיט וְשֹׁד
4 וְחָמָס לְנֶגְדִּי וַיְהִי רִיב וּמָדוֹן יִשָּׂא׃ עַל־כֵּן תָּפוּג תּוֹרָה
וְלֹא־יֵצֵא לָנֶצַח מִשְׁפָּט כִּי רָשָׁע מַכְתִּיר אֶת־הַצַּדִּיק עַל־
5 כֵּן יֵצֵא מִשְׁפָּט מְעֻקָּל׃ רְאוּ בַגּוֹיִם וְהַבִּיטוּ וְהִתַּמְּהוּ
6 תְּמָהוּ כִּי־פֹעַל פֹּעֵל בִּימֵיכֶם לֹא תַאֲמִינוּ כִּי יְסֻפָּר׃ כִּי־
הִנְנִי מֵקִים אֶת־הַכַּשְׂדִּים הַגּוֹי הַמַּר וְהַנִּמְהָר הַהוֹלֵךְ
7 לְמֶרְחֲבֵי־אֶרֶץ לָרֶשֶׁת מִשְׁכָּנוֹת לֹּא־לוֹ׃ אָיֹם וְנוֹרָא
8 הוּא מִמֶּנּוּ מִשְׁפָּטוֹ וּשְׂאֵתוֹ יֵצֵא׃ וְקַלּוּ מִנְּמֵרִים סוּסָיו

וחדו

Cap. I ℣. 1. *a*) Vulg. *Onus*. Tig. *Grauis prophetia*. Ion. *onus prophetiæ*, tum contra *Iudæos*, tum contra *Chaldæos*. cf. Ef. 13, 1. c. 14, 28. At S. simpliciter *Prophetia*, vt Nah. 1, 1. M. I. ita vocatur prophetia, quia ore hominis *profertur*. Alii cum LXX. *prolatio* seu *propositio* verbi diuini: nam de *doctrina* aut *promisfione* etiam dicitur. vid. Prou. 31, 1. Zach. 12, 1. Thren. 2, 14. & verbum Num. 23, 18. c. 24, 3. Ef. 14, 4. Iob. 27, 1. *b*) cf. Num. 12, 6. Ef. 2, 1. *c*) *Habakkuk*: quod nomen *amplexum* f. *amplexationem* filii dicit, coll. 2 Reg. 4, 16. (ex quo loco, nostrum fuisse filium illius Sunamitidis, inepte veteres Rabbini colligunt. apud *Abarb*. fol. 270. col. 3. vid. etiam *Auendana* ad h. l.) prout ipse noster Propheta tenerrimum erga pios adfectum expresfit. vid. Præfat. *Lutheri* §. vlt. De *genere*, *patria* & *ætate* eius nihil in Scripturis memoriæ proditum est. *Vixisse* tamen eum *instante Babylonica captiuitate*, regnante apud Iudæos *Manasse*, vel potius *Iosia*, (vt recte censent *Calouius* h. l. *Vitringa* in typo Proph. doctr. p. 38. aliique) ex eo recte colligitur, quod Chaldæos aduersus populum Iudaicum *illo ipso tempore* excitatum iri testatur v. 5. seqq. Conf. itaque coæuum *Zephaniæ* nec non *Ieremiæ* vaticinium, & not. 2 Reg. 21, 10. *d*) *Propheta* & interpretis mysteriorum Dei. Num. 12, 6. 1 Sam. 9, 9. cf. de Ieremia Ier. 1, 5. c. 26, 2. c. 25, 2. &c. & de Esaia Ef. 37, 2. c. 38, 1. c. 39, 3. cuius noster vestigia premit, dum Iudæis excidium per Chaldæos nunciat, quod ille iam ante Hiskiæ prædixerat. 2 Reg. 20, 17. 18. Ef. 39, 6. 7. Habet vero hoc caput *quatuor partes*: I. *Titulum* f. inscriptionem libri v. 1. II. *Querelam* de impietate Iudæorum v. 2-4. III. *Prædictionem* proxime futuri *aduentus Chaldæorum* ad euertendos Iudæos v. 5--11. & IV. *Dubia* f. *preces* Prophetæ *contra impium* hostem v. 12--17.

ẏ. 5. a) Vobiscum sum, inquit *Deus Pater* v. 4. *cum Verbo illo* hypostatico Pf. 33, 6. *Cocc.* Lex. 150. Notatur is, inquit, de quo Deus loquitur, & per quem loquitur, & qui, exhibitus hominibus, rebus ipsis loquitur, quis sit Deus. 1 Ioh. 1, 1. dicitur ὁ λόγος τῆς ζωῆς, quia totus *sermo vitæ* est de ipso & ab ipso. Quæ latius deducta vide apud eundem in Comment. & apud *Calouium* ad h. l. qui & locum hunc a peruersionibus Iudæorum luculenter vindicarunt. b) S. *quod*, vel *de quo*, vt 2 Sam. 11, 22. Coh. 12, 1. c) *pepigi vobiscum*. Coccejus: *quod promisi vobis*, coll. Ex. 34, 10. 1 Sam. 12, 8. 2 Par. 7, 18. Ef. 59, 21. & Ex. 23, 20. 21. adde clarissimum promissum Deut. 18, 15. seqq. & Mal. 3, 1. d) *cum exiretis ex Aegypto*. cf. e. c. Ex. 6, 4. c. 19, 5. 6. c. 20, 19. Deut. 5, 3. Pf. 50, 5. &c. e) *& Spiritus meus*; vel: *& cum Spiritu meo* Zach. 4, 6. tertia diuinitatis persona Ef. 48, 16. Pf. 33, 6. Vnde clarum est, esse hoc *magnum de tribus testibus testimonium*, vt *Coccejus* scribit. cf. 1 Ioh. 5, 7. f) *stans* & *permanens* erit; vel: cum Spiritu meo *permanente inter vos*. Pf. 19, 10. Ef. 66, 22. cf. Ef. 59, 21. g) *ne* itaque *timeatis*, nec de felici successu dubitetis. cf. Ef. 43, 2. Zach. 8, 13. Esr. 5, 3. & supra c. 1, 12. Sensus huius promissionis sec. *Coccejum* est: Ego *Pater* vobiscum sum, qui vos olim abdicaui tanquam non populum meum, & ero circa vos murus igneus: Meeum *Filius* est, Sponsor & Aduocatus vester; Angelus fœderis est vobiscum, neque recedet a domo sua, antequam se victimam obtulerit: *Spi-*

ẏ. 6. b) *Nam*, vt aliam rationem adiiciam, & superiora confirmem. vid. not. v. 2. i) vid. c. 1, 2. k) *adhuc vna*, sc. פעם *vice*, vt Ex. 30, 10. 2 Reg. 6, 10. Pf. 62, 12. vel, vt Paulus Hebr. 12, 26. 27. & ὁ. ἔτι ἅπαξ, *adhuc semel*, sicut olim, quando Lex de monte Sinai cum horrendis tonitrubus & fulguribus promulgata, & tota veluti natura concussa fuit. Ex. 19, 16. seqq. Iud. 5, 4. seqq. l) Parenthesis: *idque breui*, s. *exiguo tempore*. Ex. 17, 4. Ef. 10, 25. spatio nimirum 500. circiter annorum, a structo hoc Templo secundo, ad N. T. initium. quod *exiguum* dicitur *comparate*, siue in respectu temporis elapsi; vel inde a promulgata lege, vt diximus; vel sec. alios, a promulgatione Proteuangelii, ex quo tempore expectatus fuerat Messias. Id quod etiam aduersus falsam Iudæorum hypothesin obseruandum hic est, qui Messiam non post exilii Babylonici tempus, & inde restitutam vrbem atque rempublicam, (vt Prophetæ faciunt Ier. 3, 14. 15. 16. &c.) stante etiam Templo secundo Mal. 3, 1. sed post nouam reipublicæ suæ euersionem, & aliud longe grauius ac diuturnius exilium, quale est, in quo nunc versantur, adpariturum esse autumant. Futilis certe & contorta admodum est *Abarbanelis* glossa ad h. l. quasi dixisset Deus: *præter* domum illam priorem, quam senes viderunt v. 3. *adhuc vna* secunda sc. domus exstruetur, licet *parua illa sit* ad priorem comparata; insuper etiam vastanda iterum: *quia commouebo cælum & terram*, vt Romani per mare & per terram veniant, eamque destruant. *Attamen* longissimo abhinc tempore *commouebo etiam omnes gentes*, vt veniant in terram sanctam, ibique vindictam de illis sumam: *& tunc implebo non hoc secundum*, sed *tertium templum*, tunc exstruendum, *gloria mea* &c. v. 7. Conf. *Vitringa* doctr. proph. p. 140. seq. m) *& Ego* omnipotens Deus v. 4. n) potenter *commoturus sum* v. 7. 21. cælum & terram, & talem rerum mutationem inter Iudæos & gentes inducam, vt nouum cælum & noua terra producatur Ef. 65, 17. c. 66, 22. τὸ δὲ ἔτι ἅπαξ δηλοῖ τῶν σαλευομένων τὴν μετάθεσιν, ὡς πεποιημένων, ἵνα μείνῃ τὰ μὴ σαλευόμενα. inquit Apostolus Hebr. 12, 27. cf. etiam 2 Cor. 3, 11. Indicat enim Propheta, interprete Apostolo, institutionem nouæ œconomiæ, abolita vetere. o) *ipsum* etiam *cælum*: de cuius motione in historia promulgatæ Legis nulla sit mentio, vt innuitur Hebr. 12, 26. coll. Ex. 19, 18. Pf. 68, 9. Concussio videlicet partis cuiusdam terræ, vbi tunc Israelitæ commorabantur, abrogationem idololatriæ particularem, & specialem cultus diuini institutionem in isto populo innuebat, reliquis gentibus adhuc genio suo permissis. Act. 14, 16. Locutio autem *de concussione non terræ tantum, maris atque aridi, sed ipsius etiam cæli*, adeoque totius huius vniuersi, vniuersalem pristinæ Θεοδουλείας abrogationem apud omnes gentes designat, & quidem per Euangelium, altero adhuc Templo stante promulgandum. *Hæc prophetia*, inquit *Augustinus* de C. D. l. 18. c. 35. *partim iam completa cernitur; partim speratur in fine complenda. Mouit enim cælum angelorum & siderum testimonio, quando incarnatus est Christus. Mouit terram ingenti miraculo, de ipso virginis partu. Mouit mare & aridam, quum & in insulis & in orbe toto Christus adnunciatur. Ita moueri omnes gentes videmus ad fidem.* Videatur etiam pluribus *Calov.* ad h. l. p) Metonymice *de incolis terræ* ex v. 7. intelligimus; quamuis etiam *terra ipsa* vehementer commota sit tempore Christi morientis Matth. 27, 51. quod præfert *Gussetius* p. 943. seq. q) *& mare*, s. insulas maris, earumque incolas. vid. Ef. 49, 1. 6. 2. c. 24, 15. c. 42, 4. 10. 12. c. 66, 19. totamque rerum sublunarium vniuersitatem. Apoc. 10, 2. r) *& aridam* s. continentem. Gen. 7, 22. Ex. 14, 21. ẏ. 7. s) *Commouebo enim* voce Euangelii v. 6. ad pœnitentiam & fidem. cf. Act. 17, 6. 30. c. 21, 28. t) *omnes gentes* Ef. 66, 19. Rom. 10, 18. u) *& venient* (Hab. 2, 3. Zach. 2, 14. Mal. 3, 1.) *desiderium* & deliciæ 1 Sam. 9, 20. 2 Par. 21, 20. *omnium gentium*. Vulg. *& veniet desideratus cunctis gentibus*. *Messias* scil. quem omnes gentes (Ef. 2, 2. c. 52, 10. c. 61, 11. Pf. 22, 28. Pf. 72, 17. Pf. 67, 4. Pf. 117, 1. &c.) tq. vnum & verum *totius generis humani delicium* Cant. 5, 16. desiderare & expectare debebant. vid. Gen. 49, 10. Ef. 42, 4. c. 51, 5. Luc. 2, 10. 32. &c. *Constructio* ita fit *ad sensum*, vt Ex. 15, 4. Ef. 25, 3. Iob. 29, 10. c. 32, 7. Atque recte hunc locum *de diebus Messiæ, eiusque aduentu* exposuit *R. Akiba* in Tract. Sanhedrin c. 11. fol. 97. b. licet eam explicationem, velut absurdam (ex falsissimo principio suo, quod Messias nondum venerit) reiiciat *Raschi* in glossa ad illum locum. Merito itaque locum hunc de Christo intelligunt Christiani interpretes, ipse etiam *Grotius*; vti illud fuse ostendit *Calouius* h. l. Constructionem tn. alii resoluunt h. m. *& venient*, s. *vt veniant* ad *desiderium* omnium gentium, np. ad *Christum*, vt diximus. Nam *venire* etiam absolute *cum accusatiuo*, s. termino ad quem, construitur, sine interueniente præpositione. v. c. Num. 21, 27. 1 Sam. 13, 28. Ier. 32, 24. Pf. 35, 8. Pf. 36, 12. Pf. 119, 41. 77. &c. Ita *Cocc.* Lex. 85. *accedent*, inquit, *ad eum*, qui gentibus dabitur, vt eum ament; qui benedictionem adferet gentibus, & amabitur ab eis. Alii *de conuersione gentium ad Messiam*, tq. effectu inter illas factæ commotionis; q. d. *& ita*, voce Euangelii excitatæ, *accurrent desideratissimi*, i. e. optimi atque electi *omnium gentium*, qui in ordinem salutis sese redigi patientur. coll. Ef. 2, 2. 3. c. 11, 10. c. 49, 18. 22. c. 66, 20. Matth. 2, 1. &c. & simili constructione 2 Reg. 19, 23. &c. Sic S. *electio omnium gentium*. ὁ. τὰ ἐκλεκτὰ πάντων τῶν ἐθνῶν. x) *& tunc replebo*. alludit ad Ex. 40, 34. 35. 1 Reg. 8, 10. 11. cf. Ez. 43, 5. c. 44, 4. y) *hanc ipsam domum*, quam non sine tristitia ad priorem haud comparandam esse putatis. vid. not. v. 2. 3. z) non auro & argento, quibus non indigeo v. 8. sed *gloria* vnigeniti filii mei, stante hoc templo in carne compariturі, & in illo miracula edituri Matth. 21, 12. 13. 14. *Grotius*: Messiam adpariturum in templo secundo, credidere Iudæi omnes, qui ante excidium vixere. Ex eo tempore comminiscuntur interpretationes nouas, violentas, varias, ad hæc loca clarissima, δίκης χάριν σοφὰ φάρμακα. &c. Conf. v. 3. 9.

ẏ. 6. וַאֲנִי מַרְעִישׁ אֶת. הַשָּׁמַיִם ita 3. & sic seq.

8 צְבָאוֹת׃ לִי הַכֶּסֶף וְלִי הַזָּהָב נְאֻם יְהוָה צְבָאוֹת׃ גָּדוֹל
9 יִהְיֶה כְּבוֹד הַבַּיִת הַזֶּה הָאַחֲרוֹן מִן־הָרִאשׁוֹן אָמַר יְהוָה
צְבָאוֹת וּבַמָּקוֹם הַזֶּה אֶתֵּן שָׁלוֹם נְאֻם יְהוָה צְבָאוֹת׃
י בְּעֶשְׂרִים וְאַרְבָּעָה לַתְּשִׁיעִי בִּשְׁנַת שְׁתַּיִם
11 לְדָרְיָוֶשׁ הָיָה דְּבַר־יְהוָה בְּיַד־חַגַּי הַנָּבִיא לֵאמֹר׃ כֹּה
אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת שְׁאַל־נָא אֶת־הַכֹּהֲנִים תּוֹרָה לֵאמֹר׃
12 הֵן ׀ יִשָּׂא־אִישׁ בְּשַׂר־קֹדֶשׁ בִּכְנַף בִּגְדוֹ וְנָגַע בִּכְנָפוֹ אֶל־
הַלֶּחֶם וְאֶל־הַנָּזִיד וְאֶל־הַיַּיִן וְאֶל־שֶׁמֶן וְאֶל־כָּל־מַאֲכָל
13 הֲיִקְדָּשׁ וַיַּעֲנוּ הַכֹּהֲנִים וַיֹּאמְרוּ לֹא׃ וַיֹּאמֶר חַגַּי אִם־יִגַּע
טְמֵא־נֶפֶשׁ בְּכָל־אֵלֶּה הֲיִטְמָא וַיַּעֲנוּ הַכֹּהֲנִים וַיֹּאמְרוּ
14 יִטְמָא׃ וַיַּעַן חַגַּי וַיֹּאמֶר כֵּן הָעָם־הַזֶּה וְכֵן־הַגּוֹי הַזֶּה לְפָנַי

℣. 8. a) *Meum est omne argentum, & meum est omne aurum.* Nolite ergo cogitare, ac si auri argentiue copia domum hanc mihi redditura esset gratiorem. Alio vero, & multo quidem pretiosiore, ornatu eam condecorabo, ita vt nihilominus maior eius futura sit gloria, quam Templi Salomonei, auro vndique resplendescentis v. 9. Simile loquendi genus est Ps. 50, 9-12. b) v. 4. 14. c. 1, 9. 13.

℣. 9. c) *Maior erit gloria Domus huius posterioris, quam prioris*: licet multa externa ornamenta, quæ prius Templum insigniebant, in hoc desiderentur. vid. not. v. 3. 7. c. 1, 8. Docuit itaque Deus, huius secundi Templi non aliud priuilegium fuisse, quam quod *Christus illud sua præsentia, doctrina & miraculis illustre reddidit. Alioquin enim secundum templum ad prioris gloriam nulla ex parte accesserit, neque vere dixerit Haggæus, maiorem fore eius gloriam.* Ad quod argumentum Iudæi non habent, quod cum specie quadam regerant. Quidquid enim vel de splendidiore eius instauratione ab *Herode* demum facta, vel de longiore eius duratione, vel de oblatis in eo exterorum Regum victimis, vel tandem etiam de tertio aliquo templo, illi comminiscuntur, nullius momenti est, & malæ tantum caussæ indicium. Enimuero Messias est, qui vt Dominus ad illud Templum suum venit Mal. 3, 1. & defectus posterioris domus præsentia sua, doctrina & miraculis Matth. 21, 14. 15. abunde suppleuit, eamque infinitis modis priori fecit illustriorem. Ille enim *ignem de cælo*, non materialem (vid. not. c. 1, 8.) sed ipsum Spiritum S. attulit, quo suos baptizat Matth. 3, 11. Act. 2, 3. Ille ipse *Arca fœderis* est, in cuius medio i. corde *lex Dei* Ps. 40, 9. omnesque thesauri sapientiæ & cognitionis reconditi Col. 2, 3. Ille nobis *propitiatorium* est in suo ipsius sanguine Rom. 3, 24. 25. quod Angeli mirantur & *Cherubini* 1 Pet. 1, 12. coll. Ex. 25, 20. Ille habet *Vrim & Thummim*, vnde lux & veritas petenda Ioh. 1, 4. 16. 17. Ille *Schechina* est, habitans inter nos, suique corporis templum implens plenitudine diuina Ioh. 1, 14. Col. 2, 9. Ille ipse *vnctus* est *oleo lætitiæ* Ps. 45, 8. Hebr. 1, 9. Ioh. 3, 34. a quo, seu capite, vnctio spiritualis in nos quoque deriuatur Ioh. 1, 16. 1 Ioh. 2, 20. 27. &c. Ille est *Rex gloriæ* Ps. 24, 7. 8. & *Dominus gloriæ* 1 Cor. 2, 8. Salomone eiusque templo vmbratico maior Matth. 12, 42. cuius gloriam videre gestierunt Reges & Prophetæ plurimi Luc. 10, 24. in quo solo gloriari potest, qui eum fide possidet Ier. 9, 23. 1 Cor. 1, 31. c. 2, 8. Ioh. 1, 12. 14. Eumque in finem Deus templum secundum exstrui voluit, vt esset receptaculum Messiæ venturi in templum suum, vt diximus, coll. Mal. 3, 1. *Cultus Leuiticus* interea institutus Hebr. 9, 10. *pædagogus* ad ipsum esse debuit Gal. 3, 24. En itaque abundantissimum huius vaticinii in Christi aduentu complementum! d) *huius posterioris*, de qua v. 3. & 7. Falsissimum enim *Abarbanelis* commentum est fol. 177. a. ac si אחרון & ראשון non vsurparentur, nisi cum de pluribus, saltim tribus, sermo fit; vt scil. *tertium* suum *templum* adstrueret. Vide namque Ex. 4, 8. Deut. 24, 1-4. Es. 44, 6. Ier. 50, 17. Ruth. 3, 10. Verum, vt ipse fatetur, & *Abendana* in Spicil. ad M. I. veteres Hebræi vnanimi sententia de *secundo templo* hunc locum intellexerunt. Ita in *Rabboth* super Canticum Cant. fol. 17. b. vbi etiam Commentarius *Matteneth Kehunnah* diserte dicit: *Versiculus hic dictus est de templo secundo.* e) v. 6. 7. Ps. 4?, 17. Nah. 1, 12. f) S. *num in loco hoc* sc. Hierosolymæ. Es. 2, 3. g) *dabo pacem* diuinam & benedictionem Num. 6, 26. Eph. 1, 3. sqq. Luc. 2, 14. Rom. 5, 1. c. 8, 6. c. 14, 17. Phil. 4, 7. a Christo, Principe pacis, parandam. Es. 9, 5. c. 26, 3. 12. c. 53, 5. Ioh. 14, 27. Eph. 2, 14. Col. 1, 20. & gentibus quoque promulgandam Zach. 9, 10. In *Messiam* igitur dirigi animos vnice voluit Deus, ac breuibus perspicuisque verbis diuinam eius gloriam Iudæis dexit. Sane vix quadrabit, nisi *de pace per Christum donanda* accipias. Alias enim Iudæa, stante hoc templo secundo, modo a Lagidis Aegypti, modo a Seleucidis Syriæ misere lacerata ac diuexata fuit. Vide quæ ipse vrget *Abarbanel* fol. 177. b. sed male huius promissionis implementum ad tertium, quod sibi effinxit, templum reiiciens. h) v. 4. 8. i) c. 1, 2.

℣. 10. k) *In vigesimo & quarto* die mensis *noni* v. 18. quando Iudæi post congestas materias c. 1, 8. 14. manus operi denuo admouerunt, aut notabilem in eo progressum fecerant, coll. infra v. 18. seqq. l) v. 1. c. 1, 1. 15. m) Estque hoc *tertium* Haggæi *vaticinium*. coll. v. 1. 20. c. 1, 1. n) vid. c. 1, 1. o) Quia nouerat omniscium Numen, nimium hærere Iudæos in cultu externo & ceremoniis legalibus, inque sacrificiis hactenus oblatis acquiescere &c. *Maius* Oecon. V. T. p. 1077.

℣. 11. p) vid. c. 1, 1. q) *interroga* 1 Sam. 25, 8. Iob. 8, 8. r) *Grotius*: Nam illorum erat de ceremoniis respondere, qui eas optime nouerant; (saltim nosse debebant) Leu. 10, 10. 11. Ez. 44, 23. Mal. 2, 7. s) *legem* s. *de lege*: i. e. propone eis quæstionem s. casum legis, eiusque resolutionem secundum legem fideliter factam, posce. s. Mal. 2, 7.

℣. 12. t) *Ecce si* Ier. 3, 1. u) *portet quis* Deut. 1, 31. x) *carnem sanctam*, de victimis Deo consecratis. Ier. 11, 15. y) *in ala* vel *lacinia vestis suæ* 1 Sam. 15, 27. z) *& attingat* illa *ala sua panem* communem, qui Deo non est consecratus. a) *aut pulmentum* Gen. 25, 29. b) *aut vllum* alium *cibum* profanum. c) *num* ideo ille cibus profanus, oleum, vinum, pulmentum aut panis *sanctificabitur* vel *sanctus erit?* Num. 17, 3. d) *& dixerunt*, *non* sanctificatur. Nam licet ipsa vestis ob contactam sanctæ carnis sanctificetur Leu. 6, 20. non tamen proinde, quod tali veste attingitur, sanctum fit. Perplexas quæstiones e Talmudicorum ingenio hic mouent Iudæi Interpretes, ab ipso Abarbanele merito reiectas.

℣. 13. e) *Porro itaque dixit Haggæus.* f) Syr. *is, cuius immunda est anima.* qui sc. corpus ab anima derelictum contrectauit, *mortuo homine pollutus*. Vid. Leu. 21, 1. c. 22, 4. g) *vllum* s. *quidquam istarum rerum*, sc. panem, vinum &c. v. 12. h) *num polluetur* sc. cibus aut potus? i) & responderunt ac dixerunt: *contaminabitur.* ex lege Num. 19, 22. Multo enim facilius corrumpitur, quod bonum est, quam emendatur, quod malum. ἀ. μιανθήσεται. cf. Tit. 1, 15.

℣. 14. k) *ita* quoque se habet, vel *habuit* hucusque, *populus hic.* Immundi fuerunt ipsi, & immunda omnia fecerunt. Tit. 1, 15. Est hæc propositi casus ad præsentem scopum applicatio. Scilicet *Altare holocaustorum* iam ante Templum instaurauerant Iudæi, ac super eo Cyri & Cambysis tempore victimas suas obtulerant Ezr. 3, 2. 3. Templi vero anno secundo Cyri inceptam structuram, ab aduersariis territi, neglexerant Ezr. 3, 8. seqq. c. 4, 1-24. animo εἰς τὰ ἴδια intenti Hagg. 1, 4. atque in victimis suis temere acquiescentes. *Confutat ergo errorem de sacrificiis ex opere operato oblatis*, docetque, ingrato animo, sine vera pœnitentia & sine fide in Christum, contaminari ab offerentibus omnia; tantum abest, vt offerentes sanctos & Deo probatos illa efficiant. cf. Es. 1, 11. seqq. Am. 5, 21. seqq. l) *& sic gens ista. Populus* a politia, *gens* a natione dicuntur Iudæi. m) *in conspectu* & iudicio *meo* fuit Gen. 7, 1. Ier. 2, 16. etiam quando *coram me* sacrificiis vel precibus suis comparuerunt. Ier. 7, 10. c. 15, 1.

℣. 8. pro נאם hab אמר 1. sic fu. 5. & sic in marg. 6. 9. 11. 12. 13. 15. 16. 19. 21. & Ber. Pro ביד hab. אל 1. 3. 5. 6. 9. 22. sic fu. 2. ℣. 10. לדריוש sine Meth. 7. 8. ℣. 13. חגי per Rbbia 1. 2. 3. 15.

נְאֻם־יְהוָה וְכֵן כָּל־מַעֲשֵׂה יְדֵיהֶם וַאֲשֶׁר יַקְרִיבוּ שָׁם
טָמֵא הוּא׃ וְעַתָּה שִׂימוּ־נָא לְבַבְכֶם מִן־הַיּוֹם הַזֶּה טּ
וָמָעְלָה מִטֶּרֶם שׂוּם־אֶבֶן אֶל־אֶבֶן בְּהֵיכַל יְהוָה׃
16 מִהְיוֹתָם בָּא אֶל־עֲרֵמַת עֶשְׂרִים וְהָיְתָה עֲשָׂרָה בָּא אֶל־
17 הַיֶּקֶב לַחְשֹׂף חֲמִשִּׁים פּוּרָה וְהָיְתָה עֶשְׂרִים׃ הִכֵּיתִי
אֶתְכֶם בַּשִּׁדָּפוֹן וּבַיֵּרָקוֹן וּבַבָּרָד אֵת כָּל־מַעֲשֵׂי יְדֵיכֶם
18 וְאֵין־אֶתְכֶם אֵלַי נְאֻם־יְהוָה׃ שִׂימוּ־נָא לְבַבְכֶם מִן־הַיּוֹם
הַזֶּה וָמָעְלָה מִיּוֹם עֶשְׂרִים וְאַרְבָּעָה לַתְּשִׁיעִי לְמִן־הַיּוֹם
19 אֲשֶׁר־יֻסַּד הֵיכַל־יְהוָה שִׂימוּ לְבַבְכֶם׃ הַעוֹד הַזֶּרַע
בַּמְּגוּרָה וְעַד־הַגֶּפֶן וְהַתְּאֵנָה וְהָרִמּוֹן וְעֵץ הַזַּיִת לֹא נָשָׂא
כ מִן־הַיּוֹם הַזֶּה אֲבָרֵךְ׃ וַיְהִי דְבַר־יְהוָה שֵׁנִית אֶל־
21 חַגַּי בְּעֶשְׂרִים וְאַרְבָּעָה לַחֹדֶשׁ לֵאמֹר׃ אֱמֹר אֶל־זְרֻבָּבֶל
פַּחַת־יְהוּדָה לֵאמֹר אֲנִי מַרְעִישׁ אֶת־הַשָּׁמַיִם וְאֶת־
הָאָרֶץ

n) v. 4. 8. 17. o) *&* *sic* immundum coram me fuit, & maledictioni obnoxium. c. 1, 10. 11. p) *omne opus manuum eorum.* v. c. agricultura & similia. cf. v. 14. c. 1, 6. Deut. 1, 7. Iob. 1, 10. q) *vnde, quidquid* impuro animo ad sacrificia & cultum meum *adducunt & adduxerunt.* Leu. 21, 18. r) *ille* super altari offerendum. vid. Ezr. 3, 3. s) *illud contaminatum,* mihique neutiquam gratum & acceptum fuit. cf. ad phrasin Lev. 11, 4. 5. seqq. c. 13, 11. 15. Num. 19, 15. 20. &c. Immundis enim, quorum conscientia sanguine Christi non adspersa est Hebr. 10, 22. omnia sunt immunda. Tit. 1, 15.

℣. 15. t) *Quare.* vid. c. 1, 5. u) v. 18. c. 1, 5. 7. x) animo vobiscum reputantes, quid vobis euenerit, antequam huic operi fidas adhibuistis manus; *ab hoc die* 24. v. 10. y) *&* *retro* ad anteriora tempora v. 18. quibus per socordiam vestram ab opere cessastis. z) *a nondum ponere,* i. e. *antequam* (sicut nunc bene cœpistis v. 19.) *posuistis lapidem super lapide,* resumta ædificatione. a) v. 18.

℣. 16. b) Tig. *Quum ipsi venirent.* vel: *Quia fuerunt* quisque eorum *veniens.* Cocc. *Ex quo sic erant, vt accederet* quis. Al. *Ex quo facta sunt illa, & retro, si quis venit.* c) *ad aceruum frumenei* seu manipulorum Cant. 7, 3. 2 Par. 31, 6. seqq. d) qui debebat esse, saltem sperabatur fore, *viginti* scil. *modiorum,* vt supplet Vulg. e) *vix* dimidium inde excussit, & *decem modiorum* ille *fuit.* f) si quis *venit.* g) *ad lacum torcularis* Es. 5, 2. h) *ad exhauriendum* Es. 30, 14. Radia primo & proprie significat *nudauit, denudauit,* (vid. Es. 51, 10.) &c. eleganti autem translatione, *hausit, exhausit.* Qui enim vas aliquod *exhaurit,* illius fundum *denudat,* inquit *Reinbeck.* h. l. i) Schmid. *quinquaginta* mensuras (M. I. *bathos* ó. μετρητὰς. Ioh. 2, 6.) *e torculari.* Cocc. vinum *quinquaginta prælorum.* Proprie *Purah* vas est, in quo vuæ calcantur. (2) Es. 63, 3.

℣. 17 k) *Percussi vos.* s. sata vestra. Eadem verba Am. 4, 9. l) *vredine* (5) Deut. 28, 22. Vulg. *vento vrente.* conf. Gen. 41, 6. m) *&* *rubigine* (6) 1 Reg. 8, 37. n) *&* *grandine.* cf. Ps. 78, 47. Ps. 148, 8. o) vid. v. 14. & cf. c. 1, 6. 10. 11. p) *&* *nullus tamen.* 1 Sam. 14, 26. c. 16, 12. q) *vestrum,* quasi barbare diceres: *ipseitatis* vel *societatis vestra.* cf. not. Ez. 31, 4. c. 47, 17. Zach. 7, 7. r) *ad me* sc. *conuertit se.* vt plenius in hac eadem sententia dicitur Am. 4, 9. cf. Zach. 1, 3. Vulg. *&* *non fuit in vobis, qui reuerteretur ad me.* Abarbanel: *sensus est,* inquit, *nec tamen ad me vos conuertistis* sc. toto animo. s) v. 4. 8. 14. 13. ℣. 18. t) *Aduertite itaque animum vestrum.* Reassumitur ex v. 15. vt diligentissime, quod monet, obseruetur. u) *&* *superius* s. *retro,* h. e. ad antegressa tempora. Eodem modo hic sumimus, ac v. 15. Alias enim & subsequens tempus notat 1 Sam. 16, 13. &c. sicut Latinorum *olim.* Sic Vulg. h. l. *&* *in futurum.* Schmid. *&* *deinceps.* x) scil. *ab* hoc ipso *die vigesimo quarto.* de quo v. 10. y) mente regredientes *ad illud tempus,* quod effluxit *a die.* vult dicere: Considerate modo tempus elapsum inter hunc diem 24. & diem primæ fundationis templi. cf. similem vim particulæ למן Ex. 9, 18. Deut. 4, 32. 2 Sam. 7, 11. Ier. 7, 7. 25. z) *quo fundatum est templum.* Intelligit primam fundationem templi, factam anno Cyri secundo, quæ mox interrupta fuit vsque ad annum Regis Darii secundum. Ezr. 3, 10. 11. c. 4, 4. seqq. conf. Zach. 8, 9. ℣. 19. a) *Numquid adhuc semen* est vel fuit? i. e. nullum vel rarum valde superfuit. conf. Gen. 31, 14. Ruth. 1, 11. quum vix suffecerint horrea ad sementem & summam necessitatem: idque in pœnam neglecti cultus mei ac templi. b) *in granario.* Schmid. *in horreo.* (1) cf. Ioel 1, 17. c) *immo vitis.* q. d. *quin ad vitem vsque.* cf. Gen. 6, 7. d) *&* *ficus* Hab. 3, 17. e) *&* *malus punica.* Ioel 1, 12. Cant. 6, 11. f) *&* *arbor olea* Hab. 3, 17. g) *non tulit* fructus suos. Ez. 17, 8. Ioel 2, 22. h) *sed ab hoc ipso die* & tempore, quo Templi structuram serio adgressi estis. i) *benedicam* vobis magna harum omnium rerum vbertate. conf. Deut. 8, 8. Mal 3, 10. 11. Ps. 131, 15. ℣. 20. k) v. 1. c. 1, 1. 3. l) *secundum, altera vice* Gen. 22, 15. eodem die. vid. supra v. 10. in confirmationem & illustrationem eorum, quæ v. 6. & 7. iam dicta erant.

℣. 21. m) *Dic* speciatim *ad Zerubbabelem,* Ducem Iudæ v. 2. c. 1, 1. n) in solatium illius *dicendo.* *Calouius* p. 917. Non solum vt certo confidat, futurum, quod v. 6. 7. de gloria Templi secundi dictum erat, sed etiam sigillatim ob peculiarem illam rationem, quæ ad ipsius Zorobabelis personam, non ad reliquum populum pertinebat, quod illa commotione gloria ipsius Zorobabelis illustrior reddenda sit: siquidem ipse Dux fuerit e stirpe regia Dauidica, e qua proditurus erat Messias, gentium desiderium. *Eundem ergo Deus elegerat, vt ex semine eius nasceretur Messias,* quod ea repetitione innuitur. o) *ego commouebo.* sicut antea v. 6. 7. *de commotione tempore aduentus Christi prioris* locutus fuerat; ita nunc prædici putant quidam aliam commotionem, tempore *aduentus posterioris* s. iudicii expectandam. At *Calouius*: Non est alia, inquit, commotio cæli & terræ a Propheta hic designata, quam ea, quæ antea v. 6. prolixius exposita fuit. Non enim aliam atque aliam commotionem futuram, iam antea protestatus erat: *adhuc semel* &c. Ita laudante eodem Calouio p. 917. *Caluinus*: Propheta adfirmat hic, instare admirabile opus Dei, *quod cælum & terram concutiet.* Id ergo necessario *ad Christum* debet referri, quia fuit quasi noua mundi creatio, vbi collegit Christus, quæ dissipata erant in cælo & in terra, quemadmodum Apostolus dicit Col 1, 20. dum homines Deo & Angelis reconciliauit, dum victo diabolo restituit mortuis vitam, dum illuxit cum sua iustitia: tunc vere *Deus concussit cælum & terram, & adhuc hodie concutit* &c. *Cocceius*: Indigitat erectionem eius, quod inconcussum est, finem esse commotionis. Nam quæ concutiuntur, transferuntur, vt erigantur inconcussa. Hinc igitur Israelitæ animaduertere poterant, Templum hoc, quod ædificandum ipsis erat, non debere se numerare inter res permanentes (viderant enim illud iam semel concuti, & de principibus sæculi istius dictum erat: *vt alii Principes cadetis* Ps. 82, 7.) sed aliquid stabilius & vere æternum, regnum spirituale Dei, in Messia filio Dauidis expectare. p) conf. Es. 51, 6. c. 65, 17. c. 66, 22. Hebr. 12, 26. 27.

℣. 16. לַחְשֹׂף sic 1. 3. & Ed. 5. ℣. 20. יְהוָה sine Pkk 1. 2. 3. contra *Ind.* *Bas.* f. 60. col. 8. ℣. 21. בַּחֹדֶשׁ *Metheg Milra* 6. 9. in margine.

הארץ : והפכתי כסא ממלכות והשמדתי חזק 22
ממלכות הגוים והפכתי מרכבה ורכביה וירדו סוסים
ורכביהם איש בחרב אחיו : ביום ההוא נאם־יהוה 23
צבאות אקחך זרבבל בן־שאלתיאל עבדי נאם־יהוה
ושמתיך כחותם כי־בך בחרתי נאם יהוה צבאות :

בחדש Ii ii 4 עח ד

Coccejus: Interim, dum euertam thronos. Conf. not. Ex. 34, 26. c. 19, 21. & de tempore N. T. Ef. 4, 2. c. 11, 10. 21. &c. d) certissimum hoc est *dictum* s. *oraculum Domini*. v. 4.

℣. 22. q) *Euertamque* successiue, & tandem funditus. cf. Gen. 19, 25. Iud. 7, 13. 2 Reg. 21, 13. r) *solium* seu thronum omnium *regnorum* mundi, quæ formidatis. s) Schmid. & *perdam* s. destruam Am. 9, 8. Zach. 12, 9. t) *robur*. cf. Ex. 13, 3. 14. 16. u) vid. Dan. 2, 44. 45. Pf. 2, 8. 9. x) *euertamque currus* militares. Ef. 66, 14. Nah. 2, 4. cf. Zach. 6, 1. seqq. y) & *qui vehuntur illis*. Ier. 17, 25. z) Syr. & *cadent*. Ion. & *interficientur equi*. cf. verbum Deut. 18, 51. Ef. 31, 19. Threu. 1, 9. a) & *insidentes iis*, *equites ipsorum*. cf. Ex. 15, 1. 21. Ex. 38, 15. Zach. 10, 5. Apoc. 19, 18. b) mutuis ipsorum bellis & cædibus. conf. Iud. 7, 22. 1 Sam. 14, 20. Ex. 38, 21. 12.

℣. 23. c) *In die* s. *tempore illo*, de quo v. 21. 22. Variant valde interpretes circa sensum huius versiculi. Nam qui præcedentem v. 21. *de aduentu Christi secundo* s. vltimo accipiunt, huius versiculi verba ita intelligunt: *In die illo* extremi iudicii v. 22. *adsumam te Zorobabelem*, *seruum meum*, e mortuis resuscitatum, & *ponam te* inter cælites *sicut sigillum*, quod homines in manibus oculisque ferre solent, tuamque fidem ac pietatem æterna gloria cumulatissime remunerabor: *quia te elegi*, coll. Rom. 8, 29. 30. Plerique tamen, quia versu 20. seqq. vaticinium *de aduentu Christi primo* ex v. 6. & 7. repetitum censent, per hæc verba: *in die illo*, tempus Christi, seu totius *Noui Testamenti* intelligunt. Sic *Calouius*: Verba *in die illa*, inquit, non præcise diem certum designant, sed *tractum temporis*, intra quem Zorobabel in cura & custodia diuina securus & tutus mansurus sit inter medios motus & tumultus. p. 918. Coc-

8. 14. 17. e) qui præstare abunde potest, quod promittit. c. 1, 2. &c. f) in meam fidem & protectionem *adsumam te* (Pf. 49, 16.) *Zerubbabelem*: scil. in posteritate s. *semine tuo*; iuxta analogiam similium promissionum. vid. Gen. 12, 3. c. 18, 18. c. 22, 18. & not. 2 Sam. 7, 11. *Calouius*: Etiamsi adsumtio illa Zorobabelem concernere dicatur, solum tamen ipsum, aut qua spectatur vnica eius persona, attinere credenda non est -- sed ita, vt porrigat se ad *conseruationem eius*, *non tantum quoad vitam & regimen eius*, sed quoad *propagationem & benedictionem posteritatis*. Adsumam te ita, vt te conseruem ac tuear, & propagem genus tuum inter istas regnorum turbas & euersiones, p. 918. *Coccejus*; Omnes sane pii inter commotiones mundi, & ipsam mundi abolitionem conseruantur. Ita Zorobabel. Sic Danieli promittitur c. 12, 13. Consolatio hæc est omnium fidelium. Pf. 49, 16. sed altius penetrandum. &c. Scilicet hæc verba *Coccejus* & *de Zorobabele*, vt typo, & de Christo, vt antitypo, (cui hæc prædicata omnia primo & proprie conueniunt) accipit. Alii *de solo Christo*, qui nomine *Zerubbabelis* hic veniat, sicut alibi e. c. Ez. 34, 23. 24. Hos. 3, 5. *Dauidis*, & Pf. 72, 1. *Salomonis*: cum, quia Christus ex illorum semine est τὸ κατ᾽ ἐξοχὴν, tum, quia eximii typi Christi fuerunt, vt Zorobabel in reductione populi e captiuitate, & in ædificatione Templi. Sic *Abarbanel* quoque ad hunc locum commentatur: Porro, inquit, Deus Zerubbabeli indicauit, quod *Rex*, qui in Israel tempore redemtionis eorum regnaret, futurus esset *Mesſias de semine Zerubbabelis*, & *de domo Dauidis*. Visum itaque Deo est, hæc omnia ipsi indicare ad consolandum & recreandum animum eius, ac si diceret: En! certum quidem est, te Regem non fore stante Templo secundo, nec quemquam de semine tuo. At illo tempore, quo Deus euertet regna gentium, & congregabit populum suum Israel, & liberabit eos, tunc tu *rex eris super populum meum*, *quia de semine tuo* (Mesſias) *erit regnans in Israel illo tempore vsque in æternum*. Propterea dicit: *accipiam te Zerubbabelem*, *filium Schealtielis*, *seruum meum*, *ac ponam te sicut sigillum*; *quia te elegi*. Quia enim *Mesſias* erit *de semine eius*, ideo dicit, *quod ipsum sit accepturus*. Estque hæc locutio similis ei, qua dicitur Ez. 37, 23. & *Dauid*, *seruus meus* (i. e. Mesſias, qui *seruus Dei* eminenter dicitur Ef. 42, 1. Ez. 34, 23. 24. Zach. 3, 8.) *illis Princeps erit in æternum*. Nam *Rex Mesſias ipse Dauid est*, & *ipse Zerubbabel*; quia prodibit de stirpe eorum Ef. 11, 1. Hactenus *Abarb*. g) *nepotem Schealtielis*. c. 1, 1. adeoque heredem promisſionis, quæ Dauidi olim facta est 2 Sam. 7, 11. seqq. Ef. 55, 3. Pf. 132, 11. h) *Seruum meum*. ita dictum non sine amoris significatione; quod iussa Dei fideliter executus esset, & cultum Dei serio promouisset, ædificando Templum Domini. cf. 2 Sam. 3, 18. c. 7, 5. &c. Notatu digna est, (inquit *Calouius* p. 918.) obseruatio *Castrii*, quam hic tradidit: *Erat olim celebre Deo*, *cum vellet suorum obsequia remunerari seruorum*, *Christum ex eorum progenie polliceri*, quod in summo ipsi honore & fauore collocabant, atque hac sola spe se ipsos felicissimos censebant. Hinc Gen. 12, 3. vt *Abraha* remuneraret, quod egressus esset de terra sua & cognatione sua, promisit illi Christum in posteris eius futurum. Et c. 22, 18. propter obedientiam filii sacrificati dicitur illi: *Benedicentur* &c. Eademque promisſio data est *Iacobo* Gen. 28, 14. *Dauidi* etiam, vt vicem rependeret, quod iurasset Pf. 132, 2. seqq. *iurauit Dominus veritatem*: *de fructu ventris tui ponam super sedem tuam*. ibid. v. 11. Propter hoc ipsum tam auide expetebant filios prisci patres, ne tamen filio orbarentur, Christo. Atque ideo tam anxie deflebat se vita priuari Ezechias Ef. 38, 12. *Timet* ait *Hieronymus*, *ne in tela similitudinem in ipso lucis exordio præcidatur*, & *nequaquam de semine eius Christus oriatur*. Qua ergo ratione Dauidi, quod procurasset ædificare domum Domino, tabernaculum Deo Iacob, promisit Deus, se illi ædificaturum domum, in qua Rex esset Christus, cuius regni non erit finis Luc. 1, 32. 33. ita *Zorobabeli*, quod domum alteram Deo ædificari curauerit, *pollicetur Deus*, *se illum illustraturum Christo Domino*, *ex eo nasciturо*. Et hæc est caussa, cur soli Zorobabeli facta sit huiusmodi prophetia, quod de eius posteritate nasciturus esset Christus. i) Repetitur hic, & in fine versus, iam antea facta confirmatio, non tantum maioris certitudinis caussa, sed etiam ob mysterium S. S. Trinitatis. cf. Nah. 1, 2. not. k) *atque ita te* Zorobabelem Sirac. 49, 11. in filio tuo *ponam sicut sigillum*, quod homines in manu & præ oculis ferre solent. vid. Cant. 8, 6. & Ier. 22, 24. ad quem locum, vbi Deus summum fastidium in Iechoniam, auum Zerubbabelis, testatus est, hic ex aduerso in huius solatium alluditur. Hoc alii (inquit *Gualtherus* a *Calouio* p. 910. allegatus) de summo fauore & diligentissima custodia exponunt -- quorum sententiam vt non omnino reiicio, ita Deum maius quiddam & sublimius spectare puto, nimirum *Mesſiæ promisſionem*, in quam omnes pios olim respexisse, constat. Quia enim is ex Dauidis stirpe expectabatur, *Dauidis posteri instar sigilli erant*, quo Deus suam promisſionem quasi visibiliter obsignabat, cum inter tot motus atque pericula, & horribiles illustrisſimarum familiarum ruinas, eos incolumes seruaret, ex quibus promisſus ille Seruator nasci debebat. Eodem sensu etiam *lucerna* dicti sunt Dauidis posteri Pf. 132, 17. -- Pollicetur ergo Deus, se Zorobabelem pro germano filio Dauidis agnoscere, nec vnquam defuturos ex eius posteritate, qui promisſionibus eius fidem faciant. Conf. 1 Reg. 12, 11. 13. 36. & not. 1 Reg. 8, 19. Ef. 7, 14. 16. &c. l) *te namque elegi*. vt Pf. 78, 70. vt scil. ex te ducat originem Christus, qui regnum suum eriget, & inter tot regnorum mutationes & ruinas tandem caput suum potentisſime exseret. Dan. 2, 44. *Calouius*: ἐξοχικῶς intelligendum de præcipuo apice ac fastigio dignitatis & honoris, ad quod electus a Domino fuit Zorobabel. Sine dubio autem id præcipuum est, quod electus fuerit, vt in catalogo maiorum Mesſiæ collocaretur; quo axiomate nihil prius, nihil antiquius habuerunt sancti Patriarchæ, Reges & Duces sub vet. Testamento. Vti e contrario Esauus profanam mentem indicauit, quum tantam spem ac prærogatiuam vilipenderet. Gen. 25, 32. seqq. Hebr. 12, 16. *De constructione* cum ב cf. not. Ef. 7, 15. m) Hoc signaculum est promisſionis. vid. c. 1, 9. Hos. 11, 11. *Coccejus*: impossibile igitur fuit, vt Christus, filius Dauidis, non daretur, & quidem suo tempore. Neque est, vt quis obiiciat peccata populi. Non enim dicit, *si populus obedit*, (quæ sane est conditio participationis Christi populo Iudaico proposita Zach. 6, 15. Pf. 95, 7.) sed, *quia elegi te*, &, *dixit Dominus*. n) vid. not. Ef. 1, 24. Hos. 12, 6.

IN ZACHARIAE VATICINIVM

PRAEFATIO.

§. I.

PEnultimus in XII. Prophetarum Fasciculo, idemque, quod ad Voluminis molem, maximus est ZA-CHARIAS. quod quidem *proprium* ipsius *nomen* est inter Hebraeos frequens; appellatiuus tamen significatus in Prophetam nostrum quam optime quadrat. Hieronymus *memoriam Domini*, Tarnouius μνησθέντα, *recordatorem Domini*, Hillerus vero *Recordatur Dominus*, *nostri* sc. vel *foederis sui*, exponit. Talis vero vtique Noster fuit. Nam & ipse recordatus est Domini, aliosque, ut idem facerent, excitauit, & Dominum foederis ac populi sui memorem esse praedicauit. Zachariae 1. *Nomen.*

§ II. Nomen hoc suum cum aliis commune habuit, a quibus vero propter temporum rationes discerni debet. Alius enim fuit *Zacharias Ioiadae filius*, actus & ipse diuino Spiritu, sed, quod arguisset Iudaeorum transgressiones, &, quae imminerent Dei iudicia, praemonuisset, lapidibus a populo, iubente Ioaso Rege, in templi atrio obrutus, 2 Par. 24, 20. seqq. Alius quoque *Zacharias*, Vzziae tempore, quamuis & hic, Spiritu S. teste, fuerit *intelligens* (peritus) *in visionibus Dei* c. 26, 5. Alius denique *Zacharias*, *filius Iebereciae*, seu, vt LXX. & *Vulg.* expresserunt, *Barachiae* Es. 8, 2. quem propter synchronismum nonnulli pro Achazi (sub hoc enim vaticinatus est Esaias l. c. Vid. illic notata.) socero habent 2 Par. 24, 20. sqq. coactius vero alii pro nostro Propheta. 2. *Homonymi.*

§. III. Si familiam Vatis nostri spectes, fuit (vt ipse prodidit c. 1, 1. 7.) *Filius Barachiae, nepos Iddonis.* Ex quo liquet, latius id esse intelligendum, cum idem noster Esr. 5, 1. c. 6, 14. simpliciter *Iddonis filius* appellatur, qui strictius loquendo illius *nepos* fuit. De patre nihil est memorabile in Scripturis: notior *Iddo* auus. Est enim hic procul dubio celebratus ille, post solutam captiuitatem, *Iddo*, unus de primoribus sacerdotum, qui cum Zorobabele & Iosua ex Babylonia in Iudaeam reuerterunt Neh. 12, 1. 4. 7. coll. v. 16. At *Hieronymus* in Comment. ad Zach. 1, 1. *Non ambigitur*, inquit, *iuxta Paralipomenon librum, quin ipse sit Addo, qui missus est ad Hierobóam filium Nabath, sub quo altare disruptum est, & manus Regis aruit.* Respexisse videtur eruditus Pater ad 2 Par. 12, 15. & cap. 13, 22. vbi circa Rehabeami atque Abiae historiam laudantur commentarii *Iddonis Prophetae*; inprimis vero ad cap. 9, 29. vbi *Prophetia Iddonis Prophetae contra Ieroboamum*, in materia rerum a Salomone gestarum, diserte allegatur. Ita enim *D. Kimchi*: *Aiunt hunc esse Iddonem Prophetam*; illum puta, de quo iam allegauimus loca. Idemque in Comment. ad 1 Reg. 13, 1. veterum Hebraeorum calculo Hieronymianam sententiam, de misso ad Ieroboamum Iddone Propheta, stabilit. Sed, vtut largiamur, Iddonem fuisse Prophetam illum, qui 1 Reg. 13, 1. ad Ieroboamum legitur missus; de quo tn. in not. ibidem non immerito cum B. *Schmidio* ἐπέχειν maluimus; confundunt vtique Hieronymus Hebraeorumque magistri tempora, & cum temporibus diuersissimas personas. Vixit sane Ieroboami I. tempore *Iddo* aliquis; sed quomodo is esse potuit Zachariae auus, inter quem & Ieroboami initia plus quam tria saecula effluxere? Distinguendus est igitur *Iddo*, de quo in Paralipomenis, ab *Iddone* Zachariae auo, de quo Nehemias. 3. *Familia.* *Auus Iddo quis?*

§. IV. Porro ex iis, quae de Prophetae familia, & Auo inprimis, differuimus, vlterius liquet, fuisse eum de Aaronis stemmate *sacerdotem*, perinde ac Ieremias atque Ezechiel, de quibus vide sis *Praefat. in Ier.* §. 2. Quemadmodum vero *Iddo* sub Iosuae pontificatu, (ipso illo tempore, quo Zacharias forte adhuc iuuenis prophetauit) inter primores sacerdotum seu classium sacerdotalium praefectos fuit, ita nepos, cum aetate prouectus esset, eundem tenuit locum, pontifice Ioiakimo, Iosuae filio ac successore, coll. Neh. 12, 16. 4. 1. Gemino igitur officio functus est Noster, sacerdotali, quod per nascendi sortem ex prouidentia diuina nactus est, ac prophetico, quod per vocationem extraordinariam a Deo habuit. 4. *Officium.*

§. V. Idem vero Propheta, licet amplissimo muneri in Iudaica Ecclesia praefuerit, tamen, si is est, de quo loquitur Christus Matth. 23, 35. *occisus est* a Iudaeis *inter Altare & Templum*: Atque adeo sanguine suo, sicut plures Prophetae, doctrinam suam obsignauit, *ita vt*, monente *Balduino* ad cap. I. v. 1. p. m. 126. *non tantum doctorem, sed & martyrem in hoc Propheta nostro habeamus.* Equidem non nescimus, multis interpretum *Zachariam* illum, cuius l. c. Seruator mentionem facit, esse potius *Ioiadae filium*, de cuius caede, in atrio Templi facta, narratur 2 Par. 24, 20. seqq. Quod diuersimode illi expediunt: quidam, statuendo errorem librariorum apud Matthaeum, existimantes pro *Ioiada* scriptum fuisse *Barachia*; alii, faciendo illum Ioiadam binominem, quasi & Barachia vocatus fuerit. Sed vt prior illa sententia temeraria est, & neutiquam probanda; sic posterior ita comparata, vt, nisi sufficiens vrgeat necessitas, (quam vero hic nondum videmus) admitti vix debeat. Itaque de nostro Propheta dictum Saluatoris intelligimus, cum *Vatablo*, *Sanctio*, *Ribera*, *Balduino*, *Gualthero*, aliisque; libertatem vero dissentiendi in quaestione difficili aequo animo cuique relinquimus. Rationes nostrae sunt, quod 1) *filius Barachiae* is fuerit, quem Christus a Iudaeis occisum dicit; id vero nomen sacerdos Ioiada nusquam in V. T. habet. 2) quod noster sit Prophetarum pene vltimus; si vero de Ioiadae filio id dictum acciperetur, scrupulus suboriretur, cur intermedii (postquam plures prophetae interemti sunt) Saluator meminisset potius, quam postremi, in quo ceterorum qs. complementum est. Neque obstat, quod nostri Zachariae caedes in V. T. sit ἄγραφος. Eiusdem enim sortis est Iannis & Iambris historia, de qua 2 Tim. 3, 8. Et sufficit, ex traditione rem Iudaeis notam esse potuisse. Obiici quidem posset, quod nec Rabbinorum monumenta vllam huius rei mentionem iniiciant. Sed vide *Targum* in Thr. 2, 20. vbi iustitia diuina in hunc modum loquens inducitur: *Num occidere conueniebat sacerdotem prophetam, vt occidistis Zachariam filium* (nepotem) *Iddonis*, (est hoc Prophetae nostri nomen, & respicitur manifesto ad Esr. 5, 1.) *sacerdotem eximium & prophetam fidelem, in sanctuario Domini, die expiationum, eo quod redarguit vos, vt ne malum faceretis coram Domino?* Qui locus, si sanus est, illustre est pro adstruenda sententia nostra testimonium. Vix est enim credibile, eum Zachariam alium esse, quam nostrum, qui non modo *Barachiae*, sed & *Iddonis filii* nomen habet; hoc ab auo, illud a patre. Dissimulare tamen nolumus, idem illud dictum Thr. 2, 20. ad cuius Chaldaicam Paraphrasin modo prouocauimus, ad occisum Zachariam Iehoiadae filium adplicari in *Echa Rabbathi* f. 74. c. Glossa R. Salomonis ad *Sanhedrin* f. 7. a. & *Ioma* f. 38. b. item in *Spicilegio Abendanae ad M. I.* ad Thren. 𝔐 20. 5. *Fata.*

§. VI. Vaticinatus est Noster post Babylonicam captiuitatem Prophetarum Canonicorum omnium penultimus. Coepit quippe, vt ipse prodidit, *mense octauo, anno secundo Darii* c. 1, 1. adeoque duobus tantum mensibus Haggaeo fuit posterior, coll. Hagg. 1, 1. Vt vero distinctius determinetur aetas Zachariae, inquirendum est, quis *Darius* ex Persarum Regibus in Prophetae nostri inscriptione intelligi debeat? *Darium Nothum* Scaliger cum asseclis suis eum facit. Sed malumus cum veteribus, Iosepho atque Eusebio, & cum recentiorum acutissimis, *Darium Hystaspis filium* designari. Rationes vtriusque partis expendit, & pro posteriori decernit Illustris Auctor Partis I. *Historiae Eccl. Goth.* p. 311. seqq. Vt alia mittamus argumenta, quae plenius illic deducta videas; sane Propheta noster eosdem illos adloquitur Principes, qui primo anno Cyri Iudaeos e Babylonia ad terram suam reduxerant, Zorobabelem videlicet & Iosuam Pontificem: *Nothi* vero tempora longius a primo anno Cyri remota sunt, quam vt vel Zorobabelis principatus, vel Pontificatus Iosuae, eo vsque fuerit extensus. Cf. etiam not. ad Hagg. 1, 1. 6. *Tempus.*

§. VII.

Vaticinii occasio.

§. VII. *Occasio* vaticinii fuit Templi Hierosolymitani instauratio. Quod momentum quia ad intelligentiam Prophetæ multum valet, est nobis ex Esræ libro inprimis edisserendum. Flexerat Cyri animum Iehoua, vt captiuos in Babylonia Iudæos non solum patriæ suæ redderet, sed templi quoque reparationem eisdem indulgentissime permitteret. Esr. I. Hoc priuilegio vsi reducum Iudæorum principes *Zorobabel & Iosua*, politicus ille, hic sacri ordinis antistes, ante omnia holocaustorum altare in area templi refecerant, vt sacris, donec Templum ipsum instauraretur, operari interim possent Esr. III, 1-6. Sed & materias ipsius ædis sacræ sine mora adparauerant c. III, 7. Ita vt altero post reditum anno fundamenta eius iacerent v. 8. seqq. Atque hæc gesta fuerant 18. vel 19. fere annis ante, quam vaticinati sunt Noster atque Haggæus. Verum opus, quod feruebat initio, mox abrumpebatur, pari saltem diligentia haud continuabatur c. V, 16. Cuius rei princeps caussa erat, aduersariorum maleuolentia, illorum inprimis qui Samariæ erant; quippe qui Iudæos in cœpta ædificatione Templi pauidos faciebant atque turbabant Esr. 3, 3. conductis contra eos consiliariis aulæ Persicæ, & occupato per calumniam Cyri atque Cambysis animo c. IV, 1--4. seqq. Cf. Dan. 10, 13. 20. 21. c. 11, 1. Accedebat ipsorum Iudæorum torpor, quo frigebant in sacris, ad sua potius, quam quæ Dei erant, intenti Hagg. 1, 2. 4. 9. Ex hoc torpore Dominus primum excitauit illos per Haggæum, vtpote vaticinari exorsum *anno secundo Darii, die primo mensis sexti* Hagg. 1. 1. Cumque populus, Haggæi concionibus excitatus, *vigesimo quarto* die eiusdem mensis ad instaurandum Templum reuertisset Hagg. 1, 14. 15. Dominus *octauo eiusdem anni mense* submittit Zachariam, vt Haggæo, operis maturationem vrgenti, strenue succenturietur, populusque ex duorum testium ore (cf. Deut. 19, 15. Matth. 18, 16.) de promisso Dei fauore & auxilio confirmatior fiat Ezr. 5, 1. 2.

Scopus.

Argumentum.

§. IIX. *Scopus* igitur *generalis* Prophetæ est, populum ad pœnitentiam, & ad fidem in Christum vocare, torpentes excitare, infirmos erigere, fideles confirmare, vniuersos de officio commonere; *specialis* vero, Templi ædificationem vrgere ac promouere. Obstabant huic scopo attingendo tria potissimum, quæ remouenda erant, I. *torpor*, in quo excutiendo ita versatur, vt animis Iudæorum repræsentet, quæ damna ob neglectum hucusque Templum passi fuissent, & quæ commoda contra habituri essent, si Templum ædificare, vt cœpissent pie, pergerent c. 8, 9. seqq. cf. Hag. 1, 5. sqq. c. 2, 15. sqq. II. Imminentes & obiectatæ ab hostibus *difficultates*, indeque existens populi pusillanimitas & metus: cui opponit promissiones, v. g. de interuertendis a Deo hostium moliminibus, de vindicando ab illis tutandoque populo Iudaico c. 1, 14. 15. c. 2, 3 seqq. de remouendis obstaculis quibusque, si vel maxime insuperabilia videantur. c. 4, 6. 7. 9. de mittendo exercitu & curribus angelicis contra Ecclesiæ hostes c. 6, 1-8. de benefaciendo Hierosolymæ c. 8, 4. de ieiuniis ob desolatum Templum, in festos dies ac lætitiam mutandis c. 7. & 8. de regno Christi ad ipsas illas gentes olim proferendo, quæ populum Dei iam infestarent c. 9. &c. III. *Mœror* ob nimis *tenuia principia*, Esr. 3, 12. 13. quippe quæ, cum prioris Templi splendore collata, senioribus Iudæorum *instar nihili* erant Hagg. 2, 3. Huic igitur opponit promissionem, quod velit Deus tenuia isthæc in immensum ampliare & glorificare per aduentum Messiæ c. 4, 10. c. 6, 12. seqq. c. 8, 6. 20. seqq. coll. Hag. 2, 7. seqq.

Præcauet ab opere operato.

§. IX. Ne vero subsisterent Iudæi in cultu externo atque Leuitico, ceu *opere operato*, duobus modis præcauet, *a*) requirendo ab illis *pœnitentiam*, ac dignos pœnitentiæ fructus c. 1, 2. seqq. inculcando legem moralem, ceu summam veri cultus, quem Deus inprimis exigat, c. 7, 9. seqq. c. 8, 16. 17. 19. comminando maledictionem periuris & furibus c. 5. *b*) manuducendo illos *ad Christum*, quem totus ille adparatus Leuiticus debuit adumbrare. De Christi enim aduentu, persona, qualitatibus, officio, passionibus, morte, ac regno, si quis alius Propheta, Zacharias luculenter & copiose agit; sicut iamiam §. seq. aliquot tantummodo exemplis docebimus

A figura passim adscendit ad veritatem & mysteria N.T.

§. X. Obseruatu vero est dignum, quod Noster passim *a figura ad rem ipsam* adscendat, figuris adumbratam, indidemque verba & phraseologias mutuetur ad pingenda mysteria N. T. vt cultum Leuiticum vel sic doceat populo pædagogum ad Christum esse debere Gal. 3, 24. E. g. occasione typici templi, quod tunc instaurabatur, agit de structura *Domus Dei* ἀχειροποιήτου per Christum c. 6, 12. 13. occasione fundationis templi, ad quam lapides angulares adhibebantur, agit *de Christo* tanquam *lapide angulari* c. 3, 9. c. 4, 7. quod conferri meretur cum Matth. 21, 41. Act. 4, 11. 1 Cor. 3, 16. 17. c. 6, 19. 1 Cor. 6, 16. Eph. 2, 20. 21. 22. Apoc. 3, 12. occasione candelabrorum templi tunc reparatorum, agit *de Candelabro Ecclesiæ* c. 4, 2 seqq. quod cf. cum Apoc. 1, 12. 13. 20. c. 2, 1. c. 11, 4. Occasione illorum, qui *Babylone aurum argentumque* ad templum ornandum miserant, agit *de vocatione gentium* sub N. T. ad vnitatem ecclesiæ c. 6, 9. seqq. & v. 15. Occasione restituti ad beneplacitum diuinum sacerdotii Aaronici, agit de *Melchisedekiano sacerdotio Christi* c. 3, 7. seqq. & v. 8. 9. c. 6, 13. Occasione Numinis typice in templo habitaturi, agit *de Christi aduentu* in carnem c. 2, 14. 15. c. 8, 3. &c. Plura propheticæ huiusmodi anagoges exempla reperiet lector industrius.

Partes generales tres, 1. Optica,

§. XI. *Partes* totius libri cum *Calouio*, si lubet, *tres* statui possunt, I. *Optica* vel, si mauis, *Emblematica*, quæ post vaticinium prooemiale c. 1, 1--6. *nouem* absoluitur *visionibus* vel emblematis: *a*) *Viri equo rufo insidentis*, inter myrtos stantis, rufis, puniceis & albis equis stipati c. 1, 7--fin. *b*) *Quatuor cornuum*, a quatuor fabris deiectorum c. 2, 1--4. *c*) Viri, in cuius manu *funiculus mensorius* c. 2, 5-fin. *d*) *Iosua Pontificis* contra Satanæ cauillationem gratiam in iudicio Dei consequentis c. 3. *e*) *Candelabri* aurei cum *oleis* duabus c. 4. *f*) *Voluminis* iudiciorum volantis c. 5, 1-4. *g*) *Epha* mulierisque in ea sedentis c. 5, 5--fin. *h*) Quatuor *curruum* exeuntium e medio duorum montium æneorum c. 6, 1-8. *i*) Geminæ *corona* Iosuæ Pontificis capiti impositæ c. 6, 9--fin. II. *Didactica*, tum de ceremonialibus, tum de moralibus quibusdam c. 7. III. *Prophetica*, de Christo ipsiusque regno & beneficiis c. 8-fin.

2. Didactica, 3. Prophetica,

Obscuritas,

§. XII. Ceterum quanto in rebus ipsis, quas prædicit, Zacharias sublimior, tanto in verbis quoque abstrusior ac difficilior est. *Hieronymus* in Prologo *obscurissimum librum* vocat. Et *R. Salomo* sub initium Commentarii sui agnoscit, vaticinium Zachariæ valde abstrusum esse, & visiones habere similes somnio, quod detur interpreti, cuius vero interpretationi haud quisquam possit tanquam firmiter veræ inniti, *antequam venerit DOCTOR IVSTITIAE*. Ita Messiam vocat ex Ioel 2, 23. Quod nos Christiani in tantum acceptamus, vt per Christi aduentum magna pars prophetiæ intelligibilior nobis nunc esse credatur, quam quidem Iudæis, Messiam etiamnum erronee exspectantibus. cf. Ioh. 4, 25. *D. Kimchi* eandem queritur obscuritatem; eius vero caussam, vt nos putamus, valde inconuenientem allegat, quod sc. prophetica virtus inde a captiuitate magis magisq; decreuerit: inde enim esse, vt verba posteriorum prophetarum dilucida non sint, neque ipsi intellexerint visiones suas, sicuti priorum temporum prophetæ. Potius nos mysteriorum sublimitatem in hac prophetia suspicimus, nostri vero intellectus hebetudinem agnoscimus, dicentes cum Ioanne Apoc. 13, 18. *Hic est sapientia: qui habet νοῦν computet* &c. item c. 17, 9. Ὧδε ὁ νοῦς ὁ ἔχων σοφίαν. Nec immerito nostra facimus verba *Hieronymi* ex Prologo libri II. Comment. ad Zach. *Cum Mose*, inquit, *ingredimur in nubem & caliginem. abyssus abyssum inuocat, -- & gyrans gyrando vadit spiritus, & in circulos suos reuertitur: labyrinthios patimur errores, & Christi cæca regimus filo vestigia. -- Itaque, mi Exuperi, -- impetra a Domino, vt auferatur a facie mea velamen Zachariæ, quod ante oculos ostendebatur Mosi.* Prophetæ ipsi suas rimati sunt prophetias 1 Petr. 1, 11. tam reconditos illæ sensus habent.

Non ex decremento propheticæ facultatis post captiuitatem, sed ex mysteriorum sublimitate existens.

§. XIII.

§. 13. Quantum ad nos, rimati sumus hanc prophetiam, verum pro modulo nostro. Omnino enim hic vsu nobis venit, quod Paulus 1 Cor. 13, 9. inculcat: Ἐκ μέρες γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρες προφητεύομεν. Hoc quidem animaduertimus, impleta iam multa esse, quæ Zacharias prædixit; sed & aliqua adhuc implenda esse, atque ad nouissima Ecclesiæ pertinere, non minus obseruauimus, præeunte nobis B. Tarnouio, qui Proleg. in Zach. p. m. 1314. vaticiniorum eius complementum ac consummationem ad finem vsq; sæculi extendit. Illa igitur euentus iam illustrauit; hæc idem ille in posterum illustrabit, illustratq; non parum S. Apocalypsis, quam proinde, vt clauem vaticiniorum, diligenter contulimus. Modum tn. aliquem & circumstantias particulares complementi in nouissimis determinare, nos non præsumsimus, relinquentes ea sapientiæ illius, in cuius manu sunt tempora & καιροί, quique *Prudens futuri temporis exitum caliginosa nocte premit*; vt ait Poeta. Satius esse putauimus, futuros vaticiniorum euentus velut ex specula patienter atque humiliter exspectare, quam curiose definire: certum tamen est nobis, quæ pro tempore obscura adhuc atque clausa sunt, cum tempore tandem retectum iri, eoque clariora fore, quo propius complementi sui terminum attingent Dan. 8, 26. c. 12, 4. 9. Interea, si quid lucis ex opella nostra lector acceperit, Deo acceptum id referat; sin aberrasse ac næuos admisisse nos animaduerterit, infirmitati nostræ condonet! Ingenue namque agnoscimus, in exponendo tam sublimi vaticinio egisse nos non quantum debuimus, sed quantum potuimus. *De nostris adnotatis.*

LIBER ZACHARIAE, Hebr. זכריה

CAP. I

ma primum de viro equo rufo insidente, inter myrtos stante, & pone se equos rufos, puniceos & albos habente v.7-fin.

א בחדש השמיני בשנת שתים לדריוש היה דבר
יהוה אל־זכריה בן־ברכיה בן־עדו
2 הנביא לאמר׃ קצף יהוה על־אבותיכם קצף׃ ואמרת
3 אלהם כה אמר יהוה צבאות שובו אלי נאם יהוה
4 צבאות ואשוב אליכם אמר יהוה צבאות׃ אל־תהיו
כאבותיכם

e) vid. Præf. §. 1. 2. 4. 5. f) vid. Præf. §. 3. ὁ. τὸν τῦ Βαραχίυ. cf. Matth. 23, 35. g) *filii*, l. potius, continuato sec. accentus Accusatiuo, *filium*, id est, nepotem *Iddonis*, coll. Esr. 5, 1. c. 6, 14. & ὁ. υἱὸν Ἀδδώ Vid. Præf. §. 3. h) LXX. & Vulg. *Prophetam*; recte: quia probabile est, ad Zachariam potius, quam ad Iddonem, pertinere hoc epitheton. cf. Es. 38, 1. Hagg. 1, 1. Et hæc caussa est, quod præcedens *filium Iddonis* maluimus in Accusatiuo conuertere, & latius acceptum de *nepote* interpretari, quam strictius & in casu secundo *filii*; ne contra accentus impingeremus. Obseruat tn. *Kimchi*, *Iddonem* a veteribus in *Medrasch* nuncupari *Prophetam*; immo suspicatur, esse hunc ipsum, qui 2 Par. 12. 15. vocatur *Iddo Videns*. quo pacto vertendum foret in Genitiuo *Prophetæ*. Sed discussum hoc vide in Præf. § 3. i) *dicendo*, sc. ad me, coll. v. 3. Alloquitur tn. cum Propheta totum simul populum e captiuitate reducem, cuius ille membrum erat, coll. v. 2. seqq. Adeoque circa alloquii modum cf. quæ Ier. 40, 3. notauimus. ℣. 2. k) Deut. 9, 19. Esa. 47, 6. c. 57, 17. c. 64, 4. l) *patribus* ac maioribus *vestris*, tuis sc. o propheta, ac populi tui, coll. not. ad לֵאמֹר v. 1. Eos a. intelligit maxime, qui *tempore expugnata a Babyloniis Hierosolyma* vixerunt v. 4. 5. 6. m) *iratus est--ira*, seu vehementissime. LXX. ὀργὴν μεγάλην. Emphaticus pleonasmus. cf. v. 15. c. 7, 12. Caussam tantæ indignationis paraphrastice addit Ion. *eo quod iram concitarunt coram eo, Domine*; sc. viis atque operibus suis malis, coll. hic v. 4. 6. Habet se a. hæc ipsa propositio procul dubio ad modum enthymematis, ita fere supplendi: Quod vero patribus vestris feci, idem & vobis facere possum, immo facturus sum, nisi vos serio conuertatis: patrum ergo exemplo & damnis sapite, coll. v. 4. Ceterum duo sunt capita, quæ primus hic sermo propheticus inculcat, primo *ira*, de qua v. 2. deinde *miserationes* Dei, si conuertant se v. 3. ℣. 3. n) *Dices vero ad illos*, o Zacharia v. 1. o) Hoc ternis vicibus heic repetit propheta, vel ipse Iehoua potius, non per Tautologiam, quod Rhetores culpant, sed per summam emphasin. Est enim rei, quæ inculcatur atque promittitur, triplicata confirmatio, ab auctoritate & fide loquentis triunius Dei sumta; vt ne dubitet populus morem gerere atque credere, cum non hominis, sed Numinis summi verbum hoc sit. Sic alibi Prophetæ, cum dictis suis vel auctoritatem vel fidem conciliare volunt, ingeminant illud, quia Iehoua vel os Iehouæ loquutum est, Es 1, 2. 20. c. 21, 17. c. 22, 25. c. 25, 8 c. 40, 5. c. 58, 14. Ioel 4, 8. Obad. 18. Mich. 4, 4. cf. not. Nah. 1, 1. Hagg. 2, 23. p) *Reuertimini* ad me; v. 4. Ion. *ad cultum meum*. Equidem pro misericordia mea decreui ad vos reuerti, sed hoc eo duntaxat ordine, vt vos etiam conuertamini. cf. Ier. 3, 12. Mal. 3, 7. Reuerterat populus e Babylone ad patriam; restabat vero, vt ad Deum quoque suum reuerteretur, quem patres impie deseruerant: quia sine hoc reditu ille parum profuturus erat. q) v. 4 Hagg. 2, 12. r) *tum reuertar ad vos*, sc. miserationibus v. 16. iuxta illud Iac. 4, 8. *Accedite ad Dominum, & accedet ad vos*. Quibus contrarium hoc esse *Hieron.* obseruat: *Recessistis a me. & ego recessi a vobis.* cf Mal. 3, 7 2 Par. 30, 6. 9. & contr. infra c. 11, 8. ℣. 4. s) v. 2. 5. 6. cf. 2 Par. 30, 7. 8. c. 36, 15. 16. Nunquam tuta est maiorum imitatio, nisi quatenus compertum est, eos στοιχεῖν τῷ κανόνι. Nec Apostolus quidem Paulus sui imitationem flagitauit, nisi quatenus se probabat imitatorem Christi. *Cocc.* ad h. l.

CAP. I. ℣. 1. a) Adeoque duobus post primam *Haggæi* concionem mensibus Hagg. 1, 1. cum populus ex captiuitate redux, hortatu eiusdem, ad instaurationem templi paulo ante reuertisset, ibid. v. 14. 15. & iam notabiles aliquos in ea progressus fecisset c. 2, 1. 10. 15. 18. Ceterum quia *dies* heic, vt alias fieri solet, non adiicitur; probabile est, *nouilunium octauum* seu calendas mensis octaui intelligi, coll not. ad Ier. 40, 1. Nouilunia autem apud Hebræos festa erant Num. 10, 10. vnde credibile est, Zachariam, velut tempori seruientem, primam hanc concionem suam eodem die, quo accepit, etiam habuisse, scil. in sacra nouilunii panegyri. b) *anno secundo*. v 7. cf. Hag. 1, 1. c) *Darii* sc. *Hystaspis* filii v. 7. c. 7, 1. Cf. enim Præf. § 6. & not. ad Hagg. 1, 1. d) Ion. *verbum Prophetiæ a facie DOMINI*. Sic idem v. 7. c. 4, 8. c. 6, 9. &c. cf. Ion. 2, 1. Ceterum obseruante *Gurtlero* in Theol. Proph. p. 133. Capite hoc habet I. *Sermonem* propheticum *primum*, quo suadet Iudæis resipiscentiam v. 1--6. II. *Sermonis secundi Emblema*.

SACHAR. CAP. I, ℣. 1. לדריוש Sine *Meth.* 11. 12. 15. 16. 21. & *Ber.* At ד per *Pat.* 5. Sic iidem v. 7.

t) quibus adclamarunt reuocaturi eos ab exitio, ad quod ipsi magna contentione ruebant. Hos. 11, 2. 7. *u) priores Prophetæ* Hebræis in partitione Sacri Codicis dicuntur libri historici Iosuæ, Iudicum, Samuelis atque Regum, quod & ipsi prophetas habuerint scriptores, & ratione ordinis reliquos prophetas, quos posteriores vocant, in volumine biblico anteeant. Sed hic *priores* prophetæ relate dicuntur ad eos, qui post reductum e Babylonia populum demum sunt vaticinati: quales sunt omnes, præter Haggæum, Zachariam ac Malachiam. v. 6. x) Hagg. 1, 2. *y) Conuertimini quæso!* Est hæc vox omnium prophetatarum communis. cf. Es. 31, 6. c. 55, 7. Ier. 3, 12. c. 18, 11. c. 24, 4. 5 c. 25, 4. 5. c. 35, 15. Ez. 18, 30. c. 33, 11. Hos. 14, 2. Ioel. 2, 12. Obsecrat a. Deus, vt hominum indolescens errori ac pertinaciæ, vnde serio vellet, qua bonitate est, eos ad veram felicitatem emergere. cf. 2 Cor. 5, 20. z) v. 6. Ier. 7, 3. a) c. 7, 11. Ier. 6, 19. b) nequaquam prophetas, qui eis loquebantur, sed *me*, dicit Dominus: in illis enim ego eram, qui loquebar & contemnebar. *Hieron.* coll. Matth. 12, 40. Adde ibid. v. 20. c) Ez. 11, 8. c. 16, 14.

℣. 5. d) v. 1 4. e) *vbi* iam sunt *illi*? In viuis quidem non amplius sunt, sed dudum (vt homines erant) mortui Ps. 49, 20. Ps. 103, 16. *f) & ipsi Prophetæ.* Per hos *Pseudoprophetas* intelligit *Hieron.* Nunquam enim (inquit) de sanctis Prophetis diceret: *nunquid in sempiternum viuent?* Et his ergo, qui peccauerunt & noluerunt ad me conuerti, & his, qui peccantes falsis pollicitationibus deceperunt, morte subtractis, verba mea, quæ per prophetas meos locutus sum, permanent in æternum. Hæc ille. cf. Ier. 37, 19. Verum sunt *pii* po-

כאבותיכם אשר קראו־אליהם הנביאים הראשנים
לאמר כה אמר יהוה צבאות שובו נא מדרכיכם
הרעים ומעליליכם הרעים ולא שמעו ולא־הקשיבו
ה אלי נאם־יהוה׃ אבותיכם איה־הם והנבאים הלעולם
6 יחיו׃ אך ׀ דברי וחקי אשר צויתי את־עבדי הנביאים
הלוא השיגו אבתיכם וישובו ויאמרו כאשר זמם יהוה
צבאות לעשות לנו כדרכינו וכמעללינו כן עשה
אתנו׃
7 ביום עשרים וארבעה לעשתי־עשר חדש הוא־חדש
שבט בשנת שתים לדריוש היה דבר־יהוה אל־זכריה
8 בן־ברכיהו בן־עדוא הנביא לאמר׃ ראיתי ׀ הלילה
והנה־איש רכב על־סוס אדם והוא עמד בין ההדסים
אשר

tius atq; a Deo missi *prophetæ*; quod vel *He* de-

יחיו ׳

monstratiuum docet, ad antecedentia lectorem remittens, vt eosdem hic putes indigitari prophetas, qui v. 4. & mox v. 6. Pseudoprophetarum vero nullam contextus mentionem facit. *g) num in perpetuum viuent* vel *viuere potuerunt*, ita vt mortem non viderent? Ps. 89, 49. Sir. 14, 18 Rom. 5, 12. Sensus est: Etiam ipsi quidem serui mei Prophetæ, quantum ad personas ipsorum, sunt mortui: quod concedi vtique debet; licet & hoc verum sit, magnum fuisse in moriendo discrimen, cum impiis mors pœna fuerit, piis vero ad æternam requiem gloriamque porta Apoc. 14, 13. Et hic quidem versus habet se instar protaseos ad v. 6. vbi tum patrum, tum prophetarum mortalitati opponitur verbi prophetici æterna stabilitas atq; duratio, idq; per modum apodoseos. cf. Esa. 40, 8. ℣. 6. *h) Verum.* q. d. Verborum meorum, quæ Prophetæ patribus vestris annunciarunt, alia longe ratio fuit: neq; n. illa emortua sunt, d. perdurarunt. *i) & decreta mea,* quibus decreueram, vt patres vestri morerentur gladio, fame, peste, reliqui v. deportarentur. *Kimch.* *k)* v. 4. Ier. 7, 25. c. 26, 5. *l) nonne comprehenderunt patres vestros?* v. 2. 4. 5. Verbum emphaticum. Innuit a parte obiecti fugam, licet frustraneam, a parte v. subiecti actum persecutionis. q. d. Effugere, quæ prophetæ cominabantur, nullo modo potuerunt: insecuta sunt illos e vestigio & assecuta. cf. Deut. 28, 15. 45. 2 Sam. 15, 14. & contr. Deut. 28, 2. *m) ita vt* pœnā a Prophetis prænunciatā sentientes, tandē *reuerterint ac*, (h. e. versa vice, & longe aliter quā sibi antea persuadebant) *dixerint*. Per phrasin *iterationis*, inquit *Cocc.* Lex. 863. etiā notatur *versio in contrarium*, contraria actio. Deut. 8, 15. c. 30, 3. Ps. 71, 20. *n) quemadmodum cogitauit*, & per prophetas, quid cogitaret, prædixit. c. 8, 14. 15. Ier. 4, 28. c. 51, 12. cf. Amos 2, 7. Ita e. g. Ieremias Thr. 1, 17. & Daniel c. 9, 12. seqq. totius populi nomine precati sunt. *o) secundum vias nostras*, inquam. v. 4. *p)* Obserua hic etiam (vt supra v. 1.) enthymema. Nam vt completa fiat oratio, supplendum nihil venit hoc modo: Hanc confessionem patribus vestris tandem extorsi; cauete igitur, ne quid simile vobis accidat. coll. v. 4. Ceterum hic sermo iure meritoque primus est, ac totius vaticinii frontispicium occupat. Verum quippe ac genuinum fundamentum ponit in audientium animis, ex quo cura Templi & cultus publici, cuius reparationem sibi Zacharias vrgendam sumsit, deriuanda sit, vt ne in opus mere operatum degeneret. Immo præparat audientes atque legentes, ad promissiones illas, quæ per totum librum sequentur, caste ac digne acceptandas. ℣. 7. *q) vndecimi mensis.* 1 Par. 27, 14. Trimestre igitur spatium fere intercessit inter primum & alterum sermonem propheticum, coll. v. 1. *r) Schebat.* (1) noster Ianuarius partim, partim Februarius. *s)* vid. not. v. 1. *t)* Vide ibidem not. *u) dicendo.* q. d. quod verbum Domini Zacharias ita postmodum recitauit. Nam quæ sequuntur v. 8. & seqq. non Dei, sed recitantis Prophetæ sunt. Sequitur ergo propheticus *sermo alter*, hucusq; *Emblema primum*; huiusq; scopus est, Iudæos erigere, ne ob tribulationes atque miserias, quas hucusque non solum in captiuitate, verum etiam in terra sua post reditum e Babylonia perpessi fuissent, animum desponderent. Itaque *Christum* pingit I. *equo rufo insidentem*, stantem inter myrtos, stipatumque angelicis cohortibus; vt intelligant, eum sibi tutatorem adfuturum v. 8. coll. c. 1, 9. II. *angelos emittentem* ad explorandum referendumque statum terræ cum vniuersæ, tum Iudaicæ inprimis; vt intelligant, se ipsi curæ cordique esse v. 9-11. III pro Hierosolyma & vrbibus Iudæ *intercedentem* v. 12. & IV. *referentem responsum Dei patris*, solatii plenum, de ædificanda vrbe & Templo, ac multiplicatione populi Iudaici v. 13. seqq. Quæ quidem eo conducunt omnia, vt populus in cœpta ædificatione Templi alacriter & strenue pergeret. Vid. Præf. §. 8. ℣. 8. *x) Vidi hac nocte*; Vulg. *per noctem*. Visione Prophetica Es. 6, 1. 5. Somniis tamen hanc visionem accensendam non esse, *Gurtl.* Theol. Proph. p. 15. inde colligit, quod Propheta videatur vigilans repræsentari, *oculos leuans* c. 2, 1 non dormiens. Alioquin cf. Iob. 33, 15. *y) Vir.* v. 10. quia sub assumto schemate Viri adparuit. cf. Ez. 1, 26. Dan. 7, 13. Attn. nomen hoc etiam masculā fortitudinem virtutemq; alicubi magis notat, quam genus aut sexum 1 Sam. 26. 15. Ier. 6, 23. Prou. 8, 4. vnde & Gabrieli angelo tribuitur Dan. 9, 21. Ita hoc loco *Virum* interpretamur *Angelum Iehouæ* ex v. 11. non tn. creatum, sed *filium Dei*, qui angelorum princeps ac Dominus, idemque Deus & inuictissimus heros est. Apposite veteres Hebræorū magistri apud *Kimchium* h. l. aiunt: *Non est VIR*, (videlicet eminentissimo sensu) *nisi Deus Sanctus Benedictus*, coll. Ex. 15. 3. Esse vero hunc filium Dei, probat *Maius* p. 1078. a) ex diuina inspiratione, seu alloquio interiori v. 9. 13. 14 quod solius Dei est 1 Petr. 1, 11. b) ex obsequio & seruitio, quod ministratorii spiritus ei præstant v. 11. c. 2, 7. 8. c. 3, 4. c) ex officio mediatorio, *sacerdotali*, quia interpellat pro populo v. 12. *prophetico*, dum interno afflatu Prophetam instruit; *regio*, dum angelis stipatus, tanquam Dominus in Tsion, se ostendit protectorem populi esse omnipotentem atque clementem v. 8. Adde d) quod idem *Iehoua* in casu recto vocatur c. 2, 3. 12. c. 3, 2. e) quod peccata remittit c. 3, 4. coll. Marc 2, 7. & not. Ex. 23, 20. *z) insidens.* Equestrem se sistit, tq. heroa & bellicum Imperatorem. cf. Ps. 45, 5. Apoc. 6, 2. c. 19. 11. *a) equo rufo.* Cur vero *rufus* fuerit equus, id *A. Esra* quidem opinatur non magis exquirendum, quam cur panis Iud. 7, 13. hordeaceus fuerit, non triticeus? Dubitari tn. vix potest, quin vltionis & iræ diuinæ symbolum ille color sit, coll. v. 15. sanguinem & cædes Iudæorū hostibus portendens. cf. 2 Reg. 3, 22. Es. 63, 2. Apoc. 19, 12. 13. *b) stabat*, tanquam defensor. *c) inter myrtos* (6) v. 10. 11. Es. 41, 19. h. e. humiles ac variis tribulationibus pressos, ipsum tamen suaui velut odore adficientes ac detinentes. Sic Cant. 2, 16. Christus dicitur *pasci inter lilia*, & quidem inter lilia *profunditatum* vel profundarum vallium, coll. v. 1. quod itidem innuere videtur, eum a fidelibus tum maxime adfici, cum humiles sunt & tribulationibus deorsum pressi.

℣. 4. אשר per *Makk.* 1. 2. sic su. 5. קראו per *Mun. milra* 1. 2. 3. 6. 9. 10 20. 23. sic su. 5. ומעלליכם sine *Iod* otioso 1. 2. 5. 6. 9. 10. 13. 14. 19. 20 2. & 6. 9. in marg. Cont. *Mas. impr.* At ומעליליכם cum præf. ם 3. & in marg. 6. 9 Denique ומע־ליכם הרעים ולא שמעו 5. qui tn. in marg. nostram lectionem ex aliis refert. ולא per *Darga* regularius 2. at per *Makk.* 3. ℣. 5. הלעולם ita cum *Meth.* 1. 2. Alii omittunt. ℣. 6. ויאמרו per *Rbhia* 1. 2. 3. 5. 6. 9. 10. 20. 21. 22. ℣. 8. ראיתי sine *Psik* 1. 2. 3. 5. 6. 7. 9. 14. 15. 16. 20.

אשר במצלה ואחריו סוסים אדמים שרקים ולבנים׃
9 ואמר מה־אלה אדני ויאמר אלי המלאך הדבר בי אני
10 אראך מה־המה אלה׃ ויען האיש העמד בין־ההדסים
11 ויאמר אלה אשר שלח יהוה להתהלך בארץ׃ ויענו
את־מלאך יהוה העמד בין ההדסים ויאמרו התהלכנו
12 בארץ והנה כל־הארץ ישבת ושקטת׃ ויען מלאך־
יהוה ויאמר יהוה צבאות עד־מתי אתה לא־תרחם
את־ירושלם ואת ערי יהודה אשר זעמתה זה שבעים
שנה

filiorum, quæ *sessor* exsequitur, *cum respectu ad Ecclesiam*. Priore modo sumitur Apoc. 19, 11. 14. vbi *Christus* imperator victoriosus, & *Sancti*, qui ab ipsius partibus stant, exhibentur vt *insidentes equis albis*. quod ibi commode refertur ad ipsins Christi, eiusque ministrorum, puritatem, sanctitatem, splendorem, decusque, quorum emblema est in *colore albo*. Posteriore modo -- apud Zachariam, vbi Angelus, Rector populi Dei, - ostenditur insidere *Equo rufo*. & alii Angeli, qui ipsi aderant, *equis rufis*, *puniceis*, & *albis*: manifeste id refertur ad statum Ecclesiæ, & diuinam erga eam prouidentiam, cui diuinæ prouidentiæ ipsi ex consilio Dei inseruirent. Si Deus ecclesiæ hoc vel illo tempore aut statu sno decreuerit *bella & afflictiones* --; Angeli - exhibentur *insidere equis rufis*. si *pacem*, *equis albis*. si *tristitiam temporum*, ex qualicunque caussa ortam, *equis nigris*. si tempora mixti generis, statumque varium, *puniceis* vel *spadiceis*. *f*) Difficile vocabulum. (1) Series quidem orationis plane requirit, vt sit nomen coloris; sed qualis hic sit, id se ignorare fatentur *R. Sal. & D. Kimchi*. Chaldæus habet קוחין, quod *Bochart*. Hieroz. P. I. 107. *coccineos* significare coniectat. itaque cf. Talm. סקר & סרק, quod est *minio colorare*; item Nom. סרק vel סירקון *minium*, vel Syricum, quod, teste *Plinio* 36. c. 6. *fit sinopide & sandyce mixtis*. Vulg. *varii*. sic LXX. καὶ ποικίλοι. habent tamen hi insuper καὶ ψαροὶ, & gemina versione videntur expressisse. Est vero *equus psarus*, vt *Bochartus* ostendit, *sturno cum maculis insignis*, albis sc. vel cinereis. Sed Arabicus interpres, qui ex LXX. virali suam versionem concinnauit, Gr. ψαροὶ expressit per Ar. שקר, quod transpositis consonantibus Hebræo prorsus harmonicum esse videtur. Est a. שקרה apud Arabes *rubedo clara & nitens*, & quidem in equis, *cum iuba & cauda eiusdem quoque coloris sunt*. Interim *Bochart*. l. c. mauult intelligere colorem, qui tam *lino*, quam *vino* & *equis* conueniat, coll. שרוקים, quod *vites* Ef. 16, 8. & *lina* שריקות, quod c. 19, 9. *Aegyptia* lina notat; scil. *gilnum*, flauo proximum, sed dilutiorem, Germ. *falb*. vel *fahl*. Sic *Gussit* 890. *colorem corticis* s. pelliculæ *vuarum* torrentis *Sorec*; & *Cocc. Lex*. *puniceum* seu *spadiceum* interpretatur. *g*) *& albi*. c. 6, 3. Apoc. 6, 2. ℣. 9. *h*) *Dixi vero* ad virum equo rufo insidentem v. 8. qui mihi hæc omnia monstrabat, & monstrata explicabat. *i*) *quid hi* sc. sunt, l. sibi volunt? Interrogatio non curiositatis, sed attentionis, docilitatis ac studii in eo, quod Deus ipse offerebat. cf. c. 2, 2. c. 4, 4. *k*) Coto confer Ps. 110, 1. *l*) *Angelus*, idem qui insidebat equo rufo v. 8. Agitur enim hic de subiecto ex antecedentibus noto, videlicet illo quem viderat, visumq; de ministris, ipsum sequentibus. Propheta interrogauerat. *m*) *ion qui loquebatur mecum*. at LXX. Ar. Syr. & Vulg. *in me*: quod non modo strictius Hebraicæ particulæ vim & vsum exprimit, sed & emphaticum est magis, quippe interius alloquium per diuinam Spiritus S. inspirationem connotat v. 13. 14. c. 2, 1. 7. Num. 12, 6. 8. 1 Sam. 23, 2. Hos. 1, 2. Hab. 2, 1. cf. 1 Pet. 1. 10. *n*) *faciam vt videas*, h. e. audiendo ac videndo intelligas. Satisfacit n. Angelus interroganti Prophetæ instituendo ipsum & verbis, quæ aures feriebant v. 10. & facto, quod visum adficiebat, missis nimirum in visione Angelis istis ad peragrandum terras, vnde eos redire Zacharias videbat v. 11. Respicit hoc verbum inprimis ad modum visionis propheticæ, per quam hæc omnia cernebat Propheta, & audiebat v. 8. ℣. 10. *o*) *Respondit igitur*. scil. cum Angelos interim, spectante Propheta, iussisset terras peragrare, his abeuntibus de nouo rursus est loqui ad Prophetam, vt quod is so opere iam viderat, id ei verbis iam explicaret & confirmaret. *p*) is, de quo v. 8. idemq; , qui v. 9. *Angelus Iehouæ* audit. Nam is, qui responsionem vati promisit, dicens: *Ego videre te faciam, quid sint hi*; idem est procul dubio, qui hic actu respondisse dicitur. *q*) *quos mittis* vel *misit Iehoua* Deus Pater, me imperante ac iubente. Sunt nuncii ac ministri Iehouæ, iique vestra caussa ac vestro bono missi Hebr. 1, 14. Ps. 103, 20. 21. *r*) *ad peragrandum terram* vniuersam, non Iudaicam modo, sed Ethnicam quoq; v. 11. scil. vt, omnibus gentium rebus perlustratis, quæ vidissent ac audiuissent, ad Deum perferrent, coll. v. 11. Nam vt Satanas, Deo permittente; sic boni Angeli Deo iubente, terrã peruagantur, diuersissimo tn. scopo; ille, vt criminetur bonos, hi, vt visa fideliter referant, quo malos puniat Deus, pios liberet. c. 6, 7. Iob. 1, 6. 7. c. 2, 1. Matth. 18, 31. 1 Pet. 5, 8. ℣. 11. *s*) *Mox*, l. *Paulo post responderunt* equites isti, cum post peragratam in visione terram rediissent atq; ab Angelo Iehouæ, quo statu terrarum res inuenissent, Propheta audiente, interrogati essent. *t*) *Angelo Iehouæ* v. 12. qui est ipse vir insidens equo ruso v. 8. & Angel' in Propheta loquens v. 10. Christum puta. qui intercedit pro populo suo v. 12. c. 3, 1. seqq. Heb. 7, 25. comparens pro illo coxã facie Dei Hebr. 9, 24. 1 q. Angel' faciei ipsi' Ef. 63, 9. atq; interpres s. media nr. Iob. 33, 23. seqq. Vide fis Disp. nostras de Angelo Dei, & de Angelo Interpr. & cf. Gen. 16, 7. ac not. Ex. 23, 20. *u*) vid. v. 8. *x*) *Fecim'*, vt mandasti, *peragrauim'* terram v. 10. *y*) *vniuersa terra*, præter Iudæam. Hoc supplendum est ex v. 12. vbi idcirco Angelus Iehouæ preces ad Deum mittit pro Hierosolymis & Iuda. Sensus igitur est: Finitimæ gentes omnes prosperitate rerum florent, tolerabilis saltẽ illarũ status est; sola Iudæa, quã tn. popul' Dei incolit, m. nunc in malo atq; ruina ingenti est Neh. 1, 2. 3. c. 2, 3. *z*) *habitans & tranquilla est* c. 7, 7. Iud. 18, 27. 1 Par. 4, 40. Est Ἑβ. ἡσυχάζουσιν, pro: *tranquille habitat*. I. verbũ *habitare* h. l. sumendũ est cum adiuncto: *habitans quiete*, vt c. 10, 6. Mich. 5, 3. ℣. 12. *a*) *Respondit igitur*. v. 11. Ad Deum Patrem refert, quæ angeli nunciauerant, populi que sui caussam ei commendat. *b*) Vid. not. v. 11. *c*) *vsq*; *quo*. Non expostulantis est, sed instanter orantis, vt fine faciat De' diuturno malo. q. d. Satis diu iratus fuisti populo tuo; reuertere ergo tandẽ aliquando ad eum miserationib' tuis v. 16. Ps. 80, 5. Ps. 90, 13. *d*) cf. v. 16. Ps. 102, 14. Erat q. d. popul' Iudaicus ab exilio in terram suam reductus, sed hostes habebat multos e vicinis populis, a quibus vexabatur tota gens probris & contemtui obnoxia; Hierosolyma sine muris erat, Templũ ad seruã vbhinc n. esse ĩ ruinis iacuerat, & hoc ipso tempore ab aduersariis Samaritis periculũ iminebat, ne cœptã templi reparationẽ denuo turbarent, cf. Esr 3, 3. c. 4, 1. 4. 5. seqq. c. 5, 3. Neh. 1, 2. 3. c. 2, 3. & Dan 9, 25. Atq; vt ex his quoq; malis, sic ut ex captiuitate, populum suũ liberet, Deũ Ange. rogat. *e*) cf. Ier. 34, 22. Intercessionis suæ geminũ facit obiectũ, primo metropolin, deinde prouinciales vrbes Iudæ. Eundẽ quoq; ordinẽ Deus respondendo seruat. Agit n. primo de Hierosolyma v. 14. 15. 16. deinde v. de vrbib' Iudæ v. 17. *f*) *quib'* velut exsecrandis seuere & ὑπερ- ἐμίσησας *iratus fuisti*. cf. n. Num. 23, 7. 8. Mal. 1, 4. Ps. 7, 12. *g*) *his*. Non modo demonstratiuũ temporis currentis aut proxime elapsi est, sed exaggerationem quoque, vt c. 7, 3. 5. Et subest argumentũ a diuturnitate mali, ad mouendã Dei misericordiã cf. Ps. 90, 15. *h*) Nam captiuitatem anni sunt, de quibus Ier. 25, 12. quiq; iam primo ãno Cyri exspirauerant Esr. 1, 1. 2 Par. 36, 21. 22. sed desolationem Templi & vrbis Hierosolymæ, vt c. 7, 3. 5. de quorum calculo vide not. ad Hagg. 1, 1. c. 2, 3.

e) Vulg. *in profundo*; vbi felicius proveniunt. Hinc apud *Virgil*. Georg. II. v. 212. *littora myrtetis lætissima*. Ion. *in Babele*. & sic veteres apud *Kimchium*, coll. צולה *profundum* Ef. 44, 27. At significare potius videtur generatim persecutiones & crucem, sub qua nihilominus crescit Ecclesia, speciatim vero humilem ac miserum statum, in quo erat populus Iudaicus etiam tum, cum Zacharias hæc vaticinaretur. cf. c. 10, 11. *d*; & *post ipsum*, tanquam ducem ac dominum, erant vel sequebantur, ad exsequenda illius iussa parati v. 10. 11. Ministratorii ergo Spiritus isti erant Hebr. 1, 14. cælestesque exercitus Apoc. 19, 14. *e*) *equi rufi* cum equitibus suis angelis. c. 6, 2. Sequuntur illum varii coloris equi; quod est ei gloriosum, vt R. Sal. ait. Ceterum quid equi ipsi eorumque colores in emblematibus propheticis notent, præclare ediderit *Vitringa* Comm. in Apoc. 6, 2. p. 328. seq. *Equus*, inquit, notat, α) *Sessorem* equi esse *ministrum diuini consilii & prouidentiæ*; β) Ad illa Dei consilia *fortiter & celeriter* exsequenda instructum esse *facultate*, & egregie ad id paratũ. Hæc ratio est, quare *Angeli* Zachariæ visi sint insidere *equis*. Cum enim consiliorũ diuinorũ sint exsecutores, & mundum hunc sub Deo administrent, & res humanas curent; *equi* illis in Emblemate dantur, vt eo declaretur, esse illos ad hæc officia *celeriter*, *prompte* & *alacriter* peragenda necessaria facultate instructos. --- Color autem *equorum*, ad quem -- inprimis attendendum est, vel significare potest *qualitatem Sessoris* ipsius, qui diuina consilia exsequitur; vel genus *qualitatemque* diuinorum consilio.

℣. 8. במצלה Lamed sine Dag. 1. 3. 5. 8. 1. 12. 14. 15. & Eer. A. במצולה 5 & sic fu. 1 Virum ... in Mas. 1. 2. impr. & Erff. שרקים sine Dag 1. c. ℣. 10. ויען per Gerejch 6 9 10. 20. A per Darga 1. 3. ... per Makk. 1. 2. 6. 9. 20. ℣. 12. מלאך ויען ita 1. 3. & sic fu. 5.

שנה : ויען יהוה את־המלאך הדבר בי דברים טובים 13
דברים נחמים : ויאמר אלי המלאך הדבר בי קרא 14
לאמר כה אמר יהוה צבאות קנאתי לירושלם ולציון
קנאה גדולה : וקצף גדול אני קצף על־הגוים השאננים טו
אשר אני קצפתי מעט והמה עזרו לרעה :
לכן כה־אמר יהוה שבתי לירושלם 16
ברחמים ביתי יבנה בה נאם יהוה צבאות וקוה ינטה
על־ירושלם : עוד קרא לאמר כה אמר יהוה צבאות 17
עוד תפוצנה ערי מטוב ונחם יהוה עוד את־ציון ובחר
עוד בירושלם : ואשא את־עיני וארא ב
והנה ארבע קרנות : ואמר אל־המלאך הדבר בי מה־ 2
אלה

vault, ad v. 11. q. d. super has ipsas gentes, quas angeli tranquillas habitare dixerunt. Subinnuitur tamen simul tranquillitatis abusus, *securitatem* carnalem, puta, & insolentiam contra populum Dei, vti sequentia docent. cf.

וקי קרי

CAP. II.

Am. 6, 1. Ps. 123, 4. Ez. 16, 49. Syr. *tranquillitatem*; quasi a שאנן *tumidum*. cf. 2 Reg 19, 28. Tales autem non Babylonii solum fuerant, sed vicini etiam Idumæi, Ammonitæ, Moabitæ &c. post destructum Babylonicum Regnum, sub Persarum tandem imperio secure conquiescentes. *x) quia.* Es. 65, 15. *y) iratus sum* Hierosolymæ *parum* vel *modice*, sc. comparate ad culpam eius & ad id quod hostium superaddidit immanitas. v. 2. Es. 47, 6. cf. 1 Par. 21, 13. Alioqui magna in se vtique erat ira Domini, coll. infra c. 7, 12. *z) ipsæ vero*, sc. gentes. *a) iuuerunt* (vt quasi cumulus accederet) *ad malum* 2 Par. 20, 23. nimia videlicet crudelitate ac tribulatione continua, vltra modum & fine fine. Es. 47, 6. cf. 2 Par. 28, 9. 10. ὁ, συνεπέθεντο εἰς κακά. *Hieronymus*: Irascitur super gentes -- quod ipse tradiderit eos (populum suum) ad corripiendum, illæ vero sæuierint in traditos; hic vt filium a pædagogo voluerit emendari, illæ vt hostem interficere & punire conatæ sint. *℣. 16. b) Ideo*, vt lætiora tandem in præteritæ calamitatis vicem experiaris. Ier. 30, 16. *c)* v. 14. Nah. 1, 12. *d) conuersus sum* vel *reuerti ad Hieros.* c. 8. 3. Es. 63, 17. Ps. 80, 15. Ps. 90, 13. cf. contrar. Hos. 5, 15. *e) miserationibus. Pluralis emphaticus*, ad innuendum misericordiæ diuinæ diuitias & magnitudinem. Es. 54, 7. 8. Respicitur autem hic ad intercessionem Angeli v. 12. adeoque innuitur, quod licet diuturna, tamen perpetua non fuerit ira Dei super Iudæos, sicut e. g. super Edomitas Mal. 1, 4. cf. Esa. 12, 1. Ps. 60, 3. *f) domus mea*, quæ ad primum vsque annum Cyri in ruinis iacuit, indeque aduersariorum maleuolentia in primis subsistit fundamentis, iam *exædificabitur*. Vide Præf. §. 7. & cf. c. 6, 12. Ier. 30, 13. *g)* vid. Hagg. 2, 23. *h)* Vulg. *& perpendiculum* LXX. μέτρον. Ion. *funiculus dimensionis extendetur super Hieros.* ad metiendum illam atque videndum, quanta ei latitudo & quanta longitudo esse debeat c. 2, 5. 6. 1 Reg. 7, 23. Ps. 44, 13. Iob. 38, 5. Hoc in typo successiue factum, inprimis a Nehemia, qui vrbem portis ac muro communiuit. Neh. 2, 17. seqq. Antitypum cf. Ier. 31, 4. *℣. 17. i) Adhuc* (præter illa, quæ v. 14. seqq. iam proclamari imperaui) porro *proclama*. Vbertatem & exsuperantiam promissionis diuinæ innuit cf. Iob. 36, 2. *k)* q. d. Mala multa & longe maxima sustinuerunt quidem hucusque, sed hæc periodus finem tandem habebit & subsequetur contra adhuc alius illarum, isque exoptatior status. cf. Gen. 8, 22. *l) diffundentur* vel *diffundent se.* quod ita explicat *Kimchi*: Propter abundantiam boni & tranquillitatis, quæ illis erit, dispergentur huc illuc, & terra vndique habitabitur. cf. 2 Sam. 20, 22. Sic explicationis loco posset esse, quod sequitur c. 2, 8. At *Schultensius* Animaduers. p. 530. seq. laudat Vulg. *affluent ciuitates meæ bonis.* ex Ar. פוץ *adfluere, abundare, exundare.* quam putat esse primariam radicis notionem, *dispergi* vero secundariam & ab illa exortam; q. d. *effundi, diffundi.* coll. Prou. 5, 16. Iob. 40, 6. Sic Ion. *implebuntur.* LXX. διαχυθήσονται. Abarbanel vero prorsus a scopo abludit, cum captiuitatem & vastationem Templi secundi his verbis insinuari contendit: *dispergentur a bono*, i. e. incolæ vrbium ab omni bono & ex terra bona euellentur; *consolabitur vero adhuc* &c. sc. præter consolationem, quam Iudæi ex captiuitate Babylonica liberati iam acceperunt. *m)* vrbes *suas* vocat Iudaicas v. 12. vt caritatis adfectum prodat. *n) & consolabitur* -- *porro*, vt olim. Es. 12, 1. c. 66, 13. cf. Ps. 85. totum. *o)* c. 2, 16. c. 3, 2. Es. 14, 1. Ps. 132, 13. CAP. II. *℣. 1. p) Deinde leuaui oculos meos.* v. 5. c. 6, 1. Gen. 18, 2. cf. not. c. 1, 8. *q)* eadem visione, de qua c. 1, 8. coll. hic v. 2. & 7. vbi collocutor idem, qui fuerat c. I. Sequitur ergo hoc capite I. *Emblema secundum*, exhibens quatuor cornua a quatuor fabris deiicienda, cum adiecta expositione v. 1--4. II. *Emblema tertium*, exhibens Virum vrbis structuram metientem, idque a) in se v. 5. 6. b) cum explicatione v. 7--fin. *r)* 4. *cornua.* Ion. *regna.* sic v. 2. Cornua in emblematis propheticis signant gentes & regna robore suo ferocientia, coll. Dan 7, 7. 8. c. 8, 3. 5. 6. 7. 8. 9. heic vero inprimis Israeli & Iudæ infesta, coll. v. 2. *Quaternarius numerus* (vti ad Ez. 1, 5. notauimus) respectum ad 4. plagas mundi inuoluit; coll. infra v. 10. h. l. peculiariter notat gentes populum Iudaicum vndique & a quatuor plagis mundi infestantes: cuiusmodi fuerant ab Aquilone Syri, Assyrii, Babylonii, & qui nouissime ab exilio reduces Iudæos turbauerant, Samaritani; ab Oriente Ammonitæ ac Moabitæ; a meridie Edomitæ atque Ægyptii; denique Philistæi ab Occidente. cf. Es. 9, 11. Ita præter alios explicat Cel. *Maius* 1073. Ac *Gurtlero* Theol. Proph. 133. sunt 4. summa imperia, sub quibus dura subinde fata Iudæi habuerunt; Babylonicum vel Assyrium, Persicum, Græcum & Romanum, ab aliis destructa & porro destruenda. Quæ & D. Kimchi, Abarbanelis, Vatabli aliorumque explicatio est. Quoquo modo explicetur, scopus saltem huius visionis est satis euidens. Solatur enim Iudæos, ostendendo, animum illis non esse abiiciendum, quantumcunque ab hostibus suis tribulati fuerint, vel tribulentur etiamnum: Deum namque non defuturum Ecclesiæ suæ, sed missurum, qui hostes illos vbique, vel omni tempore coerceant; sic ita, quatuor *cornua* Iudæos impe ere, sic tn. oppositos a Deo, vel opponendos esse totidem fabros, qui cornua ista deiiciant, ita vt vastentur ipsi, qui vastationem populo Dei intentarint. Pergerent modo Iudæi sese conuertere, ac templum, vt cœperant, ædificare; quæ vero obstarent, Deo committerent. *℣. 2. s) Dicebam vero*, ignorans, quid hoc sibi emblema vellet c. 1, 9. *t)* Est is ipse, quem stantem viderat inter myrtos c. 1, 8. coll. ibid. not. v. 9. *u)* c. 1, 9. c. 4, 4. & 6, 4.

℣. 13. i) Respondit autem, hue Propheta ipsam respondentis vocem in visione audiuerit, siue (quod probabilius forte est, & Raschio placet) ex relatione demum Angeli (v. 14.) responsum Dei cognouerit. cf. Ioh. 11, 41. 42. *k) verba bona*, i. e. gratiæ plena & exoptata. 1 Reg. 12, 7. Pendet vero hic Accusatiuus non a Participio *loquenti*, sed a remotiori Verbo *respondit*. quod accentus euincunt. *l) verba*, inquam, *consolatoria* (5) Es. 57, 18. Emphatica epitasis. Est vero vel adiectiuum hoc Nomen, quod probat *Kimchi*; vel ſtatuenda enallage status absoluti pro constructo in præcedenti Nomine, hoc modo resoluenda: *verba* (verba, inquam) *consolationum* cf. not. Ind. 18, 14. Hos. 14, 3. Ez. 11, 16. &c.

℣. 14. m) Dicebat enim ad me. Responsum illud bonum v. 13. exponit iam Angelus Prophetæ, vt hic illud vicissim populo exponat in solatium. *n)* vid. v. 9. *o) proclama* alta atque sonora voce, vt exoptatum hoc Dei responsum audiat tuus populus ac lætetur. v. 17. *p)* vid. not. Nah. 1, 12. *q) zelaui pro Ierusalem*; rediit hoc ipso tempore flagrans erga populum meum zelus. Qui autem zelator, inquit *Hieron.* amare se eam, quam zelatur, ostendit, coll. Ez. 16, 42. Verbum hoc cum Datiuo constructum in bonam, cum Accusatiuo vel præf. ב in malam partem sumitur, cf. c. 8, 2. Ioel 2, 18. *r)* v. 17. c. 9, 9. cf. not. Es. 51, 17. *s) zelo* non vulgari, sed *magno*. Valde enim me male habet, Hierosolymam & Tsionem, quam amo, læsam ab hostibus supra modum & crudeliter nimis tractatam fuisse v. 15. cf. c. 8, 2. Es. 9, 6. c. 26, 11.

℣. 15. t) cf. Es. 54, 2. *u)* super gentes illas *tranquillas*. Respicitur, v. *R. Sal.* obseruauit,

℣. 16. וקוה per *Pat.* 2. 3. 5. 6. 9. 10. *℣. 17.* תפוצנה cum Dag. 1. 10. 11. 17. 18. 21. & Ber At חפוצינה plenius contra *Mas.* 1. 2 & Erff. עוד יהוה per *Mahp.* 7. 23. CAP. II. *℣. 2.* ואמר Sic per *Kibbu* 1. 2. 3. 5. rectius quam ceteri per *S'heba*.

אֵלֶּה וַיֹּאמֶר אֵלַי אֵלֶּה הַקְּרָנוֹת אֲשֶׁר זֵרוּ אֶת־יְהוּדָה
אֶת־יִשְׂרָאֵל וִירוּשָׁלָ͏ִם׃ 3 וַיַּרְאֵנִי יְהוָה אַרְבָּעָה
חָרָשִׁים׃ 4 וָאֹמַר מָה אֵלֶּה בָאִים לַעֲשׂוֹת וַיֹּאמֶר לֵאמֹר
אֵלֶּה הַקְּרָנוֹת אֲשֶׁר־זֵרוּ אֶת־יְהוּדָה כְּפִי־אִישׁ לֹא־נָשָׂא
רֹאשׁוֹ וַיָּבֹאוּ אֵלֶּה לְהַחֲרִיד אֹתָם לְיַדּוֹת אֶת־קַרְנוֹת
הַגּוֹיִם הַנֹּשְׂאִים קֶרֶן אֶל־אֶרֶץ יְהוּדָה לְזָרוֹתָהּ׃
ה וָאֶשָּׂא עֵינַי וָאֵרֶא וְהִנֵּה־אִישׁ וּבְיָדוֹ חֶבֶל מִדָּה׃
6 וָאֹמַר אָנָה אַתָּה הֹלֵךְ וַיֹּאמֶר אֵלַי לָמֹד אֶת־יְרוּשָׁלִַם
לִרְאוֹת כַּמָּה־רָחְבָּהּ וְכַמָּה אָרְכָּהּ׃ 7 וְהִנֵּה הַמַּלְאָךְ
הַדֹּבֵר בִּי יֹצֵא וּמַלְאָךְ אַחֵר יֹצֵא לִקְרָאתוֹ׃ 8 וַיֹּאמֶר אֵלָו
רֻץ דַּבֵּר אֶל־הַנַּעַר הַלָּז לֵאמֹר פְּרָזוֹת תֵּשֵׁב יְרוּשָׁלִַם
מֵרֹב

אליו ק'

que & ab omnibus mundi partibus populo Iudaico ingruentes, sic per quatuor fabros generatim intelligimus instrumenta iræ, ad reprimendos hostes eorumque nefarios ausus vndique paranda, qualia ante non multos annos Persæ ac Medi contra Babylonios fuerant sec. prædictionem Es. 13, 5. Ier. 50, 25.

x) Est mixtura sermonis emblematici & proprii, sic resolvenda : *Hæc cornua sunt emblema illarum gentium, quæ* &c. Ion. *Hæc sunt regna* v. 1. 4. y) *disiecerunt*, pellendo illos in captiuitatem, aut continuis vexationibus faciendo, vt suscepto voluntario exilio ad alias terras in omnes mundi plagas commigrauerint. v. 4. coll. v. 10. it. Ier. 40, 12. c. 41, 17. Ez. 5, 10. 12. z) Ergo ad Assyrios quoque respicit, qui X. tribus Israelis captiuarunt. Nisi *Israelis* nomine hic veniant forte, qui ex X. tribubus Iudaico regno se adiunxerunt : quod vel ideo sese probauerit, quod Israel hoc loco non solum postponitur Iudæ, sed medio loco etiam ponitur inter *Iudam* & Hierosolymam.

℣. 3. a) *Contra vero*, ne cornua solum intuens cum tribulibus meis trepidarem, *monstrauit* etiam *mihi* v. 1. c. 3, 1. b) *Iehoua*, in casu directo, qui modo *Angelus Iehouæ* & *Angelus in me loquens* dicebatur v. 2. c. 1, 11. seqq. Vid. quæ supra c. 1, 8. notauimus. c) *quatuor fabros* cum ferramentis suis, ad deiiciendum ista cornua v. 4. fabros nimirum perditionis Ez. 21, 36. quos ad perdendum Deus creauit, vsurus opera illorum ad hostes Ecclesiæ retundendos Es. 54, 16. Zorobabelem, Iosuam, Esram ac Nehemiam intelligunt cum Christiani aliquot, tum Hebræi. Verum licet de Iudæis ab exilio reducibus præclare meruerint Quatuoruiri isti; tamen his non vsque quaque conuenire videntur, quæ de fabris prædicat Dominus v. 4. quomodo enim isti exterruerunt gentes? aut quomodo deiecerunt illas? Potius igitur quatuor cornua hostes interpretabamur, vndique

℣. 4. d) Vid. v. 2. e) *Quid hi* (fabri) *veniunt ad faciendum?* quo fine veniunt? f) Hæc ex v. 3. repetuntur, non modo, vt explicatius dicantur, verum etiam, vt nexus, quem fabri cum cornibus istis habent, eo magis conspicuus fiat. g) R. Salomoni prægnans hæc phrasis est aliud insuper inuoluens, quam verbis exprimitur, hoc modo circumscribenda : *disiecerunt Iudam, eumque humiliarunt vel depresserunt*, *ita vt*, &c. Sic enim sequens membrum aptius cohæret. h) *sec. eam rationem, vt*, vel *ita vt*. Subintelligitur enim Pron. אשר, seruiens loco Coniunctionis caussalis *vt*. Et Nomen hoc modum, rationem, proportionemque rei notat. Alii : feceruntque illum *sicut virum* vel *ad instar viri*, *qui* &c coll. Mal. 2, 9. i) Ion. *neque siuerunt* virum *incedere statura* erecta. cf. Mich. 2, 3. *Sublatio faciei* lætitiam ac parrhesiam in genere notat, coll. Ps. 3, 4. Iob. 10, 15. c. 11, 15. c. 22, 26. Luc. 21, 28. eius igitur negatio tristitiam, mœrorem ac desperationem & ἀπελπισίαν animi importat. cf. Iud. 8, 28. k) *venerunt igitur hi* fabri. v. 3. l) *ad exterrendum illa* cornua. Verbum hoc aliquem inuoluit respectum ad gentium istarum securitatem, ex cuius abusu populo Dei insultarant c. 1, 11. 15. coll. Ez. 30, 9. *Terrorem* vero non vanum, sed cum effectu exitiabili intelligendum esse, docet adiectum verbum *ad deiiciendum*. m) *ad deiiciendum*. Pi. (5) Thr. 3, 52. cf. Ps. 75, 11. n) *attollentium cornu* nefario & fastuoso molimine. cf. 1 Reg. 11, 26. 17. Ps. 75, 5. 6. Metaphora ab animalibus ferocientibus & petulcis. o) Ion. *ad deportandum eam*. Vid. not. v. 2. ℣. 5. p) Vid. v. 1. Incipit hic *tertium emblema*. q) c. 1, 8. R. Salomoni idem est, qui Angelus collocutor v. 7. & recte quidem. nam quem vates v. 6. *abeuntem* compellauit, eum v. 7. *exeuntem* describit, atque id ita, vt Angelum collocutorem illum fuisse diserte ponat. cf. igitur c. 1, 8. & Ez. 40, 3. r) *funis mensionis* seu *mensorius*. Ier. 31, 39. Ez. 40, 3. De sensu & complemento huius visionis obseruandum, pro ratione temporis, quo hæc prophetauit Zacharias, proxime quidem innui ædificationem Hierosolymæ ac multiplicationem populi Iudaici corporalem, exitumque vlteriorem ex Babylone proprie dicta; quæ promissiones non parum consolationis habebant pro populo Iudaico admodum hucusque adflicto. Et sic etiam re ipsa non multo post tempore euenit : nam muros Hierosolymæ instaurauit Nehemias, sicut superius ad c. 1, 16. notauimus; populus creuit & per totam Cananæam diffusus est, occupata non solum Iudæa, sed & Galilæa & regione transiordanensi, quod vel Euangelica nos docet historia; Esras quoque nouam dehinc Iudæorum coloniam e Babylone in Iudæam reduxit Esr. 7, 1. 6. sqq. Interim augustius vtique est vaticinium, quam memorati euentus. Ab his igitur adscendendo pergi debet ad vltimum idemque princeps complementum in Messia ac regno eius. Cuiusmodi anagoge prophetica Nostro frequens est, coll. Præf. §. 10. Sic *D. Kimchi*, Conueniens est, inquit, visionem hanc spectare ad dies Messiæ, sicut visiones Ezechielis c. 40 sqq. vbi metitur Angelus longitudinem ac latitudinem Hierosolymæ. ℣. 6. s) *Quorsum tu vadis*. c. 5, 10. t) *ad metiendum*. Ez. 40, 5. Apoc. 11, 1. u) ad videndum. h. e. *vt videas* tu & alii; vel sec. Schm. *vt videam*. Dicit igitur, in eo se esse, vt ædificet Hierosolymam, eoque fine terminos latitudinis ac longitudinis constituat. x) *quanta* (q. d. *secundum quid*) debeat esse. Gen. 47, 8. ὁ. πηλίκον τὸ πλάτος καὶ τὸ μῆκος αὐτῆς. cf. Apoc. 21, 16. ℣. 7. y) *Cum vero ecce* (Ez. 1, 4.) *Angelus*, qui loquebatur in me, v. 2. de loco suo (e myrtis c. 1, 8.) *exiret* c. 5, 5. ad metiendum Hierosolymam, cuius perficiendi caussa eum abeuntem viderat & compellarat Propheta v. 6. *Exit* autem, non vt myrtos s. populum suum abeundo deserat, sed vt peculiari eius necessitati peculiariter præsens esse intelligatur. Exprimit adplicationem curæ actualem in Christo, qua Hierosolymæ ædificationem actu adgreditur, & proxime perfectum iri significat, coll. Es. 51, 5. it. Ier. 4, 7. z) alius quidam angelus aliunde *exibat obuiam ei* ad excipiendum exsequendumque mandata eius, a quo nutu fuerat euocatus. cf. not. c. 1, 8. ℣. 8. a) *Dixit igitur* Angelus collocutor *ad eum*, qui obuiam ei exierat. Et quidem pro auctoritate dicit, vt adpareat, esse ipsum Angelorum Dominum seu *Iehouam* v. 3. vid. iterum not. c. 1, 8. b) *curre*. Ito protinus & dicito 2 Reg. 4, 26. c) *ad iuuenem hunc*, Iud. 6, 10. Zachariam, quem iuuenili adhuc cum ætate fuisse, hic titulus probabile facit. Neque Deus alibi in Prophetis deligendis istam adspernatus ætatem est. Vid. 1 Sam. 3, 1. sqq. Ier. 1, 6. 7. Sic *A. Esra* : Tres prophetarunt pueri vel iuuenes, Zacharias, Samuel, Ieremias. cf. 1 Tim. 4, 12. Mittitur 2. angelus ad explanandum Vati emblema, quod viderat, dum ipse Angelus collocutor vrbem metiebatur. cf. Dan. 8, 16. Apoc. 17, 1. c. 21, 9. d) *pagos* l. oppida campestria (5) Esth. 9, 19. quæ muros non habent Ez. 38, 11. Distinguuntur n. ab vrbibus munitis Deut 3 5. 1 Sam. 6, 18. e) Diuersimode explicant. Vulg. *absq; muro* (q. d. *per pagos*, ad modum pagorum) *habitabitur*. cf. c. 9, 5. Ioel 4, 20. Sic *R. Sal.* Et *Maius* p 1078. argumentum similiter enarrat : dicit n. inquit, præ maxima hominum copia eam sine muris incolendam. Sed malumus ita: *pagos incolet Hierosolyma*, metonymice; i. e. multitudo l. populus Hierosolymæ. Quod ita explicat Kimchi : extra vrbem habitabunt plurimi, quia non capiet eos vrbs, quamuis longior latiorque valde, quam fuit vnquam, futura sit : itaque habitabunt extra eam multi in vicis ac oppidis campestribus, sine muro, valuis & vectibus, quia secure & sine metu ab vllo homine habitabunt, me quippe velut igneum murum habituri. cf. c. 1, 17. Es. 49, 19. 20.

℣. 2. אלי per *Rbhia* 1. 2. 3. 6. 9. 13. 20. אשר per *Makk.* 1. 2. ℣. 5. Hic demum Caput II. auspicantur, & quidem præmisso *spatio* 8. 10. 14. 19. sine *spatio* vero 6. 9. 11. 13. 15. 16. 20. ℣. 6. לראות per *Tbhir* 1. 3. per *Sakephg.* 2. כמה per *Merca* 1. 2. 3. sic su. 5.

9 מרב אדם ובהמה בתוכה׃ ואני אהיה־לה נאם־יהוה
10 חומת אש סביב ולכבוד אהיה בתוכה׃ הוי
הוי ונסו מארץ צפון נאם־יהוה כי כארבע רוחות
11 השמים פרשתי אתכם נאם־יהוה׃ הוי ציון המלטי
12 יושבת בת־בבל׃ כי כה אמר יהוה צבאות
אחר כבוד שלחני אל־הגוים השללים אתכם כי הנגע
13 בכם נגע בבבת עינו׃ כי הנני מניף את־ידי עליהם והיו
שלל לעבדיהם וידעתם כי־יהוה צבאות שלחני׃
14 רני ושמחי בת־ציון כי הנני־בא ושכנתי בתוכך נאם־
יהוה

הפטרת בהעלותך וגם לשבת וחנוכה

f) pre copia hominum; secus ac tum erat, cum prophetaret Zacharias, ac tempore Nehemiæ Neh. 7, 4. cf. infra c. 8, 4. 5.

℣. 9. *g) Ego vero*, ne quis eam suspicetur hostium incursionibus expositam fore, cum sine muris habitaturam dixerim v. 8. *ero* &c. *h) murus ignem*, quem superare hostes nec poterunt, nec tentabunt impune 2 Reg. 6, 17. cf. infra c. 8, 9. Es. 26, 1. c. 60, 18. Prou. 18, 10 item Neh. 3, 35. & 1 Sam. 25, 16. *i) vndique* eam tutaturus Ps. 34, 8. Ps. 125, 2. *k) & in gloriam ero*, h. e. gloriam meam conspicuam sum facturus, demonstrabo me vt gloriosum Deum, meos tutando, hostes prosternendo, quod & ipsi Hierosolymæ gloriosum erit v. 12. Es. 4, 2. c. 11, 10. Ps. 84, 12. Ps. 85, 10. *Kimchius* ad gloriosam Ecclesiæ protectionem inprimis restringit, coll. Es. 4, 5. Ion. *& gloriose habitare faciam Numen vel maiestatem meam.* cf. Apoc. 21, 11. *l)* vid. v. 14. 15.

℣. 10. *m) Heus! heus!* v. 11 Es. 55, 1. *Ion.* præmittit: *Adclamate dispersis ac dicite illis.* Est Celeusma seu *excitatio* ad populum Dei, ex antecedentibus ducta, & in sequentibus (v. 12. seqq) confirmata. q. d. Quandoquidem ergo tantas ac tam certas Hierosolyma promissiones Dei habet, vestrum vtique est, quotquot Hierosolymæ salutem anhelastis, missa Babylone ad eius sinum vos protinus referre, vt bonorum ipsius cum ipsa participes fiatis. cf. Es. 66, 10-14. *Kimchio* sunt verba ad illos directa, qui Babylone manserant, nec dum adscenderant inde priori vice, quibus monentur exire ac reuerti Hierosolymam, atque ædificare Templum, quia iam adsit tempus. Quam sententiam retellit quidem *Abarbanel*, quasi contextui parum conuenientem, quia dicitur: *in quatuor ventos mundi dispersi vos*, quod vero vix quadret in Babylonicam captiuitatem; sicut nec illud v. 15. *Adiungent se gentes multa Domino* &c. Verum veut agnoscimus vaticinium hoc vlterius tendere, quam ad exitum e Babylone proprie dicta, coll. inprimis Apoc. 18, 4. tamen nihil obstat, quin illum hic includamus, idque eo magis, quod vaticinium Zachariæ totum etiam ad excitandum erigendumque populum Iudaicum sui temporis comparatum fuerit, a præsentibus sæpe ad futura adscendens, & vicissim a futuris ad præsentia regrediens, aut ambo denique artificiose connectens. Vide quæ v. 6. de Iudæis ab Esra in terram posthac demum reductis adnotauimus. *n) fugite ergo* Verbum hoc & celeritatem exitus suadet, & moræ periculum innuit. cf. Ier. 51, 6. Apoc. 18, 4. *o)* i. e. e Babylonia, quæ aquilonaris ipsa quodammodo Iudææ, Iudæos per aquilonarem regionem Syriam abductos detinuit. Vid. not. Ier. 1, 14. *p) secundum*, vel, *velut* in *quatuor ventos* cardinales, hoc est, in omnes mundi partes. Ez. 37, 9. *q)* Sch. *expandam vos.* sic promissio foret, & cum priori hemistichio cohæreret, vt motiuum exitus vel fugæ, sumtū ab eo, quod velit eos Dominus, si exeant, amplificare & augere. Sed quia Præteritum est, malumus in malam interpretari partem, *expandi, dispersi vos*; vt Ez. 17, 21. Ps. 68, 15. Nexus igitur cum antecedenti membro hic erit. Iussi vos fugere e terra septemtrionis, quippe in qua potissimum, sicut & in aliis terris, hucusque dispersi & captiui fuistis: facite id ergo; cupio namque, vt finis tandem ingenti malo fit, quo vos adflixi, *quia secundum quatuor ventos* &c. Ita כי *explicatiuum* potius, quam caussale est. Quomodo vero in quatuor ventos Iudæi dispersi fuerint, declarauimus supra v. 1. ℣. 11. *r) Heus!* inquam. v. 10. *Ion.* præmittit: *Adclamate coetui Sionis, ac dicite ei.* *s)* c. 1, 14. 17. *t)* celeri fuga *eripe te*; vt ne venias cum Babylone in malorum partem. Gen. 19, 17. 22. Ier. 51, 6. *u)* Vulg. *qua habitas apud filiam Babylonis.* Similis locutio Ier 46, 19. cf. not. Num. 21, 25. Ez. 26, 6. &c. ℣. 12. *x) Quoniam*, vt vlterius explicem, quid vestri caussa & vobis in solatiū facturus sit Dominus. *y)* c. 1, 3. 4. *z)* Notanda hic venit maxime Persona loquens, quæ est *Iehoua exercituum* Deus, Deus Filius, qui exercitus angelicos ducit c. 1, 8. in & cum Propheta hactenus loquutus v. 3. 7. ratione essentiæ Iehoua cum Deo Patre v. 3. coll. v. 2. ratione personalitatis ab eo distinctus, vtpote qui ipsum misit v. 13. 15. Hic igitur per ministerialem Angelum loquens v. 7. 8. consilium gratiæ, a Deo Patre sibi commissum, Tsioni exponit. Nam, quod dicit v. 13. *Agitans ero manum meam super gentes, vt spolium seruientibus sibi fiant.* Item v. 15. *Erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui*, neq; Propheta de se dicere potest, neq; Angelus ministerialis; quod vero ibidem immediate subiicitur, *Et senties, quod Iehoua Tsebaoth miserit me ad te*, in Deum Patrem non quadrat. Adeoq; excellens locus est de Deitate Christi, & personarum in Deitatis mysterio pluralitate. *a)* Ion. *Post gloriam, qua promissa est, vt adducatur super vos.* Respicitur procul dubio ad v. 9. q. d. Non sufficit mihi, in Israele gloriam manifestare meam, in ipsis insuper gentibus nomen mihi illustre faciam, vobis illas in spolium daturus, partim conuertendo eas, partim vindictam ab eis sumendo. Igitur *post gloriam* h. l. est *super* l. *præter gloriam*, significando accessionem ingentis cumuli ad gloriam, Es. 4, 5 Sic Es. 49, 6. Deus Pater Filio dicit: *Leuius* foret, pro dignitate personæ atque officii tui, *esse mihi seruum ad erigendum* tantummodo *tribus Iacobi* -- insuper *enim dabo te in lucem gentium* &c. *Kimchius* ita connectit: Non sufficiet Deo, loco mali, quod in captiuitate perpessi estis, bonum vobis in vicem rependere; sed ab hostibus quoq; vestris, qui vos spoliarunt, vltionem sumet. *b)* v. 13. 15. cf. Es. 48, 16. & not. ibid. Mittitur autem ad gentes illas, vt pœnitentes ad fidei obsequium conuertat, ab impœnitentib⁹ supplicium capiat, sec. Ps. 2, 8--fin. &c. *c)* q. d. quod etiam vestri sit caussa, *nam.* *d) tangens*, seu, quisquis *vos* tangit, i. e. *lædit* Gen. 26, 11. Ier. 11, 14. Ps. 105, 14 15. Recte *Hier.* Tactū, inquit, pro vexatione & iniuria accipe. *e) tangit pupillam* (1) *oculi sui.* Ita *D. Kimchi* Pronomine reciproce sumto. q. d. Effectiue seipsū maxime lædit, nec n. Deus impune vos lædi sinet. Sed malum⁹ ad Deū referre: *pupillam oculi ipsi⁹*, sc. Iehouæ Tsebaoth, pro quo habet Vulg *oculi mei.* Id v. cum curā Dei summā atq; tenerrimā in custodiendis suis, tum vindictæ seueritatem ac certitudinē, si quis læserit eos, innuit, coll Deut. 32, 10. Ps. 17, 8. Deus hoc interpretatur sibimet ipsi fieri, quod populo ac seruis suis fit, coll. Matth. 25, 40. 45. Act. 9, 4. ℣. 13. *f) Quoniam*, si scire cupitis, quid de gentibus illis factur⁹ sim. *g) agitatur⁹ cum manum meam*, quod signū est atrociter cominantis, l. plagā inferētis Es. 10, 32. c. 19, 16. *h)* Dicitur in antanaclasi ad culpam v. 12. *i)* Vulg. *his qui seruiebant sibi.* conf. Obad. v. 17. *k) & tum agnoscetis*, ex euentu promissionis huius. c. 4, 9. c. 6, 15. Ez. 5, 13. *Kimchi*: cum eueniet hæc prophetia, nempe in dieb⁹ Messiæ. *l)* v. 12. 15. c. 4, 9 c. 6, 15. Es. 48, 16. Heic se *missum* dicit, *ad prædicendum*; superius vero, sc. v. 12. *ad exsequendum* quæ euentura essent. ℣. 14. *m) Quare iubila & latare.* cf. c. 9, 9. Es. 12, 6. c. 65, 18. Zeph. 3, 14. Recte a. *Kimchi*, Conuenientissimū est, inquit, totum hoc vaticiniū v. 14- fin. explicare de diebus Messiæ, quoniam dicit v. 15. *Adiungentur gentes multa.* Interim etsi materia gaudii adhuc tum futura fuit, cum hæc Zacharias prophetaret, gaudium tn. ad illud ipsum quoq; temp⁹ pertinuit, adflictis Iudæis in angustiis leuamen, atq; in difficultatib⁹ animi robur impertiens cf. Neh. 8, 10. *n) ecce ego* (emphasis particulæ in rem futurā quasi præsentē deducit, certitudinē pariter ac festinationē euentus innuens) *venturus sum*; ego, inquam, quem Pater per tot retro sæcula vt *venturum* promisit. c. 9, 9. Hab. 2, 3. Ps. 40, 8. cf. Matth. 11, 3. Ion. *reuelabor.* cf. Es. 40, 5. *o) & habitabo in medio tui* velut in templo meo, manifestaturus me tibi per aduentū in carne, per operationes & dona gratiæ, tandemq; in gloria. v. 15. c. 8, 3. Ez. 43, 9. Ioh. 1, 14. 2 Cor. 6, 18. Apoc. 21, 3. Respicitur ad vmbram Tabernaculi ac Templi Leuitici Leu. 26, 11. 12. Deut. 12, 5. Ps. 78, 60. *Cocceius* Lex. 894. Si iam vera σκήνωσις, inquit, præcessisset, non alius σκηνώσεως post illam fieret mentio. atqui arca Domini nec requirenda, nec memoranda (sub N. T.) erat Ier. 3, 16.--Quando Deus manifestatur in carne, tum vere habitat in nobis. Dei domus non est tabernaculum manu factum, Act. 7, 48. c. 17, 24.

℣. 9. לה sine *Dag.* 1. 3. 7. 8. 21. sic fu. 5. ℣. 10. כארבע per præf. ב loco כ 6. 9. 10. 13. 19. 20. 23. sic fu. 5. ℣. 12. כי per *Makk.* 2. 3. fu. 5. בבבת עיני *Tikkun Sopherim* hic notat *Mas. impr.* ad Ps. 106, 20. ℣. 13. לעבדיהם sic nominaliter per Pat 1. 2. 3. 5. 6. 9 - 14. 16. 19 - 23. & sic allegatur in *Concord. Hebr.* Sed participialiter etiam veteres metaphrastæ expresserunt LXX. *Vulg.* & *Ion.* ℣. 14. כי־הנני ita 1. 3. fu. 5.

Disperent omnes impii. cf. Ps. 104, 35. *b) vniuersa caro.* emphatice pro omnibus omnium generum, nationum, ætatum, statuumque ac sexus hominibus. Gen. 6, 12. Es. 40, 5. c. 66, 23. Ps. 65, 3. c)

ט יְהוָה: וְנִלְווּ גוֹיִם רַבִּים אֶל־יְהוָה בַּיּוֹם הַהוּא וְהָיוּ לִי לְעָם
וְשָׁכַנְתִּי בְתוֹכֵךְ וְיָדַעַתְּ כִּי־יְהוָה צְבָאוֹת שְׁלָחַנִי אֵלָיִךְ:
16 וְנָחַל יְהוָה אֶת־יְהוּדָה חֶלְקוֹ עַל אַדְמַת הַקֹּדֶשׁ וּבָחַר
17 עוֹד בִּירוּשָׁלָ‍ִם: הַס כָּל־בָּשָׂר מִפְּנֵי יְהוָה כִּי נֵעוֹר מִמְּעוֹן
ג קָדְשׁוֹ: וַיַּרְאֵנִי אֶת־יְהוֹשֻׁעַ הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל
עֹמֵד לִפְנֵי מַלְאַךְ יְהוָה וְהַשָּׂטָן עֹמֵד עַל־יְמִינוֹ לְשִׂטְנוֹ:
וַיֹּאמֶר

quum vel *quia excitabitur*; velut qui excitatur aut euigilat e somno c. 4, 1. coll. Ps. 78, 65. q. d. sat multa effluxerunt tempora, quibus se quasi dormientem gessit Deus, populum suum propter ipsius delicta negligendo, vniuersum vero mundum in erroribus suis linquendo: nunc tandem, excusso velut veterno, multo illustrius quam olim se manifestabit, non modo Iudæis, sed gentibus vniuersis. cf. Esa. 51, 9. Ps. 44, 24. Ion. *reuelabitur.* *d) ex habitaculo sanctitatis suæ*, h. e. de cælo Deut. 26, 15. Ier. 25, 30. CAP. III, ℣. 1. *e) Postea videre me fecit* Angelus collocutor, qui equo rufo insidebat c. 1, 8. c. 2, 2. seqq. Exponitur hoc capite *Emblema quartum*, quo *Iosuam* sacerdotem summum vidit a Satana accusatum, v. 1. a Domino absolutum v. 2--5. ad sedulam officii curam sub spe communionis Angelicæ excitatum v. 6. 7. denique promissio Messiæ aduentu contra quasuis aduersitates cum sociis erectum v. 8--10. Emblematis autem scopus is esse videtur, vt ostendatur, Deum interim, dum verus sacerdos in carne manifestaretur, cuius vnico sacrificio expianda foret iniquitas terræ, ratihabiturum esse in gratiam populi sacerdotium Leuiticum, licet eius administros Diabolus, ob varios illorum næuos, Deo inuisos reddere allaboraret: pergerent modo strenue in cultu sacro instaurando; cessurum id eis in bonum, frustra obnitente Satana, tandemque typis ac vmbris antitypum ac veritatem successuram. *f) Iosuam*, summum *sacerdotem*, collegarumque caput v. 8. & sacrorum tunc temporis præsidem v. 7. Hagg. 1, 1. Esr. 3, 2. 8. qui *Iesum* Christum, verum sacerdotem & nomine figurauit, quemadmodum prior *Iosuas*, coll. not. Ios. 1, 1. & officio pontificali Hebr. 4, 14. c. 9, 11. coll. hic v. 9. eundemque & infra repræsentat vt sacerdotem ac regem c. 6, 11. seqq. Sicut & hoc loco, cum velut antistes in populo suo (vid. Leu. 21, 4. & not. ibid.) ad iudicium ducitur, accusatur, absoluitur, suo modo non obscurum Saluatoris nostri typum exstitisse illum credibile est, coll. Es. 53, 8. 1 Tim. 3, 16. *g)* quem tamen Deus singulari modo sanctificauerat Leu. 21, 10 seqq. Quod si Pontificem ipsum, qui populi coram Deo mediator Hebr. 5, 1. Satanas accusauit, populum ergo totum simul ille impetiit. *h) stantem*, vt reum v. 3. & propter peccata accusatum v. 4. *i) coram Angelo Iehoua* ceu iudice, sententiamque suo & Patris nomine dicente v. 2. seqq. Vid. not. c. 1, 11. Ceterum *Angelus Iehoua*, inquit *Vitringa* ad Apoc. 11, 7. p. 719. quis erit, præter *Filium Dei*, veræ participem diuinitatis? Estne enim in cælis tam gloriosa & illustris persona, cui nomen *Iehoua* competat, præter verum Deum Abrahami & Iacobi? estne in cælis persona præter *Filium Dei*, cui Pater *iudicium* committit in homines & ipsum Satanam, vt fit hoc loco, præter Filium Dei? Ioh. 5, 22. Certe ita persuasi sumus, *Angelum Iehouam* hoc titulo mystico in Scriptura V. T. notum Ex. 3, 2. 6. c. 23, 20. Es. 63, 9. tam euidentibus diuinitatis veræ characteribus insigniri, vt vel dicendum sit, Deum gloriam suam cum *non-Deo* communicasse; vel in hoc Angelo agnoscendus & adorandus ab Ecclesia sit *verus & proprius Filius Dei*, quem Scriptura docet *creatum non esse*, omni potestate cælesti superiorem, totius naturæ dominum & iudicem, principem exercitus populi Dei, eiusque *mediatorem* & *intercessorem* apud Deum; qui *Michaelis Archangeli* sunt characteres. Dan. 12, 1. &c. *k) Satanas vero*, qui nomen ab *aduersando* & *criminando* gerit, quod criminando piis apud Deum obstet v. 2. Iob. 1, 6. c. 2, 1. Apoc. 12, 9. 10. *l) stabat ad dextram eius.* Ps. 109, 6. Ritum hunc in Orientalium iudiciis fuisse, vt actor, reum trahens ad iudicem, ad dextram ei esset, coniicit *Cocc.* Lex. 311. Cf. Dan. 10, 13 1 Par. 21, 1. *Tarnouius*: Quod Satan caussam accusationis suæ satis grauem prætenderit -- phrasi illa indicatur, cum dicitur *stare*, non ad sinistram, sed *ad dextram Iosuæ.* Ad dextram enim stare & accusare in Scriptura dicitur, qui caussam in iudicio souet bonam; ad sinistram, qui malam, & recte accusatur: vel, vt habet Gregorius, pro dextro habere dicimus, quod pro magno pensamus; pro sinistro, quod despicimus. *m) ad aduersandum ei* (6) velut accusator reo Ps. 71, 13. & 109, 20. 29. vt sic Nominis sui mensuram *Satanas* ab *aduersando* dictus impleret. cf. Nom. Esr. 4, 6. Criminationis autem materia, quæ fuerit, Scriptura hic quidem non exprimit; *R. Sal.* vero & *Kimchi* hanc putant fuisse, quod Iosuæ filii duxissent mulieres extraneas Esr. 10, 18. contra legem diuinam Ex 34, 16. Deut. 7, 3. Sic igitur conniuentiæ erga filios, cuius Eli prisco tempore reus fuerat, 1 Sam. 3, 13. Diabolus Iosuam accusasset, eo fine, vt perderet Deus eum cum filiis, quemadmodum simili scopo Iobum criminatus quondam fuerat Iob. 2, 3. Ita & Ion. quem vide infra ad v. 3. Verum licet hoc admittamus, Iosuas tamen considerandus hic venit non in sua tantum aut filiorum persona, sed totius populi sui, (cuius, summus Pontifex, caput erat Leu. 21, 4.) Huius igitur peccata, vt typus Christi Iesu, probabiliter gestauit, ac ea propter in iudicio diuino accusatus fuit; vt populo vniuerso factum fuisse Zacharias interpretaretur, quod factum vidisset in populi principe Iosua. Vnde Angelus, sententiam contra Diabolum ferens, Iehouam vocat *eligentem Hierosolyma* v. 2. & infra v. 9. *iniquitatem* totius *terræ* abolitum iri promittit.

℣. 15. *p) Adiungentur autem* &c. cum Israele in vnum corpus coalituræ Es. 14, 1. ad ministrandum Domino, atque ad amandum nomen Iehouæ, vt serui eius sint c. 56, 3. 6. Cohæret cum v. 14. simili ratione ac versus 12. cum antecedentibus. Gentium videlicet conuersionem annectit datæ Israelitis promissioni, vt beneficium aduentus Dominici non ad solos Iudæos, sed ad vniversos populos pertinere adpareat. *q)* cf. c. 6, 15. c. 8, 22. 23. Es. 2, 2. 3. c. 11, 10. c. 52, 15. c. 60, 3. Ier. 16, 19. Mich. 4, 2. Zeph. 2, 11. &c. *r) & fient*, æque ac vos, *mihi in populum.* De assumtione populi Israelitici in fœdus gratiæ, alias dicitur Ex. 6, 7. Leu. 26, 12. Deut. 27, 9. Cf. infra c. 8, 8. Ez. 11, 20. *s) habitabo*, *inquam.* Vid. v. 14. & not. ibid. *t)* Vid. not. v. 12. & 14.

℣. 16. *u) Et hereditabit* Habebit Iudam vt hereditatem. Ex. 34, 9. Ps. 82, 8. *x) tanquam portionem suam.* Deut. 32, 6. *y)* ita vt sit ac maneat portio Iehouæ *super terra sanctitatis*, reductus illuc e terra captiuitatis. cf. Ex. 3, 5. & not. Es. 24, 5. *z) & eliget porro*, quam propter peccata ipsius ad tempus reiecerat, electionis gratiam confirmaturus ei & continuaturus, c. 1, 17. c. 3, 2.

℣. 17. *a) Sile itaque* (8) Amos 6, 8. Est Imperatiuus maiestaticus, idemque propheticus, vt Hab. 2, 20. Zeph. 1, 7. Silentium efficaciter imperat, & eo ipso dum imperat, futurum prædicit, vt vniuersa caro Euangelio Christi obsequens reddatur, ac venerabundo silentio Dominum, cui impie contradixerat, tandem prosequatur. cf. Es. 45, 23. c. 52, 15. Ion.

CAP. III, ℣. 1. והשטן Ita a.

2 ויאמר יהוה אל־השטן יגער יהוה בך השטן ויגער יהוה
3 בך הבחר בירושלם הלוא זה אוד מצל מאש׃ ויהושע
4 היה לבוש בגדים צואים ועמד לפני המלאך׃ ויען
ויאמר אל־העמדים לפניו לאמר הסירו הבגדים הצאים
מעליו ויאמר אליו ראה העברתי מעליך עונך והלבש
ה אתך מחלצות׃ ואמר ישימו צניף טהור על־ראשו
וישימו הצניף הטהור על־ראשו וילבשהו בגדים
6 ומלאך יהוה עמד׃ ויעד מלאך יהוה ביהושע לאמר׃
7 כה־אמר יהוה צבאות אם־בדרכי תלך ואם את־

משמרתי Kk kk עט א

℣. 2. *n*) *Dixit vere Iehoua.* Recte quidem *Kimchi*, Is est *Angelus*, inquit; absurdum vero, quod addit, heri sui nomine sic eum vocari. Nunquam enim fieri reor, vt Ludouici vel alius cuiusque Regis legatum quis ipso Ludouici aut Regis sui nomine vocet. Sed vide quæ ad v. 1. ex Cel. *Vitringa* notavimus; & cf. Iudæ v. 9. *o*) *increpet Iehoua* Deus Pater *te, Satana,* insolentiam tuam, qua contra Iosuam atque populum meum in iudicio Dei consurgis, efficaciter refrænando, vel, vt *R. Sal.* habet, vt ne liceat tibi ante faciem ipsius venire ad accusandum hunc iustum. Es. 17, 13. Ps. 9, 6. Ps. 68, 31. *Hieronymus*: Dominus de altero Domino (cf. Gen. 19, 24.) loquitur, non quod ipse Dominus, qui loquitur, increpare non possit, sed quod ex vnitate naturæ, cum alter increpaverit, increpet ipse qui loquitur. Hæc ille. Sed modestiæ admirabilis significationem insuper verba habent, coll. Iudæ v. 9. & Angelum hunc vt mediatorem pro suis intercedentem proponunt, vt supra c. 1, 12. coll. Iob. 33, 23. *p*) *increpet, inquam.* Emphatica repetitio. *q*) Pendet a Nomine *Iehoua*. Ion. *cui placuit collocare Schechinam suam in Hieros.* Respicitur ad c. 1, 17. & c. 2, 16. q. d. Iehoua pro diuitiis amoris atque miserationum suarum decreuit, Hierosolymam rursus eligere; increpet igitur te, quod decretum illud gratiæ accusationibus tuis conaris interuertere. cf. Rom. 8, 31. 33. *r*) *hic*, sc. Iosuas cum toto populo, cuius personam gerit, coll. not. v. 1. *s*) est velut *torris* ambustus l. semiustus, (3) Es. 7, 4. Am. 4, 11. *t*) cum populo suo vix nuper *ereptus ab igne*, idque ex gratioso Dei consilio, quo Hierosolymam rursus elegit: eum igitur, improbe, non debebas criminando ad

ad flammam denuo postulare, atque ita ad malum, quod iam ingens passus est, iuvare vlterius c. 1, 15. Deoque, cum gratiam in eo commonstrare suam decreuit, obniti. cf. Iudæ v. 23.

℣. 3. *u*) *vestibus sordidis* (2) v. 4. cf. Es. 3, 4. Prou. 30, 12. *Vestes* in genere statum habitumque hominis significant: per *sordidas* ergo reatum & peccata intellige, coll. v. 4. quorum illæ sunt symbolum, Apoc. 3, 4. sicut contra mutatoriæ vel mundæ iustitiam notant infra v. 4. 5. & Apoc. 3, 18. c. 7, 14. c. 19, 8. Ion. *Quod vero ad Iosuam, erant ei filii, qui duxerant vxores, quæ non erant dignæ sacerdotio.* Vid. not. v. 1. *x*) *atque ita stabat* &c. vid. v. 1. ℣. 4. *y*) Dixit Iehoua *stantibus coram ipso* Angelis. vid. c. 1, 8. Ion. *ministrantibus coram ipso.* 1 Reg. 10, 8. coll. Hebr. 1, 7. 14. Nam Angelus ille, inquit *Kimchi*, maior erat, quam ceteri, ac hos mittebat. Immo tanto vtique maior, quanto excellentius, quam ipsi, nomen hereditate accepit Hebr. 1, 4. seqq. quippe qui est ipse *Iehoua*, coll. hic v. 3. *z*) *Remouete* &c. Esth. 4, 4. Ion. *Dicite ei, vt eiiciat vxores, quæ dignæ non sunt sacerdotio, e domo sua.* Vid. not. v. 1. Respicit interpres ad Esr. 10, 18. 19. Verum remotio vestium sordidarum potius notat non imputationem peccatorum Rom. 4, 8. 2 Cor. 5, 19. sicut mutatoriarum vestium amictus imputationem iustitiæ in iudicio diuino Rom. 4, 6. cf. Esa. 6, 7. c. 27, 9. c. 61, 10. *a*) vid. v. 3. *b*) *atque*, vt intelligeret Iosuas, quid sibi vellet actus ille symbolicus, *dixit ei.* *c*) *vide*, inquit, vt ingens beneficium Iosuas digne apud se reputet, neque voluntariis peccatis denuo profundat. cf. Ioh. 5, 14. *d*) sicut iam modo vestes sordidas, sic pariter *transire feci* (remoui) *a te* &c. non quidem vt peccatum non sit, sed vt non imputetur. 2 Sam. 12, 13. c. 24, 10. Es. 6, 7. cf. 1 Ioh. 1, 8. 9. *e*) *transgressionem tuam*, cuius symbolum vestes sordidæ v. 3. cf. v. 9. Habebant enim typici Pontifices & ipsi propria peccata Hebr. 7, 27. *f*) *& contra vestiendo* vestiui *te*, vel *vestiri te iussi.* v. 5. Es. 61, 10. Ez. 16, 10. *g*) *festiuis*, vel sec. Cocc. *nitidis vestibus*, (2) Es. 3, 22. quasi quæ profestis diebus *exutæ* domi seruantur, coll. Rad. Deut. 25, 9. Mutatorias alibi vocant Hebræi Iud. 14, 12. 13. Syr. *vestibus optimis.* idem sic v. 5. quod cf. cum Luc. 15, 22. Recte autem Ion. *iustitiis*; incommode vero, quod addidit Pronomen *tuis*: cf. enim Es. 64, 6. Phil. 3, 9. Tit. 3, 5. Nisi *tuis* interpretari velis pro *tibi donatis*. Ceterum sicut hic & v. 3. culpam cum vestibus sordidis compararat, ita h. l. iustitiam imputatam comparat cum festiuis ac nitidis. Vid. not. v. 3. & cf. Matth. 21, 11. ℣. 5. *h*) Quidam hic continuari putant sermonem Angeli seu Iehouæ: *Dico item*, vel *Vnde dico.* Sed finis versiculi arguit, prophetam potius loquentem esse. LXX. signum dicti omittunt, dictum ipsum cum antecedente oratione connectentes: *Et imponite cidarim.* Vulg. & Syr. *& dixit.* Vtrumque vero contra grammaticam & lectionem authenticam Hebræi textus. Probamus igitur *Raschii* expositionem: *Et dixi* ego Zacharias, petens misericordiam pro ipso. Humiliter enim vouentis ac desiderantis verba potius esse, quæ sequuntur, quam pro autoritate imperantis, vel inde cognoscitur, quod non directe ac imperatiue dicit, *Ponite*; sed indirecte ac optatiue, *Ponant.* Ita *Kimchi*: q. d. Dixi ad Angelum: postquam præcepisti, vt, sordidis vestibus remotis, festiuis ipsum induant, præcipe item, vt cidarim puram capiti eius imponant. *i*) *ponant*: Fac, vel iube, vt *ponant* angeli, qui tibi ministrant v. 4. *k*) Syr. *coronam.* Sane vox regium quoque diadema notat Es. 62, 3. Iob. 29, 14. & sic cf. 2 Tim. 4, 8. Apoc. 4, 4. Verum quod summus Pontifex esset Iosuas, rectius *mitram* pontificalem, *Mitsnepheth* alias dictam, quæ sacrum diadema vel cidarim in frontispicio ferebat, intelligimus, coll. Ex. 28, 37. Leu. 8, 9. estque nobis symbolum sacerdotii inprimis ad beneplacitum Dei in posterum administrandi. *Kimchi*: vt sic sacerdos magnus; sacerdos enim magnus mitram solebat in capite gestare suo. Sic *Tarn. cidarim* eq. publici officii decorem, *vestes* v. tanquam priuatæ iustitiæ symbola respicit; idemque *F. Iunium* laudat, qui sic notat: Induatur Iehosua hic rebus omnibus tum ad sacerdotium recte pro Ecclesia perfungendum, tum ad suam ipsius vitam sancte in Ecclesia traducendam necessariis &c. itemque *Augustinum*, qui de Ministris Ecclesiæ loquens: Habent, inquit, duo quædam: vnum, quod Christiani sunt; alterum, quod præpositi sunt. Illud, quod Christiani sunt, propter ipsos est; quod a. præpositi sunt, propter Ecclesiam est. *l*) *Posuerunt igitur*, me petente, Iehoua iubente. *m*) *Kimchi*: prius *tamen induerunt ipsum*, per hysterologiam. Angelus namque vestiri eum iusserat, antequam ipsi mitram Zacharias imponi petiisset v. 3. 4. Ion. *& iusserunt eum ducere vxorem dignam sacerdotio.* Sed vestitus hic gratiæ beneficium est potius, quam officii debitum. Vid. not. v. 3. *n*) *Angelus a. Iehoua.* v. 1. 6. *o*) *adstans* erat, ritum tanquam herus imperans, probans & præsentia sua ornans. ℣. 6. *p*) *Et obtestatus* vel *contestatus est*, grauiter & serio ipsum commonens. Deut. 4, 26. 2 Reg. 17, 13. Ier. 11, 6. post ablatas nimirum vestes sordidas, redditasque puras, monet eum Dominus sec. id, quod scriptum est: *Ecce sanus factus es, noli vltra peccare, ne quid fiat tibi deterius.* Ioh. 5, 14. cf. Esa. 38, 15. Rom. 6, 1. seqq. *q*) Vid. not. v. 1. ℣. 7. *r*) Deus Pater, cuius verba hic refert Angelus, Dei filius, coll. v. 8. 9. vbi procul dubio Pater de Messia Filio concionans inducitur. Simile quid vide supra c. 1, 14. sqq. *s*) Ion. *in viis, quæ recta sunt coram me.* cf. 1 Reg. 3, 14. Ps. 81, 14.

℣. 2. יהוה cum *Psik* 3. sec. *Mas. Bss.* ℣. 7. ואם per *Makk.* 1. 2. 3. 5. 6. 9. 1.

משמרתי תשמר וגם־אתה תדין את־ביתי וגם תשמר
את־חצרי ונתתי לך מהלכים בין העמדים האלה׃
8 שמע־נא יהושע הכהן הגדול אתה ורעיך הישבים
לפניך כי־אנשי מופת המה כי־הנני מביא את־עבדי
9 צמח׃ כי הנה האבן אשר נתתי לפני יהושע על־אבן
אחת

sanctis Angelis hisce; idque in regno gratiæ non minus, quam gloriæ; coll. Hebr. 12, 22. Matth. 18, 10. c. 22, 30. Ion. *& in resuscitatione mortuorum resuscita*bo te, *& dabo tibi pedes ambulantes inter Seraphinos istos.* cf. Apoc. 3, 4. *b*) *inter adstantes hos*, v. 4. sc. Seraphinos & Angelos ministrantes coram Deo, quibus sessio nulla est. *Raschi.* Sic *Medrasch Tillim* fol. 2. a. confert Es. 6, 2. ℣. 8. *c*) *Quæso* vel *velim*, inquit, vt amoris adfectum insinuet, ex quo bene cupiat Iosuæ, atque, vt bene cupienti aures præbeat, sincere hortetur. cf. not. c. 1, 4. *d*) *o Sacerdos magne* v. 1. *e*) *tu*, inquam, *& socii* vel *collegæ tui*, sc. reliqui sacerdotes. *f*) *sedentes coram te*, vti coram doctore discentes vel auditores Es. 23, 18. Ez. 8, 1. Act. 22, 3. cf. Matth. 23, 2. Erat igitur summi sacerdotis, reliquos vt iuniores instituere. *g*) LXX. & Ar. *viri miraculum visuri* vel *videntes.* Sic Ion. *digni sunt viri, quibus fiant miracula.* Sed hæc remotius paullo est, nec nisi coacte ad contextum nostrum quadrat. Equidem Es. 8, 18. Christus atque discipuli eius dicuntur facti esse *in signa & prodigia*; & Dauid Ps. 71, 7. queritur, se multis *instar prodigii* esse: vbi *prodigium* dicitur, cum quis aduersitates adeo singulares ac inconsuetas habet, vt instar portenti alicuius vniuersis admirationi & spectaculo sit 1 Cor. 4, 9. Quomodo si hunc locum iuberet accipere, sensus foret: *Audi* Iosua cum sociis tuis solacii ingentis promissionem, quæ vobis ad leniendum præsentis miseriæ dolorem necessaria est, *quoniam* (argumentum attentionis a proprio statu, in quo vtique solacii egentes sint) *viri prodigii*, i. e. prodigiosi status ac portenti instar, tecum sunt *illi*; *quoniam*, vt solacium ipsum exponam, *ecce ego* &c. Et reuera adflictus vtique eo tempore sacerdotum erat status: sed nec populi quidem status melior erat; vt credibile vix sit, sacerdotum inprimis miseriam vt portentosam hic Deum depingere voluisse. Magis igitur nobis arridet *Coccejii* explicatio Lex. 325. *Viri portenti sunt illi, in quibus mirum aliquid vel insolitum fit*, quo excitentur homines ad cogitandum de promissionibus meis. Et in Comment. ad h. l. *Viri portenti sunt*, h. e. Ego illos dedi populo Israelitico in signum & φανέρωσιν consilii mei. *sustinent figuram Filii mei.* adumbrant ipsius sacerdotium. Cf. Ex. 7, 9. 2. Ez. 12, 6. c. 24, 24. 27. 2 Par. 32, 24. In sequentibus certe describit Messiæ sacerdotium antitypicum, inprimis v. 9. Idemque Iosuas c. 6, 11. seqq. in duplici corona, pariter vt typus ac signum Christi sistitur. *h*) *seruum meum.* Recitat enim Angelus, seu Filius Iehouæ, Patris de se verba; vt supra ad initium v. 7. obseruauimus cf. Ps. 2, 7. &c. & not. Es. 42, 1. c. 52, 13. sc. Ps. 40, 9. *i*) *Germen* illud, Christum, cui apud Prophetas hoc velut proprium nomen est c. 6, 12. Es. 4, 2. Ier. 23, 5. c. 33, 15. sumtum ex vegetabilium s. plantarum regno Ps. 65, 11. sicuti synonyma Christi *fructus terræ* Es. 4, 2. *ramus de trunco Isai & surculus de radicibus* eius c. 11, 1. *tener ramus de summitate cedri* Ez. 17, 22. & *vitis* Ioh. 15, 1. Recte Ion. *Messiam, qui reuelabitur.* Item *Abarbanel* Comm. ad h. l. *Germen*, inquit, est Rex Messias, qui super Israelem regnabit. Et sic multi Hebræorum interpretes apud *Kimchium*, quibus vero desertis, ipse cum Raschio *Sorobabelem* male interpretatur, quippe qui dudum (vt ipse fateri cogitur) iam venerat, nec demum adducendus erat, quemadmodum h. l. prædicitur. Ceterum LXX. Ar. Syr. & Vulg. vertunt: *Seruum meum Orientem.* vide not. Ier. 23, 5. & infra c. 6, 12. Vt autem explanatior huius obiecti promissi descriptio sec. totum contextum euadat, ex antecedd. æque ac consequentibus supplendum nonnihil est hoc modo: Adducturus sum seruum meum *Germen*, cuius sc. cuius vos interim typus ac *signum* eritis, quemque solatio vestro vt angularem *lapidem* suspicere debetis, coll. v. 9. ℣. 9. *k*) Pro explicatiuo accipimus. *Quoniam*, vt vlterius constet, qualis sit ille Seruus meus *Germen* v. 8. *l*) excitat ad attentionem, vt Es. 50, 2. *m*) *quantum ad lapidem istum*, quem modo *Germen* appellaui. *Gurtler.* Theol. Proph. p. 423. Lapis hic, inquit, sine dubio Christus est, coll. Ps. 118, 22. Matth. 21, 42. Es. 28, 16. Sic Hieronymus: Christus -- dicitur -- *lapis angularis*, quia populum vtrumque coniungat, & duos parietes in vnam domum consociet. Hic non credentibus lapis scandali est. cf. Es. 8, 14. & Rom. 9, 32. 33. Ceterum quod *Lapidem* vocat Christum, id fecisse inprimis videtur ex occasione fundationis & structuræ Templi, in qua hoc ipso tempore Iosuas cum Zorobabele & populo Iudaico occupatus erat. & sic infra c. 4, 7. Vid. Præf. §. 10. *n*) *quem*, dum venturum promisi v. 8. hoc ipso *dedi coram Iosua*, h. e. eum ipsi proposui continuo respiciendum, tanquam lapidem fundamenti. Scil. bene *Gurtler.* l. c. Ponitur, inquit, in conspectu Iosuæ Iudæorum Pontificis maximi, vt ab eo agnosceretur & pro salutis petra haberetur. *o*) i. e. *coram te*, coll. v. 8. Nam loco Pronominis ipsum Nomen quandoque redit, coll. Num. 27, 11. *p*) *super* vel *in lapidem* istum *vnum* sunt &c. Ita igitur על obiectiuum erit, significans tendentiam septem oculorum ad obiectum suum seu lapidem: Alii, vt mox videbimus, subiectiue: *super* vel *in lapide* isto *vno* sunt &c.

t) *custodiam meam*, h. e. quæ custodienda tibi, *custodieris.* Accusatiuum & curam in seruandis Dei præceptis tam negatiuis, quam adfirmatiuis, exprimit Gen. 26, 5. Leu. 18, 30. c. 22, 9. Mal. 3, 14. *u*, *etiam tu iudicabis* vel reges *domum meam.* Ion. *eos, qui ministrant in domo sanctuarii mei.* Eris summus antistes & inspector domus meæ. Ier 29, 2 a cf. analogam promissionem Ier. 15, 19. At *Tarn.* per *domum* Domini intelligit *totam* Ecclesiam vel domum Israelis, coll. Num. 12, 7. Hebr. 3, 2. *x*) *custodies*, sc. cum sociis & collegis tuis v. 8. sacerdotali dignitate fulgebis. *y*) *atria mea*, interius atque exterius Esa. 1, 12. *z*) *immo dabo tibi.* Quæ in priori hemistichio præcesserunt, sunt promissiones quodammodo terrestres ac temporales; hæc vero cælestis & æterna. At sec. *Kimchium* prius hemistichium habet protasin, hoc vero demum apodosin, hoc modo: *Si -- ambulaveris, & si -- custodiveris, & -- iudicaveris --; tum dabo.* Verum prior ista explicatio magis placet propter particulam וגם, quæ in huiusmodi propositionibus apodosin facere solet. *a*) *ambulantes, versantes.* Faciam, vt tu cuique ambulites. Part. in Piel, transpositis punctis. Quod si displicet, exponamus vt Nomen: dabo tibi *ambulationes*: (1) sic anomalia nulla est. Sensus: Angelos tibi comites ac defensores addam, vt a Satana sis tutus v. 1. Ps. 34, 8. Ps. 91, 11. Hebr. 1, 14. vel potius: faciam, vt communionem habeas cum san-

℣. 8. שמע־נא Sic nostri cum *Gaiah*, sec. *Mas. Erff.* אתה per *Makp.* 1. 2. 3. 6. 9. 10. 20. sic su. 5. incommode propter sensum.

אחת שבעה עינים הנני מפתח פתחה נאם יהוה
י צבאות ומשתי את־עון הארץ־ההיא ביום אחד׃ ביום
ההוא נאם יהוה צבאות תקראו איש אל־רעהו אל־
ד תחת גפן ואל־תחת תאנה׃ וישב המלאך הדבר בי
2 ויעירני כאיש אשר־יעור משנתו׃ ויאמר אלי מה אתה
ראה ויאמר ראיתי והנה מנורת זהב כלה וגלה על־

ראשה Kk kk 2 עט ב

q) *Hieronymus* oculos hosce exponit in ipso lapide eq. subiecto esse. Sunt autem secundum ipsius hypothesin, de quibus loquitur Esaias c. 11, 2. *Requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ* &c. Ita conferr. iuuaret Apoc. 5,6. vbi Agnus (Christus) legitur repræsentatus vt 7. *habens oculos*, cum hac explicatione, *qui sunt 7. Spiritus, missi in vniuersam terram.* Ecfi: Cel. Maius: Reuelatur Iosuæ Christum fore fundamentum Ecclesiæ solidum seu lapidem, cui superstrui ea & tuta esse queat, cum 7. oculos habeat, & prospicere satis possit omnibus. Nescio, an huc referri etiam debeat Ion. *Super -- sunt septem oculi cernentes ipsi*, sc. lapidi. At plerique, vt dixi, Lapidem non pro subiecto, sed pro obiecto 7. oculorum habent. Et rectius quidem illi, vt nobis videtur, 1) quia sequenti etiam hemistichio cura obiectiva erga hunc lapidem, non subiectiva lapidis, describitur, 2) propter parallelismum c. 4, 10. vbi *septem* hos oculos idem Angelus esse dicit Iehouæ Patris, & quidem *discursantes per vniuersam terram*, sicut heic speciali sine super Lapidem directi præsentantur. Verum in hoc diuersi sunt interpretes, quod 7. oculos hosce, lapidem respicientes, aliqui Ecclesiæ tribuunt, alii vero Deo. Prius placet *Coccejo* in Comm. vbi ita: Promittit, fore vt ad eum lapidem se conuertant 7. oculi, h. e. fides Ecclesiæ vniuersalis in 7. periodis, quas Apocalypsis (vid. Apoc. 1, 4. seqq.) ex Prophetis V. T. artificiose distinguit. Ita *Gurtler.* Theol. Proph. 423. In vnum lapidem, inquit, oculi septem. Ecclesia per 7. tempora post adductum nem serui *Germinis* v. 8 elapsura, oculos fidei in vnum Iesum Christum diriget, alium Doctorem vel Saluatorem non respi-

spiciet. Posteriorem v. sententiam souet Kimchi, cui 7. oculi sunt *obseruationes* (שמירות) CAP IV. *multa a Domino.* Eandemque præfert Cel. Vitringa ואשר קרי Comm. ad Apoc. 5, 6. Sunt

enim hi ipsi oculi Iehouæ, qui c. 4, 10. *lapidem stanni* dicuntur *visuri*: & vt magis intelligatur, Prouidentiam Dei innui, additur: *Oculi Iehouæ sunt discursantes per vniuersam terram.* Oculi nimirum sunt symbolum prouidentiæ diuinæ, coll. infra c. 9, 1. Deut. 11, 12. Ez. 1, 18. Esr. 5, 5. quæ supponit *Omniscientiam* Prou. 5, 21. c. 15, 3. c. 20, 13. *Septenarius* vero numerus synecdochicus sæpe est pro plurativo & perfectionis Leu. 26, 21. Prou. 24, 16. Si igitur *Lapis* h. e. Messias hic seorsim consideretur, & extra Ecclesiam suam, cuius ædificium ipse tanquam angularis sustinet; *septem oculi* significabunt *Prouidentiam* Dei Patris *specialissimam*, qua Christum prosequuturus erat, vt feliciter cuncta expediat Es. 42, 6. sin complexe sumatur cum corpore vel Ecclesia sua iidem significabunt simul prouidentiam vniuersalem per vniuersa Ecclesiæ temporum internalla & status, vti Apoc. 5, 6. ad quem locum vide sis Cel. Vitringam. r) Vulg. *cælabo sculpturam eius*; quemadmodum cælatores ac statuarii lapides sculpunt, vt variis in illis figuras ac ornamenta exprimant. Ex. 28, 9. 1, 36. 2 Par. 2, 6. 13. i. e. faciam, vt Lapis ille quam ornatissimus euadat, & qui Iudæis modo lapis offendiculi ac reprobationis fuerat, mox fiat electus ac pretiosus 1 Petr. 2, 4 - 7. cf. not. ex *Vitringa* ad Ez. 43, 13. Iun. *visiones eius reuelabo*. q. d. faciam, vt suo tempore adpareat ac manifestetur, coll. Ier. 1, 14. s) Sigillum promissionis. Hos. 11, 11. Hagg. 2, 23. t) Vulg. & Ion. *& auferam* quasi & eras ficiuum esset in Kal, quod alibi constanter neutrale est *recedere* c. 14, 4. Ios. 1, 8. sicut שוב est *reuerti* & *reducere*. At LXX. ψηλαφῶ, quod metaphrastes *Ar.* reddidit *perquiram*. Ita cf. Ar. משׁ *reliquias vuarum quæsiuit legitue* de vite sua; & Hebr. מִשֵּׁשׁ Gen. 31, 37. quod LXX verterunt ἠρεύνησας *scrutatus es* Syr. harmonico ואמיש expressit, quod cum *palpabo*, cum *perscrutabor* (vt valet apud Syros) exponi potest. Sensus igitur hic procul dubio innuitur: *perquiram*, ita vt non reperiatur amplius; omne namque peccatum *auferam.* cf. Es. 41, 12. Ps. 10, 15. *Cocc.* Lex. 450. existimans notionem habere a cognato מָשַׁשׁ, exponit *abstergam*, quod clarius illustrat *Schultenius* Animadu. in V. T. p. 532. obseruans מיש pro משש significare *palpando manum ducere super aliquid, i. e. delere*; coll. Ar. משׁ vel מחת (per Th. blæsum) *delere, abstergere.* Sed quantumcunque dissentire videantur interpretes, expositiones tn. eodem recidunt. u) Cuius rei typus fuerat ablata ab Iosua iniquitas v. 4. cf. Dan. 9, 24. x) *terra illius.* ἐκείνης. Israeliticam ergo terram videtur innuere, ad cuius incolas promissa redemtio ac salus inprimis pertinuit Act. 3, 26. c. 13, 46. Rom. 1, 10. Exclusiue tn. hoc nequit intelligi, coll. 1 Ioh. 2, 2. y) *die vno*, h. e. semel pro semper, sc. per vnicam oblationem Christi, cui aliam posthac superaddi non erit opus, cf. Hebr. 7, 27. c. 9, 25 -- 28. c. 10, 2. 14. Iudaica caligo est, cum se scire negat *Raschi*, qualis hic dies innuatur. ℣. 10. z) *aduocabitis* (inuitabitis) *quisque*. a) tranquille ac secure habitabitis inuicem vt olim sub Salomone 1 Reg. 5, 5. cf. 2 Reg. 18, 31. & quæ notauimus ad Mich. 4, 4. CAP. IV, ℣. 1. b) *Postea reuertit.* Dubium mouet *Hieronymus*: Quo abierat, vt reuerteretur, maxime qui loquebatur *in Propheta*, & absque eo, in quo loquebatur, esse non poterat? Sed, inquit, quod iccunq; humana fragilitas suæ relinquitur imbecillitati, Dei a nobis & angelorum eius auxilium abire credendum est. ergo & Propheta stupore magnæ visionis attonitus tota mente torpebat, & clarum veritatis lumen videre non poterat: vnde a visione præterita suscitatur ad aliam visionem, quasi de somno eui gilans, vt videat, quod clausis oculis non videbat. Hæc ille. Posset aliquis idiotismus hic statui, *reuertit - ac suscitauit me*, pro *resuscitauit me*; sicut c. 5, 1 *reuerti atq; leuaui oculos*, pro *rursus leuaui.* c) v. 4. 5. vid. not. c. 1, 9. d) & *suscitauit expergefecit me*, stupore & admiratione visionis præteritæ velut ecstatico sopore oppressum. Cant. 2, 7. c. 3, 5. coll. Dan. 8, 18 e) *excitatur* c. 2, 17. Iob. 14, 12 f) *a somno suo* Gen. 28, 16. ℣. 2. g) Angelus Zachariam -- interrogat, *quid viderit?* vt illo respondente & ignorante, & sciscitante quid cernat, atq; dicente, *Quid sunt hæc, Domine mi?* v. 4. a. diamus ab e. *Hoc est verbum Domini* &c. v. 6. *Hier.* Cf. c. 5, 2. Ier. 1, 11. 13. & not. c. 24, 3. h) *Et dixi.* Ita habet *Kri*. At *Cthib* legit atq; exponit *Hill.* passiue in Niphal, velut impersonaliter dictum: & *dictum* i. *responsum est a me*; coll. Gen. 42, 14. *Kimch.* v. explicat vt narratio nem Scripturæ de Propheta velut tertia persona: *Et dixit* Zach. i. c. 1, 8. i) *Candelabrum aureum* quod ad *vniuersitatem ipsius*, i. e. quod totum aureum erat. v. 11. *Emblema* hoc *quintum* est, videtur q; oblatū esse Prophetæ occasione eius, quod aurea candelabra in Templo, iam instaurari cœpto, reposita fuisse t, coll. Præf. §. 10. & Ex. 25, 31 seqq. 1 Par. 4, 7. Hebr. 9, 2 Notanda sunt a. Emblematis *I. Partes* & forma, *II.* Sensus Neutrum sine obscuritate est Declarabimus igitur verbis Cel *Vitringa* Comm. in Apoc p. 625. sq. Zachariæ, inquit, obiectæ fuerunt *duæ Oleæ* per *geminos tubos*, in quos duo earum maiores rami veriti; inflexi erant, *recens oleum*, in ipsis illis *tubis* sq. *prelis* exprimendū magna copia subministrantes *Candelabro septem Lampadum aureo*, quod ipsi in visu exhibebatur inter oleas medium. *Tubi* nimirum bini, in quos veluti in prela maiores illi bini rami oliuæ excutiebant, deferebantur in maius aliquod *Vas*, quod *Lecythum* f. *Lenticulam* appelles licet, oleum in tubos expressum recipiens, quod erat *supra Candelabrum*; ex quo vase fidi co *oleum* per *septem tubulos* recta defluebat in quamq; Candelabri *Lampadem*. - Emblematis huius non est obscurus sensus. *Candelabrum est Ecclesia. Oleæ* hæ figurant *Spiritum S.* vt liquet ex v. 6. dona & gratiam suam cum Ecclesia communicantem per *medium verbi Dei*, diuisi in libros *V.* & *N. T.* Duo illius maiores rami f. *Termites* sunt primo qd. & præcipuo sensu *Prophetæ* & *Apostoli*, per quos Spiritui Sancto placuit gratiam suam in Ecclesiā deriuare; deinde etiam omnes veri & fidi Ecclesiæ doctores & rectores, quibus Spiritus S. in Ecclesia sua ædificanda vel instauranda vtitur, qui Spiritum Christi in se habent. Marc. 9, 50. & ab ipso aguntur & mouentur. *Tubi bini* in hoc mysterio significant duo illa instrumenta per quæ institutiones Ministrorum Dei *transeunt* & *parantur* ad communem Ecclesiæ vsum, *Prædicationem oralem* & *scripturam.* Transeunt autem, vt dixi, *ad communem vsum Ecclesiæ*: quod hic adumbratur per *Discum* siue *Vas maius*, *oleum* excipiens. Quicquid enim *ore prædicatur* & *scriptis vulgatur*, -- veluti in commune aliquod *vas* conficitur, & defluit, -- quod fit per *canales* siue *tubulos minores*, ex *Lecytho* in *Lampades* descendentes: per quos hic commode intelligas omnes animæ piæ & bene in Deum adfectæ exercitationes, meditationes, labores, per quos tanquam per *media*, siue singulares Credentes, siue Credentium cœtus, qui per *Lampades Candelabri* figurantur, communes illos Ecclesiæ & Eruditorum profectus in se transferunt ad nutrimentum fidei & incrementum *cognitionis suæ*, qua aliis commode prælucean in caligine huius mundi. *l*) & *lecythus* f. *lenticula eius* Vas rotundum, oleum, quod continebat, ad lampades septem per tubulos demitteus. v. 3 cf. Koh. 12, 6. Rad. גלל *voluit*: rotunda enim volubilia. *Lancem* reddidit *Syr.* forte quod lancis vel hemisphærii inferioris caui figuram haberet.

℣. 9. פתחה sine *Mappik* 1. 7. 8. & *M. I.* secund. *Mas.* 3. ℣. 10. Pro אל־רעהו hab. לרעהו 1. 2. 3. 6. ° 9. 20. sic se. 5. CAP. IV, ℣. 2. ותנה per *Makk.* 1. 6. 9. 20.

ראשה ושבעה נרתיה עליה שבעה ושבעה מוצקות
3 לנרות אשר על־ראשה׃ ושנים זיתים עליה אחד מימין
4 הגלה ואחד על־שמאלה׃ ואען ואמר אל־המלאך
5 הדבר בי לאמר מה אלה אדני׃ ויען המלאך הדבר
בי ויאמר אלי הלוא ידעת מה־המה אלה ואמר לא
6 אדני׃ ויען ויאמר אלי לאמר זה דבר־יהוה אל־זרבבל
לאמר לא בחיל ולא בכח כי אם־ברוחי אמר יהוה
7 צבאות׃ מי־אתה הר־הגדול לפני זרבבל למישור
והוציא את־האבן הראשה תשאות חן חן לה׃

עד כאן

ויהי

Prius, quam visi mysterium explicet, interrogantem hac interrogatione excipit, vt ignorantiæ confessionem apertam atque ingenuam, quæ modo sequitur, in tanto mysterio eliciat, eundemque ad tradendam huius emblematis expositionem faciat attentiorem. Sic v. 13. Ez. 17, 12.

m) v. 10. conf. c. 3, 9. n) *lucerna* vel *lampades eius*, sc. candelabri; h. e. vascula, quibus ellychnia cum oleo insunt. cf. Ex. 25, 37. & not. Num. 8, 2. o) *septem ac septem*. Distributionem efficit repetitio, coll. Gen. 7, 2. Tubuli ergo sec. *Raschium*, non *septem* pro vniuerso candelabro, sed *septeni* pro singulis lucernis fuerunt. p) *tubuli* (1) Vulg. *infusoria*; a יצק *fudit*: quia oleum e lenticula in lampadas tubuli isti *infundebant*.

ψ. 3. q) *Duæ autem oleæ*. v. 11. Apoc. 11, 4. Omittuntur hic nonnulla in visionis huius historia, quorum infra v. 12. explanatior atque distinctior mentio fit: videlicet *duo* olearum *rami* seu *termites* oliuis pleni, itemque *duo* צנתרות seu *tubi maiores*, per quos oleum de vtriusuis rami oliuis expressum in lenticulam defluebat. Vide supra v. 2. historicam totius emblematis enarrationem ex *Vitringa* datam. r) *iuxta illud*, sc. candelabrum v. 11. Proprie *super ipsum*, quia ad latus candelabri ita stabant, vt super illud decora quadam altitudine eminerent. v. 12. s) vid. v. 2. t) vid. v. 11.

ψ. 4. u) v. 2. 5. x) *Quid hæc* sibi volunt? q. d. Vidi quidem hoc omne, magnumque ei mysterium subesse intelligo; sed quale hoc sit, fateor me ignorare: cupio igitur a te informari. c. 1, 9. c. 2, 2. Apoc. 17, 7.

ψ. 5. y) v. 2. 4. z) *An ergo nescis?*

ψ. 6. a) Vt igitur ignorantiæ tuæ subueniam, &, quod tibi inexplicabile mysterium est, rogatu tuo interpreter, *Hoc est verbum Iehouæ*, emblemate adumbratum. b) *ad Zorobabelem*, populi Iudaici principem, in templi instauratione occupatum, solatiique, ob maximas, quibuscum confligendum erat, difficultates, inprimis indigum v. 9. 10. Hagg. 1, 1. c. 2, 4. 5. c) *nequaquam viribus* Ez. 17, 17. & *nequaquam robore* Es. 10, 13. sc. proprio, quale Zorobabel cum suis vix vllum habet, si vel magnitudinem suscepti operis ac difficultatem, vel aduersariorum potentiam respexeris. cf. 1 Sam. 2, 9. Ps. 147, 10. 11. Est autem hic *Aposiopesis*, supplenda ex v. 9. in hunc vel similem modum: *manus Zorobabelis domum hanc*, quam fundauit, *perficient quoque*. d) *sed spiritu meo*; sc. adsistente Hagg. 2, 5. informante Es. 30, 1. roborante c. 42, 1. totumque negotium dirigente, promouente, feliciterque consummante, ringentibus licet inimicis. Es. 34, 16. Iob. 32, 8. R. *Salomo*: Spiritum meum dabo super Darium, vt præcipiat vobis ædificationem Templi, & iuuet vos tritico, vino, oleo, lignis, neque indigeatis hominum auxilio, coll. Esr. 6, 4--9. seqq. *Applicatio* Emblematis sec. *Tarn.* hæc est: Ecce vt vidisti hunc lychnuchum cum toto suo ornatu diuinitus poni, ac necessariis rebus instrui, ita sciat, Ecclesiam Dei solius consiliis ac virtute sustentari, defendi, regi, & nunc hoc opus ædificationis eo duce & auspice perfectum iri. *Scopus* igitur illius emblematis est quidem generalis, œconomiam Dei erga Ecclesiam per omnes temporum periodos commonstrare; proximus tamen & generali huic subordinatus, œconomiam Dei erga Ecclesiam Israeliticam tempore instaurationis Templi commonstrare, ad animum Zorobabeli populoque Iudaico addendum, coll. Esr. 5, 2. e) Confirmatio ab auctoritate promittentis. Mal. 1, 8. ψ. 7. f) *Quis tu es--coram Zorobabele?* Quis sit, quærit, vt quærendo extenuet, & extenuando contemnat, coll. Ex. 3, 11. Iud. 9, 28. 38. 1 Sam. 17, 26. q. d. Videris quidem præaltus, arduus ac tantum non insuperabilis; nihilominus faciam, vt Zorobabeli, cui obiectasti te, planus adeoque superatu facillimus euadas. g) Ion. *Quale tu reputaris, o Regnum stolidum, coram Zorobabele! nonne sicut planicies?* ita cf. c. 6, 1. Es. 41, 15. Ier. 51, 25. Hab. 3, 6. Ps. 68, 17. Videtur *Persarum regnum* respexisse, cuius proceres, a Samaritanis corrupti, templi ædificationem aliquamdiu prohibuerunt Esr. 4, 4. 5. seqq. R. Salomo & D. Kimchi intelligunt Præfectos cis Euphratem, Tatnai & Schtar-bosnai cum collegis, de quibus Esr. 5, 3. Verum vt *plana* dicuntur, quæ sunt facilia, sic *prealta*, quæ ardua sunt & difficilia: adeoque *mons magnus* in genere *magnam* significabit *difficultatem*, Zorobabeli in templi ædificatione obiectam: eiusdemque mutatio in planitiem, difficultatis illius sublationem, vt non amplius obsistat. h) *In planitiem* sc. *fias*, vel *verteris!* vox efficaciter imperantis. Inde *Vulg.* cum exclamatione: *in planum!* Esa. 40, 4. c. 42, 16. cf. c. 49, 11. i) quin & *producet* Zorobabel, sc. per natiuitatem Messiæ e posteris suis ἐκ σπέρματος. Matth. 1, 12. seqq. Rom. 1, 3. *procreabit*, coll. not. Mich. 5, 1. q. d. Non solum Templi instaurationem, superatis omnibus difficultatibus, perficiet, sed alio insuper bonore, eoque longe excellentiori, a me mactabitur, vt mediantibus posteris Messiam ipsum de semine suo tandem exhibeat. Transit a temporalis boni pollicitatione ad promissionem spiritualis atque æterni. cf. not. Hagg. 2, 23. k) *Lapidem primarium*, proprie *capitalem* (1) sc. Christum, coll. c. 3, 9. ibidemque not. l) *S. cum applausibus* (4) Es. 22, 2. Iob. 36, 29. c. 39, 7. m) dicentium: *gratia! gratia ei sit! Faueat ei Deus! faueant homines!* Geminatur Nomen, pro more in acclamationibus solemni c. 2, 10. cf. Luc. 2, 52. & votiuum illud *Hosanna* Matth. 21, 9. 15. Ps. 118, 25.

ψ. 6. ויען per *Kadma* 6. 8. 9. 10. 16. 20. 21. 23. דבר per *Mun.* 2. 6. 9. 20. sic *Eu.* 5. at זה־דבר 2. ψ. 7. למשור *defect.* sine *Iod* se. 1. 5. sec. *Mas.* 1. at למישר sine *Vau* 22. חן ׀ חן cum interposito *Psk* 2. 3. ' ' sec. *Mas.* 2. 3. & *Erff.*

Prius

8 וַיְהִי דְבַר־יְהוָה אֵלַי לֵאמֹר׃ יְדֵי זְרֻבָּבֶל יִסְּדוּ
9 הַבַּיִת הַזֶּה וְיָדָיו תְּבַצַּעְנָה וְיָדַעְתָּ כִּי־יְהוָה צְבָאוֹת
י שְׁלָחַנִי אֲלֵיכֶם׃ כִּי מִי בַז לְיוֹם קְטַנּוֹת וְשָׂמְחוּ וְרָאוּ
אֶת־הָאֶבֶן הַבְּדִיל בְּיַד זְרֻבָּבֶל שִׁבְעָה־אֵלֶּה עֵינֵי יְהוָה
11 הֵמָּה מְשׁוֹטְטִים בְּכָל־הָאָרֶץ׃ וָאַעַן וָאֹמַר אֵלָיו מַה־שְּׁנֵי
12 הַזֵּיתִים הָאֵלֶּה עַל־יְמִין הַמְּנוֹרָה וְעַל־שְׂמֹאולָהּ׃ וָאַעַן
שֵׁנִית וָאֹמַר אֵלָיו מַה־שְּׁתֵּי שִׁבֲּלֵי הַזֵּיתִים אֲשֶׁר בְּיַד שְׁנֵי
13 צַנְתְּרוֹת הַזָּהָב הַמְרִיקִים מֵעֲלֵיהֶם הַזָּהָב׃ וַיֹּאמֶר אֵלַי
לֵאמֹר

הש' רפה
הב' בחטף פתח

𝔳. 8. n) In præcedentis confirmationem & declarationem vberiorem. Cf. c. 1, 1.

𝔳. 9. o) Vid. not. v. 6. p) cf. c 2, 9. Hagg. 2, 18. Esr. 3, 6. 10. q) & manus eiusdem *perficient* quoque, & ad exitum felicem perducent Esa. 10, 12. opus, quod cœpit, nequaquam (vt hostes præsumunt, & Iudæorum infirmiores subuerentur) imperfectum relinquere cogetur. r) *Et* re ipsa *cognosces*, tu & populus tuus, cum hæc omnia actu euenerint, quæ de perficiendo Templo dixi: experieris, me verum Iehouæ nuncium fuisse. c. 2, 13. 15. c. 6, 15. s) Vid. not. c. 2, 12. 13. Obserua hic, loqui Iehouam ipsum v. 8. & illum tamen distingui, vt missum a Iehoua mittente. Videlicet Dei filius is est, qui supra v. 1. 5. *Angelus in* vel *cum Propheta loquens* vocabatur. cf. Esa. 48, 16. c. 61, 1. *Ion.* addit: *ad prophetandum vobis.*

𝔳. 10. t) *quis spreverit?* contracte pro בָּז, formæ סַב; ita tamen, vt significatum suum hic mutuetur e cognatis בּוֹז & בָּזָה *spernere.* Prou. 1, 7. Sensus est: nemo iure & citra absurditatem spernit, aut spernendi idoneam caussam habet. Cf. similem interrogationem Esa. 44, 10. u) *diem* (Verbum בּוּז apud Hebræos Datiuo iungitur, vt Prou. 6, 30. c. 11, 12. &c.) *paruorum*, sc. initiorum vel fundamentorum. Num. 22, 18. Ion. *Quis est iste, qui contemsit diem hunc propter structuram, quæ est exigua?* Conf. historiam Esr. 3, 12. vbi seniorum multi, cum fundationem templi secundi relate ad templum prius aspicerent, fleuisse dicuntur: & Hagg. 2, 3 ait Propheta: *Nonne præsens domus cum priori comparata instar nihili est in oculis vestris?* Vid. Præf. § 8 x) *atqui gaudent* &c. Ion. *Nonne reuertetur* (sc. qui diem hunc ob structuræ tenuitatem contemserat) *& gaudebit, cum viderit* &c. Verum secundum accentus subiectum prædicationis sunt *septem hi*, sub finem huius prioris hemistichii. Adeoque nexus hic est: *Quis spreverit* &c. *cum tamen gaudeant, videantque* -- *septem hi?* Videlicet pusillanimitati & quiritationibus ob tenuitatem structuræ, opponit gratiam Dei & omnimodam circa structuram hanc prouidentiam: q. d. Si 7. oculi ipsius Iehouæ *gaudentes*, h. e. cum beneplacito, voluptate & cura *inspiciunt perpendiculum in manu Zorobabelis*; ergo non debet vestrum quisquam propter *parua* illa pusillanimis esse, aut ea contemnere. cf. 1 Par. 29, 9. 17. 1 Sam. 19, 5. y) *lapidem illum stanni*, seu *pondus stanneum*, coll. Deut. 25, 13. 15. Est circumscriptio *perpendiculi*, coll. Esa. 34, 11. & not. Amos 7, 7. 8. *Perpendiculum* vero, cuius longe maximus in Architectura vsus est, symbolice totum Zorobabelis in ædificando Templo studium & applicationem notat. Similem constructionem vide Ios. 3, 14. &c. z) v. 6. 7. 9. c. 3, 9. a) *Ion.* in Acc. & per Asynderon: *septem ordines lapidum sicuti hos.* quod subobscurum est. *R. Sal.* qui Chaldæum pro se allegat, explicat quidem: lapidum strue: septuplo auctiores fore, ac fuerant in prima fundatione tempore Cyri: Verum coacte. *Sch.* per appositionem: *septem* (scil. oculos) *hos.* Sed probabilius est, oculos hic dici *videre* subiectiue, quam *videri* obiectiue. *Vulg. LXX. Ar.* & *Syr.* hic nouum comma inchoant, & cum sequentibus connectunt: *Septem ipsi oculi sunt Domini* &c. verum hi contra accentus, quippe sec. quos supra iam obseruauimus subiectum hoc esse non sequentis præmissæ enunciationis, adeoque Nominatiuum pendentem a Verbis *gaudent & vident.* Ceterum Pronomen *hi* cum numerali *septem*, lectorem remittit partim ad antecedentia, in quibus hos septem iam designarat, c. 3, 9. (vbi videsis not.) partim ad proxime consequentia h. l. quibus declarat eosdem vlterius. Non possumus vero, quin confirmationis caussa hic adscribamus verba Cel. *Vitringa* ex Comm. in Apoc. 5, 6. p. 277. seq. Alluditur, inquit, hic manifeste ad locum Zach. 4, 10. vbi *septem oculorum Domini* mentio est, videntium & lætantium, *perpendiculum* domus Dei exstruendæ esse *in manu Serubabelis.* Ea enim manifesta est illius loci sententia: li et non ignorem, Cl. Cocceium aliter instituere, & *Oculos* a numerali notione *septem* ibidem discernere. Obstat tamen tum ipse ille locus, simplicissime lectus & collatus cum c. 3, 9. tum hæc oratio Ioannis, quæ nostram interpretationem supponit. Nec est in re ipsa vlla difficultas. Christus enim Iesus, qui Ecclesiam suam vniuersali cura & prouidentia prosequitur, necessaria illi omnia subministrat &c. b) *Oculi* enim *Iehouæ*, quos per *septem hos* indigito. Intellige vero prouidentiam Dei vniuersalem, qua prospicit atque regit vniuersa, suamque inprimis Ecclesiam. c. 9, 1. 2 Par. 16, 9. Prou. 15, 3. c) sunt *discursantes per vniuersam terram.* Iob. 1, 7. c. 2, 2. Dan. 12, 4. Quo vero scopo, hoc explicat parallelus locus 2 Par. 16, 9. vbi additur: *vt iuuet eos, quorum cor integrum erga ipsum est.* Et hoc loco inprimis innuitur, fore, vt *oculus sit super* Zerobabelem, populum Iudaicum, vt quæ cœperunt, perficiant, neque ab hostibus porro turbentur Esr. 5, 5. Sicuti & factum est. Licet enim *Tatnai* & *Schtar-bosnai* cum reliquis Samaritis operi superuenirent, cœptamque sine priuilegio nouo ædificationem exprobrarent, tamen structuram non impediuerunt, sed Dario rem totam per literas nunciarunt, qui vero clementissime pro Iudæis rescripsit, ædificationem templi non prohibendam, sed quouis modo potius promouendam esse Esr. 5. & 6. LXX. οἱ ἐπιβλέποντες ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Sic *Ar.* & *Syr.* At Ion. *coram Domino reuelata sunt opera hominum in vniuersa terra.*

𝔳. 11. d) De *oleis* v. 3. interrogauerat quidem Vates iam supra v. 4. & hactenus de Mysterio illarum fuerat ab Angelo instructus; heic vero interrogationem repetit, vt de illis *speciatim*, quod ad *duos* illarum *termites*, informetur, vti ex sequenti v. 12. apparet, in quo quæstio iteratur & specialius formatur. e) v. 3. cf. Matth. 20, 21. 23.

𝔳. 12. f) *Respondi iterum*, cum ob desiderii ardorem, quo mysterium vtriusque oleæ cupiebam cognoscere, tum vt specialius exprimerem, quid in duabus oleis hisce inprimis cuperem mihi explanari. Gen. 21, 15. ὁ. ἐκ δευτέρου, vt Matth. 26, 42. g) *duo termites* (*spica* Gen. 41, 5.) *Olearum.* Comparat ramos olearum cum *spicis*, quod sicut hæ granis, sic illi oliuis pleni essent. *Kimchi.* Vid. supra ad v. 3. notata. h) *ad latus.* Deut. 2, 37. 2 Par. 21, 16. i) *tuborum* (1) de quibus vid. supra v. 3. not. Conuenit cum צִנּוֹר *canalis* (2) 2 Sam. 5, 8. Ps. 42, 8. At Vulg. *rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro.* LXX. μυξωτῆρες, quod *Cocceius emunctoria*, h. e. instrumenta comprimentia oleas, & oleum exprimentia, interpretatur Lex. Heb. 718. Abarb. *instrumenta, quibus fit oleum.* k) *auri*, quomodo vel materia tuborum, vt supra v. 2. vel *aureus*, id est, auri instar purus ac fulgens olei *liquor*, vt in fine versiculi, indigitatur. l) *effundentium* vel in Nominat. *effundentes*, Mal. 3, 10. vt pendeat a remotiori *termites olearum* non modo propter accentus, sed Grammaticam quoque, per quam *Participium* hoc *Masc.* ægre cum Fem. צַנְתְּרוֹת construitur. Quod si est, *prelum* igitur, quo exprimitur oleum, hic forte omissum, quemadmodum supra v. 3. omittebantur ipsi etiam *termites* & *tubi.* m) *de* (*super*) sc. Mich. 3, 2. Leu. 8, 28.

𝔳. 9. הַבַּיִת cum præmisso אֶת־ sc. 2. & sic in margine 6. 9. 𝔳. 10. כִּי per *Makkeph* 1. 2. 3. 𝔳. 12. שְׁתֵּי *Schin* cum *Dag.* 1. 2. 3. 6. 9. 10. 13. 19. 20. 23. contra *M. 1.* שְׁבִּ׳ per *Chatephkom.* 2. 3. 5. 6. 9. 20. 22. 23. & in margine 7. contra *M. 1.* & *Masoram impressam.* הַמְרִיקִים *Mem* cum *Dag.* 2. 3. 5. 6. 9. 10. 13. 14. 19. 20. 23. Sed *He* cum *Meth.* 1.

לֵאמֹר הֲלוֹא יָדַעְתָּ מָה־אֵלֶּה וָאֹמַר לֹא אֲדֹנִי׃ וַיֹּאמֶר 14
אֵלֶּה שְׁנֵי בְנֵי־הַיִּצְהָר הָעֹמְדִים עַל־אֲדוֹן כָּל־הָאָרֶץ׃

CAP. V. ה וָאָשׁוּב וָאֶשָּׂא עֵינַי וָאֶרְאֶה וְהִנֵּה מְגִלָּה עָפָה׃
2 וַיֹּאמֶר אֵלַי מָה אַתָּה רֹאֶה וָאֹמַר אֲנִי רֹאֶה מְגִלָּה עָפָה
3 אָרְכָּהּ עֶשְׂרִים בָּאַמָּה וְרָחְבָּהּ עֶשֶׂר בָּאַמָּה׃ וַיֹּאמֶר אֵלַי
זֹאת הָאָלָה הַיּוֹצֵאת עַל־פְּנֵי כָל־הָאָרֶץ כִּי כָל־הַגֹּנֵב
מִזֶּה כָּמוֹהָ נִקָּה וְכָל־הַנִּשְׁבָּע מִזֶּה כָּמוֹהָ נִקָּה׃
4 הוֹצֵאתִיהָ נְאֻם יְהוָה צְבָאוֹת וּבָאָה אֶל־בֵּית הַגַּנָּב
וְאֶל־בֵּית הַנִּשְׁבָּע בִּשְׁמִי לַשָּׁקֶר וְלָנֶה בְּתוֹךְ בֵּיתוֹ
וכלתו

6, 3. Quod *Cocceio* Lex. 280. notat, populum co-tum, qui per oblationem Christi & multo mag's per resurrectionem eius - ascensionem -- ac effusionem Spiritus S.--prope adductus ad regni cælorum introitum, noluit in illud intrare-- exsecrationi subiici. Nobis in genere magnitudinem exsecrationis atque iudicii significat. ℣. 3. *b*) *Hæc est exsecratio.* Nonnulli *doctrinam* execrabilem & noxiam intelligunt, quæ occupatura sit totam terram: alii rectius *pœnam* exsecrationis s. iram, quæ manet transgressores legis, 1) quia Dominus eam dicitur emissurus v. 4. 2) consumtura est domum improbi v. 4. quæ notionem pœnalem magis, quam culpæ innoluunt, coll. Es. 24, 6. Significat autem אָלָה non solum verbum, quo maledictus declaratur, qui hoc aut illud fecerit Ez. 16, 59 c. 17, 18. sed malum ipsum, ad quod deuouetur, vt Esa. 24, 6. Ier. 23, 10. quomodo hic inprimis accipitur. *c*) *quæ exit* v. 5. 6. decernente ac permittente Iehoua v. 4. Gen. 24, 50. Es. 28, 29. veluti a tribunali & sanctuario eius emissa ad sumendum de improbis supplicium 1 Reg. 22, 22. Ez. 9, 7. cf. Num. 17, 11. *d*) *super vniuersam terram* sc. Iudææ in typo & proxime, coll. not. v. 1. orbis vero terrarum in antitypo & remote, cum sc. Deus vniuersale iudicium est habiturus. *e*) *quoniam*, vt clarius faciam, quod dixi, volumen hoc esse vel signare exsecrationem. *f*) *omnis furans*, quisquis furatur. Duo genera peccatorum ponuntur, *furtum* atque *periurium*. quorum illud est contra secundam, hoc vero contra primam Decalogi tabulam Ex. 20, 7 13. synecdochice vero hic veniunt pro quibuslibet contra vtramque tabulam peccatis; *periurium* pro omni irreuerentia erga Numen, *furtum* pro omni iniustitia contra proximum. *g*) Nonnulli de tempore intelligunt, q. d. *ab hoc tempore*, ἀπ' ἄρτι: quem tamen significatum alibi vix vsquam habet. Aliis locale est, *hinc* s. *ex hoc loco* -- נִקָּה *expurgabitur*, h. e. remouebitur, coll. Gen. 37, 17. c. 42, 15. Quomodo *R. Salomo* explicet, mox videbimus. Verum attendi hic debet, quod particula ista sequenti membro repetatur; quo casu solet *aduersa* significare *latera*, vertique *hinc, illinc*. Vid Ex. 17, 12. Num. 22, 24. Ez. 47, 7. &c. indeque nobis placet *A. Esræ* sententia, qui statuit ambo illius Voluminis latera fuisse scripta, vnum contra fures, alterum contra peierantes, aut (quod mauult) ambo contra vtrosque. Si prius sequimur, analogia quædam subnascitur, quæ maledictionem inter & legem est. Quemadmodum enim tabulæ legis scriptæ erant *ab vtroque latere*, seu (vt dicitur ibidem) מִזֶּה וּמִזֶּה *hinc & illinc* Ex. 32, 15. sic maledictio vtriusque tabulæ transgressionem feriens, pariter scripta est מִזֶּה מִזֶּה *hinc, illinc*; sc. vt vnaquæque transgressio iustam accipiat μισθαποδοσίαν. Hebr. 2, 2. Sin posterius arridet, maledictionis magnitudo & exsuperantia innuitur. Sic Ezechielicum volumen, quod paris fere argumenti, ac nostrum est, scriptum fuisse dicitur *a front. & a tergo*, seu vtrinque, intrinsecus & extrinsecus Ez. 2, 10. Veteres autem a tergo voluminis non scribebant, nisi argumentum abundaret: vnde *Iuuenalis* Sat. I. *Scriptus & in tergo*, inquit, *nec dum finitus Orestes.* Quapropter geminatum illud *hinc, secundum illud hinc, secundum illud*, ita explicamus, vt intelligatur malum & maledictio super furem & periurum ventura *secundum illud* volumen, quod scriptum vtrinque *hinc*, & *illinc*. *h*) *secundum illud*, q. d. secundum tenorem & argumentum illius. seu vt *Vulg.* reddidit: *sicut ibi scriptum est.* Sic *secundum Euangelium meum* Rom. 2, 16. *secundum Scripturas* 1 Cor. 15, 3. 4. *i*) Difficile verbum, circa quod variæ interpretum sententiæ. Qui *exsecrationem* explicant, doctrinam exsecrabilem & peruersam, vertunt *purus est*, q. d. absoluitur a crimine, nullum in peccatum commisisse per hanc doctrinam censetur. cf. Es. 5, 20. Iou. *vapulabit*; Sic Theodoti -: velut esset נִכָּה per *Caph.* LXX & Ar. *punietur*; Vulg. *iudicabitur:* quasi per antiphrasin; alibi enim est *a pœna immunem esse*, Ex. 21, 19. *R. Sal.* ita: *Omnis furans* hucusque *ab hac pœna*, *prout expressa est in eo*, *immanis fuit* -- quia dilata fuit, donec mensura omnium ac singulorum esset impleta; Nunc vero (v. 4) *exire feci illam* &c. Propius vero ad rem C ec. Lex 530. *euacuatur.* q. d. *purus fit* ab omni bono, eiusque ex pers; coll. Es. 3, 26. Amos 4, 6. Ar. נקה simili vsu occurrit in *Historia Timuri* p. 162. Cum ergo Tamerlanes, inquit, Sebastiam vel Sebasten ad carnem vsque & medullam (אֵת נַקֵּי) *expurgasset*, h. e. priuasset omnibus bonis & exspoliasset. &c. *k*) *iurans*, sc. per nomen n.e. n. ad rem falsam v. 4. seu *peierans*, vt Ps. 24, 4. *l*) Vulg. *ex hoc similiter iudicabitur.* ℣. 4. *m*) Etenim *exire illam feci* seu *faciam*, sc. maledictionem v. 3. cf. Mal. 2, 2. c. 3, 9. Sic iam præluserat Deus Hagg. 1, 6. c. 2, 16. seqq. *n*) cf. Ps. 109, 17 *o*) vid. not. v. 3. *p*) Leu. 19, 12. Ier. 5, 2. *q*) *& pernoctabit*, nec id forte vt viator de via digrediens ad pernoctandum Ier. 14, 8. sed vt permansura, coll. Ps. 25, 13. Ps. 49, 13. Iob. 17, 2. c. 41, 14. Vulg. *commorabitur.* Est Fem. Præt. posito *Segol* pro *Kamets*, vt Es. 59, 5. *r*) non ad fores illa stabit, sed ad medium vsque & interiora ædium penetrabit.

℣. 13. *n*) Vid. not. v. 5.
℣. 14. *o*) *sunt duo filii olei*; Hos. 2, 10. Ioel 1, 10. oleo ac dotibus Spiritus S. instructi, quorum opera Deus vtitur ad instaurandum in Ecclesia verum sui cultum. Cuius modi hoc tempore fuerunt *Zorobabel* & *Iosuas*, qui templum restituebant Hagg. 1, 1. olim vero *Moses* & *Aaron* in Eremo, *Elias* & *Elisæus* sub apostasia Baalitica; & posthac *duo illi Martyres* Apoc. 11, 3. 4. ad quem locum videsis *Vitringam*. *p*) *stantes* verat ministri c. 6, 5. Gen. 18, 8. Iud. 3, 19. *q*) *iuxta Dominum totius terræ* c. 6, 5. Apoc. 11, 4. Ex. 23, 17. quomodo hic apposite vocatur *Iehoua*, coll. supra v. 10.
CAP. V, ℣. 1. *r*) *Deinde reuerti ac* (i. e. rursus) *leuaui*. c. 6, 1. Vid. not c. 4, 1. *s*) v. 5. 9. *t*) *Volumen* sc. iudicii, quale & Ezechiel vidit Ez. 2, 9. 10. cf. Apoc. 10, 2. Iudicii vero librum intelligi, docet cum parallelismus allegatus, tum infra v. 3. 4. vbi explicatur de exsecratione ventura super vniuersam terram contra fures & periuros Est autem hoc *sextum Emblema*, cuius complementum *Gurtlerus* Theol. Proph. p. 134. ponit in euersione Templi secundi, *terram* prælude, cuius v. 3 fit mentio, Iudæam interpretans. Partes totius capitis duæ sunt: I. de *volumine volante* v. 1--4. II *de Modio* & *sedente in illo Muliere* v. 5. fin. *u volans* v. 2. quod celeritatem iudicii aduentus i signat, vti Hab. 1, 8.
℣. 2. *x*) *Dixit igitur* Angelus increatus, qui mecum vel in me loquebatur c. 1, 9. c. 4, 1. *y*) Vid. not. c. 4, 2. *z*) v. 1. *a*) *cuius* (subintell. relatiuo אשר) *longitudo sunt viginti mensuræ in cubito*, i. e. cubitales vel cubi i. Ex. 26, 8. c. 27, 9. Habuit igitur mensuram Porticus Templi in longitudine & latitudine, coll. 1 Reg. 6, 3.

CAP. V, ℣. 3. וְכָל־הַנִּשְׁבָּע ita 2 5. ℣. 4. וּבָאָה milra per Paschta simpl. 1. 3.

ה וְכִלַּתּוּ וְאֶת־עֵצָיו וְאֶת־אֲבָנָיו׃ וַיֵּצֵא הַמַּלְאָךְ הַדֹּבֵר
בִּי וַיֹּאמֶר אֵלַי שָׂא נָא עֵינֶיךָ וּרְאֵה מָה הַיּוֹצֵאת
6 הַזֹּאת׃ וָאֹמַר מַה־הִיא וַיֹּאמֶר זֹאת הָאֵיפָה הַיּוֹצֵאת
7 וַיֹּאמֶר זֹאת עֵינָם בְּכָל־הָאָרֶץ׃ וְהִנֵּה כִּכַּר עֹפֶרֶת
8 נִשֵּׂאת וְזֹאת אִשָּׁה אַחַת יוֹשֶׁבֶת בְּתוֹךְ הָאֵיפָה׃ וַיֹּאמֶר
זֹאת הָרִשְׁעָה וַיַּשְׁלֵךְ אֹתָהּ אֶל־תּוֹךְ הָאֵיפָה וַיַּשְׁלֵךְ
9 אֶת־אֶבֶן הָעֹפֶרֶת אֶל־פִּיהָ׃ וָאֶשָּׂא עֵינַי וָאֵרֶא וְהִנֵּה
שְׁתַּיִם נָשִׁים יוֹצְאוֹת וְרוּחַ בְּכַנְפֵיהֶם וְלָהֵנָּה כְנָפַיִם
כְּכַנְפֵי הַחֲסִידָה וַתִּשֶּׂנָה אֶת־הָאֵיפָה בֵּין הָאָרֶץ וּבֵין
י הַשָּׁמָיִם׃ וָאֹמַר אֶל־הַמַּלְאָךְ הַדֹּבֵר בִּי אָנָה הֵמָּה
11 מוֹלִכוֹת אֶת־הָאֵיפָה׃ וַיֹּאמֶר אֵלַי לִבְנוֹת־לָה בַיִת

Hæc est mensura, qua puniuntur illi, quorum oculus in vniversa terra est ad corradendum opes, minutum faciendo Epha; atque ita pari illis mensura mensuratur. Sed Cocc. Lex. 607. Hic est oculus eorum: hoc homines adspiciant & quærunt. Oculus enim

חסר א

הה רפה

r) & con- vel absumet illam domum cum fure atque perjuro, instar ignis penetrantissimi, qualis erat 1 Reg. 18, 38. cf. Hos. 11, 6. s) vt ne vestigium quidem supersit. conf. Hab. 2, 11.

℣. 5. t) Exiit autem, sc. e myrteto c. 1, 8. vel, quod placet A. Esra, ex ordine ceterorum Angelorum, vt ea propius ac dilucidius commonstraret visum. conf. c. 2, 7. ibidemque not. u) v. a. c. 1, 9. c. 4, 1. & v. 1. Ez. 8, 5. y) Quidnam est hoc, quod exit, remoto quasi siparlo prodiens? Ion. quinam sunt hi qui apparent? v. 3. 6. Incipit hic septimum Emblema propheticum, sistens Ecclesiam Christianam degenerem ex bonorum temporalium cupiditate & affluentia. Sicut enim præcedenti Emblemate Iudaicæ ecclesiæ degeneri iudicium exposuit, quod complementum suum in vltimo Hieros. excidio nactum est, ita iam pergit pingere, quid corruptionis in ipsam Ecclesiam Christianam inuehendum esset.

℣. 6. z) Quidnam illud est? fateor me ignorare: peto igitur, vt me instruas. c. 4, 4. 12. a) Hoc Epha est, quod exit. Ion. Hi sunt populus, qui accipiebant ac dabant mensura falsa. cf. Am. 8, 5. Mich. 6, 10. Sic & Grotius intelligit de Israelitis & Iudæis iniusta mensura vtentibus, & propterea per Assyrios & Babylonios celeriter in captiuitatem abductis. Verum in Emblematibus hisce Zacharias merito creditur Prophetam agere potius, quam historicum. Est Epha aridarum rerum mensura. Ponitur autem hic pro copia bonorum temporalium cupide expetitorum in Ecclesia pace fruente, sec. Cocc. Gurtl. & Maium. b) Ion. Ecce isti reuelantur coram omnibus habitatoribus terræ R. Salomo: Hæc

significat intentionem animi, amorem, studium, adfectum c. 4, 10. c. 9, 1. Matth. 6, 23. cf. 2 Cor. 4, 18. 2 Petr. 2, 14. Sic Gurtler. Theol. Proph. p. 134. & Vocibus Typico-Prophet. p. 56. Christiani pace fruentes intendunt oculos ad opes colligendas. Epha omnium ad se oculos conuertit. LXX. αὕτη ἡ ἀδικία αὐτῶν; quasi עונם per Vau legissent: quam scriptionem putat antiquam nostræque præferendam esse Lambertus Bos Proleg. 1. ad LXX. col. 6. sed præter necessitatem. c) Sed hæc corruptio sparsa per totam terram, Romæ tandem s. in terra Sinear sedem fixam ac principalem nacta est, coll. v. 11. ℣. 7. d) Sed ecce! Deus contra hanc luxuriem non fuit se esse ἀμάρτυρον. e) massa rotundior, quæ v. 8. lapis vocatur 1 Sam. 10, 3 2 Sam. 12, 30. f) plumbi Ez 22, 18. g) adportabatur hoc fine, vt in os improbæ mulieris coniiceretur v. 8. h) Ita construe. Hæc autem, quæ sedebat in medio illius Ephæ, erat mulier vna. Sic supra v. 6. Hæc est Epha exiens, pro, Hæc, quod exit, est Epha. Est vero hæc mulier imago Hierarchiæ ψευδωνύμου, opum adfluentia gaudentis & gloriantis; eadem videlicet ac Apocalyptica mulier seu meretrix Apoc. 17, 1-7. quæ v. 18. dicitur esse vrbs magna illa, quæ imperium habet super Reges terræ. Ion. pro sua hypothesi (de qua v. 6.) sic explicare hæc & sequentia pergit: Et ecce populi celeres deportant eos celeriter, & venerunt populi alii, & habitarunt in loco illorum, pro eo quod accipiebant & dabant mensura falsa. i) quæ sedebat. Qui apocalypticæ mulieris character est Apoc. 17, 1. 3. 9. 15. c. 18, 7. Vnde meretur hierarchicus ille adstrari stilus, cum dici solet sancta sedes. k) in medio illius Ephæ, de quo v. 6. Ita vero pingitur, ad significandam opum adfluentiam, sicut notauimus ibidem. ℣. 8. l) Hæc, quam Ephæ insidentem vidisti, est impietas Es. 9, 17. Mal. 3, 15. 19. id est, impia & impietatis magistra, (coll. מרשעת impietas de Athalia 2 Par. 24, 7.) mater scortorum & abominationum terræ Apoc. 17, 5. Sicut improba Iesabel Apoc. 2, 20. c. 18, 23. c. 19, 2. cf. mysterium iniquitatis 2 Thess. 2, 7. m) Et, cum effatus hoc esset, proiecit eam &c. Recte Hieronymus: Arripuit mulierem, inquit, -- & præcipitem misit in medium amphoræ, quæ prius libere ferebatur, & supra amphoram sedens omnibus adparebat. Et R. Salomo: Hucusq; illa in medio sederat; sed iam proiicit illam deiicitque in medium illius, punitionem innuens. Sic Apoc. 2, 22. meretrix cum adulteris suis in lectum coniicitur punitiue, sicut antea in lecto mœchata fuerat. Nescio an huc pertineat barbararum gentium ad vastandam Ecclesiam atq; imperium Romanum immissio, qua mulier illa opum adfluentia luxurians in modium deiecta, vt resipisceret, non resipuit Apoc. 2, 21 sed emergens inde stabilimentum & sedem fixam cepit in mystica terra Sinear, infra v. 11. donec tandem tota excindatur. n) lapidem vel (vt Vulg. reddidit) massam plumbeam v. 7. Est vero lapis hic plumbeus secundum Gurtlerum in Theol. Proph. p. 134. vnus & alter populus Antichristum coercens; vel sec. Maium in Oec. V. T. p. 1079. testes veritatis, qui mendaci bestiæ os obturent. o) in os eius. Suffixum Hieronymus ad Epham retulit. ita enim ille: Ne forte rursum eleuaret caput, -- talentum plumbi in modum grauissimi lapidis mittit in os amphoræ, vt impietatem in modio opprimat atq; concludat, ne quo modo possit erumpere. Quomodo si accipere lubeat, os aperturam significabit l. latus apertum, vnde quid intrat vel exit, vt Gen. 29, 2. Ex. 28, 32. Pleriq; tn. ad mulierem ipsam, de qua directe hic sermo fuerat, referunt. R. Salomo: Iniectus mulieris ori lapis plumbeus, vt ne amplius sese efferat, & ne audiatur vox eius ad devastandum pauperes. Scite autem A. Esra confert Ps. 107, 42. Vid. porro Iob. 5, 16. ℣. 9. p) Deinde vero leuaui &c. v. 1. 5. c. 6, 1. Eadem mulier offertur, verum non amplius deiecta & coercita, vt v. 8. sed sublimata, stabilita, & post castigationem Dei cueram ad scortationes suas eo furiosius rediens, cf. Es. 23, 15 16. 17. q) Gurtl. p. 134. mulier altera est potestas ciuilis Antichristo fauens. Alteram igitur forte ecclesiasticam interpretatur. r) vid. not. v. 5. s) h. e. tanta exibant velocitate, quasi ventus in alis ipsarum esset. Alæ autem hic vel ex apice innuuntur, pro vestium oris, quæ, quod laxiores essent, venti impetu inflatæ mulieres illas in aerem raptasse intelligantur, coll. Hos. 4, 19 vel, quod magis credibile, proprie dictæ, vt celeritatis symbolum. Illud enim respectum magis passiuum & pœnalem inuoluit, qui vero contextui non congruit; hoc vero firmat proxime sequens membrum. Vult igitur dicere, mulieres istas, secundo vento actas, alis suis perniciter volauisse. t) Parenthesis: Etenim illis erant alæ ad instar alarum ciconiæ. Leu. 11, 19. Ps. 104, 17. Ciconiæ autem volant cum perniciter, tum altissime: vtroq; respectu mulieres comparantur cum illis, vtpote quæ Hierarchicæ mulieris dignitatem cum celeriter promouerint. tum fecerint esse summam. u) & sustulerunt, vt abductæ locum alicubi fixum darent v. 10. 11. 2 וַתִּשֶּׂנָה, eiisa 3. rad. א vt Ier. 9, 11. Meretrix Babylonica, inquit Maius Oec. V. T. 1079. a parasitis suis eleuatur ad cælum vsque, velut aliis, potestatem ecclesiasticam & ciuilem ei tribuentibus & relinquentibus. x) 2 Sam. 18, 9. ℣. 10. y) Vid. v. 5. z) quorsum istæ sunt abducentes? c. 2, 5. Num. 17, 11. a) Sumitur hic concretiue pro Epha cum insidente Muliere v. 7. coll. v. 11. ℣. 11. b) Paullulo plus est in responsione, quam fuerat in quæstione. Nec n. contentus est dicere, quo Epham abducant; aliam insuper, nec minus necessariam circumstantiam explicat, quo fine abducant. Et credibile est, hoc ipsum simul scire cupiisse Prophetam, licet verbis non æq; expresserit. Ait igitur, Vt exstruant ipsi domum &c. q. d. Mulier, quam modo v. 8. impietatem esse dixi, variis incertisq; sedibus adhuc vagata est, dum sparsa per Ecclesiam corruptio fuit; nunc v. in eo sunt, vt ædificent ipsi domum, i. e. firmam aliquam & stabilem sedem, quæ qs. perpetuū & eminens sit impietatis domicilium.

℣. 4 עֵצָיו וְאֶת sine præf. Vau 1. 3 sic ed. 1. 5. ℣. 5. שׂא per Makk 1. 2 3. sic ed. 5 ℣. 9. Spatium præmitt. 1. 3. 5. ˟ 6. 9. 12. 20. 11. 23. ולהנה כנפים כבנפי sic 2. 6. 9. 20. & sic ed. 5. ותשאנה cum Aleph in textu 1 2. 5. contra Mas. 3. & 4 impr.

בְּאֶרֶץ שִׁנְעָר וְהוּכַן וְהֻנִּיחָה שָּׁם עַל־מְכֻנָתָהּ׃ וָאָשֻׁב ו
וָאֶשָּׂא עֵינַי וָאֶרְאֶה וְהִנֵּה אַרְבַּע מַרְכָּבוֹת יֹצְאוֹת מִבֵּין
2 שְׁנֵי הֶהָרִים וְהֶהָרִים הָרֵי נְחֹשֶׁת׃ בַּמֶּרְכָּבָה הָרִאשֹׁנָה
סוּסִים אֲדֻמִּים וּבַמֶּרְכָּבָה הַשֵּׁנִית סוּסִים שְׁחֹרִים׃
3 וּבַמֶּרְכָּבָה הַשְּׁלִשִׁית סוּסִים לְבָנִים וּבַמֶּרְכָּבָה
4 הָרְבִעִית סוּסִים בְּרֻדִּים אֲמֻצִּים׃ וָאַעַן וָאֹמַר אֶל־
הַמַּלְאָךְ

CAP. VI. Deo consecraturos, in gratiam receptum atque saluatum iri. *Vitringa* in Doctr. Proph. p. 55. refert ad illa vaticinia, quæ mundi fata, certo quodam ordine decursura, generatim describunt, coll. Dan. 2; 31-46. c. 7, 1-28. c. 11, 2. seqq. Atque vt clarius constet, quo vir Cl. tendat, idem p. 144. Prophetiæ scopus est, inquit, docere, postquam quatuor illa regna, quæ memorantur, *Persicum* nimirum, *Alexandri*, *Syro-Macedonum* atque *Aegyptiorum*, *vi diuini decreti*, in orbe huius terræ comparuissent, exspectari posse *Christum Iesum*, eiusque *regnum*, cæleste & spirituale. Aliter tamen Vir Cl. in Comm. Apoc. VI. p. 329. vbi regna quatuor maiora sub emblemate *quadrigarum quatuor* exhibita de *Babylonico*, *Persico*, *Alexandri*, *Seleucidarumque* ac *Lagidarum* exponit. *Gurtlerus* vero in *Theol. Proph.* p. 134. *Duo montes* ahenei, inquit, sunt duo regna, Israelis ac Messiæ: *quatuor currus* cum equis sunt quatuor regna cum suis exercitibus Cananææ incumbentia. Equi *atri* sunt Medi & Persæ, Iudæis graues & incommodi, tendentes in Babyloniam & Assyriam Palæstinæ aquilonarem; *albi* sunt Græci sub Alexandro M. qui Iudæis fauit; *varii* sunt Lagidæ & Seleucidæ, in Aegypto bella mouentes; *rufi* sunt Romani Cananæam sæpe inuadentes, & tandem Remp. Iudaicam destruentes. Verum *Tarnouii* explicatio παρερμηνεία versus 8. nititur, (quasi Angeli non dicantur euersum ire, sed tranquillatum Babyloniam, nec tam de hostibus in ira domandis, quam ad regnum Christi ex gratia aduocandis agatur) & laborat difficultate in exponendo equorum colore, qui non modo *albus est*, sed *rufus* etiam, *ater* & *varius*, adeoque innuit, equos illos iudiciorum Dei pœnalium ministros in commemoratis terris esse. Sed nec Cel. *Vitringæ* atque *Gurtleri* sententiæ se nobis probant: confundunt enim *quadrigas* cum *terris* ipsis siue imperiis, ad quæ quadrigæ mittuntur, coll. hic v. 6-9. Facillima nobis videtur expositio Cel. *Maii* in Oec. V. T. p. 1080. statuentis, typo 4. curruum iudicia diuina in regna, Regno Christi aduersa, exsequenda per sanctos Angelos, indicari, coll. Hag. 2, 21. 22. 23. *Currus* enim & *equi* Angelos notant 2 Reg. 2, 11. c. 6, 17. Ps. 68, 18. tanquam celeres iudiciorum diuinorum exsecutores Es. 66, 15. Hab. 3, 8. Et infra v. 5. Angelus ipse *quadrigas* exponit *Spiritus calestes exeuntes ab astando se apud Dominum vniuersæ terræ*, *emissos ad peragrandum terram* v. 7. quod & supra c. 1, 10. de Angelis dicebatur. Tanto autem lucidius fit, quod diximus, quanto magis ad nexum huius emblematis cum præcedenti respicitur. Dictum videlicet est c. 5, 11. *mulierem*, quæ v. 8. *improbitas* vocabatur, domum nactam fuisse NB. *in terra Sinear*. Illa igitur *Improbitas* nunc puniri cernitur a Propheta, sicut in reliquis terris, quæ ipsam fouerant, coll. c. 5, 6. ita in *terra boreali* (quod *Babylonia* nomen est c. 2, 10. Ier. 1, 14. 15. c. 6, 22. c. 10, 21. &c.) inprimis, tanquam impietatis præcipua sede ac domo, coll. hic infra v. 6. & v. 8. vbi *borealis terra* iterata & specialior eapropter fit mentio. Quemadmodum vero supra (c. 5, 11.) *terra Sinear* non proprie dicta, sed *mystica* intelligebatur, sic ex nexu hoc liquet, *terram borealem* hic quoque mysticam esse potius, quam proprie dictam, licet hæc typus illius exstiterit. Ceterum quod *ad quaternarium* quadrigarum numerum, cf. not. c. 2, 1. *k*) *ab inter*, i. e. *e medio duorum montium*. Ps. 104, 12. *l*) *montes autem*, quos dixi, *montes ænei* seu *ahenei* erant. quod montium robur & firmitudinem inconcussam notat, coll. Ier. 1, 18. Sicut & ipso *montis* nomine aliquid firmum significatur, coll. Ps. 36, 7. Sunt autem *Iunio* hi duo montes signa potentissimæ & imperuestigabilis Dei prouidentiæ, ex cuius abdito firmissima & ineluctabilia consilia prodeunt. Sic fere Cel. *Vitringa* Comm. Apoc. 6. p. 327. *Gurtlerus*, vti iam ante monuimus, duo regna, Israelis atque Messiæ, intelligit. *VVigandus* Hierosolymam innui putat, in qua montes duo Sion & Moriia. Sic notaretur stabilitas Ecclesiæ veræ, cuius symbolum Hierosolyma est, contra Satanæ & hostium machinationes. Neque inconueniens hæc explicatio est. Ex Sione enim vel Hierosolyma cum exire dicuntur Angeli, idem est, ac si dicantur exire a Domino, cuius Numen in vera habitat ecclesia, qui ecclesiam regit atque tutatur, coll. v. 5. cf. Ioel 4, 16. 17. Ps. 20, 3. *Hieronymus*: *ænei*, id est, insuperabiles atque fortissimi, & qui nulla possint vetustate consumi. ℣. 2. *m*) *Equi rufi*, strages & cladem portendentes, coll. v. 8. Vid. quæ c. 1, 8. de coloribus equorum eorumque significatione notauimus. Cl. *Vitringa* Comm. Apoc. 6. p. 337. putat ipsos figurari *Babylonios*, conspersos tinctosque sanguine populi Dei, cuius torcular ipsi, diuinæ vindictæ exsecutores, inter Iudæos calcarint. Verum quid circa hanc explicationem desideratum a nobis sit, diximus ad v. 1. Babylonii enim cum sui similibus horum equorum potius sunt obiectum, quam subiectum per equos significatum, coll. v. 6. & 8. licet in explicatione subiuncta, quo *rufi* inprimis iuerint, non diserte dicatur. *n*) *nigri*, infausta ac tristia ominantes, non Iudæis vel populo Dei, vti explicant quidam, sed borealibus seu Babyloniis v. 6. 8. cf. Apoc. 6, 5. Vide quæ supra ad v. 1. ex mente *Vitringæ* & *Gurtleri* notauimus. ℣. 3. *o*) *albi*. c. 1. 8. Vide infra v. 6. *p*) LXX. Ion. & Vulg. *varii*. χαλαζώμενοι, *grandinati* dicuntur, qui *respersi* sunt *maculis albis* instar grandinis, guttati, λευκόστικτοι, coll. Gen. 31, 10. 11. *Boch.* Hieroz. P. I. p. 109. seq. *q*) *Vulg.* aliique: *fortes*. cf. Iob 9, 4. Sed locum attente legenti constabit nomen esse coloris. Ion. *cinerei*: rectius vero *Syr. Ar.* & *Græca* quædam exemplaria apud *Hieronymum*, *rufos* aut *rubros*. (2) v. 7. Idem est quod חָמוּץ *ruber* Es. 63, 1. gutturalibus א & ח permutatis: a חמץ, quod apud Hebræos æque ac Arabes primario significat *acescere*, ὀξύνειν. Est igitur חמוץ vel אמוץ in coloribus idem atque Gr. ὀξύ, quod *clarum* est & *vegetum* & *multo lumine excitatum*; *purpureum* inprimis: equi proinde notantur non quidem purpurei, quales nulli sunt, sed quorum *rubor* est ὀξύτερος *excitatior*: quo ipso distinguuntur ab equis primæ quadrigæ v. 2. simpliciter אדמים dictis. *Bochart.* Hieroz. P. I. p. 111. seqq.

c) *in terra Schinear*. quam certum est circa *Babylonem* fuisse, coll. Gen. 10, 10. c. 11, 2. 9. Dan. 1, 2. vnde LXX. Ar. Syr. & Ion. h. l. reddiderunt *in terra Babylonis*; iidemque LXX. Ar. Ion. Es. 11, 11. *Babyloniam* exposuere. Hic tn. non eadem intelligitur, sed analogica, *mystica* videlicet *Babylon & spiritualis*, de qua Apoc. 14, 8. c. 16, 19. c. 17, 5. c. 18, 2. 10. 21. Domus in terra Sinear, inquit *Gurtlerus* Theol. Proph. p. 134. est sedes Antichristi in Babylone mystica. *d*) *parabitur enim domus* pro illa. Ad domum namque, quæ apud Hebræos *Masculini* est generis, referri hoc debet. Es. 30, 33. *e*) *& collocabitur illic* Epha cum muliere, vt maneat in præparata ipsi domo. Es. 14, 1. adoranda instar Dei vel Vice-Dei 2 Reg. 17, 29. Es. 46, 7. cf. 2 Thess. 2, 4. Ratione grammatices forma hæc mixta est ex *Hoph.* & *Hiphil.* *f*) *in basi* vel *habitaculo suo*. q. d. *loco suo parato*. (1) cf. 1 Reg. 8, 39. 43. Dan. 8, 11.

CAP. VI, ℣. 1. *g*) *Deinde reuerti ac* (i. e. rursus) *leuaui*. Vid. not. c. 4, 1. & c. 5, 1. *h*) c. 2, 1. Sequuntur hoc capite *Emblemata duo* postrema: I. *Quatuor curruum*, vbi *a*) Visum ipsum v. 1-5. *b*) Visi explicatio, partim generalis v. 4-7. partim specialis v. 8. II. *Geminæ Coronæ*, capiti Pontificis Iosuæ impositæ, vbi denuo describitur *a*) Visum ipsum v. 9-11. *b*) Visi explicatio v. 12-fin. *i*) *quatuor currus* siue *quadrigæ*, vti *Vulg.* reddidit. Neque enim currus solos, sed cum adiunctis quatuor equis notat, coll. v. 2. seqq. & 1 Reg. 10, 29. 2 Par. 1, 17. Emblema hoc variis modis exponunt interpretes. *B. Tarnouius*: Significatur typo quatuor curruum, ministerio sanctorum angelorum a Deo cum in Iudæa, tum etiam in ipsa Babylonia multos adhuc quidem hærentes, sed paulo post Hierosolymam venturos, seque suaque Deo

---

℣. 11. שם sine *Dag.* 2. 3. 7. 22. מוכונתה *plene* per *Schurek* 1. 2. 5. sec. *M. I.* & *Mas. Erff.* & per *Cholem* 3. sed contra *Mas. impr.* CAP. VI, ℣. 1. *Spatium* præmitt. 1. 2. 3. 5--10. 12. 20. 21. 23.

ה המלאך הדבר בי מה־אלה אדני׃ ויען המלאך ויאמר
אלי אלה ארבע רוחות השמים יוצאות מהתיצב על־
6 אדון כל־הארץ׃ אשר־בה הסוסים השחרים יצאים
אל־ארץ צפון והלבנים יצאו אל־אחריהם והברדים
7 יצאו אל־ארץ התימן׃ והאמצים יצאו ויבקשו ללכת
להתהלך בארץ ויאמר לכו התהלכו בארץ
8 ותתהלכנה בארץ׃ ויזעק אתי וידבר אלי לאמר ראה
היוצאים אל־ארץ צפון הניחו את־רוחי בארץ צפון׃

℣. 4. r) *Quid hi*, sc. sunt, & quid agunt? Sequitur iam Emblematis *declaratio*, quam Propheta expetit v. 4. Angelus vero petenti impertitur v. 5. 8. Insergitur tamen a Propheta vlterior Emblematis a se visi relatio v. 6. 7. cf. c. 1, 9. c. 2, 2. c. 4, 4.

℣. 5. s) LXX. Vulg. & Ar. *quatuor venti*, quomodo Hebræi non solum ventos cardinales, sed & quatuor mundi plagas aut habitantes in illis populos designare solent, coll. c. 2, 10. Ier. 49, 36. Dan. 7, 2. Apoc. 7, 1. Vnde Ion. *Hæc sunt quatuor regna, quæ sunt quasi 4. venti calorum*. Sed malumus *quatuor Spiritus* (s. spirituum ordines & turmas) *calestes*, hoc est, Angelos in quatuor mundi plagas euntes, interpretari, quia dicuntur *exeuntes a sistendo se apud Dominum*, quod peculiariter Angelorum est, sicut supra ad v. 1. obseruauimus. conf. igitur Ps. 104, 4. t) *exeuntes*, ad mandatum, quod acceperunt a Domino, per omnes mundi partes exsequendum. cf. c. 1, 10. 11. u) *a sistendo se*, *postquam stiterunt se* apud Dominum ad exspectandum & capessendum iussa eius, quemadmodum seruus coram hero adparens nutum Ipsius obseruat, & quid agendum sit sibi, attendit Iob. 1, 6. c. 2, 1. cf. Ex. 34, 2. Num. 11, 16. Zach. 4, 14. Dan. 7, 10. x) *apud Dominum vniuersæ terræ*, qui terram vniuersam, omnesque ac singulas eius partes, imperio & prouidentia sua regit c. 4, 10. 14. c. 9, 1. Ios. 3, 11. 13. Mich. 4, 13. Ps. 24, 1.

℣. 6. y) Ceterum quod ad currum, *in quo equi nigri erant*, Hæc verba, vti videtur, non amplius sunt Angeli visum exponentis, sed Prophetæ rem visam vlterius referentis, vsque ad v. 7. incl. Vid. quæ ad v. 4. modo diximus. z) vid. not. v. 2. a) *exeuntes* erant isti equi. Vid. not. v. 5. b) *ad terram borealem*, seu Babyloniam v. 8. mysticam tamen potius, quam proprie dictam, coll. c. 5, 11. Vid. quæ supra hic v. 1. notauimus. c) *Albi vero*. v. 3. qui color victoriæ ac triumphi symbolum est Apoc. 6, 2. c. 19, 11. 14. d) *ad-post illos*, h. e. eodem illos sequebantur. e) *grandinati vero*. Vid. v. 3. & quæ de mixti coloris significatu v. 7. dicemus. f) *terram Austri*, cuiusmodi regio Aegyptus olim in typo fuit, sicut borealis contra Assyria posteaque Babylonia c. 10, 11. Ceterum *iudicia* hæc, de quibus nunc agitur, *vniuersalia* super quatuor mundi partes fore, ex quaternario curruum numero non male colligi videtur. At orientis & occidentis nulla hic mentio? Forte igitur dicendum terram omnem in duas partes generales h. l. secari, adeoque boream & austrum synecdochice venire pro vniuersis mundi plagis, vt Es. 43, 6. Ps. 89, 13.

℣. 7. g) *Videlicet rufi*. Iidem sunt, quos modo *guttatos* seu *grandinatos* dixerat v. 6. coll. v. 3. Reassumit ergo Propheta quod sub finem versus præcedentis de equorum istorum exitu iam retulerat, idque hoc fine, vt specialius declaret. Vulg. *Qui autem erant robustissimi*. Vid. not. v. 3. h) Vid. not. v. 5. i) *& quæsiuerunt ire*. *Quærere* autem non pro nudo agendi conatu hic sumitur, qui effectum, aut vires perueniendi ad effectum, excludat; sed ipsam animi ac facultatis conuersionem ad agendum significat, idemque est ac si diceret: ipso actu *se ad eundum compararunt*, coll. c. 12, 9. Dan. 9, 3. Iam enim præcessit, quod *exierint*. At *Tarnouius*, cui australis terra Iudæa est, ita: Vltro - - a Deo deposcebant, ac sibi hoc demandari *rogabant*, *vt obambularent* - - *Ea propter* motus misericordia sua ac precibus angelorum sanctorum princeps, *dixit*: *Agite, obambulate terram* hanc, & facite quod iussi estis ac ipsi voluistis. k) *vt obambularent* vel *peragrarent terram*, partim ad irrogandum malis supplicia, partim ad defendendum, si qui supersint, bonos. Forte enim colorum in his equis varietas variam inuoluit operationem pro diversitate obiectorum: ita vt rubeant atque vindictæ instrumenta sint, in respectu ad malos; albi vero in respectu ad bonos, quibus pacem atque triumphos ferunt. Vid. not. c. 1, 10. & conf. Iob. 1, 6. 7. c. 2, 1. l) *dixit enim* vel *dixerat*. prius enim quam ad exeundum se compararunt, exeundi mandatum acceperunt equi; licet illud in relatione prius, hoc vero posterius dicatur. Nisi forte *Tarnouii* sententia, quam modo dedimus, magis arrideat. m) Sic *igitur obambularunt*. Femininum est: ergo ad *equos*, si maneatur in tropo, referri quidem nequit, attamen ad מרכבות seu *currus*, concretiue vna cum equis acceptos v. 1. Aut loquitur Vates extra tropum seu schema, ita vt loco subiecti in mente habuerit ipsos *spiritus* (רוחות) *calestes*, equorum schemate adumbratos v. 5.

℣. 8. n) *Inclamauit autem me*, seu *clamore me excitauit*, Iud. 4, 10. 13. tanquam ad audiendum nuncium inprimis notabile de iudiciis terræ borealis seu Babylonicæ, illius videlicet, in qua superius c. 5, 11. improbitatem consedisse Propheta viderat. o) *En!* inprimis, *qui exiuerunt* &c. p) Vid. not. v. 6. q) *quiescere fecerunt spiritum meum*. Verba, nisi attente considerentur, habent aliquid ambiguitatis. *Tarnouius* in bonam interpretatur partem: *tranquillarunt* (albi præcipue) *spiritum* & iram *meam*. - - - Videlicet multos homines in Babylonia hærentes ad resipiscentiam pietatemque ministerio suo adducendo, aliosque, apud quos nondum prorsus refrixerat, in ea continendo, effecerunt, vt istos omnes non omnino a mea adhuc dum excludam gratia. Verum nos sequiorem in partem potius explicamus, vt pœnam borealibus irrogatam eamque grauissimam significet. Accepeamus enim, quod & *Tarnouius* concedit, *spiritum Domini* h. l. iram eius esse, quemadmodum sumitur Coh. 10, 4. idemque a LXX. heic & Prou. 29, 11. Iob. 15, 13. recte per θυμὸς expositum fuit. Quum vero dicuntur iram Dei in terra boreali *quiescere fecisse*, sensus est, tantum stragis, tantumque malorum in hac terra ab eis editum fuisse, vt prius non cessauerint, quam vniuersus impetus iræ diuinæ. vniuersa vis eius, in ea terra veluti desæuiisset ac deferbuisset, satisfactumque fuisset Deo, vindictam ab improbis capienti. conf. enim Ez. 5, 13. c. 16, 42. c. 21, 22. c. 24, 13. & infra Zach. 9, 1. Cognata huic locutioni fere est illa, cum Deus se *tela* aut *iram* suam in aliquo consumturum esse minatur Deut. 32, 23. Ez. 6, 12. c. 7, 8. c. 13, 15. aut quod *seipsum*, sumto ab improbis supplicio, *consolari* velit c. 5, 13. Ion. *Dic eis, Facite voluntatem meam in terra boreali*: male, quasi in Hebraico textu הניחו legisset per Imperatiuum. r) Vid. c. 5, 11. & quæ hic ad v. 1. notauimus.

℣. 4. מיין per *Merca* 1. 6. 9. 20. ℣. 6. ויוצאים *plene* 2. sic fu. 5. secundum *Masoram impressam* Ez. 14, 21.

9 וַיְהִי דְבַר־יְהוָה אֵלַי לֵאמֹר׃ לָקוֹחַ מֵאֵת הַגּוֹלָה
מֵחֶלְדַּי מֵאֵת טוֹבִיָּה וּמֵאֵת יְדַעְיָה וּבָאתָ אַתָּה בַּיּוֹם הַהוּא
11 וּבָאתָ בֵּית יֹאשִׁיָּה בֶן־צְפַנְיָה אֲשֶׁר־בָּאוּ מִבָּבֶל׃ וְלָקַחְתָּ
כֶסֶף־וְזָהָב וְעָשִׂיתָ עֲטָרוֹת וְשַׂמְתָּ בְּרֹאשׁ יְהוֹשֻׁעַ בֶּן־
12 יְהוֹצָדָק הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל׃ וְאָמַרְתָּ אֵלָיו לֵאמֹר כֹּה אָמַר
יְהוָה צְבָאוֹת לֵאמֹר הִנֵּה־אִישׁ צֶמַח שְׁמוֹ וּמִתַּחְתָּיו
יִצְמָח

℣. 9. s) Vid. not. c. 1, 1. Sequitur nunc *nonum* atque vltimum *Emblema geminæ Coronæ*, capiti Iosuæ Pontificis impositæ, ad præfigurandum Christi & sacerdotium & regnum: vbi ponitur I. *Emblema ipsum* v. 10. 11. II. *Emblematis explicatio & applicatio.* v. 12--15.

℣. 10. t) *Accipiendo, sc. accipe.* Vatt. u) *a captiuitate*, id est, Iudæis Babylone etiamnum exulantibus, seu, vt *Ion.* vertit, *filiis transmigrationis*, i. e. *exulibus*. Ez. 1, 1. Esr. 1, 11. c. 4, 1. Nec enim omnes cum Zorobabele statim ad patriam remigrauerant, quamuis Rex Cyrus potestatem remigrandi vniuersis fecisset: plurimi posthac demum cum Esra reuerterunt Esr. 7, 6. 7. sed & tunc magna pars in Babylonia restitit, ac scholas ibidem velut in patria frequentes habuit. Hi Babylonienses (sic enim eos appellamus in oppositione ad Palæstinenses, qui iam reuerterant) cum de resurata Templi ædificatione audiuissent, aurum argentumque a se collectum per legatos mox nominandos, muneris loco, ad exornandū Templum, miserunt. Iubetur ergo Zacharias *ab exulibus*, h. e. *exulum Iudæorum legatis*, aliquam eius auri atque argenti partem accipere, vt emblematis instar præfigurandæ rei maxime notabili inseruiat, coll. infra v. 15. LXX. neutraliter *Accipe* τὰ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας, *quæ ex captiuitate vel a captiuitate missa sunt*: credo, quod Accusatiuum Verbo *accipe* necessarium, ni sic ita verterent, defuisse putauerint. Verum Accusatiuus, ob interpositam hoc versu parenthesin, v. 11. demum, & quidem post reassumtū verbum, sequitur, *Accipe, inquam, aurum atque argentum.* x) videlicet *ab Heldai* ceterisque, quos Babylonienses cum muneribus Hierosolymam miserunt, vti posterius docet hemistichium. Ceterum binominis fuisse creditur iste *Heldai*; idem namque v. 14. vocatur *Helem*. y) (*veniet autem &c.*) Parenthesis ad finem vsque versiculi, instruens Prophetam, vbi illos conuenire, & quomodo ab illis accipere possit. z) *die isto*, quo sc. facere debes, quæ nunc mando. Forte Deus in visione diem aliquem certum determinauerat, quem v. tn visionis descriptione exprimere Propheta minus necessarium duxit. Si *idem dies*, quo superior visio oblata ac declarata fuit, intelligeretur, quod *Tarnouio* placet, vtendum fuisset pronomine demonstratiuo præsentis הַזֶּה hoc ipso *die* a) *venies, inquam.* Reassumitur Verbum post expressam temporis circumstantiam, vt nexus eius cum termino ad quem, eo promtius in oculos incurrat. b) Idem probabiliter est, qui v. 14. *Chen*: vt vbique enim *filius Tsephaniæ* dicitur. c) forte eiusdem, de quo 2 Reg. 25, 18. d) *quam ingressi sunt*, *quo venerunt*, ad quam venientes e Babylone diuerterunt; legati nimirum, quos hemistichium prius nominarat. Alii, *qui venerant*: sed hoc contra accentus, secundum quos Iosias hospes actiue, ceteri vero passiue hospites fuere. ℣. 11. e) *Accipe, inquam.* Reassumitur ex v. 10. vt propositio, quam illic parenthesis interruperat, fiat integra & absoluta. f) cf. Hagg. 2, 8. 9. & Esa. 60, 9. g) *indeque facias* seu *fieri cures* per aurifabrum. Sic Ex. 25, 31. &c. h) *coronas* v. 14. Iob. 31, 36. Syr. *coronam*, Ion. *coronam magnam*; ambo singulariter hic & v. 14. reddiderunt: quasi scil. vna tantummodo fuisset corona, Pluralis vero magnitudinem illius notaret; sicut alibi *salutes* pro ingenti, *mortes* pro dolorifica, *sapientia* pro omnimoda veniunt. Duas vero coronas hic indigitari, auream vnam, alteram argenteam, adparet cum ex terminatione plurali, quam vt singulariter citra necessitatem intelligamus, vix nos adduci patimur; tum ex duplici materia, quam Deus a Babyloniensibus posci iubet ad conficiendum inde coronas; tum denique ex ipsa emblematis applicatione v. 13. vbi ad duale quid (*inter ambo*) applicatur. Sic & *D. Kimchi* de duabus coronis interpretatur; in hoc vero aberrat, quod vnam Iosuæ, alteram Zorobabelis capiti imponendam fuisse præsumit: in tantum tamen ingenuus, quod hanc explicationem opinione, non autoritate sacri textus, niti fatetur; quemadmodum & illud, quod Zorobabel, post impositam hanc ipsi coronam, non princeps amplius, sed *Rex* salutatus fuerit. Omnino de Zorobabele tacet hic sacra pagina: quid vero de regio ipsius titulo sentiendum, mox dicemus ad v. 12. Ergo potius vtramque capiti Iosuæ impositam fuisse, satis euidens est. Ceterum *corona* est signum personæ supra alias venerabilis ac sacrosanctæ: gestabatur sub V. T. non solum a Rege, sed a Pontifice quoque, quamuis (vti credibile) sub diuersa nonnihil forma Ex. 28, 36. 37. c. 29, 6. coll. 2 Sam. 1, 10. Corona igitur dupla, vnius Iosuæ capiti imposita, geminam adumbrare debuit dignitatem, regiam ac sacerdotalem, in vno aliquo subiecto concretam, hoc est, sacerdotium Messiæ (quem Iosuas hoc modo repræsentauit) Melchisedekianum, secundum quod & Rex est, & Sacerdos Dei altissimi Gen. 14, 18. Ps. 110, 4. Hebr. 6, 20. c. 7, 1. sqq. i) *& ponas* vnam post alteram. k) *Iosua* seu (vt LXX. & *Vulg.* expressere) *Iesu*, qui vt supra c. 3, 1. ita hic nomine & omine typus Messiæ fuit, coll. hic v. 12. 13. Vid. Præf. §. 10. ℣. 12. l) *Dices vero ad ipsum*, sc. in explicationem actus istius emblematici, vt nouerint ipse ac alii fideles, ad quem spectet, & quid rei significet iste ritus. m) *Ecce*, iam egregie a me hisce coronis impositis ornatus es; verum illæ tibi non propter te imponuntur, sed vt signum ac typum Christi regis ac sacerdotis geras. *Tarn.* Vid. not. Ier. 31, 8. n) Vid. not. c. 1, 8. o) *cuius nomen est GERMEN.* pro quo recte Ion. *cuius nomen erit MESSIAS.* De hoc enim veteres Rabbini hunc locum explicarunt in *Echa Rabbathi* f. 68. b. item in *Bemidbar Rabba* f. 271. d. vnde *Abenesra* in *Spicilegio* ad M. I. missam faciens quorundam tribulium suorum περβλέπτητα, *Conuenientius est*, inquit, quod de Messia sermo sit, sicut exposuit Paraphrastes Chaldæus. Perperam vero *Raschi*, *D. Kimchi* & *A. Esra Zorobabelem* intelligi volunt, quem somniant Regem posthac a Iudæis salutatum fuisse, sicut ad v. 11. diximus; sed hoc quam maxime improbabiliter, quippe vestigium eius rei nullum in sacris literis exstat: immo Nehemias, Zorobabelis post alios successor, cum ei a Samaritis inuidiose obiectum fuisset, quasi regios honores ac titulum adfectaret, velut mendacium atque calumniam hoc a se amoliitus fuit Neh. 6, 6. 7. 8. Vide vlterius quæ c. 3, 8. de hoc nomine obseruauimus, item Disp. nostram de *Nominibus Christi humanam ipsius naturam designantibus* §. 2. seqq. Ceterum *Vulg. Orientem*, LXX. indeque Syr. & Ar. ἀνατολὴν reddidere: quod, quia ambiguitate quadam laborat, ex *Hieronymi* Comment. ad h. l. edisseremus. *Oriens*, inquit, quod Hebraice dicitur צמח -- id est, ἀνατολὴ vel ἀναφυὴ, siue βλάστημα -- id est, *germen*; quia ex se repente succresceret, & ex radice sua in similitudine germinis pullulabit. Minus apte igitur B. *Tarn.* ad Zach. 3, 9. Græci, inquit, Hebræam vocem צמח male verterunt ἀνατολὴν confundentes eam cum זרח vel מזרח. Ipsum verbum ἀνατεῖλαι *Suidæ* est ἀναφῦσαι ἐκ μεταφορᾶς βοτανῶν. cf. Hebr. 7, 14. p) *qui vel etenim de subter se*, h. e. e substrato loco vel *fundo suo*, in quo satus est, *germinabit*, merito proinde *Germen* dictus. Ponitur תחת instar Nominis, vt infra c. 12, 6. Ex. 16, 29. Hab. 3, 16. Sic & *A. Esra*. Additum מאליו *a se ipso*. Hoc probat *Cocc. Lex.* 463. seq. vbi, Notatur, inquit, eum nec regnum nec sacerdotium suum accepturum ab alio prædecessore, neque aliena potentia incrementa sumturum. Cel. item *Maius Oec. V. T.* 1089. *ex seipso*, nullo satu humano germinandus. Quæ quidem, quod ad rem ipsam, bene se habent: nobis tamen particulæ huius emphasis hoc maxime importare videtur, quod diximus initio, Christum sc. ad instar plantulæ se habiturum, quæ ex fundo suo, in quo sata vel plantata est, lentim adsurgit atque ad iustam magnitudinem cum tempore excrescit.

℣. 10. מֵאֵת cum præf. ה 1. 3. 5. 6. 9. 20. 23. sic sc. 2. טוֹבִיָּהוּ cum S hureck finali 7. 8. 11. 14. 18. 24. & Ber. אֲשֶׁר per Merca 1. 2. sic sc. ℣. 11. וְעָשִׂית mitra B. Nephtali in M. I. ℣. 12. כֹּה אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת sic deleto sequenti לֵאמֹר sc. 2,

13 יצמח ובנה את־היכל יהוה: והוא יבנה את־היכל יהוה
והוא־ישא הוד וישב ומשל על־כסאו והיה כהן על־
14 כסאו ועצת שלום תהיה בין שניהם: והעטרת תהיה
לחלם ולטוביה ולידעיה ולחן בן־צפניה לזכרון בהיכל
טו יהוה: ורחוקים יבאו ובנו בהיכל יהוה וידעתם כי־יהוה
צבאות שלחני אליכם והיה אם־שמוע תשמעון בקול
יהוה

קמץ בז״ק

non Aaronis, sed Melchisedec. Pf. 110, 4. 1. 2. Heb. 5, 6. 10. c. 6, 20. c. 7, 11. 15. 17. 21. *a*) *fuper* hoc ipfo *folio fuo*, fuper quo fedens vt Rex dominabitur. *b*) Vulg. LXX. & Ar. *inter illos duos*, fc. Regem ac Sacerdotem; quafi de duabus hic actum fuiffet perfonis, ac mutua illarum ad pacem confpiratione. Sed hanc explicationem neque emblematis conftitutio patitur, fecundum quam vnus tantummodo Iofuas duplo diademate fulgens, vnam tantummodo perfonam, eam fc. quam ille hoc actu repræfentauit, figurare poteft, neque rei ipfius promiffæ natura, quia Chriftus ipfe & Rex eft & facerdos, vtrumque officium in vnitate perfonæ fuæ gerens. *Tarn.* quidem *inter vtrosque* refert ad eos, qui in Iudæa funt propinqui, & eos, qui inter gentes funt, atque adhuc ab ecclefia longinqui, coll. Eph. 2, 13. feqq. verum de iftis nulla in antecedentibus vltimi huius emblematis fit mentio, licet in confequentibus v. 15 de gentium vocatione tandem agatur. At *Cocc.* Lex. 323. *inter ambos*, Iehouam & *Virum Germen*; h. e. communis voluntas dandæ pacis, quod probat etiam *Guff.* f. 204. a. Verum nos malumus cum *Sch.* neutraliter, *inter ifta duo*, coll. Coh. 11, 6. fc. inter regnum feu regiam dignitatem Chrifti & facerdotium eius; de quibus feorfim in antecedentibus: his igitur, licet diuerfiffima femper in Republica Hebræorum & feparata officia fuerint, tamen in vna Chrifti perfona erit confilium pacis, h. e. bene eis conueniet, fuauis inter vtrumque harmonia erit, diffonantia aut difcordia nulla, quemadmodum cum in capeffendo confilio vna confiliariorum voluntas, vna fententia eft. Vt hanc explicationem ceteris præferamus, monet nos fcopus totius emblematis ac prædictionis propheticæ, qui eo tendit, vt fub fchemate duplicis coronæ, capiti vnius Iofuæ impofitæ, duplex dignitas in vnam Chrifti perfonam diuinitus conferenda figuretur: *duo* igitur, quorum hic mentio fit, & quidem vt fuauiter confpirantium, pro dato huic fcopo conuenienter eft explicandum. ℣. 14. *c*) Interim *vero*, donec promiffus hic regius Sacerdos vel facerdotalis Rex in carne compareat, atque ambas dignitates occupet, *coronæ*, h. e. *coronarum quævis vel vtraque*, argentea æque ac aurea v. 11. *d*) ei qui fupra v. 10. vocabatur *Cheldai*. *e*) qui fupra v. 10. *Iofias*, in cuius domum Babylonienfes, munera pro extruendo Templo ferentes, diuerterant. *f*) erunt his, inquam, *in memoriale* Ex. 13, 9. fen monumentum rei in typo quidem tranfactæ, in veritate vero adhuc tranfigendæ. Quisquis enim coronas illas in Templo afpexerit, in vifu illarum commonefiet tum pietatis iftorum hominum, qui aurum atque argentum vel dedicarant ipfi, vel eius, qui ex remotis oris dedicatum venientes hofpitio excepit; tum prophetiæ huius de duplici dignitate Meffiæ. Immo & alius antitypi memoriale erunt, quod ficut Babylonienfes ex remota regione Hierofolymam cum argento & auro venerunt, Hierofolymitanus vero *Iofias* vel *Chen* venientes fufcepit; fic pariter tempore N. T. gentes, remotiffimæ quondam, ad Ecclefiam funt acceffuræ, atque ab hac prone & prompte fufcipiendæ, coll. v. 17. *g*) publice fufpenfum *in templo Domini*. Obferuat R. *Sal.* ex Tr. Talm. *Middoth*, Coronas iftas a feneftris Templi in altitudine eius fuiffe fufpenfas. Et fuerunt procul dubio inter ἀναθήματα illa, quibus templum exornatum fuiffe legitur Luc. 21, 5. 2 Macc. 9, 16. c. 5, 16. ℣. 15. *h*) *Et* ficut illi, quorum fupra v. 10. feqq. iniecta mentio eft, e Babylonia, remota fatis terra Ef. 39, 3. venerunt, allatis fecum muneribus, ad iuuandam & exornandam typici Templi ftructuram, fic fuo tempore *remoti venient*, nimirum gentes Eph. 2, 13. Ef. 49, 1. c. 57. 19. Hierofolymæ gloriam fuam illaturæ Ef. 35, 2. c. 6, 13. c. 66, 12. cf. fupra c. 2, 15. & infra c. 8, 21. 22. Præf. noftra §. 10. *i*) *&* *coædificabunt* (vel partem ædificandi habebunt, vna ædificabunt, fe ipfos ad ædificandum adiungent,) *in Templo Domini*, tanquam non peregrini amplius & aduenæ, fed conciues fanctorum ac domeftici Dei extituri Eph. 2, 19. fe inuicem cum populo Dei in habitaculum ac templum Domini ædificantes in fpiritu v. 21. 22. 1 Petr. 2, 5. Secus atque fub V. T. vbi gentiles atque extranei a communione ædificandi Templi arcebantur Efr. 4, 2. 3. cf. Ef. 60, 10. *Præfixum* ב hoc loco fignificat partem & confortium in agendo, quemadmodum Num. 11, 17. Ez. 18, 20. Iob. 7, 13. *k*) *Et* tunc exitu rerum & profperitate omnium *cognofcetis*. *Hier.* Vid. not. c. 2, 13. *l*) Vid. fuperius c. 2, 12. & c. 4, 9. notata. *m*) Vulg. *Erit autem hoc*. Bene, quod ad antecedens id refert, fuppleto Pronomine; quemadmodum & alibi verbum Subft. ad totum id, quod antecefferit, referri debet, v. g. Ex. 6, 18. Num. 25, 19. Deut. 2, 26. Verum commodioris nexus cauffa malumus cauffaliter ac declaratiue, quam aduerfatiue, vertere: *Erit enim hoc*. Declarat enim, quo pacto fe miffum a Domino agnituri fint, nempe ex euentu, quia quod prædixerit, certiffime fit futurum. *n*) *fi modo—obedieritis*. Promiffio ipfa, quæ præceffit, de Meffia, de templo fpirituali, de vocatione gentium, in fe quidem abfoluta eft, nec pendet a conditione vel pœnitentiæ vel obedientiæ; conditio igitur, quæ hic adiicitur, nequaquam promiffionis illius complementum actuale fufpendit Rom. 3, 3. c. 11, 29. fed cautionem tantummodo ac diligentiam populo Iudaico adhibendam infinuat, ne frui ione rei promiffæ, fuoque tempore implendæ, fua ipfius culpa ac pertinacia excidat, ficut factum eft poftea magnæ Iudæorum parti, cum Chriftus iam veniffet Ef. 50, 1. Vult igitur dicere: Facite modo quod veftrum eft, cauete, ne vos ipfi per ἀπιστίαν & contumaciam tanta tantorum bonorum fruitione priuetis; ego quidem, quæ vobis promifi, ex parte mei fideliter præftabo. cf. Pf. 95, 7. & not. Hagg. 2, 13.

p) Ion. *reuelabitur & magnificabitur*. cf. Ef. 1, 1. c. 43, 19. *q*) *& ædificabit*. cf. not. Ier. 31, 4. *r*) *templum Domini* v. 13. 14. diuerfum ab eo, quod tu cum Zorobabele nunc ædificas c. 1, 16. op. verum illud fpirituale, non manibus factum, cuius ædificationem ipfi peregrini iuuabunt v. 15. Hebr. 8, 2. c. 9, 11. 24. Act. 7, 48. c. 17, 24. 2 Cor. 5, 1. hoc eft, ecclefiam Dei, non folum ex Iudæis, fed gentibus quoque conftruendam Cor. 3, 16. 17. 2 Cor. 6, 16. Eph. 2, 21. 22. Quod fi hoc verum Dei templum fuiffet, quod iam ftruebatur a Zorobabele & Iofua, haudquaquam fuiffet alii templo locus quæfitus, cui extruendo Vir, cuius nomen צמח GERMEN, germinaturus demum feu nafciturus effet. cf. Hebr. 8, 7. 8. 13. Fuit ergo typici illius templi ftructura occafio huius de antitypico prædictionis, coll. Præf. §. 10.

℣. 13. *s*) *Ipfe*, inquam, *ædificabit*. Reaffumitur ex v. 12. per anadiplofin patheticam. *t*) Vid. ibidem. *u*) *accipiet* Pf. 24, 5. vel chlamydos inftar *geftabit maieftatem* regiam, coll. Dan. 11, 21. 1 Par. 29, 25. Vid. Pf. 8, 2. Pf. 21, 4. & 45, 4. *x*) *Sedebitque* fc. *fuper folio fuo*, quod mox additur, & a priori hoc Verbo æque, atque a pofteriori, pendet; 1 Par. 29, 23. Ef. 16, 5. ad dextram Dei Patris Pf. 110, 1. Hebr. 1, 3. *y*) *&* *dominabitur* non tantum Ifraeli Ier. 30, 21. Mich. 5, 1. Luc. 1, 32. 33. fed orbis vniuerfitati, infra c. 9, 10. cf. Ez. 21, 32. *z*) *fed & erit*, vel, *idemque* fimul *erit* facerdos isque vere magnus Heb. 3, 1. c. 10, 21. talis nimirum, qui confederit ad dextram throni maieftatis in cælis c. 8, 1. cælis ipfis fublimior factus c. 7, 26. qui facerdotium habeat ἀπαράβατον ℣. 24. coniunctum cum regni fplendore & maieftate, fecundum ordinem non

Jan. 15. 1851.

℣. 15. ורחוקים fine Pleh 1. 2. 5. 6. 9. 10. contra Ind. P. f. f. 60. col. 8. שמע defect. 2. 5. fecundum nonnulla *Mafora* exemplaria, de quibus videatur R. *Chaiim* in margine 7. 8. ad 1 Sam. 23, 10.

Cap. VII.

יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם׃ וַיְהִי בִּשְׁנַת אַרְבַּע לְדָרְיָוֶשׁ ז
הַמֶּלֶךְ הָיָה דְבַר־יְהוָה אֶל־זְכַרְיָה בְּאַרְבָּעָה לַחֹדֶשׁ
2 הַתְּשִׁעִי בְּכִסְלֵו׃ וַיִּשְׁלַח בֵּית־אֵל שַׂרְאֶצֶר וְרֶגֶם מֶלֶךְ
3 וַאֲנָשָׁיו לְחַלּוֹת אֶת־פְּנֵי יְהוָה׃ לֵאמֹר אֶל־הַכֹּהֲנִים אֲשֶׁר
לְבֵית־יְהוָה צְבָאוֹת וְאֶל־הַנְּבִיאִים לֵאמֹר הַאֶבְכֶּה
בַּחֹדֶשׁ הַחֲמִשִׁי הִנָּזֵר כַּאֲשֶׁר עָשִׂיתִי זֶה כַּמֶּה שָׁנִים׃
4 וַיְהִי דְבַר־יְהוָה צְבָאוֹת אֵלַי לֵאמֹר׃ אֱמֹר אֶל־כָּל־
ה עַם הָאָרֶץ וְאֶל־הַכֹּהֲנִים לֵאמֹר כִּי־צַמְתֶּם וְסָפוֹד
בַּחֲמִישִׁי

CAP. VII, ℣. 1. *n*) Post partem primam vaticinii, eamque emblematicam, sequitur nunc altera eius pars, quam dicere possumus didacticam, duobus comprehensa capitibus, c. VII. & VIII. quemadmodum in Præf. § 11. docuimus. Et hoc quidem capite Propheta id agit, ut occasione propositæ a Iudæis quæstionis, num continuanda ieiunia sint, v. 1--3. populum instruat I. de ieiuniis cum veris, tum hypocriticis v. 4--7. II. de requisitis a Deo conuersione potius ac pœnitentiæ fructibus, quam ieiuniis v. 8--fin. *o*) *anno* vltimo *quatuor* annorum, h. e. *anno quarto*, biennio videlicet post primum prophetiæ exordium. c. 1, 1. 7. cum in Templi structura Iudæi adhuc strenue pergerent, iamque spes læta de imponenda propediem operi suprema manu adfulgeret, coll. Esr. 6, 15. *p*) De quo c. 1, 1. & in Præf. § 6. *q*) illud ipsum sc. quod post interpositam v. 2. 3. parenthesin, & reassumtum v. 4. signum dicti, v. 5. seqq. & c. 7. toto exponetur. Vid. not. c. 1, 1. *r*) *quarto* die *mensis noni* seu *Nouembris*. *s*) videlicet *in* mense *Kislev* (2) Neh. 1, 1.

℣. 2. *t*) Parenthesis vsque ad finem v. 3. (*Miserat autem*, vel *cum misisset* &c.) occasionem & caussam sequentis verbi Dominici exponens. Ceterum comma hoc paulo obscurius est, ita vt sensus eius non illico pateat: attendendum igitur hic probe est, *quis*, *quorsum*, *quos* & *cur* miserit? Primo, *quis*? *Bethelem* hunc nescio quem fuisse, qui Babylone Hierosolymam miserit, quidam apud Kimchium opinati sunt, sed hi parum probabiliter, coll.

coll. v. 5. *Lightfootus* v. in Chron. V. T. p. 140. *Misit* (בית־אל) *domus vel familia Dei*, hoc est, congregatio, quæ Babylone erat. Verum insolens est talis captiui populi denominatio, & illis procul dubio a Propheta responsum fuit, qui quæsitum miserant: iam vero *populum terræ* ac sacerdotes, ad quos v. 5. responsum dirigitur, Palæstinenses, non Babylonienses fuisse, nostra illic adnotata ostendent; ergo cum *Tarn.* aliisque statuimus hanc legationem venisse a populo ipso reduce & in Iudæa versante: quod subiectum proinde suppleri ex v. 5. hic potest, *Miserat autem* populus terræ; vel tertia singularis verbi actiui impersonaliter seu passiue verti, *Missum autem fuerat* &c. *u*) Quorsum? *ad domum Dei*, h. e. ad templum, vbi non solum Iehoua ipse, ad quem exorandum hic missi dicuntur, habitabat; sed & sacerdotes atque Prophetæ, quos consulturi erant, congregati ac præsto erant v. 3. c. 8, 9. Alibi quidem proprium *Bethelensis* oppidi est, inde tamen exortum, quod *domus Dei* illic esset Gen. 28, 17. 19. *x*) Quos? *Scharetserum* (cf. alium 2 Reg. 19, 37.) *& Regemmelechum*. Exorandus nimirum erat Iehoua, prophetæ ac sacerdotes consulendi, publico ac totius populi nomine v. 5. quia autem (inquit *Tarn.*) propter ordinem & honestatem conueniebat, a cœtu magno certos homines capiendis consiliis & rebus gerendis delegari, miserunt viros quosdam magni nominis. *y*) *& viros*, hoc est comites, socios ac ministros *eius*, videlicet vel Regem-Melechi inprimis, vel vtriusque. 2 Sam. 2, 3. 2 Reg. 25, 23. *z*) Cur? & quo fine? duplici, sc. 1) *ad exorandam faciem Domini*, h. e. ad supplicandum ei c. 8, 21. 22. Ex. 32, 11. 1 Sam. 13, 12. ac 2) precibus illis præmissis, *ad dicendum* &c. v. 3. Consulturi nempe Dominum erant de ieiuniis, itaque ante omnia Dominum fusis precibus exorare nitebantur, vt per seruos suos, sacerdotes atque prophetas, se responso aliquo dignaretur, Ier. 42, 2. 3. ℣. 3. *a*) atque *vt dicerent*. *b*) quos populus in caussis ad religionem & sacra pertinentibus, tanquam doctores ordinarios consulere solebat Hagg. 2, 11. Mal. 2, 7. *c*) Ion. *qui ministrabant in domo sanctuarii Domini*. v. 2. *d*) qui extraordinarii ac immediati voluntatis diuinæ interpretes non minus, quam sacerdotes, de voluntate Dei respondere consueuerant. cf. 2 Reg. 3, 11. seqq. c. 22, 13. seqq. Ier. 28, 18. c. 42, 1. seqq. Ez. 7, 26. c. 8, 1. c. 14, 1. c. 20, 1. Dubium vero non est, quin Haggæus inprimis ac Zacharias Prophetarum nomine hic indigitentur: quippe qui isthoc tempore hoc nomine inter Iudæos quam maxime noti erant Esr. 5, 1. quamquam & plures eodem tempore vates Hierosolymis esse potuerint, quam Haggæus & Zacharias. Vid. *Vitringa* Obseru. S. *lib. VI.* p. 336. & cf. Neh. 6, 7. 14. *e*) *Flebone* porro? Totus cœtus, cuius nomine responsum a sacerdotibus ac prophetis petebatur, singulariter loquens hic inducitur, vt Num. 20, 18. 19. Ios. 9, 7. Synecdochice vero per *fletum* luctum publicum ac ieiunium cum lacrimis ac ploratu coniunctum intelligi, *Tarnouius* cum ex parallelis Iud. 20, 26. 1 Sam. 1, 7. 2 Sam. 1, 12. Neh. 1, 4. &c. tum ex responsione v. 5. seqq. tum denique ex iis, quæ hic immediate sequuntur, (*separando me*) bene colligit. *f*) in memoriam exusti hoc mense a Babyloniis Templi ac Hierosolymæ 2 Reg. 25, 8. 9. 10. Ier. 52, 12. 13. 14. cuiusmodi ieiunia ob lugubres euentus plura Iudæi instituerant, coll. hic v. 5. & c. 8, 19. quæ vero non poterant Ecclesiæ nisi onerosa & grauia esse: quapropter cum populus animaduerteret, lætiora sibi tempora per Dei gratiam nunc euenisse, quando templum ac vrbs, quæ in ruinis olim iacuerat, strenue instaurabatur, ac Templi inprimis ædificatio (vid. not. v. 1.) prospere succedebat; peculiari legatione consulunt, num ieiunium isthoc porro continuare, an (quod optabile ipsis fuisse videtur) omittere debeant? *g*) *abstinendo me*, Leu. 22, 2. sc. a cibo & potu, aliisue deliciis, ad instar *Naziraeorum* Num. 6, 2. seqq. cf. Ioel. 2, 15. seqq. Ion. *prohibebone animum meum a deliciis?* *h*) non sine magna molestia. *i*) *hic*. vid. not. c. 1, 12. *k*) *quot annis?* Gen. 47, 8. i. e. iam plurimis. Ita enim loquuntur, qui numerum vel quantitatem exaggerare volunt. Ps. 78, 40. Sunt autem 70. anni, coll. hic v. 5. de quibus videsis not. c. 1, 12. & Hagg. 1, 1. c. 2, 3. ℣. 4. *l*) *Factum igitur est*, inquam. Post absolutam v. 2. 3. parenthesin, quæ vaticinii sequentis occasionem pandebat, reassumitur hoc verbum ex v. 1. vt vaticinium ipsum nunc subiiciatur. ℣. 5. *m*) Dic ad vniuersum *populum terræ*: & quidem δεικτικῶς cum *He* demonstratiuo, quasi *huius terræ*; vt intelligatur populus, qui erat in Iudæa, ex Babylonica iam reductus captiuitate, sicut Hagg. 2, 4. non vero qui Babylone adhuc tum erat, a quo si facta fuisset hæc legatio, addidisset id procul dubio Spiritus S. æque ac supra c. 6, 10. vid. not. v. 2. & cf. 2 Reg. 11, 14. 18. 19. 20. c. 15, 5. *n*) *atque ad sacerdotes* inprimis, cum quatenus ad corpus totius populi, quocum & ipsi ieiunauerunt, tum quatenus populum secund. hoc Dei responsum instruere debent. Quæstio quidem ad cœtum prophetarum ac sacerdotum chorum delata fuit, sed in illo super Zachariam venit Spiritus, vt Dei nomine & sacerdotibus & populo responderet. cf. 2 Par. 20, 14. *o*) *Cum ieiunastis* hucusque. *p*) *& plangendo* sc. planxistis. c. 12, 10. 32.

CAP. VII, ℣. 1. לְדָרְיָוֶשׁ sine *Meth.* κ. 52. 23. 16. 24. & *Ber.* At per *Pat.* 5.

בחמשי ובשביעי וזה שבעים שנה הצום צמתני אני׃
6 וכי תאכלו וכי תשתו הלא אתם האכלים ואתם
7 השתים׃ הלוא את־הדברים אשר קרא יהוה ביד
הנביאים הראשנים בהיות ירושלם ישבת ושלוה ועריה
סביבותיה והנגב והשפלה ישב׃
8 ויהי דבר־יהוה אל־זכריה לאמר׃ כה אמר יהוה צבאות
9 לאמר משפט אמת שפטו וחסד ורחמים עשו איש את־
אחיו

q) *quinto* mense. v. 3. c. 8, 19. r) *&* (quod paris est rationis) *septimo* mense, in memoriam cæsi hoc mense Gedaliæ, ac dispersorum, quos secũ habuerat, Iudæorum 2 Reg. 25, 25. Ier. 41, 1. seqq. s) *& quidem his* 70. *annis.* v. 3. vid. not. c. 1, 12 t) *num ieiunando ieiunastis mihi, mihi* inquam? Pronomen separatum emphatice πλεονάζει, vt Gen. 27, 34. Num. 14, 32. Ps. 9, 7. suffixum vero verbale, quod per Accusatiuum exponitur vt plurimum, hic per Datiuum est exponendum, vt Iud. 1, 15. Iob. 15, 21. Datiuus autem hic idem valet ac *propter me*, ob meum mandatum, vel in meum honorem commodumue. Vult enim dicere: Ego hæc vestra ieiunia nec attraxi vobis, nec præcepi, nec illis egeo aut delector; vos ipsi instituistis, & vobismet vestris peccatis accersiuistis, nullum inde commodum ad me redundauit: conuertimini modo, & dignos conuersione fructus in posterum ferte, sic per me vobis licebit ieiunia ista, quorum vos ipsi auctores estis, desinere, neque quidquã omissione illorum mihi decedet. cf. Es. 43, 23. 24. & sec. aliquos Am. 5, 25.

ꝟ. 6. u) *Atqui cum editis--nonne vos ipsi estis qui editis?* non ego. Est instantia ab opposito, cuius vero parilis sit ratio. q. d. Sicuti, cum comeditis ac bibitis, id tale est, vt mihi quidem nec conferat quidquam nec demat; ita & vestrum se habet, quod suscepistis ieiunium: vtrumque indifferens mihi est, neque vos mihi per se commendabit, aut me vobis obstrictum faciet. *Vulg.* posterius hemistichium non male expressit: *Numquid non vobis comedistis, & vobismet ipsis bibistis?* Maximum pondus namque orationis situm est in Pronom. *Vos*, coll. oppositione v. 5. At *Ion.* qui vltima verba v. 5. sic reddiderat: *numquid ieiunio adflictionis* (h. e. vero & quo animam adflixissetis vestram,) *ieiunastis coram me?* porro hunc versum ita expostulat: *Et quod vos comedistis & bibistis, nonne, vt benefaciatis vobis, vos bibitis?* Videtur ergo τὸ *comedere ac bibere* posteriori membro de lautis lætisque accepisse conuiuiis, coll. 1 Sam. 30, 16. 1 Reg. 1, 25. c. 4, 20. Iob. 1, 4. vt sensus sit: Tantum abfuit, vt vere ac prout decebat ieiunaueritis, vt potius edendo ac bibendo voluptatibus atque genio indulseritis vestro. cf. Es. 58, 3. 4. Iac. 4, 3. Verum sic vis oppositionis, quæ est inter pronomina *Mihi, mihi* v. 5. *& vos ipsi, vos ipsi*, euanescit, saltem non luculenta satis manet. Nostra vero cum explicatione fere conuenit *Tarn.* qui interrogationem istam hoc simul importare obseruat, vt Iudæi secum sic colligant: Esca nos non commendat Deo; neque enim, si edamus, amplius in pietate habemus, neque, si non edamus, minus in eadem possumus 1 Cor. 8, 8. si autem esca non commendat Deo, neque ieiunium per se commendabit, siquidem vtrumque est ἀδιάφορον, & corporalis exercitatio ad pauca vtilis est 1 Tim. 4, 8. &, quamuis si recte vsurpetur, -- aliquem vsum habeat, tamen nullo modo cum pietate interna est conferenda, quippe quæ habet promissionem præsentis & futuræ vitæ.

ꝟ. 7. x) *Nonne scitis verba:* Ita nonnulli per ellipsin verbi, Accusatiuum regentis; velut aposiopesis esset. Alii rectius: *Nonne ipseitas verborum est*, seu vt LXX. reddiderunt, οὐχ οὗτοι οἱ λόγοι Vulg. *Numquid sunt vera*; & Syr. *Hæc sunt illa verba.* Particula enim את, vt Hebræi obseruant, significat כמו עצם הדבר *rei alicuius velut ipseitatem*, vel rei ipsummet & αὐτὸ τοῦτο, quemadmodum apud Rabbinos אותו est *ille ipse.* Vid. not. Ios. 22, 17. Ier. 27, 8. & cf. hic porro infra c. 8, 17. Hagg. 2, 17. Neh. 9, 19. 32. 34. At *Gusset.* p. 105. *Nonne cum verbis, quæ proclamauit* Iehoua per manum præcedentium Prophetarum -- (v. 8.) *etiam fuit verbum Iehouæ ad Zachariam, dicendo* &c. quasi coniungeret cum prophetiis veterum hanc prophetiam per Zachariam promulgatam, seu iam semel ipse eam ediderit, seu hac vice primum. Verum, præterquam, quod coactior hæc interpretatio est, negligit quoque *spatium* inter v. 7. & 8. interpositum, quod indicat, nouam cum v. 8. inchoari paragraphum. Ceterum *R. Sal.* cohærentiam cum antecedentibus & sqq. hanc facit: Quis vobis caussa ieiunii & planctus exstitit? *nonne verba* redargutionum, *quæ proclamauit Iehoua* &c.? illa (sc. neglecta) vos deuastarunt: & propterea ieiunastis. Hæc vero sunt verba, quæ proclamauit: *Iudicium veritatis iudicate* &c. v. 9. Sed nos ita connectimus. Dixerat Deus, Iudæos hucusque ieiuniis suis neutiquam sibi verum præstitisse cultum: hoc ipso vero simul innuerat, alium longe cultum esse, quem requirat, neglectumque ab ipsis seuere vindicauerit, eum videlicet, qui in actuali pietate atque iustitia secundum legem Dei moralem consistat, qualis mox v. 9. 10. describetur. cf. Esa. 1, 11. 16. seqq. c. 58, 3. 4. Ier. 5, 3. Mich. 6, 6. 7. 8. Ps. 50, 8. Rom. 14, 17. Potuissent vero Iudæi cogitare: o! vtinam hoc dudum nobis dictum fuisset! paruissemus enim, atque sic neglecti a nobis cultus diuini pœnam deuitassemus, nec planctu habuissemus opus. Ne ergo, quod dixerat, Iudæi ceu nouum & inauditum quid interpretarentur, addit, se iam pridem ista per prophetas priores dilucide ac sedulo inculcasse, quibus si morem gessissent maiores, illam plangendi ac ieiunandi occasionem nunquam futuram fuisse; ignorantiæ prætextum hic nullum *fingi* posse. y) *quæ proclamauit* c. 1, 14. non in angulo clam insusurrauit, sed propalauit magna cum contentione & assiduitate. *Tarn.* cf. Es. 45, 19. z) *manu* s. ministerio *prophetarum*, h. e. *per prophetas.* v. 12. Hagg. 1, 1. a) Vid. v. 11. & not. c. 1, 4. b) *habitans & tranquilla*, h.e. tranquille habitans vel habitata. Vid. not. c. 1, 11. c) 1 Par. 4, 40. d) *& cum vrbes eius* (prouinciales puta, quæ alias filiæ dicuntur) *circum ipsam* essent. Antequam ab hostibus depopulatæ essent. e) atque (vt partes etiam specialiores tangam) cum *pars australis* Iudææ. Vid. Num. 13, 17. Deut. 34, 3. Esa. 30, 6. f) *eiusdemque pars decliuis* & occidentalis Ios. 15, 33. Ier. 17, 26. quæ sycomoris abundasse legitur 1 Reg. 10, 27. g) *habitans*, i. e. *habitata.* c. 9, 5.

ꝟ. 8. h) Nexum ita commonstrat *Tarn.* Ne vero iam quærerent Iudæi, quænam sunt illa Dei mandata, quæ non seruamus, quænam fuit illa nostrorum maiorum peruicacia, quænam illis fuit immissa pœna? omnia tria diserte ex mandato Dei subiiciuntur a Propheta, præcepta Dei seruanda v. 9. 10. obstinatio patrum non imitanda v. 11. 12. & pœna subeunda v. 13. 14.

ꝟ. 9. i) Si scire cupitis, quid sit illud, quod per Prophetas priores iam olim proclamaui, *sic dixit* &c. Quod enim ex præterito hoc Verbum, ceu maioribus dictum, repetatur, liquet ex v. 11. seqq. k) *iudicium veritatis & caritas* erga proximum ponuntur in oppositione ad ieiunia aliaque cultus electitii genera, tanquam officia, quæ Deus ipse requisiuit, & sibi grata esse testatus est, vt c. 8, 16. Esa. 1, 17, 23. Ier. 7, 5. c. 21, 12. Ez. 18, 8. Hos. 12, 7. Vid. not. Mich. 6, 8. it. Ioh. 7, 24. l) cf. Hos. 6, 6. m) Gen. 43, 14. Ps. 105, 4. cf. Am. 1, 11. Prou. 12, 10. n) *quisque cum fratre suo*, h. e. erga fratrem vel proximum. 2 Sam. 16, 17.

ꝟ. 5. וזה sine præf. *Van* 3. & sic fu. 5.   ꝟ. 8. דבר per *Mun.* 1. 2.

אָחִיו׃ וְאַלְמָנָה וְיָתוֹם גֵּר וְעָנִי אַל־תַּעֲשֹׁקוּ וְרָעַת אִישׁ 10
אָחִיו אַל־תַּחְשְׁבוּ בִּלְבַבְכֶם׃ וַיְמָאֲנוּ לְהַקְשִׁיב וַיִּתְּנוּ 11
כָתֵף סֹרָרֶת וְאָזְנֵיהֶם הִכְבִּידוּ מִשְּׁמוֹעַ׃ וְלִבָּם שָׂמוּ שָׁמִיר 12
מִשְּׁמוֹעַ אֶת־הַתּוֹרָה וְאֶת־הַדְּבָרִים אֲשֶׁר שָׁלַח יְהוָה
צְבָאוֹת בְּרוּחוֹ בְּיַד הַנְּבִיאִים הָרִאשֹׁנִים וַיְהִי קֶצֶף גָּדוֹל
מֵאֵת יְהוָה צְבָאוֹת׃ וַיְהִי כַאֲשֶׁר־קָרָא וְלֹא שָׁמֵעוּ כֵּן 13
יִקְרְאוּ וְלֹא אֶשְׁמָע אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת׃ וְאֵסָעֲרֵם עַל 14
כָּל־הַגּוֹיִם אֲשֶׁר לֹא־יְדָעוּם וְהָאָרֶץ נָשַׁמָּה אַחֲרֵיהֶם
מֵעֹבֵר וּמִשָּׁב וַיָּשִׂימוּ אֶרֶץ־חֶמְדָּה לְשַׁמָּה׃

ויהי

קמץ בו״ק

℣. 10. o) *E contrario viduam pupillum, peregrinum & pauperem*, qui iniuriis solent quam maxime expositi esse, quod vindices inter homines vix vllos habeant. cf. Ex. 22, 20. 21. Es. 1, 17. 23. Ier. 5, 28. c. 7, 6. Quemadmodum v. 9. quid velit, positiue dixerat, ita nunc, quid nolit, κατ' ἄρσιν explicat. p) Leu. 5, 21. c. 19, 13. ὁ. μὴ καταδυναστεύετε. cf. Iac. 2, 6. q) Ion. & Syr. *& malum viri cum vel contra fratrem suum*, per ellipsin praepositionis. quo referimus etiam Vulg. *vir fratri suo*. Ac LXX. & Ar. καὶ κακίαν ἕκαστος τοῦ ἀδελφοῦ, per hyperbaton pro *quisque malum fratris sui* c. 8, 17. quale videas Ez. 39, 11. Et sic ratione syntaxeos statuendum omnino est, quia רעת est in regimine seu statu constructionis. conf. 2 Reg. 7, 6. Esa. 9, 18. r) *ne cogitetis*, seu machinemini, c. 8, 17. Hoc praeferimus, coll. Ps. 35, 4. Ps. 41, 8. Ps. 140, 3. &c. Ac LXX. μὴ μνησικακείτω, quasi *cogitare* hic idem esset ac *meminisse, recordari*, & *malum fratris* idem atque *a fratre illatum*. Ceterum si malum, inquit *Tarn* non est cogitandum, quanto minus faciendum. cf. Mich. 2, 1.

℣. 11. s) *Sed renuerunt* olim patres vestri, quibus hoc per prophetas dixi, cum salua adhuc Hierosolyma esset v. 7. & not. v. 9. cf. Ier. 5, 3. c. 17, 23. Narratio vero isthaec historica hanc simul innoluit exhortationem: *Ne sitis igitur sicut patres vestri*, coll. supra c. 1, 4. t) *auscultare*, sc. cum effectu, ita vt paruissent.

issent. 1 Sam. 15, 22. Esa. 48, 18. immo talia concionantes ne audire quidem voluerunt, tantum abest, vt morem gessissent. Hos. 11, 2. u) *& dederunt seu obverterunt humerum refractarium*, nolentes praepeamea (velut haec onerosum iugum essent Hos. 11, 4. Ps. 2, 3. Rom. 6, 20. coll. Matth. 11, 30.) humeris suis ad portandum suscipere Neh. 9, 29. instar vaccae refractariae, quae iugo se subducit atque obnititur. Hos. 4, 16. x) *& aures suas ingrauescere* h. e. obsurdescere ac difficulter audire *fecerunt*. Esa. 6, 10. c. 59, 1. LXX. ἐβάρυναν: quod conf. cum Matth. 13, 15. Act. 28, 27. & Luc. 21, 34. *Grauitas* Hebraeis pro sensationis cuiuslibet impotentia aut hebetudine venit Gen. 48, 10. Ex. 9, 7. Sic apud Arabes *grauare* est *surditate adficere* apud *Golium* in Lex. Ar. p. 2712. & *grauitas in auribus* pro *surditate* vel *audiendi hebetudine* occurrit in Alcor. Sur. 17, 48. y) *prae audiendo*, h. e. vt non audirent vel audire possent. v. 12. Esa. 59, 1. ℣. 12 z) *Posuerunt adamantem*, Vulg. *vt adamantem* Ez. 3, 9. qui malleo non facile cedit, sicut nec cor illorum verbo Dei Ier. 23, 29. adamantinum vel adamantis instar durissimum fecerunt, vt frustra esset verbi efficacia apud morose ac obstinate resistentes. conf. Ez. 11, 19. c. 36, 16. Alii *smyritem*: sed vid. not. Ier. 17, 1. a) conf. v. 11. b) *per Spiritum suum*, quo prophetas adflabat ac animabat ad indicandum Israeli praeuaricationem suam Mich. 3, 8. conf. 2 Sam. 23, 2. & 1 Petr. 1, 11. c) *per prophetas* ceu caussam ministerialem v. 7. quemadmodum contra Spiritus Dei caussa principalis erat. d) Vid. v. 7. & not. c. 1, 4. e) *vnde exstitit ira*, tanquam poena & consequens inobedientiae c. 1, 2. Num. 17, 11. f) cui quidem ἐναντιοφανές est, cum Deus c. 1, 15. se Israelitis parum excanduisse dicit; sed conciliationem vide ibid. in notis nostris. ℣. 13. g) *Sicut clamauerat* quidem Dominus, ipsi *vero non audiuerant*, sed frustra eum per Prophetas clamare siuerant v. 7. Es. 50, 2. c. 65, 12. c. 66, 4. Ier. 25, 4. Hos. 11, 2. h) *sic vicissim postea clamabant* in malis suis, *nec audiebam*; in vicem hoc ipsis faciens, secundum ius talionis. conf. Es. 1, 15. c. 63, 15. Ier. 11, 11. c 14, 12. Ez. 8, 18. Mich. 3, 4. Ps. 18, 42. Prou. 1, 24. 28. Iob. 35, 12. Ceterum Futura haec in historica narratione (vt alias saepe) per praeteritum imperf. sunt exponenda; quod adparet ex fine v. 14. vbi recurrit Praeteritum *& posuerunt*. Nisi forte placeat sumere: *Sic vocabunt - - inquiebat eis Dominus Tsebaoth* istis temporibus. ℣. 14. i) *Sed exturbabam*, velut turbine dispellebam eos ex terra sua Iob. 27, 21. instar glumae, quam ex area dispellit ventus Hos. 13, 3. Ps. 1, 4. conf. Ier. 23, 19. Am. 1, 14. *Aleph* specialiter hic mouetur per Tsere, pro Scheua composito ad analogiam flexionis Syriacae; quale est ארונם Esa. 33, 10. אפי Ex. 16, 23. item אזה Dan. 3, 22. k) *ad omnes* (i. e. omnium plagarum mundi) *gentes*, c. 2, 10. Dan. 9, 7. Babylonios nempe, Aegyptios item, ac circumiectos Moabitas, Ammonitas, Idumaeos &c. Ier. 40, 11. 12. c. 44, 1. seqq. l) Ier. 16, 13. Deut. 28, 33. m) *desolata fuit* Ier. 12, 11. Ez. 25, 3. *post illos*, h. e. post fata ac migrationem illorum Ioel 2, 3. n) *ita vt non esset transiens aut regrediens* per illam. c. 9, 8. Esa. 33, 8. Ier. 9, 9. 11. Ez. 33, 28. c. 35, 7. o) *& posuerunt*, scilicet vt caussa moralis; quomodo Tsedekiae tribuitur Hierosolymorum incendium Ier. 38, 23. Deus igitur terram vastauit iudicialiter, Babylonii physice, Iudaei ipsi moraliter. Ier. 6, 8. p) *terram desiderii*, i. e. desiderabilem, exoptatam, pulcherrimam. Ier. 3, 19. Ps. 106, 24. Dan. 11, 16. Mal. 3, 12.

℣. 10. וגר cum praefixo *Vau* se. 5. אחיו cum praemisso את־ fu. 2. 5. & sic in margine 6. 9. 20. ℣. 11. ויתנו כתף ita 1. 2. & sic fu. 5. ואזניהם הכבידו ita 1. 3. & fu. 2. משמע defect. 1. sec. *Masoram* 1. & *Erffurtensem*, sed praeter *impressam* ad Coh. 1, 8. & contra *Masoram* 3. & *impressam* h. l. ℣. 12. משמע defect. 1. 2. 3. 5. secundum *Masoram* 1. 2. 3. sed contra *impressam* h. l. & praeter eandem ad Coh. 1, 8. ℣. 13. ויהי כאשר ita 2. 5. at ויהי כאשר 3. ℣. 14. ואסערם *Munach* sub ס locat 3. sic se. 1. Sed ואסערם hab. 6. 9. in margine. וישימו ארץ sic 2. 5. 6. 9. 19. 20.

CAP. VIII.

ח וַיְהִי דְּבַר־יְהוָה צְבָאוֹת לֵאמֹר׃ כֹּה אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת
2 קִנֵּאתִי לְצִיּוֹן קִנְאָה גְדוֹלָה וְחֵמָה גְדוֹלָה קִנֵּאתִי לָהּ׃
3 כֹּה אָמַר יְהוָה שַׁבְתִּי אֶל־צִיּוֹן וְשָׁכַנְתִּי בְּתוֹךְ יְרוּשָׁלִָם
וְנִקְרְאָה יְרוּשָׁלִַם עִיר הָאֱמֶת וְהַר־יְהוָה צְבָאוֹת הַר
4 הַקֹּדֶשׁ׃ כֹּה אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת עֹד
יֵשְׁבוּ זְקֵנִים וּזְקֵנוֹת בִּרְחֹבוֹת יְרוּשָׁלִָם וְאִישׁ מִשְׁעַנְתּוֹ
ה בְּיָדוֹ מֵרֹב יָמִים׃ וּרְחֹבוֹת הָעִיר יִמָּלְאוּ יְלָדִים וִילָדוֹת
6 מְשַׂחֲקִים בִּרְחֹבֹתֶיהָ׃ כֹּה אָמַר יְהוָה
צְבָאוֹת

CAP. VIII, ℣. 1. q) Continuatur hic sermo Domini superiori capite iam cœptus, cuius occasio fuerat quæstio Iudæorum de ieiuniis c. 7, 2. coll. hic v. 19. Sicuti autem illic Iudæorum ieiuniis se delectatum fuisse negauerat, ac veros contra pietatis ac fidei fructus iam olim a maioribus ipsorum requisitos, horum vero neglectum tum ipsius mali, quod perpessi essent, tum subsecuti planctus ieiuniiq;, quod ea propter instituissent, caussam extitisse docuerat; ita hoc capite pergit ad eandem quæstionem magis directe respondere, exponens decretum beneplaciti sui, vi cuius velic in posterum Tsioni ac Hierosolymæ vltra, quam mente possent concipere, benefacere, commutando illis ieiunia in dies festos ac lætos, modo veram colerent pietatem, quod vt faciant eos hortatur. Quamuis autem particulæ huius capitis complures sint, quarum initia sunt v. 1. 3. 4. 6. 7. 9. 14. 18. 20. 23. tamen 3. partes generaliores cum *Sch.* constitui possunt. I. Habet promissionem de restitutione Hierosolymæ, inprimis sub N. T. v. 1-8. II. Confortationem ædificantium templum per promissionem istam vlterius expositam v. 9-17. III. Compensationem ieiuniorum per bona Messiæ promissi tempora v. 18-fin. Ceterum quod ad complementum huius promissionis, dubium certe nullum est, quin posteriora eius, de Ecclesiæ ex gentilibus collectione & cum Iudaica coniunctione v. 20. seqq. sub N. T. demum nacta suum sint complementum: sed & priora, inde ab initio capitis, (inquit Cel. *Maius* Oec. V. T. p. 1080.) non videntur plenum habere complementum in vrbe Hierosol. tum extructa, quæ certe *vrbs veritatis & mons sanctitatis* dici non potuit v. 3. cum ipsi veritati & sanctitati, apparenti in carne restiterint. v. 7. 8. non de corporali, sed spirituali reductione, intelligi potest: nec v. 12. & 13. vbi *Iudæ & Israel* coniunguntur, cum e Babylonica captiuitate Iuda tantum redierit. Et *D. Kimchi*, Hæc sectio, inquit, est promissio in futurum tempore Messiæ. Cf. quoque *Cocc.* h. l. & *Io. Meyerus* ad vltima Ezechielis p. 96. seq. Interim tamen quæ v. 2. de Zelo Domini pro Tsione dicuntur, complementi sui exordium iam tum sumserant, coll. supra c. 1, 14. pariter quæ v. 11. 12. de augendis ex Dei benedictione agrorum prouentibus habentur, non minus occœperant iam impleri, coll. Hagg. 2, 16. seqq. Statuimus ergo, vaticinium hoc amplissimi ambitus esse, ita vt continua quadam serie repræsentet beneficia Dei tam spiritualia, quam corporalia, quæ & tunc & in posterum Hierosolymæ facturus esset. ℣. 2. r) Hæc formula, singulis præfixa vaticinii particulis, idemidem hic recurrit v. 3. 4. 6. 7. 9. seqq. non otiose aut per tautologiam, sed emphatice, & ad notandam rei promissæ, quæ magnitudine sua fidem alioqui excedere videretur, certitudinem, coll. Hebr. 10, 23. & Tit. 1, 2. s) Licet ob contumaciam maiorum vestrorum iustas meritasque eis pœnas inflixerim, tn. quæ bonitas mea est, *zelaui* nunc rursus *pro Hierof. zelo magno*, vt (quæ *Raschii* glossa est) ieiunii & planctus molestia in posterum vacare possitis, coll. v. 19. *A. Esra*: Solatur nunc illos, postquam desolationem terræ memorauit. cf. not. c. 1, 14. t) *& excandescentia magna*, quam contra hostes eius concepi, coll. c. 1, 15. ℣. 3. u) Quapropter (est enim illatio ex antecedenti, coll. c. 1, 16. 14. 15.) *sic dixit* &c. Vid. not. v. 2. x) Vid. c. 1, 16. Mal. 3, 7. *A. Esra* promissionem hanc conditionatam esse supponit; procul dubio, quod difficultatem in conciliandis, quæ modo sequuntur, cum rerum euentu sub Templo secundo ac stante Rep. Iudaica, persentisceret: Verum quæ illustriora sunt, quam vt quadrent in tempora V. T. eorum nos complementum spirituale per Christum in N. T. quærimus, coll. not. v. 1. ipsam vero hanc promissionem nequaquam a conditione suspendimus, sed vt absolutam datamque simpliciter secundam beneplacitum voluntatis Dei ad laudem illustris gratiæ eius suspicimus Eph. 1, 5. 6. 9. y) Promissio hæc sumta in latitudine ad ipsam quoque structam referri potest, significans, Deum in Templo inter Iudæos habitaturum Deu. 12, 5. Hagg. 1, 8. Potissimus tamen hic respectus est ad veritatem N. T. propter sequentia, coll. supra c. 2, 4. ibidemque not. Ion. *& habitare faciam Schechinam meam.* z) Et (erit non minus, quam) *vocabitur*. *Vocari* sec. stilum Scripturæ supponit *esse*, coll. Esa. 1, 26. c. 61, 6. Ier. 3, 17. a) In qua veritas amatur ac viget v. 8. 16. illa nimirum quæ secundum pietatem est Tit. 1, 1. cf. Esa. 1, 27. Obseruat autem *Tarn.* hoc modo oblique innui, cur illos prius reliquerit & ab illis in ira discesserit, nempe quod mendaciis ac omnis generis iniustitia se polluissent, vrbemque sanctam turpiter profanassent. b) Es. 11, 9. c. 27, 13. Ier. 31, 23. Ps. 15, 1. ℣. 4. c) Vid. not. v. 2. d) *Senes* viri ac feminæ. Duo hic promittuntur ciuibus Hierosolymæ, *longævitas* nimirum (v. 5.) & *sobolis multitudo*. Vtrumque sub V. T. erat inter promissiones corporales, quas Deus pietati ceu præmia proposuerat, Deut. 4, 40. c. 5. 16. 30. c. 11, 9. c. 22, 7. c. 32, 47. it. c. 7, 13. Ps. 128, 3. 6. &c. cf 1 Tim. 4, 8. Quod tamen ad huius promissionis sensum & complementum spectat, ex *Tarnovio* inprimis notamus. Licet hæc, inquit, in quibusdam, tum iis, qui tum temporis viuebant, Zerubbabele, Esdra, Nehemia, Iehosua & aliis, tum iis, qui postea quoque in Ecclesia vixerunt, temporaliter s. corporaliter sint impleta, quando in multos annos erant superstites, tamen potissimum de spirituali gratia, quæ in Christi regno obtingit, hæc intelligenda, sec. sub certam materiam, prout solet fieri -- apud Prophetas, quando de felicitate N. T. vaticinantur, vbi pleraque sub typo rerum corporalium adumbrant, quæ tn. reuera sunt spiritualia, quoad ad suum potissimum complementum. Vide vlterius Es. 65, 20. & quæ ibidem notauimus. e) *Sedebunt -- in plateis*, ipsa canitie sua pulchrum præbituri spectaculum; interludentibus pueris atque puellis v. 5. f) *& quantum ad vnumquemque*, erit *scipio eius*; vel *quisque* habebit *scipionem suum* Ex. 21, 19. Vide simil. confir. Ez. 8, 11. c. 9, 1. 2. Ion. *& opera cuiusque recta eum protegeat a multitudine dierum*, h. e. a molestiis & *debilitate senii.* parabolice. sed ita conf. potius Ps. 23, 4. g) *ob multitudinem dierum*, seu senium ingens. Iob. 32, 7. ℣. 5. h) *Eademque platea* v. 4. i) *& puellis* (3) Gen. 34, 4. Ioel. 4, 3. k) *ludentibus*, vt solent pueri prosperis ciuitatum rebus. Ier. 15, 17. At Ion *laudantibus* Dominum; sc. adhibitis instrumentis musicis, quorum tractationem hoc verbum notat 2 Sam. 6, 5. Ier. 30, 19. &c. ℣. 6. l) Vid. not. v. 2.

CAP. VIII, ℣. 1. לֵאמֹר Vocem אֵלַי præmittit z. & fu. 5. contra *Msf.* 1. *impr.* & *Erff.* ℣. 4. עֹד per *Rbhia* fo. 5.

צבאות כי יפלא בעיני שארית העם הזה בימים ההם
גם בעיני יפלא נאם יהוה צבאות׃ כה 7
אמר יהוה צבאות הנני מושיע את עמי מארץ מזרח
ומארץ מבוא השמש׃ והבאתי אתם ושכנו בתוך 8
ירושלם והיו לי לעם ואני אהיה להם לאלהים באמת
ובצדקה׃ כה אמר יהוה צבאות 9
תחזקנה ידיכם השמעים בימים האלה את הדברים
האלה מפי הנביאים אשר ביום יסד בית יהוה צבאות
ההיכל להבנות׃ כי לפני הימים ההם שכר האדם לא 10
נהיה ושכר הבהמה איננה וליצא ולבא אין שלום
מן הצר ואשלח את כל האדם איש ברעהו׃ ועתה 11
לא כימים הראשנים אני לשארית העם הזה נאם יהוה
צבאות

m) *Cum vel quia mirabile* (& supra captum, imo impossibile) *hoc est*. Occupat hic obiectionem seu scrupulum circa rei possibilitatem, quam ex omnipotentia sua derivat atque confirmat. n) *reliquiarum populi huius*. v. 11. Hag. 1, 12. 14. Sub qua ipsa adpellatione simul tangit hæsitationis fundamentum, in eo situm, quod magis ad paucitatem & tenuitatem suam respicerent Ier. 42, 2. quam ad promittentis omnipotentiam Rom. 4, 19. 20. 21. o) *in diebus istis*, cum hæc facturus sum. non dicit *his*, sicuti v. 9. sed *istis*, tanquam remotis, vt v. 23. loquendo (vt videtur) de futuris seu ipsis etiam complemento propioribus temporibus. cf. Ps. 126, 1. p) *etiamne? num propterea etiam?* 1 Sam. 22, 7. q) *in oculis meis mirabile*, h. e. nimis magnum aut impossibile erit? Gen. 18, 14. Ier. 32, 17. 27. Ex mentis vestræ angustia non debetis iudicare, quid diuinitas mea præstare vel possit vel non possit: superat enim hæc omnem cogitationem humanam. *Tarnouius*: Hæc est fidei remora, quod meas omnipotentis Dei promissiones ad humanæ rationis vestræ calculum reuocetis. LXX. ἀδυνατήσει. cf. Luc. 1, 37. r) *Dictum* est *Iehouæ* Dei *exercituum*, qui, quod promittit, præstare potest ac re ipsa præstabit, coll. not. Ier. 33, 2. & Amos 9, 12.

℣. 7. s) Vid. not. v. 2. t) *saluaturus sum* v. 13. Es. 43, 11. u) *e terra orientis* Es. 43, 5. x) *Occasus solis* Ios. 1, 4. *Oriens & occidens*, ceu partes oppositæ, synecdochice pro toto orbe ac singulis mundi plagis veniunt Ps. 50, 1. Ps. 113, 3. quale quid supra c. 6, 6. de *septentrione* atque meri-

meridie obseruauimus. Ex quo patet, promissionem hanc de saluatione & collectione dispersorum filiorum Dei sub N. T. potius, quam populi Iudaici ex boreali, vel si mavis, orientali Babylonia intelligendam esse Ioh. 11, 52. coll. Es. 43, 5. 6. 7. Mal. 1, 11. Matth. 8, 11. Vid quæ supra ad v. 1. ex Cel. *Maii* Oec. adnotauimus.

℣. 8. y) Es. 43, 5. c. 56, 7. seqq.

z) tanquam conciues sanctorum ac Dei domestici Eph. 2, 19. a) Gal. 4, 26. Apoc. 21, 2. b) Vid. Ier. 30, 22 Ez. 37, 27. item supra c. 2, 15. & quæ illic notauimus. c) Gen. 17, 7. Leu. 26, 12. Ier. 24, 7. c. 31, 1. 33. Ez. 11, 20. 2 Cor. 6, 16. Apoc. 21, 7. d) *in veritate & iustitia*. Hæc sec. accentus ad ambo membra præcedentia æqualiter pertinent, videlicet ad remotius *erunt mihi in populum*, æque ac ad propinquius *ero ipsis in Deum*. Ceterum *veritas* candorem, sinceritatem ac integritatem mentis notat. 1 Reg. 3, 6. 2 Reg. 20, 3. Vult igitur dicere: Quemadmodum ego ex parte mei Deus illorum sincere & ex animo futurus sum, sic & ipsi pariter erga me adfecti, pariterque populus meus, non specie aut titulo tenus, sicuti antehac sæpe, sed in veritate, hoc est reuera, fideliter & sine fuco erunt. Ego illos non frustrabor, nec ipsi me. Es. 48, 1. c. 61, 8. Ier. 2, 21. c. 32, 41. cf. Deut. 32, 20. e) Es. 1, 27. Hos. 2, 21. cf. 2 Tim. 2, 19. ℣. 9. f) Vid. not. v. 2. g) *fortes igitur sint manus vestra* v. 9. Manuum brachiorumque robur proprie importat, metonymice vero animi erectionem, in oppositione ad timiditatem ac metum Es. 35, 3. Ier. 23, 14. studiique intensionem in oppositione ad languorem 2 Sam. 16, 21. quemadmodum contra *manuum remissio* pauorem Ier. 6, 24. c. 38, 4. & operis ex pauore intermissionem 2 Par. 15, 7. Vult igitur dicere: Pergite vos modo (vt cœpistis) alacriter & strenue, perficite structuram Templi, facite quæ vobis imperaui; atque sic optima quæque de me ac meo in vos adfectu sperate. cf. Hag. 2, 4. it. Esr. 5, 2. Ceterum quod exhortatio hæc nexum cum sequentibus habeat, est quidem satis manifestum, & indicatur per caussalem particulam *quoniam* v. 10. Eadem tamen ad præcedentia quoque non dubie respicit, q. d. Cum igitur tam præclaras in futurum habeatis promissiones, (quales v. 3 - 8. præcesserant) vestrum vtique erit, animo esse bono atque in cœptis impigre pergere. 2 Cor. 7, 1. h) *vos, qui auditis in diebus his* v. 6. i) vos, inquam, qui verba hæc auditis vel audiuistis (hæc enim ex priori hemistichio, quod Atnach emphaticum habet, repetenda sunt) *ex ore prophetarum, qui* &c. meo scilicet ac Haggæi, c. 7, 3. Esr. 5, 1. 2. Adeoque Zacharias Haggæo testimonium perhibet, vt eadem eodem tempore ac spiritu locuto: collegam non minus, quam se ipsum allegat atque audiri iubet, sicuti Petrus Paulum 2 Petr. 3, 15. 16. k) *qui* fuerunt *die* (tempore) *quo fundata* vel cœpta *est* c. 4, 9. Hag 2, 18. Esr. 3, 6. 10. l) videlicet *Templum*. Est appositio præcedentis.

℣. 10. m) Connexio hæc est: Dixi, promissiones istas, quas ex meo & Haggæi ore audiuistis, & illas quidem inprimis, quas modo a v. 3 - 8. exposui, vobis incitamento esse debere, vt perficiatis, quæ restant, alacriter ac strenue v. 9. Id vero vobis obseruandum est eo magis, quo damnosior vestra vobis ante hac fuit segnities, & quo luculentiorem, postquam instaurare Templum serio aggressi estis, benedictionem Dei experti estis, *Quoniam*. n) *ante dies istos*, quibus Templum a vobis ædificari cœptum est v. 9. o) *merces hominis*. Ita vero dicitur lucrum vel vtilitas ex labore hominis redundans; quemadmodum mox *merces iumenti* simili significatu venit. cf. Coh. 9, 5. 2 Par. 15, 7. Adeoque sensus est: Quicquid vel manibus vel iumentis vestris laborauistis, in cassum fuit fructumque vobis aut nullum attulit, aut certe instabilem, ob vestram negligentiam & inobedientiam. cf. Hag. 1, 6. 9. seqq. c. 2, 16. seqq. p) vobis a me *non facta est*. *LXX*. & *Ar.* addunt: *in emolumentum*. q) *& exeunti ac intranti*. cum quis vrbe aliqua vel exire, vel intrare in aliam vellet, hostibus vndique ac latronibus infesta itinera erant, vt nusquam tuto commeare possetis. Deut. 28, 19. 2 Par. 15, 5. r) LXX. & Vulg. *præ tribulatione*. sed Ion. *præ tribulatore*: quod præferimus, coll. Num. 10, 9. Thr. 4, 12. Esth. 7, 4. Tales e. g erant Samaritæ Esr. 4, 1. & postmodum tempore Nehemiæ Arabes, Ammonitæ, Aschdodæi Neh. 4, 1. s) *immo immisi*, h. e. (vt *Ion.* reddidit) *concitaui* vel *pugnare feci*, Es. 10, 6. Iusto iudicio eos sui intestinis sese conficere discordiis. Cf. infra c. 11, 6. Nimirum præcedens comma de hostibus extraneis, hoc de ciuilibus bellis loquitur. t) cf. Es. 3, 5. & Iud. 7, 22. 2 Par. 20, 23. ℣. 11. u) *Iam vero*, sc. ab eo die, quo Templum ædificari a vobis cœptum est, & porro, coll. v. 9. & Hagg. 2, 18. 19. x) *non sicut diebus prioribus ego* sum vel ero. Est antithesis temporis, - - vbi notanda est rerum ipsarum oppositio, prius bella, nunc pax; antea terræ sterilitas, nunc vbertas; olim omnia in vanum colligebantur, nec diu saluari poterant, nunc autem possidentur. *Tarn.* y) v. 6. z) v. 6. Es. 1, 24. Hos. 11, 11.

℣. 8. ואני per *Paschta* 1. 8. 22. sic se. 5. satis bene. At per *Graschaim* 3. sic su. 5.
℣. 11. Pro אֲנִי hab. אָנִי 1. 2. 5.

12 צְבָאוֹת׃ כִּי־זֶרַע הַשָּׁלוֹם הַגֶּפֶן תִּתֵּן פִּרְיָהּ וְהָאָרֶץ תִּתֵּן
אֶת־יְבוּלָהּ וְהַשָּׁמַיִם יִתְּנוּ טַלָּם וְהִנְחַלְתִּי אֶת־שְׁאֵרִית
13 הָעָם הַזֶּה אֶת־כָּל־אֵלֶּה׃ וְהָיָה כַּאֲשֶׁר הֱיִיתֶם קְלָלָה
בַּגּוֹיִם בֵּית יְהוּדָה וּבֵית יִשְׂרָאֵל כֵּן אוֹשִׁיעַ אֶתְכֶם וִהְיִיתֶם
14 בְּרָכָה אַל־תִּירָאוּ תֶּחֱזַקְנָה יְדֵיכֶם׃ כִּי
כֹה אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת כַּאֲשֶׁר זָמַמְתִּי לְהָרַע לָכֶם
בְּהַקְצִיף אֲבֹתֵיכֶם אֹתִי אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת וְלֹא נִחָמְתִּי׃
טו כֵּן שַׁבְתִּי זָמַמְתִּי בַּיָּמִים הָאֵלֶּה לְהֵיטִיב אֶת־יְרוּשָׁלַםִ
16 וְאֶת־בֵּית יְהוּדָה אַל־תִּירָאוּ׃ אֵלֶּה הַדְּבָרִים אֲשֶׁר תַּעֲשׂוּ
דַּבְּרוּ אֱמֶת אִישׁ אֶת־רֵעֵהוּ אֱמֶת וּמִשְׁפַּט שָׁלוֹם שִׁפְטוּ
17 בְּשַׁעֲרֵיכֶם׃ וְאִישׁ אֶת־רָעַת רֵעֵהוּ אַל־תַּחְשְׁבוּ בִּלְבַבְכֶם
וּשְׁבֻעַת שֶׁקֶר אַל־תֶּאֱהָבוּ כִּי אֶת־כָּל־אֵלֶּה אֲשֶׁר
שָׂנֵאתִי

LIII פא

℣. 12. a) *Quoniam*, vt declarem, qualis in posterum erga ipsos futurus, & quid beneficiorum eis daturus sim. b) Vulg. *Sed semen pacis erit*. quasi de populo dictum esset: Erunt semen, quod pace fruetur. Es. 61, 9. Ier. 33, 9. cf. Hag. 2, 9. & Ps. 72, 3. Quia vero quæ proxime sequuntur, ad fertilitatem terræ significandam pertinent; ita hoc pariter de sementi agrorum vel segete accipimus, vt Syr. *sementis erit in pace*; & Ion. *sementis erit salua*. q. d. erit *pax* i. incolumitas ipsa; vt 1 Sam. 25, 6. 2 Sam. 20, 9. Iob. 21, 9. Nihil damni in posterum patietur, ob ariditatem, rubiginem, locustas aliosve casus segeti noxios. Hoc vero dicit in oppositione ad arvorum sterilitatem & plagas antegressas, quibus Iudæorum in sacris desidiam vindicauerat, coll. supra v. 10. & Hag. 1, 6. 9. 10. c. 2, 15. seqq. Vid. Deut. 28, 38. seqq. & Mal. 2, 3. c) Hag. 2, 19. Hab. 3, 17. d) *dabit prouentum suum*, quem eis antehac denegauit Hag. 1, 10. cf. Leu. 26, 4. seqq. 20. Deut. 11, 17. & Ezech. 34, 27. Ps. 67, 7. Ps. 85, 13. e) Ion. *ministrabunt ex rore suo*. sc. ad humectandum & fœcundandum terram Gen. 27, 28. Deut 33, 13. 28. 1 Reg. 17, 1. Dicuntur autem hic rorem *daturi* in oppositione ad Hagg. 1, 10. cf. Hos. 2, 23. 24. f) *& hæreditare faciam*. 1 Sam. 2, 8. Prou. 8, 21. ὁ. κατακληρονομήσω – ταῦτα πάντα, quod cf. cum Apoc. 21, 7. g) v. 6. 11. Zeph. 2, 9. h) Ion. *omnes benedictiones has*. Est vox liberaliter pollicentis, vel promissorum bonorum copiam & magnitudinem insinuantis. cf. Matth. 4, 9. Ceterum de statuendo tempore complementi huius promissionis aliqua hic exsurgit difficultas. D. *Kimchi*, Forte, inquit, hæc dicit de Templo secundo, (idque conditionate) si seruent præcepta Dei: aut futura sunt tempore Messiæ; quod v. 13. sequens confirmat, quippe qui *domus Iudæ & domus Israelis* mentionem facit, cum contra sub templo secundo *domus Israel* (10. tribus) non redierit. Nos quidem, vti promissionem illam v. 13. de N. T. seu diebus Messiæ lubenter interpretamur, sic tamen hunc versum corporalis etiam boni promissionem continere, & ad tempora ipsius quoque Prophetæ pertinuisse, ex coæui Haggæi parallelismo, quem non semel adduximus, satis firmiter colligere videmur. Interim hanc temporalem promissionem conditionatam fuisse, subsequuti posthac Malachiæ nos docent conciones, coll. Mal. 2, 2. 3. ℣. 13. i) *Immo fiet* suo tempore. A bonis corporalibus adsurgit ad maiora & spiritualia, a præsentibus vel proxime instantibus ad futura; sicut v. 12. notauimus: quamquam nihil obstet, quo minus hæc promissio, si modo cum conditione obedientiæ ac pietatis sumatur, etiam corporalis sit, & ad illud ipsum tempus, quo edebatur, simul pertinuerit. k) *maledictio*, h. e. *in maledictione*, (vt LXX. reddiderunt) vel maledictionis exemplum & formula 2 Reg. 22, 19. Ier. 24, 9. l) Ps. 44, 15. m) Vid. superius not. v. 1. & v. 12. n) *Sic versa vice* & e contrario. v. 15. o) *saluabo* v. 7. c. 9, 16. Esa. 49, 15. p) *vt sitis* vel *fiatis benedictio*, i. e. benedicti, & benedictionis non minus quam olim maledictionis, insigne quoddam exemplum Gen. 12, 9. Esa. 19, 24. cf. Gen. 22, 18 Esa. 61, 9. Ez. 34, 26. Mal. 3, 12. q) *ne* itaque *timeatis*; ego enim has promissiones vobis fideliter præstabo: facite vos modo, quod vestrum est, nec tantis bonis vos ipsi per negligentiam aut contumaciam priuetis. v. 15. Prohibitiuus modus Euangelicus & suauiter consolantis Gen. 50, 19. 21. Esa. 41, 10. 13. c. 43, 1. 5. c. 54, 4. Ier. 30, 10. c. 46, 27. 28. Zeph. 3, 16. Hagg. 2, 5. cf. Esa. 12, 2. LXX. θαρσεῖτε. sic v. 15. cf. Matth 14, 27. Luc. 8, 48. 47. r) *fortes sint manus vestræ*. Positiue hoc idem est, quod modo prohibitiue & ex opposito dixerat, *ne timeatis*, coll. contr. Zeph. 3, 16. hæc ipsa tamen vacuitas ab angoribus & metu alacritatem in faciendo, & hic quidem speciatim in continuanda cultus diuini instauratione, simul importat, coll. supra not. v. 9. & Hagg. 1, 4. vnde *Kimchi* supplet: hoc tempore, propter solatia illa bona, quæ auditis Israeli obuentura esse. ℣. 14. s) *Quoniam*, vt pergam beneplaciti mei consilium exponere, indeque animos vobis addere. t) Vid. not. v. 2. u) *Cogitaui*, firmiter mihi proposui. v. 15. c. 1, 6. Thr. 2, 17. x) Ier. 25, 6. 29. c. 31, 28. Mich. 4, 6. y) *cum* peccatis suis *me facerent efferuescere*; cum efferuescendi caussam mihi darent. c. 1, 2. Deut. 9, 7. 8. 22. Esa. 54, 9. c. 64, 4. Caussam hic tam seueri decreti Deus adiungit, ne quis eum mala super homines temere decernere, aut malis decretis delectari criminetur. cf. Thr. 3, 33. 39. seqq. z) cf. not. c. 1, 2. a) & ita quidem, vt decreti mei *me non pœnituerit*, nec ad mutandum vel aboiendum illud adduci potuerim, Ier. 4, 28. c. 10, 16. nimirum propter pertinacem illorum impœnitentiam, coll. c. 15, 6. c. 18, 8. c. 26, 3. Ioel 2, 13. Ion. 4, 2. LXX. μετενόησα. cf. Hebr. 12, 17. ℣. 15. b) *Sic*. vid. not. v. 13. c) *reuerti & cogitaui*, h. e. *contra cogitaui*. *Reuerti* enim cum alio constructum *Verbo* actionem in contrarium subinde notat, coll. not. Mal. 3, 18. Ceterum ad supplendam emphasin Verbi *cogitare*, repeti hic potest ex v. 14. *nec me pœnitebit*. cf Ier. 18, 10. Ps. 110, 4. d) v. 9. 10. 11 e) Ier 32, 40. 41. Ps. 51, 20. Ios. 24, 20. Vid. contr. Deut 28, 63. Ios. 24, 10. f) Vid. not. v. 13. ℣. 16. g) *Hæc* vero sunt *verba*, quæ sicut Patribus vestris olim, (vid. c. 7, 9. seqq.) ita nunc vobis quoque ad faciendum inculco. Demonstratiuum autem *Hæc* ponit in oppositione ad ieiunia Iudæorum αὐθαίρετα. c. 7, 3. 5. *Hæc*, inquit, nequaquam vero ieiunia vestra, quæ per me omittere potestis. Vid. not. c. 7, 9. Quo facit hæc *A. Esræ* glossa: Respondet hæc interrogantibus, sitne vlterius sibi flendum mense quinto, qui legem Dei non seruabant, & tamen interrogabant, seruandæne sint sibi patrum paradoses vel traditiones? respondet igitur: Rectius fecissetis, si verbis Dei obedissetis, patrum vero verba omisissetis, quam quod seruatis verba patrum, & omisistis verba Dei. cf. Matth. 15, 2. seqq. h) v. 19. *Veritatem* vtrumque hemistichium commendat, diuerso tamen modo; prius quidem in genere, quatenus inter priuatos etiam, posterius vero speciatim, quatenus in iudiciis coli inprimis debet. cf. Esa. 33, 15. LXX. vt Eph. 4, 25. i) Bene *Hieronymus*, hoc est *iudicium pacis*, inquit, vt propositum iudex habeat, pacificare discordes, iuxta illud Euangelii: *Beati pacifici*. Matth. 5, 9. k) c. 7, 9. l) *in portis*, h. e. iudiciis vel foris *vestris*. Deut. 11, 19. ℣. 17. m) Vid. not. c. 7, 10. n) *& iuramentum falsitatis*, h. e. *falsum*. cf. c. 5, 4. o) *ne ametis*, sed detestemini potius. Ps. 4, 3. Prou. 1, 22. D. *Kimchi* existimat, Verbum hoc adhiberi in oppositione ad sequens *Odi*. q. d. Nolite in diuersum abire, & contrarias meæ fouere voluntates, ita vt id quod odi ego, vos e diametro ametis. p) *ipsa omnia hæc sunt* Vide quæ supra c. 7, 7. de particula אֵת notauimus. q) Est hoc argumentum a rei detestabilitate. Quis enim sanus amet, aut quomodo & quo iure amet, quod odit ac detestatur Deus? cf. Deut. 12, 31. c. 16, 22. Ier. 44, 4. Mal. 2, 15. Prou. 6, 16.

℣. 12. וְהִנְחַלְתִּי אֶת־שְׁאֵרִית הָעָם ita 3. & sic se. 5. ℣. 14. כִּי per *Makk.* 1, 2. 3.
℣. 15. Pro אֵת habet אֶל־ 1. sic se. 2.

Vid. not v. 17. & cf. Amos 5, 15. Hebr. 12, 14.

✱. 20. *f*) Nam vt exemplo illustrem, qualem vobis lætitiæ & gaudii materiam (vid. v. 19.) in posterum daturus fit Dominus, *sic dixit* &c. Cf. not. v. 2. *g*) *Adhuc* tempus erit, *quo*. vel: *adhuc futurum est*, *vt*; subintellecto ante Relatiuum Verbo substantiuo, vt v. 23. quale etiam esse videtur Ps. 10, 6. *In generationem ac generationem* sc. erit l. durabit, *vt non sim in malo*. *h*) sc. ad

שנאתי נאם־יהוה׃ ויהי דבר־יהוה 18
צבאות אלי לאמר׃ כה־אמר יהוה צבאות צום 19
הרביעי וצום החמישי וצום השביעי וצום העשירי
יהיה לבית־יהודה לששון ולשמחה ולמעדים טובים
והאמת והשלום אהבו׃
כה אמר יהוה צבאות עד אשר־ כ
יבאו עמים וישבי ערים רבות׃ והלכו יושבי אחת 21
אל־אחת לאמר נלכה הלוך לחלות את־פני יהוה
ולבקש את־יהוה צבאות אלכה גם־אני׃ ובאו עמים 22
רבים וגוים עצומים לבקש את־יהוה צבאות בירושלם
ולחלות את־פני יהוה׃ כה־אמר יהוה 23
צבאות בימים ההמה אשר יחזיקו עשרה אנשים מכל
לשנות הגוים והחזיקו בכנף איש יהודי לאמר נלכה
עמכם כי שמענו אלהים עמכם׃

CAP. IX. ט

משא
דבר

✱. 18. *r*) Sequitur nunc specialis ad quæstionem supra (c. 7, 5.) propositam responsio. Quia enim, inquit *Tarn.* nuncii quæsiuerant, num etiam adhuc ieiunandum, nec tunc illis propheta aperte responderat, sed arrepta inde ansa eorum ieiunia reprehenderat, nunc expresse dicit, non solum illa ieiunia, quæ doloris caussa suscepta erant, relinquenda esse, & in præclaras festiuitates ac conuiuia esse conuertenda, sed etiam alia similia, de quibus non erat quæsitum, abroganda esse demonstrat. ✱. 19. *s*) Vid. not. v. 2. *t*) *ieiunium quarti*, sc. *mensis*, in quo Hierosolyma a Chaldæis primum expugnata Ier. 52, 6. 7. *u*) mensis *quinti*, in quo eadem cum Templo combusta c. 7, 3. 5. 2 Reg. 25, 8. 9. *x*) mensis *septimi*, de quo c. 7, 5. *y*) mensis *decimi*, in quo cœpta a Babyloniis Hierosolymæ obsidio 2 Reg. 25, 1. Ier. 52, 4. Hos menses igitur Iudæi in tristissimorum euentuum memoriam ieiuniis hucusque in fastis suis distinxerant. *z*) *fiet* posthac --*in lætitiam & gaudium* Esa. 35, 10. c. 51, 3. *a*) Etenim in vicem præteritorum malorum multis posthac magnisque beneficiis, (quale est, quod modo sequitur, gentilium adductio in sinum Ecclesiæ sub N. T. v. 20.) domum Iudæ cumulabo, ita vt luctus in gaudium transiturus, lætitiaque in pristini mœroris locum successura sit Esa. 61, 3. Ier. 31, 13. LXX. εἰς χαρὰν ἐς εὐφροσύνην. cf. Luc. 15, 23. 32. Ioh. 16, 20. *a*) *& in solemnitates*. Num. 10, 10. Ez. 36, 38. cf. Nah. 2, 1. *b*) *bonas* h. e. festiuas & lætas, coll. 1 Sam. 25, 8. Esth. 8, 17. c. 9, 19. *c*) *modo* (quod supra iam inculcaui v. 16. & c. 7, 9.) *veritatem*. cf. Ez. 18, 9. Vulg. *veritatem tantum*. *d*) *& pacem* f. concordiam cum proximo. v. 16. Ps. 34, 15. cf. contr. Ps. 120, 6. *e*) *amate*. Vid

Templum & Ecclesiam Dei v. 22. c. 6, 15. (vbi vide sis not.) Euangelio per vniuersas terras annunciando exciti. Ps. 19, 5. Rom. 10, 18. ✱. 21. *i*) *Ibunt nimirum*. Mich. 4, 2. Eadem Ecclesiæ propagatio, (de qua v. 20.) inquit *Tarn.* insigni hypotyposi, prosopopœia iucundissima ac mimesi elegantissima describitur, vt pene oculis coram cerni, & non tantum apud Prophetam iam legi & olim ab eo dicta videatur. *k*) incolæ *vnius* vrbis *ad* incolas *alterius*. Ex. 36, 10. 11. Est amplificatio, quod non vnus post alterum, singuli & seorsim, sed cateruarim magno in cœtu venturi sint. *Tarn.* *l*) *Eamus eundo*, i. e. omnes vna & magno studio. v. 23. cf. Esa. 2, 3. Ier. 31, 6. *m*) *ad exorandum* &c. v. 22. vid. not. c. 7, 2. *n*) & *ad quærendum Dominum*, quem in Ecclesia, tanquam in vero Templo, quærentibus præsto esse ac reperiri audient v. 1. 22. cf. Deut. 4, 29. Ps. 24, 6. Ps. 27, 8. 2 Par. 20, 4. *Ion.* hic & v. 22. *& ad quærendam doctrinam vel institutionem a Domino*: quomodo & *Onkelos* eandem phrasin Ex. 33, 7. exposuit. ita igitur cf. Esa. 2, 3. Mich. 4, 2. ὁ. καὶ ἐκζητῆσαι. cf. Act. 15, 17. Rom. 3, 11. Hebr. 11, 6. *o*) *Ibo etiam ego*, sc. *inquiet alius alii*, vti *Ion.* supplet. Est mimesis, verba gentilium tam viuide repræsentans, ac si non relata legamus, sed ipsi nostris auribus audiamus. Sensus: certatim singuli adcurrent, nemo remanere volet. cf. Esa. 44, 5. Luc. 16, 16. Hebr. 4, 1. ✱. 22. *p*) *Atque sic venient*. v. 20. Egregius locus de vocatione gentium. Bene autem *D. Kimchi*, Hoc, inquit, futurum est in diebus Messiæ. Cf. c. 1, 15. c. 6, 15. c. 14, 16. Esa 2, 2. 3. c. 49, 18. c. 52, 15. c. 60, 4. c. 66, 18. 20. Mich. 4, 3. Zeph. 2, 11. Hagg. 2, 7. & passim. *q*) Vid. not. v. 21. *r*) Quæ promittuntur hic Hierosolymæ, quoad præcipuum & vltimum complementum, promittuntur N. T. Ecclesiæ; non tantum, quia illa huius fuit typus, sed potissimum, quia eius radix & pars non ignobilis, coll. Esa. 2, 3. Ioh. 4, 21. Rom. 11, 16 seqq. *Tarn.* p. 1449. *s*) *& ad exorandum* v. 21. ✱. 23. *t*) Vid. not. v. 2. *u*) Vid. not. v. 6. *x*) futurum est, *vt adprehendant*. Constructio eadem fere est ac v. 20. vbi nos eam illustrauimus. *Tarnouius*: sicuti solent pueri, vel etiam alii eorum, quos retinere cupiunt, adhærere parentum palliis aut togis, quas arripiunt, dum vel vna ire contendunt, vel eos saltem manere apud se exoptant, a quibus non facile se abstrahi patiuntur. Vid. 1 Sam. 15, 27. Esa. 4, 1. *y*) *decem*, i. e. complures, multi; coll. Gen. 31, 7. Leu. 26, 26. Num. 14, 22. *z*) *linguis gentium*, h. e. gentibus lingua seu dialecto differentibus. Gen. 10, 20. 31. Esa. 66, 18. *a*) *apprehendant, inquam*. Reassumitur ex hemistichio priori. Simile quid vid. c. 6, 11. coll. v. 10. *b*) *oram* vestis. Es. 4, 1. Hagg. 2, 12. ὁ. τοῦ κρασπέδου. Matth. 9, 20. *c*) cf. Esth. 8, 17. Act. 16, 9. 15. *d*) vid. v. 21. *e*) cf. Ios. 2, 10. c. 9, 9. & Rom. 10, 17. *f*) Deum vobiscum esse, & se illustri modo apud vos reuelasse, tanquam *Immanu-Elem*. Esa. 7, 14. c. 8, 8. 10. Apoc. 21, 3. Ion. *quod Verbum Domini sit in adiutorium vestrum*. cf. Gen. 26, 3. CAP. IX, ✱. 1. *g*) Ion. & Vulg. *Onus verbi Domini*. Latius LXX. λῆμμα &c. quod Ar. *reuelationem* reddidit, Suidas *prophetiam* l. *apophthegma* interpretatur. Sic c. 12, 1. & Mal. 1, 1. Nos cum *Cocceio pronunciationem verbi Iehouæ* vertimus, Intelligentes *Verbum a Iehoua pronunciatum*. Licet enim משא *onus* alias significet, tamen in vaticiniorum titulis vox ista non simpliciter *onus* importat, sed mediæ significationis est, coll. c. 12, 1. & Prou. 3, 1. a נשא, quod non solum *ferre*, sed & *proferre ac pronunciare* significat Num. 23, 7. 18. 2 Reg. 9, 25. Iob. 27, 1. c. 29, 1. Vid. not. Ier. 23, 33. seqq. Sch. *Prophetia*. *Verbum Iehouæ* est &c. quod quidem est contra accentus. Obserua autem, licet alibi hæc verba inscriptioni ac titulo tantum inseruiant, hic tn. de ipsa prophetiæ substantia esse, ac enunciationem propheticam constituere h. m. *Pronunciatio*-est *in* vel *contra terram Chadrach* &c. Sequitur enim propositio caussalis, *quia Domino est oculus* &c. quæ vix quadraret, si merus præcessisset titul⁹. Ceterum de argumento & scopo huius capitis bene *Hieronymus*, *Omnis*, inquit, *hæc visio*--*ad vocationem gentium & exstructionem Ecclesiæ pertinet*. Pulchre igitur cohæret cum fine præcedentis c. 8, 20. seqq. vbi de gentium vocatione sub N. T. fuerat actum. Et partes qd. capitis sec. *Schm*. tres *sunt*, I. *Prophetia* contra terram Chadrach, Damascum, Tyrum, Tsidonem, Philistæam, & de earum ad Christum tandem futura conuersione v. 1--8. II. *Excitatio Zionis* ad gaudium ob aduentum & liberationem Regis Messiæ v. 9.--12. III. *Promissio* prædicandi Euangelii, etiam inter gentes v. 13.--fin.

✱. 19. יהיה Sic in marg. at in textu fe. יהיה 2. ✱. 22. לבקש את־יהוה צבאות sic fe. 2. cum nota כן הוא במדויק אך ספרים אחרים איננו כן ✱. 23. כה־אמר יהוה צבאות sic fe. 5. sec. *Maſ. Erf.* sed contra *impr.* ההמה per Rbhia 1. 2. 6. 9. 10. 20.

דבר־יהוה בארץ חדרך ודמשק מנחתו כי ליהוה עין
2 אדם וכל שבטי ישראל׃ וגם־חמת תגבל־בה צר
3 וצידון כי חכמה מאד׃ ותבן צור מצור לה ותצבר־
4 כסף כעפר וחרוץ כטיט חוצות׃ הנה אדני יורשנה

h) erit vel requiescet (coll. מנוחתו f. *requies eius* ex membro proxime sequenti) *in terra Chadrach.* Obscurum in Geographia nomen. Ion. *australem* reddidit: LXX. vero Σέδραχ, ad quod Scholion Gr. *Vrbs*, inquit, *Arabiæ est.* Iunius, *in terram circumstantem te, o Iudæa*: ex Syr. חדר *circumdare*: qua voce Prophetam ad Syros vti voluisse, admodum verosimile esse scribit, coll. Esa. 14,4. &c. Nos vt proprium nomen de *Syria Damascena*, cuius mentionē Propheta mox epexegetice facit, interpretamur, *Bochartum* secuti lib. II. Phal. c. 6. p. 89. c. *R. Iose*, quem laudant *R. Sal.* & *D. Kimchi*, Cælum ac terram, inquit, contestor, me ex Damasco esse, & reperiri illic locum, cuius nomen est *Chadrach.* Sensus huius membri proximeque sequentis non admodum pellucidus est. *M I.* in bonam partem explicat: *Prophetia Domini erit olim in terra Chadrach, sicut in terra Israelis*, fiet enim pars terræ Israeliticæ. -- *Et Damascus erit requies eius*, q.d. habitatio gloriæ eius. Sic *R. Sal.* & *D. Kimchi*, item *Ion.* qui posterius membrum ita reddidit: *& Damascus conuertetur, vt sit pars terræ domus Schechinæ* s. *Numinis ipsius.* Et Cel. *Maius* p. 1081. Prædicit, inquit, regnorum vicinorum conuersionem, quod *verbi requies Damasci* sit futura, v. 1. & in *Chamata*, quam nonnulli *Antiochiam* putant. Certe (pergit Vir laudatus) illis in partibus sita, ibique prima Christianorum sedes fuit Act. 9,2.19. 20. c. 11,26. Addim' de *Damasco* Act. 9, 2. 10. 19.20. & de *Tyro* c. 21, 3.4. Verum clausula versus secundi (qui cum hoc primo per Coniunctionem *Et etiam* arctissime cohæret) docet, tale quid gentibus ac Tyro inprimis & Sidoni hunc versum portendere, quod directe contra sapientiæ præsumtionem futurum sit: quæ vero sic ista præsumtio, quomodo Deus ei contraiturus sit, exponitur in sequentibus, illud v. 3. hoc v. 4. Malumus ergo cum *Tarn.* vt comminationem exponere. *Onus* vero s. *pronunciationem verbi Domini* hoc loco prægnanter & cum emphasi accipimus pro *verbo*, cui res subest, quod non inane est aut fulgur ex pelui, sed quod ipsum illud, quod dicit, indissolubili secum fert neru, quia *Domini* verbum est. Hoc igitur cum dicitur *futurum in terra Chadrach*, sensus est, incubiturum id ei vt *graue onus*, & ita quidem, vt humano nisu ac sapientia auerruncari aut remoueri inde nequeat. Quomodo Es. 9,7.8. dicitur: *Verbum misit Dominus* (ביעקב) vt sit *in Iacobo, & cadet* (sc. vt grauia solent, non sine damnoso effectu & concussione) *in Israele*; Et sentient (experientur, non vanum id fuisse verbum) *populus vniuersus*. Ita enim *R. Sal.* & *D. Kimchi* illum locum exponunt. De conuersione gentium istarum hic demum agitur v. 7. præuia nimirum euersione illarum, cum per Alexandrum M. cum per Maccabæos v. 1--6. *i)* Inprimis vero *Damascus* ceu caput illius regionis Es. 7,8. de qua vid. not. Es. 17,1. *k)* erit *locus requietis ipsius*; h. e. Verbum Iehouæ, cuius modo mentionem feci, in Damasco requiescet, eique velut *onus* incumbet c. 6,8. Ez. 5,13. *A. Esra*: quoniam illic implebitur. *Tarnouius*: Proinde non erit flagellum inundans ac cito transiens, verum erit hic stabilis & perpetua sedes iudicii. Qui in bonam partem hoc explicant, conferunt Es. 11,10. Ps. 132,14. *l)* Schm. *Nam ad Iehouam* erit spectans *oculus* &c. Sic igitur ל exprimeret tendentiam oculi ad suum obiectum; & comma totum sumendum esset in meliorem partem, de conuersione gentium ad Deum tempore N. T. Cf. c. 5,6. Es. 33,17. Ps. 145,15. Sed rectius LXX. & Ar. *Dominus inspicit homines*. Syr. *Domino manifesti sunt homines*. & Ion. *coram Domino manifesta sunt opera filiorum hominis*. Nimirum Datiuus *Domino* est nobis subiectiuus, *oculus* vero *hominis omniumque tribuum Israelis* ab obiecto dictus, quia homines in genere & Israeliticas tribus in specie videt ac inspicit, coll. supra c. 3,9. & c. 4,10. vbi de oculis Domini, ad Ecclesiam hominesq; vniuersos intentis, notatu digna Zacharias tradidit. De syntaxi cf. *Glassii* Phil. p. m. 636. Nexus v. cum antecedenti est satis euidens per caussale כי *quoniam*. q. d. Non est, quod Syri ceteræq; gentes, quæ infesto erga populum Domini sunt animo, latere se putent ac impunitatē sibi a Deo promittant: quomodo n. impunitos dimitteret, quos oculo perlustrat suo, & quorum videt facinora? aut quomodo iniurias populo suo illatas non vindicaret, qui tribus Israelis inspicit atque curat? Cf. Ier. 32,19. Ps. 66,7. Ps. 94,9. Prou. 5,21. c. 15,3. c. 20,12. *m)* atque inprimis (cf. 1 Reg. 11,1. Es. 1,1. &c.) *omnium tribuum Israelis*, quas ita inspicit, vt non patiatur ab vllo temere lædi. cf. Deut. 11,12. Ps. 33,18. Esr. 5,5. & Ier. 1,3. Ion *& beneplacitum habet in omnibus* &c. Videntur hæc ergo adflictis tunc Iudæorum rebus in solatium dicta. vnde *Tarn.* sic iubet inferri: Fuerit itaque hactenus vobis, o Iudæi, intolerabilis hostium vestrorum ferocia; attamen illa vos deinceps minime terreat, quia ad illos iamiam pertinget onus decreti diuini, quod me contra Regem potentissimum ex sententia Dei proclamare auditis, & primo qd. in specie contra Damascum vrbem vobis notam, &, vt res vestræ iam se habent, præ vobis beatam. ℣. 2. *n)* Vid. not. v. 7. *o)* *Hamatha*, Antiochenæ Syriæ caput, de qua vid. not. ad Num. 34,8. & Am. 6,1. *p)* Cocc. Lex. 125. *terminum habebit* vel *fines* suos *ponet in ea, requie Domini*, h. e. terra in qua Dominus requiescet. Ion. *conuertetur, vt fiat pars terræ domus Schechinæ eius*, in bonam partem, vt supra v. 1. At *Gusset.* p. 160. ita exponit, quod Hamath Syriæ vrbs comprehendatur intra terminos oneris illius prædicti, h. e. spatii, in quo onus requiescet, seu cui illud constanter incumbet. Nobis qd. simplicissime ac facillime exponi videtur per ellipsin relatiui אשר (quæ frequens apud Hebræos, e. g. Ier. 2,8. Ps. 9,7. Ps. 16,3. Ps. 51,10.) h. m. *Sed & Hamatha* erit מנוחתו *locus requietis* Verbi diuini v. 1. *quæ terminum habet apud illam*, seu *quæ terminata est* Damasco Ex. 19,12. Ios. 18,20. *q)* itemque *Tyrus & Sidon*, h. e. *Tyrus cum Sidone*, collato simili *Vau* Deut. 6,2. Es. 1,13. &c. Vid. *Cocc.* Lex. p. 190. n. III. Ita v. exponimus propter sequentia, vbi de sola Tyro saltem inprimis sermo est. Ceterum de *Tyro* ac *Sidone* vid. not. Es. 23,1.4. *r)* Vertunt *quamuis*, coll. Gen. 8,21. c. 34,9. Dan. 9,9. quasi sic tacitæ obiectioni occurreretur, coll. Prou. 21,30. habet tn. proprietas hui' voculæ, secundum quam *caussalis* est, suam emphasin: nam ipsa opinio sapientiæ propriæ Deum veluti mouet, vt tale quid statuat in hominibus, quo præsumta ab illis sapientiam confundat, mala ipsis inferendo, quæ nulla astutia auerruncare possit. *s)* *sapiens est* Tyrus cum vicina Sidone *admodum*. Vulg. bene: *assumserunt quippe sibi sapientiam valde*. Nec enim sapientia, sed eius præsumtio, ostentatio vanaque fiducia vitium habet, & Ez. 28,3. seqq. Tyriorū Principi inprimis exprobratur. Cf. Es. 5,21. c. 19,11. Prou. 3,7. c. 26,12. c. 28,11. Coh. 7,16. it. Es. 29,14 c. 31,2. c. 44,25. Ier. 9,23. Obad. v. 8. Iob. 5,13. c. 37,24. Quibus v. in rebus sibi ob sapientiam placuerit Tyrus, modo sequens explicat versus, scil. 1) in munimentis, 2) in diuitiis struendis: quemadmodum contra v. 4. exponitur, quo pacto Deus hanc sapientiam eius ratione vtriusque sic confusurus, sc. ad paupertatem redigendo illam, muros vel opes in mare proiiciendo, ipsamque comburendo. ℣. 3. *t)* *Aedificauit enim* & ædificat etiamnum *Tyrus*. Multis nimirum magnisque casibus sub Babylonico imperio defuncta, post huius v. excidium renata ac reflorescens, seu, vt cum Propheta loquamur, post 70. annos a DOMINO (licet hoc illa minime agnoscat) visitata, atq; ad mercedem suam meretriciam, h. e. commercia, quibus dedita iam olim fuerat, reuersa Es. 23,16.17. in reparandis nunc munimentis suis occupata est. *u)* *munimentum, munitionem*. Es. 19,6. ὀχυρώματα. 2 Cor. 10,4. *x)* *sibi*. Pleonasmus, sed emphaticus, q. d. Ac struendis qd. his munimentis ipsa *sibi*, vt valde sapiens, placet egregie, videturq; *sibi* tam bene prospicere, vt quod metuat, in posterum vix habitura sit. *Diodor. Sicul.* l. 17. c. 40. Plurimum fiduciæ, inquit, munitionibus insulæ & præparatis rerum copiis. Idemq; c. 43. Mox Tyrii, inquit, vt mœnia duplo firmiora redderent, quinq; cubitorum interuallo in medio relicto, murum alterum decem cubitos latum ædificant, & vacuum inter vtrumque spatium lapidibus & ingesta terra complent. *y)* *& coaceruat* (?) Gen. 41,35. Ps. 39,7. sc. ex commerciis, quæ per mare quaquauersum tractat, coll. Es. 23,1. seqq. *z)* *argentum, vt puluerem* s. humum, i. e. magnam argenti vim. Hyperbolica & prouerbialis locutio. Iob. 27,16. cf. Hab. 2,6. 2 Par. 9,27. *a)* *& aurum* Prou. 3,14. c. 8, 10.19. Est *aurum* in genere, vt Gr. χρυσὸς vel χρυσίον, quod Hebræo in LXX respondet, eidemque, quod ad ipsas litteras, harmonicum est. Formamus ab Ar. חרץ *Auide cupiuit*; vnde Hebr חרוץ *diligens, auidus*. in bonam partem Prou. 10, 4. &c. quemadmodum *argentum* Hebræis dicitur כסף a נכסף *desiderando*; qs. quod homines *auide* solent *cupere* & *desiderare*. Alias deducitur ab Hebræo חרץ *incidere decidere*, vt *effossum*, vel *fossile* dicatur, quia præ reliquis metallis diligenter inquiritur ac effoditur. *b)* *vt lutum platearum*. c. 10,5. ℣. 4. *c)* *Ecce* v. Excitat Propheta ad percipiendum, quid Dominus contra facturus sit, ad sapientiam Tyri, quam ei v. 2.3. exprobrauerat, confundendam; & dum excitat, in rem velut præsentem (quia certo extitura erat) deducit. Vid not. Ier. 31,8. *d)* *DOMINUS*, cui oculus est hominum vniuersitatem perlustrans v. 1. *e)* Ion. *eiiciet eam*, sc. ex vrbe & possessionibus suis. q. d. *hereditate* sua *priuabit*. Deut. 11,23. At Schm. *depauperabit eam*. coll. 1 Sam. 2,7. Prou. 23,21. ex cognato ריש *pauperem fieri* Ps. 34,11. Omnino prius comma poni videtur contra gloriationem in diuitiis, quemadmodum posterius contra munitiones Tyri v. 3.

CAP. IX, ℣. 1. חַדְרָךְ per Pat. 3. sic fu. 5. & sic in marg. 6. 9.

ה והכה בים חילה והיא באש תאכל : תרא אשקלון
ותירא ועזה ותחיל מאד ועקרון כי־הוביש מבטה
6 ואבד מלך מעזה ואשקלון לא תשב : וישב ממזר
7 באשדוד והכרתי גאון פלשתים : והסרתי דמיו מפיו
ושקציו מבין שניו ונשאר גם־הוא לאלהינו והיה כאלף
ביהודה

turpiter deceptam rubore suffundat *expectatio sua*. Quo referri etiam debet Ion. *quoniam confusa est* (Ekron) *a loco confidentiæ suæ*. Ita cf. 2 Sam. 9, 6. p) Tyrus ceu *lo-*

cus respectus ipsius, ad quem illa identidem cum reliquis Philistæorum satrapiis respiciebat, fœderi ac societati vrbis tam opulentæ ac potentis confidens. Es. 20, 5 6. cf. c. 45, 22. q) Nam, ne quis forte alienis tantummodo, non propriis malis, ipsam indolescere putet, *peribit - ex Gaza*, h. e. nullus in ea posthac futurus est, quippe desolanda ac exscindenda. cf. Ier. 49, 38. Am. 1, 8. r) *Rex*, h. e. Præfectus regius, quem illic Persæ ante Alexandrum habuere. *Curt.* Lib 4. c. 6. Alexander, -- inquit, vrbem Gazam obsidebat. Præerat ei Batis, eximiæ in Regem suum fidei s) Zeph. 2, 4. Completum in Philistæis hoc vaticinium est non solum per Alexandrum, de quo *Curtium* modo allegauimus, sed & per Maccabæos postea, coll. not. Zeph. 2, 4. 7. & 1 Macc. 10, 84. seq. c 13, 43. seqq. *Ioseph.* Antiq. L. 13. c. 8, 21. De Gaza inprimis docet *Strabo* l. 16. quod *ciuitas olim nobilis excisa fuerit per Alexandrum, & manserit deserta.* vnde Act. 8, 26. αὕτη ἐστὶν ἔρημος. t) *non habitabit*, metonymice pro *habitata erit*, prout *LXX. Ar. Ion.* & *Vulg.* reddidere. Sic Es. 13, 20. Ier 17, 6. c. 50, 13. 39

℣. 6. u) Quidam: *spurius* (2) Deut. 23, 3. sc. incerto patre natus, sec. *Gusset.* p. 464. Non suus ac legitimus hæres occupabit ædes, hortos atque agros patrios, sed infamis extraneus, ita vt ii, *Quorum nemo queat patriam monstrare parentis, Dicant, hæc mea sunt, veteres migrate coloni*, sec. *Tarn.* Malumus vero vocem hic sumere paulo generalius, & cum *LXX. Ar. Syr.* ac *Ion.* vertere *alienigena, peregrinus*. Est enim a זור, vnde זר *peregrinus*, cum gemino *Mem* præformatiuo, quemodo ממגרות est a גור Ioel 1, 16. Quales a. alienigenarum nomine hic veniant, declarauit Ion. *Domus Israel, qui erant in ea vt alienigenæ* Sic *R. Sal.* x) *fastum Philistæorum*, h. e. Philistæos fastu ex rerum prosperitate turgentes. Subest tamen hæc emphasis, quod Deus, cum punit, magis intendat malum ipsum, quam malos exscindere; quod vel ex v. 7. adparet, vbi, remotis ex ore Philistæorum sanguine ac idolis, tandem reliquias Deo sacras se ipsis permissurum dicit. Es. 13, 11. c. 16, 6. Ez. 7, 24.

℣. 7. y) *Et remouebo sanguines eius ex ore eius.* Philistæi ob truculentiam suam, qua inprimis contra vicinos sæuierant Israelitas, pinguntur vt immanes beluæ, sanguinem sitientes ac ore suo auide imbibentes. Ez. 39, 17. 19. cf. infra v. 15. Apoc. 16, 6. Dicit igitur Deus, se gentem istam purgare velle, sicut a fastu v. 6. ita h. l. a crudelitate & idololatria, vt humilis, mansueta piaque euadat Ez. 11, 19. z) *& detestationes* s. detestanda idola *eius*, 1 Reg. 11, 5. 7. vel idolothyta Es. 66, 3. a) remouebo *ab - inter dentes ipsius*, quibus idololatria, velut suauissimus cibus fuit. *Cibus* enim dicuntur, quæ suauiter nos adficiunt aut delectant Ioh. 4, 34. Nisi forte placeat, *detestationes* de idolothytis intelligere: quomodo ad illa phrasis hæc etiam proprie & extra tropum spectarer. b) *& sic relinquetur -- Deo nostro.* Reliquiæ ex malis illis, quæ propter peccata inflicturus ei sum, superstites, tandem sub N. T. Deo vt populus & peculium adscribentur, per Euangelium Christi conuertendæ. Ion. *& proselyti, qui relicti fuerint in illis, adiungentur etiam ipsi ad populum Dei nostri.* Atque sic Deus ipsas gentes percutiet quidem, sed & rursus sanabit Es. 19, 22. seqq. & sacras sibi ex illis reliquias seruabit non minus, quam ex Iudæis & Israelitis Es. 10, 21. 22. c. 11, 11. c. 28, 5. Rom. 11, 5. propriumque suum opus, confecto alieno, in eis faciet, opus nimirum gratiæ & electionis in populum Es. 28, 21. Thr. 3, 31. 32. 33. Est igitur hic admirabilis transitus a comminatione ad promissionem, qualem & alia contra gentes vaticinia habent, v. g. Es. 19, 18. seqq. c. 23, 15. seqq. Ier. 12, 15. 16. c. 46, 26. c. 48, 47. c. 49, 6. 39. Ez. 16, 55. c) *etiam ipse* Philistæus, perinde ac terra Chadrach, Damascus, Hamath, Tyrus & Sidon v. 1. 2. Est enim *etiam* relatiua particula, quæ Philistæos cum pluribus eiusdem qualitatis ac sortis nationibus tacite coniungit, vt v. 2. & 11. Dum igitur de Philistæis ad Christum conuertendis directe agit, hac ipsa copula oblique quidem, nec tamen obscure innuit Propheta, id esse de omnibus intelligendum, quod dicit de vno. cf. (*etiam ego*) c. 8, 21. Ceterum in *Syris* completum hoc vidimus supra ad v. 1. De *Tyro* ac *Sidone* cf. Es. 23, 18. Ps. 45, 13. Ps. 87, 4. & compl. Act. 21, 3. 4. c. 27, 3. De *Philistæa*, cuius celebria fuerunt oppida *Azotum* & *Ioppe*, cf. Act. 8, 4. c. 9, 36. 42. 43 &c. Vide *Curtler.* Theol. Propht. p. 471. seqq. d) ita vt qui hucusque noster (Iudæorum) Deus fuit, inposterum Deus illarum quoque gentium & terræ vniuersæ fiat c. 14, 9. Es. 54, 5. Loquitur enim hic Zacharias nomine suo ac populi sui, quem hac ipsa promissione ad lætitiam & gaudium erigere studet, coll. infra v. 9. e) *sicut chiliarchus* vel *dux in Iuda* c. 12, 5. Erat populus Iudaicus in suas distributus chiliadas Iud. 6, 15. quibus qui præerant, dicebantur אלופים *duces* vel *chiliarchi.* vid. not. Mich. 5, 1. Intelligitur autem hic chiliarchus non solus, sed cum chiliade sua, cui præest, vt Matth. 2, 6. adeoque sensus est, fore vt gens Philistæa, sublato per Christum intergerini parietis septo, æque ad Ecclesiam populumque Dei pertineat, acsi de chiliadibus Iudæ esset. cf. Eph. 2, 14.

f) Sch. *& euertiet.* Cocc. *& percutiet* (vt cadat) *in mare.* Verbum hoc *defigendi* ac *intrudendi* vim habet 1 Sam. 2, 14. c. 19, 10. Hos. 14, 6. At Vulg. *percutiet in mari fortitudinem eius.* q. d. percutiet eam, licet fortissima & in ipso mari sita sit. cf. Es. 23, 4. Ez. 27, 27. 32. & *Curt.* lib. 4. c. 2. vbi Alexander Tyriis, Vos quidem, inquit, fiducia loci, quod insulam incolitis, pedestrem hunc exercitum spernitis: sed breui ostendam, in continenti vos esse g) Ion. Syr. Schm. aliique, *opes eius*, coll. infra c. 14, 14 Ps. 62, 11 Sed Tarn. *præmunitionem eius*, valla, muros, propugnacula, arces. cf. Ps 48, 14. Ps. 122, 7. & absolutum חיל 1 Reg. 21, 23. Immo quicquid illa *roboris* habet. Es. 43, 7. h) *ipsaque* Tyrus, quod ad ædificia eius, *igne consumetur*, cibus & materia flammæ futura. Am. 1, 10 *Curtius* lib. 4. c. 4. Alexander, inquit, exceptis qui in templa confugerant, omnes interfici, ignemque tectis iniici iubet.

℣. 5. i) *Videbit* hoc *Ascalon.* Philistæorum hæc satrapia erat, sicut & sequentes Gaza, Ekron, Aschdod, coll. Ios. 13, 3. 1 Sam. 6, 17. Adeoque a Tyriis ac Sidoniis transit nunc ad vicinos & fœderatos Philistæos: contra quos vide Es. 14, 29. seqq. Ier. 47, 1. seqq. Ez. 25, 15. seqq. Am. 1, 6. seqq. & Zeph. 2, 4. seqq. k) *& timebit*, post Tyrum ab hostibus horribiliter excisam, eadem fata, nec vano augurio, sibi ominans. l) *& Gaza*, sc. videbit & timebit. Vid. not. Ios. 10, 41. m) *ac dolebit.* Hab. 3, 10. Ps. 97, 4. velut parturientis tormina expertura Mich. 4, 9. 10 n) *& Ekron* sc. videbit, timebit, dolebit. Hæc enim ex antecedd. repetenda Ios. 13, 3. o) *Vulg.* & *Syr.* intransitiue: *quoniam confusa est spes eius.* Ita cf. c. 10, 5. Es. 30, 5. Ier. 2, 26. c. 16, 14. At *Tarn.* transitiue: *eo quod pudefecerit* ipsam, ac tur-

---

℣. 5. תרא *Resch* per *Tsere* 1. 2. 3. 5. 6. 9. 10. 11. 14. At *milel* 11. 18. & *Ba.* contra *M. I.* Cf. similem formam Mich. 7, 10.

8 בִּיהוּדָה וְעֶקְרוֹן כִּיבוּסִי׃ וְחָנִיתִי לְבֵיתִי מִצָּבָה מֵעֹבֵר
וּמִשָּׁב וְלֹא־יַעֲבֹר עֲלֵיהֶם עוֹד נֹגֵשׂ כִּי עַתָּה רָאִיתִי
9 בְעֵינָי׃ גִּילִי מְאֹד בַּת־צִיּוֹן הָרִיעִי בַּת־
יְרוּשָׁלַ͏ִם הִנֵּה מַלְכֵּךְ יָבוֹא לָךְ צַדִּיק וְנוֹשָׁע הוּא עָנִי

ה׳ במקום א׳ rum superstitione serua-
מלרע ta: h'c vero ethnicorum communio cum populo

f) & Ekron, quæ Philistæorum satrapia v.5. Ios 13,3. Beelzebubum coleus 2 Reg 1,2. 3.6. adeoque a ciuitate Dei quondam exclusa & ἄθεος in hoc mundo fuerat Eph.2,12. g) Ion. implebitur domo (familia) Israelis sicut Ierusalem. Adeoque pro nomine vrbis potius, quam gentilitio, accepit: Ekron fiet sicuti Iebus l. vrbs Iebusitarum, cessura videlicet Israeli. quomodo occurrit Ios.15,8.c.18,28. Verum vt membro præcedenti, cui hoc nostrum respondet, ἰσοκωλία gentis vtriusque, Philistææ ac israeliticæ, sine dubio indicabatur; ita & hic כיבוסי vt gentile (quale propter terminationem suam proprie est) interpretandum venit: sicut Iebusita vel Iebusitæ, dicti a Iebus, quod vetus Hierosolymæ nomen est, coll. Iud 19,10.11. 1 Par. 11,4. Num vero prisci, an recentiores Iebusitæ seu Hierosolymitæ intelligendi sint, in eo diuersum tenent interpretes. Illud præter alios Theodoretus sequitur, cum ita explicat: Incolis Hierosolymæ συνοικοι fient; illos enim vocat Iebusæos &c. Posterius vero placet Hoeckio in Comm. ad h.l. Habitauerant nimirum Iebusitæ Hierosolymis iam olim, tenentes vsq; ad regnum Dauidis arcem Sion, Israelitis inferiorem vrbis partem occupantibus Ios.15,63. 2Sam.5,6.9. Ad istam ergo cohabitationem Hoeckius putat respici, vt sensus sit: Philistæi habitabunt in populo Dei, sicut olim Iebusitæ inter Iudæos. Atque id quidem suo modo admitti potest, nisi quod d. pagem illa cohabitationem habuit. ab hac ipsa, de qua agitur i præsenti, illic habitabant Iebusitæ cum Iudæis contra voluntatem & mandatum Dei, qui eos iusserat exstirpari; in detrimentum tribus Iudæ, cui sorti de cedebant, quod tenebatur a Iebusitis; denique fœdi idolorum

Dei indigitatur, quam habituri sint ex beneficio & indulgentia Dei, quæque Ecclesiæ Israeliticæ sit gloriosa futura, supposita ethnicorum conuersione. Putamus igitur, potissimum hic respectum esse ad Iebusitarum reliquias, post expugnatam a Dauide Zionem Hierosolymis manentes, suscepta veri Dei religione: talis enim erat Arauna, regulus quondam illius gentis, qui Hierosolymis non solum mansit, sed fundos etiam in monte Moriia habuit, quib' templum postea, non sine mysterio ac nutu prophetico, fuit superædificatum 2 Reg.24,18.20. seqq. vbi vide sis nostras adnotationes. cf. Ps.87,4.5 6. it. Gen.9,27. ℣. 8. h) Et castra metabor circum domum meam Ps.34,8. cf. supra c.2,9. & Gen.32,2.3. 2 Reg 6,17. i) quæ est Ecclesia 1Tim.3,15. Tarn. k) Tarn. propter exercitum hostium, subinde irrumpentium, vt hosce abigam, & propter transeuntes &c. Pariter Kimchi: vt ne amplius timendam sit ei ab obsessore exercitu, neque a transeunte &c. quasi asyndeton esset, & מצבה an isthæc hon pro מצבא per Aleph: quorum neutro est opus. Nobis enim est a יצב cum præform. Mem & He seruili: castra metabor vel circumsidebo domum meam statione, præsidio (1) coll. מצבה per Pat. 1 Sam.14,12. מצב c.13,23. & נציב per Kibbuts Es.29,3. & cognat. נציב 1Sam.13,3.4. quæ stationes militares siue præsidia, τὰ φρούρια ἔνεκα per vrbes disposita, notant. Hanc etymologiam metaphrastæ veteres vniuersi, excepto Vulg. secuti sunt. Neque ellipsis præfixi ב difficultatem habet. coll. Es.29,3. vbi simili: est. Ion. & habitare faciam in domo sanctuarii mei maiestatem gloriæ meæ & fortitudo brachii potentiæ meæ sicut murus igneus cinget eam circumcirca. l) ad securitatem ei præstandam a transeunte ac reuertente, h.e. peregrinis vltro citroque commeantibus, c.7,14. Ez.35,7. coll. Ps.80,13 Ps.89,42. m) nec transibit amplius Es.22,15.18. saltem cum effectu & perseueranter. cf. enim infra c.12,2. seqq. c.14,1 seqq. n) exactor, i. e. tyrannus. Es.9,3. c.14,2. o) nunc vidi, quid Hierosolyma ab hostibus passa sit; & ita quidem vidi, vt misertus miseriæ eius, ei succurrere nunc decreuerim, postquam satis diu hostibus conniuere, aut ignorare quæ facerent, visus sum. cf. Ex.2,25 c 3,7. Act.7,34. Ion. quia nunc manifestaui fortitudinem meam ad benefaciendum eis. Sic Tarn. Facile videbis, inquit, cur dicat se iam vidisse, qui tn. nunquam non videt, quia iam facit, vt alii experiantur, cum vidisse, quemadmodum dicitur recordari, quando hoc aliis manifestat per opera. ℣. 9. p) Quapropter exulta valde. Es.29,19 Ioel 2,23. Promiserat Deus, se ipsas gentes conuersurum, v. 7. domumque suam ab hostibus tutaturum, v.8. Vtrumque ad Sionem, siue Iudaicam Ecclesiam, inprimis spectabat, quam his ipsis promissionibus solari atque erigere intendit. Eam igitur nunc excitat ad gaudium, idque non simplex & vulgare, sed singulare & eximium, quod in externos etiam gestus ac hilarem exultationem erumpat, & quidem valde Hos.9,1. Iob.3,22. cf. Ps. 24.7. Quod gaudium vt eo magis promoueatur, in consequentibus caussam atque materiam eiusdem exponit, sc. Messiæ, per quem & superiora illa beneficia obuentura essent, aduentum, qualitates, regnum, & bona spiritualia: adeo, vt superiorum plane hæc simul confirmatio sit. Ceterum pro Exulta valde, Ioannes, ad sensum respiciens, c 12,15. habet, Ne time: quia qui valde exultat, non metuit. Matthæus vero c.21,5 loco eius præmittit. Dicite filiæ Sionis, ex parallelo Es.62,11. q) Ion. Ecclesia Sionis. Zeph.3,14. Filia, inquit Cocc. Lex.106. addito nomine vrbis vel gentis, notat omnes filios vrbis vel gentis. r) vociferare ac iubila. Es. 44, 23. Esr. 3, 11. adeoque gaudium tuum effere, non solum gestu & corporis habitu, quod est גיל, sed voce etiam, quæ vis huius verbi est. Huc igitur spectant lætæ acclamationes Hosanna &c. Matth 21, 9. 15. s) Es. 37, 22. t) Ecce! Demonstratiuo vtitur, vt rem diu speratam oculis nunc velut præsentem subiiciat. Es. 35, 4 c. 40, 9. c. 62, 11. Vide not. supra v. 4. u) Rex tuus. Ingenue R. Sal. Non potest, inquit, nisi de MESSIA explicari, coll. v. 10. talem quippe Regem, qualis hic describitur, non inuenimus Israeli sub Templo secundo fuisse. Sic & alii apud A. Esram, qui vero de Iuda Maccabæo non minus perperam, quam R. Moses Haccohen de Nehemia, hunc textum explicant. cf. supra c.6,13. Es.24,23. Hos.3,5. Ps.24,7.8. Ps.72,1. x) veniet nec vltra differet aduentum c.2.14. Gen.49,10. Es.35,4. Hab.2,3. Ps.50,3. Recte autem (inquit Tarn.) in Futuro Veniet Zacharias, quia de Futuro ipsi sit sermo; & recte in Præsenti vterque Euangelista (Matth.21,5. Ioh.12,15.) ἔρχεται, quia iam reuera aduentabat, quem venturum Propheta promiserat. y) tibi tuoque solatio, commodo & bono. Si igitur tibi venit, tuum quoque est, ob aduentum eius inprimis gaudere. Ion. intra te s. in medium tui. z) iustus, cum in se, quia in eo nulla est prauitas; tum effectiue, quia iustitiæ conciliator est. 2Sam.23,3. Es.45 24. c.53,11. Ier.23,5.6. 1Cor.1,30. 2 Cor.5,21. Ioh.1,1. Cuius exegeseos fundamentum etiam in præmisso Pronomine tibi latet. a) Ion. LXX. Ar. Syr. Vulg. & saluator. Ex quo vero non sequitur, vocem נושע in codice Hebr. vel מושיע fuisse corruptam, sed hoc tantum, eos Participium נושע actiuo s. deponentiali significatu accepisse. forte vt נשבע est iurare, נכסף desiderare. Vid. Glassii Phil. S. p.168. Sunt qui Niphal de actione immanente reciproca exponunt, Saluator sui ipsius, l. saluans seipsum diuino suo robore suo, coll. Es.59,16. c.63,5. Ioh.10,17. quemadmodum נשמר est custodiens se ipsum &c. Pfeiffer in Dub. Vex.p.550. est Participium nominascens vel nominaliter exponendum, salutaris, salute præditus, salutem & habens ipse & dans aliis. Verum nos, vti lectionem Hebraicam, sic & constantem huius verbi in Niphal significationem lubenter retinentes, cum aliis passiue reddimus & saluatus coll. Deut.33,29. Es 45,17. Ps 33, 16. &c. D. Kimchi & M. I. exponunt: saluatus ob iustitiam suam quod cf. cum Act.3,35. 1 Tim.3,16. Ceterum Actiuum Saluator non tam gemma ica simul inuoluit, quam res ipsa veluti consequens in sinu suo fert: saluatus n. est non sibi, sed (vt Propheta Sion em alloquens dixerat) Tibi. Videlicet dum Christus secundum humanam naturam ipse reuera e passionibus ac morte saluatus est, omnibus quoque, qui ei obtemperant caussa salutis æternæ exstitit; ita vt in salute eius, etiam passiua, iubilent. Hebr.5,7.9 Ps.20,2 3.6.7 Ps.69 30. Es.53 8. Act.2,24. Et hac ipsa de ratione populus Christi, cum ad vrbem veniret, atq; hoc vaticinium Zachariæ impleret, vnanimi illud Hosanna (h.e. salua Deus Messiam nostrum) ex Ps.118,25. adclamarunt Matth 21,9.15. Ioh.12,13. quia salutem suam inde erant pendere a salute Regis atque Messiæ sui. Quapropter R. Alba belle dixisse fertur: Et tua & nostra el redemptio hæc, t bi ac nobis salutis solatque vt hoc magis intelligatur, addit R. Barachias sacerdos: En! quid scriptum sit: Ecce Rex tuus veniet: tibi iustus & saluatus. Saluans hic non scriptum est, sed saluatus l. saluandus. Vide hæc in Ialkut Schimeoni II. fol.87 4. b) miser tn. seu inops, nec splendore vllo humano aut potentia nobilis. Hæc n. constans & formalis est huius formæ significatio: quod l. ex eo patet, quod cum synonymis pauper, dolens, exspirans, atteritus, & in Scripturis iungi fere solet, coll. Deut.24,14. Es 26,6. Zeph.3,12. Ps.69,30. P.88,16. Recte igitur Vulg. & Syr pauper. cf. Matth.8,20. Luc.9 58. 2Cor.8 9. Phil.2,6. sqq. At Ion. LXX. & ex his Matth 21,5. πραΰς mansuetus; Ar. denique, ex Gr. πραΰς, humilians se vel humilis. quæ qd optime conciliari possunt, quia hic talis intelligitur miseria inopiæ, ad quam Christus sese sua sponte demisit, quæ proinde non potuit non comites habere humilitatem & mansuetudinem. cf. Matth 11,29. Eph.4,2. Interim mansuetudinis notio proprie non huius, sed cognatæ est formæ ענו Num.12,3. Iustinus, quem Scholia Gr. allegant, dupla versione expressum dedit πραΰς καὶ πτωχός. Ceterum hos characteres Messiæ, & paupertatem eius inprimis, solicite hic signauit Deus, vt ne, quod futurum cernebat, Iudæi Messiam suum l. hoc ipso nomine, quod pauper, humilis atq; inops esset, aspernarentur, rum cf. m. Es.53,14 15. c.53,2. seqq. & vide Dissert. de Nominibus Christi, Exinanitionem ipsius designantibus p.10. seqq.

וְרֹכֵב עַל־חֲמוֹר וְעַל־עַיִר בֶּן־אֲתֹנוֹת׃ וְהִכְרַתִּי־רֶכֶב י
מֵאֶפְרַיִם וְסוּס מִירוּשָׁלִַם וְנִכְרְתָה קֶשֶׁת מִלְחָמָה וְדִבֶּר
שָׁלוֹם לַגּוֹיִם וּמָשְׁלוֹ מִיָּם עַד־יָם וּמִנָּהָר עַד־אַפְסֵי־אָרֶץ׃
II גַּם־אַתְּ בְּדַם־בְּרִיתֵךְ שִׁלַּחְתִּי אֲסִירַיִךְ מִבּוֹר אֵין מַיִם בּוֹ׃
שׁוּבוּ

quam sequebatur, accederet pullus. e) *filio asinarum.* Coccejo Lex. p.105. est assectans gregem matrum, atque ita a nemine insessus hactenus. cf. Marc. 11, 2. & not. Num. 29, 13.

℣. 10. *f) Exscindam enim currus.* Cohæret cum vltimo membro versus antecedentis. Vult enim dicere: Priscis quidem temporibus Ephraimitæ curribus, Hierosolymitani equis, ambo armorum apparatui sæpe confisi sunt Es. 2, 7. c. 31, 1. Ne igitur simili dementia Messiam sperent Iudæi, qui bello inclutus, curribusque & equis populum suum sit saluaturus, dixi, Messiam non vt gloriosum imperatorem, bellico equo insidentem, sed vt asino vectum, h. e. humilem atque pacificum, olim Hierosolymis adfuturum. Bellicos enim istos adparatus & inanem in illis fiduciam destruam ego potius, tantum aberit, vt ad populi mei liberationem, quæ spiritualis erit, adhibeam. cf. Hos. 14, 4. & not. Mich. 5, 9. Ps. 20, 8. *g) arcus bellicus*, synecdochice pro quolibet armorum genere. Ion. *& frangam robur facientium prælium, exercitus gentium.* Potius: faciam, vt cesset in Ecclesia armorum carnalium vsus, & gentes ipsæ, verbo Euangelii mansuefactæ, *pacem* inuicem & cum populo Dei colant. Cf. infra not. c. 10, 5. 1 Sam. 2, 4. Es. 2, 4. Hos. 2, 20. Mich. 4, 3. Ps. 46, 10. *h) quippe* (si quæris, quomodo id futurum, vt cessent currus, equi, arcus) *loquetur* Rex tuus ille (v. 9.) *pacem* gentibus, conciliando illas inuicem & tecum, vt suauiter concordent, abolita inimicitia, Eph. 2, 15. 16. 17. Est hic fructus regni Christi, qui princeps pacis Es. 9, 5. c. 66, 12. Mich. 5, 4. Ps. 72, 3. Emphatica phrasis: *Pacem loquetur*, ac dum loquetur, legem pacis haud repugnantibus imponet. Scil. mundani Reges pacem vix aliter impetrant, nisi bello & armis: sed Christus eam consequitur Euangello & verbo, quod vincit populos nec sinit esse feros. Est igitur efficax ac diuinæ potentiæ verbum, quod hic intelligitur, ipsum effectum comitem habens; quale est verbum *præcipere* Leu. 25, 21. Es. 45, 12. &c. *i) & dominari* (dominium) *eius* erit, hoc est dominabitur. Dan. 11, 4. cf. supra c. 6, 13. Ps. 22, 29. *k) a mari* vno *vsque ad* alterum s. oppositum *mare.* Ps. 72, 8. seqq. Ps. 89, 26. Ion. *a mari ad Occidentem vsque.* Vid. not. Mich. 7, 12. *l)* Ion. *& ab Euphrate.* Sic phrasis tota e rationibus finium terræ sanctæ & amplitudine regni Israelitici sub Dauide ac Salomone, ceu typo rei maioris, desumta esset. coll. Ex. 23, 31. Deut. 11, 24. Ios. 1, 4. 1 Reg. 5, 1. accipienda tamen pro magnitudine huius promissionis in sensu longe augustiori, vt regnum intelligatur catholicum & vniuersale super omnes gentes. Vnde *LXX. Vulg.* & *Ar.* non male: *& a fluminibus*, sc. quæcunque illa sunt, coll. Ps. 89, 26. *m) vsque ad fines terræ*, vsque eo, vbi desinit terra, h. e. super terram vniuersam. Es. 45, 22. Ps. 2, 8. Ps. 59, 14. Ps. 72, 8. cf. Es. 9, 6.

℣. 11. *n) Etiam tu*, sc. o Sion! coll. v. 9. Ad hanc igitur prophetiæ filum, post pacificum Christi in vniuersas gentes dominium descriptum, nunc reuertitur, vt promissi Regis aduentum, quem ipsis gentibus salutarem fore dixerat, ei inprimis adplicet & commendet. Qualis transitus etiam est Es. 2, 5. coll. v. 2. 3. 4. Bene igitur *Tarn.* nexum cum antecedd. hunc facit: Quando vero dictum est, longe lateque dominaturum tuum Regem, o Hierosolyma, ita velim hoc accipias, quod etiam ad te maxima huius imperii redundet commoditas. nam *etiam tu* &c. De emphasi copulatiui *etiam* vid. v. 2. 7. & c. 8, 21. *o)* Sch. *Etiam quod ad te, per sanguinem fœderis tui emittam* &c. Verum sic Pronomen *Tu*, quod coniunctiuum habet accentum, subdistinctiuum requireret denuo maiorem. Tarn. *etiam tu* sc. partem habebis in hoc regno, immo per Christum regnabis Apoc. 1, 6. 1 Pet. 2, 9. *per sanguinem fœderis tui.* Existimat a. hic iam esse membrum seu comma quoddam versus absolutum per accentum *Rbhia*, ita vt noua post eum incipiat propositio de emissione vinctorum ex fouea. Sed propositionem hic nondum terminari, exinde colligi potest, quod hic tantummodo subdistinctiuus accentus, super מִבּוֹר vero (*ex fouea*) dominus demum, sensu ne sic quidem penitus absoluto, positus sit. Ex quo adparet, accentus illos *Sakephk.* & *Rbhia* non propositiones, sed propositionum connexa & membra distinguere. Adeoque sic vertimus: *Etiam, quod ad te, in sanguine fœderis tui* consideratam, *emittam* &c. *R. Sal.* intelligit de merito sanguinis fœderalis, sparsi super Israelitas in Sinai, coll. Ex. 24, 8. Sic *Ion.* qui vero textum propheticum ac de futuris agentem, in mere historicum conuertit: *Vos quoque, quibuscum super sanguine* (cf. Ps. 50, 5.) *sancitum est fœdus, vos, inquam, redemi ex seruitute Aegyptiorum; tribui vobis necessaria in deserto, quod desolatum erat sicut fouea vacua, in qua aqua nulla est.* Verum nos intuitu scopi, quem in hoc vaticinio propheticum esse, cum antecedentia cum consequentia docent, potius accipimus *de sanguine noui fœderis*, de quo Es. 42, 6. Ier. 31, 31. sqq. hoc est, *de sanguine Iesu Christi*, quippe qui noui fœderis testator & sponsor mediante sanguine suo exstitit. coll. Matth. 26, 28. Act. 20, 28. Col. 1, 13. 14. Hebr. 9, 11--18. c. 10, 29. c. 13, 20. *p)* LXX. Syr. Ar. & Vulg. *emisisti.* Et sic B. *Lutherus.* quasi esset 2. pers. cum *Iod* paragog. qualis forma in Cthib exstat Ier. 3, 5. c. 13, 21. c. 31, 21. Ez. 16, 20. 22. 43. &c. Probat hoc *Hillerus* in suo *Cthib & Kri* p. 381. sensum h. m. explanans: *Etiam tu*, filia sc. Sionis & Hierosolymæ, Christi redemtoris Ecclesia, *propter sanguinem fœderalem*, a Christo fusum, *emisisti vinctos tuos*, i. e. emissos aut solutos habuisti peccatorum vinculis antea constrictos, coll. *cæsariem non demittant* pro *cæsariem promissam ne habento* Ez. 44, 20. Rarior tamen illa forma est, nec in Cthib vspiam vsurpata; apud Syros vero perpetua quidem, sed præuio Schua, vt in allegatis *Cthiban.* Vertimus igitur *emisi*; quod vero prophetice effertur pro *emittam.* Contrarium hoc est τοῦ Φρουρεῖσθαι s. *detineri* in vinculis, custodia, seruitute, Es. 45, 13. c. 52, 6. Ier. 34, 9. seqq. c. 50, 33 cf. Gal. 3, 23. *q) vinctos tuos*, quos modo *vinctos spei* vel *ad spem* vocabit v. 12. cf. Es. 42, 7. c. 61, 1. & 2 Tim. 2, 26. Hebr. 2, 14. 15. *r) ex fouea, in qua non sunt aquæ.* Gen. 37, 24. Ier. 38, 6. seqq. *Fouea* pro carcere Ex. 12, 29. Ier. 37, 16. Captiuitatem intelligit *R. Sal.* At *Cocc.* Lex. p. 92. Conclusi erant, inquit, Israelitæ sub lege, tanquam in custodia, expectantes apparitionem Christi & manifestationem vitæ æternæ. In quo statu iugum intolerabile ferebant, esurientes & sitientes. Sed non datum est videre Christum, & verba eius audire, & ita a siti sua recreari. Cf. Gal. 3, 23. Hebr. 2, 15. Es. 55, 1. c. 61, 1. Ier. 31, 14. 25. Sic etiam *Gurtler.* Voc. Typico-Prophet. p. 12. & Theol. Proph. p. 135. explicat. Fideles liberaui a seruitute legis, in qua viuentes haud audiere lætam de peccatis fuso Messiæ sanguine deletis doctrinam. Cf. infra c. 14, 8. Es. 41, 17. &c. Alii: e lacu infernali, coll. Esa. 30, 33.

c) *insidens asino*, non ex defectu, vt ait *Kimchi*, (totus enim mundus erit in potestate eius) sed humilitate, atque vt doceat, equis & curribus Israelem haud opus habiturum. coll. v. 11. Et sic *R. Sal.* & *M. I.* Cf. Hos. 14, 4. Ps. 147, 10. Olim quidem & nobilissimos asino vehi haud dedecebat Iud. 10, 4. c. 12, 13. 2 Sam. 17, 23. &c. itaque Christus, vt qualecunque regni sui specimen Iudæis ederet, asino vectore, cum Hierosolymam ingressus esset, vsus est. pompa nimirum regis hæc erat, sed pauperis, & qui latebat sub veste serui. Vid. *Boch.* Hieroz. I. p. 184. Ceterum sicut hic agitur de Christi aduentu primo eoque humili, sic contra Dan. 7, 13. de altero eoque glorioso in nubibus. *d) &, seu hoc est, vel videlicet super asino* (8) Iud. 10, 4. c. 12, 14. Es. 30, 6. Iob. 11, 12. Nomen hoc apud Hebræos æque ac Arabes *asinum* notat sine discrimine ætatis; estque a rad. Ar. עיר *proficisci*, quia expediundis itineribus asinus iumentum est commodum. Ad significationem vero *pulli* seu *iuuenis asini* h. l. restringitur demum per adiectum *filio asinarum*; non aliter ac שׁוֹר, quod *bouem* in genere, adiecto vero בֶּן בָּקָר *iuuencum* significat. Ceterum *Et* h. l. & Matth. 21, 5. non copulatiuum, sed exegeticum est, vt Gen. 13, 15. 1 Sam. 17, 40. *Pullo* enim tantum insedit Christus Marc. 11, 7 Luc. 19, 30. Ioh. 12, 14. 15. Nec obstat pluralis ἐπάνω αὐτῶν Matth. 21, 7. Monente enim *Tarn.* sæpe in Scriptura pluralis vsurpatur, cum vnus vel vnum ex pluribus tantum intelligitur, coll. Gen 8, 4. Iud. 12, 7. Asinam tamen, vt iussi erant, simul adduxerunt discipuli, non vt Dominus illi insideret, sed vt tanto facilius cum matre, quam

---

℣. 10. וְהִכְרַתִּי per *Dagesch* mil.a 6. 9. 20. at per *Pesikan*. 1. sic su. 5. עַד־יָם cum præf. *Vau* 2. & in marg. 6. 9. 10. ℣. 11. גַּם־אַתְּ בְּדַם ita 3. sic se. 5.

שׁוּבוּ לְבִצָּרוֹן אֲסִירֵי הַתִּקְוָה גַּם־הַיּוֹם מַגִּיד מִשְׁנֶה אָשִׁיב 12
לָךְ׃ כִּי־דָרַכְתִּי לִי יְהוּדָה קֶשֶׁת מִלֵּאתִי אֶפְרַיִם וְעוֹרַרְתִּי 13
בָנַיִךְ צִיּוֹן עַל־בָּנַיִךְ יָוָן וְשַׂמְתִּיךְ כְּחֶרֶב גִּבּוֹר׃ וַיהוָה 14
עֲלֵיהֶם

℣. 12. s) Ion. *Reuertimini vt fiatis*, h. e. *iterum fiatis ciuitatem munita*, sc. postquā diu satis, quantum ad vrbes vestras, desolati fuistis. Sic ל terminum mutationis vel effectus notaret, totaque phrasis sumenda esset, vt Es. 29,17. Simplicius v. pleri que: *Redite ad munimentum* vel *arcem*, vt ל terminum motus ad quem significet: quomodo phrasis illa frequentius occurrit, e. g. Gen 18,33. Ez. 16,55. Ps. 7, 8. Per *munimentum* vero intelligit *Kimchi* Deum ipsum, qui est instar arcis ac turris fortis, Ps. 61,4. Prou. 18, 10. *Cocc.* Christum, qui est arx salutis omnibus confugientibus ad illum, Ps. 2, 11. id quod etiam Lex. 853. sic declarat: Omissa, inquit, arce manibus facta, veram arcem apprehendite, a qua defecistis. Ita cf. supra v. 9. Malumus nos Ciuitatem Dei seu Hierosolymam intelligere, non corporalem, quæ quidem & ipsa *Munimenti* nomine apud Zachariam venit, coll. c. 11, 2. sed mysticam ac spiritualem Ps. 46, 5. 8. Ps. 87,3. quam & Esaias c. 26, 1. 2. laudat vt vrbem fortem, cuius muri ac antemurale salus, ingressuri v. eam gens iusta, fidelitates seruans. Sic *Tarn.* ad munitionem, inquit, h. e. Ecclesiam vos conferte, quam Deus ipse suo munit præsidio. Est autem hæc apostrophe parænetica ad filios Sionis. cf. 2 Pet. 3, 17. t) οἱ δέσμιοι τῆς συναγωγῆς. Sic *Syr.* & *Ar.* Recte quidem illi, quod ad rem, (nam ad Synagogam Iudaicam inprimis hæc attinet compellatio) quanquam minus idonee, quod ad philologiam: nomini enim, quod *exspectationem* ac *spem* alibi constanter notat, nouam illi significationem tribuerunt a Verbo נקוה *congregari* Ier. 3,17. Rectius igitur *Vulg.* aliique, *vincti spei*: quod Jon. explicat, *vincti qui sperauistis redemtionem.* *Cocc.* Lex. p. 740. Qui in custodia continemini, vt exspectetis regem venturum Sioni, cf. not. v. 11. item Es. 61,1. Ps. 14,7. Ps. 68,7. Ps. 107, 10. Videlicet sub lege, tq. in custodia, conclusi erant Iudæi, vt sic exspectarent apparitionem Christi tanto auidius. Gal 3,23. u) *Etiam hodie*, sc. die s. *tempore noui testamenti*, cum promissus ille Rex venerit v. 9. Loquitur enim hic Deus, non quasi eminus futura commonstrans, sed quasi diem, qui futurus erat, præsentem iam stitisset. x) *Cocc.* Lex 930. *indicem alterum*, ἄλλον παράκλητον Ioh. 14,16. addens: Christo in gloriam suscepto, effanditur Spiritus filiationis. Eodem modo etiam *Vitringa* ad Apoc. p. 562. Sed ab eis nos dissentim⁹, cum quia coniunctio *etiam* relationē hic manifestam facit, non inter Christum ipsum ac Spiritum S. sed inter *hodie*, h. e. initium N.T. ac periodum V.T. cum quia מִשְׁנֶה obseruante *Gussetio* 875. in ratione munerum, quæ fungenda dantur, non notat successorem in ordine pari, seu qui eodem tempore constituitur ad exercendum, sed in gradu inferiori, 2 Reg. 23,4. c. 25,18. Neh. 11,17. Esth. 1,3. quod vero Spiritui S. non satis commode conuenire potest. Ergo sic potius: *Etiam hodie* (& nunc quidem multo magis ac eminentius, quam olim) *indicantem* vel *qui indicet duplum* vel *tantundem* boni, quantum perpessa es mali, *reddam tibi*, sc. Christum ipsum cum Apostolis suis ac Euangelistis. q. d. Habuisti olim Prophetas, qui annunciatione bonorum, quæ Deus tibi facturus esset, te consolati sunt: faciam igitur, vt nunc quoque habeas rursus, qui τὸ ὑπερέχον s. diuitias gratiæ meæ tibi pandant. cf. Esa. 52,7.8. *Duplum* pro larga ac superabundanti bonorum compensatione in vicem mali Es. 40,2. c. 61,7. cf Ex. 16,5.22. Ier. 17,18. c. 16,18. Ion. *hodie quoq; mittam ad indicandum vobis, quod dupla bona, quæ vobis promisi, adducam vobis. Hieronymus:* Habetis Dominum pollicentem, quod, pro breui captiuitatis iniuria, duplicata omnia recipiatis; sicut recepisse legimus & Iob. Cf. Iob. 42,10. ℣. 13. y) *Quoniam*, quod te maxime mouere debet, vt ad munimentum recurras. Ita caussalis esset particula, pendens a priori hemistichio v. 12. Vel ita: *quoniam*, vt exemplis dupli illius boni rationem explicem. Sic declaratiuum foret posterioris hemistichii eiusdem v. 12 Quoquo modo sumatur, reliquam saltem huius capitis partem arcte ista coniunctio cum eis, quæ proxime præcesserunt, copulat. Itaque licet ex Hebræis R. *Sal.* & ex Christianis *B. Tarn.* aliique de Hasmonæorum contra Lagidas Aegypti ac Seleucidas Syriæ ista explicauerint; rectius tamen *D. Kimchi* existimat, continuari etiam hic vaticinium de Messia. Sic enim sua vaticinio toti constabit series, nec opus erit, cum *Vitringa* Doctr. Proph. p. 206. ὕστερον statuere πρότερον: quod quidem, quoad carere possumus, illubenter admittimus. z) *tendam mihi* (supple ex sequenti membro, *vt arcum*) *Iudam*. Thr. 2,4. hoc est, erit mihi Iuda σκεῦος ἐκλογῆς & velut arma, quibus vtar ad gentes & Græcos quidem inprimis regno Christi subiugandos. Circa tropum vaticinii cf. Es. 49,2. Ps. 45,4.5. & Apoc. 6,2. Ita *Cocc.* in Comment. Indicantur hic, inquit, inprimis Apostoli omnes tribus repræsentantes: cum etiam credentes ex omnibus tribubus. Sic etiam *Gurtler.* Theol. Proph. p. 135 de adductione Græcorum in regnum Christi per fideles e Sione, explicat. Ipseque *Vitringa*, quem modo vt dissentientem allegauimus, subscribit in Comment. ad Apoc. p. 326 vbi, *Iuda & Ephraim*, inquit, in spirituali bello sunt *arcus*, ab ipso *Deo tendendus* & implendus. Et paulo post: *Sagittæ* cum notent ipsum verbum Euangelii, quouis gladio ancipite penetrantius, *Arcus*, vnde *Sagittæ* illæ emittuntur, necesse est significet doctores & præcones, ex quorum ore hæc spicula prodeunt, in animis aduersariorum Christi alte infigenda. -- Quem arcum Christus *calcare* vel *tendere* dicitur, vbi ministros suos per Spiritum suum instruit, animat mouetque &c. Ion. *roboraui coram me domum Iudæ.* a) & veluti *arcum*. Subintelligitur id quidem & præcedenti membro, quod Verbum *calcare* seu *tendere*, innuit; sec. accentus tamen referri debet ad sequens τὸ τόξον. cf. Apoc. 6,2. Ion *sicut arcum textum in receptaculo armorum* seu *pharetra*, coll. Targ. Es. 49,2. Verum arcus cum tenditur, in pharetra haud solet condi, sed ad iaculandi vsum adplicari. cf. Ps. 127,4. b) Ion. *impleui* (h. e. *implebo*) *fortitudine*. Alii supplent *spiculis*. quod vero in pharetram aptius, quam arcum quadrat, coll. Ps. 127,5. nam *implere* aliquid aliqua re de collectione & copia dicitur, arcui vero singula ad singulos iactus imponuntur spicula. Itaque *Cocc* Lex. 436. vt *arcu impleui* manum meam *Ephraimo*. Sed idem hic esse videtur *implebo*, quod *tendam* præcedenti membro. Sc. vt *vocem implere* est eam *intendere* Ier. 4,5. quidni m. dici possit *arcum implere* pro tendere? Sic Arabes dicunt *implere visum ad aliquem* pro *intendere*, &, quod propius facit, *implere* simpliciter vel *implere tractionem in arcu*, pro *arcum valide tendere*, neruo nimirum fortiter ad iaculandum attracto. Sic 2 Reg. 9, 14. *impleuit manum suam in arcu* est *manu fortiter arcum tetendit.* c) Inde *D. Kimchi* colligit, esse promissionem de diebus Messiæ. Vid. infra c. 10,6.7. & cf. not. c. 8,1.12. Ier. 30,4. Mich 2,12. Ion. *domum Israel*. Scilicet Ephraim per synecdochen aliquando venit pro X. tribubus, Iudaico regno contradistinctis. Vid. Ier. 31,9.18.20. d) *& agitabo*, velut arma contra hostem agitantur, v. g. hasta 2 Sam. 23.18. arcus Hab. 3.9. scutica Esa. 10,26. Sic igitur allegoria ex antecedentibus esset continuata, vt membro sequenti. Quod nisi placet, verti etiam potest *& excitabo*, h. e. adducam & ad aggrediendum intrepide bellum animabo, coll Ier. 6,12. Ps. 80.3. Ion. *& faciam prævalere* vel *fortes reddam*, vt infra c. 10,6 e) *super filios tuos, o Iauan*. Est noua apostrophe. Et Sionis & Græciæ filios ita compellat, ac si ambos coram alloqueretur. f) *o Iauan*, quod demtis vocalibus *Ionia* est. Ponitur a. pro tota *Græcia*, a Thracia vsque ad Isthmum, coll. Ez. 27,13.19. Dan. 8,21. Ioel. 4,6. Quo facit Scholiastes Aristophanis in Acharnan. *Omnes Græcos barbari Iaones appellabant.* & columna olim a Theseo in ipso Isthmo erecta cum hac inscriptione, qua parte spectabat Megaram, *Hæc sunt Peloponnesus, non Ionia*. Vide *Bochart.* Phal. lib III c. 3. Dicta fuit a *Iauane* Iapeti filio, a quo & Peloponnesii sunt, cum Italis aliisque nationibus Gen. 10,2.4. ita vt obscurum non sit, Græcos hic synecdochice pro gentibus ac Europæis, maxime quæ mediterraneum mare accolunt, venire. Vnde Ion. *super filios populorum*. Et in N.T. *Græci*, Iudæis oppositi, sunt Ethnici Rom. 1,16. c. 2,9.10. Conuenit autē hoc cum aliis prophetiis, primam dilatationem regni Christi inter Iapetitas & insulas maris innuentibus Gen. 9,28. Es. 42,4. c. 49,1. c. 51,5. c. 60,9. Ps. 72,10. g) *& ponam*, h. e. faciam *te*, Sionem. Es. 41,15. h) *vt gladium*. Efficacia comitans ministerium hoc exprimitur comparatione virtutis, quæ est in heroe fortiter vibrante gladium, coll. Rom. 1,16. *Cocc.* h. l. Cf. Esa. 49,2. Hebr. 4,12. i) Ion. *in manu fortis* s. bellatoris strenui. Ps. 127,4. Est hic Dominus ipse Es. 9,5. Ps. 24,8. Ps. 45,4 *Filii Sionis* vero non nisi instrumenta, quibus ille ad dilatationem regni sui vtetur. cf. tamen infra c. 10,5.6.7. & Iud. 7,20. ℣. 14. k) *Ithoua enim*. Est confirmatio ac declaratio v. 13.

עֲלֵיהֶם יֵרָאֶה וְיָצָא כַבָּרָק חִצּוֹ וַאדֹנָי יְהוִה בַּשּׁוֹפָר
טו קמ׳ בו״ק יִתְקָע וְהָלַךְ בְּסַעֲרוֹת תֵּימָן׃ יְהוָה צְבָאוֹת יָגֵן עֲלֵיהֶם
וְאָכְלוּ וְכָבְשׁוּ אַבְנֵי־קֶלַע וְשָׁתוּ הָמוּ כְּמוֹ־יָיִן וּמָלְאוּ
16 כַּמִּזְרָק כְּזָוִיּוֹת מִזְבֵּחַ׃ וְהוֹשִׁיעָם יְהוָה אֱלֹהֵיהֶם בַּיּוֹם
הַהוּא כְּצֹאן עַמּוֹ כִּי אַבְנֵי־נֵזֶר מִתְנוֹסְסוֹת עַל־אַדְמָתוֹ׃
כי

lia, Ef. 29, 6. Ier. 23, 19. Nah. 1, 3. qualia si & hic intelligere luberet, sensus foret, Deum Euangelii sui neglectum ac inobedientiam in pertinaciter improbis potenter vindicaturum. Id quod Iudæi primum, deinde etiam Romanus orbis, experti sunt, vt historia & S. Apocalypsis testatur. ỳ. 15. *q*) Vid. Hos. 12, 6. *r*) *proteget eos* c. 12, 8. Ef. 31, 5. velut *clypeus* illorum futurus Gen. 15, 1. Ps. 3, 4. Ps. 18, 31. 36. vt contra omnes persecutiones inuicti persistent, ac licet premantur, tamen non opprimantur 2 Cor. 4, 2. 9. immo passionibus animosiores fiant ad annunciandum verbum sine timore Act. 5, 41. Phil. 1, 14. *s*) *Tarn. vt ipsi comedant*, tranquille fruantur rebus suis hostiumque spoliis. cf. Deut. 20, 14. At *Cocc.* ad h. l. *Edunt* (cf. Ps. 22, 30) h. e. accipiunt Spiritus S. institutionem, vt solidentur in fundamento, & vires acquirant in Domino. Verum quemadmodum *bibere*, quod sequitur, se refert ad sanguinem deuictorum, vti posterius hemistichium docet, sic *comedere* ad carnes illorum. Explicamus igitur: *& comedent*, consument, sc. populos; coll. c. 12, 6. Deut. 7, 16. & Num. 14, 9. Pinguntur hic vt animosus ac intrepidus leo, cui cibus fit, quem aggreditur, & sanguis occisorum potus. Num. 23, 24. Mich. 5, 7. Potest hoc itidem ad spirituales Apostolorum de gentilismo victorias referri: populos enim comederunt ac sanguinem illorum biberunt, dum eos abolita idololatria regno Christi subiecerunt. Ion. *& dominabuntur populis atque occident eos.* *t*) *ac subigent* eos, h. e. prosternent ac Domino subiicient Num. 32, 22. 29. 2 Sam. 8, 11. 1 Par. 22, 18. vt cadant subter ipsum Ps. 45, 5. scabellum eius futuri Ps. 110, 1. coll. Nom. 2 Par. 9, 18. *u*) *lapidibus funda*, funda eiectis. Iob. 21, 19. quomodo Dauid olim Goliathum prostrauit 1 Sam. 17, 49. At *Tarnouius*: *postquam subegerunt* seu subiugarunt *lapides fundæ*, hoc est, hostes suos, in quibus olim erant multa funditorum agmina, quæ - - sæpe tum pro optimis habebantur militibus Iud. 20, 16. *Coccejus* vero Lex. 561. & *compriment lapides fundæ*. facient, vt in cassum cadant, coll. Eph 6, 16. resistent tentationibus Satanæ. Sed nostra explicatio, præterquam, quod facilior est, firmatur etiam auctoritate *LXX. Ar. & Vulg.* *x*) *bibentque* sanguinem sauciatorum. Num. 23, 24. Ef. 49, 26. Ez. 39, 17. 18. 19. Sanguinem vero bibunt, qui hostes vincunt, cædunt, spoliant. Ion. *& spoliabunt opes illorum, & saturabuntur ex eis sicut qui bibunt vinum.* At *Cocc.* *bibunt*, h. e. hauriunt ex fontibus salutis consolationem, quo alacres reddantur, ita vt tanquam a vino gestiant ac perstrepant. *y*) & velut sanguine ebrii *strepent*, *tumultuabuntur*, gaudio gestientes ac prosperis rerum successibus animosi, coll. c. 10, 7. Ef. 22, 2. Prou. 20, 1. Vulg. *inebriabuntur.* conf. Eph. 5, 18. 19. 20. *z*) *tanquam a vino*, quod liberaliter haustum exhilarat & iubilos elicit c. 10, 7. Ps. 78, 65. *a*) *& implebuntur*, h. e. *sanguine* madebunt. Docet hoc sequens comparatio cum *pelui*, qua victimarum sanguis excipiebatur, & cum *angulis altaris*, ad quos idem sanguis e pelui spargebatur. Sanguine autem madere vincentium est, coll. Ef. 63, 1. 2. At *Cocc.* Comm. h. l. Vt pelues semper pleni sunt, & vt anguli altaris semper madent sanguine, ita virtus Spiritus S. semper est in illis recens, ne elanguescant Ef. 40, 29. 30. 31. Ioh. 4, 14. c 7, 38. Ion. *& erit anima eorum plena deliciis, sicut phiala, quæ plena est simila & oleo; & splendebunt sicut sanguis, qui splendet in pariete altaris.* *b*) *sicut peluis* vel *crater*. c. 14, 20. Num. 7, 13. *c*) & *sicut anguli* (2) Ps. 144, 12. Vulg. *quasi cornua altaris.* sic enim alibi vocantur. conf. Ex. 29, 12. Leu. 4, 18. 25. &c. ỳ. 16 *d*) *Et saluabit eos*, non solum remotiue, seruando eos ex omnibus periculis atque malis, sed etiam positiue, ingentibus ipsos cumulando bonis, coll. v. 17. Vid. c. 8, 7. 13. c. 10, 6. c. 12, 7. *e*) de quo v. 12. *f*) *tanquam oues* vel *gregem populi sui*. R. Salomo: tanquam oues, quas duxit ex Aegypto, vt fierent ei populus. conf. Ps. 77, 21. Sed est potius mixtio sermonis proprii ac improprii, hoc sensu: *tanquam* (præfixum כ veritatem hic notat, vt ὡς Ioh. 1, 14.) *populum suum*, quem velut pastor *gregem* suum ducit, pascit, curat, defendit. Cuiusmodi est *Oues hominum* Ez. 36, 37. 38. *Onager hominis* Gen. 16, 11. Conf. Ier. 23, 1. Ez. 34, 10. 31. Mich. 7, 14. Ps. 79, 13. Ps. 95, 7. Ps. 100, 3. & infra c. 10, 2. 3. *g*) LXX. Vulg. & Ar. *lapides sancti*. Scilicet vt קדש est *separari* & *sanctum esse*; sic τῷ נזר parem significandi modum attribuerunt: & est vtique inter vtrumque analogia. Alii: *lapides coronæ* seu coronarii, coll. 2 Sam. 1, 10. 2 Reg 11, 12. quod vero diuersimode explicant. *Tarnouius* tropæa intelligit, coronario opere superius cincta & lemniscata, vt sint liberationum monumenta; *Coccejus* homines fideles, quorum lux lucet instar gemmarum coram hominibus, coll Ez. 28, 14. 16. adde Thr. 4, 1. Ion. *eliget eos vt gemmas Ephodi* seu *superhumeralis*. quæ tamen versio stare nequit, nisi ad primam expositionem, quam dedimus, reducatur, ita vt pro lapidibus *Ephodi* habeantur, quia hi peculiariter *sancti*: nusquam enim נזר de *Ephodo* dicitur, licet de lamella aurea in capite Pontificis Ex. 29, 6. Num. 6, 7. *h*) Vulg. *eleuabuntur*. Hithp. (2) Ps. 60, 6. Bene *Gussetius* p. 519. tum verbi notionem, tum commatis sensum euoluit: - - *sese oculis obiiciunt, vt signum* aliquod *altum* (conf. נס Ef. 11, 10.) ad inuitandos homines. Per illos autem lapides, inquit, puto intelligi fideles, qui alios ad salutem secum participandam inuitant, tum verbis, tum gratiarum sibi indultarum illecebris. Non est mere passiuum, sed mixtum ex passiuo: vt & Ps. 60, 6. *Dedisti timentibus te insigne vexillum* להתנוסס *quod sublatum oculos feriat*, sicque eos ad se ipsum vocet recolligatque præsidio tuo fruituros. conf. Ef. 10, 18. c. 59, 19. &, quod ad rem ipsam, de illustribus fidei exemplis seu antesignanis, Ier. 50, 8. cum not. *i*) *super terra eius*, sc. Domini. de populo enim pluraliter, de Domino vero in tertia persona singulari locutus hucusque est v. 14. 15. 16. id quod non minus obseruandum est circa v. 17.

l) *super illis* (filiis Sionis) *videbitur*, h. e. *manifestabit se*, vt vertit *Ion.* Manifestis, quos ministerio filiorum Sionis inter gentes tribuet, successibus palam ostendet, se ipsis adesse. Ef. 60, 2. c. 66, 5. Ps. 90, 16. *m*) *instar fulguris*, incredibili celeritate & efficacia penetrantissima. Nah. 2, 5. 6. ὡς ἀστραπή. Matth. 24, 27. *n*) *telum*, h. e. verba *ipsius*, sec. *Ion.* Vide quæ ad initium v. 13. ex *Vitringa* notauimus, & cf. Ps. 45, 6. *o*) *tuba clanget*, classicum ipse cantaturus, vt velut strenuus imperator suos ad pugnam animet Iud. 7, 20. Iob. 39, 24. 25. cf. Ioel 2, 11. *p*) *& incedet*, ad auxilium filiorum Sionis, *in procellis* vel *tempestatibus austri*, h. e. longe maximis. Meridialis enim regio horrendis tempestatibus inprimis famosa Ef. 21, 1. Iob. 37, 9. De Aethiopicis *Ludolfus* Hist. Aeth. lib. 1. c 5. *Tonitrua*, inquit, *cum describeret Gregorius, audientes fere exhorrescebant; coortis enim simul pluribus tempestatibus, cælum atris nubium globis tegitur; mox fulgura vndique continua, & fulmina creberrima atque terribilia, etiam animos firmatos taliumque adsuetos percellunt* &c. De Arabicis passim *Muhammedes* in Alcorano, e. g. Sura II, 18. 19. vbi tonitrua tam horrenda describit, vt homines *ponant digitos in auribus suis ob fragores illorum, metuentes mortem.* Tantam autem vim fulguris esse, ait, vt *parum absit, quin lumina & visum auferant* &c. Possunt igitur australes procellæ symbolum esse maiestatis & omnipotentiæ diuinæ, qua gentes vniuersæ concutientur, vt Euangelii vocem non aliter audiant, ac si audirent tonitrua, coll. Ex 19, 16. Hagg. 2, 6. Ps. 29, 3. seqq. Alias *procellæ* sunt indicia pœnalia,

---

ỳ. 15. והמו cum præf. *Van* 2. 5. & in marg. 6. 9. ỳ. 16. Cum præmisso *Spatio* 6-10. 12. 19. 20. 21. ? 23. Caput X. hic auspicatur 12. 20. 23.

17 כי מה־טובו ומה־יפיו דגן בחורים ותירוש ינובב
י בתלות: שאלו מיהוה מטר בעת מלקוש יהוה עשה
2 חזיזים ומטר־גשם יתן להם לאיש עשב בשדה: כי
התרפים דברו־און והקוסמים חזו שקר והחלמות
השוא ידברו הבל ינחמון על־כן נסעו כמו־צאן יענו
כי־אין רעה:

על־

Llll 5 פ ה

ꝟ. 17. *k*) *Nam*, vt salutem illam, de qua v. 16. dixi, ratione positiui inprimis exponam, ac digne & pro meritis æstimari doceam. *l*) *quæ*, h.e. *quanta* erit. Exaggeratiuum simul Pronomen est, non simpliciter interrogatiuum, coll. Ps. 3, 2. Ps. 133, 1. q.d. Tanta eius bonitas erit, vt verbis nequeat explicari: erit ineffabilis. Scil. interrogatio sanctam insinuat admirationem ob magnitudinem bonitatis, vt Ps. 31, 20. Ps. 36, 8. *m*) *bonitas* vel *bonum eius*, sc. Domini, coll. v. 16. Significat autem tum bonitatem ipsam, tum bonum inde tanq. ex fonte profluens. Ier. 31, 14. Hos. 3, 5. Ps. 31, 20. Iob. 21, 16. Neh. 9, 25. *n*) *immo qua* & quanta *pulchritudo eius* erit? Sicut autem bonum Domini intelligitur actiuum, sic & *pulchritudo eius* h. l. est non qua gaudet ipse, sed qua suos adficit, vt sensus sit: *quantum bonum & quantam pulchritudinem populo suo præstabit Dominus!* Adeoque suffixum ratione significationis tale est, quale Ez. 16, 18. c. 23, 41. *oleum meum & suffimentum meum*, & Hos. 2, 7. *panis meus*, potius *meus* &c. At *Cocc.* aliique suffixum ad populum referunt. *o*) Videlicet *frumentum* (subintellige ex membro sequenti *crescere faciet*) *iuuenes*, magna sc. copia & liberaliter ex benedictione Dei prouenturum, ita vt alimentum haud desit educandis ad florentem ætatem liberis, vt iuuenes fiant ac virgines, Es. 62, 8. Ier. 31, 12. 13 Ez. 36, 29 Hos. 2, 24. Ioel. 2, 18. contra ac olim tempore vindictæ diuinæ erat Thr. 2, 11. 12. Hos. 2, 11. Hagg. 2, 17. Ceterum licet concedi possit, corporalem quoque esse hanc promissionem, coll 1 Tim. 4, 8. sursum ducendus tamen hic animus est ad frumentum multo sublimius atq; præstantius, sc. ad frumentum cæleste ac spirituale, verbū divinum tam substantiale, quam Euangelii, Deut. 8, 3. Ps. 78, 24. Ioh. 6, 32. seqq. Id quod ex indole totius vaticinii huius pariter illustrari potest, ac ex opposito Am. 8, 11. 12. 13. *p*) *iuuenes* Ps. 148, 12 robore pollentes ad vincendum Satanam 1 Ioh. 2, 13. 14. coll. Prou. 20, 29. *q*) *& mustum*, inprimis mysticum & spirituale, seu (vt *Cocc.* Lex. 343. ait) Verbum alens, roborans, lætificans, doctrina & consolatio, coll. Ps. 4, 8. *r*) Cocc. *crescere facit*, facit vigere. (4) Ps. 62, 11. Ps. 42, 15. Proprie de plantis & frugibus terræ, coll. Deut. 32, 13. Cf. igitur Es. 27, 6. c. 60, 21. At R. Sal. *fœcundas faciet*, sc. prouentu labiorum & gaudio. Ita cf. Es. 57, 19. Prou. 10, 31. Obstat tamen, quod nullum hic additamentum sit loquelam denotans. *s*) *virgines*, h.e. castos, speciosos, incorruptos. Sicut enim *iuuenes* dicuntur ob robur, sic virgines ob τὸ ἄφθαρτον 1 Petr. 3, 4. cf. Apoc. 14, 4.

CAP. X, ꝟ. 1. *t*) *Petite* ergo. Cohæret inprimis cum c. 9, 17. q.d. Cum vero tam bonum habeatis Dominum, qui vos saluabit ac bonis omnibus cumulabit, potestis igitur, o filii Sionis, libere & cum parrhesia, quidquid volueritis, pro indigentia vestra ab ipso petere. Imperatiuus non onerosus, sed beneficii ac privilegii & iuris in rem, cum annexa spe certæ exauditionis, vt Matth. 7, 7 Ioh. 16, 24. cf. 1 Reg. 3, 5. 2 Reg. 2, 9. Luc. 11, 9. Ioh. 15, 7. 16. 1 Ioh. 3 22. c. 5, 14. 15. Habet autem se per modum apostrophes in futurum ad fideles N. T. quibus e longinquo adclamat, vt iuribus ac priuilegiis vtantur suis: quod vel exinde patet, quia mox relabitur ad modum vaticinandi de illis in tertia persona, *pluuiam imbris dabit eis*. Est igitur hoc capite continuatio, repetitio & confirmatio superioris vaticinii c. 9. de Sione sub N. T. fœcundanda, visitanda, confortanda, & ex dispersione recolligenda. *u*) sc. a Messia, populum suum saluaturo c. 9, 16. *x*) *pluuiam*. Parabolicum est, atque indigitat quidquid ad vitam fidei & ad incrementum Ecclesiæ necessarium est, 1 Cor. 3, 6. 7 effusionem Spiritus S cum donis suis, vberemque & frugiferam verbi diuini adnunciationem. cf. Deut. 32, 2. 2 Sam. 23, 4. Es. 5, 6. c. 55, 10. 11. Ez. 34, 26. Ps. 68, 10. & 85, 13. *y*) *tempore serotinæ pluuiæ*, cum opus est pluuia serotina. Hæc autem (ex testimonio *Ion.* & *Hieron.* ad Deut. 32, 2.) *descendit ac rigat germina terræ mense Nisan*, s. Martio, cum seges spicata fit ac maturescere incipit. Vid. not. Deut. 11, 14. Iubentur igitur fideles sperare ac petere a bonitate diuina Messiæ quæcunque salutaria, speciatim pluuiam serotinam, vt crescat & propagetur doctrina Euangelii, animisque ita instilletur, vt lætos vberesque fructus proferat, obseruante Cel. *Maio* Oec. V. T. p 1032. Supponitur autem *prima pluuia* (quæ יורה dicitur Ier. 5, 24.) h.e prima effusio Spiritus S. super Apostolos iam facta: adeoque monentur filii Sionis, idem Spiritus S. donum etiam posthac, immo & vltimis N. T. temporibus, a Domino petere & expectare, vtpote *serotinam* æque ac *primam* pluuiam ipsis daturo Ioel 2, 23 cf. Act. 2, 39. *z*) *Dominus* enim, auditis illico precibus vestris, *facturus est* &c Argumentū a certa spe consequendi voti. Ps. 145, 19. At *Targ.* repetito præf. Mem, velut appositionem cum antecedenti nectit: *a Domino efficiente nimbos*. Quomodo adiectum epitheton simul rationem inuolueret, cur a *Domino* petere debeant, non ab alio? Quem ad sensum etiam *Cocc.* exponit: quia *Dominus facit* &c. q.d. nemo potest fulgura facere, h.e. nubes colligere, ex quibus fulgura erumpant & imbres, nisi Deus. Ita cf. Ier. 5, 24. c. 14, 22. *a*) *fulgetra* (3) Iob. 28, 26. c. 38, 25. vbi חזיז *fulgetrum tonitruum*, h. e. quod cum ipso fit tonitru, sed ante cernitur. Est autem vel a חזה *cernere*: vt הגיג ab הגה Ps. 5, 2. צליל a צלה Iud. 7, 13. פנינים a פנה Thr. 4, 7. vel ab Ar. חזז *confodit transfixitque* telo, cui cognatum est Hebr. חץ, vnde Ps 77, 18. חצצים *tela* pro *fulguribus*. Interpretes mirum in modum torsit hoc vocabulum. LXX. & Ar. φαντασίας. absone. Vulg. *niues*; quas vero vix habet Palæstina tempore serotinæ pluuiæ. Ion. *ventos*. Syr. *imbres*. denique R Sal. *nubes*. Sequimur nos etymologiam & parallelismum. Ponuntur autem *fulgetra*, ceu antecedens, & respectus maxime est ad *pluuias*, fulguribus coniunctas, vel post fulgura sequentes. coll. Ier 10, 13. Ps. 135, 7. *b*) *immo pluuiam imbris*, h.e. copiosam & largam Iob. 37, 6. Constructio synonymorum intensiua, qualis Ps. 16, 5. *vanitates inanitatis* pro summis, Ps. 40, 3. *lutum cœni* pro denso ac profundo &c. Quanquam non omnino synonyma sint מטר & גשם, cum hoc *imbrem*, illud *pluuiam* in genere notet. cf. infra c 14, 17. Ez 34, 26. Ps. 68, 10. *c*) *illis*, sc. filiis Sionis c. 9 13. seqq. quos supra v. 1. per apostrophen compellauerat. *d*) nec forte solum his vel illis, aut multis, sed distributiue *viro*, h.e. *vnicuique*, omnibus atq; singulis, quisquis modo petierit, *dabit* &c. Non ergo partialis erit hæc pluuia, qualis Amosi tempore erat, cum Deus super vnam vrbem plueret, super alteram non, ac ager vnus compluceretur, alter non, Am. 4, 7. Nemo ab hoc beneficio excludetur, nisi qui excluserit semet ipse. Cf. supra c. 8, 11. 12. *e*) *herbam in agro*, per circumscriptionē Genitiui pro *herbam agri*; quale est *fera in silua* pro *silua* seu *siluestris* Es. 56, 9 cf. Deut. 11, 15. c. 29, 22. Ps. 72, 16. ꝟ. 2. *f*) Attendendus hic nexus per caussale vel declaratiuum *Quia*. Illustrat enim nunc ab opposito quæ v. 1. de fidelibus dixerat. q.d. Iussi fideles ac genuinos filios Sionis libere ac fiducialiter a Deo petere, quidquid eis necessarium fuerit; addidi, non frustra petituros, Deum namque affatim ipsis daturum: qua in re longe dispar erit ratio illorum, ac idololatrarum, tum ex gentilibus, tum ex Israelitis, *quia* &c. Cf Es 65, 13. Mal. 3, 18. *g*) *imagines* vel *simulacra* Deorum, a cultoribus suis, tum gentilibus, tum Israelitis, olim culta, ac per sacerdotes suos oracula respondentia 1 Sam 15, 23. Ez. 21, 26. Ion. *cultores simulacrorum*. LXX. & Ar. ἀποφθεγγόμενοι. *h*) *locuta sunt inanitatem*. Vulg. *inutile*. Vid. not. Am. 5, 5. Sensus: Loquuntur talia, quibus cultores suos deludunt atq; decipiunt, vanas inprimis pollicitationes, quarum euentus frustra expectatur. cf. Es. 41, 19. cum not. *i*) *& diuinatores* Deut 18, 10. Ez. 13, 9. cf. Es. 8, 19. 20. *k*) Ez. 13, 6. seqq. *l*) *& somnia* seu, vt recte Vulg. *somniatores*, Ion. *Pseudopropheta*. Iungitur n. cum Verbo masculino; quæ est constructio ad sensum Ier. 29, 8. At *LXX. Ar.* & *Syr* in Acc. casu & per regimen, *& somnia falsa locuti sunt*. contra accentus. *m*) *vanitatem* (inutile & quod frustra est) *loquuntur*; adeoque sibi fidentes turpiter deludunt Ez 21, 23. Iob. 15, 31. *n*) *vanitate solantur*, h.e. in consolationibus illorum nihil est veri ac solidi Iob. 21, 34. cf. Coh. 5, 6. *Vanitas* & *mendacium* autem sumenda sunt in oppositione ad rem & actualem bonorum exhibitionem, quam Deus præstat, idola cum diuinis suis, licet promittant, præstare nequeunt. *o*) *propterea enim*, quia ad idola ac diuinos potius, quam ad Deum ipsum refugerunt. Incidenter detegit hic malorum, quæ Israelitæ perpessi quondam essent, fontem & caussas. *p*) *profecti sunt*, iuerunt misere palantes. Ion. *dispersi sunt*. Vulg. *& abducti sunt*. Verbum hoc in genere de ouium ductu l. incessu dicitur, etiam illo, qui pascuorum fit caussa, coll Ier. 31, 24. Ps. 78, 52. hic vero incessum sine pastore innuit, quo vix quidquam miserius. cf. Ier 50, 6. 7. *q*) Ion. *sicuti disperguntur oues*. cf. Num. 27, 17 Es. 53 6. Matth. 9, 36. & not 1 Reg 22, 17. *r*) *adfligebantur* Es. 31, 4. Ps. 116, 10. *s*) sc bonus, coll v. 3. Matth. 9, 36. Tacite innuit, populi errores & mala tanta haud futura fuisse, si meliores, quam habuit, pastores ipsi contigissent. Et hæc ratio est, quod v. 3. prauos pastores se puniturum, v. 4. v. meliores daturum esse promittit.

ꝟ. 17. בחורים *plene* l. 3. 5. sic se. 2. rec. *Mas. impr.* Ps. 148, 12. sed contra eamdem h. l. CAP. X, ꝟ. 2. כי per *Makk.* 6. 9. 20. sic se. 5.

sui. h. e. faciet eos fortes velut equum bellatorem, qui in prælia ruit intrepidus Ier. 8, 6. Iob. 39, 19. seqq. eosque velut habenis ducet ad exsequendam suam voluntatem, & vt reges superbi suos equos magnifaciunt, ita eum

3 עַל־הָרֹעִים חָרָה אַפִּי וְעַל־הָעַתּוּדִים אֶפְקוֹד כִּי־פָקַד
יְהוָה צְבָאוֹת אֶת־עֶדְרוֹ אֶת־בֵּית יְהוּדָה וְשָׂם אוֹתָם
4 כְּסוּס הוֹדוֹ בַּמִּלְחָמָה׃ מִמֶּנּוּ פִנָּה מִמֶּנּוּ יָתֵד מִמֶּנּוּ קֶשֶׁת
מִלְחָמָה מִמֶּנּוּ יֵצֵא כָל־נוֹגֵשׂ יַחְדָּו׃ וְהָיוּ כְגִבֹּרִים בּוֹסִים ה
בְּטִיט חוּצוֹת בַּמִּלְחָמָה וְנִלְחֲמוּ כִּי יְהוָה עִמָּם וְהֹבִישׁוּ
6 רֹכְבֵי סוּסִים׃ וְגִבַּרְתִּי אֶת־בֵּית יְהוּדָה וְאֶת־בֵּית יוֹסֵף
אוֹשִׁיעַ וְהוֹשְׁבוֹתִים כִּי רִחַמְתִּים וְהָיוּ כַּאֲשֶׁר לֹא־זְנַחְתִּים
כִּי

habebit in maximo pretio, donisque ornabit, vt illi equum phaleris egregiis condecorare solent. atque ita erit hic prolepsis v. 6. seqq. *Tarn.* cf. Es. 63, 13. Cant. 1, 9. *d*) v. 6. 13. *e*) *in bello* sc. sacro, de quo v. 5 seqq & supra c. 9, 13. seqq. ℣. 4. *f*) *Ab illo*, sc. Domino, erit vel exibit. Sic igitur sensus foret: Dominus ipse dabit populo suo bonos atque strenuos duces. cf. Hos. 14, 9. Vel potius: *Ex ipso*, sc. Iuda s. populo meo. Quod *A. Esra explicat*: Haud dominabitur eis alienigena quisquam. *R. Salomo*: Ex ipsis erunt reges illorum, ex ipsis principes illorum, ex ipsis denique, qui gerant bella ipsorum. Addit *Kimchi*: Vt non opus habituri sint alius populi auxilio, sed sufficiant eis manus ipsorum, Deut. 33, 7. Sic etiam *Ion.* Cf. igitur Ier. 30, 21. Mich. 5, 1. item Hab. 1, 7. vbi phrasis ista αὐτονομίαν & independentiam exprimit. Potest vero & hic sensus esse: Erunt ex *ipso*, quibus ego vt ducibus populi mei atque vt armis bellicis vtar, coll. supra c. 9, 13. 16. Sic igitur respectus denuo esset ad Apostolos & Euangelii doctores, quorum maxima pars ex Iudæis fuit, quique de gentilismo superato egregias reportarunt victorias. *g*) *angulus* s. *lapis angularis* Es. 28, 16. Ier. 51, 26. Ps 118, 22. *Angulus* vero pro capite ac principe populi venit Iud. 20, 2. Es. 19, 13. quia vt ille ædificii, ita hic populi & Reip. fulcrum est. Itaque Ion. *Rex ipsius*. quod sec. Paraphrastæ mentem de Messia accipiendum esse videtur, ita vt epexegesis huius sit sequens membrum, quod idem ille sic reddidit: *& ex ipso Messias eius.* cf. Eph. 2, 20. *h*) *clauus, paxillus*, h. e. Reip. administer primariæ dignitatis, qualis olim in regno Iudaico erat Eliakim Es. 22, 23. Ratio denominationis est euidens, ibidemque additur v. 24. quia vt a paxillo supellectilem suspendimus, sic a summis huiusmodi administris negotia Reip. pendent. Ez. 15, 3. cf. Alcor. Sur. 38, 11. & 89, 9. vbi Muhammedes, eodem vtens vocabulo, Pharaonem vocat *paxillis præditum*, h. e procerum magnatumque imperii sui multitudine abundantem. *i*) *arcus bellicus*, quem ipse tendet Dominus c. 9, 13. *k*) Sunt qui ita exponunt: contra vero *ab illo exibit*, h. e aberit inposterum omnis *exactor* s. tyrannus, coll. Es. 49, 17. 1 Ioh. 2, 19. Sed merito phrasin eodem hic modo accipimus, ac hemistichio præcedenti; vt nempe originem notet, vnde heroas istos Dominus excitaturus sit. *l*) *omnis rector vna*, h. e. cuiuscunque ille conditionis ac generis fuerit. Beneficium est quod promittitur: ergo נוגש, quod alibi *exactorem* atque *tyrannum* c. 9, 8. Es. 9, 3. c. 14, 2. hic *rectorem* ac *principem* populi in meliorem partem significat, vt Es. 3, 12. c. 60, 17. Sic Aeth. נגש est *regere* vel *regnare*; indeque *Nigus* valet *Regem* ceu rectorem populi summum. Syr. *principes illorum.* Ion. *gubernatores eius.*

℣. 5. *m*) *Et erunt domus Iudæ sicuti fortes.* v. 7. Præf. *Caph* vel veritatis est, vt c. 9, 16. q d. gerent se vt fortes, seu vt decet fortes: vel similitudinis; atque sic tacite innuitur, militaturos esse non secundum carnem, sed spiritualiter, nec arma militiæ illorum carnalia fore, sed potentia Deo &c. 2 Cor. 10, 3--6. Quo sensu dixerat supra c. 9, 10. *Deum ex Ephraimo currus, ex Hierosolyma equos excisurum, aboliturque iri bellicum arcum.* Et hoc ipso versu: *Pudefient insidentes equis.* cf. c. 12, 5. 6. & Es. 33, 24. *n*) *conculcantes*, sc. hostes suos, Ps. 44, 6. Partic. *Kal.* anomal. formæ קומים *surgentes* 2 Reg 16, 7. Ion. *conculcantes occisos populorum* *o*) *in luto platearum.* c. 9, 3. cf. Es. 5, 25. c. 41, 25. Rom 16, 20. *p*) *pugnabunt igitur*, & felici quidem ac prospero successu. v. 3 *q*) Ion *quia Verbum Domini erit in auxilium eorum.* Gen. 26, 3. Ios. 1, 5. *r*) *contra vero confundentur.* Sic veteres intransitiue omnes. At Cocc. active: *& pudefacient sessores equorum*, munitos potentia humana. cf. not. c. 9, 5. *s*) Hebræis sunt hostes. cum equitatu contra Israelem venturi. cf. infra c. 12, 4. Ez. 38, 5. & Ex. 15, 1. Posset tamen etiam de confundenda ipsius Israelis in carnalibus armis fiducia accipi, coll. supra c. 9, 10. ℣. 6. *t*) *Et confortabo, faciam vt vincat* Pi (3) v. 12. Coh. 10, 10. cf. Ex 17, 11. 2 Sam. 1, 23 *u*) De *domo Iudæ* egerat hucusque particulariter v. 3. 4. 5. quod referri potest ad primam illam conuersionem, qua sub N. T. initium magna pars populi Iudaici Euangelio paruit: nunc vero de *domo Iuda* ac *domo Iosephi* iunctim agit; quod nisi itidem lubeat ad N. T. initium referre, quo ex omnibus tribubus seruati sunt aliqui, potest ad futurum spectare tempus, cum plenitudo Israelis conuertetur Rom. 11, 12. 26. cf. not. Hos. 3, 5. & Mich. 2, 12. *x*) quæ v. 7. & c. 9, 10. 13. *Ephraim* dicitur, significans X. tribus regni Israelitici Am. 5, 6. *y*) c. 9, 16. Zeph. 3, 17. 19 *z*) *Kimchio* & *A. Esra* est mixtum ex שוב *reuerti* & ישב *habitare.* q d. *ac reducam & habitare faciam eos.* Innuitur autem secura habitatio & tranquilla, c. 7, 7. Ier. 32, 37. Hos. 11, 11. Ps. 107, 36. *a*) Fons beneficiorum, Dei misericordiæ. Deut. 32, 36. Es. 54, 8 10. Ier. 30, 18. &c *b*) *& erunt, quasi non* vel *nunquam reiecissem eos*, h e. abundantia boni præsentis obliterabit mali præteriti memoriam, Es. 43, 18. 19. c. 65, 17. Iob. 11, 16. multiplicabuntur enim sicut multiplicati sunt olim, coll hic v. 8. nec vlla supererunt iræ & reiectionis vestigia: quæ vero ab ipsis olim peccata sunt, ego perpetuo silentio & obliuioni inuoluam, habiturus eos tam caros, acsi nunquam vel in me deliquissent ipsi, vel ego quidquam in eos statuissem duri, Es. 43, 25. Ier. 31, 34. *c*) Ps. 60, 3. 11.

℣. 3. 1) Ne vero populus pastorum culpa vlterius pereat, aut pastores mali culpam percuntis gregis impune fecerint, igitur *Aduersus pastores*, qui gregem populi mei quoquo modo pascere vel debuerunt vel præsumserunt, siue principes siue sacerdotes atque doctores. c. 11, 5. 16. 17. Ion. *super Reges.* cf. not. Ier. 23, 1. *u*) *exarsit ira mea*, ob neglectum ac pessundatum ab eis gregem meum Hos. 8, 5. *x*) *& in capros ac arietes*, h. e. duces ouium aut capellarum. Generale est ad genus hirquinum & ouillum, coll. Gen. 31, 10. 12. vbi LXX. gemina expresserunt voce, οἱ τράγοι καὶ οἱ κριοί. Cocc. Lex. 654. Notantur *principes* sec. *Ion.* quos simili tropo *arietes* scriptura vocat Es. 34, 6. Ps. 29, 1. quia vt hirci & capri gregem, sic illi populum præcedunt. cf. Es. 14, 9. Ier. 50, 8. Sed omnino etiam antistites ecclesiastici videntur includi. *y*) *visitabo*, h. e. animaduertam. Es. 10, 12. *z*) *quoniam* nunc tandem gratiose *visitauit*, cum a pastoribus malis liberando, & colligendo ex dispersione. Gen. 21, 1. Zeph. 2, 7. Ps. 106, 4. Visitatio igitur *pœnalis* pastorum atque caprorum deducitur ex decreta visitatione *gratiosa* gregis, secundum quam nolit Deus porro gregem malis permittere pastoribus. Præterito autem vtitur, velut hæc ipso visitationis tempore loqueretur, coll. supra c. 9, 8. פקד insigniter & verissime dicitur de *visitatione*, qua Deus manifestatus est in carne, facie ad faciem, ore ad os, oculo in oculo. Cocc. Lex. 681. *a*) *gregem suum.* Es. 40, 11. Ier. 31, 10. ὁ, τὸ ποίμνιον αὐτοῦ. cf. Act. 20, 28. 29. *b*) nempe *domum Iudæ.* Hos. 1, 7. *c*) *velut equum decorem suum.*

℣. 3. ואת־בית cum præf. *Vau* sub 2. & sic in marg. 6 9. ℣. 4. מִמֶּנּוּ per *Sakeph.* 1. 5. 6. 9. 20. ℣. 5. בוסים per *Kadma* 3. 8. 10. 13. 19. sic sc. 5.

7 כִּי אֲנִי יְהוָה אֱלֹהֵיהֶם וְאֶעֱנֵם׃ וְהָיוּ כְגִבּוֹר אֶפְרַיִם וְשָׂמַח
לִבָּם כְּמוֹ־יָיִן וּבְנֵיהֶם יִרְאוּ וְשָׂמֵחוּ יָגֵל לִבָּם בַּיהוָה׃
8 אֶשְׁרְקָה לָהֶם וַאֲקַבְּצֵם כִּי פְדִיתִים וְרָבוּ כְּמוֹ רָבוּ׃
9 וְאֶזְרָעֵם בָּעַמִּים וּבַמֶּרְחַקִּים יִזְכְּרוּנִי וְחָיוּ אֶת־בְּנֵיהֶם
י וָשָׁבוּ׃ וַהֲשֵׁבוֹתִים מֵאֶרֶץ מִצְרַיִם וּמֵאַשּׁוּר אֲקַבְּצֵם
11 וְאֶל־אֶרֶץ גִּלְעָד וּלְבָנוֹן אֲבִיאֵם וְלֹא יִמָּצֵא לָהֶם׃ וְעָבַר
בַּיָּם צָרָה וְהִכָּה בַיָּם גַּלִּים וְהֹבִישׁוּ כֹּל מְצוּלוֹת יְאֹר
וְהוּרַד

d) *fum Iehoua Deus illorum*, quemadmodum ipfi populus meus, idque ex fœdere gratiæ, c. 8, 8. e) *itaque exaudiam eos*. c 13, 9. Ef. 41, 17. Ion. *acceptabo preces illorum*.

℣. 7. f) Vid. not. v, 5. g) c. 9, 10. 13. h) cf. Phil. 4, 4. LXX. vt Ioh. 16, 22. i) *tanquam a vino*, quod cor hominis lætificat Iud. 9, 13. Pf. 104, 15. Sir. 40, 20. & mali omnis obliuionem inducat Prou. 3, 6. 7. Vid. fupra c. 9, 15. k) *& filii eorum*, quos faluos fecum tum habituri funt v. 9. l) *videbunt hoc & gaudebunt*. Pf. 107, 42. m) imo non contenti erunt gaudio fimplici, fed *exfultabit cor illorum*. Vid. not. c. 9, 9. & cf. Ef. 51, 10. c. 65, 14. Pf. 13, 6. n) tanquam datore roboris, victoriæ, falutis Ef. 41, 16. Ioel. 2, 23. Hab. 3, 18. Pf. 35, 9. & 149, 2. cf. Neh. 8, 10. Ion. *in Verbo Domini*.

℣. 8. o) *Sibilabo eis*, h. e. fibilando eos vocabo. Ef. 5, 26. c. 7, 18. Innuit facilitatem collectionis, quod ex parte Dei haud opus futurum fit magno labore, fed velut fibilo tantummodo. LXX. & Ar. *dabo illis fignum*. cf. fupra c. 9, 14. p) ex difperfione v. 10. vt paftor oues. Ef. 43, 5. c. 54, 7. c. 56, 8. Ier. 23, 3. c. 31, 10. q) *redemi eos*. 1 Sam. 14, 45. Ier. 31, 11. Hof. 13, 14. Redemtos vero a captiuatoribus vlterius detineri iniquum. Ef. 35, 10. c. 51, 11. r) *quemadmodum multiplicati funt*, fc. olim, vel (quod addit *Vulg.*) *ante*, coll. Mich. 7, 14. Ez. 36, 11. cf. e. g. Ex. 1, 7. 1 Reg. 4, 20. Ion. *ficut dictum eft eos multiplicatum iri*. fumfit materialiter de verbo promiffionis: q. d. *fecundum* illud verbum Dei, *Multiplicabuntur*; fec. promiffione Abrahæ facta Gen. 13, 16. c. 17, 2. Sed artem redolet hæc explicatio.

℣. 9. s) *Et diffeminabo*, *difpergam* quidem *illos*, vt femen, quod difpergitur, non

non vt pereat, fed fructificet. *Tarn*. qui ratione euentus confert Act 2, 5 c. 8, 1. 4. (adde c. 11, 19.) Iac. 1, 1. 1 Petr. 1, 1. vbi poft afcenfionem Chrifti in cælos magna cum aliorum falute Ifraelitæ credentes hinc inde difperfi fuiffe leguntur. At *Maius* p. 1082. Si quis, inquit, litteram premere velit, videt Prophetam v. 9. loqui de difperfione Iudæorum inter gentes, poft reductionem ex captiuitate Babyl. & collectione noua ex omnibus populis v. 10. vt roborati in Iehoua in nomine eius ambulent. Et omnino זרע videtur hic *difperfionem exilii* denotare, quia fub finem verfus dicuntur *reuerfuri*, & v. 10. ex Aegypto & Affyria in terram fuam *reducendi*. idem nempe hic eft, quod alibi cognatum זרה Ier. 15, 7. Ez. 6, 8. c. 36, 19. et quomodo m. Gr. διασπορὰ fumitur Iac. 1, 1. 1 Petr. 1, 1. In bonam vero partem accipitur Ier. 31, 27. Hof. 2, 25. fœcundationem fignificans. t) *attamen in longinquis f. remotisfimis terræ oris*, quo eos difpergam. Ef. 8, 9. u) *recordabuntur mei*, in ipfa difperfione fua fe tandem conuerfuri Ez. 6, 9. Pf. 22, 28. & 78, 35. fecundum prædictionem Mofis Deut. 4, 27. 29-31. c. 30, 1. feqq. cf. Rom. 11, 26. x) *& viuent*, tot annorum decurfu haud quaquam in exilio intermorituri Deut. 33, 6. Hab. 3, 2. Pf. 118, 17. vitam contra & Spiritum, cum conuertent fe, a me recepturi Ez. 37, 14. Ion. *prolongabunt annos vitæ* cf. Pf. 72, 15. y) *cum filiis fuis*. v. 7. z) *ac reuertentur* ex difperfione fua. Ef. 35, 10.

℣. 10. a) *Reducam enim illos*. Confirmatio & declaratio præcedentis v. 9. cf. Ier. 30, 3. b) *Aegyptus* & *Affyria*, auftralis illa, hæc borealis, *fynecdochice* capi hic poffunt pro regionibus quibusque, quo Deus populum fuum difperfit. Ef. 11, 11. c. 27, 12. 13. Hof. 11, 11. cf. not. Mich. 5, 4. Hæ autem inprimis nominantur, quod X. tribus olim in Affyriam effent deportatæ 2 Reg. 17, 6. & ante, quam Affyrius eas abduceret, multi ex iisdem in Aegyptum fe recepiffent Hof. 8, 13. c. 9, 3. 6. immo quod Aegyptus iam olim piftrinum Ifraeli fuiffet Ex. 1, 11. feqq. coll. hic v. 11. *Myfticas* vero Aegyptum atque Affyriam intelligit *Gurtlerus* in Theol. Proph. p. 135. & 707. feqq. partem hanc vaticinii explicans de conuerfione multorum ex falfis Chriftianis, & cum Turcis multorum ex hoftibus Ecclefiæ. cf. Apoc. 11, 8. Sed tenemus nos fcopum, quo per totum hoc caput fpeciales promiffiones pro tribubus Ifraeliticis proponuntur, coll. v. 3. 6. 7. 9. c) vid. v. 8. d) *ad terram Gilcaditidos & Libani*. Sic partes defcribuntur non tam totius Cananitidos, quatenus ab vniuerfis tribubus poffeffa quondam fuit, quam *Ephraimi*, coll. v. 7. h. e. Ifraelitici regni inprimis, quod in duas commode fecabatur partes, Trans-Iordanenfem, quæ *Gileaditis* vocatur, coll. not. Am. 1, 3. 13. & Cis-Iordanenfem, quæ quoniam Libani montibus vallabatur, hic *terra Libani* dicitur, vt Deut. 3, 25. cf. Obad. v. 19. Mich. 7, 14. e) Zeph. 3, 20. f) Vulg. *& non inuenietur eis locus*, fc. qui tantam capiat multitudinem. Idiotifmum expreffit, quemadmodum contra *Ion.* & *Syr.* fenfum, *non fufficiet eis*, fc. regio ifta, quam incoluerunt olim. Iof. 17, 16. Num. 32, 22. vnde ampliati promittuntur fines Ef. 26, 15. c. 33, 17. Obad. v. 19. 20. cf. Ef. 49, 20. c. 54, 2. 3. & Gal. 4, 27.

℣. 11. g) *Tranfibit autem*, ad terram requietis ducendus v. 10. cf. Iof. 4, 22. 23. h) LXX. & Ar. *per mare anguftum*; contra accentus, obfcuro & difficili fenfu. Vulg. *in maris freto*; itidem incommode. Secundum grammaticam h. l. nec regimen obtinet, vt verti poffet *per mare anguftiæ*; quia prius Nomen habet *He* præfixum in vocalibus latens: nec fyntaxis fubftantiui cum adiectiuo, vt LXX. & Ar. interpretati funt; quia ים eft Mafc. צרה vero Femininum. Eft igitur pofterius adpofitio declaratiua: *per mare, anguftiam* nempe. Adeoque mifcentur hic propria & allegorica. Per *anguftiam* fignificantur calamitates & tormina conuerfionem Ifraelis antegreffura partim, partim & concomitatura, per quæ vero Dominus populo fuo tranfitum, lætumque tandem parabit exitum Ef. 26, 16. feqq. Ier. 30, 6. 7. Apoc. 12, 2. feqq. Per tropicum vero *mare* alluditur ad hiftoriam *maris rubri*, quod iubente olim Iehoua cedens Ifraelitis liberum dedit tranfitum Ex. 14, 16. atque fic œconomiæ & operum Dei fuauis per omne tempus harmonia infinuatur. Cf. fimilem collationem Ef. 11, 15. c. 44, 27. c. 51, 9. 10. Ier. 31, 2. Hof. 2, 16. 17. Ion. *& fient eis miracula & virtutes, ficut facta funt patribus eorum in mari*. i) *percutiet enim* Deus *in mari fluctus*, diuina illos virtute coerciturus ac fedaturus. Ef. 11, 15. Pf. 89, 10. 11. Pf. 106, 9. Pf. 114, 3. 5. Matth 8, 26. 27. Illuftrationis cauffa confer Xerxis Perfarum Regis vefaniam, qui, cum pontem, qui Hellefpontum iunxerat, tempeftas diffoluiffet, compedes in mare demifit, & aquam flagellauit, infano aufu, quod Dei erat, fibi arrogans. Vide *Suidam* fub voce *Xerxes*. Ion. *& videbunt vltionem inimicorum fuorum, ficut abrepti funt* olim *potentes fluctibus maris*. k) Ef. 51, 15. l) *& pudefient*, ficcationem paffuræ, quæ impoffibilis videbatur. v. 5. Profopopœia, vt Ier. 48, 1. Ioel 1, 10. 17. Alii: *& arefcent*. fed obftat, quod יבש, cum *arefcendi* vim habet, nusquam alibi in Hiphil reperiatur vt intranfitiuum. cf. Iof. 2, 10. c. 4, 23. c. 5, 1. Pf. 74, 15. m) *profunditates* Ex. 15, 5. cf. Ef. 44, 27. Ion. *omnes Reges populorum*. n) *Nili* Gen. 41, 1. Ex. 1, 22. ficut olim *Iordanis* Iof. 4, 23. ad exitum ex piftrino & tribulationibus Aegypti populo fuo faciendum. cf. Ap. 16, 12.

℣. 9. ובמרחקים ita 2. & in marg. 6. 9.

והורד גאון אשור ושבט מצרים יסור׃ וגברתים ביהוה 12
ובשמו יתהלכו נאם יהוה׃ פתח לבנון יא
דלתיך ותאכל אש בארזיך׃ הילל ברוש כי־נפל ארז 2
אשר אדרים שדדו הילילו אלוני בשן כי ירד יער
הבצור

o) *& deiicietur fastus Assyriæ*, contra populum meum superbe insurgentis Ef. 14, 11 Pf. 56, 5. Ion. *& cessabit fortitudo ab Assyriis.* p) *& virga Aegypti*, quæ Israelem feriebat atque seruiliter subigebat Ef. 9, 3. c. 14, 5. At Ion. *& dominium Aegyptiorum auferetur.* quæ expositio, licet parallelismo Gen. 49, 10. fundata esse videatur, hic tn. obseruante *Gussetio* p. 818. admitti non potest, quia hic oppressio & persecutio spectatur vt remouenda ab Israelitis, neque מ præpositum est nomini מצרים, sicut illic, *Non recedet sceptrum a Iuda.* q) *recedet*, sc. ab Israele. cf. Ef. 10, 27. 26. c. 14, 25.

℣. 12. r) Vid. v. 6. s) Ion. *in Verbo Domini.* h. e. in Christo capite suo. cf. Ef. 41, 10. c. 45, 24. Hos. 1, 7. t) Vid. not. Mich. 4, 5. u) *Ion.* addit: *redemti.* Ef. 35, 9. c. 51, 10. x) c. 3, 9. Ef. 1, 24. Hos. 11, 11. Hag. 2, 23.

CAP. XI, ℣. 1. y) *Aperi vero, Libane.* Imperatiuus propheticus. Sensus: Futurum est, vt hostibus aperire portas cogaris. A promissionibus N. T. de aduentu Messiæ, & liberandis, colligendis ac confortandis per ipsum Iuda & Israele, regreditur Propheta ad prædicendum Templi ac Politiæ Iudaicæ excidium: vt, sicut illic gratiam Dei in credentes, ita nunc ἀποτομίαν in contumaces & gratiæ contemtores depingat. Partes huius capitis facimus cum *Sch.* tres: *I.* Est *Prophetia de extremo Hierosolymæ excidio* & deuastatione Iudææ v. 1-3. *II.* Expositio *caussæ*, quæ est erga conciones Pastoris Messiæ inobedientia, & turpis Messiæ ad cædem emtio v. 4.-14. *III. Pastoris stulti* prædictio v. 15.-fin. Ceterum agnoscimus hic quidem δυσνόητά τινα 2 Pet. 3, 16. nec omni

omni modo abnuimus *Abendana*, qui in *Spicilegio* super V. I. ad h. l. *Prophetia hæc*, inquit, *difficilis est intellectu, & verba eius abstrusa valde.* Interim tamen Iudæi volentes hic sæpe excutiunt, & miris vaticinium hoc torquent modis, planiorem vtique viam in exponendo habituri, si Christum, pro triginta venditum argenteis, ex hoc capite nobiscum agnoscerent. Vid. Præf. §. 12. Primam ergo vaticinii partem, vt comminationem contra gentes, explicat *Ion.* quem probant R. Sal. & D. Kimchi. Ita autem ille: *Aperite populi portas vestras, & consumet ignis munitiones vestras* &c. Sed rectius, quod ad scopum, *Hieronymus*: Templum intelligitur Iudæorum, quod instauratum, immo ædificatum a Zorobabel, rursum a Vespasiano & Tito canitur subuertendum. Et sic veteres Hebræos explicasse perhibent *R. Sal.* & *Abendana*, adducto (qui in *Ioma* f. 39. b. exstat) notabili loco: *Quadraginta annis ante excidium*, inquiunt, *apertæ sunt portæ templi sua sponte. Obiurgauit igitur eas R. Iochanan fil. Zaccai, & dixit: O Templum, Templum! quare tu terres te ipsum? noui ego, quod finis tuus erit, vt desoleris. nam sic prophetauit de te Zacharias fil. Iddo: Aperi, Libane, portas tuas.* Sic igitur Templum *Libanus* diceretur, quod & olim esset ex cedris *Libani* constructum, & a Zorobabele nouiter instauratum 1 Reg. 5, 20. seqq. c. 6, 18. 36. Esr. 3, 7. Hagg. 1, 8. quomodo armamentarium Salomonis, quod Hierosolymis ex cedrinis trabibus ædificauerat, *domus siluæ Libani* fuit dicta 1 Reg. 7, 2. c. 10, 17. Malumus tamen *Libanum* totam interpretari *Hierosolymam*, ita vt Templum, ceu pars præcipua, includatur: ita enim quæ sequuntur melius conuenire videntur. Libanus autem dicitur propter ædificiorum tum qualitatem, quod multa essent cedrina Ier. 22, 23. tum copiam, quod domibus ita illa abundaret, vt arboribus Libanus, coll. hic v. 2. quin & propter proceres & magnates, quos Scriptura cum *cedris Libani* comparare solet, in ea degentes, Ez. 17, 3. cf. Ef. 2, 13. c. 14, 8. & c. 10, 34. Hab. 2, 17. z) *valuas tuas.* Mixtura sermonis proprii & improprii: nam valuæ sunt vrbium, & munitarum inprimis Deut. 3, 5. 1 Sam. 23, 7. Aperit autem Libanus (vt *Hieron.* ait) portas suas, vt Romanus intret exercitus, & comedat ignis cedros eius; vt vel incendio cuncta vastentur, vel hostili impetu duces ac principes consumantur. cf. Ef. 45, 1. 2. a) *vt consumat ignis*, tum proprie dictus, relate ad ædificia, quæ hostes cremabunt; tum bellicus, relate ad principes Hierosolymæ, quos gladio illi consument. Ier. 17, 27. c. 21, 14. Hos. 8, 14. Mal. 3, 19. b) *cedros tuas*, vel *in cedris tuis*; sc. quemadmodum ignis in materia flagrat, & flagrando eam consumit. *Hieronymus*, Quia Libanum, inquit, Templum (malumus Hierosolymam) appellauerat μεταφορικῶς, & in reliquis seruat translationem, vt per cedros & abietes & quercus Basan, saltumque nemorosum, principes ac sacerdotes & populum significet Iudæorum. Nos ipsa etiam hic intelligimus palatia cedrina: quæ vero v. 2. sequuntur, ad prouinciales dicta interpretamur, sicuti hæc v. 1. inprimis ad metropolin.

℣. 2. c) *Eiula* itaque, non Libani solum ac cedrorum, quod ceciderint, sed tua quoque inprimis caussa: quia si cedris haud parcitur, *abietibus ergo & quercubus*, quæ minoris, quam illæ, pretii sunt, parcetur multo minus. Sensus: o municipia, quique in prouinciis auctoritate ac potentia eminetis, complorate metropoleos ac principum, quos habet illa, excidium: sed & vos ipsos maxime plorate, quia, posito metropoleos excidio, vestrum sine dubio ponitur. Ef. 23, 6. 14. Ier. 48, 20. c. 49, 3. d) *abies*. *Hieronymus* interpretatur sacerdotes ac principes mutuo populatione sua lugentes; ita vt explicationis loco sit, quod sequitur, *quoniam magnifici vastati sunt.* Sed obserua, *abietes* a *magnificis* cedris, *quercusque Basaniticas* a *silua munimenti* hic distingui. Per abietes ergo & *Basaniticas* quercus prouinciales tum principes tum oppida; per *cedros* metropolitanos, & per *siluam munimenti* ipsam intelligimus Hierosolymam. Esa. 14, 8. Ez. 31, 8. Ion. *Eiulate Reges.* e) *cecidit cedrus*, & quidquid cedrinum vel cedro simile Hierosolymis erat. Ef. 2, 13. c. 9, 9. Ion. *quia fracti sunt principes.* f) & quoniam *quæ* erant &c. vel caussaliter: & *quia magnificæ arbores*. Ez. 17. 8. h. e. magnates populi in metropoli Iud. 5, 13. 2 Par. 23, 20. Ion. *qui opibus erant diuites, spoliati sunt.* Possunt vero hic itidem comprehendi palatia magnifica, coll. Subst. v. 3. g) v. 3. Ier. 4, 20. h) *quercus Basaniticæ*, Ion. *satrapæ prouinciarum*. Ef. 2, 13. i) *descendit*, h. e. *deiectus*, vel, vt *Vulg.* vertit, *succisus est*. Ef. 32, 19. k) Vulg. *saltus munitus*; LXX. σύμφυτος, h. e. implexus, nemorosus, seu vt *Ar.* ex illis, Syr. vero ex Hebr. reddidit, *silua fortis, valida.* Scilicet Cthib בצור, quod est Particip. Paul, in genere significat quidquid vel cognitu Ier. 33, 3. vel tactu Gen. 11, 6. Iob. 42, 2. vel superatu Ef. 20, 15. c. 25, 2. *arduum* est: ac proinde saltum hic notat, cui propter densitatem & magnitudinem suam succidi vix posse videbatur; resoluto vero tropo, vrbem magnam, populosam, munitam, quæ insuperabilis, saltem ad internecionem vix vnquam exscindenda fore, præsumebatur, qualis Hierosolyma erat. Ez. 21, 25. Thr. 4, 12. cf. Ier. 21, 14. & c. 46, 22. 23. *Hieronymus*: quia Templum, quod inexpugnabili creuerat firmitate, & a diuersis regibus & principibus, ac postea ab Herode constructum est, Romano oppugnante deletum est. Nos Templum, vt præcipuum vrbis munimentum, includimus quidem, *siluam* vero, quod ædificiorum collectionem & copiam significet, de tota interpretamur Hierosolyma. Ion. *quia vastata est regio fortitudinis vestræ.* *Kri* exponit forest *silua munitionis*, i. e. ardua, munita; vt sic idem quod *Cthib*, coll. Zach. 9, 12. Ier. 1, 18. vel, *succisionis*, i. e. succidenda Ier. 6, 9. Pf. 76, 13. quomodo diceretur ab infelici euentu. Sch. *silua Bozræ*; qs. esset proprium, idque allegoricum a munitionibus, quale *Bozra* Ef. 63, 1 Tarn. *silua vindemiæ*, quæ, velut vites in vindemia nudantur ac spoliantur, ita omni suo decore, honore diuitiisque exuitur. cf. Leu. 26, 5. Alii denique: *vindemiæ* vel *vineæ silu. scens*, coll. Ef. 5, 1. 5. 6. quomodo tamen potius dictum fuisset בציר היער, inuersa constructione.

CAP. XI, ℣. 1. Sine præmissis *Spatio* 6.--9. 12. 19. 20. & in marg. 22. sec. *Mas.* 2. & E. *ff.* sed contra *impr.*

℣. 2. אדירים ita 1. 2. 3. 5. 6. 9. 20.

3 הַבָּצוֹר׃ קוֹל יִלְלַת הָרֹעִים כִּי שֻׁדְּדָה אַדַּרְתָּם קוֹל
4 שַׁאֲגַת כְּפִירִים כִּי שֻׁדַּד גְּאוֹן הַיַּרְדֵּן׃ כֹּה אָמַר
ה יְהוָה אֱלֹהָי רְעֵה אֶת־צֹאן הַהֲרֵגָה׃ אֲשֶׁר קֹנֵיהֶן יַהַרְגֻן
וְלֹא יֶאְשָׁמוּ וּמֹכְרֵיהֶן יֹאמַר בָּרוּךְ יְהוָה וַאעְשִׁר וְרֹעֵיהֶם
6 לֹא יַחְמוֹל עֲלֵיהֶן׃ כִּי לֹא אֶחְמוֹל עוֹד עַל־יֹשְׁבֵי הָאָרֶץ
נְאֻם־יְהוָה וְהִנֵּה אָנֹכִי מַמְצִיא אֶת־הָאָדָם אִישׁ בְּיַד־
רֵעֵהוּ

הבציר קרי

℣. 3. *l*) Eſt *vox eiulatus* (4) Eſ. 15, 8. Ier. 25, 36. Quod futurum erat, prophetico modo ſic depingit, quaſi præſens eſſet & in ipſos iam incurreret ſenſus cf. Eſ. 13, 4. c. 66, 6. Ier. 25, 36. &c. *m*) *paſtorum*. Vid. not. c. 10, 3. Ier. 25, 34. Ez. 34, 2. ſeqq. *Hieron.* Quos vocauerat, inquit, *cedros, abietes & quercus Baſan*, -- nunc per aliam metaphoram dicit eſſe *paſtores*, i. e. principes atque doctores, & qui primi erant in populo. *n*) *quia*, vel *quod vaſtata ſit* v. 2. *o*) *magnificentia illorum* (2) Ez. 17, 8. Templum, in quo ſibi gloriabantur, explicat *Hier.* Immo etiam vrbs ipſa, ac ædes ſplendidæ, opes item & quidquid eis ſuperbiendi materia fuerat, intelligi poteſt, coll. v. 2. Ez. 24, 21. c. 33, 28 Vid. not. Am. 6, 8. *p*) *rugitus*, ob defectum luſtri & prædæ, coll. not. Ier. 51, 38. it. Pſ. 38, 9. Pſ. 104, 21. h. e. ob deſolatam vrbem ac Templum, in quibus ipſi leonum inſtar tuti recubuerant, magnamque opum vim velut prædam congeſſerant. *q*) *Leonum iuvenum.* Sic dicuntur, cum cœperunt prædatum exire; item (ſi extra tropum loqui volumus) illuſtribus familiis nati, cum ad ipſam admoti ſunt Rempubl. præſertim qui ferocioris naturæ ſunt & immites. Ez. 19, 3. 5. 6. Nah. 2, 11. 13. Zeph. 3, 3. Recte igitur *Hier.* Quos, inquit, *excelſas arbores*, & rurſum *paſtores*, eosdem nunc *leones* appellat. *r*) *elatio Iordanis*, φρύαγμα Iordanis, ſiluoſa & leonibus, qui luſtra illic ſua habebant, abundans, coll. not. Ier. 12, 5 Hieroſolyma hæc eſt, quippe in qua principum populi Iudaici ſedes. Propheta enim, vt *Hier.* adnotat, quia leones dixerat, ſeruat translationem. Ceterum totius vaticinii complementum vide apud *Ioſephum* de Bello Iudaico.

℣. 4. *s*) Sequitur nunc exegeſia præmiſſi vaticinii de Hieroſolymæ ac Iudææ per Romanos excidio. Vid. not. v. 1. *t*) Verba ſunt Dei Filii de Patre, vt Eſ. 49, 1. ſeqq. Pſ. 2, 7. &c. Is enim 1) eſt gregis ſui ſummus & eminentiſſimus paſtor v. 7. 2) a malis paſtoribus pœnas ſumens v. 8. 3) fœdus ſuum, quod cum omnibus inierat populis, rumpens v. 10. 11. 4) quem miſeræ oues obſeruant atque ſuſpiciunt v. 11. 5) quem Iudæi triginta æſtimatum ſiclis a proditore emerunt v. 12. 13. teſte Euangeliſta Matth. 27, 9. 10. Quæ omnia ita ſunt comparata, vt Zachariæ ipſi haud quaquam, Meſſiæ vero quam optime conueniant. Vocat igitur Patrem Filius *Deum ſuum*, quia mittendus ab eo erat in forma ſerui, vt voluntatem eius faceret, paſcendo oues, ac per obedientiam ſuam & mortem expiando, aſſumta hominum natura, ſecundum quam minor Patre futurus erat Eſ. 49, 4. 5 Pſ. 22, 2. 3. 11. Ioh. 20, 17. cf. Ioh. 14, 28. & Phil. 2, 6. ſeqq. *u*) *Paſce* tu. Iniungitur Chriſto ipſi paſtionis officium, & malis paſtoribus, quorum v. 5. 8. & ſupra c. 10, 3. fit mentio, abrogatur: quale eſt Ez. 34, 10. ſeqq. & ſub alio ſchemate Pſ. 82, 8. coll. v. 1. ſeqq. Pauit autem Chriſtus oues verbo & factis, doctrina & exemplis, quærendo perditas, reuocando errantes, curando fractas, fouendo feſſas, colligendo diſperſas, ac ducendo ad paſcua & aquas Euangelii quotquot eius vocem audiebant, nec ſolum in propria perſona, ſed & per alios, quos ſuo nomine miſerat; vitam denique pro ouibus profundendo. c. 13, 7. Ier. 23, 4. 5. Ez. 34, 11. ſeqq. Mich. 7, 14. Pſ. 23, 1. Ioh. 10, 11. ſeqq. c. 11, 52. c. 21, 16. 17. Hebr. 13, 20. *Imperatiuus* vero ſubindicat propitiam Dei Patris voluntatem erga miſeras oues, ſecundum quam noluit eas fame ac ſiti, erroribusque ac malis, quibus implicitæ erant, perire. cf. Matth. 18, 11. - - 14. Luc. 15, 4. ſeqq. *x*) *oues occidionis* v. 7. *Tarn.* exponit mactationi a ſuis malis paſtoribus deſtinatas, quæque hactenus, dum violentiæ ſuorum paſtorum exedentium gregem Pſ. 14, 4. Ez. 34, 4. Ier. 23, 1. fuerunt expoſitæ, nil aliud exſpectare poterant quam mactationem. cf Rom. 8, 36. & Pſ. 44, 23. In genere exprimit miſerum illum ſtatum, in quem populum Iſraeliticum ex paſtorum culpa prolapſum Chriſtus in carnem veniens deprehendit: eſtque ſub ipſa compellatione motiuum, quod Patris ad Filium mittendum, Filii vero ad oues paſcendas miſericordiam mouit. cf. Matth. 9, 36. c. 10, 6. c. 15, 24. Marc. 6, 34. Vid. ſupra c. 10, 2

℣. 5 *y*) *Quarum poſſeſſores.* Eſa. 1, 3. Pergit populi Iudaici miſerum tempore Chriſti ſtatum ſub ouium ſchemate depingere, atque ſic rationem, cur eas meliori paſtori commendet, vlterius explicare. Per poſſeſſores igitur intelligendi cum principes mali, tum doctores impii, Haſmonæi Reges, Herodes, Pontifices, ſacerdotes, ſcribæ, Pharißæi &c. qui populum non vt Dei peculium pauerunt, ſed ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων. 1 Petr. 5, 2. 3. 4. *z*) *occidunt eas*, vorantes, quas paſcere debebant. Significatur, eos ventri ſeruire ſuo, nec parcere gregi, aut mortem curare ouium, modo habeant ipſi, quod vorent, & quo cutem ſuam paſtant. Ez. 34, 2. 3. 4. 8. 10. ſeqq. Mich. 3, 3. Pſ. 14, 4. *a*) *nec rei ſunt*; h. e. impune hoc faciunt, ac ne culpam quidem vllam, dum oues occidunt, agnoſcunt. Ier. 2, 3. c. 50, 7. Hoſ. 5, 15. Cf. Pſ. 50, 21. Coh. 8, 11. Ion. *dicentes: non imputabitur nobis peccatum.* *b*) *& vendentium eas quisque* dicit. iidem, qui modo *poſſeſſores* dicti, ſunt *venditores*, quatenus quæſtum ex ouibus captant, eiusque intuitu gregem quaſi venalem habent, non dubitantes ad mortem illum exponere, modo lucelli quid conſequantur. Amos 2, 6. *c*) Adeo non agnoſcunt ſe reos, vt ſibi in corde benedicant, & Deum ipſum velut auctorem opum iniuſte partarum laudent. Deut. 29, 18. Pſ. 10, 3. Pſ. 49, 19. cf. Matth. 23, 14. *d*) *quia* vel *nam ditatus ſum*, ex ouibus diuenditis. Hoſ. 12, 9. Prou. 21, 17. cf. 1 Tim. 6, 5. *e*) *& quisquam paſcentium eos* (conſtructio ad ſenſum, quia homines intelligit) vel *eas* (manendo in allegoria, per enallagen generis) qui paſtorum nomen præſumunt, aut tales eſſe debebant. v. 3. 8. 17. c. 10, 3. *f*) *haud parcit eis*, v. 6. Eſa. 9, 18. c. 30, 14. ipſo igitur facto ſæui potius lupi, quam paſtores Act. 20, 29. fures item atque latrones Ioh. 10, 8. 10. 13.

℣. 6. *g*) Cauſſalis particula, cum proxime præcedenti v. 5. (ſi ita lubet) connexa, cohærentiam inſinuabit huiusmodi: Cauſſa tantæ miſeriæ eſt ira ac iudicium meum propter antegreſſa populi peccata, *Quoniam* &c. Videtur tamen ab ipſo etiam pendere paſcendi mandato v. 4. Quomodo *Tarn.* Sed & alia ratio eſt, inquit, cur Chriſto alio paſtore opus ſit, - - ſiquidem propter ſcelera paſtorum populus eſt puniendus, quippe qui illis aſſentitur, atque ita, dum clades ingentes imminent, piis reliquis proſpiciendum eſt, vt ſeruentur: eo enim iam res deducta eſt, vt pœnas non amplius differre debeam &c. Scilicet Deus Pater ſub ipſa comminatione inſtantis mali reminiſcitur miſericordiæ ſuæ, Filioque, vt paſcendo aliquas ſaltem, velut torrem ex igne ſeruet, commendat. *h*) *non parcam amplius*, ſicut adhuc & diu quidem feci. v. 7. Eſa. 30, 14. Ier. 13, 14. Ez. 5, 11. cf. tamen Luc. 21, 24. Rom. 11, 2. *i*) *terræ*, non vniuerſæ, ſed *huius*, cum *He* demonſtratiuo, h. e. Iudææ, de qua loquitur. *k*) *traditurus ſum* (q. d. *faciam, vt inueniatur* vel præſto ſit in manu alterius) *homines.* Leu. 9, 22. 23. 2 Sam. 3, 8. *l*) *quemlibet in manum alterius*, vt ipſi inteſtinis diſcordiis in ſe ſæuiant c. 8, 10. quod factum inprimis, cum obſeſſa a Romanis Hieroſolyma eſſet. Legamus Ioſephum, inquit *Hieronymus*, & ſeptem Iudaicæ captiuitatis libros: & hanc prophetiam eſſe completam, hiſtoriæ veritate cernemus.

℣. 3. ילְלַת ita 6. 9. 14. 20. 22. ſecundum *Michlal Iophi. Meth.* etiam habent 8. 10. 13. 17. 18. 23. 24. & *Berolinenſis.* At יִלְלַת reliqui. *℣.* 5. ואעשׁר ſic *defecte* 2. 3. 7. 8. 15. 24. ſic ſe. 2. 5. ſic *Maſor.* 1. 2. *impr.* & *Erffurt.*, Alii *plene.* ורעיהן cum ſuffixo feminino 1. & in margine 6. 9. *℣.* 6. לֹא per *Makk*, 1. 2. 3. 5. 6. 9. 10. 20.

רֵעֵהוּ וּבְיַד מַלְכּוֹ וְכִתְּתוּ אֶת־הָאָרֶץ וְלֹא אַצִּיל מִיָּדָם׃
7 וָאֶרְעֶה אֶת־צֹאן הַהֲרֵגָה לָכֵן עֲנִיֵּי הַצֹּאן וָאֶקַּח־לִי שְׁנֵי
מַקְלוֹת לְאַחַד קָרָאתִי נֹעַם וּלְאַחַד קָרָאתִי חֹבְלִים
8 וָאֶרְעֶה אֶת־הַצֹּאן׃ וָאַכְחִד אֶת־שְׁלֹשֶׁת הָרֹעִים בְּיֶרַח
9 אֶחָד וַתִּקְצַר נַפְשִׁי בָּהֶם וְגַם־נַפְשָׁם בָּחֲלָה בִי׃ וָאֹמַר
לֹא

obscurum sit, populum Iudaicum vniversum sic dici ob miserum sub malis pastoribus statum; itemque ex v. 9. seqq. quod Christus, quantum in ipso, vniuersus pastum venerit, non solos credentes ac obedientes. *Cocc.* ita resoluit, vt vel Infinit. sit in Hiphil, formæ לַלְבֵּן Dan. 11, 35. *ad præparandum inopes ouium*; vel Nomen, cuius constructum subintelligatur, *propter rectum*, (*rectum* inquam) *inopum ouium*, h. e. propter id, quod rectum est inter inopes ouium. coll. infra v. 11. vbi tamen accentus hanc explicationem respuunt, & Prou. 11, 19. vbi necessaria illa non est. *R. Sal.* & *D. Kimchi* sic: *Cum autem pascere inciperem --. profecto* erant *miserrimæ ouium.* quomodo לָכֵן explicant nonnulli Num. 16, 11. Ier. 5, 2. Eligat lector, quicquid voluerit. Nos cum *Sch.* aliisque: *propter vos, o miseri gregis.* Suffixum per Tsere irregulariter pro Sægol: qualia sunt כָּהֵם *secundum illos* 2 Sam. 24, 3. Coh. 9, 12. 1 Par. 21, 3. 2 Par. 9, 11. בָּהֵם *in eis* Gen. 19, 29. c. 30, 26. Leu. 10, 1. c. 11, 12. Num. 16, 7. &c. Et sic Masorethæ intellexerunt, addita nota, לִישָׁן נְקֵבָה esse *Pronomen generis fœminini.* q. d. Nisi sciuissem, me in populo Iudaico habiturū obsequiosas aliquot, licet pauciores, & a potiori turba contemtas oues, quæ vocem pastoris audituræ essent; nec me Pater missurus ad eum fuisset, nec ego eum pasturus: verum ideo populum totum paui, vt ex eo miseras oues, h. e. electos, qui oblatam vniuersis curam pastoralem non aspernarentur, seruarem. *s*) *miseri* vel *pauperes ouium.* Miscetur sermo proprius *miseri* in Masc. cum improprio *ouium.* Dicuntur a. sic electorum in populo Iudaico reliquiæ, credituræ in Christum, coll. v. 11. quod & contemnerentur a plurib⁹, & suam maxime sentirent miseriam, boni pastoris cura indigentem. Esa. 26, 6. c. 66, 2. Ps. 18, 28. Mat. 5, 3. c. 11, 5. Iac. 2, 5. eædem, quæ *paruæ oues* Zach. 13, 7. Ier. 49, 20. c. 50, 45. & τὸ μικρὸν ποίμνιον Luc. 12, 32. oppositæ pinguibus ac valentibus Ez. 34, 16. 20. diuitibus item ac saturis Apoc. 3, 17. quibus vilescebat Christi officium. *t*) *duos baculos*, h. e. *peda* pastoralia *duo* v. 10. 14. 1 Sam. 17, 40. 43. cf. Ps. 23, 4. Duos autem se adhibuisse dicit, vt oues innuat non vno modo pastas a se fuisse. *u*) *vnum vocaui amœnitatem*, v. 10. quo suauitatem Domini ipsis gustandam propinaui, vt sic ad fidem & obsequium suauiter allicerentur. Ps. 27, 4. Ps. 90, 17. Intelliguntur verba gratiæ & suauitatis, quibus populū Iudaicum Christus ad regnum Dei inuitauit Ps. 141, 6. Prou. 16, 24. Luc. 4, 22. cf. Matth. 11, 28. 29. 30. Tit. 3, 4. *x*) Dissentiunt hic valde interpretes: *Funiculum* reddiderunt LXX. Vulg. Syr. & Ar. sed obscuro sensu, & contra puncta vocalia. *Cocc. nautas* vel *naucleros* vertit, coll. Ez. 27, 29. Ion. 1, 6. intelligens pro hypothesi sua Episcopos seu Presbyteros, Ecclesiam nauis instar communi consilio gubernantes, quibus de sedis primatu discrepantibus, fraternitas inter duas partes Ecclesiæ, tq. Ephraim & Iudam, abolita. Verum hic de cura Christi pastoris agitur, non erga Ecclesiam N. T. vniuersalem, sed inprimis erga perditas oues de domo Israel, coll. v. 4. 5. 6. *Gussetio* p. 237. נֹעַם est Christi humana natura, summe decora, חוֹבְלִים vero *nautæ*, Apostolorum collegium. Virgas igitur illas, inquit, fregit Christus respectu Iudæorum, cum desinens in eos exserere gratiam & veritatem, quæ est humanitatis eius, cum retrahendo Apostolos ab ipsis in pœnam incredulitatis Act. 13, 46. Rom. 11. vt ne isti hominum piscatores in itinerib⁹, quibus orbem lustrant, eos amplius adirent. Sed Apostolorum ad Iudæos missio est procul dubio pars *amœnitatis* pastoralis; ab ea igitur vt diuersam distingui, vix est credibile. Potest igitur *perdentium* verti, siue dicatur ab obiecto baculus, quo *qui perdite agunt*, percutiuntur, Neh. 1, 7. siue a subiecto, baculus, quo vtuntur qui perdunt & *noxam inferunt*, Es. 32, 7. Cant. 2, 15. specialiter ob admissam culpam Es. 54, 16. Prou. 13, 13. Coh. 5, 5. *Sch.* aliique: *dolentium*, coll. Es. 13, 8. Ier. 49, 24. quod eodem recidit. Hic igitur baculus, quoniam pedo amœnitatis contradistinguitur, exponi vix aliter potest, quam de asperiori disciplina, quam Christus cum amœnitatis disciplina coniunxit, vt hac blande inuitaret, illa morosos ad ouile suum coerceret, aut cogi nolentes puniret. Scilicet *baculo dolentium* vsus est Dominus, non solum comminando excidium imminens, sed quoque cum aliunde, tum per Romanos variis affligendo malis, vt his tanquam pædagogia excitatus populus resipisceret: verum apud plurimos frustra! cf. Es. 9, 12. Ier 2, 30. c. 5, 3 Matth. 21, 17. *y*) *atque sic paui*, vtroque pedo vtens, *gregem.* v. 4. 9. ℣. 8. *z*) *Exscidi autem*, v. 9. Ex. 23, 23. cum sc. pedo amœnitatis regi nollent, coll. hic v. 10. *a*) *tres pastores* in populo Iudaico eminentes & hoc ipso munere insignes, h. e. tres illos pastorum vel populi rectorum ordines. *Lightfootus* in Hor. Hebr. ad Ioh. 10. exponit Pharisæos, Sadducæos, Essenos; *Cocceius* sacerdotes, doctores s. prophetas, & iudices, coll. Mal. 1, 12. Alius apud *Hieron.* sacerdotes, falsos prophetas & Reges Iudæorum, post passionem Christi vno omnes tempore succisos, coll. Ier. 2, 26. *Tarn.* denique prophetas, qui reuelationibus & oraculis diuinis, sacerdotes, qui legis explicatione & inculcatione, ac sapientes, qui consilio populum regebant, Ier. 18, 18. Perperam vero Gemaristæ in *Taanith* f. 9. a. Mosen, Aaronem & Miriam; *R. Sal.* domum Achabi, Ahaziæ & fratres eius; *Kimchi* filios Iosiæ, Ioachasum, Ioiakimum & Sedekiam: nec enim præteritorum historia, sed futurorum vaticinium hoc est, coll. v. 4. sqq. *Abarb.* intelligit Maccabæos, Iudam, Ionathanem & Simonem, qui 30. annis præfuerint rerum summæ, & sublati sint violenta morte. Sed bene *Cocc.* nullus, inquit, aduentus pastoris illos præcessit, &c. Cf. Ps. 82, 6. *b*) *mense vno*, Iob. 7, 3. non tamen dierum, vt Deut. 21, 13. 2 Reg. 15, 13. sed annorum, perinde ac Dan. 9, 24. 25. *hebdomades*, quemadmodum hic etiam *Abarb.* sentit. *Cocc.* eos autem supputat a morte Christi vsque ad prostrationem Reip. per bellum Iudaicum. Hoc enim conflatum est, vt *Caluisius* vult, A. C. 66. Deme igitur 30. annos, incides in annum 36. Iam Christus anno æræ Christianæ vulgaris 33. passus putatur a Caluisio & Heluico. Supersunt tres anni & aliquot menses. At *Kimchi* exponit: *tempore exiguo*, per synecdochen propheticam. *c*) *etenim abbreuiabatur anima mea in illis*, sc. diutius ferendis; h. e. non poteram vlterius erga ipsos μακροθυμεῖν, ac pœnam differre, præ fastidio ac iusto propter obstinationem illorum dolore. Num. 21, 4. Iud. 16, 16. Iob 21, 4. cf. Ez. 23, 17. 18. Ion. *detestabatur eos Verbum meum.* *d*) *nam & animæ ipsorum fastidium habuerat* (1) *in me.* Sic in plusquamperf. & caussaliter exponimus cum *Ion.* qui sic: *propterea quod anima illorum fastidiuerat cultum meum.* Prius enim Christus non fastidiuit Israelem, quam hic fastidiuisset illum. Tale est *& peccauimus* Es. 64, 4. Cf. cognatum בָּעַל Ier. 3, 14. c. 31, 32. & quod ad rem infra v. 12. 13. Ps. 118, 22. Matth. 21, 42. 43. Luc. 19, 14. Act. 4, 10. 11.

m) *& in manum Regis sui*, quemadmodum per Hassamonæos Reges captum, (respicit procul dubio ad fraternas discordias Hyrcani & Aristobuli) & Herodem & eius posteros, deinde per Romanos perpetratū, coll. *Non habemus regem, nisi Cæsarem*, Ioh. 19, 12. 15. *Cocc.* *n*) *& contundent* illi, h. e. misere adfligent ac vastabunt, tum internis collisionibus, tum extranea hostilitate. Num. 14, 45. Deut. 1, 44. Esa. 30, 14. 2 Par. 15, 6. *o*) *nec eripiam* ipsos vel terram e *manu eorum.* Iud. 6, 9. 1 Sam. 10, 18.

℣. 7. *p*) *Paui igitur*, vt Pater mihi mandauerat v. 4. Sicut enim illic mandatum, ita nunc explicatur mandati illius exsecutio, idque ipsius Filii verbis, sicut ad v. 4. notauimus. *Præterita* autem hic *prophetica* sunt de rebus certo olim futuris. *q*) Vid. not. v. 4. *r*) Difficilis vocula. Facillime quidem exponeretur: *propter miseras ouium.* sed nusquam vt præpositionem *propter*, vbique vero vt adverbium caussale *propterea* sumi meminimus. Vulg. *propter hoc, o pauperes gregis*: sc. ob mandatum Patris v. 4. sed sec. accentus לָכֵן arctius cum sequenti Vocatiuo, quam antecedenti Verbo *paui*, cohæret; & sec. Grammaticam debuisset caussale Aduerbium in frontispicio potius, quam fine commatis, poni. *Tarn.* ita: *propterea quod essent pauperes gregis.* quomodo etiam *Nold.* Conc. Part. p. 507. coll. Esa. 61, 7. Ier. 2, 33. & Iob. 34, 25. ex quibus tamen locis iste significatus ægre probatur. vt taceam, Tarnouium supponere, *oues interfectionis* esse paucas illas oues, quæ tales se esse cognoscant, & pastoris veri vocem libenter audiant: cum contra ex v. 5. 6. non ob-

לא ארעה אתכם המתה תמות והנכחדת תכחד
והנשארות תאכלנה אשה את־בשר רעותה׃ ואקח 10
את־מקלי את־נעם ואגדע אתו להפיר את־בריתי
אשר כרתי את־כל־העמים׃ ותפר ביום ההוא וידעו 11
כן עניי הצאן השמרים אתי כי דבר־יהוה הוא׃ ואמר 12
אליהם אם־טוב בעיניכם הבו שכרי ואם־לא חדלו
וישקלו את־שכרי שלשים כסף׃ ויאמר יהוה אלי 13
השליכהו

v. 9. e) *Non pascam vos amplius.* Significatur Iudaeorum reiectio, & Euangelii, quod illi pertinaciter spreuerant, ab eis ad gentes translatio. Matth. 21, 43. Act. 13, 45. Rom. 11, 1. seqq. f) *Moriens igitur ouis*, quaecunque illa sit, *moriatur*, quandoquidem viuere sciens ac prudens noluit: ruat ad mortem, ac malis omnibus obnoxia fiat, ego non curabo. cf. Ier. 15, 2. seq. & not. c. 34, 17. Apoc. 22, 11. g) *& quae exscinditur*, qs. quae ἀφανίζεται (haec enim vis verbi Ps. 139, 15.) *exscinditur*. v. 8. 16. Ex. 9, 15. Iob. 4, 7. h) *relicta vero*, quae his malis fuerint superstites. Ez. 6, 12. i) *vorent quaeque carnem alterius*, Ier. 9, 19. Esa. 1, 19. vt sic partim extraneis malis, partim intestinis pereatis, coll. supra v. 6. & Esa. 9, 18. 19. 20. *Ioseph.* de B. I. lib. 4. c. 1. Singulas ciuitates tumultus bellumque intestinum exagitabat: quantumque e Romanis respirassent, in semet ipsos manus vertebant &c. Vid. *Gurtl.* Theol. Proph. p. 501. seqq.

v. 10. k) Vid. v. 7. l) *& succidi eum*, vt amoenitatis hoc baculo populum non amplius recturus esse intelligerer. v. 14. m) vt hoc modo *abolerem* vel *rumperem*. v. 14. Iud. 2, 1. n) foedus gratiae interpretantur nonnulli, a Iudaeis ablatum, per illorum reiectionem & πῶσωσιν. *Omnes* igitur *populos* Israeliticas illi tribus exponunt. Sed quamvis *populi* de Israele pluraliter aliquando dicatur, v. g. Gen. 28, 3. c. 48, 4. tamen cum praefixa hic vniuersalitatis nota (*omnes*) non solet, nisi de gentibus Israeli contradistinctis, adhiberi, coll. infra c. 12, 2. 3. 6. c. 14, 12. &c. Aut igitur hic sensus erit: vt nouum illud & vniuersale foedus, quod non solum cum Israele, sed omnibus inieram populis Gen. 12, 3. c. 18, 18. c. 22, 18. respectu Iudaeorum abrumperem, & ab ipso eos excluderem. Aut quod malumus, ac R. *Sal.* & *Cocc.* probant hic: Populos ego adhuc, velut inito cum eis foedere, abstinueram, ne Iudaeam inuaderent, caui saltem, ne eam omnino euerterent; (cf. similem locutionem Hos. 2, 20. Iob. 5, 23. it. Ez. 34, 25.) nunc vero, sublato hoc foedere, gentibus ac Romanis inprimis potestatem feci irruendi in Iudaeos, vt baculum dolentium sentirent, qui pedo amoenitatis regi noluerant. cf. Es. 5, 26. seqq. c. 56, 9. seqq. Dan. 9, 26. 27. Matth. 23, 37. 38. 39. c. 24, 2. 15. seqq. Luc. 13, 6-9.

v. 11. o) *Atque sic ruptum* vel *abolitum est*, sc. foedus cum gentibus initum v. 10. *Hoph.* (3) Es. 8, 10. Ier. 33, 21. p) *& agnouerunt ita*, sc. ex rerum tali, qualem & hoc ipso vaticinio & alias praedixeram, euentu. cf. c. 2, 15. c. 4, 9. c. 6, 15. q) Vid. not. v. 7. r) *obseruantes me*, qui me pastorem suum attente suspiciebant, reverebantur atque in pretio habebant Hos. 4, 10. Ps. 31, 7. Ps. 59, 10. cf. Ez. 38, 7. Ion. *facientes voluntatem meam.* s) quod non temere ac fortuito ita accidisset, sed *quod verbum Domini id* esset, nec aliter, quam Dominus dudum praedixerat, euenisset. cf. not. Ier. 32, 8. *Cocc.* Effectus, inquit, in rectis inopum gregis est agnoscere veritatem verbi Domini, & propter adflictionem illorum dierum non turbari, vt monuerat Seruator Matth. 24, 26. *Eusebius* Hist. Eccl. l. 3. c. 7. Quod si quis, inquit, Seruatoris nostri verba cum iis comparet, quae ab eodem scriptore (Iosepho) de vniuerso bello (Iudaico) commemorata sunt, fieri non potest, quin admiretur praescientiam ac praedictionem Seruatoris nostri, eamque vere diuinam & supra modum stupendam esse fateatur. Quomodo Christiani ob imminens Hierosolymis & Iudaeae exitium, quod iam instare nouerant, bellam inde migrauerint, legi potest apud eundem *Eusib.* l. 3. c. 5.

v. 12. t) *Dixi autem ad eos*, sc. Iudaeos ac principes eorum maxime, ante succisum a me pedum amoenitatis v. 10. & ruptum cum populis foedus v. 11. Vel, quod eodem recidit, sec. *Cocc.* in Plusquamp. *Et dixeram.* Iustificat enim hic seueritatem suam per narrationem vnius quidem, sed illius prae ceteris insignis atque atrocis iniuriae erga se, qui pastum eos venerat, quum 30. siclis aestimatum necarunt. u) *si bonum est in oculis vestris*, h. e. si vobis videbitur, & si aequum esse iudicabitis, vt pro tot beneficiis in vos collatis Act. 10, 38. pro tot laboribus vestri caussa susceptis & porro etiam suscipiendis Es. 53, 11. aliquam ego a vobis accipiam mercedem. Deliberationi & arbitrio permittit, non quasi res ipsa esset dubiis obnoxia, vt deliberatione demum opus foret; aut quasi penes hominem staret, mercedem laboris Domino vel dare vel negare: sed quod nouerat, Iudaeos adeo fore ingratos, vt se non solum mercede non dignum reputaturi, sed & in crucem acturi essent. Adeoque sunt verba ingratitudinem tacite exprobrantis & indignantis, quod ne communia quidem & notissima aequitatis principia obseruent. x) *date mercedem meam*, quam labore in vos impenso merui. Gen. 30, 18. 32. 33. Luc. 10, 7. 1 Tim. 5, 18. *Abendana* intelligit poenitentiam & bona opera. R. *Salomo*: Seruate praeceptum meum: haec enim merces mea erit pro omni bono, quod dedi vobis, quemadmodum sua pastori merces datur. Ion. *facite voluntatem meam.* Omnino conuersionem & fidem nouamque obedientiam cum fructibus iustitiae, loco mercedis exigere videtur. q. d. Facite, o Iudaei, vt ne frustra in vobis laborauerim, & vires meas, a parte vestra, consumserim sine praemio & fructu Es. 49, 4. c. 5, 2. 3. y) *sin vero non*, *omittite* Ier. 40, 4. ὁ. ἢ ἀπείπασθε, *aut renuite*. 1 Cor. 4, 2. q. d. Quod si tamen praeter omne ius etiam mercedem debitam mihi denegetis, *& si minus* placuerit illam numerare, *desistite* saltem, non vrgebo meum ius, nec instabo vlterius, sed Deo committam, cum scelus tam immane clamet in caelum Deut. 24, 15. Iac. 5, 4. *Tarn.* conf. not. Ez. 3, 27. z) Illi vero, proh! facinus indignum! loco speratae a me mercedis, proditori meo *appenderunt*. Gen. 23, 16. Es. 46, 6. ὁ. ἔστησαν. Matth. 26, 15. a) *mercedem meam*, at nefariam mercedem ac turpem, qua neutiquam meos remunerarentur labores suumque explerent debitum, sed me impie ad necem emerent. v. 13. conf. omnino Deut. 32, 6. b) *triginta* videlicet *argenti* siclos. Vile pretium, quo caedes mancipii, a petulco boue occisi, hero illius praestabatur. Ex. 21, 31. conf. Matth. 26, 15. c. 27, 9. 10. Ion. *Et fecerunt voluntatem meam viri aliquot.* Sic R. *Sal.* & *Kimchi*: Fuerunt pauci inter illos boni, facientes voluntatem meam. Sed abludunt a scopo. Nam si bonorum reliquiae merces essent, Dominus mercedem istam vt indignam nequaquam abiici iussisset v. 13. nec pastor pastionis officium prorsus abdicauisset v. 14. Facem igitur nobis praebet Euangelista Matth. 26, 15. c. 27, 9. 10. Vide quae supra ad v. 1. notauimus.

v. 13. c) *Tarn.* Tum *vero* rei indignitate *Iehoua* Deus Pater *mihi edixit*. Vid. not. v. 4.

---

v. 10. ואקח את־מקלי Ita 1. 3. v. 11. וידעו־כן Ita 1. At וידעו כן 2. 3. v. 12. אליהם per *Sakephk*. 3. 6. 9. 10. 20. ואם־לא sine *Psik* 2. 3. 5. 6. 9. 20. 21. 22. contra *Masoram* 1. & *Erffurt*. Item contra *Ind. Bas.* f. 60. col. 8.

השליכהו אל-היוצר אדר היקר אשר יקרתי מעליהם
ואקחה שלשים הכסף ואשליך אתו בית יהוה אל-
14 היוצר : ואגדע את-מקלי השני את-החבלים להפר
את-האחוה בין יהודה ובין ישראל : טו ויאמר
16 יהוה אלי עוד קח-לך כלי רעה אולי : כי הנה-אנכי
מקים רעה בארץ הנכחדות לא-יפקד הנער לא-
יבקש והנשברת לא ירפא הנצבה לא יכלכל ובשר
הבריאה

d) *Proiice illud* pretium, vel *illam* mercedem. *Proiiciuntur* autem, quæ vilia aut nullius pretii sunt, quæque vt indigna auersamur, Ex. 21, 30. Ier. 22, 18. c. 52, 3. Ez. 20, 8. Ceterum Christo hic tribuuntur, quæ Matth. 27, 9. 10. a proditore ac sacerdotibus Iudæorum respectiue facta narrantur. Qua de re sic *Tarn.* Tantum indicatur, inquit, Christi prouidentia hæc omnia, licet mala, fuisse directa ad hunc finem bonum, cum Iudas cuperet argentum in suum vsum conuertere, & sacerdotes mallent ad se recipere, tamen Christum, quanquam in summa exinanitione coram Pilato consistentem, adegisse Iudam sua omnipotentia, vt mercedem iniquitatis redderet, & sacerdotum animos permouisse, ne thesauro templi adponerent, verum agrum figuli emerent. e) *ad figulum*, h. e. vt figulo detur, vel *in figulum* pro agro, quem venditurus est, conferatur. Matth. 27, 5. 6. 7. f) sc. *magnificentiam* (2) Mich. 2, 8. *pretii*, h. e. magnificum illud & ingens pretium. Prou 20, 15. Ironice ingens pretium vocat quod vilissimum erat, vt rei indignitatem eo vividius insinuet. q. d. Tanto pretio apud eos fui, scilicet! vt vili argento emendum me a proditore censuerint. Similis ironia s. antiphrasis Es. 57, 12. Marc. 7, 9. Sunt autem hæc non amplius verba Dei Patris ad Christum loquentis, sed ipsius Christi, dictum Patris sui referentis atq; supplentis; id quod accentus æque ac res ipsa (coll. v. 12.) euincit. Mixtum est igitur hoc hemistichium prius ex directa oratione & indirecta: si directa tantum foret, dicendum fuisset, *quo pretiosus vel æsti-*

matus fuisti; sin indirecta tantum, dici debuisset, *vt proiicerem illud*. g) *quo pretiosus habitus essem vel sum*. 1 Sam. 16, 21. Ps. 72, 14. h) *ab apud illis*, h. e. *ab illis* c. 4, 13. Particula *apud* exprimit æstimationem in mente, seu quomodo apud se Christum æstimauerint; *ab* vero declarationem æstimii in ipso opere. At Cocc. Lex. p. 334. *quo dignus æstimatus sum, vt auferrer ab ipsis*. i) *& proieci illud*, h. e. animum Iudæ eum in modum direxi, vt argentum, quod retenturus alias fuisset, ipse pœnitens in templum proiiceret Mat. 27, 3. seqq.

℣. 14. k) *Deinde* autem (postquam concidissem amœnitatis pedum v. 10.) *concidi* quoque, Concidimus autem, quorum vsus nullus est amplius. Scilicet actus hic est symbolicus, significans, Christum etiam eo vsque Iudæos abdicasse, vt ne quidem irasci illis amplius, aut zelo in eos feruere, sed suo ipsos genio pariter ac miseriæ, donec gentium plenitudo intrauerit, relinquere velit. l) v. 7. 10. m) vid. not. v. 7. Scilicet primo fecit Christus in Iudæis opus proprium, cuius causa in hunc mundum venerat: regens eos pedo amœnitatis, annunciando regnum Dei, inuitando, hortando, consolando: sed cum pars maior illorum ipsum contumaciter reprobassent, nec emendationis spem facerent, idem deinde, fracto amœnitatis pedo, fecit alienum opus Es. 28, 21. pascens illos pedo dolentium, tanquam gregem, cuius ipse herus & iudex esset. Quemadmodum autem fracto amœnitatis baculo, amor, sic fracto dolentium pedo, zelus Christi a Iudæis, vt populo ipsius, recessit: quod totalem abdicationem illorum, donec se reos aliquando agnoscent ac faciem Christi quærent, significat, coll. Ez. 16, 42. Hos. 5, 15. n) *ad abolendum* v. 10. o) *fraternitatem* (1) Abstractum, ab אח *frater*, apud Arabes vsitatius. p) Alluditur hic manifesto ad priscam populi diuisionem in *Iudam* & *Israelem*, tempore Rehabeami ac Ieroboami factam 1 Reg. 12, 20. Placet igitur *Hieronymus*: Vt dissoluerem fœdus & germanitatem atque concordiam, quæ inter Iudam fuerat & Israel, & fratres a se inuicem separarem; vt in Apostolorum & eorum, qui egerant pœnitentiam, numero rursum *Iuda* appellaretur & *confitens* Deum suum; *Israel* autem & *Ephraim* & *Ioseph* vocarentur, qui in cordis duritia permanentes dixerant: Non habemus Regem, nisi Cæsarem. Hactenus ille. Hoc ipso autem, quod negat Israelem a Iuda agnitum iri vt fratrem, negat etiam, se Israelis, h. e. synagogæ Iudaicæ Deum, aut ipsos populum suum fore. cf. Hos. 2, 3--7.

℣. 15. q) *Porro dixit Dominus*, non amplius ad Messiam s. Deum Filium, qui quidem v. 4--14. locutus fuerat, sed *ad me* Zachariam. Iubetur enim is, quem adloquitur Dominus, schema adsumere pastoris stulti, atq; sic vaticinari de eo non verbis solum, sed signis: quod Zachariæ quidem conuenire potest, Christo non item. Incipit hic noua & tertia pars huius capitis. vid. not. v. 1. r) *Adhuc*. Respicit hoc aduerbium ad antecedentia: q. d. quemadmodum iam supra v. 3. 5. & c. 10, 2. 3. contra malos Iudæorum pastores vaticinatus es, sic ad reassumendum & continuandum idem hoc argumentum, *porro* vel *vlterius sume tibi* &c. s) *vas*, h. e. *instrumenta* seu quidquid est pastoralis *supellectilis* 1 Sam 17, 40. 49. cf. Deut. 22, 5. Hieronymus: Vasa pastoris insignia illius & habitum debemus accipere, peram, baculum, fistulam & sibilum. t) *pastoris stulti* (1) coll. Iob. 5, 2. 3. qui mox v. 16. dicitur cognato vocabulo *pastor vanitatis* s. *vanus*. Ier. 4, 22. Hos. 9, 7. Ceterum *Bochartus*, Ego, inquit, cum pastor stultus a bono non videam quomodo ex habitu possit distingui, puto Prophetam, a Deo iussum, pastorem quidem veste, pera, pedo, sed eius stultitiam factis expressisse, dum sc. ouium gregem, qui in visione adparebat, fasque deque habebat, neque fractas ligabat &c. quomodo pastorem illum stultum erga mysticas oues, id est, Dei Ecclesiam, se gesturum prædixerat Deus v. 16. Hieroz. P. I. p. 455. LXX. ἀπείρ8.

℣. 16. u) *Quoniam*, si quæris, aut si alii quoque ex te quærunt, quid sibi hoc schema tuum velit. *ecce ego* &c Hoc modo enim stultum figurare debes pastorem in Ecclesia Dei exstiturum. Cf. similia symbola Es. 20, 3. seqq. Ier. 18, 6. Ez. 12, 11. x) iusto iudicio *facturus*. l. *permissurus* sum vt *surgat* Am. 6, 14. cf. 2 Thess. 2, 10. 11 y) *pastor* huiusmodi stultus v. 15. 17. Potest hoc autem collectiue de *magna* Pastorum specie capi, inprimis de pastoribus populi Iudaici, de quibus supra iam fuerat conquestus c. 10. 2. 3. & hic v 3. 5. & de quibus hic v. 15. sermonem continuari per vocem *adhuc* innuerat. cf. Es. 56, 11. Potest tamen illorum explicatio huic subordinari, qui, quoniam Singularis est, de Antichristo, ceu malo pastore eminenter tali, explicant. Quomodo præter alios Hieronymus, Pastor stultus & imperitus, inquit, haud dubium, quin Antichristus sit, --qui alio nomine & Dan. 9, 27. & 2 Thess. 2, 3. 4. abominatio desolationis, sessurus in templo Domini prophetatur, & se facturus vt Deum cf. 1 Ioh 2, 18. z) qui (describitur nunc a stolidis vel stolidi pastoris actionibus) *pereuntes*. Vid. not. v. 9. a) *non visitabit, curabit, requiret*. c. 10, 3. Ier. 23, 2. cf. Ez. 34, 3 seqq b) S. *agitatam teneram*, ac præ imbecillitate cum progredi non posse, in agro aut saltu derelictam. *Tarn*. Sed *Bochart*. Agnus, inquit non sæpe quæritur, quia vix aberrat a grege, & matrem solet sequi. Proinde Matth. 18, 12. non quæritur agnus, sed ouis, quæ vagabatur. Rectius igitur LXX. Ar. Vulg. *dispersum*; Syr *quæ errauit*; Ion. *vagantes*, s. *qui migrauerunt*. Ex rad. Arab. נער *huc illuc profectus fuit, oberrauit*, & Adiect. אלנער *instabilis, sedes mutans*. cf. *Buxtorff*. Lex. Talm. col. 1363. vbi ex Talm. Hieros. hæc citantur: *Qui conducit gregem ouium, prohibetur* לנערה *quid hoc est? ire de loco vno deinceps in locum alium* Hieroz. P. I. 445. & 446. Ceterum נער vt *Femin.* etiam vsurpatur in Cthib Gen. 24, 16. c) Ez. 34, 4. secus ac facit bonus Pastor. Luc. 15, 4. seqq. d) *& fractam*, quæ os fractum aut luxatum habet, *non curabit*, obligando illam Ez. 34, 4. 16. e) *stantem*, h. e. *resistantem* ex lassitudine vel morbo. Sic apud Arabes נצב & נצב est *stare* & *lassum esse*, coll. *Alcor*. Sura 18, 61. & Nom נצב *lassitudo* ex itinere, item *laborare morbo*. Quod est vtique huius loci, coll Ez. 34, 4. 16. vbi loco huius est *morbidas firmare*. f) Ion. *non portabit* Quod licet *Bocharto* minus placeat, existimanti, quasi כלכל in *ferendi* notione nusquam occurrat; probare tamen haud dubitamus, coll. Ier 20, 9. Mal. 3, 2. Prou 18, 14. item Es. 40, 11. At Syr. *stantes non alet*. Vulg. *id quod stat non enutriet*. Sic vir doctissimus, *non sustentabit*, nempe cibo & alimentis. *Stans*, inquit, hic opponitur iacenti & ex morbo decumbenti: nam vt confractis & ægris medela opus est, sic illa stantibus & valentibus, quo bona illa habitudo conseruetur. Hieroz. P. I. 446. cf. 1 Reg. 17, 9. c 18, 4. Neh. 9, 21.

℣. 13. אדר per *Tsere* 1. 2. 3. 5. ℣. 15. עוד per *Ikibb* 1. 2. 3. sic fu. .. קח per *Mak.* 3. sic fu. 5. ℣. 16. כי " per *Makk.* 1. 2. 3. sic fo. 5. הנה per *Mun.* 1. 2. 5. 6. 9. 10. Pro רעה habent רעה 2. 3. 5 & in marg. 6. 9. והנער cum præf. *Van* 1. 2. fu. 5.

17 הַבְּרִיאָה יֹאכַל וּפַרְסֵיהֶן יְפָרֵק׃ הוֹי רֹעִי הָאֱלִיל עֹזְבִי
הַצֹּאן חֶרֶב עַל־זְרוֹעוֹ וְעַל־עֵין יְמִינוֹ זְרֹעוֹ יָבוֹשׁ תִּיבָשׁ קמ' בז"ק
וְעֵין יְמִינוֹ כָּהֹה תִכְהֶה׃ מַשָּׂא דְבַר־יְהוָה עַל־ יב CAP. XII.
יִשְׂרָאֵל נְאֻם־יְהוָה נֹטֶה שָׁמַיִם וְיֹסֵד אָרֶץ וְיֹצֵר רוּחַ־אָדָם קמ' בז"ק

g) *contra vero carnem pinguis vorabit* Ez. 34, 3 Cf. Hoſ. 4, 8. Mich. 3, 5. Matth. 23, 14. h) *& vngulas earum* Deut. 14, 6. *diruellet* (8) 1 Reg. 19, 11. progerando nimis per ardua ſaxa & ſcrupulos. *Tarn.* Quomodo etiam *Grot.* ica fatigabit, vt vngulæ rumpantur. cf. Eſ. 5, 28. & Gen. 33, 14. At *Bochart.* mauult, *vngues earum auellet.* vngues enim auelli potius, quam diffringi: & Prophetam hac hyperbole ſignificare, paſtorem illum, aut lupum rapacem verius, ad ſuum commodum omnia omnino conuerſurum, ne viliſſimis quidē omiſſis, quales ſunt pecudum vngulæ, coll. Ex. 10, 26. Hieroz. P. I. 446.

ỽ. 17. i) *Vah!* vel *Va!* Eſ. 1, 4. Ergo quod v. 16. Deus permiſſurum ſe eſſe dicebat, vt ſtolidus ille paſtor ſurgeret, in hoc quidē non conſenſum & approbationem, ſed iudicium exſerere intelligendum eſt: alioquin *Va* dictitare ei non poſſet. k) *paſtori nihili* ſ. *vanitatis*, hoc eſt, vano ac ſtolido v. 15. Iob. 13, 4. *Iod* non eſt h. l. ſuffixum (id enim vix patitur conſtructio per regimen) ſed paragogicum, vt Eſ. 58, 12. & in עֹזְבִי, quod modo ſequitur. cf. Gen. 49, 11. Ex. 15, 6. &c. l) *deſerenti gregem*, pro quo vigilare, quemque curare ac defendere debebat. Ioh. 10, 12. m) *gladius* erit l. veniet *ſuper* &c. Ier. 50, 35--38. n) cf. 1 Sam. 2, 31. Pſ. 10, 15. *Hieronymus*: Propterea autem gladius Domini *ſuper brachium eius & ſuper oculum* dextrum illius erit, vt *robur* eius & omnis iactantia fortitudinis eius aariditate ſiccetur, & *ſcientia*, quam ſibi falſo nomine promittebat, æternis tenebris obſcuretur. Idemque: Per *brachium* robur (intellige), per *oculum* vero *dexterum* verſutiam, qua ſe acute Dei iactabat cernere ſacramenta, & plus videre, quam omnes retro prophetæ viderant, in tantum, vt Dei filium ſe vocaret. Sic igitur comminatio ironiam haberet contra præſumtionem potentiæ ac ſapientiæ, plane vt Ez. 28, 7. Coniungi poteſt B. *Tarnouii* in ea, quæ modo ſequuntur, explicatio: *Brachium* eius, quo nefarie abutitur ad oues deglubendas ac tyrannice tractandas, *areſcendo areſcet, & oculus dexter eius*, quo debebat gregi proſpicere de ſalubri paſcuo, cum eo abutatur, *caligando caligabit*, vt ſimul pereat ab ipſo omnis fortitudo, omne auxilium, omne conſilium, & malus demum male intereat. Addimus, quod & turpitudinis ac probri ſit oculi dexteri excæcatio, coll. 1 Sam. 11, 2. o) ita vt exſuccum atque exſangue, conſequenter debilis ac impotens fiat c. 14, 12. 1 Reg. 13, 4. Ez. 37, 14. Pſ. 21, 16. Luc 6, 6. p) *caligando caligabit* (7) Gen. 27, 1. Deut. 34, 7. Iob. 17, 18. CAP. XII, ỽ. 1. q) S *Prophetia, Verbum Iehouæ.* per appoſitionem vel aſyndeton. Maluimus cum Cocc. *Prolatio verbi Iehouæ*; propter accentus. cf. not. c. 9, 1. item Mal. 1, 1. Incipit hic vltimus Prophetæ ſermo, qui ad finem vsque libri continuatur. r) Vid. not. Hoſ. 1, 1. Eſt autem hic loquens Iehoua Deus Filius, is nempe, qui v. 10. de ſe ipſo, tanquam a Iudæis quondam *confoſſo*, dicit. s) *de* vel *ſuper Iſraele*; non, *contra Iſraelem.* Nec enim eſt comminatoria prophetia quæ ſequitur, ſed conſolatoria pro Iſraele, ſaltem in pleriſque & quod ad ſcopum principalem. Circa complementum eius diſſentiunt interpretes. *Gurtlerus* Theol. Proph. p. 135. *Coccium* ſecutus, exiſtimat, prædici hic pœnam Lagidarum ac Seleucidarū, Iudæam vexantium, & a Principibus Iudæ quandoque adiutorum v. 1. 2. victorias Maccabæorum v. 3-5 ſubiugationem gentium vicinarum v. 6. ſalutem Iudæ per Meſſiam in humili ſtatu apparentem v. 7. 8. iudicium Dei contra hoſtes Eccleſiæ v. 9. effuſionem Spir. S. v. 10. calamitates & planctus Iudææ v. 11-14. Sed varia ſunt, quæ huic ſententiæ videntur obeſſe. 1) Ipſa ſeries prophetiæ. Actum eſt *ſuperiori capite de excidio Hieroſolymæ per Romanos* ob ſpretum Meſſiam, de iudicio in malos præſertim paſtores, de reprobato deniq; populo Iudaico: ab his igitur Prophetam ad Maccabaica tempora regredi, tamdiu improbabile eſt, quoad alius explicandi modus ſupereſt, prophetiæ ſeriem continuans. Accedunt vaticinii circumſtantiæ. nam 2) *Hieroſolyma* dicitur *lapis oneris* futura, non ſolum Aegyptiis ac Syris, ſed *omnibus populis* v. 3. 3) Hieroſolymæ *tranquillitas*, de qua v. 6. coll. c. 14, 10. 11. vix conuenit Maccabaicis temporib⁹, haud dubie ſub *anguſtia temporum* Dan. 9, 25. comprehenſis. 4) Principes Iſraelis hic nominantur *Domus Dauidis* v. 7. 8. 10. Maccabæi v. ex Leuitica ſtirpe erant. 5) *Promiſſio* illa v. 8. *nimis anguſta* eſt, quam vt expleta in Maccabæis ſit &c. Hæc omnia v. nos ducunt ad complementum Vaticinii in temporibus N. T. quærendum. Plerique intelligunt hic *Iſraelem Dei*, h. e. Eccleſiam ex Iudæis ac Gentibus adunatam, quam Deus polliceatur contra omnes hoſtes in multis illis adflictionibus mirabiliter ſe defenſurum, modo illa ad Chriſtum in vera fide accurrerit, de peccatis ſuis vere pœnitens. Quæ pia quidem eſt accomodatio, fundata in analogia ſimilium vel parium, quorum eadem ratio eſt. Vaticinium tamen ipſum de populo Iudaico potius, quam de Eccleſia N. T. vniuerſali, videtur agere. Inſcribitur n. *ſuper Iſraele* v. 1. & in ipſa tractatione non modo Hieroſolymam, Iudam ac domum Dauidis, vt diſtinctas populi partes, nominat. v. 2. 5. 6. 7. 8. 10. verum etiam diſtributiue ſingulas Iudæorum familias v. 11. ſqq. immo eos innuit, qui quem ipſi olim transfixerant vel transfigendum tradiderant, reſpecturi ſunt v. 10. Adflictio item & ex ea liberatio particularis eſſe videtur, propter particulares circumſtantias, v. g. de Iuda, pugnaturo aliquandiu contra Hieroſolymam, quanquam inuito & hoſtium adacto violentia v. 2. de tentoriis Iudæ prius, quam Hieroſolyma, ſaluandis v. 7. de hoſtibus eorumque equis ſtupore ac cæcitate percutiendis v. 4. &c. Porro non indefinite de adflictionum diebus hic agitur, ſed de certo ac definito *die* ſ. tempore v. 3. 4. 6. 8. 9. 11. qui eſt dies de die N. T. ſpectans ad nouiſſimam mundi periodum, quo pleraque referenda ſunt, quæ hinc ad finem vsque Zachariæ ſequuntur, coll. c. 14, 1. 6. 7. *Io. Meyerus* ad vltima Ezech. p. 97. Neque caput 12. Zachariæ, inquit, ad præterita tempora accommodari poteſt, ſed referri debet ad illuſtrem conuerſionem totius gentis Iudaicæ per totum terrarum orbem diſperſæ &c. Sic *Hocckius* in Comm. poſteriorē huius capitis partem v. 7. fin. explicat. Pariter que Cl. *Vitringa* hanc ſedere ſententiam, animaduertimus ex eius Obſeru. S. lib. 2. c. 9. p. 171. Et *Maius* Oec. V. T. p. 1083. Series temporum Eccleſiæ, inquit, continuatur, quoad Iſraelem &c. Omnino Propheta c. 11. filum prophetiæ ſuæ ad reprobatum vsque populum Iudaicum deduxerat. Ergo ne reprobationis ſtatus putetur in æternum duraturus, ſequitur nunc promiſſio de Iſraele ſ. populo Iudaico eoque I. ab hoſtibus olim liberando non minus, v. 1-9. quam II. ad Chriſtum conuertendo, v. 10--14. Quomodo cum vaticinium hocce capimus, modum tamen complementi diuinæ relinquimus ſapientiæ, & Lectorem noſtrum remittimus ad ea, quæ in Præf. § 13. cautelæ loco monuimus. Addimus ſaltem, *D. Kimchium* exponere iſta v. 1-9. de Gogi & Magogi improbis conatibus & pœna: de quibus Ez. 38. & 39. & Apoc. 20, 8. ſqq. t) Poſt inſcriptionem, quæ hemiſtichio priori abſoluitur, ipſum auſpicatur vaticinium, cui, quoniam magnificas & ſupra captum rationis poſitas promiſſiones continet, ante omnia Promiſſoris deſcriptionem præmittit, vt hac ipſa attentionem excitet, & rei promiſſæ certitudinem confirmet, impoſſibilitatis vero dubium eximat. Vid. c. 3, 9. c. 8, 6. & Eſ. 1, 24. Hoſ. 11, 11. &c. u) *expandentis* ſeu *qui expandit*, veluti cortinam, *cælos*. Addit hæc epitheta Dominus, vt innuat, eſſe igitur in manu ſua, vt & deſtruat diruatque, & ædificet atque plantet. *Kimchi.* cf. Eſ. 44, 24. c. 45, 12. c. 51, 13. Pſ. 104, 2. & Ier. 32, 17. x) Pſ. 89, 12. Pſ. 102, 26. *Tarn.* ſtabilientis & collocantis eam, vt firma ſit, quaſi fundamento firmiſſimo inhæreat, quæ alias, proprie ſi loquaris, ſicut Poeta canit, *Pendet, & in nullo ponit veſtigia fundo.* & vt alius ſuccinit, *Terra pila ſimilis, nullo fulcimine nixa, Aere ſubiecto tam graue pendet opus.* y) *& formantis ſpiritum*; vnde & Deus ſpirituum omnis carnis audit Num. 16, 22. c. 27, 16. Ceterum יצר de formatione materiæ alias dicitur: *A. Eſ.a* igitur dictum hoc explicat de organis corporis, ſpiritus facultatem recipientibus, corde nimirum & cerebro. Sed quemadmodum Nomen יצר de cogitatione, tanquam re immateriali, adhibetur Gen. 6, 5. c. 8, 21. quidni etiam radix pariter ſumi poſſit? cf. Eſ. 43, 10 Pſ. 33, 15. & not. Am. 4, 13. Sec. *Cocc.* notat non tantum inſpirationem animæ, ſed etiam diſtributionem donorum animi. z) De hominibus nominatim addit, non ſolum quod homo eſt princeps creaturarum, propter quem hæc rerum vniuerſitas eſt creata, ſed vt homines vniuerſos doceat eſſe in poteſtate ſua, pios, vt ſeruet, impios vero, quales Hieroſolymæ hoſtes futuri eſſent, vt perdat. cf. Eſ. 45, 12.

ỽ. 17. *Spatium* præmitt. 1. 2. 7. 8. 21. 23. הוֹי per *Rbbia* 1. 2. 3. תִּיבָשׁ per *Pat.* 3. 6. 9. 14. 20. contra *Maſ.* 1. *impr.* & *Erff.* כהה cum *Kri* כהן 1. & *Aaſ. Erff.*

בְּקִרְבּוֹ׃ הִנֵּה אָנֹכִי שָׂם אֶת־יְרוּשָׁלִַם סַף־רַעַל לְכָל־ 2
הָעַמִּים סָבִיב וְגַם עַל־יְהוּדָה יִהְיֶה בַמָּצוֹר עַל־יְרוּשָׁלִָם׃
3 וְהָיָה בַיּוֹם־הַהוּא אָשִׂים אֶת־יְרוּשָׁלִַם אֶבֶן מַעֲמָסָה לְכָל־
הָעַמִּים כָּל־עֹמְסֶיהָ שָׂרוֹט יִשָּׂרֵטוּ וְנֶאֶסְפוּ עָלֶיהָ כֹּל גּוֹיֵי
4 הָאָרֶץ׃ בַּיּוֹם הַהוּא נְאֻם־יְהוָה אַכֶּה כָל־סוּס בַּתִּמָּהוֹן
וְרֹכְבוֹ בַּשִּׁגָּעוֹן וְעַל־בֵּית יְהוּדָה אֶפְקַח אֶת־עֵינַי וְכֹל
ה סוּס הָעַמִּים אַכֶּה בַּעִוָּרוֹן׃ וְאָמְרוּ אַלֻּפֵי יְהוּדָה בְּלִבָּם
אַמְצָה לִי יֹשְׁבֵי יְרוּשָׁלִַם בַּיהוָה צְבָאוֹת אֱלֹהֵיהֶם׃
בַּיּוֹם־

℣. 2. *a*) Vid. not. c. 9, 4. *b*) Alias *peluim* notat Ex. 12, 22. 1 Reg. 7, 50. 2 Reg. 12, 14. hic vero *calicem*; perinde ac מִזְרָק *phiala*, e qua sanguis victimarum spargebatur, pro potatorio ponitur vase Am. 6, 6. Conuenit vtcunque cum Lat. *simpunium*, quod lignei vasis genus est in sacris adhibitum, ita cum *scyphus*. Ion. *vas plenum ebrietate vel potu inebriante*. Inconuenienter vero Vulg. *superliminare*; & LXX. cum Ar. πρόθυρα, coll. Ez. 40, 6. hoc enim non quadrat cum seq. רַעַל *vertigo*, cuius collactaneum תַּרְעֵלָה cum *calice* & *vino* alias construitur, vt facile adpareat, non limen, sed potus instrumentum significari. *c*) Vulg. *crapula*. (1) cf. Es. 51, 17. 22. Ps. 60, 5. Cocc. *vertiginis*. Significat calicem vel potum, cuius haustu tanta gignitur animi perturbatio, vt in vertiginem agat ebrios atque huc illuc *quatiat*. cf. Verb. Nah. 2, 4. & potum excandescentiæ diuinæ Ier. 25, 15. Sensus igitur est: Populi vndique magno cum ardore ad Hierosolymam confluent, velut sitim suam ex eius captura & direptione restincturi; sed hic potus, quem sitiunt, male illis cedet: ita enim eos inebriabit, vt vertigine correpti ruant atque ad mortem soporentur. Ier. 51, 39. 57. *d*) Difficile comma. *Tarn.* ita: *quoniam* quisque illorum ita *etiam contra Iehudam erit in obsidione contra Hierosolymam* seu Ecclesiam, eamque volet opprimere. At Sch. *etiamque contra Iehudam*, quisquis *erit in obsidione contra Hierosolymam*: cui vero accentus videntur repugnare. Vulg. *Sed & Iuda erit in obsidione* &c. verum si negligitur prius עַל *super*, cuius vero rationem, sicut & totius commatis sensum, sic explanauit Ion. *Quia & viros domus Iudæ adducent gentes, per vim coactos, ad obsidionem contra Ierusalem*. Scil. vocula עַל ita debitionis nota est, & h. l. quidem onerosæ: *Sed & super Iudam erit* (i. e. etiam Iudæ incumbet, seu, etiam Iuda tenebitur vel cogetur) esse *in obsidione* &c. coll. simili eius vsu 2 Sam. 18, 11. Ez. 45, 17. Ps. 56, 13. Neh. 13, 13. & apud Arabes Alcor. Sur. 6, 52. *Non erit super te* quidquam *de ratione illorum*, pro: Non cogeris vllam pro eis reddere rationem. *Kimchi* vero ita: *Sed & super Iudam erit* calix vertiginis, cum cogentur venire *in obsidionem contra Hierosolymam*; quæ ipsis magna vtique erit angustia. Ceterum quod Iuda hic innuatur vt pugnaturus contra suam ipsius metropolin, apparet ex c. 14, 14. quod vero hac ipsa in re idem vt pressus atque coactus sit concipiendus, docent heic v. 4. 5. 7. vbi tanquam saluandus inducitur. *e*) *in obsidione* Ez. 4, 3. ℣. 3. *f*) *Fiet nempe*. Alia allegoria confirmat quæ v. 2. dixerat. *g*) h. e. faciam, vt sit Hierosolyma. v. 2. Ez. 35, 4. *h*) *lapidem oneris* vel *gestationis onerosæ* (1) Notabilia hic habet *Hieronymus*. Mos est in vrbibus Palæstinæ, inquit, & vsque hodie per omnem Iudæam vetus consuetudo seruatur, vt in viculis, oppidis & castellis rotundi ponantur lapides grauissimi ponderis, ad quos iuuenes exercere se soleant, & pro varietate virium subleuare, alii ad genua, alii ad vmbilicum, alii ad humeros & caput, nonnulli super verticem rectis iunctisque manibus, magnitudinem virium demonstrantes, pondus extollant. In arce Atheniensium, iuxta simulacrum Mineruæ, vidi sphæram æneam grauissimi ponderis: cum quærerem, quidnam sibi vellet, responsum est ab vrbis eius cultoribus, athletarum in illa massa fortitudinem comprobari, nec prius ad agonem quenquam descendere, quam ex leuatione ponderis sciatur, quis cui debeat comparari. Sensus ergo iste est: Ponam Hierusalem cunctis gentibus quasi grauissimum lapidem subleuandum. Leuabunt quidem eam, & pro virium varietate vastabunt; sed necesse est, vt, dum leuatur, in ipso nixu & eleuatione ponderis, grauissimus lapis scissuram aliquam vel rasuram in levantium corporibus derelinquat. *i*) v. 2. 4. *k*) *omnes leuantes eam*. quotquot eam susceperint ac sibi ad baiulandum imposuerint, loco illam moturi. Gen. 44, 13. Neh. 13, 15. Ion. *quicunque vim ei intulerint*. *l*) Vulg. *concisione lacerabuntur*. adeoque in leuanda ac tollenda Hierosol. vires suas non impune periclitabuntur. (3) Leu. 21, 5. vid. ibid. c. 19, 28. & cf. Luc. 20, 18. Ion. *vastando vastabuntur*. *m*) Illustratio hemistichii prioris. q. d. Non ab re dixi, lapidem oneris Hierosolymam *omnibus populis* fore: *congregabuntur enim* (quanquam exitiabili ipsis euentu) *omnes gentes terræ*. v. 2. Mich. 4, 11. ℣. 4. *n*) *Die*, h. e. tempore, *isto*. v. 3. *o*) Vid. not. v. 1. *p*) *omnem equum* hostilem. cf. c. 10, 5. *q*) *stupore* (2) Deut. 28, 28. vt insanus ac præceps sessorem secum ad mala rapiat. cf. Ps. 48, 6. *r*) *amentia* (3) ibidem. Omne consilium & mentem illis adimam, vt in exitium grauissimum dent se præcipites. *Tarn.* cf. Ex. 23, 27. Iud. 4, 15. Ps. 76, 6. 7. *s*) quæ modo pugnare contra Hierosolymam coacta fuerat v. 6. Excipiuntur ergo a sorte populorum hostilium, a quibus ad pugnandum adacti fuerant: quia pugnauerunt inuiti. *t*) *aperiam* quidem *oculos meos*, sc. vt *R. Sal.* & *Kimchi* explicant, ad custodiendum eos a plaga, qua gentes percutiam, licet inter has illi fuerint; & vt equi eorum eripiantur a plaga. Ion. *manifestabo potentiam meam ad benefaciendum iis*. cf. Deut. 11, 12. 1 Reg. 8, 52. Ps. 31, 8. Ps. 33, 18. Ps. 34, 16. *u*) *omnem vero*. *x*) *cæcitate* (2) Deut. 28, 28. Videtur aliqua hic esse antithesis inter oculos Domini, quibus inuigilabit domui Iudæ, & oculos equorum, quibus ipsos priuabit. cf. 2 Reg. 6, 18. ℣. 5. *y*) *Vnde*, cum videbunt hostes amentia, eorumque equos stupore ac cæcitate percussos, se vero mira Dei prouidentia ereptos, *dicent*. *z*) *duces Iudæ*, cum chiliadibus suis (vid. not. c. 9, 7.) sc. illi ipsi, quos obsidere secum Hierosolymam hostes coegerant. v. 2. 6. *a*) *in corde suo*, quod sanctam de mirifico Dei auxilio admirationem concipiet Es. 49, 21. laxatisque angustiis, quibus constrictum fuerat, dilatabitur c. 60, 5. Innuit, gaudium tale fore, vt id corde percipere eis, quam ore eloqui, facilius futurum sit. Ps. 4, 8. Ps. 106, 2. Supponitur tamen etiam ore ideo eos professuros postea, quod corde conceperant Ps. 116, 10. At *Hier.* qui sequentia optatiue exponit, Vota, inquit, facient in cordibus suis, quia loqui libere non audebunt, vt vincat Hierusalem, & victus Iudas cum hostibus, vincat cum ciuibus suis. *b*) Sch. *confirmabo mihi habitatores Hierosolymæ* &c. Sic foret 1. pers. Fut. in Piel, eliso Aleph præformatiuo, vt in וַאֲבָרֵךְ Ez. 28, 16. Quod vero ad sensum, dicetur infra v. 7. Dominum prius tentoria Iudæ, quam Hierosolymam, saluaturum; illic saltem prius, quam hic, auxilium suum manifestaturum esse. Cernens igitur Iuda salutem Dei, percussio hostium, inter quos erat, exercitu, diceret: Hoc gaudium non debeo apud me continere, sed communicare cum fratribus meis, Hierosolymæ ciuibus; *confortabo eos*, adnunciando quæ Dominus fecit, atque vt ne timeant amplius, sed porro *in Iehoua Deo suo* confidant, animando. cf. 2 Reg. 7, 9. seqq. Græcus interpres *Aquila* imperatiue: *conforta mihi incolas* &c. Sic foret apostrophe votiua ad Deum Patrem de Deo Filio. Vulg. *confortentur mihi*. Sed est potius Nomen (1) formæ אַשְׁמָה *reatus* Leu. 22, 16. אַשְׁפָּה *pharetra* Es. 22, 6. ob mediam radicalem raphatam. cf. Iob. 17, 9. *Kimchii* igitur ita: *Dicent* --, cum fuerint inter hostes suos: *robur mihi* erunt *incolæ Ierusalem*, quippe exituri ad pugnandum, *auxilio Domini Dei sui*; atque sic nos eripiemur per illos. *Ion.* vero: *inuenta est salus incolis Ierusalem in Verbo Domini* &c. quasi pro binis vocibus לִי יֹשְׁבֵי legisset לְיֹשְׁבֵי per vnam. Nobis in tanta sententiarum diuersitate maxime arridet B. *Tarn.* explicatio: *Fortitudo est mihi & habitatoribus Ierosolymorum*, non in nobis, sed *in Iehoua* &c. Scil. asyndeton est, quale sæpius; cum ellipsi præfixi *Lamed* ante Participium, qualis 2 Sam. 4, 2. q. d. Antea pauidi, nunc pleni fiduciæ ac fortitudinis diuinæ sumus, coll. infra v. 8. Es. 33, 24. Ioel. 4, 10. *c*) sc. Christo. cf. Es. 45, 24. *d*) qui sicut *Deus illorum* est per fœdus gratiæ, ita hoc ipso tempore se talem ipsis palam demonstrat, defendendo incolas Hierosolymæ, nos eripiendo ab hostibus. v. 8. c. 8, 8. c. 9, 16. c. 10, 6. Ex. 29, 46. Ez. 34, 30.

CAP. XII, ℣. 2. Pro יִהְיֶה habent תִּהְיֶה 1. 3. & in marg. 6. 9. בַמָּצוֹר Ita 1. 3. ℣. 3. בַיּוֹם per *Mun.* 2. 5. ℣. 4. בַּתִּמָּהוֹן & בַּשִּׁגָּעוֹן fu. 5. & sic 1. in marg. בְּעִוָּרוֹן per *Kam.* 2. 33. sic 16. 5. & sic in marg 6. 9. At per *Schua* 1. 6. 9. 16. 20.

6 בַּיּוֹם הַהוּא אָשִׂים אֶת־אַלֻּפֵי יְהוּדָה כְּכִיּוֹר אֵשׁ
בְּעֵצִים וּכְלַפִּיד אֵשׁ בְּעָמִיר וְאָכְלוּ עַל־יָמִין וְעַל־
שְׂמֹאול אֶת־כָּל־הָעַמִּים סָבִיב וְיָשְׁבָה יְרוּשָׁלִַם
7 עוֹד תַּחְתֶּיהָ בִּירוּשָׁלִָם׃ וְהוֹשִׁעַ יְהוָה אֶת־אָהֳלֵי יְהוּדָה
בָּרִאשֹׁנָה לְמַעַן לֹא־תִגְדַּל תִּפְאֶרֶת בֵּית־דָּוִיד וְתִפְאֶרֶת
8 יֹשֵׁב יְרוּשָׁלִַם עַל־יְהוּדָה׃ בַּיּוֹם הַהוּא יָגֵן יְהוָה בְּעַד
יוֹשֵׁב יְרוּשָׁלִַם וְהָיָה הַנִּכְשָׁל בָּהֶם בַּיּוֹם הַהוּא כְּדָוִיד
9 וּבֵית דָּוִיד כֵּאלֹהִים כְּמַלְאַךְ יְהוָה לִפְנֵיהֶם׃ וְהָיָה בַּיּוֹם

הַהוּא

ẏ. 6. e) Vid. not. v.1.& 4. f) cf. v.2. Scilicet ipsi illi, qui modo ab hostibus contra suos pugnare coacti fuerant, arma nunc in hostes vertent, ac suis dominabuntur exactoribus, postquam in corde suo se senserint divino instructos robore v. 5. g) *sicut focum s. pyram* (1) Cf. 1 Reg. 7, 38. vbi *labrum*, 1 Sam. 2, 14. vbi *vas* coquendis carnibus, & 2 Par. 6, 13. vbi *suggestum*, singula sub idea *rotunditatis*, significat, ab Ar. כור *spirali forma* vel *in gyrum circumuolnere*. sic דורה & מדורה *pyra* itidem ab Ar. דור *circumire*, quasi in circulum congesta & ardens. Quod huic loco cum primis conuenit, vbi principes Iudæ sub allegoria ignis dicuntur populos absumturi *circumquaque*. Vid. etiam Leu. 11, 35. h) *inter ligna*, quæ sicut ab igne consumuntur, Ier. 5, 14. sic hostes suos consument principes Iudæ. Vid. not. Obad. v. 18 i) *immo sicut facem ignis*. Gē. 15, 17. Iud. 15, 4. 5 k) *in manipulo s. manipulis* demessæ segetis, qui multo m. facilius, quam ligna, propter ariditatem suam conflagrant. (4) Ier. 9, 21. l) *& absument*, velut ignis materiam Continuatur allegoria. Obad. v. 18. Ion. *& diripient -- omnes opes populorum*. m) *versus dextram & versus sinistram*, i. e. quaquauersum Es. 9, 19. c. 54, 3 Iob. 23, 9. quod sequens docet particula *circumcirca*, per epexegesin apposita. Ion. *ab austro & ab aquilone*. Dextra enim Hebræis quæ australia, sinistra quæ borealia, Gen. 14, 15. iuncta vero hic veniunt per synecdochen pro vniuersis mundi plagis; vt Ps. 89, 13. n) quibus se antea contra Ierusalem coacti iunxerant v. 2. 3. 4. cf. Es. 41, 15. Mich. 4, 13. o) Prius hemistichium descripserat hostium deletionem, hoc igitur porro consequentem inde Hierosolymæ tranquillitatem & pacem c. 14, 11. Ier. 17, 25. cf. supra c. 3, 10. Mich. 4. 4. Cum vero dicitur *Hierosolyma* habitatura *in Hierosolyma*, diuersa nominis acceptio est: prius pro contento seu incolis, per metonymiam; posterius pro continente seu ipsa vrbe. p) *porro*, vt antea & olim c. 1, 17. c. 2, 16. secus ac hostes cogitauerant, qui Hierosolymam exscindere omnino præsumserant, coll. supra v. 3. q) *subter se*, h. e. in loco suo, c. 14, 10. Ex. 10, 23. Leu. 13, 23. inconcussa & immobilis futura, Ps. 48, 9. Ps. 87, 1. Ps. 125, 1. Opponitur improbo leuationis ac translationis conamini, de quo v. 3. *Ion.* addit: *& prosperabitur*. ẏ. 7. r) *Saluabit autem Dominus*. c. 9, 16. c. 10, 6. s) *tentoria iuda*, in oppositione ad principes & metropolitanos, seu *domum Dauidis & incolas Hierosolymæ*, de quibus posterius hemistichium. Sunt igitur prouinciales, qui vicos tantum & pagos, aut oppida sine muris colunt. v. 2. Ion. *oppida domus Iudæ* 1 Reg. 12, 16. t) *prius*, quam ipsam metropolin seu Hierosolymam; quod correlatum facile suppletur ex commate sequenti. Id ipsum vero facit, vt *Gurtleri* expositio, quam Voc. Typico-Proph. p. 97. suppeditauit, vix possit admitti: Messias, inquit, saluabit Iudæos primo, ante alias gentes. Nam si illud *prius* relate ad gentes accipiatur, prioritatis caussa, quam modo subiicit Dominus, parum quadrabit. Nisi dicere velis, *domum Dauidis & Hierosolymam* pro Ecclesia e gentibus colligenda sumi in oppositione ad Ecclesiam colligendam e Iudæis: cuius enim rei alibi non datur exemplum. Et recte *Cocc.* ad h. l. *Habitantes Hierosolymam*, inquit, debent hic accipi secundum litteram; tum quia certæ parti Iudæ opponuntur, non habitanti Hierosolymā; tum quia iis attribuitur *decus super Iudam*; tum quia per vtrumque indigitamentum intelliguntur indigentes salvatione Dominica. Idem ergo *Cocc.* ita explicat: Docet hic locus, initium prædicationis Euangelii fieri debuisse extra Hierosolymam; vt Baptista ad Iordanem in deserto prædicauit Es. 40, 3. & Christus in Galilæa, coll. Es. 8, 23. & c. 9, 1. (adde Matth. 4, 13. 15. Luc. 23, 5. Ioh. 3, 22.) -- Caussa hæc delectus a Christo indicatur & Matth. 11, 25. 26. Sic 1 Cor 1, 19. 20. 26. 27. 28. -- Hinc quod Architecti hunc lapidem reprobarunt Ps. 118, 22. principes non crediderunt in illum, sed populus Ioh. 7, 48. 49. quod scandalum existit *sedenti Hierosolymæ* Es. 8, 14. Cf. eundem in Lex. p. 13. Verum & hæc explicatio vix satisfacit vaticinio. Agitur enim hic de tali saluatione, qua Iudam ac Hierosolymam saluaturus sit Dominus ex ipsa illa angustia, quæ v. 2. descripta, eodemque tempore, quo hostes, contra Hierosolymam venientes, exscindendi v. 9. Christus vero in carnem venit diu post Maccabaicas adflictiones, de quibus *Cocc.* antecedentia explicat. Diximus supra ad v. 1. videri nobis hanc prophetiam spectare ad vltima N. T. seu nouissimam mundi periodum: complementi igitur modum Deo committimus. *R. Sal.* sic *prius* illud illustrat: antequam veniant Hierosolymitæ ad exeundum ex vrbe, sc. contra hostes. Vt sensus sit, gloriam victi hostis non penes Hierosolymitas staturam, quippe post superatum demum hostem ex vrbe exituros, sed penes Iudam, qui supra v. 6. dicebatur ignis instar hostes circumcirca absumturus; aut penes ipsum potius Dominum, qui hostes amentia & cæcitate percusserit, v. 4. Iudam vero robore induerit ad hostes iamiam confusos vlterius debellandos v. 5. u) *vt ne magna fiat gloriatio*, h. e. sec. Vulg. *vt non magnifice glorietur*, quasi principum virtus & metropoleos munimenta hostem debellassent. Dan. 8, 9. 10. Es. 10, 12. Ita Deus omnem gloriationem humanam occupat, vt (quemadmodum *Hieronymus* ait) sciant, quod Domini sit in vtrisque victoria. Atque sic sibi gloriam seruat, a superioribus vero fastum, ab inferioribus despectum amolitur. x) ex qua principes. cf. v. 12. & not. Ez. 44, 3. c. 46, 16. seqq. ẏ. 8. y) Vid. not. v. 1. z) *proteget*, diuino illos robore instruendo c. 9, 15. Es. 31, 5. a) *Tarn.* ampliatiue; *collapsus*, postquam ex suo lapsu virtute diuina erectus surrexit, -- vt in Petro videre est. Verum *lapsans* non semper dicitur qui actu lapsauit vel lapsat, sed qui *infirmus* est, posito consequenti pro antecedente, coll. 1 Sam 2, 4 vbi lapsantes *fortibus* opponuntur. Itaque LXX. Ion. Ar. & Syr. *debilis*. cf. Ps. 31, 11. *Debilis* vero hic dicitur comparate ad alios, qui fortiores sunt. q. d. Deus adeo roborabit illos, vt qui eo tempore *infirmus* dicetur, futurus sit sicut olim Dauid &c. quomodo Es. 65, 20. tanta promittitur longæuitas, vt *puer* dicendus sit, qui centum annos habet. b) heros ille fortissimus. cf. Es. 33, 24. c. 40, 3.. c. 45, 24. c. 60, 22. c) *domus vero Dauidis*, ceu populi antistites v. 7. *Kimchi*: Rex Messias. sed vide mox dicenda. d) Ion. *instar heroum prosperi erunt*. LXX. & Ar. *vt domus Dei*. Aptius vero *Gusset.* p. 48. a. Vtique, inquit, fidelium conformitatem cum Christo pollicetur. quodque supponitur aliquis simul dictus *Elohim* & *Angelus Iehoua*, -- innuit, aliquem esse simul & *Elohim* & *Angelum Domini*: atque is est Christus, nempe ipsum exemplar, ad cuius conformitatem accipiendam Ecclesia vocatur. *Cocc.* Lex. p. 99. & 354. existimat quidem, esse h. l. *Caph* veritatis, h. m. *Et domus David*, h. e. Filius Dauidis, erit coram habitantibus Hierosolymam in verbis & factis, *vt Deus*, & *vt Angelus Dei*, qui est Deus, ἴσα Θεῷ Phil. 2, 6. coll. Ioh. 1, 14. exhibebit se talem, qualem se exhibere oportet. Verum vt taceamus, quod *domus David* non indiuiduale, sed collectiuum nomen est, coll. v. 12. ipse Christus v. 10. loquens inducitur, tanquam promittens, se spiritum gratiæ effusurum *super domum David*; quod vt de ipso Christo, qui vnctus a Patre est Ps. 45, 8 intelligamus, vix adducimur. Præterea *Caph* prælixum hic ita sumendum est, quemadmodum membro præcedenti: illic vero faciebat comparationem rerum diuersarum, ergo etiam hic. e) & *sicut Angelus Domini* increatus, qui simul *Deus* ipse, vt modo vocabatur. coll. Gen. 16, 7. cum v. 13. ibid. & not. ad Ex. 23, 20. Ceterum particula *sicut* non æqualitatem sed *conformitatem* hic notat, vt Matth. 5, 48. cf. 2 Sam. 14, 17. 20. f) *Syr.* non male: *qui ante illos*, sc. fuit. Ita accentus poscunt; nisi statuas, *ante illos* etiam præcedenti membro subintelligi. Respici hic autem videtur ad historiam eductionis ex Aegypto, coll. Ex. 14, 19. c. 23, 20. 23. vbi Angelus Dei increatus castra Israelitica vt populi sui dux præcedebat. cf. Phil. 4, 13. ẏ. 9. g) v. 8. Vid. not. v. 1.

ẏ. 6. בְּעֵצִים per *Kam.* 1. 2. 3. 5. בְּעָמִיר ita per *Segol* & *Mun.* 1. 2. 3. וְאָכְלוּ per *Graschaim* 1. 3. sic se 5. ẏ. 8. הַנִּכְשָׁל per *Pat.* 1. 2. 3. 6. 9. 20. 22. contra analogiam & *Mas.* impr. Pro כְּמַלְאַךְ sc. וּמַלְאַךְ 2. & sic in marg. 6. 9.

liationis c. 8, 15. Gal. 4, 5. 6. per quem, veluti pignus; gratia in cordibus obsignatur 2 Cor. 1, 22. Eph. 1, 13. 14. excusso timore seruili 2 Tim. 1, 7. cf. Ioh. 1, 17. p) & supplicatio-

ההוא אבקש להשמיד את־כל־הגוים הבאים על־
10 ירושלם׃ ושפכתי על־בית דויד ועל יושב ירושלם
רוח חן ותחנונים והביטו אלי את אשר־דקרו וספדו
עליו כמספד על־היחיד והמר עליו כהמר על־הבכור׃
11 ביום ההוא יגדל המספד בירושלם כמספד הדדרמון
בבקעת

num, qui eos instruet, vt supplici voce gratiam, quam spreuerant olim, nunc dari sibi ac confirmari petant. Ier. 31, 9. Ps. 28, 2. Dan. 9, 3. cf. Hos. 12, 5. Rom 8, 26. 27. q) *& respicient ad me.* Sequitur hic effectus consequens effusionem Spiritus S. scil. respectus fiducialis ad Christum, cum dolore ob pristina peccata; non improbus, vt olim, & cum sanuit coniunctus Ps. 21, 18. Bene enim *Cocc.* ad h. l. *Respicere*, inquit, est fidei se conuertentis a vana spe ad veram salutis arcem c. 9, 12. & in ea acquiescencis. cf. Es. 45, 22. Talis nimirum respectus hic est, qualis, quo olim Israelitæ, a serpentibus morsi, ad serpentem æneum, a Mose erectum, in typo se conuertebant Num. 21, 9. Ioh. 3, 14. 15. Dignaque est *Gussetii* (p. 492.) obseruatio, quam adiiciamus. Quando, inquit, in gratiam loci Zach. 12, 10. examinaui hoc verbum cum אל constructum, obseruaui, connotari propensionem animi, saltem voluntatis, non visum coactum ac inuitum: nec id tantum, sed etiam cum approbatione & amore, vt Ps. 102, 20. Es. 66, 2. idemque negatiue Es. 22, 11. Hab. 1, 13. -- Et quod amplius est, vbi non Deus creaturam, sed creatura Deum respicit, cum desiderio & spe reperiendi in eo asyli, vt Ps. 34, 6. & Es. 51, 1. -- Locus ergo ille (Zach. 12, 10.) conuenit conuersioni populi prius Christum persecuti. Eodem facit in citatione Ioh. 19, 37 præpositio Gr. εἰς. Sed in altera citatione Apoc. 1, 7. de iudicio, in quo adspectus potest esse inuitus, εἰς deest, & videtur allusio tantum, non proprie dicta citatio, caretque formula citationis, qua in Euangelio vtitur. r) *ad me.* Quemnam? Additur *ipsum*, nimirum *quem confoderunt*, per appositionem declaratiuam, vt Leu. 22, 15. Particula autem את non tam regitur a præcedenti verbo *respicere*, quam a sequenti *confodere*, quocum etiam per accentum coniungitur. *Cocc.* quidem Patrem hic loqui existimat, de se in prima, de Filio in tertia persona: *ad me* Deum Patrem *cum eo, quem transfoderunt.* verum coactius & obstante citatione Ioh. 19, 37. ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν pro εἰς ἐμὲ, ὃν ἐξεκέντησαν. Verba igitur in totum sunt Dei Filii seu Θεανθρώπου. Deum namque hunc esse, qui loquitur, apparet inde, quod effusurum se esse dicit Spiritum gratiæ & supplicationum: eundem vero & hominem simul esse, docent sequentia; *quem confoderunt*; Deus merus enim non potest confodi. s) Nihil conuenientius exprimendæ *crucifixioni* Christi, in qua ille *perfossus*, transuerberatus, transfixus clauis & lancea militis. cf. Deut. 31, 15 Es. 53, 4. 5. Ps 22, 17. & 69, 27. Optime enim *Vitringa* Obseruat. S. lib. II. c. 9. p. 172. Miramur plurimos auctores verba *Iohannis*, c. 19, 37. hoc vaticinium Christo applicantis, ita accepisse, acsi hoc testimonium vnice pertineret ad *perfossionem lateris Christi*, quæ facta est *lancea militis*. Sane hoc bene est tenendum, quod *Iohannes* non ad hunc solum militis actum; sed ad præcedentia omnia testimonium hoc extendat. *Hæc facta sunt*, inquit ille. Hactenus *Vitringa*. Obseruandum autem est, vaticinium hoc ratione confossionis Messiæ, de qua agit, iam esse impletum, ratione vero *respectus* pœnitentialis, ad quem primario prophetia tendit, adhuc implendum. Ceterum de *Messia* vtique, licet restricte de Messia *Filio Iosephi*, quem fabula Iudæorum est in bellis occubiturum, hoc dictum veteres Hebræi interpretati sunt in Tr. Talm. *Succa* f. 52. a. itemque *A. Esra & Abarbanel* in Commentariis suis ad h. l. t) *& plangent* pœnitentialiter v. 12. c. 7, 5. Mat. 5, 4. & ex tristitia, quæ secundum Deum fit 2 Cor. 7, 9. 10. Dolentes de peccatis suis per tot sæcula commissis, c. 13, 1. coll. Es. 64, 4 seqq. inprimis quod ipsi in maioribus suis Christum Saluatorem suum non solum detrectauerint, sed immani scelere in crucem egerint atque confoderint. v. 12. *Pectora* igitur dolentes *pulsabunt* Es. 32, 12. sicut publicanus Luc. 18, 13. vt pœnitentiam intimamque scelerum suorum agnitionem testentur Ier. 31, 19. coll. Luc. 23, 48. Alius vero *planctus* est, de quo Christus Mat. 24, 30. & Iohannes Ap. 1, 7. nimirum pœnalis, quo suam improbi infelicitatem deplorabunt, cum Christum Iesum, quem olim spernentes necarant, necatumque probarant, videbunt magna cum gloria & maiestate vt iudicem iratum aduentare. Hic enim *planctus*, vt fructus Spiritus gratiæ & precum, illic vero vt horribilis malæ conscientiæ propago considera tur. Quamuis vtrobique ad h. l. quasi per parodiam fuerit allusum. u) *R. Sal.* neutraliter, *propter illud*, quod eum confoderint, seu propter istam cædem Sic *Gusset* p. 605. *propter hoc.* nam 1) Pronomen, inquit, non concordaret cum אלי *ad me*; 2) eum non lugent, quippe vident viuum, sed lugent peccatum, quo eum confixerant. Sed malumus ad personam referre: *propter eum*, impie quondam a se confossum. Id enim & solennius est, & requiri h. l. videtur propter adiectam comparationem luctus *super vnigena & primogenito*; vbi על personis, quam rei, potius præmittitur. vid. 2 Sam. 1, 16. Nec impedit Pronominis persona. Solent enim Hebræi primam ac secundam personam post Relatiuum אשר si expressum, siue subintelligendum, mutare in tertiam, vt Es. 28, 16. Thren. 3, 1. x) nec forte vulgariter plangent; sed *tanquam planctu &c.* y) *super vnigena*, cuius mors parentibus orbis longe luctuosissima solet esse. Planctus autem super vnigena videtur hic simplicissime capi pro ingenti & extraordinario, vt Ier. 6, 26. Am. 8, 10. *Cocc.* vero existimat, planctum hic exaggerari ab æstimatione personæ, quæ sit *vnigena* Dei Filius Ioh. 1, 14. 18. c. 3, 16. 18. Ita igitur *Caph* iterum, vt ex *Coccejii* mente supra v. 8 esset veritatis potius, quam comparationis: quomodo etiam Calouius. LXX. ὡς ἐπ' ἀγαπητῷ. quod est cum Mat. 3, 17. z) *& amare flendo* sc. flebunt. Es. 22, 4. cf. Nom. Ier. 6, 26. c. 31, 15. a) *super primogenito*, cuius sub V. T. præ ceteris fratribus magna dignitas erat Gen. 49, 3. Deut. 21, 17. At secundum explicationem *Cocc.* & *Tarn.* cf. Rom. 8, 29. Col. 1, 15. 18. Hebr. 1, 6. Apoc. 1, 5. ℣. 11. b) v. 9. Vid. not. v. 3. c) Idem luctus describitur, qui v. 10. Eius nimirum magnitudo & vniuersalitas illustratur per comparationem cum alio ingenti, eoque publico & vniuersali luctu. Nec vero vllum mutati vel subiecti, vel prædicati vestigium textus habet. Vt proinde haud nobis persuadeant *Cocc.* aliique, qui de iudicio hæc explicant ita non plangentes super confosso, vt plangant super alia caussa: Immo continuatur etiam posthac argumentum promissionis euangelicæ c. 13, 1. d) v. 7. 10. e) *Tarn.* simplicissime: *vt planctus Hadadrimmonis*, qui locus est *in conualle Megiddunis*: Scil. locus, qui occasio luctus fuit, describitur partim generaliter per vallem Megidduntis; partim specialiter vel specialissime per Hadadrimmon. Sic *Hieron.* cui *Hadadrimmon* oppidum in valle Megiddo, *Maximinianopolis* suo tempore dictum. At Ion. *secundum planctum Achabi filii Omri, quem interfecit Hadadrimmon filius Tabrimmonis*; *& sec. planctum Iosiæ filii Amonis, quem occidit Pharao claudus in campo Megiddunis*, quasi ante posterius nomen repeti deberet, *& sicut planctus*: quale quid forte est Ps. 133, 3. Sed luctus ille Achabi est ἄγραφος nec tuta satis fide. Pariter *Lightf.* in Chron. V. T. p. 46. Prophetam putat alludere ad duas ingentes & vniuersales lamentationes Israelis; quarum prior habita sit circa petram *Rimmonis*, vbi integra tribus ad viros 600. redacta, etiam victoribus mœrorem expresserit Iud. 20, 47. c. 21, 6. 13. Verum obstat, quod petra illa simpliciter Rimmon dicta fuerit, non Hadadrimmon.

h) *quæram.* Id notat operam huic rei impendendam, & directionem prouidentiæ ad eum finem. q. d. Tum operam dabo, vt exscindantur. *Cocc.* cf. not. c. 6, 7. Vel: *requiram*, sc. opera & facta gentium, vt iustus index. 1 Sam. 20, 16. Ez. 3, 18. 20. i) quæram *exscindere*; vel, requiram, *ad exscindendum*. Hag. 2, 22. k) cf. Es. 30, 27. c. 60, 12. Ier. 30, 11. Vnde liquet, hanc prophetiam circa N. Testamenti initia impletam haud esse; siquidem in illis Deus non perdidit gentes, ad Hierosolymæ excidium venientes, sed per has potius ipsam Hierosolymam cum Iudæorum republica & cultu Leuitico. l) vid. v. 2. 3. 4. 6.

℣. 10. m) *Tum vero*, cum exscindam gentes rebelles v. 9. *effundam.* quod Verbum doni largitatem ostendit, coll. not. Ioel 3, 1. & Es. 44, 3. 4. Ez. 39, 29. cf. Rom. 5, 5. Primitiæ effusionis factæ sunt olim super Apostolos die Pentecostali, secundum prædictionem Ioelis, Act. 2, 16. seqq. hic vero agitur de eiusdem Spiritus, quem Apostoli acceperunt, effusione super Iudæos ad conuersionem totius gentis, vt omnes ac singulæ eius familiæ ob scelus in Christo olim patratum lugeant, & ad petram salutis, quam quondam reiecerant, sese conuertant, coll. hic v. 11. seqq. Hæc igitur effusio, si vaticinii scopum consideres, non præteriti temporis, sed futuri est. Es. 32, 15. n) Subiectum hi sunt recipientis. Quanquam autem supra v. 7. a *tentoriis Iudæ* distinguebantur, tamen heic ea simul comprehendunt, per synecdochen: quod adparet ex effectu effusionis per vniuersam terram & singulas Iudæorum familias vniuersali v. 12. seqq. o) *Spiritum gratiæ*, Hebr. 10, 29. per quem amor & gratia Dei in cordibus illorum effundetur Rom. 5, 5. spiritum fi-

℣. 10. Pro יושב habent ישבי 1. 2. Sic iidem supra v. 7. והמר עליו כהמר Ita 1. 2. 3.

12 בְּבִקְעַת מְגִדּוֹן׃ וְסָפְדָה הָאָרֶץ מִשְׁפָּחוֹת מִשְׁפָּחוֹת
לְבָד מִשְׁפַּחַת בֵּית־דָּוִיד לְבָד וּנְשֵׁיהֶם לְבָד מִשְׁפַּחַת
13 בֵּית־נָתָן לְבָד וּנְשֵׁיהֶם לְבָד׃ מִשְׁפַּחַת בֵּית־לֵוִי לְבָד
14 וּנְשֵׁיהֶם לְבָד מִשְׁפַּחַת הַשִּׁמְעִי לְבָד וּנְשֵׁיהֶם לְבָד׃ כֹּל
הַמִּשְׁפָּחוֹת הַנִּשְׁאָרוֹת מִשְׁפָּחֹת מִשְׁפָּחֹת לְבָד
יג וּנְשֵׁיהֶם לְבָד׃ בַּיּוֹם הַהוּא יִהְיֶה מָקוֹר
נִפְתָּח לְבֵית דָּוִיד וּלְיֹשְׁבֵי יְרוּשָׁלָם לְחַטֹּאת וּלְנִדָּה׃
2 וְהָיָה בַיּוֹם הַהוּא נְאֻם יְהוָה צְבָאוֹת אַכְרִית אֶת־שְׁמוֹת

הָעֲצַבִּים   *Mm mm* 3   פא ג

f) vrbis Manassitarum cum campo, in finibus tribus Isaschar Ios. 12, 21. c. 17, 11. Iud. 1, 27. c. 5, 19. 2 Reg. 9, 27. vbi Iosias a Pharaone occisus magnum de se Hierosolymis & vniuerso Iudæ luctum concitauit 2 Reg. 23, 29. 2 Par. 35, 22. 24. 25.

℣. 12. *g*) *Planget autem terra* vniuersa, terra scil. Iudæ s. Israelitica, de qua in antecedd. sermo. vid. not. v. 10. Pergit luctum populi Iudaici, quem v. 10. 11. vt ingentem atque acerbum descripserat, nunc etiam vt *vniuersalem* describere per totam terram ac singulas terræ familias; vt adpareat, agi hic de tali Iudæorum conuersione, quæ & seria sit futura, & tam illustris, vt, quemadmodum Apostolus ait, *omnis Israel saluetur* Rom. 11, 26. *h*) & quidem *singulæ familiæ seorsim*. Ez. 26, 9. quia, vt *Balduinus* monet, planctus ille neque particularis aut aliquorum, neque simulatus aut hypocritarum erit, sed plangent omnes ex animi sententia, ac si soli lugeant. q. d. Quot familiæ, tot plangentium erunt chori: plangent omnes vniuersaliter, & singulæ singulatim. *i*) Quod præcedenti hemistichio de terra & singulis familiis generatim dixerat, id ipsum hic & v. 13. in partes secat: easdemque partes denuo in summam colligit v. 14. Incipit autem a familia Dauidis ceu regia, vt ostendat, ab summo ad imum vniuersos esse luncturos. v. 7. c. 13, 1. *Hieronymus*; In Dauid, inquit, *regia tribus* accipitur, hoc est, Iuda; in Nathan *prophetalis ordo* describitur; Leui refertur ad *sacerdotes*; ex quo ortum est sacerdotium; in Simei *doctores* accipiuntur: ex hac enim tribu magistrorum agmina pullularunt. *k*) Dicitur ex ritu Israelitarum, apud quos sexus non modo separatim habitabant, coll. Gen 18, 9. c. 24, 67. Ps. 128, 3. quemadmodum apud Græcos, coll. Præf. Nepot; sed & in publicis cœtibus ac solennitatibus (sicut fit hodienum)

CAP. XIII.

modestiæ causa separabantur, coll. Exod. 15, 20.

l) *Hieronymus*. vt modo diximus, *Nathanem prophetam*, & sub eo prophetalem indigitari ordinem putat; At R. Sal. ex mente aliorum Nathanem *filium Dauidis* 2 Sam. 5, 14. 1 Par. 3, 5. Luc. 3, 31. quomodo & Simeitas, qui sequuntur, ramum vult esse familiæ Dauidicæ. Textus, inquit, primo generaliter memorat *domum Dauidis*; deinde vero particulariter ac distributiue. Sed obstat huic sententiæ interposita *Leuitarum* familia. ℣. 13. *m*) *Leuitarum*. Ex. 2, 1. *n*) *Simeitarum* vel *Simeonitarum*, h. e. tribus Simeon. Alii pro Gerschonitarum familia habent, coll. Num. 3, 21. Ex. 6, 17. Alii denique apud *R. Sal.* pro ramo familiæ Dauidicæ, dicto a *Schammua* filio Dauidis 2 Sam. 5, 14. Quomodocunque se res habeat, scopus tamen vaticinii satis euidens manet. ℣. 14. *o*) *Omnes item familiæ reliquæ*, quarum catalogum texere nimis longum ac operosum foret. q. d. non solum illæ familiæ, quas iam memoraui, plangent, sed omnes etiam reliquæ, quas non memoraui; immo, vt summatim dicam, omnes ac singulæ. Sic *reliqui* pro *ceteris* Deut. 19, 20. 1 Par. 13, 2. Alii: *vel tiæ*, h. e. ex tot sæculorum ærumnis *superstites*. Es. 10, 21. 22. c. 11, 11. *p*) Vid. v. 12. CAP. XIII, ℣. 1. *q*) *Continuatur hic præcedentis Capitis prophetia*, de Conuersione Iudæorum: quod adparet ex adposita cum temporis nota, *Die isto*, coll. c. 12, 3. 4. 6. 8. 9. 11. tum designatione subiecti, *domus Dauidis & incolæ Ierusalem*, coll. c. 12, 7. 8. 10. Docet id quoque ipsa argumenti series, quemadmodum mox dicetur. *Duæ enim huius capitis partes sunt.* I vt cœptum superiori capite argumentum absoluat, iisdem, quos c. 12, 10. seqq. vt propter peccata sua lugentes induxerat, nunc *promittit gratiam* 1) *remissionis peccatorum* per ablutionem ex fonte salutis aperto, v. 1. 2) *sanctificationis ac renouationis*, ita vt idola neque colantur ab eis porro, nec nominentur v. 2. spiritus item immunditiæ aboleatur, ibid. falsique prophetæ aut occidendi sint iusto Zelo, si falsa vlterius prophetare vellent, aut falsitatem suam agnituri ac deposituri v. 3. 6. II *Fata populi Iudaici* ab initio N. T. reperit, velut in breue quoddam systema compingenda: vbi 1) *mors Christi* v. 7. 2) *collectio ouium* paruarum, sc. Apostolorum discipulorumque Christi, & quotquot ex Iudæis in Christum post mortem eius crediderunt, ibid. 3) *iudicium excidii*, per Romanos inferendi, in Iudæos contumaces & Euangelio Christi credere nolentes v. 8. 4) eiusdem iudicii *restrictio*, quod saltem non tota gens a Romanis exscindenda foret, sed tertia eius pars ab excidio superfutura ibid. 5) *tertiæ* huius *partis in ignem* exilii & variarum adflictionum (quas misera gens etiamnum perpetitur) *adductio* v. 9. atque sic demum 6) eius tandem in igne *probatio & ad Christum conuersio* ibid. Quomodo finis capitis nexum huius partis cum superioribus ostendit, dum ad ea ipsa, de quibus actum superius fuerat, regreditur. Nunc ad singulorum explicationem accedimus. *Die isto*, cum ingens & vniuersalis pœnitentiæ luctus per Spiritus S. operationem apud Iudæos erit c. 12, 10. seqq. *r*) *fons*, Christus ipse vt quondam occisus c. 12, 10. nunc exhibendus ipsis per fidem in sanguine noui fœderis c. 9, 11. fuso ad ablutionem & remissionem peccati Matth. 26, 28. Rom. 3, 25. c. 5, 9. Eph. 1, 7. Col 1, 14. Hebr. 9, 14. 1 Pet. 1, 2. 1 Ioh. 5, 6. De *Messia* certe explicat ipse *Abarbanel* h. l. & ad Ez. 47. f 118. d. quanquam hoc tantummodo respectu, quod fons puræ limpidæque doctrinæ is sit futurus. *Aquarum* autem duplex potissimum vsus est, primo ad restinguendam sitim; quomodo Christus alibi sitientes ad se vocat, & cum doctrina sua tum donis Spiritus S. a se largiter profluentibus, satiat, coll. Es. 12, 3. c. 55, 1. Ioh. 4, 14. c. 7, 37. 38. Apoc. 21, 6. deinde ad mundandum & abluendum; quomodo Christus sanguine ac Spiritu suo, per baptismum inprimis, a peccatorum dominio non minus, quam reatu, nos mundat, Ez. 36, 25. Hebr. 10, 22. 1 Ioh. 1, 7. Apoc. 1, 5. Priori respectu Ion. vertit: *doctrina legis, patens velut scaturigo aquarum*. cf. infra c. 14, 8. Sed posteriorem potius respectum hic obtinere, finis versiculi arguit, contra *peccatum & fœditatem*. Fons ergo dicitur, vt gratiæ cum origo tum vbertas atque perennitas in Christo insinuetur. cf. Ier. 2, 13. c. 17, 13. Ps. 36, 10. Ps. 68, 27. & not. 1 Reg. 7, 26. *s*) neque is forte clausus, (quemadmodum in Oriente, vbi rariores sunt aquæ, fieri interdum solet Cant. 4, 12.) sed *apertus*, h. e. omnibus ac singulis, quotquot vere propter peccata lugent, patens, nemini prohibitus. cf. Matth. 11, 28. *t*) Vid. cap. 12, 7. 8. 10. *u*) *pro emundando peccato & fœditate* seu *immunditie*, quippe quorum causa lugebunt c. 12, 10. seqq. cf. Leu. 11, 2. 5. c. 15, 19. & Esa. 64, 4. 5. Ion. *& remittam debita illorum, quemadmodum mundantur aquis aspersionis & cinere vaccæ*, quæ mactatur *pro peccato*. cf. not. Num. 19, 9. 13. it. Ps. 51, 9. Hebr. 1, 3. 1 Pet. 1, 2. ℣. 2. *x*) Vid. not. v. 1. *y*) cf. not. c. 12, 1. *z*) Locutio quodammodo prouerbialis, q. d. Ita ego idola idolorumque cultum exscindam, vt ne nominanda quidem sint amplius Es. 2, 18. 20. Ier. 10, 11. Hos. 2, 19. Mich. 5, 11. 13. Nah. 1, 14. Zeph. 2, 11. cf. Ez. 25, 13. Deut. 12, 3. Ps. 16, 4.

℣. 12. מִשְׁפָּחוֹת מִשְׁפָּחוֹת *defect.* alii libri in marg. 22. לְבָד per Pat. ter 3. 6. 9. 20. Variant 2. 5. Sic v. 13. Sed *Kam.* vbique poscit *M. I.* itemque *Mas. impr.* & Erff. ℣. 14. כֹּל per *Makk.* & *Kametsch.* 1. 2. 5. 6. 9. 20. 21. 22. CAP. XIII, ℣. 1. Sine præmisso *Spatio* 1. 2. 3. 5. 6. 9. 20. 21. 22. לְחַטָּאת per *Kam.* 1. 6. 9. 10. 20. sic su. c. contra *M. I.* itemque contra *Mas.* 2. *impr.* & *Erff.* ℣. 2. וְהָיָה cum *Gaiah* 1. 5. sec. *Mas.* 1. & *Erff.*

הָעֲצַבִּים מִן־הָאָרֶץ וְלֹא יִזָּכְרוּ עוֹד וְגַם אֶת־הַנְּבִיאִים
וְאֶת־רוּחַ הַטֻּמְאָה אַעֲבִיר מִן־הָאָרֶץ׃ 3 וְהָיָה כִּי־יִנָּבֵא
אִישׁ עוֹד וְאָמְרוּ אֵלָיו אָבִיו וְאִמּוֹ יֹלְדָיו לֹא תִחְיֶה כִּי
שֶׁקֶר דִּבַּרְתָּ בְּשֵׁם יְהוָה וּדְקָרֻהוּ אָבִיהוּ וְאִמּוֹ יֹלְדָיו
בְּהִנָּבְאוֹ׃ 4 וְהָיָה בַּיּוֹם הַהוּא יֵבֹשׁוּ הַנְּבִיאִים אִישׁ מֵחֶזְיֹנוֹ
בְּהִנָּבְאֹתוֹ וְלֹא יִלְבְּשׁוּ אַדֶּרֶת שֵׂעָר לְמַעַן כַּחֵשׁ׃ 5 וְאָמַר
לֹא נָבִיא אָנֹכִי אִישׁ־עֹבֵד אֲדָמָה אָנֹכִי כִּי־אָדָם הִקְנַנִי
מִנְּעוּרָי׃ 6 וְאָמַר אֵלָיו מָה הַמַּכּוֹת הָאֵלֶּה בֵּין יָדֶיךָ
וְאָמַר

a) *idola* Hos. 14, 9. q. d. *dolorifica*, quod cultus illorum nihil habeat præter dolorem & ægritudinem Ps. 127, 2. vel potius, *solicite elaborata*, coll. Ier. 22, 28. Iob. 10, 8. Poni hic autem videntur *idola* pro quouis cultu falso & electitio, contra & præter verbum Dei instituto: vix enim constat, Iudæos crassa se idololatria, saltim post Hierosolymæ excidium ad hæc vsque tempora, commaculasse. b) Quidam de toto terrarum orbe explicant; sed malumus cum aliis *de terra* Israelis, coll. infra v. 8. it. c. 12, 12. & not. c. 7, 5. c) ita vt ne *commemorentur* quidem *amplius* Ex. 23, 13. Hos. 2, 19. d) *sed & prophetas*, sc. falsos: coniunguntur enim hic cum *spiritu immunditiæ*; & infra v. 3. 4. indigitantur vt *falsa loquuti*. Prætorea tale hic merito concipitur subiectum, quale permittitur a suo prædicato, *remoueri ex terra*, quod importat detestabile quid ac impurum. Sic Ion. LXX. & Ar. pseudoprophetas. cf. enim Ioel 3, 1. & quæ ad Num. 11, 29. ex R. *Bechai* notauimus. Duo igitur hic versus eliminanda promittit, 1. falsum *cultum*, hemistichio priori; 2. falsam *doctrinam*, hemistichio posteriori. e) & *spiritum immunditiæ*. R. *Sal.* intelligit peccatum originale seu *prauam concupiscentiam*: quia vero hic Pseudoprophetis iungitur, malumus *cum Tarn.* ipsum interpretari *Diabolum* per illos loquentem in fictis suis oraculis. Dicitur autem is *immunditiæ spiritus*, cum quia impurus ipse est, tum quia per impuram doctrinam, quam vatibus istis atque cultoribus suis inspirat, alios impurat atque seducit. LXX. καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἀκάθαρτον.

θαρτον. cf. Matth. 10, 1. c. 12, 43. Marc. 1, 26. Apoc. 16, 13. 14. it. 1 Reg. 22, 21. 22. Hos. 4, 12. 1 Tim. 4, 1. 1 Ioh. 4, 1. f) *transire faciam*, hoc est, *remouebo* c. 3, 4. 1 Reg. 15, 12. Ps. 119, 37. vt ne amplius sicut olim, in hac terra grassetur.

ỳ. 3. g) Fietque cum vel *si prophetauerit quis porro*, sc. mendacium loquens in nomine Domini, vt modo sequitur, quod tamen nec facile futurum esset, coll. v. 2. quippe falsis etiam prophetis ad frugem redituris, ita vt imposturæ atque insaniæ suæ ipsos pœniteat v. 4. 5. 6. Hypothetice loqui videtur, ponens casum, coll. כִּי Num. 5, 20. sc. vt ostendat, quo animo ceteri erga pseudoprophetã futuri essent, sicubi talis omnino m. posthac existeret. h) statim *pater eius & mater* obliuiscentur parentum, vt Dei retineant seruitutem. *Hieron.* i) ipsi illi, *qui genuerunt eum*, seu *parentes eius*. Scilicet adfectui naturæ non plus tribuent, quam zelo & pietati in Deum. Deut. 33, 9. coll. Ex. 32, 26. seqq. Matth. 10, 37. & ibidem e contrario v. 21. k) *non viues*, sed, vt meruisti, occideris. 2 Reg. 10, 19. Respicitur ad legem Mosis, secundum quam capitale erat, si quis prophetæ nomen sibi arrogans, apostasiam a Domino, aut saltem vere contra verbum diuinum, siue aliorum Deorum, siue ipsius Iehouæ nomine, docuisset. Deut. 13, 6. c. 18, 10. Significatur autem, inuigilaturam esse Ecclesiam, vt ne pestes huiusmodi amplius exsistant; sin vtique exstiterint, habituram tamen ipsam non solum probationis donum, ad probandum spiritus, num ex Deo sint, sed zelum quoque, ad malum eliminandum. 1 Ioh. 4, 1. 2 Cor. 7, 11. Deut. 13, 6. l) *atque ita confodient ipsum* c. 12, 10. *Hieronymus*, Tam piæ, inquit, erunt omnium in Deum mentes, vt non exspectetur publicum iudicium, sed pereant, qui tales sunt, sententia propinquorum. Ita igitur, quicquid est huius rei, innueretur, Zelum fore heroicum: quomodo Pinehas Israelitam cum Moabitide in lupanari transfixit Num. 25, 8. Sed nec necesse est, ita explicare, vt parentes priuato tantum arbitrio filium pseudoprophetam confossuri esse intelligantur. Immo probabile est valde, ad legem hic respici Deut. 13, 7.-11. secundum quam tenebantur Israelitæ, si vel a proximo ad idololatriam pellecti fuissent, ei non solum non parere, sed eius quoque impietatem adeo detestari, vt nec propter cognationem ei parcerent, quin magistratui denunciarent, damnatoque sententiis iudicum primi manus iniicerent ad necandum, ac tum demum populus. m) *eo quod sic vaticinatus ille est*. Præf. בְּ caussale, vt 2 Par. 16, 7. c. 22, 6.

ỳ. 4. n) *Die isto*, cum tanta lux erit in Ecclesia ad discernendum spiritus, tantusque zelus ad eliminandum malos v. 3. o) *pudefient*, luci exposita ac ab ipsis etiam agnita rei turpitudine ad frugem redituri Rom. 6, 21. cf. Es. 44, 9. 11. p) Vid. not. v. 2. q) cf. Mich. 3, 6. r) *cum prophetaret*, vel prophetandi munus sibi quondam arrogaret v. 3. s) *nec induent* porro *togam* vel *chlamydem pili*, h. e. *pilosam* vel *villosam*, ὁ. τριχίνην, Gen. 25, 25. e pilis caprinis vel camelinis factam, qui quondam Eliæ aliorumque forte Prophetarum Dei habitus fuerat 1 Reg. 19, 13. 19. 2 Reg. 1, 8. Matth. 3, 4. Hebr. 11, 37. Apoc. 11, 3. Tales igitur Prophetas etiam falsi doctores vestitu suo mentiti fuerant, vt austera vitæ specie se commendarent Matth. 7, 15. Vulg. *nec operientur pallio saccino*. cf. Es. 20, 2. Apoc. 6, 12. t) *ad mentiendum*, sub specie, quasi & ipsi prophetæ veri essent 1 Reg. 13, 18.

ỳ. 5 u) *Immo dicet* huiusmodi homo, interrogatus forte, num propheta sit vel fuerit? x) Adeo pudebit ipsum pristinæ impietatis ac stultitiæ suæ, vt *prophetæ* nomen, quod velut honorificum ambiuerat olim, nunc vt turpe sibi deprecaturus sit, &, si fieri posset, nollet se vmquam vel adfectasse hunc titulum, vel alios eius ab ipso adfectati reminisci. cf. Am. 7, 14. y) *colens terram* Prou. 12, 11. *agricola* Gen. 4, 2. ad stiuam atque aratrum, quam ad docendum ac prophetandum, aptior. z) *homo* aliquis. Leu. 1, 2. a) S *vendidit me*; q. d. *fecit me emi*. Hiph. (1) Alii: *seruire me coegit*, ex Aethiopismo, coll. metaphrasi Aeth. Apoc. 9, 20. & Ps. 2, 11. cf. not. Ez. 8, 3. Simplicissime nobis exponi posse videtur: *emit me*, seu pretio vel mercede data *me habuit* vt seruum seu operarium. Coh. 2, 7. Neh. 5, 8. Complura enim apud Hebræos verba sunt, quorum significatio in Coniugationibus *Kal & Hiphil* vix differt, vt כָּבַשׁ & הִכְבִּישׁ subigere, כָּרַת & הִכְרִית exscindere &c. b) *inde a pueritia mea* 1 Sam. 12, 2. Ez. 4, 14.

ỳ. 6. c) *Quodsi* vero quis, instando vlterius, *dixerit ad eum*. d) *Plagæ* hic sunt *plagarum* seu vulnerum *vestigia* ac cicatrices. *Kimchi*: Si ita est, te prophetam non fuisse, *quid igitur plagæ hæ*, quæ *inter manus tuas*? plagæ namque videntur prodere, te ausum vaticinari, parentesque tuos te percussisse & castigasse, vt ne prophetares. cf. not. supra v. 3. At *Grotius* intelligit *stigmata* inusta manibus, per quæ solebant diis gentium se mancipare, inscripto eorum signo, nomine aut numero, Apoc. 13, 16. 17. Quod præferimus propter hemistichium sequens. Forte etiam *respicitur* ad incisionem manuum, Baaliticis vatibus solemnem 1 Reg. 18, 28. ex qua stigmata omnino remanebant. Cf. e contrario *stigmata Christi* Gal. 6, 17. e) *intra manus*, vel *in manibus tuis*. Sic *Nold.* p. 193. coll. Prou. 26, 13.

ỳ. 3. וּדְקָרֻהוּ per *Kadma* 6. 7. 9. 10. 20. At per *Rbbia* 5. 17. 18. 24. & Ber. בְּהִנָּבְאוֹ per *Caph* loco *Beth* alii libri in marg. 7. 8. ỳ. 5. כִּי per *Merca* 3. 7. 10. 13. 14. 15. 19. sic se. 5. אָדָם הִקְנַנִי ita 1. 2,

7 וְאָמַר אֲשֶׁר הֻכֵּיתִי בֵּית מְאַהֲבָי׃ חֶרֶב עוּרִי עַל־
רֹעִי וְעַל־גֶּבֶר עֲמִיתִי נְאֻם יְהוָה צְבָאוֹת הַךְ אֶת־הָרֹעֶה
8 וּתְפוּצֶיןָ הַצֹּאן וַהֲשִׁבֹתִי יָדִי עַל־הַצֹּעֲרִים׃ וְהָיָה בְכָל־
הָאָרֶץ נְאֻם־יְהוָה פִּי־שְׁנַיִם בָּהּ יִכָּרְתוּ יִגְוָעוּ וְהַשְּׁלִשִׁית
9 יִוָּתֶר בָּהּ׃ וְהֵבֵאתִי אֶת־הַשְּׁלִשִׁית בָּאֵשׁ וּצְרַפְתִּים כִּצְרֹף
אֶת־הַכֶּסֶף וּבְחַנְתִּים כִּבְחֹן אֶת־הַזָּהָב הוּא יִקְרָא בִשְׁמִי
וַאֲנִי אֶעֱנֶה אֹתוֹ אָמַרְתִּי עַמִּי הוּא וְהוּא יֹאמַר יְהוָה
אֱלֹהָי

Mmmm 4 פא ד

f) Plagæ hæ sunt, *quibus percussus sum in domo amasiorum meorum*, h. e. idolorum ac dæmonum, quos ego, proh! pudor, antehac sectabar. Est pristinæ turpitudinis non sine rubore confessio. q. d. Licet dissimulare conatus fuerim, tamen interrogando me ita vrges, vt mihi fatendum sit quod res est, quamuis me valde pudeat: Sunt vtique non optima stigmata, quæ meis obseruasti in manibus, signa nimirum sunt idololatriæ ac pseudoprophetiæ, quibus deditus olim fui. Atque ita innuitur, Pseudoprophetas, licet iam conuersos, tn. laturos etiam tum ignominiam suam esse, perinde ac Leuitis & sacerdotibus ex Ithamari familia prædictum Ez. 44, 10-14. *D. Kimchi* quidem ita: Non sunt plagæ ob prophetiam inflictæ, sed quibus ab illis, qui me amabant, in pueritia castigatus sum, quod deses in colendo agro exstitissem. *Tarz.* vero sic: Plagæ hæ sunt, non quas ego sponte mihi intuli ad fraudandum alios, sed *quibus percussus fui* inuitus *in domo amantium me*, meque istis duris remediis, cum mitioribus parere prius nollem, a malo instituto ad bonum reuocantium. Verum obstat vtrique expositioni, quod *Participium Piel* מאהבים constanter *in vitio* ponitur, impuros significans *procos*, cum quibus quis vel quæ scortatur, siue physice, siue spiritualiter, coll. Ier. 22, 20. 22. Ez. 16, 33. 36. 37. c. 23, 5. 9. 22. Hos. 2, 7. 9. 12. 14. 15. Thren. 1, 19

℣. 7. *g*) Ceterum vt ab ouo, quod aiunt, explicationem totius rei ordiar, ego Deus Pater sic aio: *O gladie* &c. Est vtique hic ἐπάνοδος seu ad superiora (c. 11, 11. 13.) regressio. Cum enim nos hactenus filum pro-

prophetiæ iam duxerit ad nouissima N. Testamenti, inprimis ad futuram Iudæorum conuersionem, c. 12. & 13. inseruntur nunc porro, quæ partim ad N. Testamenti initia pertinent. Neque ista res vitii quidquam

habet: nam v. 9. redit ad nouissima, quæ Domino visum est cum antecedentibus, per breuem horum recapitulationem, connectere, vt clariora hoc modo & explicatiora fierent. Vide supra not. v. 1. & *Vitringæ* Typ. Doctr. Proph. p. 188. *Prosopopœia* autem est, cum *gladium*, velut persona esset, vocat. cf. Ier. 25, 29. Insuper obseruandum, *gladium* hic in genere pro violentiæ ac necis instrumento venire, ita vt, quamuis Dominus noster gladio præcise interemtus non fuerit, tamen hoc vaticinium in mortem ipsius bene quadret, quia violenter ad mortem vsque est vulneratus, coll. supra c. 12, 10. Es. 53, 5. Dan. 9, 26. Sed & *gladios* Iudæi, saltem in captiuatione Christi, adhibuerunt Matth. 26, 47. 55. *h*) *euigila*, h. e. agitare, coll. not. c. 9, 13. *Imperatiuus* est *pro Futuro*, vt sæpe: q. d. Futurum est, vt euigiles seu exciteris. Habet tamen hanc emphasin, vt innuat, Christum ex decreto & voluntate Patris sui occisum; adeoque Iudæos, cum cruci eum fixerunt, vel ignorantes consilii diuini exsecutores fuisse. Esa. 53, 6. 10. Ps. 40, 9. Act. 2, 23. *i*) *super pastorem meum*, non titulo tenus talem, qui *stultus* supra c. 11, 17. vocabatur; sed eum, cui ipse ego oues occidionis de domo Israel pascendas dedi c. 11, 4. 7. qui vitam ponit pro ouibus Ioh. 10, 11. Quis hic sit, Christus perspicue nos docet Matth. 26, 31. & Marc. 14, 27. vbi hunc textum de seipso allegat. *k*) *& super virum.* Nomen hoc Christi diuinum robur & præpollentiam denotat, coll. not. Ier. 31, 22. *l*) *proximum meum.* Nomen hoc, quando homini iungitur, notat eiusdem participem naturæ seu (vt loqui nobis liceat) *cohominem*, cuiuscunque generis ille vel regionis fuerit Leu. 5, 21. c. 18, 20. c. 19, 11. 15. 17. c. 24, 19. c. 25, 14. 15. 17. Quem igitur Deus *proximum suum* dicit, eum oportet esse ἴσα Θεῷ Phil. 2, 6. Patrique ὁμοούσιον, h. e. eiusdem essentiæ & consubstantialem; qualis vtique Deus Filius Ioh. 1, 18. Col. 1, 15. Hebr. 1, 3. Adeoque quod *R. Salomo* explicat, quem adiunxi mihi ad custodiendum oues meas, sicut ego, non exhaurit vocabuli emphasin. *Ion.* vero male in tertiam transfudit personam: *& super socium eius qui similis ipsi est.* *m*) c. 3, 9. *n*) *Percute*, sc. quisquis percuties. Imperatiuus indefinitus seu impersonalis, æquipollens Indicatiuo, *percutietur pastor*, vel (vt habent Euangelistæ Matth. 26, 31. Marc. 14, 27. *percutiam pastorem.* Dominus enim, dum percuti iubet, percutit ipse, coll. not. Amos 9, 1. & c. 6, 11. cf. Esa. 53, 4. Ps. 69, 27. *o*) *vt*, capto ac necato pastore, *dispergantur oues*, 1 Reg. 22, 17. Ez. 34, 5. sc. discipuli eius, Ioh. 16, 32. *p*) *referam tamen manum meam*, quam paulisper, sibi ipsos relinquens, subduxeram; *Tarn.* Ita autem limitatur dispersionis adnunciatio. q. d. Dispersio tamen hæc non erit finalis, sed momentanea, quippe ex qua paullo post resurrectionem Pastoris sui, palantes ego recolligam. Esa. 1, 25. *q*) *super paruos* seu *paruas ouium* (1) sc. ad recolligendum eas. Continuatur tropus, adeoque indigitantur, qui percusso pastore fugerant; Apostoli nimirum, aliique ex Iudæis in Christum iam credentes & per ipsos porro in eum credituri. *Parui* igitur dicuntur ratione tum numeri, quo superabantur ab infidelium turba, tum æstimationis, qua despecti plurimis erant. cf. supra c. 11, 7. 11. Ier. 49, 20. c. 50, 45. & Luc. 12, 32 ℣. 8. *r*) Quantum *vero* ad obstinatos & Euangelio Christi credere nolentes, *fiet* &c. *s*) *in tota terra*, sc. Iudaica v. 2. quæ δεικτικῶς & eminenter sic dici solet, coll. not. c. 7, 5. & c. 12, 12 Exponitur nempe, quæ fata Iudæorum populus & terra sit habitura, post Pastorem ab illis percussum, & repudiatum eius Euangelium. *t*) *portio duorum*, h. e. *gemina*, *dupla*. Phrasis ex diuidunda hereditate sumta Deut. 21, 17. 2 Reg. 2, 9. Significantur autem *duæ tertiæ*, h. e. maior pars incolarum terræ: ponitur enim contra *tertiam partem*, quæ ab excidio superfutura promittitur. *u*) *in ea*, scilicet terra Iudaica. *x*) *exscindentur* per Romanos, sub Vespasianis, Traiano, Adriano, & *exspirabunt.* Gen. 7, 21. Ios. 22, 20. *y*) *tertia vero* demum *pars*, h. e. minor. cf. Ez. 5, 2. seqq. *z*) *relinquetur*, h. e. superstes ab excidio manebit, *in illa*, ita vt saltem non tota gens exscindatur, sed reliquias habeat, in nouissimis dierum, postquam in ignem prius illatæ fuerint, saluandas v. 9. cf. c. 14, 2. Esa. 4, 3. c. 37, 31. Ez. 6, 8. 9. c. 12, 16. Zeph. 3, 12. ℣. 9. *a*) *Adferam tamen & hanc tertiam partem*, quæ sub Romanis ab excidio supererit, v. 8. *b*) Ion. *in tribulationem velut in fornacem ignis.* Quo referri potest, quidquid malorum populus Iudaicus per vniuersum tempus præsentis dispersionis suæ sensit, aut sentiet adhuc in posterum. *D. Kimchi* inprimis de angustia (quas vocant Iudæi) passionum Messiæ, ac de bello Gogi & Magogi explicat. cf. Es. 6, 13. Ez. 5, 3. 4. 1 Cor. 3, 15. *c*) *atque sic liquabo eos* igne tribulationum, *quemadmodum liquatur argentum*, non vt pereat plane, sed vt a scoriis purgetur. Es. 48, 10. Ez. 22, 22. Mal. 3, 2. 3. Ps. 66, 10. Prou. 17, 3. *d*) *tandemque probabo* vel *probatos faciam eos*. Ier. 9, 6. Ps. 66, 10. 1 Petr. 1, 7.

Scilicet, vt fuluum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.

e) *Ille* demum, sc. populus reliquus, igneque liquatus ac probatus. *f*) Esa. 41, 25. c. 65, 24. *g*) c. 10, 6. Esa. 58, 9. *h*) *dixi*, h. e. lubens ac promtus *dicam.* *i*) cf. c. 2, 15. c. 8, 8. Esa. 51, 16. Hos. 1, 9. c. 2, 1. 3. 25. *k*) Ioh. 20, 28. cf. Deut. 26, 17. 18.

℣. 7. עמיתי ita legunt *Orientales*, sed עמיתו scribunt. והשבתי sic *milel* 3. 7. 8. 15. 17. 18. 22. sec. *Mas. Erff.* At reliqui *milra.* ℣. 8. ויגועו cum præf. ו *Vau* 1. 2. 3. sic sa. 5.

יד אלהי : הנה יום־בא ליהוה וחלק שללך
2 בקרבך : ואספתי את־כל־הגוים אל־ירושלם
למלחמה ונלכדה העיר ונשסו הבתים והנשים
תשגלנה ויצא חצי העיר בגולה ויתר העם לא יכרת
3 מן־העיר : ויצא יהוה ונלחם בגוים ההם כיום הלחמו
4 ביום קרב : ועמדו רגליו ביום־ההוא על־הר הזיתים
אשר

הפטרת יום א של סכות

תשגלנה ק

CAP. XIV, ℣. 1. *l*) *Ecce vero!* Particula *excitationis* præmittitur, quia quod sequitur, est res valde notabilis, cum quod ad insignem Ecclesiæ *adflictionem*, tum quod ad illustre Dei *auxilium*, adflictis Ecclesiæ rebus ferendum. *m*) *dies* aliquis *venturus* est, idem scilicet, de quo iam supra c. 12, 2. 3. seqq. anticipando actum: quippe quo Hierosolyma ab omnibus circumcirca gentibus v. 2. 12. coll. c. 12, 2. & ab ipso etiam Iuda est oppugnanda v. 14. coll. c. 12, 2. Dominus ipse contra gentes istas pugnabit v. 3. coll. c. 12, 9. immissa cum hominibus tum iumentis tabe, stupore ac cæcitate v. 12 -- 15. coll. c. 12, 4. Hierosolyma subter se habitatura v. 10. 11. coll. c. 12, 6. &c. Adeo vt prolepsis sit, quidquid huius rei iam dictum c. 12, 1 -- 9. & heic tanquam proprio suo loco vlterius declaretur. Aduentus autem huius diei merito adhuc futurus creditur, totumque caput, de nouissimis hostium contra sanctam ciuitatem conatibus pariter, ac vindicta Dei, ab hostibus sumenda, cum subsecutura dehinc securitate & gloria Hierosolymæ, explicatur. Quo qd. nos ducit tum argumentum ipsum capitis, quod nondum cernimus impletum, tum eius cum N. T. ac S. Apocalypsi inprimis collatio, quam in adnotatis passim daturi sumus. Nec male Cl. *Vitringa* Comm. in Apoc. p. 1115. explicat de adflictione Ecclesiæ nouissima, cuius typus extiterit in adflictione Epiphanica; illa nimirum, quæ in tempus incidit Antichristianismi destruendi Apoc. 19, 19. etsi id alii referant ad illam adflictionem, quæ postrema inferetur Ecclesiæ per *Gogum* atque *Magogum* Apoc. 20, 7. 8. 9. Ez. 38. & 39. Quomodo ex Christianis *Hœckium* ad h. l. & ex Hebræis *D. Kimchium* de ereptione Hierosolymæ ab inuasione Gogi atque Magogi id explicasse videmus. Cf. etiam *Meyer.* ad vltima Ezech. p. 98. seqq. Quæ vero hic de gloria Hierosolymæ Zacharias habet, recte non minus ad Apoc. c. 21. & 22. reducuntur. *n*) *Domino.* Est *Datiuus* non solum *caussa* gubernantis, sed etiam honoris *&* *gloriæ.* q. d. dies, quem Dominus ipse mira gubernatione sua adducet, & qui propter illustrem euentum Domino admodum gloriosus extiterit. Ez. 2, 12. Ez. 30, 3. c. 39, 13. *o*) *vt distribuatur*, vel *quum distribuetur* ab hostibus. *Pyal* (3) Es. 33, 23. Am. 7, 17. cf. Gen. 49, 27. Es. 53, 12. *p*) *spolium tuum*, hoc est, tibi ademtum, Deut. 13, 17. c. 20, 14. Es. 33, 4. Est apostrophe ad *Hierosolymam*, (coll. hic v. 2.) quippe de qua iam supra locutus fuerat cap. 12, 2. seqq. c. 13, 1. seqq. aut, si mauis, ad *terram Iudæ*, de qua c. 13, 8. *Ion.* in bonam partem: *Diuident domus Israel opes populorum in medio tui, Ierusalem.* Sed nostram expositionem firmant sequentia v. 2. de vrbe capienda, domibusque diripiendis, quæ huius commatis declarationem continent. *q*) *in medio tui*, seu *intra te*, Hierosolyma. Quod suam omnino emphasin habet. Nam, vt *Hieronymus* ait, solet frequenter accidere, vt quæ subito impetu in ciuitate direpta sunt, foris in agro aut in solitudine diuidantur, ne forte hostes superueniant: hic autem, - quæ direpta sunt, in ciuitatis medio diuidentur, pro securitate victoriæ. ℣. 2. *r*) *Congregabo enim*, mira sc. rerum gubernatione facturus, vt conueniant, ac iudicia, quæ sancto consilio super populum meum destinaui, vel ignorantes exsequantur, exsequuti vero vicissim horribili interitu pereant. Ez. 39, 2. Zeph. 3, 8. Huc videtur etiam respici Apoc. 20, 8. *s*) cf. c. 12, 3. & Ez. 38, 4. seqq. *t*) *aduersus Ierusalem*, coll. אל Ios. 10, 6. *u*) *ad bellum*, h. e. ad pugnandum aduersus illam. Es. 7, 1. Obad. v. 1. *x*) Non solum vero oppugnabitur, sed *&* *expugnabitur vrbs.* 1 Reg. 16, 18. Non erunt mera molimina, quæ hostes audebunt, sed effectum quoque habitura; non maiorem tamen, quam illis permittam; quod finis huius versiculi docet. Exaggerantur itaque primo mala, vt ingentia futura, deinde vero limitantur, vt moderanda. *y*) *&* *diripientur domus.* Es. 13, 16. Ps. 89, 42. *z*) *&* *mulieres* (tanta erit hostium vis & libido, vt nec corporibus quidem parcat) *comprimentur* (4) Deut. 28, 30. Es. 13, 16. seu quod idem est, sec. Kri: *concubitum patientur.* *a*) *&* *exibit*, ab hostibus educenda, -- in captiuitatem. Ier. 29, 16. *b*) *dimidia pars* incolarum *vrbis*; cui modo opponitur *residuum populi*, tanquam dimidia pars altera. *c*) *at residuum populi.* 2 Reg. 25, 11. Zeph. 2, 9. Innuitur, Deum, vt gentes istas velut imperator conscripserit, sic efficaciter illis imperaturum, miraque rerum gubernatione effecturum, vt saltem non omnes ducant captiuos, sed dimidiam populi partem in vrbe superstitem relinquant. *Hieronymus* ex situ veteris Hierosolymæ conciliationem tentat. Quomodo autem, inquit, media pars capta sit ciuitatis, & reliquus populus in vrbe permanserit, -- approbatur, septemtrionalem vrbis & inferiorem partem esse captam, montem autem Templi & Sion, in quo arx erat, integra remansisse. *d*) *non exscindetur ab* vel *ex vrbe*, h. e. manebit in illa. Hæc autem ad Hierosolymam a Romanis expugnatam referri haud posse, obseruat *Meyerus* ad vlt. Ezech. p. 98. cum omnes Iudæi, qui tunc in vrbe inuenti, vel interfecti, vel seruituti mancipati, & vrbs ipsa funditus deleta sit, vt nemo in ea superstes manserit. ℣. 3. *e*) *Tunc vero*, cum mensuram iudiciorum diuinorum in ciuitate Dei impleuerint, eamque, quod satis sit, castigauerint, *exibit* tanquam gloriosus imperator, contra ipsos iam pugnaturus hostes, quos modo ad pugnandum contra Ierusalem congregauerat v. 2. Rumpet tandem longanimitatem, qua hostibus ad probationem populi sui hactenus conniuebat. Vel etiam caussaliter reddi potest, *Nam exibit*: vt ratio reddatur, ob quam excidium incolarum vrbis negetur fore vniuersale. Ceterum *terminus* hic *militaris* est, coll. 2 Sam. 5, 24. c. 11, 1. Es. 42, 13. Hab. 3, 13. Vid. not. Mich 1, 3. & cf. Apoc. 19, 11. seqq. c. 20, 9. *f*) *&* *pugnabit contra gentes istas* v. 2. sc. terræ motu v. 4. 5. Ez. 38, 19. 20. immissa eis tabe, coll. hic v. 12. confusione v. 13. seqq. &, si iudicandum ex simili, etiam peste, sanguine, imbre, grandine, igne ac sulphure Ez. 38, 22. Es. 34, 8. 9. 10. Ps. 11, 6. Apoc. 20, 9. cf. Es. 30, 32. *g*) *die prælii.* 2 Sam. 17, 11. nempe contra Aegyptios, *ad mare algæ*, quod addit *Ion.* immo & alias, quoties ipse mirabiliter suis succurrit, hostesque ex alto debellauit. cf. Ex. 14, 14. 25. c. 15, 3. seqq. Ios. 10, 10. 11. 14. Iud. 4, 15. c. 5, 20. 1 Sam. 7, 10. 2 Sam. 5, 24. c. 22, 15. 2 Reg. 19, 35. &c. Tale quid autem in Romanis, Hierosolymam sub Tito impune impugnantibus, nihil factum legimus. ℣. 4. *h*) *Stabunt autem pedes eius*, Iehouæ nimirum, pugnantis contra hostes pro populo suo v. 3. Quod itidem, ac præcedens *Exibit*, de Domino ἀνθρωποπαθῶς dictum accipimus cum Chaldæo, qui ita: *Et manifestabit se in fortitudine sua.* Sic Dominus legitur super montem Sinai descendisse, vt mons totus ob maiestaticam eius præsentiam contremuerit, Exod. 19, 18. 20. cf. Es. 63, 19. c. 64, 1. Ps. 104, 32. Ps. 144, 5. 6. Adeoque innuitur, fore, vt illic inprimis suam ostentet Dominus præsentiam, hostes cædendo, suis vero asylum atque effugium parando. *i*) *die*, h. e. tempore *isto*, de quo v. 1. cf. v. 6. 7. 8. 9. 13. *k*) *super monte olearum.* 2 Sam. 15, 30.

CAP. XIV, ℣. 1. הנה יום Ita 2. & *Ber.* ℣. 2. הגוים sine *Psik* per solum *Merca* 13. 19. per solum *Mun.* 1. 3. 13. Sed 'Psik' poscit *Maf. Erff.* h. l. & *Ind. Baf.* f. 60. col. 8. Per *Psikmun.* vero 5. 6. 7. 9. 20. 22. 23. & *Ber.* contra *Maf. impr.* Gen. 30, 16. ויצא per *Kadma* 1. 2. at per *Rbhia* 3. & *Ber.*

אשר על־פני ירושלם מקדם ונבקע הר הזיתים מחציו
מזרחה וימה גיא גדולה מאד ומש חצי ההר צפונה
ה וחציו נגבה׃ ונסתם גיא־הרי כי־יגיע גי־הרים אל־
אצל ונסתם כאשר נסתם מפני הרעש בימי עזיה מלך־
6 יהודה ובא יהוה אלהי כל־קדשים עמך׃ והיה
7 ביום ההוא לא־יהיה אור יקרות יקפאון׃ והיה יום־אחד

וקפאון ק

הוא

Mm mm 5 פא ה

l) cf Ez 11, 23 m) *& rumpetur* (diffilietur) *mons olivarum*. Erit hic effectus Domini pedibus suis monti insistentis. Innuitur autem hæc montis fissio per terræ motum futura v. 5. cf. Num. 16, 31. Ps. 78, 13. Neh. 9, 11. Ceterum *Tarn.* cum aliis, Factum hoc, inquit, est partim in die adscensionis, cum pedes Christi stabant in hoc monte, & ipse, priusquam adscenderet, præcepta Apostolis dabat, ut in totum terrarum orbem Euangelium diuulgarent; partim post diem pentecostes, cum iam ipsi Spiritus S. donis miraculosis erant instructi, & ita terram egressi verbum Euangelii prædicabant, coll. Marc. 16, 19. 20. Luc. 24, 50. 51. Act. 1, 2. Adde Matth. 25, 30 & Act. 1, 12. coll. v. 9. Ita enim, inquit, spiritualiter mons ille oliuarũ, ad quẽ congregati Apostoli fuerant, diuisus fuit in omnes mundi angulos, cum se illi in hoste contulerant &c. Quomodo & nos libenter interpretaremur; verum alio nos ducit propheticum filum, cum argumentum. Nam in antecedentibus v. 1-3. actum est de Hierosolymæ oppugnatione, non per Romanos, (quod pauca ex nostris liquet adnotatis) sed multum diuersa ac posteriori, per Antichristum, quantum assequimur: quando igitur heic pedes Domini dicuntur *eodem die* monti olearum instituti, facile adparet, id ad eandem referri debere temporis periodum. Si argumentum ipsum vaticinii spectes, repræsentatur hic Dominus, non ut abiturus vel *adscensurus* ad cælum, quemadmodum l.c. cum, videntibus Apostolis, ex olearum monte nube se leuaret; sed ut *descensurus* de cælo in montem istum, ad hostes cædendum & suis contra opitulandum, coll. v. 3. & 5. Insuper fissionem montis *violentam* pro-

prophetia hæc innuit, quæ non solum hostibus exitiabilis, sed ipsis quoque fidelibus sit terribilis futura, ut fugiant: quod vero, ut alias circumstantias mittamus, ad adscensionem Christi & subsecutam Euangelii prædicationem non nisi coacte accommodatur. Futuro igitur tempore adhuc implendum credimus, modum vero impletionis, circa quem luminis nostri fatemur hebetudinem, Deo in solidum committimus. n) Vulg. *ex media parte sui.* o) *ortum atque occasum versus.* Sic vallis, fisso monte extituræ, ductus & protensio in longitudinem ab occidente ad orientem describitur, boreali montis parte versus boream, meridiali vero versus meridiem (ut sequitur) recessura. p) *in vallem.* v. 5. ita ut inter partes montis dissilientes magna existat vallis, seu (ut LXX. harmonica voce utentes expresserunt) magnum *chaos* vel *hiatus.* q) *recedet enim* Num 4 44. e loco suo Es. 46, 7. per concussionem terræ c. 54, 10. r *dimidia pars* vna *montis* diffissi. ✠. 5. s) *Et fugietis*, popule mi, (hunc enim supra v. 1. feminino quidem utens in respectu urbis, quæ populum continet, adlocutus est) non quidem sine ingenti terrore ac trepidatione, ob horribilem illam concussionem; vobis tn. salutariter: quoniam hæc fuga vos ad asylum, in quo tuti ab hostibus, meisque in eos grassaturis iudiciis, sitis, ducet. Cf. Num. 16, 34. c. 35, 25. & vide infra Varr. Lect. t) *per vallem montium meorum*, h.e. montis in duas a me fissi partes. v. 4. u) *quoniam pertinget* hæc vallis &c. Es. 8, 8. Parenthesis usque ad Segoltam, motiuum fugæ per hanc vallem, ab ipso Domino pro populo suo apertam, subiungens. x) *Cocc.* appellatiue: *ad* quod *seposuit*, Num. 11, 17. coll. simili Pronominis ellipsi 1 Par. 15, 12. *ad* quod *paraui illi*, h.e. ad locum a me Arcæ paratum. Consolatio, inquit, ingens Ecclesiæ, quod Deus aliquid seposuit, quo pii (in valle illa siti, ubi sc. fit destructio celsitudinum) fugere possint, habituri animam suam pro præda, &, quod necessarium est, receptum & alimoniam inuenturi. Verum sic Dominus (hunc enim priori hemistichio esse qui loquitur, patet ex præmisso *vallis montium meorum*) in prima potius dixisset persona, *seposui*. Vulg. *usque ad proximum*; probabiliter ex אצל *prope* Gen. 39, 10. sed obscuro sensu, aut nullo. Simplex verborum fluxus nomen hoc legenti insinuat ut proprium loci, *usque ad Atsal*: quomodo *Ion. A. Esra, Sch.* aliique. Et proprium quidem viri est 1 Par 8, 37. 38. c. 9, 44. loci vero cognatum *Beth haetsel* Mich. 1, 11. ubi videsis not. Ceterum fueritne unquam Orientem versus prope Hierosolymam locus *Atsal* dictus, id non moramur. Videtur enim hic tantummodo alludi ad significatum illius Nominis symbolicum seu appellatiuum, qui per diuersam etymologiam duplex esse potest, pro vaticinii tamen scopo uterque bonus. Nam si ab אצל deriuaueris; innuetur locus a Domino *sepositus*, ut sit piorum refugium, cuiusmodi Lotho fuit *Tsoar* Gen 19, 20 seqq. &, circa tempus excidii Hierosolymæ per Titum, Christianis *Pella*: Sin a צל *umbra*, cum *Aleph præformatiuo*; innuetur locus *umbram* & protectionem a malo *præbiturus*. Utrouis modo formare volueris, in genere significabit *asylum*, quam vocem Hebraica ipso pene exprimit sono. y) *fugietis, inquam*. Post interiectam parenthesin Verbum hoc reassumitur ex initio versus, ut sententia absoluatur. z) *quemadmodum fugistis* olim, sc. in lumbis maiorum vestrorum, coll. Hebr. 7, 9. 10. Vel est Kœnopoeia ut Ez. 12, 22. Hos. 10, 3 &c. a) *propter terræ motum.* Supponitur ergo Dominus & hic contra hostes venturus esse cum terræ motu; quemadmodum in vaticinio contra Gogitas diserte ponitur Ez. 38, 19. 20. cf. Es 29, 6. Apoc. 6, 12. c. 11, 13. 19. c. 16, 18. b) De qua quidem concussione tacent historiæ V. T. sed loquitur Propheta Usiæ coæuus Am. 1, 1. ubi vide not. c) *Atque sic veniet* cum & sub terræ motu, tanquam vindex populi sui. Alii caussaliter: *Veniet enim* Ion. *& manifestabitur.* cf. not. v. 3. Notabiliter & vere *Hieronymus*: Manifeste *de secundo Saluatoris* prædicatur *aduentu*, coll. Apoc. 1, 7. Matth. 24, 30. d) *Dominus Deus meus.* Sic *Vates* de Deo modo fuit, modo ipsius Dei nomine & verbis loquitur; & priori quidem respectu tertiam de Domino adhibet personam, ut v. 1. 3. 4. posteriori vero primam, ut v. 2. & initio v. 5. Quando igitur Dominum vocat *Deum suum*, hoc ipso desiderium suum Vates, fidemque & spem in promissum hunc Domini aduentum testatur. At *Cocc.* mauult esse verba *Christi*, fundum spei nostræ hac ratione indigitantis, in eo situm, quod *Deus* sit *Deus Christi*, nihilque adeo nobis promiserit, & nos petere ac sperare iusserit, quod non ab æterno promiserit Filio, & eum quoque promerentem petere iusserit. Ita cf. c. 11, 4. Es. 49, 4. 5. Sed priorem nos sententiam tenemus, quia Christus is procul dubio ipse est, cuius hic promittitur aduentus & pugna contra hostes, coll. Apoc. 19, 11. seqq. e) *omnesque sancti tecum.* Apostrophe ad Deum. Unde *LXX. Ar. Ion Syr. & Vulg.* planum recinentes sermonem verterunt, *cum eo.* Mutat personam (inquit *Vitringa* ad Apoc. 15, 3. p. 917.) in oratione, ut alias; & *de Deo* verba faciens, sermonem mox vertit *ad Deum*, cuius laudi & gloriæ cedit, habere secum *sanctos*, tam angelos, quam homines. Cf. Ioel 4, 11. Matth. 25, 31. c. 27, 51. 53. 1 Thess. 3, 13. Iudæ v. 14. Apoc. 15, 5. c. 19, 14. *A. Esra* vero aliique *ad Hierosolymam* Pronomen *suffixum* referunt, coll. v. 1. Verum quia præcessit *& veniet*, merito hic intelligitur societas venientium cum ipso Domino. ✠. 6. f) *Fiet autem die isto*, v. 1. 4. Videntur hæc præcedentium esse exergasia. g) *non erit lux*, sc. perfecta & constans. *Lucis* autem nomine veniunt Ecclesiæ, auxiliante Deo, salus & ab hostibus ereptio. Esth. 8, 16. h) sed per vices mixtimque *claritates* seu *splendores* Iob. 31, 26. *& spissitudo* (.densitas (1) cf. Ex. 15, 8. Vulg. *sed frigus & gelu*: quorum hoc est a *concrescendo*, coll. rad. Iob. 10, 10. illud vero a *frigendo*, coll. Gen 8, 22. Ps. 147, 17 quanquam, quod ad posterius, contra Grammaticam. Ceterum *Ctib* ad eundem, quem modo dedimus, sensum exponi potest: *claritates* enim (si quæ per vices exstitent) *condensabuntur* atque in spissas mox tenebras transibunt. cf. v. 7. Es. 21, 12. ✠. 7. i) *Erit nempe dies unus*, h.e. prorsus *singularis*, & qui parem vix habiturus est, coll. Iob. 23, 13. c. 33, 23. idque ratione ingruentis tum calamitatum caliginis, cum lucis & auxilii diuini. Quomodo Arabes *unum unorum* vocant, qui incomparabilis est. Conf. Ier. 30, 7. Alii unitatis notam pro indefinito accipiunt, *dies unus*, i.e. *quidam*, coll. 1 Sam. 27, 1. At *Cocc.* *Unus dies*, inquit, forte tempus non longum aut deinceps non repetendum. semel id fiet, non sæpius.

✠. 4. על־פני per *Merca* 7. 8. 10. 11. 12. 13 15-- 19. 21. 22. 23. sed præter *Mas. impr.* Gen. 50, 16. המיש per *Pat.* 1. 2. sec. *Mas.* 1. & 3. ad Gen. 10, 23 ✠ 5. Pro ונסתם habent ונסתם 3. & in marg 6. 9. quæ lectio aliis quoque correctis libris ac *Orientalibus* in *M.I.* tribuitur. Sic *Ion.* legit, dum reddidit ויסתתם *& obturabitur*; item LXX. καὶ φραχθήσεται. ונסתם גי ita 1. 3. sic su. 5. גיא־הרים cum *Aleph* 2. 3. 10. 14. 15. 16. 10. sic tu 5. & sic in marg. 6. 9. contra *Mas. impr.* & Erff h. l. atque impr. Ios. 18, 16. אלהי per *Kam.* 1. 2. 3. sec. *Mas.* 1. 2. & *Erff.* sed præter impr. ad Num. 21, 18 וכל cum præf. *Vau* fe. 1. 5. ✠. 6. וקפאון Sic in textu 3. & sic su. 5. Et variare hic quoque *R. Nachmanius*, obseruat *Mas.* 1. ad h. l. & impr. ad Hos. 1, 1.

הוא יודע ליהוה לא־יום ולא־לילה והיה לעת־ערב
8 יהיה־אור׃ והיה ביום ההוא יצאו מים־חיים מירושלם
חצים אל־הים הקדמוני וחצים אל־הים האחרון בקיץ
9 ובחרף יהיה׃ והיה יהוה למלך על־כל־הארץ ביום
ההוא יהיה יהוה אחד ושמו אחד׃ יסוב כל־הארץ י
כערבה מגבע לרמון נגב ירושלם וראמה וישבה
תחתיה למשער בנימן עד־מקום שער הראשון עד־
11 שער הפנים ומגדל חננאל עד יקבי המלך׃ וישבו בה
12 וחרם לא יהיה־עוד וישבה ירושלם לבטח׃ וזאת
תהיה

fessam, quæ propter sitim & ariditatem fessos facit. Ps. 143, 6. Ion. *aqua scaturiginis b.* ὕδωρ ζῶν. cf. Ioh. 4, 10. Quæ autem hic de aquis viuis Hierosolyma prodituris prædicuntur, teste *Meyero* ad vltima Ezech. p.101. sensum *mysticum* suadent. Innuitur np. annunciatio Euangelii per omnes gentes, indeque profluens donorum gratiæ riuulus. cf. Ezech. 47, 1. seqq. Ioel. 4, 18. Apoc. 7, 17. c. 22, 1. seqq. Quomodo ex veteribus *Hieronymus*: Aqua, quæ egreditur de Hierusalem, hoc est, de Ecclesia, doctrinam indicat Saluatoris, coll. Esa. 2, 3. c. 11, 9. Ioh. 4, 14. c. 7, 38. & ex recentioribus præter alios *Cocc.* Promittitur, inquit, continuatio & amplificatio gratiæ interpretationis verbi Dei, & demonstrationis veritatis ex eo: vt ita perpetim exeat lex ex Sione, & verbum Domini ex Hierosolyma. *q*) R. *Bechai* Comm. in Leg. f. 174. d. explicat *de Hierosolyma, quæ supra est*, quomodo Paulus loquitur Gal. 4, 26. Id nos quidem admittere possumus, ita tamen, vt secundum huius loci contextum intelligatur ex Apoc. 21, 2. 10. *r*) *dimidium* vel *pars* vna *illarum*. *s*) *ad mare anterius* seu *orientale*, h.e. ad mare seu lacum *asphaltiticum*, cuius situs terrestri Hierosolymæ est orientalis Ez. 47, 18. Ioel 2, 20. *t*) *posterius* seu *occidentale*, h.e. *mediterraneum*, quod Palæstinensibus, ad Orientem conuersis, a tergo est. Vid. not. Deut. 11, 24. c. 34, 2. Concipitur Ierusalem vt in medio sita, fluuius vero inde manans, vt in diuersas oppositasque plagas abiturus. Quantum ad sensum, *Cocc.* ita: Hi, ad quos hæc gratia peruentura, comparantur cum mari mortuo & mari magno; -- possumus intelligere populos, qui sunt Ecclesiæ ad orientem & ad occasum. *Aquæ & maria* Prophetis populi sunt. *u*) *in æstate* autem & *hieme erit* ac manebit aqua ista, ita vt nec gelu constringatur hyemis, nec æstatis nimio feruore siccentur, vt *Hier.* explicat. Gen. 8, 22. Amos 3, 15. Denotatur beneficii illius perennitas & continuus Euangelii cursus. cf. Es. 58, 11. ℣. 9. *x*) Sensus: Iehoua regnum, quod & debitum ipsi fuit, & quod semper tenuit, nunc demum palam occupabit, hostibus gloriose victis & ad scabellum pedum suorum positis. Ion. *& reuelabitur regnum Domini* Es. 51, 7. Ier. 10, 7. c. 23, 5. Ps. 24, 7. seqq. Ps. 45, 2. Ps. 93, 1. Ps. 97, 1. Ps. 99, 1. Hebr. 2, 8. c. 10, 13. Apoc. 11, 15. c. 12, 10. c. 19, 6. c. 20, 4. *y*) *super vniuersam terram*, adeoque super ipsas etiam gentes v. 16. 17. Rex vere catholicus, & Monarcha vniuersalis. Ps. 47, 3. 8. Ps. 72, 8--11. Dan. 2, 35. cf. Es. 54, 5. *z*) *erit Dominus vnus*, h.e. idolis cunctis abolitis, solus vbique pro Deo agnoscetur, prædicabitur, inuocabitur: sicut est vnus in se, sic & gentibus cunctis fiet vnus, ita vt nullum colant Deum præter ipsum. Deut. 6, 4. c. 5, 7. coll. supra Zach. 13, 2. Ioh. 10, 16. Rom. 3, 29. 30. 1 Cor. 8, 5. 6. Eph. 4, 5. 6. 1 Tim. 2, 5. Cum enim deseruerint gentes (inquit *R. Sal.*) vanitates suas, manifestum fiet, nullum esse cum Domino Deum alium. Deut. 32, 39. *Ion.* hoc & sequens commaita: *Seruient coram Domino humero vno* (phrasis sumta ex Es. 11, 14. Zeph. 3, 9. innuit, populos terrarum non amplius fore ἑτεροζυγοῦντας 2 Cor. 6, 14): *quia nomen eius verum est in æternum, nec est alius præter ipsum*. *a*) sed *& nomen eius*, quo se in verbo suo manifestauit, *vnum* erit, nec vlla amplius in agnoscendo Domino eiusque cultu varietas: tollentur schismata ac dissensus circa religionem, nullæ amplius in Ecclesia sectæ aut hæreses erunt. cf. Ier. 32, 39. Mich. 4, 5. Ioh. 4, 23. c. 17, 11. 21. 1 Cor. 1, 13.

℣. 10. *b*) *Vertetur vniuersitas terræ*, Hierosolymam circumiacentis, Ps. 71, 21. vt quæ montana & aspera olim fuerat Ps. 125, 2. nunc plana & campestris fiat. Innuitur, omnes circumquaq; montes ac colles, hoc est, alta quæque ac tumida, humiliatum iri, vt sancta Hierosolyma vnice elata & conspicua sit, coll. quod modo sequitur, *exaltabitur vero*, & Es. 2, 2. 12. seqq. c. 40, 4. *c*) *vt planities campestris*. quod vel indefinite capi potest, ita vt respiciatur solum ad planum regionis situm; vel definite de certa planitie eaque Iordanica ob fertilitatem suam celebrata Deut. 1, 7. c. 3, 17. c. 4, 49. quomodo simul innueretur soli circumiacentis fertilitas. *d*) *inde a Geba*, oppido tribus Beniamin, adeoque ratione vrbis Ierusalem boreali, Ios. 21, 17. 1 Sam. 13, 3. 1 Reg. 15, 22. & 10, 9. vsque *ad Rimmon*, oppidum Iudæ in parte australi, Ios. 15, 32. 21. Simeonitis olim concessum c. 19, 7. Describuntur hic termini non planitiei, vt quorundam opinio est, sed terræ Hierosolymam ambientis, ac in planitiem vertendæ: id quod accentus poscunt. *e*) quæ (Rimmon) est ad *austrum Hierosolymæ*. *f*) *ipsa vero* (sc. Hierosolyma) *exaltabitur*, humiliatis, quæ circumcirca sunt, Es. 2, 2. Ion. *magnificabitur*. Est ex רום, cuius *Vau* transit aliquando in *Aleph*, idque vel quiescens, vt Hos. 10, 14. Prou. 24, 7. vel mobile, vt hic & Ps 22, 17. *g*) *& habitabit* firmiter *subter se*, loco suo non amplius mouenda. Firmitudinem sc. & constantiam habitationis importat hæc phrasis, coll. Zach. c. 12, 6. non vero eosdem præcise terminos, qui fuerant olim: immo vrbs sancta vltra priscos limites in longum latumque proferenda Ier. 31, 39. 40. quod ipsum heic quoque innui videtur, cum habitatura esse dicitur *vsque ad torcularia Regis*, quæ probabiliter olim extra vrbem fuerunt. *h*) *inde a porta Beniaminis*, seu boreali Ier. 37, 13. c. 38, 7. *i*) *porta prima*. Incertum, vnde dicta: forte est ipsa *porta angulorum*, aut eadem, quæ *vetus* Neh. 3, 6. *k*) *portam angulorum* seu *angularem*, forte sic dictam, quod posita esset in *angulo* inter orientem & aquilonem, 2 Reg. 14, 13. 2 Par. 26, 9. cf. not. Ier. 31, 38. *l*) *& a turri Hananeelis* orientem versus, a qua porta ouium non multum dissita Neh. 3, 1. Ier. 31, 38. *m*) vsque *ad lacus torcularios Regis*. quos *Cocc.* prope hortos regios ad meridiem fuisse coniectat. Ier. 48, 33. Ceterum distinctius de noua Hierosolymæ instauratione, & portis maxime, Ioannes Apoc. 21, 10. seqq.

℣. 11. *n*) *& habitabunt in ea*, sc. secure, vt dicitur in fine versus. *o*) *& anathema*, quo terra & vrbs prius percussa fuit Mal. 3, 24. *non erit amplius* Apoc. 22, 3. Significatur, nullum posthac reatum in illa fore, quem Deus velit vindicare exstirpatione: qualis vel in populo Iudaico vel in Ecclesia Christiana exstitit. *Cocc.* Lex. 263. cf. Deut. 7, 26. Ios. 6, 18. c. 7, 12. 13. Ion. *occidio*. *p*) Nam priora præteriere Apoc. 21, 4. Ieb. 11, 16. *q*) v. 10. c. 12, 6. *r*) *ad securitatem*, h.e. *secure*, ita vt hostes nullos amplius metuendos habeat: vnde nec portæ eius vnquam claudendæ Apoc. 21, 25. ℣. 12. *s*) *Hæc autem* (vt ad pertexenda illa nunc redeam, quæ superius de debellandis Hierosolymæ hostibus dixi v. 3. seqq.) *erit*.

k) *non notum est Domino*. q. d. Dies hic tristis quidem initio erit, & tenebris improuiso ingruentibus fideles in stuporem aliquem coniiciet: verum sint bono animo; licet enim durus, tamen a Domino præuisus dies est, cuius ille sicut initium, sic finem quoque iam nouit, coll. 1 Cor. 10, 13. Vel potius hic sensus est: Dies quidem ille, de quo loquor, certissime exsistet; verum quo temporis momento præcise venturus sit, hoc vix determinauerit humanus calculus, quippe quod solus nouit Dominus, suæque reseruauit potestati ac omniscientiæ. cf. Matth. 24, 36. Marc. 13, 32. Act. 1, 7. *l*) vbi *nec dies* clarus, *nec* omnimoda *nox* erit, intercurrentibus aut affulgentibus nonnunquam inter tristium nubila lætioribus, coll. v. 6. Ion. *neque sicut lux diei, neque sicut tenebræ noctis erit*. *m*) *fiet tamen circa tempus vesperi*. Gen. 8, 11. c. 24, 11. cum tenebræ noctis pleno impetu videbuntur irrumpere, & atram Ecclesiæ caliginem obducere, h. e. (vt *Kimchi* explicat) tempore, quo angustia erit maxima. De hac vespera Ecclesiæ cf. Matth. 20, 8. *n*) *erit tandem lux* plena, nec interrupto iubare fulgens; sec. illud, *Cum duplicantur lateres, venit Moses*. cf. Es. 30, 26. c. 60, 1. 2. 3. 20. Ps. 112, 4. Apoc. 21, 23. 25. c. 22, 5. & contrar. Es. 13, 10.

℣. 8. *o*) *Dies iste*, h. e. eo temporis tractu, quo post caliginem lux restituetur Ecclesiæ v. 7. *p*) *aqua viua* Gen. 26, 19. h. e. propter dulcedinem ac salubritatem suam *viuifica* & recreantes, quæ dulci flumine salsas mediterranei & mortui maris aquas mitigabunt. Metonymia est, perinde ac si *mortem* dicimus *pallidam*, *otium segne*, & *terram* fes-

---

℣. 8. *Spatium* præmitt. 1. 5. 8. 10. 21. 23. יצאו מים ita 1. 2. 3. 5. ℣. 10. וראמה cum *Gaiah* 6. 9. & *B. Ascher*, sec. *Mas Erf.* ℣. 11. וחרם per *Tsere* 1. 2. 3. 6. 9 20. 22. 23.

ˢתהיה המגפה אשר יגף יהוה את־כל־העמים אשר
צבאו על־ירושלם המק ׀ בשרו והוא עמד על־רגליו
13 ועיניו תמקנה בחריהן ולשונו תמק בפיהם׃ והיה ביום
ההוא תהיה מהומת־יהוה רבה בהם והחזיקו איש יד
14 רעהו ועלתה ידו על־יד רעהו׃ וגם־יהודה תלחם
בירושלם ואסף חיל כל־הגוים סביב זהב וכסף ובגדים
טו לרב מאד׃ וכן תהיה מגפת הסוס הפרד הגמל
והחמור וכל־הבהמה אשר יהיה במחנות ההמה
16 כמגפה הזאת׃ והיה כל־הנותר מכל־הגוים
הבאים על־ירושלם ועלו מדי שנה בשנה להשתחות
17 למלך יהוה צבאות ולחג את־חג הסכות׃ והיה אשר
לא

r) *plaga* v. 15. 18. s) *qui militarunt* Eſ. 29, 7. 8. t) nouam illam v. 2. 8. 10. 11. u) ſc. *contabefaciendo* contabefaciet (v) Pſ. 73, 8. ita vt exareſceus, ſucco omni ac vigore deſtituatur & in corruptionem abeat coll. ſupra c. 11, 17. x) *carnem* vel *corpus eius*, ſc. vniuscuiusque hoſtium. y) *dum ipſe* (homo) adhuc *ſtans eſt ſuper pedibus ſuis*; ita vt velut viua cadauera futuri ſint. cf. Num. 11, 11. z) *tabeſcent*. Leu. 26, 39. a) *in foraminibus ſuis*. 1 Sam. 14, 11. 2 Reg. 12, 10.

℣. 13. b) *Conturbatio Domini*, h. e a Domino ipſis immittenda, ſicut olim caſtris Midianiticis Iud. 7, 22. Eſ. 9, 4. ac Philiſtæis 1 Sam. 14, 20. cum hoſtes diuinitus confuſi arma contra ſe inuicem ipſi ſtringerent. cf. Deut. 7, 23. Eſt Genitiuus cauſſæ efficientis. c) *ita vt arrepturi ſint quisque*, ſc. per errorem, velut hoſtes eſſent, aut alio modo inuicem commiſſi. cf. c. 11, 6. Eſ. 19, 2. c. 49, 26. Ez. 38, 21. 22. d) *& adſcendet* &c. hoc eſt, ipſi manum conſerent inuicem. Gen. 26, 12.

℣. 14. e) *Sed & Iuda pugnabit contra Hieroſolymam* ſc. coacte, vt *R. Sal.* explicat. Sic Ion. *Quin & illos, qui ſunt de domo Iuda, gentes adducent, coactos pugnare* &c. ex qua tamen adſtrictione ac tentatione Dominus Iudam liberabit. cf. not. c. 12, 2. Sunt quidem qui exponunt, *Hieroſolymis* vel *in Hieroſolymis*, velut vrbem non oppugnaturus, ſed defenſurus Iuda innueretur; verum poſt *pugnandi* Verbum præpoſitio ב nominibus vrbium præmiſſa, non localiter, ſed aduerſatiue capi ſolet, coll. Iud. 9, 45. 1 Sam. 23, 1. 2 Sam. 12, 27. Præterea hoc mirum non foret, Iudam *in* vel *pro Hieroſolymis* pugnare, quoniam vt fratres hoc ſua ſponte facturi præſumerentur, ita vt opus neutiquam fuiſſet dicere, *Sed & Iuda* &c. quod rem minime exſpectatam, hoc eſt, Iudam ipſis hoſtibus, quanquam ex coactione conſociatum, innuit. f) vid. v. 12. g) *Colligetur tamen* vt ſpolium, ſc. a Iuda ad militandum coacto & ab Hieroſolymitanis antea obſeſſis, nunc vero Domini auxilio liberatis Eſ. 33, 4. ita vt, fugatis cæſisque hoſtibus, opimas prædas ex illorum caſtris acturi ſint, perinde ac olim Samariæ populus poſt fugatos a Domino Syros 2 Reg. 7, 15. 16. h) *opes*, v. g. aurum, argentum, veſtes, vt mox declaratur. Eſ. 10, 14. c. 61, 6. Mich. 4, 13. cf. Apoc. 21, 26. i) *vsque ad multitudinem*, h. e. *multas* valde. 2 Par. 4, 18.

℣. 15. k) *Et ſic* pariter. q. d. Ita vero Deus non ſolum hoſtes ipſos percutiet, ed iumenta quoque illorum, quæ belli inſtrumenta ſunt partim ad confligendum, partim vero ad ferendas ſarcinas ac impedimenta. l) *in caſtris iſtis*, ſc. populorum Hieroſolymam oppugnantium. v. 12. m) ſcil. *ſecundum plagam hanc* ſeu *eandem*, quam modo dixi; ita vt caro, pedes, oculi illorum tabeſiant. v. 12. cf. ſupra c. 12, 4. ℣. 16. n) *quisquis relictus fuerit* &c. 1 Reg. 9, 20. Scilicet quicunque non fuerint deleti, illi poſthac conuerſi ad Eccleſiam ſe adiungent, acceptæque cladis memores Deo obedient. Eſ. 60, 14. Sic futurum, vt Dominus in hoſtium ſuorum medio regnet Pſ. 110, 2. & ex ipſis illis, qui Hieroſolymam oppugnauerant, ſanctum ſibi ſemen & ſanctas ſeruet reliquias, Eccleſiæ conciliandas. Prou. 16, 7. coll. ſupra c. 9, 7. o) v. 2. 12. p) mutatis animis *adſcendent illi*. c. 8, 20. 23. quemadmodum Iudæi & Iſraelitæ quondam ex prouinciis Hieroſolymam ter quotannis adſcendebant Ex. 34, 24. Pſ. 122, 4. Bene autem *Cocc.* Chriſtiani, inquit, Hieroſolymam adeunt non corporaliter, ſed ſpiritualiter in communione ſanctorum. nam quomodo posſibile eſt, homines ex toto orbe quotannis venire Hieroſolymam? Eſaias c. 66, 23. cultum hunc confert in ſingula Sabbatha & nouilunia. q) *quotannis*. 1 Sam. 7, 16. 2 Par. 24, 5. r) *ad proſternendum ſe*, quod cultum Deo debitum exprimit vniuerſum, v. 17. Eſa. 66, 23. Pſ. 86, 9. Apoc. 15, 4. coll. Zeph. 3, 9. 10. s) *Meſſiam* hunc eſſe, ait *Aben Eſra*; quem probat etiam *Abarbanel*, coll. Pſ. 72, 11. verum vt ne neceſſum habeant, eum pro *Iehoua* Deo *exercituum* agnoſcere, regimen ſ. conſtructionem hic fingunt, quaſi ſic exponendum eſſet: *Regi Domini exercituum*, quem ipſe Dominus conſtituit, coll. Pſ. 2, 6. Sed rectius *Ion.* abſolute: *Regi ſæculorum*, *Domino* &c. ſic v. 17. coll. ſupra v. 9. vbi *Iehoua* ipſe dicebatur fore in *Regem ſuper vniuerſam terram*. Dominus igitur exercituum ipſe Rex eſt, & vicisſim Rex ille, de quo hic agitur, Dominus exercituum. cf. Eſa. 6, 5. Pſ. 24, 8. 10. Huic igitur gentes ſe proſternent, vt *Regi gentium*, manifeſtato in gloria Ier. 10, 7. t) *& ad feriandum feſtum tabernaculorum* v. 18. 19. ὁ. τ̃ σκηνοπηγίας, vt Ioh. 7, 2. Celebrabatur id feſtum ſub *finem* anni, poſt peractam meſſem Deut. 16, 13. 16. (vnde & *collectionis* feſtum dicitur Ex. 23, 16.) incidens in menſis *ſeptimi* diem decimum quintum Leu. 23, 34. quando (vt *Hieronymus* ait) noctis luna pleniſſima eſt, & omnes eius tenebræ claro lumine reſoluuntur. Renouabat in eo populus Iudaicus memoriam habitationis in tabernaculis ac vagi itineris per deſertum Leu. 23, 39--43. gratias ſimul cum gaudio perſoluens, quod poſt tædioſi itineris moleſtias exantlatas ſe ad terram quietis, lacte & melle fluentem, Dominus duxiſſet, pacem dediſſet, & horrea copioſo agri prouentu, finita ſingulorum annorum meſſe, impleuiſſet, collato Pſ. 81. toto (inprimis v. 4.) & Pſ. 107, 4--9. Vt vero gaudium hoc eſſet ſolemnius, Iudæi palmarum, myrtorumque ac ſalicum ramos, in faſciculum colligatos, manibus geſtare, coll. *Maimonide in Hilchoth Succa Velulaph* c. 6. 7. & Leu. 23, 40. Neh. 8, 15. ſeqq. ſuumque, quod vocant, *Hallel magnum* a Pſ. 113. vsque ad Pſ. 118. cantare, indeque (ſcil. ex Pſ. 118, 25.) *Hoſanna* cantum identidem repetere, coll. *Vitringa* ad Apoc. p. 410. 411. aquam denique e fonte Siloe hauſtam libare, quo alludi putatur Ioh. 7, 37. Hoc igitur feſtum celebrabit olim Eccleſia Noui Teſtamenti, non quidem Leuitice, ſed in ſpiritu & veritate, perinde ac feſtum Paſchatos & Pentecoſtes, 1 Cor. 5, 7. 8. *Sabbatiſmus* nimirum ſupereſt populo Dei Hebr. 4, 9. poſt exantlatas *deſerti*, h. e. perſecutionum, ærumnas, Hoſ. 2, 16. 17. ſub *exitum anni* gratiæ ſeu finem mundi; cum Eccleſia ex diſperſione collecta *vrbem habitationis*, eiusque tutæ non minus, quam tranquillæ, inueniet Eſa. 26, 1. Pſ. 107, 3. ſeqq. vberrimam tunc habitura *meſſem* donorum gratiæ & Spiritus S. ipſorumque bonorum terreſtrium; quibus ita fruetur illa, vt ſpirituale celebret *feſtum tabernaculorum*, *aquam* conſolationis læta ex fontibus ſalutis *hauſtura* c. 12, 3. Apoc. 22, 17. *palmas* vero habitura in manibus Apoc. 7, 9. & voce magna magnum illud *Hoſanna* & *Hallelujah magnum* cantatura, ibid. v. 10. ad quem locum vide ſis *Vitringam* in Comm. Apoc. p. 410--413. & 421. ſeq.

℣. 12. Pro העמים hab. הגוים in marg. 6. 9. ſic ſu. in textu 5. המק ſine *Pſik* 2. ℣. 13. תהיה מהומת ita 1. 3. 5. יד cum ׳ præf. ב 3 ſic ſu. 2. 5 Pro על־יד habent אל־יד *Orientales*. ℣. 16. ˢ*Spatium* non præmitt. 1. 2. 3. 5. 6. 9. 14. 19 20. והיה cum *Gaiah* 1. ſec. ſuam *Maſ.* מדי per *Pſikmun.* 1. 2. 3. 5. ℣. 17. והיה cum *Gaiah* 5. ſec. *Maſ.* *Erff.* 1.

לֹא־יַעֲלֶה מֵאֵת מִשְׁפְּחוֹת הָאָרֶץ אֶל־יְרוּשָׁלִַם
לְהִשְׁתַּחֲוֺת לְמֶלֶךְ יְהוָה צְבָאוֹת וְלֹא עֲלֵיהֶם יִהְיֶה
18 הַגָּשֶׁם׃ וְאִם־מִשְׁפַּחַת מִצְרַיִם לֹא־תַעֲלֶה וְלֹא בָאָה
וְלֹא עֲלֵיהֶם תִּהְיֶה הַמַּגֵּפָה אֲשֶׁר יִגֹּף יְהוָה אֶת־הַגּוֹיִם
19 אֲשֶׁר לֹא יַעֲלוּ לָחֹג אֶת־חַג הַסֻּכּוֹת׃ זֹאת תִּהְיֶה חַטַּאת
מִצְרָיִם וְחַטַּאת כָּל־הַגּוֹיִם אֲשֶׁר לֹא יַעֲלוּ לָחֹג אֶת־חַג
כ הַסֻּכּוֹת׃ בַּיּוֹם הַהוּא יִהְיֶה עַל־מְצִלּוֹת הַסּוּס קֹדֶשׁ
לַיהוָה וְהָיָה הַסִּירוֹת בְּבֵית יְהוָה כַּמִּזְרָקִים לִפְנֵי הַמִּזְבֵּחַ׃
21 וְהָיָה כָּל־סִיר בִּירוּשָׁלִַם וּבִיהוּדָה קֹדֶשׁ לַיהוָה צְבָאוֹת
וּבָאוּ כָּל־הַזֹּבְחִים וְלָקְחוּ מֵהֶם וּבִשְּׁלוּ בָהֶם וְלֹא־יִהְיֶה
כְנַעֲנִי עוֹד בְּבֵית־יְהוָה צְבָאוֹת בַּיּוֹם הַהוּא׃

IN

ceteræ gentes subtracto imbre. v. 12. 15. *g*) Respicitur ad v. 17. ✱. 19. *h*) *Hoc, inquam, erit peccatum,* i. e. pœna l. iudicium, quod peccatum illius exspectandū habet, & per quod peccatum illius, dum punietur, manifestabitur. Nomina, quæ *culpam* proprie significant, subinde pœnam con- עד כאן notant, vt quæ comes culpam premit, coll. Num. 18, 22. c. 32, 23. Thren. 4, 6. Gen. 19, 15. Es. 64, 6. Apoc. 18, 4. &c. *i*) Vid. not. v. 16. ✱. 20. *k*) De quo v. 8. seqq. *l*) *erit* scriptum *super tintinnabulis* (1) *equorum*. cf. cognatum Neh. 12, 27. & rad. 1 Reg. 21, 12. Recte autem *tintinnabula* exponitur. Equis enim onerariis, inquit *Gusset* p. 715. præsertim in Oriente, vbi deserta multa, nullo itinere trito distincta, peragrabantur, opus fuit appenso aliquo instrumento sonoro, quo omnes comites admonerentur &c. Eundem apud nos morem tenent aurigæ, qui per montana equos atque quadrigas ducunt, vt tintinnabulorum sono, si qui occurrant eminus, moneantur, ne in viarum angustiis concurrentes hæreant. Ceterum obseruanda hic phraseologia. Nec enim dicitur: *erunt tintinnabula -- sanctitas Domino*. sed: *erit super tintinnabulis* &c. scil. per scalpturam seu scriptionem. Quod innuit, *sanctitas Domino* esse verba materialiter hic capienda, sicut Ex. 28, 36. Interim tamen *inscribi* supponit *esse*. *m*) *sanctitas*, h. e. sancta, *Domino* sunt. v. 21. Adeoque eandem, quam lamella aurea in fronte Pontificis, inscriptionem gerent, coll. Ex. 28, 36. Symbolice igitur *equi*, quod ad sanctitatem, cum ipso comparantur *Pontifice* veteris œconomiæ: vt ostendatur, sublato Leuitico cultu & discrimine, omnia in hac vltima temporis periodo sancta fore, ipsam quoque creaturam, quippe sanctificandam per verbum Dei & preces 1 Tim. 4, 5. liberandamque a seruitio vanitatis, cui adhuc subiecta fuit, ad libertatem gloriæ filiorum Dei Rom. 8, 19. seqq. Quomodo ingens simul prærogatiua huius temporis præ antegresso, & sanctitas multo maior, insinuatur, vt supra c. 12, 8. Es. 60, 21. & Ez. 43, 12. coll. ibid. not. item Es. 60, 21. Ier. 31, 40. Ps. 93, 5. *n*) *ollæ* quæ sunt *in Domo Domini*, coquendis carnibus sacrificialibus, quas populus ac sacerdotes absumerent Ez. 46, 20. 2 Par. 35, 13. Hæ vero ex Leuitica lege viliores vtique erant, quam *pateræ*, inseruientes ipsi altari, ad excipiendum spargendumque sanguinem, qui in sacrificiis res Domino sacrosancta, immo longe sanctissima erat. *o*) Sumitur hic in oppositione ad *altare*, quod sequitur; & proinde tales solum ollæ hic innuuntur, quarum vsus in *atrio* tantummodo erat, sanctitasque minor, coll. Ez. 44, 11--16. *p*) *sicut pateræ*. c. 9, 15. Exod. 27, 3. 1 Reg. 7, 45. Antiquationem cultus Leuitici hæc præ se ferunt. Cum enim olim in rebus sacris (inquit *Meyerus* ad vltima Ez. p. 104. sq.) varii essent gradus sanctitatis, & ollæ, in quibus victimarum carnes coquebantur, sanctitatis gradu longe inferiore essent, quam phialæ aureæ & argenteæ, quibus vtebantur ad offerendam similam & oleum, ad fundendum sanguinem victimarum circa altare, atque ad vinum & suffitum, hic tamen ollæ & vasa infimæ dignitatis dicuntur futura sicut phialæ aureæ & argenteæ, pretiosissimæ & sanctissimæ. ✱. 21. *q*) *Immo erit omnis* vel *quæcunque olla*, non modo quæ in domo Domini, coll. v. 20. sed etiam quæ *in Hierosolyma & in Iuda* est. *r*) v. 20 Ier. 31, 40. Esr. 8, 28. *s*) *quotquot sacrificaturi* sunt. *t*) *accipientque* aliquas *de illis* ollis. *u*) *& coquent* in eis sacrificiales carnes, idque sine religionis læsione. *x*) *nec erit Cananæus*. profanus & impius, siue ex gentibus, siue ex circumcisione Es. 35, 8. Ez. 16, 3. c. 44, 7. 9. Ioel 4, 17. Apoc. 21, 27. c. 22, 15. Phrasis ex antiquitate populi Israelitici transsumta, cui ex lege Dei gens Cananitica ob scelera exsecrabilis, maledicta & impura erat, vt ne quidem in terra, nedum in templo toleranda esset. Alioquin *Cananitæ*, vt gens, non excluduntur a gratia N. T. coll. supra v. 16. seqq. c. 9, 7. Ps. 45, 12. Ps. 87, 4. Matth. 15, 22. At Ion. *mercator*; coll. Es. 23, 8. Hos. 12, 8. Prou. 31, 24. cui nec religio cordi, nec sanctimonia curæ; aut qui pietatem quæstum esse putant 1 Tim. 6, 5. *y*) *in domo Domini*, h. e. Ecclesia eius, quippe quæ tunc illustri & gloriosa ratione erit *Congregatio Sanctorum*. cf. Es. 35, 8. Ioel 4, 17. Apoc. 21, 27. c. 22, 15.

✱. 17. *u*) Vid. not. v. 16. *x*) *de familiis terræ*, h. e. gentibus. Ez. 20, 32. Amos 3, 2. *y*) Vid. not. v. 16. *z*) *super illos igitur*, vel *inquam, non erit*. Præs. ו Latinis redundat, Hebræis vero est ἀποδόσεως nota, posterius hocce membrū cum præcedenti connectens. *a*) Puniet eos ariditate, subtractis tum gratiæ, tum naturæ pluuiis. c. 10, 1. Es. 5, 6. Ez. 34, 26. Ps. 68, 10. cf. Es. 60, 12. Ier. 13, 16. 17. Mich. 5, 14. Sec. *Cocc.* alluditur ad sæuam idolomaniæ Achabi, quum ad verbum Eliæ non descendit pluuia, nisi quarto anno 1 Reg. 17, 1. c. 18, 1. Luc. 4, 25. Iac. 5, 17. quo alludit & Apocalypsis c. 11, 6.

✱. 18. *b*) *Quodsi item familia* s. gens *Aegypti*, cuius quidem regio pluuiis non eget, quia Nilus eam exundans rigat Deut. 11, 10. cf. supra c. 10, 11. Es. 19, 21. seqq. *c*) Vid. not. v. 16. *d*) sc. ad adorandum v. 16. 17. Es. 66, 23. *e*) *quamuis non super eos sit*, vel, *super quos* quidem ordinarie *non* cadit imber, in Ægypto præsertim superiore; sicut nec indigent, propter exundationes Nili. Quam in rem *Tibullus*: Te propter nullos tellus tua postulat imbres, Arida nec pluuio supplicat herba Ioui. Vide *Ludolfi* Comm. Hist. Aeth. p. 125. Sic igitur post Atnachum sequeretur demū apodosis, quā vero hic statim facit Vulg. *nec super eos erit*: quomodo etiam *Ion.* qui ita: *non adscendet ipsis Nilus*. cf. Ier. 46, 7. Amos 8, 8. Sic *R. Salomo*: non rigabit eos Nilus; q. d. *non erit super ipsos* imber ipsorum, seu quod imbris vicem ipsis præstat. *f*) *erit* tamen, vel (si posterior explicationum modo allatarum placeat) *erit* enim super illos eadem *plaga*. Quippe subtractis Nili aquis, idem Aegyptii experientur malū, quod ce-

✱. 18. אֶת־כָּל־הַגּוֹיִם ita cum interposito כָּל 1. sic su. 5. & sic in marg. 2. 6. 9. cum *Gaiah* 1. sec. *Mas.* suam ̄ & *Erff.* ✱. 21. וְהָיָה ;;

IN
MALACHIÆ VATICINIUM
PRAEFATIO.

§. I.

Malachiæ Nomen. Ad vltimum Veteris Testamenti Prophetam *Malachiam* accedimus, de quo pro instituti ratione nonnulla monebimus prius, quam ipsum textum euoluamus. *Nomen* מלאכי (in quo potissimæ prophetiæ huius libelli c. 3, 1. μνημόσυνον obseruat *Cocceius*) idem significat, quod מלאכיה h. e. ἄγγελος Κυρίȣ, *Legatus* s. *Nuntius Domini*, vt bene in Onom. S. docuit *Hillerus*: quomodo etiam id vertunt LXX. & Ar. c. 1, 1. ἐν χειρὶ ἀγγέλȣ αὐτȣ̃. Quod etsi *officium* Prophetæ bene exprimit, coll. c. 2, 7. Hag. 1, 13. dubium tamen nobis nullum est, (quicquid hæsitet doctissimus *Vitringa* in Obseruu. SS. lib. 6. p. 338--340.) quin *proprium* sit diuini vatis nomen, vt *Zachariæ*, & similium; sicut etiam recte id ita accipiunt *Syrus* Interpres, & *Arabica* huius libelli inscriptio; vt de occidentalibus versl. nihil dicamus. Id quod adversus veterum Hebræorum & nonnullorum Patrum, in specie etiam *Hieronymi*, opinionem tenendum est, qui *nomen* hoc *adpellatiuum* fecerunt, & *Malachiam* ipsum *Esram* fuisse opinati sunt. Sicut etiam Ionathan c. 1, 1. post nomen *Malachia* diserte addidit: דיתקרי שׁמיה עזרא ספרא *qui alibi Ezra scriba vocatur*; vt alias, minus etiam probabiles, coniecturas taceamus, v. c. de *Haggæo*, *Mordochæo* &c. merito reiectas ab *Abarbanele* fol. 297. a. aliisque ad h. l. Ezras enim, etsi θεόπνευστος & diuinus scriptor fuerit, nuspiam tamen *Propheta* in Scripturis dicitur, vt itidem Abarbanel aliique ad initium huius libri monuerunt.

Ordo & §. 2. Vltimus autem s. *postremus Propheta* V. œconomiæ fuit, vt omnes fatentur Iudæi & Christiani Interpretes, Canonicis vaticiniis V. T. colophonem imponens; vnde חותם הנביאים i. e. *sigillum Prophetarum*, & *eorum vltimus* אחרון שבהם ab Hebræis nuncupatur. Nam licet post eius tempora vsque ad Iohannem Baptistam & auroram N. T. non defuerint in Ecclesia Iudaica specimina quædam *extraordinariarum reuelationum* diuinæ voluntatis, vt erudite & fuse demonstrauit *Vitringa* in Obseruationibus sacris lib. VI. a capite 6. vsque ad 14. vltimus tamen ipse est inter omnes scriptores Canonicos veteris T. qui post ceteros tempora Christi proxime præcessit, eiusque præcursorem Iohannem sub nomine *Eliæ* indicauit c. 3, 1. 23. *Libri* vero *Apocryphi*, qui intermedio illo tempore fuerunt conscripti, spiritus istius prophetici dictamine caruerunt, vt consentientibus Iudæis monuit *Lightfootus* Chronol. p. 143. Conf. etiam 1 Maccab. 9, 27. & *Iosephum* contra *Apionem* lib. I. p. m. 1036. & infra ad c. 3, 22. notata.

Aetas §. 3. *Qua* tamen *ætate* præcise floruerit noster, non ita expeditum est, vt de eo concors omnium sit sententia. Quidam namque *Haggæo* & *Zachariæ* coæuum faciunt, ab Abarbanele recte refutati, quod noster de ædificatione Templi nihil moneat, sed corrigat potius c. 1, 10. c. 3, 1. 10. quæ structo illo in cultu divino peccabantur, item quod noster inter promotores illius structuræ cum Haggæo & Zacharia non laudetur Ezr. 5, 1. c. 6, 14. Ipse vero Abarbanel cum auctore libri *Cozri* Parte III. n. 39. p. m. 215. non diu post ædificatum templum Malachiam vixisse, & donum propheticum *quadraginta propemodum annos* sub Templo II. inter reduces e Babylone Iudæos durasse, autumat fol. 297. col. 3. At vltra hunc etiam terminum referenda Malachiæ ætas videtur; ideoque eum ad Alexandri Maced. ætatem, vel paullo ante, cum Scaligero & Capello refert *Gurtlerus* in Theol. Proph. p. 135. rectius vero *ad vltima Nehemiæ* tempora *Calouius* ad h. l. & *Vitringa* l. c. p. 331. seqq. Quia enim Malachia vaticinante *Politarchum* suum s. *ducem politicum* adhuc habebant Iudæi, vt certum est ex Mal. 1, 8. ex historia autem non patet, post Nehemiam alium Principem politicum Iudæis præfuisse: (nam post illius obitum Pontifices simul *Ethnarchæ* fuerunt, quorum nomina a temporibus *Ezræ* vsque ad *Darii Codomanni* ætatem breuiter recensentur Neh. 12, 10. 11.) ideo hanc prophetiam editam fuisse colligit Vitringa *post reditum alterum Nehemiæ ex Persia in Canaanaam, post annum nimirum trigesimum secundum Artaxerxis Longimani* Neh. 13, 6. cum Pontifex Iudæorum esset *Eliaschib* Neh. 12, 10. aut filius eius *Ioiada* c. 13, 28. Id quod collata inter se Malachiæ prophetia & Nehemiæ historia euincitur.

Parallelismus §. 4. Non enim tantum *eadem crimina* in vtroque monumento culpantur, sed pene *iisdem* etiam *verbis*: quod hic maxime obseruari iubet *Vitringa* l. c. p. 332. E. c. quod *Leuitæ* & *Sacerdotes fœdus Dei*, secum pactum, dicuntur *rupisse*, vxores ducendo ἀλλοφύλȣς, & Hebræas, quibus iuncti erant, siue negligendo, s. repudiando, coll. Mal. 2, 8. 11. cum Ezr. 9, 1. & Neh. 13, 23--29. item quod *decimas* Iudæi non persoluerint *Leuitis*, qui proinde quisq; ad *agros suos* profugerant, quo sibi de necessariis vitæ subsidiis prospicerent, coll. Mal. 3, 8. 10. & Neh. 13, 5. 12. c. 10, 38. 39. cum Neh. 13, 6--13. Accessit *neglecta cura & deprauatio cultus diuini*, de qua Malachias conqueritur c. 1, 8. 12. 13. c. 2, 8. coll. Neh. 13. 15. seqq.

Occasio §. 5. Cum n. post reditũ e captiuitate Babylonica, ducibus *Zerubbabele* principe, & *Iosua* pontifice, sub *Cyri* imperio non solum rempublicã constituissent, & templi fundamenta iecissent, sed deinde etiam, imperante Persis *Dario Hystaspide*, ad Prophetarum, *Haggæi* & *Zachariæ*, exhortationes ipsum templum ædificassent, & sacrum cultum rite instaurassent Iudæi, post Zerubbabelis & Iosuæ obitũ, sub *Artaxerxe Longimano* primũ *Ezras* Theologus, año Artaxerxis VII. Ezr. 7, 7. & postea *Nehemias* dux, año Artaxerxis XX. Neh. 1, 1. c. 2, 1. 8. 5. 14. rebus Iudæorum, ex negligentia Sacerdotum & Præfectorum (quorum nomina ignoramus Neh. 5, 15.) denuo collapsis qd. succurrerunt: vitia populi castigarunt & emendarunt, idque operam dederunt, vt populus rite lustratus solida legis diuinæ scientia imbueretur: *Ordo* ic. *Leuiticus* a criminibus, quibus se polluerat, purgaretur, & sacrarum litterarum studia ab eo maiore industria excolerentur, vrbs quoq; Hierosolyma, nouæ reipublicæ metropolis, probe muniretur aduersus hostes. Attamen omni illorum diligentia & zelo adeo cautum non est in futurum, vt non breui post (mortuo videlicet Ezra, & Nehemia absente Neh. 13, 6) eadem vitia in populo recruduerint, & qui maxime sacerdotum dignitatem tueri debebant, sacerdotes, eam profanis opinionibus & impura vita sua non prodiderint ac prostituerint. cf. *Vitringa Hypotyp. Hist.* S. p. 82. seqq.

Argumentum §. 6. Itaq; noster Iudæos ad pœnitentiam & agnitionẽ testamenti Dei in Christo excitaturus, ab initio statim *in genere* reprehendit *totius populi* (paucis piis exceptis c. 3, 16.) ingratam erga Deum mentem & impietatem c. 1, 2--5. *& in specie Sacerdotum* negligentiam ac profanitatem c. 1, 6. seqq. quod sacrificia vitiosa, mutila, & furto seu raptu accepta, Deo offerret populus, sacerdotes vero sacrosanctum Dei nomen eiusque cultum profanitate sua in omnium contemtum deducerent: ita, vt alios non tantum non corrigerent, sed, violato pacto Leuitico, ipsi prauo exemplo & doctrina vulgo præirent c. 2, 1--9. illicitis præsertim connubiis cum feminis exterorum, *neglectis* vel *repudiatis* legitimis suis vxoribus c. 2, 10--16. Cumque ante captiuitatem Babylonicam ad idololatriam & superstitionem proni fuissent Iudæi & Israelitæ, nunc ad Epicureismum & atheismum, apud ipsos etiam sacerdotes & doctores legis, omnia spectabant: quasi Deus res humanas non curaret, aut vana esset *Redemtoris* (sub pædagogia & custodia legis Mosaicæ Gal. 3, 23. 24. coll. Rom. 10, 4.) expectatio c. 2, 17. c. 3, 13. seqq. Vnde Deus non tantum *aduentum Christi* eiusque

que Præcursoris, & per illos Ecclesiæ reformationem, certo promittit c. 3, 1--4. sed etiam impiis illis contemtoribus fœderis sui, nisi resipiscerent, grauissimas pœnas, temporales & æternas, minatur c. 3, 5--7. Iterumque reprehensa plebis auaritia, quod decimas & primitias non persoluerent c. 3, 8--12. vanumque esse, seruire Deo, putarent c. 3, 12--15. piorum reliquias mirifice solatur c. 3, 16--21. ac denique desuturis inposterum sub veteri oeconomia θεοπνεύστοις Prophetis, aduersus subsecutum Sadducæorum Epicureismum & Pharisæorum superstitionem, legis Mosaicæ, tanquam pædagogi ad Christum, adeoque etiam propheticarum eius explicationum piam obseruantiam, & prænunciationem aduentus Christi per eius præcursorem Eliam siue Iohannem Baptistam, omnibus animaduertendam commendat c. 3, 22--24.

LIBER
MALACHIAE,
Hebr.
מלאכי

א משא דבר־יהוה אל־ישראל ביד מלאכי׃ אהבתי
2 אתכם אמר־יהוה ואמרתם במה אהבתנו
הלוא־אח עשו ליעקב נאם־יהוה ואהב את־יעקב׃
3 ואת־עשו שנאתי ואשים את־הריו שממה ואת־נחלתו
4 לתנות מדבר׃ כי־תאמר אדום רששנו ונשוב ונבנה
חרבות

הפטרת תולדות יצחק

cta negligentia & auaritia profanantium. Itaque demonstrat I. amorem Dei singularem erga Israelem v. 2--5. II. *ingratum illorum animum*, manifestum in negligentia cultus diuini v. 6. Idque III. contra *Sacerdotum* præsertim cauillationes *probat* v. 7--13. & IV. grauissime *damnat* v. 14. Conf. argumentum libri in Præfat. §. 6.

ỿ. 2. f) *Dilexi vos*, sine vllo merito vestro, amore singulari: dum dudum vos in populum mihi adoptaui, nunc etiam e captiuitate reduxi, vrbemque & templum vobis restitui. *Grotius*: Nempe non tantum vt homines vos dilexi, sed & præ ceteris hominibus, præque aliis tum Abrahami, tum Isaaci posteris. Quare æquum erat (quod hic subintelligitur) eximium amorem mihi rependi. Conf. Es. 43, 4. c. 48, 14. c. 63, 9. Ier. 31, 3. Hos. 11, 1. Am. 3, 2. g) v. 6. 8. 9. 10. &c. h) *& tamen* pro impudentia & temeritate vestra *dicitis*. v. 6. c. 2, 14. 17. c. 3, 8. 13. *Abarb.* q. d. Deus: Ex quo vos agnoui, dilexi vos amore constante: & licet peccauistis coram me, ita vt vos puniuerim, constanter tamen vos dilexi. Sicut enim pater filium suum, sic ego vos castigaui Deut. 8, 5. ad emendationem & ex amore. *Vos autem tam ingrato estis animo, vt dicatis* &c. i) *qua in re dilexisti nos? Grotius*: i. e. *quo argumento* adparet amor ille tantus in nos? cf. Gen. 15, 8. Ne agnoscere quidem volebant eximium istum Dei erga se amorem, tantum abest, vt grati extitissent. Peruerse Abarb. *propter quid?* coll. Deut. 4, 37. vt meritum Patrum exstrueret. k) *Nonne frater Iacobi est Esauus?* i. e. sec. *Grot.* Nonne Idumæi & vos ortum trahitis ex Abrahamo & Isaaco? Sic *Esau & Iacob*, h. l. vt in seqq. posteros eorum (*de quorum statu*, præsenti & deinceps futuro, hic loquitur Propheta) significant, sicuti alibi *Edom & Israel*. vid. Obad. v. 10. 12. Et eodem sensu *Idumæus frater Israelis* dicitur Deut. 23, 9. Al. *Nonne frater Iacobi erat* vel (vt *S.* habet) *fuit Esauus?* vt & ipsi progenitores, & omnis eorum posteritas significetur, h. m. Etsi fratres fuerint gemelli Esau & Iacob, non tamen pari amore prosequutus sum ipsos, & eorum posteros. Iacobum enim & posteros eius adoptaui, iisque eximie benefeci; Esauum vero eiusque posteros illis postposui; grauissimisque iudiciis pro merito ipsorum eos castigaui. Conf. *Calou.* h. l. l) cf. not. Ez. 11, 8. Hos. 11, 11. Hag. 2, 23. m) *tamen Iacobum* & eius posteros (de quibus hic antecedd. & conseqq. loquuntur, vt etiam Gen. 25, 23.) *magis dilexi*: amore scil. *non communi*, vt alios quosuis homines Ps. 145, 9. Rom. 11, 32 sed *eximio & speciali*, reducendo etiam ipsum ad terminum suum v. 5. & reductum ædificando, coll. opposito v. 3. 4. cf. etiam Hos. 11, 1. c. 14, 5. Ps. 47, 5. Gen. 25, 28. 1 Sam. 1, 5. &c.

ỿ. 3. n) *Esauum autem* & posteros eius *odio habui*: *non absolute*, multo minus *æterna reprobatione* (quod præter mentem huius dicti & Rom. 9, 11. nonnulli volunt, vt fuse docet *Calouius* ad h. l.) sed *comparate* ad Iacobum & illius posteros: vt minus illis, quam hisce benefecerit Deus. Ita alibi quoque *comparate intelligendum* est *hoc verbum*: e. c. Gen. 29, 31. coll. ibid. v. 30. Deut. 21, 15. coll. 1 Sam. 1, 5. Luc. 14, 26. coll. Mat. 10, 37. o) *& posui* Ier. 6, 8. vt prædixeram Ez. 35, 4. p) *montes eius* Gen. 36, 8. Deut. 2, 4. Ios. 24, 4. &c. Tacita est antithesis montosæ & asperæ Idumææ ad terram Canaan, lacte & melle fluentem Ex. 3, 8. q) *solitudinem*. Ex. 23, 29. Ios. 8, 28. Es. 1, 16. Vastata enim erat Idumæa post Iudæam a Nebucadnezare. vid. Ier. 25, 17. 21. c. 27, 3. c. 49, 7. seqq. Am. 1, 11. 12. Obad. v. 10 & inprimis Ez. 25, 12. seqq. c. 35, 2. seqq. cf. etiam breuem historiam gentis ad Es. 21, 11. r) S. *draconibus* (1) *deserti*. & ita quidem, vt perduraturus hic eius status sit in *perpetuum* v. 4. Nam dracones sectantur solitudines: ideo Prophetæ toties vrbes populosissimas prædicunt fore *draconum domicilia*, aut a draconibus habitandas, quando illis extremam desolationem minantur. cf. Es. 13, 22. c. 34, 13. Ier. 9, 10. c. 51, 37. At quia *Tannoth* serpentes, *dracones*, alibi masc. est, e. c. Ex. 7, 12. Deut. 32, 33. Iob. 30, 29. &c. ideo LXX. Syr. & Ar. *in domicilia deserti*, ex rad. Ar. תנא *substitit, commoratus est, habitauit.* &c.

ỿ. 4. s) S. *Si namque*. Vulg. *Quodsi dixerit* Idumæa. t) Ion *ad paupertatem redacti*. S *depauperati*; bene etiam Vulg. *destructi*, i. e. destructionem vrbium ac domorum passi quidem nunc sumus. Opponitur enim *ædificationi*. (4) cf. Ier. 5, 17. Ps. 34, 11. Prou. 13, 7. Rad. Ar. *Debilitauit, elumbem reddidit* morbus &c. u Vulg. *sed reuertentes*, i. e. *sed nunc iterum ædificabimus*. Ion. *sed nunc diuites facti ædificabimus* Quod & fecerunt, vt ex historiis liquet. Conf. similem præsumtionem Es. 9, 9.

CAP. I, ỿ. 1. a) Vulg. *Onus*. al *Prolatio* s. *prophetia*. Zach. 12, 1. Syr. *Visio sermonum Domini de Israele per Malachiam*. cf. not. Ier. 23, 33. seqq. Nah. 1, 1. Hab. 1, 1. b) *verbi Domini*. Hos. 1, 1. Zeph. 1, 1. *Abarb.* rarum id erat isto tempore 1 Sam. 3, 1. cf. infra c. 2, 8. & Præf. §. 5. c) i. e. *contra* reduces ex exilio *Iudæos, Beniaminitas* ac *Leuitas*, & qui ex X. tribubus illis iuncti fuerunt. c. 2, 11. cf. Ezr. 2, 70. c. 6, 17. Neh. 12, 47. Omnibus enim sub Cyri & Artaxerxis imperio redeundi potestas facta erat Ezr. 1, 3. c. 7, 13. *Caluinus*: Per excellentiam vocati sunt *Israelitæ*, qui iterum collecti fuerunt in terra sancta, vt illic fruerentur hereditate sibi diuinitus promissa. Qui autem dispersi habitabant inter exteras gentes & profanas, etsi non prorsus desciuerant a puro Dei cultu & pietate, tamen quasi suum nomen perdiderant. d) i. e. *per ministerium*. vid. not. Hag. 1, 1. e) *Malachiæ*. vid. Præf. §. 1. *Est vero in hoc capite*, vt *Schmidius* habet, *exprobratio ingratitudinis Iudæorum* amorem Dei singularem non agnoscentium, sed S. S. Iehouæ nomen, olim in toto mundo inuocandum, per inepta sacrificia, ex maledicta

- חרבות כה אמר יהוה צבאות המה יבנו ואני אהרוס
וקראו להם גבול רשעה והעם אשר־זעם יהוה עד־
ה עולם׃ ועיניכם תראינה ואתם תאמרו יגדל יהוה מעל
6 לגבול ישראל׃ בן יכבד אב ועבד אדניו ואם־אב אני
איה כבודי ואם־אדונים אני איה מוראי אמר יהוה
צבאות לכם הכהנים בוזי שמי ואמרתם במה בזינו
7 את־שמך׃ מגישים על־מזבחי לחם מגאל ואמרתם
8 במה גאלנוך באמרכם שלחן יהוה נבזה הוא׃ וכי־
תגישון עור לזבח אין רע וכי תגישו פסח וחלה אין
רע הקריבהו נא לפחתך הירצך או הישא פניך אמר
9 יהוה צבאות׃ ועתה חלו־נא פני־אל ויחננו
מידכם היתה זאת הישא מכם פנים אמר יהוה
צבאות

x) *ruinas*; quæ destructa fuerunt. Es. 5, 17. c. 49, 19. y) v. 6. 8. Nah. 1, 12. z) Es. 1, 24. Hos. 12, 6. a) *illi ædificabunt, sed ego destruam.* Vel: *si illi ædificauerint, ego destruam.* cf. Ier. 45, 4. Ps. 28, 5. b) i. e. *& vocabuntur.* Imperson. vt Ez. 39, 11. *Abarb.* Quia *omnes homines* agnoscent, quod ego eos odio habeam, & regno eorum aduersus sim. c) *terminum impietatis* c. 3, 15. 19. Zach. 5, 8. h. e. regionem s. *territorium impiorum*, vt Ion. habet; eoque merito desolatum. d) *cui iratus est Dominus.* Num. 23, 8. Es. 66, 14. Ion. *super quem maledictionem adducam.* e) *in perpetuum.* Es. 34, 10. 17. *Hieronymus*: & iram meam æterna eorum vastitas adprobabit. Sumendum hoc est in oppositione ad populum Iudaicum v. 5. quippe cui diu quidem iratus fuerat Dominus Zach. 1, 13. elapsis vero LXX. annis ad eosdem reuertit cum gratia & misericordia. v. 16. 17. vid. not. Zach. 1, 16. *Calouius*: significatur Edomum, partim *gentis* (exceptis reliquiis Am. 9, 12.) partim *nominis* excidio esse puniendum. Impleta ergo hæc, tum quia captiuitas eorum nunquam decreto reuocata, vt Iudæorum; tum quia reliquiæ, quæ in Idumæa mansere, aliis populis commixtæ, & ab Hyrcano subactæ, ad suscipiendum circumcisionem coactæ, in Iudaismum transiere, ac post Romanam deuastationem ita excussi sunt, vt nec nomen eorum in terra inueniatur. cf. not. Es. 21, 11. & quæ supra ad v. 3. allegauimus.

℣. 5. f) *Idque oculi vestri videbunt*, & experimento cognoscetis. Mich. 7, 10. g) *magnificetur Dominus.* Mich. 5, 3. Ps. 35, 27. Ps. 40, 17. h) A.b. Ezra: *vosque dicetis--super termino Israelis*, in quem vos aestitui; cui fauent accentus. Alii tamen malunt ita: *magnificetur*, inquam, *Dominus ultra terminum Israelis.* coll. v. 11. & c. 3, 12. quod sub Maccabæis coeptum, sub Christo impletum fuit. coll. Hos. 2, 2. Ion. *multiplicetur gloria Domini, dilatauit enim fines Israelis.* *Abarbanel*: Hæc promissio referri potest ad tempora Templi II. -- rectius tamen ad futurum. Bene, quod eius implementum sub Messia expectat, male, quod sub templo demum III. quod Scriptura nescit.

℣. 6. i) Vulg. *Filius honorat.* al. *honorabit.* i. e. *honorare debet* Patrem. cf. simile futurum c. 2, 7. Ion. *Ecce de filio edictum est, vt patrem honoret.* vid. Ex. 20, 12. Deut. 27, 15. k) *& seruus herum suum* 2 Sam. 11, 9. l) *si ergo pater* vester ego sum, non solum *dominus* communi jure creationis, sed & *pater*, ob singularem illum, quem in superioribus demonstraui, erga vos amorem. cf. c. 2, 10. Deut. 32, 6. Es. 1, 2. c. 63, 16. Ion. *si tanquam pater ego sum?* m) *vbi* (i. e. *nullibi* Iob. 20, 7. 1 Cor. 1, 20. cf. infra c. 2, 17.) est *gloria mea*, qua me honorare debetis? cf. 1 Petr. 1, 17. n) *& si dominus?* Deut. 10, 17. Hos. 12, 15. Ps. 136, 3. Ion. *et si tanquam Dominus ego sum.* cf. Matth. 7, 21. Luc. 6, 46. o) *vbi* est *reuerentia mea?* c. 2, 5. Gen. 9, 2. *Abarb.* q. d. Quia enim tantopere dilexi vos & patres vestros, æquum omnino erat, vt & vos me diligeretis, siue vt *filii ex amore*, siue etiam vt *serui ex timore.* p) v. 2. 4. q) *vobis* inprimit, *o Sacerdotes.* c. 2, 1. cf. Hag. 2, 11. Zach. 7, 5. *Abarb.* Ita generatim primum omnes, mox *speciatim Sacerdotes coarguit*, tq. populi duces & doctores. Conf. Præfat. §. 5. 6. r) *qui*, tq. praui serui aut ministri, ad me honorandum electi & constituti, *ipsi despicitis nomen meum.* v. 11. 14. Deut. 28, 57. 1 Sam. 2, 30. Ez. 22, 8. s) *& peruicaciter dicitis.* *Hieronymus*: Imitantes Cain, superbis contra Deum vocibus respondentes, sciscitamini ab eo, quem occulta non fallunt. cf. Es. 45, 9. c. 58, 2. Ier. 2, 35. t) v. 7. Sicuti v. 2. amorem ac beneficia Dei, ita hic peccata sua nolunt agnoscere.

℣. 7. u) *Offerentes* estis. *offeritis.* c. 2, 13. c. 3, 3. 1 Reg. 5, 1. Probat ingratum eorum animum. x) *panem pollutum* v. 12. Iob. 3, 5. Thren. 4, 14. Dan. 1, 8. per quem Grotius *Mincham*, cum iugi sacrificio offerendam Ex. 29, 40. Num. 28, 24. alii rectius *victimas etiam*, *& quasuis oblationes* intelligunt, coll. seq. v. 8. item Leu. 3, 11. c. 21, 6. 8. 17. 21. 22. c. 22, 25. Num. 28, 2. Abarb. *res immundas.* Ion. *oblationem impuram* vel execrandam. *Sacrificia* nimirum hominum contaminatorum *inepta*, *nec rite*, sed sine pœnitentia & fide *oblata*; quibus mensa Domini ab impuris illis Sacerdotibus polluta fuit & ceremonialiter & moraliter, neglecto fine oblationum præcipuo, Messia nimirum cum beneficiis suis, per vniuersum terrarum orbem prædicando, & fide, quæ Christum vnice respicere debebat *Maii Oecon.* V. T. p. 1087. Conf. Leu. 22, 25. Tit. 1, 15. y) vid. v. 2. 6. z) Vulg. *in quo polluimus te?* Piel (t) a) S. *per hoc, quod dicitis.* v. 12. c. 2. 17. b) *mensa*, i. e. altare *Domini.* Sic v. 12. Quia sacrificium est quasi conuiuium, in quo (vt habet *Calou.* h. l.) *conuiua* est Deus, *mensa* altare, *esca* victima, *potus* libamen, *ministrans* sacerdos. cf. Ez. 41, 22. c. 44, 16. Alii conferunt Leu. 24, 6. c) *vilis*, S. *contemta*, Vulg. *despecta est.* c. 2, 9. Es. 53, 3. Ier. 49, 15. adeoque parum refert, *quales* victimas, aut *quomodo* easdem offeramus: cum omnis ille noster cultus sit inutilis & inanis Messiæ, per illum figurati, expectatio. cf. v. 12. c. 2, 17. & c. 3, 14. *Abarbanel*: Ita dixerunt, quia super altari *adipem & sanguinem* offerebant, quæ ipsis res contemnendæ videbantur. At verum id est de omni etiam & præstantissima parte sacrificiorum, demto respectu & fide in Christum, ex quo illæ vmbræ V. Testamenti omne suum pretium habuerunt, coll Es. 1, 11. seqq. Ps. 50, 8. seqq.

℣. 8. d) S. *Nam si offertis.* v. 7. e) *cæcum* ad immolandum, contra legem Lev. 21, 22. Deut. 15, 21. f) S. *non malum* vobis est. At *Vulg. Ion.* aliique interrogatiue: *nonne malum* est: nihilne vitii id habet? cf. 1 Sam. 21, 9. g) *claudum.* v. 13. Vetitum erat & hoc Deut. 21, 15. h) *& morbidum.* Eius species enumerantur Leu. 22, 22. seqq. i) *Offer modo illud*: Leu. 1, 1. Mitte tale quid pro munere Iud. 3, 17. Ps. 72, 10. k) *duci tuo.* Ion. addit: *qui præest tibi.* Neh 5, 14. 15. 18. c. 12, 26. cf. Præf. §. 3. l) *num acceptum te habebit?* v. 10. Hag. 1, 8. m) aut num *suscipiet faciem tuam?* v. 9. Gratusne ei erit aduentus tuus tali cum munere, ita vt adnuat petitis tuis? cf. Gen. 19, 21. c. 32, 21. 1 Sam. 25, 35. n) *adseueratio* diuina; vt v. 2. 9. &c.

℣. 9. o) *Nunc itaque.* Ab epanorthosi ad *pædiam* siue exhortationem ad pœnitentiam, transit Propheta: docens adhuc spem veniæ esse, si serio resipiscant; sin minus, eos nequaquam impunitos fore. cf. c. 2, 1. p) *suppliciter deprecamini* tandem. 1 Sam. 13, 12. q) *vt misereatur nostri*; vel *tunc miserebitur nostri.* Am. 5, 15. Ps. 67, 2. Iob. 33, 24. r) S. cum enim *a manu vestra sit hoc.* np. impuræ & ineptæ oblationis peccatum v. 7. 8. vid. v. 10. 13. c. 2, 13. & cf. similem locutionem Es. 50, 11. s) *num accipiet a vobis facies*, vt accepti & grati ei sitis? quod phrasis significat in præced. v. 8. Al. vt officii aut personæ vestræ rationem habeat, & προσωποληψία erga vos vtatur? c. 2, 9. Nullo sane modo id faciet, neque vos tale quid expectare debetis. cf. Deut. 10, 17. 2 Par. 19, 7. Rom. 2, 11. &c. t) vid. v. 2. 8.

MAL. I, ℣. 6. לכם Per *Mahp.* 2. 3. 6. 9. 13. 19. 20. 23. ℣. 8. תגישון Sic *defect.* 3. 8. 15. sic su. 9. sec. *Mas.* 3. & *impr.* At ceteri *plene.* Sine *Nun* paragog. 6. 9. in marg. contra *Mas. Erff.*

י צבאות׃ מי גם־בכם ויסגר דלתים ולא
תאירו מזבחי חנם אין־לי חפץ בכם אמר יהוה צבאות
11 ומנחה לא־ארצה מידכם׃ כי ממזרח־שמש
ועד־מבואו גדול שמי בגוים ובכל־מקום מקטר
מגש לשמי ומנחה טהורה כי־גדול שמי בגוים
12 אמר יהוה צבאות׃ ואתם מחללים אותו באמרכם
13 שלחן יהוה מגאל הוא וניבו נבזה אכלו׃ ואמרתם הנה
מתלאה והפחתם אותו אמר יהוה צבאות והבאתם
גזול ואת־הפסח ואת־החולה והבאתם את־המנחה
14 הארצה אותה מידכם אמר יהוה׃ וארור נוכל ויש
בעררו

que ceremonialem cultum breui prorsus cessare faciam Dan. 9, 27. vt sequentia de vocatione gentium disserte indicant. ℣. 11. *f*) *Nam*, quod probe vobis sciendum & tenendum est. cf. Rom. 11, 25. *g*) *ab ortu Solis*, *& vsque ad eius occasum*, per totum terrarum orbem, non tantum in Iudæa Ps. 76, 2. cf. Es. 24, 14. 16. c. 59, 19. c. 45, 6. Ps. 50, 1. Ps. 113, 3. Matth. 8, 11. *h*) *magnum est nomen meum inter gentes*. Dicitur in oppositione ad v. 5. & 6. cf. Es. 29, 23. Ez. 36, 23. c. 38, 23. Ps. 8, 2. *i*) *& in omni loco*. v. c. in Assyria & Aegypto Es. 19, 18. seqq. non, sicut olim, in vno loco Deut. 12, 5. 6. cf. Ioh. 4, 20. seqq. *k*) *suffitus*, *incensum*. S. *suffitum*. Hoph. (2) Leu. 6, 15. ό. θυμίαμα προσάγεται. np. non *propitiatorium sacrificium*, quod in N. T. semel obtulit Christus Hebr. 9, 25. sqq. c. 10, 10. seqq. sed pro indole N. T. *spiritualia sacrificia*; speciatim *laudes & preces sanctorum*, per suffitum V. T. Ex. 30, 35. figuratæ, hic intelliguntur. vid. Ps. 141, 2. Hebr. 13, 15. 16. Apoc. 5, 8. c. 8, 3. 4. *l*) *offeretur*, *oblatum erit*. v. 8. c. 3, 3. *m*) *Nomen Dei* est ipse Deus, sed cum connotatione professionis & cultus. Es. 60, 9. Ier. 3, 17. *n*) S. *& Mincha*. Vulg. *oblatio*. ό. θυσία, np. non Leuitica v. 10. sed spiritualis N. T. vt diximus. vid. Es. 60, 7. c. 61, 6. c. 66, 20. Ps. 51, 19. Ps. 96, 8. Ps. 141, 2. Rom. 12, 1. c. 15, 16. 1 Petr. 2, 5. Hebr. 13, 16. Apoc. 5, 8. cf. etiam Phil. 2, 17. 2 Tim. 4, 6. *o*) *munda* per fidem in Christum Act. 15, 9. 1 Pet. 2, 5. Hebr. 1, 3. c. 9, 14. &c. *p*) *nam*, quod iterum iterumque dico. *q*) v. 14. cf. Ps. 22, 28. seqq. Zach. 14, 16. *r*) vid. not. v. 8. ℣. 12. *s*) *Vos autem*. sc. Sacerdotes & ministri Domini. *Abarb.* *t*) *profanatis illud*, sacrosanctum nomen meum. v. 11. Leu. 21, 6. c. 22, 2. 32. Ez. 36, 20. seqq. cf. Rom. 2, 23. 24. *u*) v. 7. c. 2, 17. *x*) vid. v. 7. *y*) *polluta*, Vulg. *contaminata*, vel *contaminabilis* est, sicut supra v. 7. *despicabilis*. Verbum cf. Es. 59, 3. Ezr. 2, 62. Neh. 7, 64. Volunt dicere: *Altare* cum toto sanctuario, *vt impurum*, a Deo dudum reiectum & per hostes euersum fuit. Et quamuis vtrumque per Zerubbabelem & Iosuam sit restitutum, sacerdotium etiam magno zelo ab Ezra repurgatum, nihilominus tamen non adparet nobis vel singularis Dei fauor, vel Messias, ab Haggæo c. 2, 6. 7. 19. promissus. Quin potius neque hunc cultum Deo cordi, aut nos ei curæ esse, probant egestas populi, coll. infra c. 3, 10. 11. & vilis ille victus, quo vix misere sacerdotii dignitatem sustentamus. &c. cf. c. 2, 9. Nimirum non sentiebant impii homines, se peccatis pollutos esse, omniaque polluere; & abiecta spe & fide in Christum, tq. nucleo & fine ceremoniarum Leuiticarum, in cortice hærentes, ad apostasiam & Epicureismum aut hypocrisin proni erant, deinde etiam aperte ruebant. cf. v. 7. c. 2, 17. c. 3, 13. 14. & Præf. §. 5. 6. *z*) *& ad reditum* s. *prouentum eius* (altaris) *quod* attinet. s. *& de prouentu eius*, qui in altari offerendus est, dicitis. (2) Es. 57, 19. *a*) *vilis*, *contemtibilis* & exigui pretii v. 7. *b*) *est cibus eius*. Ion. *& contemtibilia sunt dona de eo*. Syr. *& contemtibiles sunt cibi eius*. de quibus scil. Sacerdotes viuebant. cf. Ioel 1, 16. & sensum modo declaratum. ℣. 13. *c*) *Etenim dixistis* obmurmurantes & μεμψίμοιροι Epist. Iudæ v. 16. *d*) *ecce*! quasi rem ad oculum demonstraturi, vt Ios. 9, 12. &c. *e*) *quanta defatigatio* s. *molestia*! Ex. 18, 8. Thren. 3, 5. (Similis contractio interrogat. מה cum sequenti vid. Ez. 4, 2. Es. 3, 15. Ez. 8, 6.) sc. deuoranda nobis est pro vili vel exiguo reditu altaris v. 12. *Abarbanel*: Innuit hoc maledictionem c. 2, 2. & famem, quæ terram Iudaicam premebat, vt panis non esset, quem mensæ imponerent. cf. c. 3, 10. 11. Vel simplicius videtur vox esse impatienter respondentium ad illam Dei correptionem. *f*) *& sic* vestra culpa ac negligentia *exsufflari* & contemni ab omnibus *fecistis ipsum*. Hiph. (2) Iob. 31, 39. Al. cum *Hieronymo*: *& exsufflare* me *facitis ipsum* altare & sacrificia vestra, coll. Hag. 1, 9. *g*) vid. not. v. 8. *h*) *& sine* discrimine ac reuerentia S. S. nominis mei, *adduxistis* mihique *obtulistis*. S. *dum adducitis*. Gen. 4, 3. 4. Leu. 4, 4. 16. c. 10, 15. *i*) *raptum* Deut. 28, 29. 31 *k*) *& claudum* v. 8. Deut. 15, 21. *l*) *& agrotum* s. *morbidum*. vid v. 8. *m*) S. *adducitisque* similem *Mincham*, vel *munus farreum*. v. 10. *n*) *num* ergo *gratiose accipiam illud* de manu vestra? v. 8. 9. 10. c. 2, 13. Sensus interrogationis est negatiuus, vt Ez. 18, 23. c. 22, 14. &c. ℣. 14. *o*) *Immo maledictus* esto. Deut. 27, 15. sqq. *p*) *dolosus* eiusmodi homo. S. *defraudans*. (1) Gen. 37, 18. Num. 25, 18. *q*) *dum est in grege ipsius*. vel qui habet *in grege suo* Gen. 32, 17.

℣. 10. *u*) Ion. *Immo quis hic est inter vos, qui claudat fores sanctuarii mei!* Ita Syrus. Sensus est: Tantum abest, vt beneuole ego vos respiciam v. 9. vt etiam Templum claudi potius velim, quam frustra me coli ineptis sacrificiis, sine vera pœnitentia & fide oblatis. *Abarbanel*: q. d. Deus: Vtinam vero exsurgeret pius quispiam in conspectu vestro, & clauderet potius Templi ianuas, ne detestandas eiusmodi oblationes porro offeratis. Sic S. *Quis enim inter vos pius?* *x*) *qui claudat* potius *ianuas*, sc. Templi c. 3, 1. 10. Non vero absolute ita præcipit Deus, sed comparate loquitur, vt diximus; coll. Es. 1, 11. seqq. Alioquin enim inter peccata Achasi non minimum erat, quod profana mente templum Dei occluderet 2 Par. 28, 24. c. 29, 7. Alii auaritiam Sacerdotum reprehendi putant, & *gratis* ex sequenti membro huc etiam trahunt, h. m. *Quis vestrum, qui claudat ostia gratis? Immo ne altare quidem meum gratis accenditis!* sed prius, vt simplicius, præferimus. *y*) *nec lucere faciatis*, *accendatis* altare meum. Num. 8, 2. Es. 27, 11. Ps. 18, 29. Abarb. np *per oblationes ignitas* s. igne consumendas. *z*) *frustra*. Vid. Es. 1, 13. c. 29, 13. 14. Ion. *& non offeratis super altari meo oblationem exsecrandam*. *a*) S. *non enim mihi est complacentia*. Coh. 5, 3. c. 12, 1. cf. oppos. Es. 62, 4. *b*) *in vobis* impiis & impuris Sacerdotibus. v. 7. c. 2, 17. *c*) vid. not. v. 8. *d*) *ideoque Mincham* v. 13. Gen. 4, 3. Leu. 2, 1. Vulg. *& munus*. cf. not. 2 Sam. 8, 2. 2 Reg. 8, 8. *e*) *gratum non habeo*: v. 8. 1. *de manu vestra* impia v. 9. vid. Es. 1, 13. Prou. 15, 8. Ioh. 9, 31. Tit. 1, 15. immo sacrificia vestra, & Mincham ac sacerdotium, totumque

---

℣. 11. כי ממזרח Ita 1. 3. 6. 9. 20. sic su. 5. טהרה defect. 1, sec. *Mas. impr.* Gen. 7, 2. sed contra *impr.* & *Mas. magnam* 1. h. l. ℣. 12. Pro יהוה habent אדני 1. 3. sic se. 2. & sic in mare, 6. 9. sec. *Mas. fin.* f. 3. col. 5. ℣. 13. אותו *Tikkun Sopherim* hic est sec. *Mas impr.* ad Ps. 106, 20. את־הפסח sine præf. *Vau* 1. 2. 3. 5.

בְּעֶדְרוֹ זָכָר וְנֹדֵר וְזֹבֵחַ מָשְׁחָת לַאדֹנָי כִּי מֶלֶךְ גָּדוֹל אָנִי
ב אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת וּשְׁמִי נוֹרָא בַגּוֹיִם׃ וְעַתָּה אֲלֵיכֶם
2 הַמִּצְוָה הַזֹּאת הַכֹּהֲנִים׃ אִם־לֹא תִשְׁמְעוּ וְאִם־לֹא
תָשִׂימוּ עַל־לֵב לָתֵת כָּבוֹד לִשְׁמִי אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת
וְשִׁלַּחְתִּי בָכֶם אֶת־הַמְּאֵרָה וְאָרוֹתִי אֶת־בִּרְכוֹתֵיכֶם
3 וְגַם אָרוֹתִיהָ כִּי אֵינְכֶם שָׂמִים עַל־לֵב׃ הִנְנִי גֹעֵר לָכֶם
אֶת־הַזֶּרַע וְזֵרִיתִי פֶרֶשׁ עַל־פְּנֵיכֶם פֶּרֶשׁ חַגֵּיכֶם וְנָשָׂא
4 אֶתְכֶם אֵלָיו׃ וִידַעְתֶּם כִּי שִׁלַּחְתִּי אֲלֵיכֶם אֵת הַמִּצְוָה
הַזֹּאת לִהְיוֹת בְּרִיתִי אֶת־לֵוִי אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת׃
ה בְּרִיתִי הָיְתָה אִתּוֹ הַחַיִּים וְהַשָּׁלוֹם וָאֶתְּנֵם־לוֹ מוֹרָא
6 וַיִּירָאֵנִי וּמִפְּנֵי שְׁמִי נִחַת הוּא׃ תּוֹרַת אֱמֶת הָיְתָה בְּפִיהוּ

ועלה Nnnn פכ א

v) *masculum*, arietem sanum. Boch. Hieroz. I. p. 584. *Mas* h. l. *corrupto* opponitur: quippe *mas* præstat *femina*, & præstantiora Deo sunt offerenda. Cf. Leu. 1, 3. 10. &c. s) *& tamen* vouet & immolat. Leu. 7, 16. At cum antecedenti id nectunt Ion. LXX. & Ar. q. d. *& votum de eo quidem facit, sed deinde immolat.* t) *corruptum*, i. e. *morbidum*, vel *vitiosum* femininum. Leu. 22, 23. u) Ps. 47, 3. Ps. 48, 3. Ps. 95, 3. x) vid. not. v. 8. y) *& nomen meum tremendum & venerabile erit inter gentes.* Respicit ad v. 6. & simul illustrat v. 11. cf. Ps. 76, 8. 13. & supra v. 3.

CAP. II, ℣. 1. z) *Nunc igitur.* cf. c. 1, 9. Ps. 2, 10. a) *ad vos* inprimis sc. spectat vel *pertinet*: ne vos pœnitentia haud indigere existimetis. cf. Hos. 5, 1. b) *preceptum hoc.* v. 4. nempe de pœnitentia & meliore in posterum officii vestri administratione. vid. c. 1, 9. c) *o Sacerdotes!* c. 1, 6. *Abarb.* i. e. non tam ad vulgus, sapientiæ & doctrinæ expers, quam ad vos, qui ceteros rectius instruere debebatis, pertinet hæc culpa aut reatus. Pergit enim Deus hoc capite minari, & grauissime redarguere I. *Sacerdotes* de violato fœdere Dei (1) per inobedientiam & socordiam ipsorum v. 2. in sacrificiis & festis v. 3. (2) per corruptam doctrinam v. 4--7. & prauum exemplum v. 8. (3) per improbum personarum respectum v. 9. 10. II. *Vna cum sacerdotibus etiam illos de populo* reprehendit (1) qui *vxores de alienigenis* illegitime ducebant v. 11. 12. (2) *innocentes vxores* affligebant v. 13-16. & (3) *diuinam prouidentiam* ac promissionum de Christo veritatem proterue negabant v. 17.

℣. 2. d) *Si non audieritis.* Leu 26, 14. seqq. Deut. 28, 15. e) *& si* *posueritis in corde* scil. monitum aut præceptum meum v. 1. nec animum ei aduerteritis. cf. Es. 57, 1. Dan. 5, 8. f) vt debito honore me adficiatis. cf. c. 1, 6. 11. Ios. 7, 19. Ps. 29, 2. g) Vulg. *ait Dominus exercituum.* vid. not. c. 1, 8. h) *tum immittam in vos*, sacerdotes & vniuersum populum. *Abarb.* Conf. verbum. Ez. 5, 17. c. 7, 3. i) *maledictionem.* c. 3, 9. cf. Leu. 26, 14. seqq. Deut. 28, 15. seqq. Zach. 5, 3. k) *& maledicam* Gen. 12, 3. l) *benedictionibus vestris.* sc. realibus, coll. v. 3. Gen. 33, 11. *Hieron.* h. e. his, quæ nunc meis benedictionibus possidetis. Gen. 49, 25. 26. *Abarb.* i. e. conuertam vobis benedictionem, qua vobis benedixi a die, quo fundata fuit Domus Domini (Hagg. 2, 19.) in maledictionem. cf. infra c. 3, 10. Al. *benedictionibus vestris* sacerdotalibus, coll. Num. 6, 23. seqq. m) q. d. *iterum iterumque* hoc vobis dico, *eo quod non* &c. S. *etiamque maledicam huic.* At Tig. cum Abarb. in præterito: *quin etiam maledixi ei* (*cuique benedictioni* vestræ) statim, ex quo spernere cœpistis nomen meum, & ego vidi, *quod non* ad animum reuocetis. n) cf. 1 Sam. 2, 30. Ps. 109, 17. seqq. ℣. 3. o) *Ecce ego increpabo*, & perdam *vobis.* c. 3, 11. Ps. 9, 6. Ps. 104, 7. p) Syr. *semen terræ.* Ion. *prouentum seminis* vel natum e semine. vt scil. non germinet, aut fructum ferat, vel etiam in ipsa herba a locustis absumatur. cf. c. 3, 10. 11. *Abarbanel*: *seminis* mentionem facit in respectu ad *Mincham*; & *stercoris* in respectu ad oblationes s. *victimas* Iudæorum. q) *& spargam* Ez. 5, 10. c. 6, 5 r) *stercus* exenteratarum victimarum (7) quod alias extra castra cremandum erat Ex. 29, 14. s) *in faciem vestram.* Sicut Herus, qui auersatur donum serui sui, idque in faciem ei reiicit & dispergit. *Abarb.* Ion. *& patefaciam turpitudinem scelerum vestrorum in facies vestras.* t) Vulg. *solemnitatum vestrarum*, i. e. *victimarum festiuarum.* vid. Ex. 23, 18. Es. 29, 1. Ps. 118, 27. & cf. Amos 5, 21. u) S. *& auferet vos ad se.* Ez. 29, 19. *Hieronymus*: stercus videlicet, quo litæ sunt facies, totos vos occupabit. Al. imperson. *& auferent vos*, auferemini, *vna cum illo.* Sic Belgæ. *Coccejus* vero de excidio vrbis & Templi ac politiæ Iudæorum, h. m. *& auferet tandem vos ad se* populus Principis aduenæ Dan. 9, 26. quod remotius est.

℣. 4. x) S. *Vt cognoscatis*, experimento minarum mearum edocti. cf. Ez. 5, 13. y) *quod* non frustra *miserim* ad vos per Prophetam meum *hoc mandatum.* v. 1. cf. Zach. 2, 15. 15 z) eum in finem sc. S. *vt sit.* Tig. *vt esset* &c. at *Abarb.* non aliam ob caussam, quam *quod fuit pactum meum cum Leui* & Aharone, sancto Domini, coll. Num. 17, 23. 25. a) i. e. *cum Leuitis*, vt habent LXX. & Ar. cf. Deut. 33, 8. *Hieronymus*, Per *Leui* patriarcham peruenit ad posteros Aaron & Eleazarum, Phinees & ceteros, qui de eius stirpe generati sunt. b) vid. not. c. 1, 8. ℣. 5. c) *Pactum* s. *fœdus meum*, non commune tantum, quod cum vniuerso populo feci Deut. 29, 9. seqq. sed proprium etiam ac peculiare. d) *fuit cum ipso* sc. *Leui* s. Tribu *Leuitarum.* vid. Ex. 32, 29. Num. 3, 6 12. c. 8, 14. c. 18, 19. Deut 10, 8. adde pro Sacerdotibus Num. 17, 18. seqq. c. 25, 10. sqq. e) *vitæ* scilicet. Ar. *ad vitam & pacem.* cf. Leu. 18, 5. Deut. 30, 15. 19. 1 Tim. 4, 8. f) *& pacis.* vid. de Pinchaso Num. 25, 12. & cf. Num. 6, 26. Es. 54, 10. Iob. 5, 23. 25. g) S. *quæ* (vitam sc. & pacem. al. præcepta Leuitica) *dedi illi.* h) *ad timorem*, S. cum *timore*, *vt* scil. *me timeret*, prout sequitur. cf. cap. 1, 6. Deut. 31, 12. 13. Es. 66, 2. Ier. 32, 40. Ps. 130, 4. similemque constructionem verbi cum suffixo & sequenti accusatiuo Ps. 74, 14. Coh. 2, 21. i) S. *ideo propter nomen meum.* q. d. *a facie* s. *respectu* & metu *nominis mei*, quod vos impie despicitis. c. 1, 6. 12. cf. Ier. 15, 17. Neh 5, 15. k) S. *timuit ille sibi.* Vulg. *pauebat.* Deut 1, 21. Ier. 1, 17. Ez. 2, 6. Laudatur nimirum *antiquorum sacerdotum* & Leuitarum *religiosa industria*, hic & v. 6. quantumque ab illorum *exemplo*, & a *regula* de Sacerdotum officio v. 7. *Sacerdotum illius temporis detestanda transgressio* differat, ostenditur v. 8. 9. ℣. 6. l) *Lex* s. *Doctrina veritatis.* Ps. 119, 142. cf. Ps. 25, 8. m) *fuit in ore eius.* cf. Prov. 10, 11.

℣. 14. מָשְׁחָת per *Kam.* 2. 10. Pro לַאדֹנָי habent לַיהוָה 6. 9. 20. sic fu. 2. contra *Mas.* *impr.* h. l. & Esa. 28, 2. Prius tamen habent 6. 9. in marg. CAP. II, ℣. 5. וַיִּירָאֵנִי *defect.* 1. 2. sec. *Mas. c.* & *Erff*, sed contra *impr.*

וְעַוְלָה לֹא־נִמְצָא בִשְׂפָתָיו בְּשָׁלוֹם וּבְמִישׁוֹר הָלַךְ אִתִּי
וְרַבִּים הֵשִׁיב מֵעָוֹן׃ כִּי־שִׂפְתֵי כֹהֵן יִשְׁמְרוּ־דַעַת וְתוֹרָה 7
יְבַקְשׁוּ מִפִּיהוּ כִּי מַלְאַךְ יְהוָה־צְבָאוֹת הוּא׃ וְאַתֶּם 8
סַרְתֶּם מִן־הַדֶּרֶךְ הִכְשַׁלְתֶּם רַבִּים בַּתּוֹרָה שִׁחַתֶּם בְּרִית
הַלֵּוִי אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת׃ וְגַם־אֲנִי נָתַתִּי אֶתְכֶם נִבְזִים 9
וּשְׁפָלִים לְכָל־הָעָם כְּפִי אֲשֶׁר אֵינְכֶם שֹׁמְרִים אֶת־דְּרָכַי
וְנֹשְׂאִים פָּנִים בַּתּוֹרָה׃ הֲלוֹא אָב אֶחָד לְכֻלָּנוּ הֲלוֹא י
אֵל אֶחָד בְּרָאָנוּ מַדּוּעַ נִבְגַּד אִישׁ בְּאָחִיו לְחַלֵּל בְּרִית
אֲבֹתֵינוּ׃ בָּגְדָה יְהוּדָה וְתוֹעֵבָה נֶעֶשְׂתָה בְיִשְׂרָאֵל 11
וּבִירוּשָׁלִָם כִּי חִלֵּל יְהוּדָה קֹדֶשׁ יְהוָה אֲשֶׁר אָהֵב וּבָעַל
בַּת

m) *& peruersitas*. Iob 6, 30. cf. Leu. 19, 15. n) Vt imitaretur Dominum suum. cf. Es. 53, 9. 1 Pet. 2, 22. o) *in pace* (v. 5. Es. 27, 5. Phil. 4, 7. Hebr. 12, 14.) *& in rectitudine* Es. 11, 4. Ps. 26, 12. Abarb. *cum pace*, inter homines conciliata, *& cum rectitudine*, ad quam omnes instruebat. p) *ambulauit mecum*. *Grotius*: i. e. amicitiam meam retinuit; recta agendo. Conf. Gen. 5, 22. Mich. 6, 8. 1 Ioh. 1, 6. 7. q) *& sic multos conuertit ab iniquitate*. c. 3, 24. Ier. 23, 21. Dan. 12, 3. Iac. 5, 10. Ita Aharonis exemplum *Hillel* suis commendat in Pirke Abhot c. I. v. 12. his verbis: *Esto*, inquit, *de discipulis Aharonis, qui pacem coluit & sectatus est, homines amauit, eosque ad Legem adduxit*. Sicuti par & sat erat. *Nam* &c. v. 7.

℣. 7. r) *Nam labia Sacerdotis*. Prou. 10, 21. 32. s) Vulg. *custodient*. i. e. vt S. habet, *custodire debent*. vide simile futurum c. 1, 6. & cf. 1 Tim. 6, 16. Est namque hic *Regula de Sacerdotum officio*, quæ cum veterum exemplum congruebat, vt ad v. 5. diximus. t) *scientiam* & cognitionem rerum diuinarum, Hos. 4, 1. haustam ex Scriptura S. cf. Leu. 10, 11. Deut. 31, 9--12. 19. Ezr. 7, 10. 2 Par. 17, 7. 8. 9. 2 Tim 3, 15. Tit. 1, 9. u) *& legem*, s. vt Ion. habet, *institutionem* vel *informationem*, ex Lege Dei desumtam, eamque fideliter explicantem. cf. not. Hag. 2, 11. x) *quærent* rudiores *ex ore eius*. v. 6. cf. not. Deut. 33, 10. Ez. 44, 23. Neh. 8, 3. 4. 7. 8. & verbum Esth. 2, 23. y) *quia angelus*, i. e. *nuntius*. Ion. *minister*. c. 3, 1. Es. 42, 19. Hag. 1, 13. z) ὁ. Κυρίου παντοκράτορος. Es. 1, 24. Hos. 12, 6. a) *ille est*, saltim pro officii sui ratione *esse debet*. Nam quæ in seqq. subiicit Propheta, luculenter indicant, hic עד כאן doceri, *non quales sint, sed quales esse debeant Sacerdotes*. cf Deut. 17, 8. seqq. 2 Par. 19, 10. 2 Cor. 5. 20. *Abarb.* quia Sacerdos est Dei nuncius inter ipsum & Israelem: additque e Talmudicis sequentem cautelam: *Si angelus Domini Zebaoth est sacerdos, legem quærent ex ore eius; sin minus, ab ore eius non pendebunt.*

℣. 8. b) Abarb. *At vos*, sacerdotes huius ætatis. vid. not. v. 5. c) ipsimet *recessistis a via*, in Verbo Dei præscripta. Abarb. *de via*, in qua dixi v. 6. *ambulasse* Sacerdotes illos primos, Aharonem, Eleazarum & Pinechasum. cf. c. 3, 7. Deut. 9, 16. c. 11, 28. c. 31, 29. Ier. 8, 8. c. 18, 18. Dan. 9, 5. d) Vulg. *& scandalizastis plurimos*, S. *impingere fecistis multos* in lege. Ier. 18, 15. Matth. 18, 6. *Abarb.* vt scil. ab ea recesserint, & contra eam peccauerint; cum veteres illi multos conuerterent: Prauo scil. exemplo & corrupta doctrina aliis præeuntes. Vide praxin istius temporis Neh. 13, 4. seqq. & cf. Es. 3, 12. Ier. 18, 18. Ez. 22, 26. c. 44, 11. e) *corrupistis*. Vulg. *irritum fecistis*. Ex. 32, 7. Hos. 9, 9. f) Ar. *fœdus* s. pactum *meum Leuiticum*, quod cum tribu Leui feceram. cf. Ez. 16, 59. Hos. 6, 7. it. not. Ez. 44, 7. & eadem pene verba Neh. 13, 29. g) vid. not. c. 1, 8.

℣. 9. h) *Ideo etiam ego*, a vobis contemtus c. 1, 6. 7. &c. Notat iustissimam *talionem*. cf. Ez. 16, 43. c. 23, 35. i) *reddidi vos* Ez. 6, 14. c. 25, 5. k) *despectos*. cf. c. 1, 7. 1 Sam. 2, 30. l) & *humiles* s. *abiectos*. Iob. 5, 11. m) S. *toti populo*. cf. 1 Tim. 4, 12. 2 Tim. 3, 9. n) *eo, quod*. Vulg. *sicut*. Zach. 2, 4. o) *vos non obseruatis*, sicut veteres fecerunt Deut. 33, 9. p) *vias meas*, Ion. *quæ recta sunt coram me*. vid. v. 8. Esa. 2, 3. nec doctrina vestra fuit *lex veritatis*, sicut fuit priscorum, de quibus supra v. 6. q) *sed accipientes* fuistis *faciem* in lege s. verbo Dei tractando, maiorem personarum, quam veri & recti rationem habentes c. 1, 9. Ad gratiam captandam docuistis, eoque sententias vestras aptastis. Ps. 82, 2. contra Leu. 19, 15. Deut. 1, 17. cf. Es. 5, 23. Prou. 18, 5. 1 Tim. 5, 21. Ioh. 12, 43. c. 5, 44. Iac. 2, 1. seqq.

℣. 10. r) Vulg. *Numquid non Pater vnus est omnium nostrum?* scil. Deus, vt subsequens epexegesis declarat, coll. c. 1, 6. Deut. 32, 6. Es. 64, 7. Ioh. 8, 41. Eph. 3, 15. c. 4, 6. Ita prædicatum ad omnes homines referri poterit, coll. Es. 58, 7. quod alii ad Iudæos hoc modo restringunt: Nonne omnes ab *Abrahamo* vel *Iacobo* orti sumus? coll. c. 1, 2. Ioh. 8, 33. 37. 39. Ita *Grotius* a *Calouio* notatur. s) numquid non *vnus Deus creauit nos?* cf. Ier. 32, 27. Iob. 34, 19. Es. 43, 1. t) *quare ergo?* Ier. 8, 5. 19. u) *perfide agimus*. v. 11. vid. de hoc verbo not. Iud. 9, 23. Ier. 3, 20. x) *alter in alterum?* Leu. 25, 46. Neh. 5, 7. i. e. sec. Abarb. *maritus in vxorem*. male; neglecto genere s. phrasi textus; quia cum seqq. connectendum putauit, vt etiam fecit Hieronymus, quod nos cum *Schmidii* lemmatibus ad *personarum respectum*, de quo v. 9. referimus. *Grotius* vero tangi putat historiam (vel similem, vide enim de tempore huius vaticinii Præf. §. 3.) quæ est apud Nehemiam c. 5, 3. 4. seqq. *de oppressione pauperum*, contra Legem, quæ vsuras a popularibus accipi vetabat Ex. 22, 24. sq. Leu. 25, 35. seq. Deut. 23, 20. Alia tamen Legis illius verba sunt, neque בגד de oppressione pauperum alibi inuenimus; vnde neque h. l. de iisdem accipi poterit, nisi *pauperes* potissimum sub *respectu fratrum* consideres, vt ab initio versus dixerat. y) *profanando & violando*. v. 11. c. 1, 12. z) *fœdus patrum nostrorum*. cf. Deut. 29, 13. 14. 25.

℣. 11. a) S. *Perfide egit*. Tig. *defecit Iuda*, i. e. tribus s. *ecclesia Iudaica*, Christo, vt mystica vxor, sacro fœdere desponsata. cf. Es. 54, 1. Ier. 3, 1. seqq. Hos. 1, 2. c. 2, 4. &c. & de constructione cum verbo femin. not. Hos. 2, 21. c. 5, 9. Mich. 2, 10. Hactenus egerat *de Sacerdotum perfidia* & transgressione: sequitur nunc *redargutio ducentium vxores ex alienigenis* v. 11. 12. & *adfligentium coniuges suas innocentes* v. 13. seqq. ad quam commode fit transitus per verbum בגד e versu 10. repetitum: quo de cf. not. Iud. 9, 23. Ier. 3, 20. b) *& abominatio* s. res detestabilis & omnibus piis Iudæis abominanda. Deut. 13, 15. c) *commissa est in Israele*, Beniamine & reliquis Israeliticis, qui reducibus Iudæis se iunxerant. vid. not. c. 1, 1. & cf. Gen. 34, 7. 2 Sam. 13, 12. d) *in ipsa etiam* Hierosolyma, vel *& inprimis* Hieros. cf. not. Es. 1, 1. e) *explanatiuum*, vt Hos. 11. 10. Am. 3, 14. c. 6, 11. f) *violauit* & prostituit *Iuda*. v. 10. c. 1, 12. cf. Leu. 19, 29. g) *sanctitatem Domini*, suamque dignitatem; cuius pars non exigua, vt scribit *Grotius*, in hoc posita erat, ne Iudæi cum idolorum cultoribus matrimonia copularent Ex. 34, 16. Deut. 7, 3. Ad phrasin cf. Ex. 22, 30. Lev. 11, 44. c. 19, 2. &c. h) *quam diligit* Iehoua. cf. Leu. 19, 2. c. 20, 7. 1 Pet. 1, 15. 16. Hebr. 12, 14. i) S. *& desponsauit sibi*, s. *vxorem duxit* Deut. 21, 13.

℣. 7. מלאך־יהוה ita 1. 6. 9. 2t. su. 5. At כִּי מַלְאַךְ יְהוָה 2. ℣. 10. *Spatium præmitt.* 1. 2. 3. 5. 10.

k) *filium* & culctricem, coll. Ier. 2, 27. quæ quasi de familia *alieni Dei*. cf. Gen. 6, 1. *l*) Deut. 32, 12. Tangitur illud, quod legimus Ezr. 9, 1. 2. Neh. 10, 31. c. 13, 23. seqq.

℣. 12. *m*) S. *Exscindes*, al. *exscindat* ergo *Iehoua*. Pſ. 12, 4. Pſ. 109, 15. cf. Zach. 11, 8. *Grotius*: i. e. extorrem faciet, coll. Ezr. 10, 8. Conf not. Ex. 12, 15. Eſ. 56, 6. *n*) *viro*, *qui fecerit hoc*. Prou. 6, 31. *o*) *vigilem*, *vigilantem* (2) Cant. 5, 2. *& respondentem* Locutio proverbialis, cuius scopus e contextu, simplex autem sensus non æque patet. *Vulg.* habet: *magistrum & discipulum*, i. e. sec. Grotium, *Sacerdotes* (qui tam malo exemplo aliis præibant Neh. 13, 28.) *& plebem*. Quod Magistrorum sit *vigilare* pro discipulis, horum autem ad interrogata illorum *respondere*, coll. Luc. 2, 47. adde Deut. 16, 5. At *Ion.* & *Syr.* habent: *filium & nepotem* & *Abarb.* Sensus est, inquit, Deus illi prorsus non superesse faciet *filium aut semen*. Sed ſicratio non constat locutionis. *Munsterus* itaque: i. e. *Eliminabit Deus totam illius hominis familiam*, vt ne quidem in domo remaneat, qui alterum e somno *suscitet*, aut qui clamanti e domo *respondeat*, aut obsequatur monitori. *p*) *de tabernaculis Iacobi*. Sic etiam vulgari & tropica locutione Hebræi dicunt *tabernaculum* pro qualibet *domo*: quod antiquitus in tabernaculis habitaretur. cf. Num. 24, 5. Pſ. 52, 7. Deut. 16, 7. Iud. 7, 8. 1 Reg. 12, 16. &c. *q*) Ion. interponit, *&*, *si Sacerdos sit*, exscindet etiam ad Altare *offerentem munus* vel *Mincham*. c. 1, 7. Nam & Sacerdotes ab ista profanitate illicitorum connubiorum non abstinuerant, vt diximus. *Schmidius* tamen alio respectu

12 בת־אל נכר׃ יכרת יהוה לאיש אשר יעשנה ער
13 ועֹנה מאהלי יעקב ומגיש מנחה ליהוה צבאות׃ וזאת
שנית תעשו כסות דמעה את־מזבח יהוה בכי ואנקה
מאין עוד פנות אל־המנחה ולקחת רצון מידכם׃
14 ואמרתם על־מה על כי־יהוה העיד בינך ובין ׀ אשת
נעוריך אשר אתה בגדתה בה והיא חברתך ואשת
טו בריתך׃ ולא־אחד עשה ושאר רוח לו ומה האחד
מבקש זרע אלהים ונשמרתם ברוחכם ובאשת נעוריך
אל־

Nn nn 2 פב ב

ctu id expressit: *quique adduxeris Mincham ineptam*. de qua c. 1, 10. 13. Verum hic de alio crimine agitur.

℣. 13. *r*) *Etiam hoc*, tq. *secundam* s. *alteram* abominationem v. 11. *facitis*. cf. 2 Sam. 16, 19. scil. per polygamiam, repudium, aut adflictionem legiti-

marum & innocentium vxorum. v. 14. 16. *s*) *operiendo* scil. *oppletis* vel *operitis*, vt habent LXX. & Ar. Vulg. *operiebatis*. v. 16. Gen. 7, 19. cf. similem ellipsin verbi finiti post Infinit. 1 Reg. 3, 16. c. 11, 15. Leu. 6, 7. &c. *t*) *lacrimis*, sc. feminarum Israeliticarum, quas in gratiam illarum extranearum vel repudiabant, vel quasi mancipia tractabant. cf. Coh. 4, 1. *u*) *altare Domini*; q. d. tantum abest, vt gratum mihi cultum præstetis, quin potius lacrimæ innocentium vxorum, cum fletu & gemitu, versus Altare meum effusæ, de vestra maritorum iniuria queruntur & vindictam exposcunt. *x*) *fletu*. cf. 1 Sam. 1, 6. 7. 10. *y*) *& gemitu* s. *suspiriis*. (4) Pſ. 12, 6. Pſ. 79, 11. Pſ. 102, 21. *z*) S. *vt non* possim *amplius* respicere. cf. Eſ. 5, 9. & not. Ier. 2, 15. *a*) cf. Gen. 4, 4. 5. *b*) Ex. 28, 38. Ier. 6, 20. *c*) e polluta *vestra manu*. cf. c. 1, 13. Eſ. 1, 15. Pſ. 26, 6. ℣. 14. *d*) *Attamen* præfracte *dicitis*. v. 17. c. 1, 2. 6. *e*) Vulg. *quam ob caussam?* Num. 22, 32. Ier. 9, 11. scil. non potes grata habere dona nostra? *f*) *propterea*, inquam, *quod*. Deut. 31, 17. Iud. 3, 12. Ier. 4, 28. *g*) *Iehoua testificatus est*. Gen. 43, 3. 2 Reg. 17, 13. 15. cf. Gen. 2, 24. Prou. 2, 17. *Abarb.* scil. in sponsalibus & pacto matrimoniali. Conf. Gen. 31, 49. 50. *h*) Vulg. *& vxorem pubertatis tuæ*. quam iuuenem iuuenis duxisti v. 15. Eſ. 54, 6. Prou. 5, 18. *i*) constr. *in* vel *contra quam*. *k*) *tu* omnino *perfide agis* v. 11. 15. 16. dum, flore ætatis eius decerpto, eam vel repudias, vel ethnicam superinducendo, proculcas. cf. Matth. 19, 3. seqq. *l*) *cum illa tamen sit socia* s. *consors tua* (1) cf. Coh. 4, 10. *m*) Vulg. *& vxor fœderis tui*, quæ sc. pacto matrimoniali tibi fœderata s. iuncta fuit, & quod ex sua parte debuit, adhuc præstitit. cf. Obad. v. 7. Ez. 16, 60. ℣. 15. *n*) Difficilis admodum locus est, & diuersissime ab Interpretibus acceptus. *Plerique cum Ion. Kimchio cet. eum de Abrahamo exponunt*, vt in compendio statim dicemus. *Kimchi*: *Nonne Abrahamus quoque sic fecit*, dixerunt impii, quibus responderit Propheta: *Minime* sic fecit, *quia reliquiæ* excellentis & præstantissimæ virtutis *fuerunt in spiritu eius*. Alii h. m. *Neque vnus* & prole nondum auctus *Abrahamus*, coll. Eſ. 51, 2. Ez. 33, 24. cuius exemplo malitiam vestram tueri conamini, *ita fecit*, quando suasu & iussione vxoris Hagarem domesticam in thorum admisit Gen. 16, 1--4. *nam reliquiæ spiritus* (ita nostri accentus) *diuini* scil. & *alius*, quam *vester* est, illi erant & manebant; secus quam vos agitis, qui spiritum Dei non habentes (Iudæ v. 19.) *malo vestro genio* indulgetis. *Ecquid enim* faciebat vnus *ille* Abrahamus, quum Hagarem adsciſceret? Fecitne illud in damnum vxoris, vt huic ægre esset, ipse autem cum impia quadam femina libidinem expleret? *Minime omnium ita fecit*. *Quærens* enim fuit magno studio & exoptauit c. 3, 1. *semen Dei*, i. e. *sobolem* vel *prolem* Gen. 4, 25. *a Deo* sibi sæpius *promissam*. vid. Gen. 12, 2. 3. c. 13, 15. 16. c. 15, 4. 5. 13 -16. 18. coll. c. 3, 15. Quia enim, inquit *Calouius*, acceperat *promissionem de seminis sui multiplicatione*, maxime illam, quum vnicus adhuc esset, quærebat: neque inprimis *semen illud benedictum*, nimirum *Christum*. Data illi erat tum *promissio* a Deo *de semine benedicto*, sed nondum ita declarata, quod ex Saræ corpore illud suscepturus esset; atque ideo de consilio & consensu Saræ, immo Sara ipsa ex ancilla ædificari volebat. &c. Ion. *Nonne vnus fuit Abrahamus solus, ex quo propagatus est mundus? Et quid vnus quæsiuit, nisi vt superesset ipsi proles in conspectu Domini?* h. e. sec. Abarb. *liberi*. qui colerent venerandum Iehouæ nomen; minime vero, vt ille sicut vos, lubidini indulgeret. &c. *Alii* vero *de Adamo* Prophetam loqui existimant. R. Sal. *Nonne vnum par* hominum, Adamum & Euam *fecit* scil. Deus ex v. præced. 14. *Gusset.* p. 25. 781. & 814. *Nonne* Ez. 8, 21. 2 Sam. 14, 14.) Deus in *vnam* carnem duos *fecit?* Gen. 2, 24. *&* nonne *quod superest spirituum*, h. e. *residuæ animæ*, æque ac animæ illius primi paris, *ad Deum* pertinent, & eius potestati subsunt? coll. Num. 16, 22. c. 27, 16. Ez. 18, 4. &c. At quia contextus nec *Adami* neque *Abrahami* mentionem fecit, ideo (inquit *Abarb.* h. l.) simpliciter hic textus ita mihi accipiendus videtur: *Neque etiam vnus* tantum ex vobis ita *fecit*, vt cum Mose excipere possitis, *Vir vnus peccauerit, & in totum cœtum ira efferuesces?* Num. 16, 22. &c. vide sequentia. *o*) *vt quod ad reliquum* populum Iudæ v. 11. attinet. cf. infra Lectt. varr. & ipsum nomen Eſ. 10, 19. seqq. c. 11, 11. 16. &c. *p*) *spiritus* Dei & illius gratia *ei* adsit. cf. Gen. 41, 38. Num. 14, 24. c. 27, 18. Iob. 32, 8. *q*) *Et quomodo?* Iob. 9, 2. c. 15, 4. *r*) vel *vnus* eiusmodi aut *vnusquisque* transgressor. *s*) *quærens sit* & expectare possit c. 3, 1. Ex. 10, 11. Num. 16, 10. Neh. 5, 18. *t*) *semen Dei*, s. liberos Deum religiose colentes, Gen. 6, 1. 4. Eſ. 6, 13. si matrem præfert, quæ filios ad idola deducit? *u*) *cauete ergo vobis*. v. 16. Deut. 2, 4. *x*) *in spiritu* vel *circa spiritum vestrum* Vulg. *custodite ergo spiritum vestrum*. Hieron. ne abducamini libidine: ne alienarum amore vincamini. Eadem constructio est & sensus Deut. 24, 8. 2 Sam. 20, 10. cf. 1 Cor. 13, 5. *Calouius*: Ita emphatice spiritum *Iudæorum* spiritui *Abrahami* opponit &c. At Schmid. *per Spiritum vestrum*. Ion. *animabus vestris* vel *vobismet ipsis*, vt Ar. *Gussetio* vero p. 781. i. e. *sub periculo spirituum* vel animarum vestrarum, aut *quantum cara vobis est anima vestra*, coll. Ier. 17, 21. Deut. 4, 15. Ios. 23, 11. *y*) *& contra vxorem iuuentæ tuæ* v. 14. o Iuda v. 11. *Hieron.* quæ tibi virginali primam iuncta est matrimonio.

℣. 12. לאיש per Rbhia, 1. 2. 3. 6. 9. 20. Sic fe, 5. parum apte. ℣. 14. כי per *Mun.* 2. 6. 9. 20. sic fa. 5. ℣. 15. וּשאר רוח sic 13.

e) vid. sim. constr. Hab. 2, 14. Es. 44, 20. Neh 3, 37. f) vid. v. 15. g) nec datam coniugi fidem violetis. v. 11. 14. vid. not. Iud 9, 13. Ier. 3, 20.

16 אַל־יִבְגֹּד׃ כִּי־שָׂנֵא שַׁלַּח אָמַר יְהוָה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל
וְכִסָּה חָמָס עַל־לְבוּשׁוֹ אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת וְנִשְׁמַרְתֶּם
בְּרוּחֲכֶם וְלֹא תִבְגֹּדוּ׃ 17 הוֹגַעְתֶּם יְהוָה
בְּדִבְרֵיכֶם וַאֲמַרְתֶּם בַּמָּה הוֹגָעְנוּ בֶּאֱמָרְכֶם כָּל־עֹשֵׂה
רָע טוֹב בְּעֵינֵי יְהוָה וּבָהֶם הוּא חָפֵץ אוֹ אַיֵּה אֱלֹהֵי

CAP. III. ג

הַמִּשְׁפָּט׃ הִנְנִי שֹׁלֵחַ מַלְאָכִי וּפִנָּה־דֶרֶךְ לְפָנָי וּפִתְאֹם
יָבוֹא אֶל־הֵיכָלוֹ הָאָדוֹן אֲשֶׁר־אַתֶּם מְבַקְשִׁים וּמַלְאַךְ
הַבְּרִית

℣. 17. b) *Fatigastis Dominum.* Ion. *Molestias fecistis coram Domino.* Hiph. (3) Es. 43, 23. 24. *Abarb.* ἀνθρωποπαθῶς loquitur Scriptura &c. i) *sermonibus vestris.* cf. c. 3, 13. De connexione ita *Calvinus*: Nona est epanorthosis & accusatio Iudæorum, quos redarguit ob extremam istam profanitatem, in quam paullatim ex superiorum vitiorum adsuefactione erant delapsi, vt etiam *Dei iustitiam & veritatem* impiis dicteriis proscinderent. Conf. etiam not. supra ad v. 1. & Praef. §. 6. k *tamen dicitis.* Syr *quod si dicatis.* vid. v. 14. c. 3, 8. 13. l) *qua in re offendimus te?* cf. c 1, 2. 7. m) *per hoc, quod dicitis.* c. 1, 7. n) *quicunque malum operatur.* c. 3, 15. cf *supra* v. 11. 13. c. 1, 6. 7. 14 o) *probatur & placet Domino.* Num. 24, 1. 1 Sam. 29, 9. 2 Sam. 3, 36. cf. Ier. 12, 1. 2. Iob. 21, 7. & Ps. 73, 2. seqq qui psalmus hunc locum plenius latiusque exsequitur. p) Vulg. *& tales ei placent* cf. c. 1, 10. Ps. 5, 5 q) Vulg. *aut certe.* Dilemmate vtuntur. r) *vbi est?* *Abarb.* Hæc particula de eo vsurpatur, quod non reperitur, e. c. Iob. 14, 10. cf. supra c. 1, 6. s) Es. 30, 18. S. *Deus* (istius) *iudicii.* de quo v. 12. c. 3, 5. *Hieron.* h. e. vbi est iudicii veritas? Conf. infra c. 3, 13. Ps. 50, 21. Ps. 73, 11. Volebant dicere: Immo Deus perditissimorum hominum peccata sæpe nunc non vindicat, Coh. 8, 11. nec Messias, ad instaurationem generis humani dudum promissus, aduentu suo properat. cf. 2 Pet. 3, 4. Es. 5, 19. Ier. 17, 15. Ad quam obiectionem dissoluendam Deus sequenti capite III. respondet. CAP. III, ℣. 1. t S. Verum enim vero *ecce ego* scil. inquit *Salvator*, ad attentionem excitans, vt Es. 50, 2. c. 64, 4. Zach. 3, 9. q. d. Vos blaspheme quidem quæritis: *vbi est Deus iudicii?* c. 2, 17. At *ecce ego*, tanquam iudex vniuersalis, cui Pater iudicium dedit Ps. 72, 1. Dan. 7, 13. 14. Ioh. 5, 27. qui iudicium annunciaturus, immo ad victoriam prolaturus sum Es. 42, 1. 3 Matth. 12, 18. 20. tempore diuinitus constituto certissime adero &c. Neque tamen errant, qui *Deo Patri* hæc verba tribuunt, vt mox videbimus, coll. Matth. 11, 10 Marc. 1, 2. Luc. 7, 27. quia missio Iohannis Baptistæ, ceu opus Dei *ad extra*, ad totam SS Trinitatem pertinet cf. etiam Luc. 3, 2. Ioh. 1, 33. Ceterum obseruandæ in hoc capite sunt sec. *Schmidium* IV partes: *I. Prophetia* de aduentu angeli præcursoris Iohannis Baptistæ, & Christi ac concionum eius v. 1--6. II. *Redargutio* Iudæorum ob *decimas* non datas v. 7 -12. III. *Blasphemantium* Iehouam, quasi nihil discernat inter bonos & malos v. 13--18. IV. *Refutatio* eorum per aduentum Christi, eiusque præcursoris Eliæ v. 19- 24. u) Vulg. *mitto* s. *missurus sum vobis* v. 23. x) ο. τὸν ἄγγελόν μου, i. e. *nuntium s. legatum meum.* vt c. 2, 7. Hag. 1, 13. Es. 42, 19. Ioh. 1, 6. 33. c. 3, 28. nempe *Iohannem Baptistam*, Christi prodromum & præcursorem, vt ex N. T. certissime constat, coll. Es. 40, 3. Matth. 3, 3. c. 11, 10. Marc. 1, 2. Luc. 7, 27. &c. Ad *Græcæ dictionis* illustrationem cf. Luc. 7, 24. c. 9, 52. Iac. 2, 25. & LXX. Gen. 32, 3. Num. 20, 14. c. 24, 2. Ios. 7, 22. Iud. 6, 35. &c. Iudæi hic fluctuant, & quo se vertant, nesciunt. A. b. Ezra alterum *Messiam, filium Iosephi*, cum suis fingit: Raschi *angelum mortis*, Abarb. vatem nostrum *Malachiam*, deinde vero fol 300 b. cum Kimchio *Eliam* Thesbitem male intelligit. y) Vulg. *& præparabit*, al. *qui parabit viam*, remouendo ea, quæ incessuro ingrata vel impedimento sunt cf. Gen. 24, 31. Es. 40, 3. c. 57, 14. Ps 80, 10. & Ps. 24, 7. 9. z) *ante me*, vt Gen. 30, 30. Ier. 28, 8. Nam, sec. *Hieronymum* aliosque, *ex persona eius isti hoc dicitur*, cui viam præparauit Iohannes Baptista, coll. Luc. 1, 76. & qui mox introducit Patrem hæc pronuntiantem in fine versus. Al. vt *Tilius* p. 279. ex persona Patris, q. d. *faciei meæ*, h. e. *ei, in quo me conspiciendum prabebo*, coll. Ex. 33, 14. 15. Es. 63, 9. & Ioh. 14, 9. a) Vulg. *& statim.* ο. ἐξαίφνης. *repente*, citius opinione vestra Luc. 2, 13. & proxime a prodromo suo. Matth. 4, 12 17. Ioh. 1, 26. 27. cf. Es. 30, 13. c. 43, 19. Hagg. 2, 6. b) *veniet* in adsumta carne, & publice inter vos comparebit. Gen. 49, 10. Hab. 2, 3. Zach. 2, 14. c) *ad templum suum*, nempe illud *secundum*; quod per Messiæ aduentum gloriosius primo templo futurum esse, prædixerat etiam Haggæus c. 2, 7. 8. 9. Cumque Deus Pater hic diserte Templum Filio tribuat, quid mirum, si id sibi Christus deinde bis vindicauit Ioh. 2, 15. 16. & Matth. 21, 12. 13. coll. Es. 56, 7. d) *Dominus.* Vulg. *Dominator.* i. e. sec. Kimchium, Abarb. & M. I. *Rex Messias*; sec. A. b. Ezram *Schechina*, quæ ipsa sit *Angelus fœderis*, & sec. Abarb. *Dominus totius terræ.* Zach. 4, 14. Notandum, quod nomen hoc cum He emphatico semper *DEVM* notet, (vid. Ex. 23, 17 c. 34, 23. Es. 1, 24. c. 3, 1. &. 10, 16. 33. c. 19, 4.) & quidem *Deum Filium* Dan. 9, 17. quem Dauid *suum Dominum* dixit Ps. 110, 1. coll. Matth. 22, 43 44 & Moses *Dominum dominorum* Deut. 10, 17. coll. Apoc. 19, 16. & 1 Cor. 2, 6. Nulli dubium est, inquit *Hieron.* quin *dominator* iste Saluator sit, qui creator est omnium, (vid. Ioh. 1, 3. Col. 1, 17.) & *angelus testamenti*, & *magni consilii angelus* adpellatur, nempe apud LXX. Interpp. Es. 9, 6. e *quem vos quæritis & postulatis.* Ex. 10, 11. 2 Sam. 3, 17. pii sancto (Luc. 2, 25. c. 10, 24.) impii proteruo desiderio, coll. c. 2, 17. Es. 5, 19. Am. 5, 18. 1 Petr. 3, 4. Obseruant Hebræi, præter *Arcam, Vrim & Thummim, Ignem calestem*, quæ stante Templo Salomoneo fuerunt, defuisse etiam alteri templo שכינה *Numinis s. Maiestatis diuinæ præsentiam*, h. e. *gloriam Filii Dei habitantem inter Cherubim.* vid. not. Ex. 25, 22. 1 Sam. 4, 4. Hag. 1, 8. c 2, 9. &c. Hinc conijcit *Abarb.* cum *A. b. Ezra*, respici hoc vaticinio ad illud ipsum Iudæorum desiderium, quo *Schechinam* desiderabant; quam cito post præcursorem redituram, Deus promittat. Conf pro complemento Ioh. 1, 14. &c. f) & *Nuntius s. Angelus*, non creatus aliquis, sed Filius Dei, ab æterno genitus. Ps. 2, 7. Prou. 8, 22 - 31. Es. 48, 16. alibi eminentissime dictus *Angelus s. Legatus Iehouæ* Gen 16, 7. c. 22, 11 diuinæ voluntatis *interpres* Iob. 33, 23. coll. Iah. 1, 18. *adsertor* Iacobi Gen. 48, 16 qui *facies Dei* Ex. 33, 14. tanquam vera *eius imago* Col. 1, 15. & *in quo est nomen Dei* Ex. 23, 20. 21. qui *Mosen vocauit* ex rubo Ex. 3, 2. 4. *Iosua adparuit* Ios. 5, 13. 14. Gideoni etiam & Manoæ Iud. 6, 12. c. 13, 3 &c. *Israelis dux* Ex. 13, 21. c. 14, 19. seqq. *& legem eis dedit* Ex. 20, 1 vbi vid. not. a ex *Bechai*, & conf. eumdem pluribus in Legem f. l. 98. col. 2. & 4.

z) recte Syr. *nemo perfide agat* v. 11 16. Mutatur enim persona, vt, quod cuilibet dicit de singulis intelligatur. Alii tamen: *ne perfide agat spiritus vester.* ita *Rasch.*, *Abarb* &c. ℣. 16. a) *Nam odit Deus repudium* s. τὸ *repudiare.* Deut. 22, 19. 29 Hoc comma Syrus omisit; recte vero *A. b. Ezra* id simpliciter ita explicat: *Nam Deus odio habet si quis dimittat mundam innocentem suam vxorem*; secus, quam vulgus Hebræorum & Ion. *Quod si eam oderis, dimitte eam*, vt etiam habent LXX. Vulg. At Lash. &c. quasi præstet vxorem dimittere, quam inuitam retinere, & acerbe tractare, coll. Deut. 24, 1 At quia loco citato Deus dimissionem vxorum minime præcepit, nec tam *permisit*, quam ob duritiem Israelitarum *toleravit*. Matth 19, 7. 8. Marc. 10, 4 s. præferenda vtique est *A b. Ezræ explicatio quam accentus Hebræi postulant*, & nostrates, Tarnouius, Calouius &c merito amplectuntur. Fatetur etiam *R. Sal* Talmudicos in tract. Gittin non omnes in vulgarem explicationem consentire, & *Abarb.* Sunt, inquit, qui hunc locum interpretantur: *Si oderis vxorem, dimitte eam*, coll. Deut. 24, 1 Sunt etiam, qui ita exponunt, *quod Deus odio prosequatur illum, qui vxorem dimittit.* b) vid. c 1, 8. c) Es. 17, 6. Zeph. 1 9. d) Vulg. *operiet autem iniquitas*, S. *& operit violentia* (velut כסות *amictus* Ex. 21, 10. c. 22, 26. Deut. 22, 12) *vestem eius.* vel significantius: *& impius repudiator vxoris innocentis superinduet* (Deut. 22, 12.) *violentiam s. saeuam huius violentia* Hab. 2, 17. *super vestimentum suum*; velut camisiam s. pet indusium, aut externum vestimentum super internum. vid. Ps. 109, 17. 8. Ar. *& operiet impietas vestimenta tua.* e) vid.

℣. 17. Si e præmisso *Spatio* 3. 6. 7. 9. 10 19. 20. 21. 22. עֹשֵׂה per *Tsere* 1. 10. sic fe. 5. CAP. III, ℣. 1. (ופנה) per *Merca mihra* 1. 2. 5. 6. 9. 20. ומלאך הברית אשר־אתם חפצים ita 3.

הברית אשר אתם חפצים הנה־בא אמר יהוה צבאות׃
2 ומי מכלכל את־יום בואו ומי העמד בהראותו כי־הוא
3 כאש מצרף וכברית מכבסים׃ וישב מצרף ומטהר
כסף וטהר את־בני־לוי וזקק אתם כזהב וככסף
4 והיו ליהוה מגישי מנחה בצדקה׃ וערבה ליהוה
מנחת יהודה וירושלם כימי עולם וכשנים קדמניות׃
5 וקרבתי אליכם למשפט והייתי עד ממהר במכשפים
ובמנאפים ובנשבעים לשקר ובעשקי שכר־שכיר
אלמנה ויתום ומטי־גר ולא יראוני אמר יהוה צבאות׃

g) foederis sc. gratiae & N. Testamenti, quod Deus promisit Ier. 3, 3 seqq. Ca bonim: De quo, in quo, & per quem est foedus, quod vnquam Deus cum suis fecit, & in quem omnes creature iussit ad habendum foedus cum Deo. vid. Es. 42, 6. c. 49, 6. & not Deut. 33, 16. h V Ar. quem vos vult sic. quo delectamini. quot quot sc pii estis, & nominis mei cultores v. 16 cf 2 Sam. 23, 5. i) Ecce eo d. certissime venturus est. Hic est filus Prophetarum, futura, licet longo interuallo a tempore prophetiae disiuncta, vt praesentia exhibere, non modo ob rei certitudinem, sed vel maxime respectu rapidissimi temporis cursus; vt monet Vitringa Observ S. lib 6. p. 4·3. Quibus liceat addere verba Zosimi pagani scriptoris, qui Hist. lib. 2. c 37. ita ait: Quod autem saeculis non paucis intercedentibus ea, quae praedicta fuerant, euenerint, non est quis torqueat, ac si de re quadam alia haec vaticinium (Sibyllae) loquatur. Nam omne Tempus Deo breue est, qui semper & existit & erit. Πᾶς γὰρ χρόνος τῷ θείῳ βραχύς, ἀεὶ τε ὄντι, καὶ ἐσομένῳ. Conf Amos. 3, 11. c. 21, 7. 10. k) vid. not. c. 1, 8. l) Hos. 12, 6.

℣. 2. m) Et quis vero malorum & improborum sustinens erit, s. sustinebit? Ier 10, 9 Ioel. 2, 11 Interrogatio interdum difficultatem denotat, vt h. l. & Es. 53, 1. Ion 3, 9. imm vero negat, nisi serio illi resipiscant. cf not. Hos 14, 10. n) diem aduentus eius. quando praesertim veniet ad percutiendum terram v. 19. 23 cf. Ioel 2, 1. Am. 5, 18. Calovius: Quis malorum coram hoc illi iudice praeceptore Ioel 2, 23 quis tenebras amantium coram

hoc sole consistet? Ioh. 3, 20. o) & quis stans erit i. consistet? Ps. 130, 3. Apoc. 6,

הפטרת שבת הגדול

17. p) quum velut Sol iustitiae v. 20. in claritate sua apparebit. Iud. 13, 21. 1 Reg. 18, 2 Metaphora est sumta ab illis, quorum oculi excoecantis solis splendorem recte intueri aut ferre nequeunt. cf. Es. 53, 1. Matth. 2, 3. c. 3, 12. &c. q) Ion. quis ira eius. Virtutem oeconomiae aduentus Domini incredulis intolerabilem fore indicat; vt ait Cyrillus. r) erit sicut ignis conflatoris, qui liquefacit metalla, vt omne impurum excernatur. cf. v. 3. Es. 1, 25. c. 4, 4. c. 48, 10. Mat. 3, 11. 12. Luc. 12, 49. add. sec. Hieron. Ps. 50, 3. s) & vt smegma s. herba, vt habent Hier. Vulg. &c. (2) Ier. 2, 22. vbi vid. not. t) fullonum, qui maculas eluunt, & vestes candefaciunt Marc. 9, 3. Es. 7, 3. ℣. 3. u) Et sicut conflator sedet ad purgandum argentum, sic etiam ipse immaculatus & purus Hebr. 7, 26. non leuiter & cursim, sed magno studio & exquisita opera sedebit conflans &c. vid. Matth. 26, 55. Ion. Et comparebit ad conflandum & mundandum, sicut vir, qui conflat & mundat argentum x) vid. v. 2. Ier. 6, 29 Zach. 13, 9. y) & purgans argentum. cf. Mat. 5. 6. 7. & 23. z) inprimis etiam a scoriis falsae doctrinae & prauae vitae repurgabit. Ps. 51, 4. a) filios Leui, i. e. Leuitas, Sacerdotes & pastores, quorum vitia taxauerat supra c. 1, 6. c. 2, 1. &c. cf. Ez. 34, 2. seqq. & de emendatione eorum sub N. T. Ier. 33, 18. Act. 6, 7. b) & liquabit. s. liquando purgabit eos Ps. 12, 7. abiectis scoriis, de quibus conqueritur Matth. 15, 9. c. 23, 25. 28. Luc. 10, 31. vbi nominatim tanguntur Sacerdotes. c) quasi aurum aut argentum. cf. Ez. 22, 18. & aliud emblema Mat. 3, 11. 12. d) vt fiat. e) Domini, vel Domino. & eius voluntati consecrati. f) offerentes s. qui offerant. c. 1, 7. 11. g) Mincham i. munus. Vulg. sacrificia. nempe pro indole noui Testamenti λογικὴν λατρείαν, & πνευματικὰς θυσίας. vid. not. c. 1, 11. Es. 66, 20. Ier. 33, 18. Rom. 12, 1. 1 Petr. 2, 5 h) in iustitia. Es. 1, 27. c. 61, 10. Ps. 132, 9. i. e. iuste, non vt hodie faciunt, inquit Abarb. Hieronymus: Sacerdotes cum emendati fuerint & colati, tunc offerent Domino iusta sacrificia. ℣. 4. i) S. Tum suauis vel dulcis & grata erit. LXX. & Vulg. placebit Domino. Ier. 6, 20. Hos. 9, 4. Prou. 20, 17. Hebr 13, 14. 1 Pet. 2, 5. cf. contrarium supra c. 1, 10. 13. c. 1, 13. Es. 1, 11. seqq. k) oblatio. vid. v. 3. &c. l) cf. Ps. 51, 21. Act. 21, 20. 16. m) vti pristinis diebus Am. 9, 11. Mich. 7, 14. e. c. Habelis Gen. 4, 4. Noae Gen. 8, 20. 21. Abrahami Gen. 22. Mosis Leu. 9, 24. Salomonis 2 Par. 7, 3 &c. n) & vt annis antiquis s. praecedentibus. Es. 43, 18. Hieronymus: vt, quomodo in principio placuerunt Deo, sic post peccatum & poenitentiam placere incipiant, cum omni fuerint peccatorum sorde pureati. Conf. Es. 1, 16.--18. Apoc. 1, 5. 6. &c. ℣. 5. o) S. Ideo accedam ad vos. Es. 41, 1. p) in iudicium Ps. 76, 10. Ion. & reuelabor super vobis ad exsequendum iudicium. videlicet non temporarium solum, sed etiam aeternum, quod ad impoenitentes. Respondet nimirum serio Deus isti dicto supra c. 2, 17. vbi est Deus iudicii? Veniam, inquit, & ero propere iudex ac testis &c. Connexionem hanc facit Abarbanel: Nec tamen putetis, inquit Deus, quasi vsque ad illud tempus (aduentus sc. Messiae) quod longe adhuc remotum est, non reportaturi sint impii iustam poenam aut damnum: -- veniam namque per mortem ad vos puniendos. &c. quia scil. Propheta sui temporis homines ad poenitentiam hortatus est v. 7. Alii tamen distinguunt hanc praedictionem a sequenti adhortatione, ita vt illa ad futura tempora Hierosolymitani excidii, haec ad Prophetae tempora referatur. vid. Calov h. l. q) & ero. Ion. & erit verbum meum contra vos. Loquitur enim Deus Pater, coll. fine huius versiculi cum suo versu 1. r) testis velox & vindex. 1 Sam. 12, 5. Gen. 41, 32. Zeph. 1, 14. cf. not. Ier. 29, 23. ὁ. μάρτυς ταχύς. cf. Apoc. 1, 5. c. 22, 20. Hieron. Quanta formido iudicii, cum ipse sit testis & iudex! s) contra magos (7) Ex. 7, 11. c. 22, 17. Deut. 18, 10. Dan. 2, 2. 2 Par. 33, 6. ὁ. ἐπὶ τὰς φαρμακοὺς. Apoc. 21, 8. c. 22, 15. Gal. 5, 20. cf. e. c. Act. 8, 9. seqq. c. 13, 6. sqq. c. 19, 13. 14. it. Iosephi A. I. lib. 20. c. 6. & de B. I. lib. 2. c. 12. 23. t) & contra adulteros. Ier. 9, 1. Hos. 7, 4. Ps. 50, 18. Mat. 5, 28. c. 19, 9. ὁ. μοιχαλίδας Matth. 12, 39 quae crimina in occulto patrantur. u) & periuros. qui falso iurant, addunt LXX. & Ar. per nomen meum Leu. 19, 12. Ier. 5, 2. Mat. 5, 33. c. 23, 16. seqq x) & qui fraudant, iniuste subtrahunt & negant. Leu. 5, 21. 23. ὁ. καὶ ἐπὶ τοὺς ἀποστεροῦντας. Iac. 5, 4. y) Deut. 24, 14. z) Ex. 22, 21. Deut. 24, 17. Mat. 23, 14. a) & qui peregrinum opprimunt. Am 5, 12. Prou. 18, 5. LXX. Ion Ar. & qui ius peregrini peruertunt. vt est Deut. 27. 19. Ex. 23, 6. al. qui peregrinos s. proselytos peruertunt, coll. Matth. 23, 15. & verbo Hebraeo Es. 44, 20. Prou. 7, 21. b) & qui non timent me. cf. c. 1, 6. & infra v. 18. c) vid. v. 1. e. 1, 8.

℣. 5. ובנשבעים בשמי sic addito בשמי 3. fu. 5. & sic 6. 9. in marg. itemque Chaldaeo in I. שכיר Per I Ilbschakt. fu. 1. 5.

6 כי אני יהוה לא שניתי ואתם בני־יעקב לא כליתם׃
7 למימי אבתיכם סרתם מחקי ולא שמרתם שובו אלי
ואשובה אליכם אמר יהוה צבאות ואמרתם במה
נשוב׃ 8 היקבע אדם אלהים כי אתם קבעים אתי
ואמרתם במה קבענוך המעשר והתרומה׃ 9 במארה
אתם נארים ואתי אתם קבעים הגוי כלו׃ 10 הביאו את־
כל־המעשר אל־בית האוצר ויהי טרף בביתי ובחנוני
נא בזאת אמר יהוה צבאות אם־לא אפתח לכם את
ארבות השמים והריקתי לכם ברכה עד־בלי־די׃
11 וגערתי לכם באכל ולא־ישחת לכם את־פרי האדמה
ולא־

℣. 6. d) *Nam.* Rationem reddit constantis sententiæ suæ aduersus impios, ne existimarent instar hominis se mutatum, ne puniat improbos c. 2, 17. cum naturæ sit immutabilis. *Calou* e) *ego sum Iehoua*, non minus in comminationibus, quam in promissis verax & constans. cf not. Ez. 5, 13. f) *non mutor.* Prou. 17, 9. Thren. 4, 1. Iac. 1, 17. neque fallunt promissa aut decreta mea. cf. Ex. 3, 14. Num. 23, 19. 1 Sam. 15, 29. Es. 14, 27. Ps. 33, 4. 11. Ps. 50, 21. Prou 19, 21. 2 Tim. 2, 11. 13. g) *ideo etiam vos.* cf. *Vau* Gen. 3, 23. Ez. 18, 32. Iob. 5, 17 &c. h) *filii Iacob!*, quibuscum in maioribus peculiare gratiæ fœdus inii c. 1, 2. & Saluatorem vobis promisi Gen. 49, 10. i) minime ob merita vestra, sed vt promissam Iacobo beneuolentiam præstarem Mich. 7, 20. *non omnino consumti estis.* Es. 21, 16. Ez. 13, 14. quod alioqui dudum merueratis. Siquidem *a diebus patrum vestrorum recessistis* &c. v. 7. cf. Ier. 30, 11. Ez. 11, 16. c. 10, 17. Thren. 3, 22. 23. Neh. 9, 31. Rom. 11, 29. Aliter Ion. *Quia ego Dominus non mutaui pactum meum, quod a seculo dudum feci; vos autem domus Israel existimatis, quod eum, qui moritur in hoc saculo, iudicium cesset. Aberb.* i. e. Ego semper diligo ius & iustitiam, etsi non semper id exsequar. Nam licet moriamini, animæ tamen vestræ supersunt ad accipiendam retributionem vestram.

℣. 7. k) Vulg. *A diebus enim patrum vestrorum.* cf. 2 Reg. 19, 25. Ez. 2, 3. l) *recessistis a præscriptis meis.* tota sc. gens v. 9. & Sacerdotes c. 2, 8. m) *neque ea obseruastis.* vid. Ez. 44, 8. n) *reuertimini* itaque *ad me* vera pœnitentia & fide Ier. 3, 1. 7. c. 4. 1. Ez. 18, 30--32. Ioel 2, 13. o) *tum & ego gratiose reuertar ad vos.* Ion. *tum conuertam me in Verbo meo ad benefaciendum vobis.* Zach. 1, 3. Iac. 4, 8. cf. Ier. 18, 7. 8. c. 26, 3. Zach. 8, 3. p) c. 1, 8. q) *&* impudenter *dicitis*, acsi nesciatis peccatum aut iniquitatem, a qua conuertere vos debeatis. *Abarb.* Conf. v. 8. 13. c. 1, 2. 6. r) *in quo reuertemur?* cf. Mich. 6, 6. Luc. 15, 7.

℣. 8. s) *An* ergo (vt vel vnicum vestræ impietatis exemplum proferam) *spoliaret* vel *fraudaret homo* Deum? (6) v. 9. Prou. 22, 23. *Abarb.* q. d. An ergo nescitis, quod minime deceat, vt homo Deum suum fraudet ac spoliet. Conf. exempla diuinitus puniti sacrilegii in Antiocho 1 Macc. 6, 12. seqq. & Heliodoro 2 Macc. 3, 23. seqq. t) *quod vos*, magno consensu v. 9. u) *me fraudatis* ac spoliatis. cf. Rom. 2, 22. x) *&* contumacissime *dicitis*. v. 7. 13. y) *qua in re fraudauimus te?* culpam præfracte negantes, vt c. 2, 17. z) *in decimis* nimirum me fraudatis v. 10. Leu. 27, 30. Num. 18, 21. a) S. *& Trumah.* LXX. & Vulg. *& in primitiis.* quas dum Sacerdotibus & Leuitis rapitis, mihi etiam rapitis, sed cum grauissimo vestro damno. *Grotius: Trumah*, Græcis ἀφαίρεμα Leu. 7, 14. 32. erat pars non minor sexagesima de frumento, musto, oleo &c. cf. Deut. 12, 6. c. 18, 4. Neh. 10, 38. c. 13, 5. Et reuera, inquit *Hieron.* sec. historiæ ordinem, quia decimas & primitias Leuitis populus non reddebat, seipsum fraudem dicit Dominus sustinere, cuius ministri fame coacti & penuria Templum deseruerint. (vid. Neh. 13, 10. qui locus satis docet, ista tempora spectasse Malachiam.) Si enim per alios visitatur in carcere, & ægrotus suscipitur, & esuriens sitiensque cibum accipit atque potatur; cur non in ministris suis ipse decimas accipiat, & si non dentur, parte sua ipse priuetur?

℣. 9. b) Ideo vero *per maledictionem meam.* c. 2, 2. c) *vos maledicti estis.* Niph. (1) cf. Deut. 28, 15. seqq. d) *dum me fraudatis* v. 8. *Hieron.* Quia mihi non reddidistis decimas & primitias, idcirco in *fame & penuria* maledicti estis. vid. v. 10. 11. e) *gens tota. Grotius*: Quia cum plebs videret, Leuitas non ali (quod Sacerdotes omnes decimas ad se trahebant Neh. 13, 10. seqq. & sacrificia tamen perfunctorie faciebant, vt supra c. 1, 6. seqq. vidimus) abstinebat adferre decimas. cf. c. 2, 9.

℣. 10. f) *Abarb.* Quodsi vero non hanc ob caussam, sed casu istam maledictionem vobis accidisse putatis, agite, rem ita exploremus: *Adferte* s. *adducite omnem decimam* Deut. 12, 6. g) Vulg. *in horreum.* Syr. *in horrea mea* *Grotius*: i. e. sub fidis custodibus, qui Sacerdotibus & Leuitis suas partes erogent. Ceterum *Domus thesauri* hic procul dubio est conclaue illud, in quod collectæ decimæ inferendæ erant, ab *Eliaschibo* Pontifice in vsum adfinis sui Tobiæ instructum, de quo Neh. 13, 5. 12. 13. coll. c. 10, 38. 39. h) *vt sit cibus.* Syr. *vt decimæ sint cibus.* Prou. 31, 15. Ps. 111, 5. i) i. e. vt *Ion.* habet, *pro ministrantibus in domo mea*, Sacerdotibus & Leuitis. k) *tum, quæso, probate me*, hac in re, siue, me hoc vobis liberalissime indulgente (cf. Es. 7, 11. c. 38, 7. 22.) periculum quasi de me facite. cf. v. 15. Gen. 42, 15. Ps. 95, 9. l) *si non.* cf. Ios. 14, 9. Ier. 22, 6. m) *aperiam vobis.* Deut. 28, 12. Ps. 78, 23. n) Vulg. *catarractas cæli* 2 Reg. 7, 2. 19. nempe ad dandam pluuiam terræ vestræ in tempore suo. Oppositum est *clausum*, *æneum* & *ferreum cælum* Leu. 26, 19. Deut. 11, 17 c. 28, 23. o) *& effundam vobis.* Gen. 42, 35. Coh. 11, 3. *Hieron.* Verbum *effusionis* nomen *largitatis* ostendit. cf. synonyma verba Es. 44, 3. Ioel 3, 1. Zach. 12, 10. p) *benedictionem* & adfluentiam bonorum copiosissimam. c. 2, 2. Gen. 33, 11. Deut 28, 8. cf. Ezech. 44, 30. Hag. 2, 19. q) q. d. *vsque ad defectum* 2 Reg. 1, 3. Es. 5, 13. *mensura* s. *sufficientiæ* Esth. 1, 18. i. e. sec. *Gusset.* p. 185. *eo vsque, vt nunquam sit satis* a parte Datoris. sec. *Iunium* vero & *Danzii* Interpret. p. 156. *adeo vt non sufficiatis* ei fruendæ vel capiendæ. cf. e. c. Gen. 41, 49. 2 Reg. 4, 3-6. *Abarb.* i. e. non tantum vt satis sit, sed vt etiam supersit. Vulg. *vsque ad abundantiam.* Schmid. *quo vsque non suffecerit.* q. d. *ad supplendum defectum sufficientiæ.* &c. *Grotius*: Hoc ideo dicit, quia iam esuriri cœperat. Neh. 5.

℣. 11. r) c. 2, 3. *Hieron.* Sed fieri potest, vt, agros irrigantibus pluuiis, sit quidem fertilitas, verum aut locusta aut bruchus -- destruant, vt labores hominum pereant; propterea iungit & dicit: *Et increpabo pro vobis* deuorantem. s) *Abarb.* puta locustas, quæ fruges absumebant. vid. not. Ioel 1, 4. seqq. t) Iud. 6, 4. 5. u) Gen. 4, 3.

℣. 9. כלה Sic per ה 1. 2. se. 5. & sic in marg. 6. 9. cum adiecto *Kri* כלו 1. 2. sec. *Mas. Erff.* sed contra *Mas.* 3. ℣. 10. ויהי per *Makk.* 1. 8. sic se. 5.

וְלֹא־תְשַׁכֵּל לָכֶם הַגֶּפֶן בַּשָּׂדֶה אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת׃
12 וְאִשְּׁרוּ אֶתְכֶם כָּל־הַגּוֹיִם כִּי־תִהְיוּ אַתֶּם אֶרֶץ חֵפֶץ אָמַר
יג יְהוָה צְבָאוֹת׃ חָזְקוּ עָלַי דִּבְרֵיכֶם אָמַר יְהוָה
14 וַאֲמַרְתֶּם מַה־נִּדְבַּרְנוּ עָלֶיךָ׃ אֲמַרְתֶּם שָׁוְא עֲבֹד אֱלֹהִים
וּמַה־בֶּצַע כִּי שָׁמַרְנוּ מִשְׁמַרְתּוֹ וְכִי הָלַכְנוּ קְדֹרַנִּית מִפְּנֵי
טו יְהוָה צְבָאוֹת׃ וְעַתָּה אֲנַחְנוּ מְאַשְּׁרִים זֵדִים גַּם־נִבְנוּ עֹשֵׂי
16 רִשְׁעָה גַּם בָּחֲנוּ אֱלֹהִים וַיִּמָּלֵטוּ׃ אָז נִדְבְּרוּ יִרְאֵי יְהוָה
אִישׁ אֶל־רֵעֵהוּ וַיַּקְשֵׁב יְהוָה וַיִּשְׁמָע וַיִּכָּתֵב סֵפֶר זִכָּרוֹן קמ׳ בז״ק
17 לְפָנָיו לְיִרְאֵי יְהוָה וּלְחֹשְׁבֵי שְׁמוֹ׃ וְהָיוּ לִי אָמַר יְהוָה
צְבָאוֹת לַיּוֹם אֲשֶׁר אֲנִי עֹשֶׂה סְגֻלָּה וְחָמַלְתִּי עֲלֵיהֶם
כַּאֲשֶׁר

x) *nec terra* (nam verbum est femininum) *orbam vobis reddet* vitem in agro. Gen. 31, 38. 2 Reg. 2, 19, 21. cf. Deut. 32, 34. Ps. 104, 15. y) c. 1, 8. cf. Es. 1, 19. Hagg. 2, 16. seqq.

℣. 12. z) *Et beatos vos dicent.* Gen. 30, 13. a) *cunctæ* per circuitum *nationes* cf. Deut. 33, 29. Zach. 8, 13. b) *eritis enim vos.* Summa est: si Deo sua fiat redditurl, & decimas exsoluturi, ipsos fore ad inuidiam vsque felices, propter cumulata in ipsos Dei beneficia. c) *terra desiderii; grata* scil. Deo, sec. Syrum, & sec. Vulg. gentibus *desiderabilis. Hieronymus*: Mirabuntur fertilitatem terræ vestræ, in tantum, vt omnes in ea habitare desiderent, & abundantia rerum omnium cunctis gentibus sitis exemplo. Conf. Ez. 20, 6. 15. Zach. 7, 14. Dan. 11, 16. & Es. 54, 11. c. 62, 4.

℣. 13. d) *Durissima* itaque *sunt* (Vulg. *inualuerunt*) *aduersus me verba vestra. Abarb.* i. e. dura & grauia aduersus me locuti estis. *Hieronymus*: Quod supra (c. 2, 17.) dixerat, nunc plenius repetit. Ad phrasin cf. 2 Sam. 19, 44. c. 24, 4. Es. 28, 21. Iudæ v. 15. e) vid. c. 1, 8. f) *tamen dicitis.* Syr. *quod si dicitis.* vid. v. 7. 8. c. 1, 2. 6. c. 2, 14. 17. g) *quid ergo inuicem locuti sumus contra te?* Niph. (4) v. 16. Ez 33, 30.

℣. 14. h) *Diristis* nimirum, cum extrema impudentia & impietate. cf. Ps. 14, 1. Ez. 8, 12. i) *vanitas, vanum* est. Ps. 127, 1. 2. k) *seruire Deo* eumque colere. Syr. *in vanum coluimus Dominum.* Iob. 21, 15. cf. Es. 45, 19. Ps. 73, 13. l) *ecquid enim lucri fuit, quid profuit* nobis? Gen. 37, 26. Ps. 30, 10. Ion. *quid mammonæ* (i. e. *diuitiarum*, coll. Matth. 6, 24.) *lucro nobis cessit?* Conf. 1 Tim. 4, 8. c. 6, 6. m) *quod obseruauimus* Prou. 8, 31. n) *custodiam*, i. e. sec. Vulg. *præcepta*, Ion. *custodiam verbi eius.* cf. Gen. 26, 5. Leu. 8, 35 c. 8, 30. o) & quod ambulauimus *atrate* (1) i. e. sec. Tig. *pullati.* Vulg. *tristes.* Syr. *humiliter.* Mich. 6, 8. Ion. *in depressione spiritus.* ἱκέται, *supplices.* coll. Hebr. 5, 7. *Atri enim coloris indumenta* signa luctus & tristitiæ, vti *alba* lætitiæ, apud Græcos quoque & Romanos. Conf. Ps. 35, 14. Ps. 38, 7. Ps. 42, 10. Ps. 43, 2. Iob. 30, 28. Coh. 9, 8. Istius impietatis propago quædam deinde fuerunt *Sadducæi*, dictitantes non esse resurrectionem mortuorum Matth. 22, 23. Act. 23, 8. Pontifices etiam, & pars Synedrii Act. 5, 17. c. 23, 6. 8. p) Hagg. 1, 12. 2 Reg. 22, 19. Es. 2, 10. 19. &c.

℣. 15. q) Vulg. *Ergo nunc beatos dicimus.* Conf. 1 Cor. 15, 19. 32. *Abarb.* Nunc itaque, postquam videmus, nullam ex cultu ipsius ad nos redundare vtilitatem, quin potius damna, *ideo beatos esse statuimus* -- nam id experientia probat. Conf. Ps. 73, 12. r) v. 21. Iob. 29, 11. s) Vulg. *arrogantes.* S. *insolenter peccantes*, h. e. *proterue*, & contumaciter ac *petulanter impios.* v. 19. Ps. 119, 21. cf. Deut. 1, 43. c. 17, 12. 13. t) nam *etiam*, non minus, quam pii aut reliqui, & secus, quam per Mosen aliosque edictum fuit Deut. 28, 15. seqq. Es. 9, 17. Prou. 11, 5. c. 13, 6. &c. u) *ædificati sunt* vel *ædificantur*, i. e. sobole, honore & opibus florent, ac prosperis omnibus fruuntur. cf. Ex. 1, 21. 2 Sam. 7, 27. Ier. 12, 16. Ps. 28, 5. Prou. 24, 3. Iob. 22, 23. c. 21, 7. seqq. x) *impietatem* sine metu *facientes.* v. 19. cf. c. 1, 4. c. 2, 17. Iob. 34, 8. 0. ποιοῦντες ἀνομίαν 1 Ioh. 3, 4. y) *immo etiam.* Hos. 12, 12. z) proterue explorant & *tentant Deum.* cf. v. 10. Ps. 95, 9. Ps. 78, 18. 19. 41. Deut. 6, 16. a) *& tamen erepti sunt*, vel salui atque incolumes pericula euaserunt. Ps. 124, 7. cf. Iob. 21, 9. 13. Coh. 8, 11.

℣. 16. b) *Tunc*, quando impii impie agunt & loquuntur v. 15. cf. Dan. 12, 10. Apoc. 22, 11. c) *colloquuti sunt* & *colloquuntur.* S. *Tunc illis oblocuti sunt.* Sic v. 13. *Hieron.* Illis de Dei iudicio blasphemantibus, qui timent Deum *ad inuicem sunt loquuti.* Niphal namque interdum *mutuam actionem* denotat, vt נפתל colluctari, נלחם compugnare seu *bello concertare.* d) v. 20. Ps. 15, 4. quorum pauci supererant, coll. v. 9. sed Deo noti. e) *alter cum altero.* Vulg. *vnusquisque cum proximo suo.* Gen. 11, 3. Ion. 1, 7. ἵνα μὴ, τῇ τῶν ἀθέσμων πλάνῃ συναπαχθέντες, ἐκπέσητε τοῦ ἰδίου στηριγμοῦ 2 Petr. 3, 14. 17. f) *& attendit* Dominus, velut homo, qui rem accurate cognoscere cupit. Ier. 8, 6. g) *& omnino audiuit.* Ier. 23, 18. Ps. 94, 9. h) *& scriptus est.* cf. Es. 4, 3. Ez. 9, 2. Ps. 139, 16. i) *liber monumenti* s. *memorialis.* Ex 17, 14. Esth. 6, 1. cf. Hos. 7, 2. Ps. 56, 9. k) *coram eo. Hieron.* vt, cum dies iudicii venerit, reddat & blasphemantibus pœnas, & timentibus præmia. vid. Es. 65, 6. Deut. 32, 34. Apoc. 20, 12. *Grotius*: Solent reges eorum, qui ipsis commendantur, indiculum facere, vt eorum curam habeant singularem, vt si qui honores vacent, illos proueherent: Inde sumta similitudo. Non dispar translatio Dan. 7, 10. l) *pro timentibus Dominum.* Datiuus commodi, vt sæpe. m) Vulg. *& cogitantibus*, s. *qui serio cogitant de honorando nomine eius.* vt habent *Ion.* & *Trg.* cf. Deut. 28, 58. Es. 26, 8. al. *qui id æstimant maximi*, coll. 1 Reg. 10, 21. Es. 53, 3. Ps. 144, 3. LXX. & Ar. εὐλαβουμένοις *reuerentibus.* &c.

℣. 17. n) *Erunt enim mei (ait Dominus) ad diem, quo ego paraturus sum peculium.* Ita suadent accentus. cf. Es. 43, 1. 4. o) Parenthesis. cf. not. c. 1, 8. p) *in die* vel *ad diem* illum gratia mea parati. cf Ex. 19, 11. Esth. 3, 14. c. 8, 13. Alibi distributiue notat *in singulos dies*, vt Ex. 29, 36. 38. 1 Par. 26, 17. &c. Per diem hunc Tillius *diem salutis* Es. 49, 8. *& acceptationis* Es. 61, 1. 2. 3. alii *diem iudicii extremi*: sic *Hieron.* in die, qua iudicii tempus aduenerit: *Calonius* autem per antecedd. & conseqq. diem *excidii Hierosolymitani* intelligit. Nos propter accentus, diem N. T. præsertim *effusi Spiritus S. & segregata* ab impio Iudæorum cœtu *Ecclesia Christi*, (Es. 65, 5. Luc. 6, 22. Act. 19, 9.) quem deinde excepit dies vindictæ aduersus impios v. 19. in qua tamen clementiam suam piis promittit, vt dictio Silluki docet. q) v. 21. cf. Es. 60, 21. Ps. 95, 5. Eph. 2, 10. r) Ex. 19, 5. Deut. 7, 6. Ps. 135, 4. o. εἰς ἡμέραν, ἣν ἐγὼ ποιῶ εἰς περιποίησιν. Tit. 2, 14. 1 Pet. 2, 9. s) *& clementia vtar erga eos.* Vulg. *& parcam eis* 1 Sam. 23, 21. 1 Sam. 21, 7. cf. Gen. 19, 16. & ad rem Zach. 11, 7. Dan. 9, 27. Hieronymus: *Parcet eis*, quia omnis homo sub peccato.

℣. 15. גם־ per *Mahp.* 1. 5. ℣. 17. והיו *milra* 7. 13. 16. 19. אשר־אני עשה ie 1. 2. & sic fu. 5. עליהם per *Rbhia* 1. 2. 3. 6. 9. 10. 20. 21. 22. 23. male propter sensum.

18 כַּאֲשֶׁר יַחְמֹל אִישׁ עַל־בְּנוֹ הָעֹבֵד אֹתוֹ׃ וְשַׁבְתֶּם וּרְאִיתֶם
19 בֵּין צַדִּיק לְרָשָׁע בֵּין עֹבֵד אֱלֹהִים לַאֲשֶׁר לֹא עֲבָדוֹ׃ כִּי
הִנֵּה הַיּוֹם בָּא בֹּעֵר כַּתַּנּוּר וְהָיוּ כָל־זֵדִים וְכָל־עֹשֵׂה
רִשְׁעָה קַשׁ וְלִהַט אֹתָם הַיּוֹם הַבָּא אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת
כ אֲשֶׁר לֹא־יַעֲזֹב לָהֶם שֹׁרֶשׁ וְעָנָף׃ וְזָרְחָה לָכֶם יִרְאֵי שְׁמִי
שֶׁמֶשׁ צְדָקָה וּמַרְפֵּא בִּכְנָפֶיהָ וִיצָאתֶם וּפִשְׁתֶּם כְּעֶגְלֵי
21 מַרְבֵּק׃ וְעַסּוֹתֶם רְשָׁעִים כִּי־יִהְיוּ אֵפֶר תַּחַת כַּפּוֹת
רַגְלֵיכֶם

mi in Iudæos, & imago vltimi iudicii in humanum genus. vid. v. 23. & cf. v. 2. 17. Ita Grotius & cum eo Calouius. c) ardens Ef. 30, 27. cf. Deut. 4, 24. Pf. 50, 3. d) Vulg ficut caminus. Mat. 13. 42. 50. at LXX aliique ficut clibanus vel furnus Hof. 7, 4. cuius flamma propter reuerberium longe vehementior est igne, qui in libero aere succenditur. vid. Dan. 3, 6 19. & cf. Pf. 21, 10. *Grotius*: respicitur incendium Templi & vrbis. e) de quibus supra v. 15. Ef. 13, 11. f) v. 15. Ef 9, 17. g) *stipula*. Ion. *debiles* aut infirmi ad resistendum, *sicut stipula*. cf. Ez. 15, 7. Ef. 5, 24. c. 33, 11. c. 47, 14. Obad. v. 18. Nah. 1, 10. Pf. 83, 15. & Matth. 3, 12. h) Vulg. *& inflammabit eos*. Ioel 1, 19. Pf. 97, 3. i) *dies ille venturus*. vt pereant in istis calamitatibus. k) vid. not. v. 17. c. 1, 8. l) *qui non relinquet illis*. Sub noua similitudine alluditur ad Leu. 19, 10. Ef. 17, 9. m) *radicem aut ramum*, qui scil. restituendæ reipublicæ spem faciat. Prouerbialis locutio. cf. Ef. 5, 24. Pf. 80, 11. Hof. 3. 4. Deut. 32, 22. & supra c. 2, 11. Frequens est reipublicæ Israelis comparatio cum vite vel vinea. ℣. 20. n) *Contra exorietur vobis*, & in cordibus vestris. 2 Pet. 1, 19. 2 Sam. 23, 4. Ef. 9, 1. c. 60, 1. ὁ. καὶ ἀνατελεῖ ὑμῖν. Mat. 4, 16. Luc. 1, 78. cf. etiam Pf. 59, 2. & Gen. 31, 32. 2 Sam. 23, 4. o) v. 16. Deut. 28, 58. Pf. 61, 6. p) *Sol* nempe CHRISTVS Pf. 19, 5. Pf. 84, 12. lux illa magna Ef. 9, 1. quæ venit etiam ad gentes & omnes homines illuminandum. Ef. 42, 6. c. 49, 6. c. 60, 1. 2. 3 Iob. 1, 4. 9. c. 3, 19. c. 8, 12. Eph. 5, 14. ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς καὶ ὀρθρινός Apoc. 22, 16. immo fons lucis & vitæ Pf. 36, 10. Ioh. 1, 4. *De Messia* quoque (dum recentiores aliique Iudæi inepta commenta, de Sole naturali enaginando, proferunt) hoc dictum recte acceperunt veteres in *Schemoth Rabba* ad Ex. 21, 25. quando verba Mosis: עד בא השמש ita explicant fol. 149. a. עד שיבא משיח *donec Messias venerit*; *sicut dictum est* Mal. 3, 20. *Et exorietur vobis, qui nomen meum timetis, Sol iustitiæ*. Addimus hic *Vitringæ* obseruationem ad Apoc. 16, 8 p. 954. seq. vbi ita: *Sol*, inquit, in verbo prophetico figurat *Reges*, magna fulgentes maiestate: vid. Ef. 13, 10. c. 24, 23. Ioel 3, 4. Am. 8, 9. Cant. 1, 6. Pf. 121, 6. Apoc. 6, 12. c. 16, 8. Quare ἐξόχως, *eminenter* & in summa atque amplissima significationis vi adumbrat CHRISTVM IESVM, summum Ecclesiæ suæ non *Doctorem* tantum, sed & *Regem*, cuius maiestatis & gloriæ radii totum mundum, maxime Ecclesiam, illustrant. &c. q) Sol *iustitia* æternæ Dan. 9, 24. qui non solum ipse *iustus* est *eminentissime* Ef. 53, 11. Ier. 23, 5. Zach. 9, 9. 1 Ioh. 2, 2. &, sec. verba *Hieronymi* ad h. l. vera omnia indicabit, & nec bona nec mala, nec virtutes nec vitia latere patietur; sed qui etiam *nostra est iustitia* per fidem Ef. 53, 11. Ier. 23, 6. c. 33, 16. Hab. 2, 4. Rom. 3, 24. 25. 1 Cor. 1, 30. coll. Gen. 15, 6. Ef. 45, 24. 25. Pf. 24, 5. Rom. 10, 43. &c. qua indui Ef. 61, 3. 10. Pf. 132, 9. peccata contecta Pf. 32, 1. & pacem cum Deo habemus Ef. 32, 17. Rom. 5, 1. r) Vulg *& sanitas*, vel sec. ὁ. καὶ ἴασις, *sanatio* (vt Act. 4, 22. 30.) Prou. 15, 4. 2 Par. 21, 18. *spiritualis* scil. a morbis peccati, & plagis s. pœnis illorum 1 Petr. 2, 24. viuificatio & renouatio &c. Act. 15, 9. Hebr. 9, 14. Ef. 6, 10. Matth. 13, 15. Ioh. 1, 14. 16. 17. cf. etiam Ex. 15, 26. Deut. 32, 39. Ef. 1, 5. 6. c. 19, 22. c. 53, 4. 5. Ier. 8, 22. Hof 14, 5. Matth. 9, 12. 21. &c. s) *in alis eius*, quibus Sol ille iustitiæ radios & lucem suam non tantum celerrime diffundit, coll. Pf. 104, 3. Pf. 139, 9. sed & suos complectitur & tutos reddit Pf. 5, 13 Pf. 36, 8. Pf. 91, 1. 4. Matth. 23, 37. Syrus: & sanitas *super linguam eius*; (quod recte de verbo Euangelii & vitæ accipimus, coll. Pf. 45, 3. Matth. 11, 28. Ioh. 6, 68.) quasi dictio Hebraica idem etiam, quod Aeth. כנפר h. e. *labium*, & in plurali *Kenapher*, *labia* (vid. Aeth. Matth. 15, 8.) significaret. Ceterum *ala* vestis Hebræis est pars extima s. *extremitas* eius Num. 15, 38. Deut. 22, 12. quod confer cum Matth. 9, 20. t) *& exibitis* in lætissima pascua Euangelii Ef. 52, 11. Ioh. 10, 9. coll. Pf. 23, 1. seqq *A. b. Ezra* scil. ad lucem illius Solis iustitiæ: soluti e vinculis & tenebris, a carcere & seruitute spirituali. Ef. 42, 7. 22. c. 61, 1. Zach. 9. 11. 12 Hebr. 2, 14. 15. u) *& augescetis* s. *pinguescetis* (4) Ier. 50, 11. Hab. 1, 8. ex bonis Euangelii & fidei incremento. cf. Ef. 40, 29. 31. c. 55, 2. Ier. 31, 12. Zach. 9, 17. Pf. 84, 8. 12. Rom. 14, 17. LXX. Ion. Syr. Ar. Vulg. *& salietis* s. *gestietis*. cf. Pf. 5, 12. ὁ. καὶ σκιρτήσετε Luc. 6, 23. cf. Pf. 5, 12. x) *sicut vituli saginarii* (4) Vid. not. 1 Sam. 28, 24. Ier. 46, 21. Am. 6, 4. LXX. & Ar. *sicut vituli a vinculis soluti*, quasi ex *Mem* præfixo, & Ar. *Ribkon*, *funem*, quo bruti caput vel collum reuinctum tenetur. ℣. 21. y) Vulg. *Et calcabitis*. S. *Tunc conculcabitis impios*. (1) Abarb. *sicut vuas* pedibus calcant in torculari. cf. Nomen Ef. 49, 26. 10 ch. x, 5. & ad rem Gen 3, 15. Ios. 10, 24 25. Ef. 25, 10. Pf. 47. 4. Pf. 92, 4. Pf. 110, 1. Rom. 16, 20. z) Vulg. *cum fuerint*, S. *erunt enim cinis*. Num. 19, 9. Ez. 28, 18. Iob. 30, 19. a) cf. 1 Reg. 5, 17. Pf. 18, 39. Pf. 60, 14. Pf. 91, 13.

t) cf. Pf. 103, 13. u) *qui obsequitur & seruit ei*. *Hieron*. in quo duplex adfectus est: & pietatis, in filium; & seruitutis, in famulum. cf v. 14. c. 1, 6. ὁ. τὸν ἐξυπηρετοῦντα αὐτῷ. Luc. 15, 29. ℣. 18. x) *Et conuertemini, & videbitis*. Ef. 66, 14. Nempe *alia prorsus*, quam opinati estis v. 14. 15. *edocti* per experientiam tandem *videbitis*, quantum intersit inter iustos & improbos. cf. Sap. 5, 1. 2. Non ergo de impiis *conuersio* ad meliorem mentem (quod vult *Cusset*. p. 234. q. d. *Tum conuertetis vos*, coll. v. 20.) sed sec. *Calou*. h. l. conuersio *ad ipsos pios* innuitur, coll, Zach. 5, 1. neque *iterationem* tantum hæc constructio verborum indicat, (vt *Tillius* vertit p. 373. *Tunc denuo* vel *iterum*, & nouo exemplo *videbitis*, coll. Pf. 85, 7. Dan. 9, 25.) sed interdum etiam *actionem priori contrariam*. vid. not. Hof. 2, 11 Zach. 1, 6. c. 8, 15. y) *differentiam* iusti (vid. Hof. 14, 10) ad impium. Vulg *quid sit inter iustum & impium*. Proprie *nomen* est in Hebræo, quod vulgo *particulam* censemus. vid. Leu. 27, 12. 2 Sam. 19, 35. Ef. 44, 4. Ez. 19, 11. c. 40, 7. c. 44, 23. z) Inter eos, *qui Deum colunt*. cf. Ex. 11, 7. Ef. 65, 8. c. 66, 18. 19. Dan. 12, 2. Sap. 5, 6. Matth. 25, 32. vbi vltima & plenissima describitur distinctio. ℣. 19. a) *Nam ecce!* quod certissime fiet. Ef. 3, 1. c. 66, 15. Prior particula explicat prædictionem, posterior eius certitudinem confirmat, & attentionem postulat. cf. passim not. supra v. 1. Ef. 50, 2. Ier. 31, 8. Hof. 9. 6. &c. b) *dies venturus est*, Syrus pluraliter: Nam ecce *dies veniunt*, quibus ardebit, vt clibanus, ira mea. Diei sc. iudicii vltimi

℣. 19. Spatium præmitt. 2 3. 5. 7. 8 10. 14. Caput IV. hic auspicantur 8. 12. 13. 14. 15. 16. 19. כי per *Makk*. 1. 7. 8. 10. 13, 19. sic sc. 5.

רגליכם ביום אשר אני עשה אמר יהוה צבאות׃ זכרו 22
תורת משה עבדי אשר צויתי אותו בחרב על־כל־
ישראל חקים ומשפטים׃ הנה אנכי שלח לכם את 23
אליה הנביא לפני בוא יום יהוה הגדול והנורא׃
והשיב לב־אבות על־בנים ולב בנים על־אבותם פן־ 24
אבוא והכיתי את־הארץ חרם׃

הנה

ז רבתי

...pta. ο. προστάγματα. cf. v. 7. Luc. 5, 14. k) & iudicia. ס. ἡ δικαιώματα. Luc. 1, 6. i. e. vt *Calouius* notat, *Legem mora-*

lem & cerimonialem. Illam ne semetipsos beneficiis Messiæ faciant indignos; hanc vero, vt in fide Messiæ, cuius typi erant cerimoniæ Mosaicæ, indies proficiant, neque propter moram adventus Domini omnino desperent. *Finis enim Legis CHRISTVS* erat Rom. 10, 4. & ad hunc illa *pædagogus* Gal. 3, 24. Ad phrasin conf. Deut. 4, 5. 8. 14. Leu. 26, 46. Ex. 21, 1. Ps. 147, 19. *Abarbanel* hæc duo distinguit ita: *Chukkim*, inquit, sunt, quorum ratio nobis ignota est, *Mischpatim* vero, quorum ratio nota est & manifesta. Sed de his alibi. ℣. 23. *l) Ecce!* Proximum hoc erat *signum*, ad quod animum aduertere oportebat. vid. not. v. 1. *m) ego missurus sum vobis.* stante nimirum adhuc *Templo secundo* v. 1. Hagg. 2, 7. 9. post grauissimam luctam cum Antiocho Dan. 8, 9. seqq. & *post LXX. hebdomadas annuas*, lapsuras a tempore editi edicti de instauranda Hierosolyma Dan. 9, 24. 25. *n) Eliam*, non *Thesbitem*, vt habent *LXX.* & *Ar.* Item *Siracides* c. 48, 10. (ex communi *Iudæorum*, immo & *Patrum* multorum sententia, qua illi ante primum Messiæ aduentum, hi ante finem mundi, & ad Iudæorum generalem conuersionem, Eliam Thesbitem his terris reddendum esse, autumant. vid. Matth. 17, 11. cf. ibidem *Lightfootus*; *Augustinus* de ciuitate Dei lib. 20. c. 29. cum Commentariis Io. Lud. *Viuis* & Leonh. *Coqueii*: vt illos prætereamus, qui Eliam Thesbiten hic indicatum, etiamque venisse opinati sunt, quod is cum Mose discipulis in monte adparuit, cum Christo collocutus Matth. 17, 3. Marc. 9, 4. Luc. 9, 30.) sed vt supra ad v. 1. diximus, *Ioannem Baptistam*, *Nuncium & præcursorem Domini* v. 1. moribus, instituto vitæ, zelo, & circumstantiarum plurium respectu, vel vt Angelus dicit Luc. 1, 17. *in spiritu & virtute* Eliam repræsentaturum. vid. Matth. 11, 10--14. c. 17, 10--13. Marc. 9, 11--13. Luc. 1, 16. 17. 76. 77. Thesbitem enim se esse, ipse negauit Iohannes Ioh. 1, 21. Scriptura autem, vt scribit *Tillius* p. 409. sæpe nomen typorum adplicat antitypis. Ita *Christus* venit sub nomine *Dauidis* Ier. 30, 9. Ez. 34, 23. Hos. 3, 5. & *Salomonis* Cant. 3, 11. c. 8, 11. *Iehu* sub nomine *Zimri* 2 Reg. 9, 31. Hierosolymitani primates *Sodoma*, & populus *Gomorrha* Es. 1, 10. Sic Poeta: *Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.* &c. *o) Prophetam*, & primum N. T. *ex immediata Dei reuelatione publicum doctorem.* Luc. 3, 2. Ioh. 1, 31. 33. Qualem Iohannem Baptistam non solum fore prædixit pater Zacharias Luc. 1, 76. & Christus eum fuisse testatus est Matth. 11, 9. sed talem etiam agnouit vulgus & populus Iudæorum Matth. 14, 5. c. 21, 26. Adde *Iosephum* A. I. lib. 18. c. 7. cuius verba, licet hominis Iudæi, & verum Baptistæ sensum, & scopum doctrinæ eius vel ignorantis, vel dissimulantis, referri merentur. Apud Iudæos autem, inquit, fuit opinio, iusta vltione Numinis deletum esse ab Areta Herodis exercitum, propter *Ioannem*, qui *Baptista* cognominatus est (vid. Matth. 3, 1. &c.) Hunc enim tetrarcha necauit, *virum optimum, Iudæos excitantem ad virtutum studia & inprimis pietatis ac iustitiæ, simulque ad baptismi lauacrum: quod ita demum Deo gratum aiebat fore, si non ab vno tantum abstineant peccato abstineant; sed animis per iustitiam prius mundatis, addant & puritatem corporis.* &c. *p) ante, quam veniat.* Ioel 3, 4. *q) dies Domini s. tempus Christi* v. 17. tum gratiosæ visitationis Iudæorum Luc. 19, 44. quam proxime præcessit Iohannis Baptistæ præconium, coll. supra v. 1. Matth. 3, 1. seqq. Luc. 3, 1. seq. Matth. 4, 12. 17. &c. tum iræ & vindictæ, in eos per Titum tandem exercitæ. v. 24. Act. 2, 20. de qua & Iohannes vaticinatus illis fuit Matth. 3, 10. 12. *r) magnus*, ob magnitudinem rerum illo tempore exsequendarum cf. Hos. 2, 2. Zeph. 1, 14. 1 Tim. 3, 16. *s)* Vulg. *& horribilis. s. formidandus*, ob iudicia in impios exsequenda, & excidium gentis per Romanos v. 19. cf. Ioel 1, 15. c. 2, 11. c. 3, 4. LXX. vt Act. 2, 20. ℣. 24. *t)* Vulg. *Et conuertet.* S. *vt conuertat, s. reducat.* c. 2, 6. Ier. 31, 18. Luc. 1, 17. *u) cor patrum* cf. 1 Reg. 12, 27. Es. 6, 10. 1 Sam. 7, 3. *x) ad filios.* Rarius ita cum hac particula verbum שוב construitur, frequentius cum אל, עד vel ל; vide tn. Prou. 26, 11. Iob 34, 15. Coh. 12, 7. 2 Par. 30, 9. & Mich. 5, 2. nisi illic apud Micham & h. l. reddere malis *vna cum.* coll. Ex. 16, 37. &c. *y) & cor filiorum ad patres.* Hoc enim propositum Ioannis Baptistæ fuit, vt omnes Iudæi, maiores & minores, parentes ac liberi, siue ciuilibus bellis, siue domesticis discordiis, aut diuersis sectis distracti, concionibus suis & baptismo *præparati* Luc. 1, 17. concordi sententia ac vera fide in CHRISTVM crederent Ioh. 1, 7. 12. etsi contrarium, quod & Christus prædixit, penes multos euenires. Matth. 10, 21. 34. seqq. Luc. 12, 51. seqq. c. 21, 16. Variant hic admodum Interpretes, & longum foret, omnes eorum sententias enarrare. Paucas dabimus & potiores. Secundum *Hieronymum* id est, vt *Iudæi* (ex quibus *Patriarchæ* N. T. Apostoli) & *Christiani*, qui nunc inter se discrepant, pari in Christum religione (ante vltimum Domini aduentum) consentiant. Sec. *Augustinum* vero loco supra ad v. 23. citato, sensus est, vt etiam *filii*, h. e. *Iudæi*, sic (tandem) intelligant legem, quemadmodum *patres*, i. e. *Prophetæ & ipse Moses*, eam intellexerunt. &c. At *Coccejus* antiquos *Patres*, *Abrahamum, Isaacum, Iacobum*, intelligit, *ad quorum cor*, i. e. sententiam, fidem & pietatem, h. e. *ad sensum iustorum* Luc. 1, 17. per Ioannem Baptistam *reducendi sint* Iudæi, *posteri eorum*; ne Abrahamum ceterosque filiorum suorum puderet, coll. Es. 29, 22. 23. *z) vt nr.* consecutiuum est, vt Leu. 10, 7. Ps. 2, 12. &c. non *dubitatiuum, ne forte*. vt habet Vulg. *a) veniam* cum iudicio populi & excidio reipublicæ. cf. Ps. 50, 3. Ps. 82, 8. Matth. 26, 64. & supra v. 1. 2. *b) & percutiam, feriam.* cf. Num. 14, 12. *c) terram* Es. 11, 4. *d) anathemate.* i. e. ne vniuersi pereant. cf. Leu. 27, 29. Deut. 2, 34. c. 7, 26. Ios. 6, 17. 18. c. 11, 11. 13. 20. Es. 43, 23. cf. etiam *Maranatha*, i. e. *Dominus noster venit!* 1 Cor. 16, 22. Ion. *ne adpaream & inueniam vniuersam terram in reatu vel peccatis suis* (cf. 1 Ioh. 5, 19.) *& feriam eam exterminatione*, i. e. sec. *Grotium*, ne, vbi venero, omnes, qui in Iudæa sunt, *funditus perdam*, coll. Matth. 3, 10. Luc. 3, 9. & Rom. 9, 29. Id quod factum tandem est cum æterno impiorum exitio per excidium gentis & Hierosolymæ, postquam tempus visitationis gratiæ contumaciter neglexerunt. Luc. 19, 42. 44. Ταῦτα δὲ πάντα τύποι συνέβαινον ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησεν. 1 Cor. 10, 11. Faxit itaque Dominus noster Iesus Christus, vt vera pœnitentia ac fide ad ipsum accedamus, quo per ipsum sanati & emundati ab omni inquinamento carnis & spiritus sanctificationem perficiamus in timore Dei; & inculpate conseruetur in aduentum eius integer noster spiritus & anima, ac corpus! Εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἤτω ἀνάθεμα, μαρὰν ἀθά. ἡ χάρις τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ἡμῶν! Ἀμήν.

b) Hieron. Abraham comparatione diuinæ maiestatis *cinerem* esse se sentiens Gen. 18, 27. videbit Solem iustitiæ. Qui vero per superbiam dixit, *ponam super sidera sedem meam* Es. 14, 13. deducetur ad terram, & erit quasi cinis sub pedibus sanctorum. *Calouius*: Omnimoda subiectio & conculcatio notatur, cum impii dicuntur fieri *cinis sub planta pedum* fidelium; vt solida tranquillitas & liberatio ab hostibus innuitur. cf. Es. 60, 12. Mich. 4, 13. &c. *c)* Vulg. *die, qua ego facio* vel facturus sum hæc. v. 17. *d)* vid. not. c. 1, 8.

℣. 22. *e)* S. *Mementote ergo, memores estote & obseruate.* 1 Par. 16, 12. 15. *Abarb.* ad initium huius libri fol. 277. b. Quia, inquit, Malachias vltimus fuit omnium Prophetarum, & post eius obitum desiit Prophetiæ donum ex Israele, ideo monet, & dicit: *Memento te* &c. Est vero oratio ipsius Dei commonefacientis Israelitas, vt vsque ad aduentum illius singularis Dei serui *Eliæ*, h. e. *Iohannis Baptistæ*, perstarent in sedula obseruantia Mosaicæ legis: quippe ante illam nouus propheta magnæ auctoritatis Genti non adpareret. Et aperte satis sic declarauit, ante *Oeconomiæ nouæ* tempora nullum talem *vatem publicum s. Canonicum* amplius exspectandum esse; vt *Vitringa* monuit Obseru. S. lib. 6. p. 413. Conf. Præf. ad hunc librum §. 2. *f) Legis Mosis* s. totius Pentateuchi doctrinam interim rectius, quam adhuc factum a vobis est, obseruate, donec meliora per aduentum meum v. 1. adfulserint. cf. Gal. 3, 23. 24. Hebr. 7, 19. c. 9, 10. c. 10, 1. &c. *g) quam ei præcepi in Horeb* Ex. 3, 1. c. 17, 6. Deut. 4, 10. 15. *h) ad vniuersum Israelem* s. respectu totius populi. Deut. 29, 13. 14. *i) Legem* scil. continentem definitiones Vulg. *præcepta.*

℣. 22. *Spatium* præmi[ttunt] c. 1. 2. 3. 5. 7. 8. 10. 12. 23. זכרו ז *minusculum* non habent 3. 5--16. 19--23. contra *Mas.* i. h. l. & *impr.* ad Gen. 1, 1. & 1 Par. 1, 1.

23 Apr. 1851.

הנה אנכי שלח לכם את אליה הנביא לפני בוא יום
יהוה הגדול והנורא : [e]יתקק סימן

סכום פסיקי תרי עשר

הושע מאה ותשעים ושבעה ורגלך לא [f]בצקה סימן :
יואל שבעים ושלשה · [g]שלחו מגל סימן :
עמוס מאה וארבעים וששה · קמו [h]בניה סימן :
עובדיה עשרים ואחד · [i]אך טוב לישראל סימן :
יונה ארבעים ושמונה · [k]וישראל עושה חיל סימן :
מיכה מאה וחמשה · עלה [l]אלהים בתרוע סי׳ :
נחום ארבעים ושבעה · יזל [m]מים סימן :
חבקוק חמשים וששה · ולך [n]תהיה צדקה סימן :
צפניה חמשים ושלשה · גן [o]נעול סימן :
חגי שלשים ושמונה · כי אם גלה [p]סודו סימן :
זכריה מאתים ואחד עשר · אשרי כל ירא [q]יי׳ סימן :
מלאכי חמשים וחמשה · ויעקב הלך [r]לדרכו סימן :

סכום הפסוקים של כל שנים עשר נביאים אלף וחמשים [s]כי
שרית עם אלהים סימן · וחציו · [t]לכן בגללכם ציון שדה
תחרש · [u]וסדריו עשרים ואחד · ולכבוד [x]אהיה
בתוכה סימן :

e) i. e. in fine ישעיה *Iesaiæ*, תרי עשר XII. *minorum Prophetarum*, קינות *Threnorum*, & קהלת f. *Ecclesiastæ* Iudæi in multis Codicibus sine punctis solent repetere penultimam versum consolatorium, post versum vltimum comminatorium f. tristiorem. *f*) Deut. 8, 4. *g*) Ioel 4, 13. *h*) Prou. 31, 28. *i*) Ps. 73, 1. *k*) Num. 24, 18. *l*) Ps. 47, 6. *m*) Num. 24, 7. *n*) Deut. 24, 13. *o*) Cant. 4, 12. *p*) Amos 3, 7. *q*) Ps. 128, 1. *r*) Gen. 32, 2. *s*) Gen. 32, 29. *t*) Mich. 3, 12. *u*) *& sectiones eius Masoreticæ f. Capita* olim fuerunt. Conf. post finem Geneseos notam (q) *x*) Zach. 2, 9.

כתובים
HAGIOGRAPHA

Eccleſiaſtes	קהלת	Pſalmi	תהלים
Eſther	אסתר	Prouerbia	משלי
Daniel	דניאל	Iob	איוב
Ezra	עזרא	Cant. C.	שיר השי׳
Nehemia	נחמיה	Ruth	רות
Chronic.	דברי הימים	Threni	איכה

IN
HAGIOGRAPHA ET PSALMORVM LIBRVM
PRAEFATIO.

§. I.

Transitus ad Hagiographa & librum Psalmorum:

De quorum auctoritate Canonica, & differentia a Propheticis, ex mente Iudaeorum.

TErtia pars Hebraei Codicis, quam B. C. D. nunc imprimendam suscipimus, כתובים s. *HAGIOGRAPHA*, & in iis primum *Psalmorum librum* complectitur. Ex qua, vel simili saltim Hebraei Codicis *tripartita diuisione*, factum etiam est, quando optimus noster Seruator Luc. 24, 44. Vetus Testamentum in *Legem, Prophetas & Psalmos* distribuit: vbi primi in tertio ordine *Psalmi* pro ceteris quoque Hagiographis veniunt per synecdochen: sicut Matth. 27, 9. *Ieremias* pro integro volumine Prophetarum, in quo ille primum locum aliquando obtinuit. Vide Varr. nostras lectiones ad Ier. 1, 1. Vt vero breuitatis caussa hic omittamus, quid de singulorum librorum relatione ad hanc tertiam classem moneant & disfiderent eruditi viri; *a*) omnes illos non minus, quam Legis & Prophetarum libros, ברוח הקדש s. *per Spiritum Sanctum scriptos esse*, fatentur & sentiunt Iudaei; *b*) etsi quod ad modum reuelationis, hos paullo inferiores propheticis, in specie apud eos sic dictis, esse velint: sed rationibus inducti vel nullis, vel admodum infirmis, & prorsus inidoneis ad demonstrandum. Etenim *D. Kimchi*, grauioris alloqui iudicii vir inter Iudaeos, in Praef. sua ad Psalmos ita scribit: *Dicunt Maiores nostri, quod per Spiritum Sanctum scriptus sit hic liber; vnde eum etiam ad Hagiographos retulerunt, non autem ad ordinem Prophetarum. Nam verba eius non dictata fuerunt per modum prophetiae, sed per Spiritum Sanctum.* Verum ita non probat aut explicat Kimchi, quod in quaestione erat; sed principium petit, & opponit, quae inuicem non opponenda erant. Vt tamen de mente Iudaeorum constet, tenendum ex iis est, quod illi post *Mosen*, cui in omnibus primas deferunt, prophetiae donum esse statuant, quando homo θεόληπτος in ecstasi videt vel audit diuinam reuelationem; illo autem inferiorem gradum, seu *Spiritus S. donum* dicunt, si quis per huius afflatum seu impulsum, ceterum mentis suae & sensuum compos, ea proferat, quae absque illo scire aut cognoscere non potest. At neque id sufficit ad tale, quod illi volunt, discrimen statuminandum: neque vlla probabili ratione demonstrare poterunt, modum propheticarum visionum *Danielis* (quem ad hanc Hagiographorum classem retulerunt) a visionibus *Iesaiae, Ieremiae, Ezechielis*, ceterorumque Prophetarum ista specie differre; nec quomodo in Psalmis inferior gradus prophetici doni adpareat, quam in historicis libris *Iosuae, Iudicum, Samuelis & Regum*, quos propter propheticos eorum auctores *in Propheticis libris* numerant. Vnde alias ipsi quoque Iudaei *Dauidem & Danielem* passim in scriptis suis *Prophetae* nomine laudant, vt Rabbinicarum litterarum peritis facile notum est. Atque vt, missis nunc reliquis, vnum tantum de psalmis hic addamus: Si *prophetia* est *praedictio casus* aut contingentis euentus *futuri* temporis, seu scientia & interpretatio eius, quod sciri nequit, nisi ex immediata Dei reuelatione; sane prophetiae titulum sacris hisce carminibus denegandum non esse, plurima eaque luculenta illorum exempla probant: quidquid etiam in modo reuelationis diuersum forte ab aliis fuerit; de quo conferatur Num. 12, 6. 7. item *Vitringa* in typo doctr. Proph. c. 2. aliique plures. Sufficit interim nobis, quod Iudaei hos libros per Spiritum S. scriptos & θεόπνευστους agnoscunt; quo dato, diuina illis constat auctoritas & irrefragabilis certitudo: de qua & nunquam, quod ad Psalmos praesertim attinet, in Ecclesia Christi fuit dubitatum. Conf. 2 Sam. 23, 1. 2. 1 Pet. 1, 21. 2 Tim. 3, 15. seqq. & quae mox sequenti §. ex A. b. Ezra & Kimchio adnotamus.

Psalmorum Nomen,

§. II. Vocatur autem primum hoc Hagiographorum volumen ab Hebraeis ספר תהלים & in N. T. βίβλος ψαλμῶν Luc. 20, 42. Act. 1, 20. ipsaque carmina sacra מזמורים h. e. *psalmi* s. *cantica* adpellantur, quod ad pulsum citharae vel alius instrumenti musici cantarentur. *c*) cf. not. Ps. 3, 1. תהלים vero s. contracte תלים i. e. *hymni* vocantur psalmi a potiori, quod plerique sint ἐπαινετικοὶ & in laudes diuinas finientes.

Collectio,

Eosque *in vnum hoc volumen ab Ezra scriba* s. Theologo *congestos* nonnulli volunt, vt *Athanasius* in Synopsi; idque vulgatum esse dicit *Clarius* Praef. ad hunc librum; de quo tamen nihil apud Hebraeos scriptores reperisse se *Munsterus* fatetur, neque etiam nos quidquam adhuc inuenimus. Quin potius sec. *Kimchii* Praefationem, *Dauid hunc librum composuit, scripsitque cum suis carminibus etiam carmina illorum Musicorum, quorum* (in titulis psalmorum) *mentio fit; suaque carmina illis dedit, vt publice illa cantarent: sicut certum est de psalmo 105.* coll. 1 Par. 16, 7. -- *Et psalmos quidem, quibus praescriptum est* לדוד, *eos Dauid composuit*, *d*) *vt & illos, in quibus aliud auctoris nomen non memoratur. Ipse etiam libro suo inseruit* Orationem Mosis Ps. 90.) *quae iam scripta & per traditionem a Mose habebatur. Futura quoque in hoc libro praedixit, quae post ipsius fata demum euenerunt, v. c. de Babylonica captiuitate, & de praesenti exilio, item vaticinia consolatoria multa* &c. Et *A. b. Ezra* in praefatione sua: Nescio, inquit, cur id mirum videatur interpretibus, quod hic liber non inscriptus sit *Prophetia Dauidis*. Neque enim dubium inter Israelitas est, quin librum Geneseos Moses scripserit: ita namque sancti maiores nostri edocti fuerunt, etsi ab initio eius non reperiamus scriptum: *Et locutus est Deus ad Mosen.* &c.

Auctores:

§. III. Vocantur autem *Psalmi Dauidis*, immo Aethiopibus absolute *Dauid* *e*) itidem a potiori; licet praeter Dauidem alii quoque nonnullorum secundarii s. instrumentales auctores extiterint. *f*) quem-

---

a) Vid. *Pfeifferi* Crit. S. p. m. 17--0. &c. *b*) Ita *A. b. Ezra* in Praef. ad Psalmos: Ego, inquit, idem sentio cum veteribus, qui statuunt totum hunc librum *per Spiritum S. scriptum esse*. Eccur enim diuersum sentientes offenduntur nomine *Cantici*? (q. d. scil. Canticum non sit vaticinium) Nam ecce *Canticum Mosis* (Deut. 32.) eorum opinionem refellit. Sic enim psalmi quidam (vt Ps. 17, 1.) *Oratio* inscribuntur: idem namque sit Habac. 3, 1. qui etiam c. 1, 2. de iustis per modum precum vaticinatur. Sic & preces illae apud Esaiam c. 65, 17. &c. *c*) Canebant autem cantiones suas ad pulsum *citharae* vel *nablii* cum publice, tum priuatim; harmoniam musicam non vulgari voluptate (vid. Es. 5, 12. Am. 6, 5.) sed fideli voluntate diligentes, vt *Augustinus* de Dauide loquitur Lib. 17. de Civ. D. c. 14. *d*) Ipse quidem Kimchi statim ab hac regula sua excipit psalmum 20. & 110. sed falsus est Iudaico praeiudicio: non enim *de Dauide*, sed de Christo a Dauide illos psalmos scriptos esse, suo loco ostendemus. *e*) v. g. cum *Psalterium finitum* dicere volunt, in fine eius scribunt: *Finitus est Dauid.* *f*) Nam princeps eorum auctor est ipse Spiritus S. qui psalmos Dauidi & aliis in Ecclesia vulgandos dictauit, fatentibus Iudaeis. Vid. supra §. I.

David,

quemadmodum nobis *Lutheri Cantica, Ciceronis epistolæ*, adpellantur, quæ aliorum quoque cantica aut epistolas intermixtas habent. *David* nimirum *dilectus* ille Dei, quod nomen dicit, coll. 1 Sam. 13, 14 & 2 Sam. 12, 25. is est, qui נְעִים זְמִירוֹת יִשְׂרָאֵל *iucundus canticis Israelis* 2 Sam. 23, 1. vocatur, *per cuius os Deus est locutus* Act. 4, 25. & super quo fuit Schechina Dei, vt Israeli sic benediceret. *Medrasch Tillim* fol. 2. a. Nullus enim aute ipsum hoc donum accepit, vt tam multas & suaues dictione, elegantesque odas, omnem pietatis doctrinam exhibentes, ad perpetuum Ecclesiæ vsum conscriberet: vnde Syriaca Psalterii inscriptio est: *Liber psalmorum Dauidis, Regis & Prophetæ*. Præter Dauidem vero *Kimchius* in Præf. ex maioribus suis *decem* adhuc psalmorum *auctores* recenset, quorum 1. Adamus, 2. Melchisedec, 3. Abraham, 4. Asaph, 5. Heman, 6. Iedutlun, 7. Moses, & 8. 9. 10. tres Core posteri Assir, Elkana & Abiasiph. Paullo aliter eosdem numerat *R. Sal.* & *Medrasch Tillim* f. 3. c. nam his quartus est Moses, 5. Dauid, 6. Salomo, 7. Asaph, & tandem tres Core filii. At omnes psalmos per Dauidem scriptos esse statuit R. *Hunna* in Medrasch l. c. vt etiam alii apud A. b. Ezram l. c. g) & *Augustinus* de Ciuitate Dei L. 17. c. 14. ac plures ad eundem a *L. Viue* & *Coquaeo* allegati. Enim vero vt illi veteres Hebræi nimis augent numerum auctorum, sic plus iusto eumdem minuunt, qui ad vnum Dauidem omnes præter necessitatem referunt. *Mosis* enim auctoritatem & nomen diserte exhibet Ps. 90. *Hemani* & *Ethani* Ps. 88. & 89. *Asaphi* Ps. 50. & 73.-83 sic ex aliorum sententia *Iedutbuni* psalmus est 77. *filiorum s. posterorum Core* Ps. 42. 44.-49. 84. 85. 87. & *Salomonis* (etiam sec. *Hieronymum* in Præf. ad Sophronium) Ps. 72. vel 127. Licet vero de his posterioribus id minus certum sit; quia Ps. 72, 1. לִשְׁלֹמֹה fatente *Ab. Ezra* in præf. sua h) *Datiui* potius s. *Obiecti* nota est, & qui *Ieduthuno* (e sacræ musicæ præfectis 1 Par. 16, 41. 42.) tribuitur Ps. 77, 1. *Asaphi* potius est, coll. simili construct. Ps. 62, 1. *filii* etiam *Kora* non tam auctores, quam *cantores* intelligendi sunt, coll. Ps. 88, 1. cum probabile haut sit, vnum eundemque psalmum pluribus esse inspiratum, & durior ellipsis, si pro *filiis Core vnum de filiis Core* cum aliis interpreteris. Cum tamen de *Asaphi* quoque psalmis ambigitur, ab illone conscripti, an vulgati tantum fuerint, credibile potius nobis videtur לְאָסָף *auctorem significare*, quia ipse quoque *Asaph Propheta* fuit 1 Par. 25, 1 & diserte tq. auctor sacrorum carminum cum Dauide laudatur 2 Par. 29, 30. sicut etiam *Heman* & *Ethan* ob diuinam sapientiam suo tempore incluti fuerunt 1 Reg. 5, 11. & *Prophetæ* ac *Videntes* expresse vocantur 1 Par. 25, 1.-5.

Moses, Heman, Ethan, Asaph,

Ἀνεπίγραφοι psalmi Dauidis.

§. IV. Complures vero sunt psalmi, & fere tertia pars eorum, *in quibus nulla auctoris fit mentio*. De illis LXX. Interpp. s. Græci *Dauidi* adscribunt Psalmum 33. 43. 91. 95. 96. 98. 99. 104. *filiis Ionadabi, & primum captiuatis* Psalmum 71. *Ieremiæ* Psalmum 137. *Haggæo & Zachariæ* Ps. 146. 147. 148. vt versiones orientales, earumque inscriptiones hic taceamus. i) *Plerosque* tamen *a Dauide compositos esse*, tutissime adfirmatur a *Calouio*, *Heideggero*, aliisque, idque de Ps. 105. extra dubium posuit *A. b. Ezra* in præf. sua k) idemque dicendum de Ps. 106. & 136. coll. 1 Par. 16, 34. Sic Dauidis esse psalmos ἀνεπιγράφους *secundum & nonagesimum quintum*, certissimum nobis est ex Christi & Spiritus S. testimonio in N. T. coll. Act. 4, 25. Hebr. 4, 7.

Vaticinia, in Psalmis.

§. V. Ceterum vti non difficulter admittimus, Psalmum 74. 79. & 80. de ea populi calamitate canere, quam ab *Antiocho* pertulerunt Iudæi; ita tamen necessum haudquaquam est, vt propterea eos a posterioribus, & instaurata demum per Maccabæos religione, adiectos putemus: cum *Asaphi Prophetæ* nomen diserte illis prænotatum sit. Ac licet *Grotio* etiam concedere voluerimus, aliquos forte psalmos accessisse posteriorum temporum, *Ezra addente*; l) nimis tamen audacter ille censuit in sua præf. *quod stultum sit dubitare, quin psalmus 137. scriptus sit in exilio Babylonico, psalmus autem 126. & alii quidam in reditu.* Numquid enim Iesaiæ, Ieremiæ, Danielis aliorumque vaticinia post suum demum complementum scripta ideo putabimus, quod illud sec. omnes quasi circumstantias sæpe prænunciatum videmus? Quod olim de Danielis vaticiniis impudenter & virulente censebat Porphyrius, a Methodio, Eusebio aliisque castigatus. Itaque cum A. B. Esra, Schmidio aliisque pro Dauidicis psalmos illos habemus, quibus aliud, quam Dauidis nomen præscriptum non reperimus. m)

Quibus commissi ad publicum vsum.

§. VI. Quos autem psalmos Dauid per inspirationem Spiritus S. scripsit, idem *Asapho, Ieduthuno*, ceterisque Leuitarum chorarchis ad præcinendum in Tabernaculo aut Templo tradidit. Cuius rei initium fecit in Ps. 105. cum Arcam fœderis in montem Sion deduxisset 1 Par. 16, 7. seqq. Hinc in multorum inscriptionibus præmittitur לַמְנַצֵּחַ, de quo confer not. Ps. 4, 1. Hab. 3, 19. nominato insuper *instrumento* & musicæ genere, super quo vel ad quod psalli quisque deberet. De quibus tamen instrumentis & eorum nominibus, quid illa significent, nec sibi, nec aliis Iudæis, certi quidquam constare, ingenue *Dauid Kimchi* l. c. fatetur: quod prisca illorum temporum musica dudum in obliuionem aut desuetudinem venerit, neque, vt *Ab. Ezra* scribit, via vel ratio detur, ad illa veterum instrumenta accuratius cognoscenda. Sic quid præcise fuerint *Neginoth* Ps. 4, 1 *Nechiloth* Ps 5, 1. *Scheminith* Ps. 6, 1. *Schiggaion* Ps. 7, 1. *Gittith* Ps. 8, 1. quid *Muth-labben* Ps. 9, 1. &c. nondum penitus exploratum, aut ab omni difficultate expeditum est; si vel maxime magni *Bocharti* iudicium in Geographiæ sacræ parte II. lib. 2. c. 11. p. 818. (quod B. *Geierus* ad Ps. 5, 1. commendauit) sequi velis. Nempe (ait *Bocharius*) vt Hebræi libros nominant a prima voce; Genesin puta *Bereschith*, Exodum *Veelleh Schemoth*, Leuiticum *Vaiikra*, quæ sunt voces initiales; ita etiam Cantiones, quod in psalmorum titulis passim videre est. Sic in titulo Psalmi 22. לַמְנַצֵּחַ עַל־אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר *Magistro symphoniæ* supple traditum, vt canteur *super Aijeleth haschschachar*, i. e. ad modos & numeros cantici, cuius initium *Aijeleth haschschachar* s. *Cerua matutina*. Alii cantantur super שֹׁשַׁנִּים i. e. *lilia*, vt Ps. 45, 1. Ps. 69, 1. vel super שׁוּשַׁן עֵדוּת s. *lilium testimonii* Ps. 60, 1 Alii super עֲלָמוֹת *Virgines* Ps. 46, 1. Alii super מָחֲלַת i. e. *morbum* Ps. 53, 1. vel super מָחֲלַת לְעַנּוֹת, i. e. *morbum ad adfligendum*, seu *morbum cruciabilem*, vt cum Apuleio loquar Ps. 88, 1. Alii super אַל־תַּשְׁחֵת, i. e. *disperdes* Ps. 57, 1. &c. Tot canticorum initia, ad quorum modos hi psalmi erant decantandi. Quod cur viri vndecunque docti tam superciliose reiiciant, nullus capio. *Cum grauitate & honestate Ecclesiæ*, inquiunt, *non conuenit, vt adhibeantur ludicri & populares cantus.* Sed neque necesse est, vt hi fuerint cantus ludicri. *Quin potuere Iudæi habere aliquot sacra cantica, ad quorum numeros & modos Dauid partem psalmorum composuerit.* Hactenus verba Bocharti. Quæ num in omnibus satisfaciant, & præferenda ceteris sint, lector ex singulorum titulorum consideratione iudicabit, vbi potiores sententias breui-

De ratione musices & de instrumentis.

---

g) Ex hac ratione quod *Dauid Propheta* fuerit, quippe *Vir Dei* dictus Neh. 12, 24. quod in Scripturis, sit epitheton tantum Prophetarum. h) Verba eius sunt: Quando autem Ps. 72, 1. scriptum est לִשְׁלֹמֹה id significat, vaticinium illud esse Dauidis vel alius Prophetæ *de Salomone, aut de Messia filio eius*, qui alibi etiam *Dauidis* nomine venit, vt Ezech. 34, 24. & sicut *Iacobi* nomen *posteros* eius deuotat Es. 44, 2. i) Ita cum titulo in Hebræo textu destitutus sit psalmus 1. diuersimode illum supplent Orientales Interpretes. Syro hic est *Narratio concionis de bonis moribus, quæ habetur in canone nouem beatitudinum apud Matthæum* c. 5. Arabi: *Pulchritudo pietatis, & spes alterius sæculi.* Aethiopi nostro (nam ceteri variant) *Descriptio iustorum & impiorum.* Sic etiam in titulo Psalmi 2. variant OO. versiones: vt & hic & ad Psalterium Aethiopicum notauimus. k) Psalmi, inquit, quibus nomen auctoris prænotatum non est, videntur quidem non esse Dauidis; forte tamen eius sunt: sicut e. c. Psalmus 105. vbi nomen Dauidis non extat, cuius tamen certo est, vt constat ex 1 Par. 16, 8. Dauid namque illum conscripsit, & Asapho Cantori commisit. l) Nam bene *Theodoretus* ait: *Quid mea refert, Dauidis an omnes, an aliorum sint nonnulli: cum vniuersos Spiritus S. adflatu conscriptos esse, compertum sit.* Et, quod *Gregorius M.* de libro Iobi indicauit: *Cum rem cognoscimus, qui scriptorem quærimus, quid agimus, nisi legentes litteras de calamo satagimus?* m) *A. b Ezra* ex mente suorum l. c. Psalmus, inquit, 137. & 79. vaticinium habent Dauidis de futuris euentibus, sicut illud 1 Reg. 13, 2. Sic quoque colligit *Augustinus* de C. D. lib. 17. c. 14.

De diuersa accentuum ratione.

breuiter indicamus. Taceemus hic de diuersa in hoc & sequentibus duobus libris accentuum ratione, de qua nostra aliorumque doctrina conferri poterit.

Tempus & occasio.

§. VII. Porro in titulis s. inscriptione Psalmorum III. VII. XVIII. XXX. XXXIV. LI. LII. LIV. LVI. LVII. LIX. LX. LXIII. CXLII. *tempus & occasio* scripti psalmi prænotatur, cum quibus adeo historia Dauidica in libro vtroque Samuelis & 1. Paralipomenon a capite XI. ad finem vsque libri, coll. ibid. c. 3, 1. seqq. c. 6, 16. seqq. c. 10, 14. diligenter repetenda & conferenda erit. Sunt enim istæ circumstantiæ historicæ clauium instar, ad Psalmos non tantum illos, sed & ceteros, rectius intelligendos. In plerisque enim psalmis eam liquidum Spiritus S. testimonium de occasione & tempore non habemus: vnde sæpe coniecturæ tantum sunt, quæ interpretes de his supplent aut supplere voluerunt. Ita, vt de Vulg. Latina, Syriaca, Arabica & Aethiopica versione taceamus, LXX. quidem vel Græci aliquot Psalmorum occasiones detegere nobis conati sunt, vt psalmus 66. sic *psalmus resurrectionis*, Psalmus 76. *Canticum in Assyrium*, Psalmus 24. *die primo Sabbathi* vel hebdomadis, Psalmus 48. *die hebdomadis secundo*, Ps. 94. *die quarta* canendus, Ps. 93. *in diem prosabbati, quum terra habitata fuisset.* Psalmus 38. *de Sabbatho*, Ps. 27. *prius quam Dauid vngeretur*, Ps. 29. *de exitu Tabernaculi*, Ps. 143. *cum filius eum persequeretur*, Ps. 144. *in Goliathum* conscriptus. Sed quantum his omnibus sit tribuendum, ex ipso demum argumento & textu cuiusque Psalmi certius constabit. Laudabilem operam præstitit *Lightfootus*, qui in Chronol. V. T. ordinem temporis & occasionem psalmorum, de quibus ex inscriptione eorum constat, solicite inuestigare ac distincte describere voluit: quas Viri docti meditationes Cel. *D. Maius* in Oecon. V. T. non tantum secutus est, sed subinde etiam suppleuit & emendauit. Nobis tamen & aliis hic quoque aliquid esse relictum, ipsa tractatio docebit. vid. not. ad Ps. 3, 1. & Ps. 11, 1. Atque vt breuiter hic chronologiam psalmorum expediamus, Psalmi Dauidis scripti ab eo sunt vel ante vel post regiam ipsius dignitatem; postquam a Samuele vnctus esset. Nimirum ex mente Lightfooti *anno Samuelis & Sauli XXXVI.* occiso Goliathe, scriptus est Psalmus 9. *Anno Samuelis XXXVII.* Psalmus 59. 34. 56. & 142. *Anno Sam. XXXIX.* Psalmus 58. *Anno* autem regni *Dauidis IX.* Ps. 68. & 132. it. Ps. 96. 105. 106. *Anno Dauidis X--XX.* Ps. 60. & 108. *anno XXVI.* Ps. 51. *anno XXXV.* Ps. 3. 7. 42. 43. 55. & post reditum Ps. 30. & 4. *Vltimis* vero vitæ & regni sui *annis* Dauid dixit & scripsit Psalmum XVIII. in quo Messiam respexit: quo etiam *D. Maius* p. 797. seq. plures de Christo psalmos retulit, item Psalmum 39. de præparatione ad beatam mortem, coll. Ps. 90. & post ordinatum cultum Leuiticum Ps. 133 - 135. Ps. 147 - 150. & denique pro inaugurato Salomone Ps. 72. & 127. it. Ps. 119. eiusque compendium in Psalmo I.

& Chronologia Psalmorum.

Diuisio libri Masorethica,

§. VIII. Hactenus de tempore & occasione Psalmorum: pergimus nunc ad eorundem *diuisionem*, eamque vel Hebraicam s. *Masorethicam*, vel ratione materiarum spectandam. Quod ad illam attinet, totum volumen Hebræi *velut alterum Pentateuchum* in *quinque libros* diuiserunt, *n*) quorum primus est a Ps. 1--41. secundus Ps. 42--72. tertius Ps. 73--89. quartus 90 -106. qui omnes terminantur epiphonemate אמן אמן; quintus autem Ps. 107--150. per *Halleluiah* finitur. Sic in *Medrasch Tillim* fol. 2. col. 1. sequentia tradunt: *Moses dedit Israelitis quinque libros Legis, & sic Dauid quoque illis dedit Psalterium, in quo etiam quinque sunt libri* Ita etiam *D. Kimchi* Præf. ex veteribus: *Sicut Moses Legem diuisit in V. volumina, ita & Dauid psalterium suum in quinque volumina diuisit.* Sed vti parum solida est ista traditio de Dauidica Psalterii diuisione; cum singuli Psalmi singula ac quasi completa sint Dauidis opera; ita nec de ratione huius diuisionis aut ordine, quem in ea nacti sunt psalmi, quidquam certi nobis produnt Hebræi commentatores. *o*) Neque enim ex ordine temporis, quo singuli scripti fuerunt, dispositos habemus, sed quo forte a viris sanctis collecti, vel sec. *Huetium* postmodum in Templo cantati fuerunt. Neque vero etiam vno tempore collectionem totius psalterii factam esse, verisimile fit e clausula Ps. 72, 20. vbi *finitæ preces Dauidis* dicuntur, quum tamen plures adhuc sequantur psalmi, qui diserte *nomine Dauidis* inscribuntur. vid. Ps. 86. 101. 103. 108. &c. Quale quid de Prouerbiis Salomonis etiam factum est. coll. Prou. 25, 1. Et quamuis ratione materiarum forte aliquis nexus ex præsenti psalmorum ordine concinnari possit, ita, vt e. c. *Psalmus I.* describat regnum Christi & ordinem salutis, quem sec. *Psalmum II.* oppugnant eius hostes Iudæi & gentes, & dehinc præ ceteris Antichristus, prout veteres apud Kimchium, *Psalmum III.* de Gog & Magog exposuerunt; aduersus quos Ecclesia *Psalmo IV.* ad Deum se recipit, & interim hostibus veritatem testatur: cumque illi in peccatis suis pergant, ad Deum precatur *Psalmo V.* suos quoque defectus intime persentiscens deprecatur *Psalmo VI.* &c. certius tamen est, quod *Kimchi* ad Ps. 2. scribit: *Cur*, inquiens, *hic Psalmus secundus primum excipiat, eius rei nulla apud nos ratio constat. Non enim eo ordine se excipiunt psalmi, quo scripti sunt. Nam e. c. post secundum statim sequitur tertius de Absalomo; cum tamen plures sint, qui ratione historiæ præmitti illi debuissent, vt Psalmus 142.*

& præsens ordo psalmorum.

Diuisio Psalmorum ratione argumenti,

§. IX. Vtilior ergo & certior est, quæ ex materia aut argumento psalmorum sumitur distributio, de qua succincte *Athanasius* in Epistola ad *Marcellinum* scribit: οἱ μὲν ἐν διηγήματι λέγονται, οἱ δὲ ἐν παραινέσει· οἱ δὲ ἐν προφητείᾳ· οἱ δὲ ὡς ἐν εὐχῇ· οἱ δὲ ὡς ἐν ἐξομολογήσει. siue quod alii sint *narratorii*, alii *exhortatorii*, alii *prophetici*, alii *precatorii*, alii *confessorii* & eucharistici. Quæ genera per species suas copiose explicat Vir beatus, vt instum tractatum sistat epistola illa, Psalterii studiosis merito commendandum. In primis tamen hic obseruandum est *Gurtleri* monitum Theol. Proph. p. 98. quod *Psalmorum potior pars sit prophetica, & quotquot ipsi in principio argumentum aliud disertis verbis non indicant, explicandi sint vel de Christo, vel de Christiana Ecclesia;* quæ iam olim *Arnobii iunioris*, & sæculo præterito *Io. Bugenhagii & Conr. Heresbachii*, I. C. felicium psalmorum interpretum fuerit sententia. Sic quoque *Brentius* ad 2 Sam. 23, 2. Psalmi Dauidici, inquit, non solum hoc ipso a Spiritu S. dictati sunt, quod certæ sint veritatis, sed quod potissimum longius multo respiciant, quam littera prima fronte ostendat. Nam Dauid solet in Psalmis suam personam præ manibus accipere, de suis hostibus, inimicis, aduersantibusque disserere, vt putares solum Dauidis negotium agi. *Sed si penitus introspicias*, *respicit* potissimum in Christum Iesum, filium suum, cuius bella, tentationes & victorias in psalmis ita descripsit, vt iure possint carmina Christi triumphalia s. ἐπινίκια vocari. Nam & sic Christus ait Luc. 24. *Oportebat impleri omnia, quæ de me in psalmis scripta sunt.* Id quod aduersus insanam illorum diligentiam obseruandum est, qui data veluti opera id agunt, vt, quæ oracula Veteris Testamenti per Christum & Apostolos in Nouo Test. clarissime exposita ac demonstrata habemus, ipsi peruerso studio tenebris inuoluant, spiritumque prophetiæ, s. testimonia de Christo, eq. finem & nucleum totius Scripturæ nobis eripiant. Sane humanam & diuinam Christi naturam, æternam eius generationem, item munus propheticum, sacerdotium eius ac regium, præsertim etiam passiones, tam luculenter in hoc libro prædixit Spiritus S. vt *historiam*, *non prophetiam* hic sibi scriptam videri *Cassiodorus* olim censuerit. Nam & verba pendentis in cruce, quibus se a Deo desertum questus est, ipsumque, animam Patri reddentis, supremum suspirium, velut ex ore eius sub cruce excepta, in psalmos retulit: quibus simile quid in nullo alio prophetarum deprehenditur. Vt hic breuitatis caussa de aliis totius fidei nostræ articulis, eorumque luculentissimis testimoniis, taceamus.

Prophetici

n) *Epiphanius* de Ponderibus §. V. τὸ ψαλτήριον διεῖλον εἰς πέντε βιβλία οἱ Ἑβραῖοι, ὥστε εἶναι καὶ αὐτὸ ἄλλην πεντάτευχον. *o*) *Scio*, inquit *Hieronymus* Præf. in psalmos iuxta Hebraicam veritatem ad Sophronium, *quosdam putare, Psalterium in quinque libros esse diuisum, vt vbicunque apud LXX. Interpretes scriptum est* γένοιτο γένοιτο, *i. e.* fiat fiat! *finis librorum sit, pro quo in Hebræo legitur* Amen, Amen. *Nos autem Hebræorum auctoritatem secuti, & maxime Apostolorum, qui semper in N. T. psalmorum librum nominant*, vnum asserimus psalmorum volumen, &c.

Psalterii præstantia, vtilitas & laudes.

§. X. Vnde facile patet, quanta sit huius *libri dignitas & præstantia*, qui merito per vniuersum Christianum orbem manuale orationum sacrarum est, & quasi compendii totius Scripturæ vicem sustinet. B. noster *Lutherus* eum *Parua Biblia* vocare solitus est, eiusque præstantiam & vtilitatem mirifice in Præfatione sua extollit. Sic *Brentius* ad Ps. 1. *Psalterium*, inquit, recte & congruenter vocaueris *sacrorum Bibliorum epitomen.* Aliis Psalterium dicitur *Speculum gratiæ Dei*, *absolutaque totius hominis anatome*: qua exponuntur omnis generis documenta de promissionibus operibusque Dei gratiosis erga suos, seueris in aduersarios, & in omnes fidelibus: item de fide nostra in promissiones eius, de obsequio, de infirmitatibus, patientia, constantia & liberatione nostra in rebus aduersis; de legitimo bonorum vsu, & gratiarum actione in rebus secundis. Denique de toto officio nostro erga Deum, & fide illius erga nos in Christo, de quo elegantissimæ & illustrissimæ prophetiæ habentur passim ad Ecclesiæ consolationem & confirmationem &c. Cumque in aliis libris Deus, quomodo ipse ad nos loquatur, nos docuerit, in hoc, quid & quomodo cum ipso in precibus nostris loqui debeamus, nos edocet. Et cum in ceteris Scripturis verbum Dei, vt ita dicam, abstractum habeamus, hic quasi in praxi illud cernere licet: vid. e. c. Ps. 27, 8. &c. Et quod *Athanasius* loco superius citato scribit, quum omnis Scriptura θεόπνευστος, vt Paulus docet 2 Tim. 3, 16. ad doctrinam &c. vtilis sit; Psalterium tamen quædam peculiariter obseruanda habet, si quis recte attenderit. *Quilibet enim liber*, vt vir S. pergit, *suum quod præfert argumentum tractat & prosequitur - - At liber psalmorum omnium reliquorum fructus, velut Paradisus, in se continens cantu profert, & præterea peculiares suos aut proprios fructus inter psallendum exhibet.* Similiter S. *Basilius* Homil. in Psalmum I. ἡ δὲ ψαλμῶν βίβλος τὸ ἐκ πάντων ὠφέλιμον περιείληφε. Προφητεύει τὰ μέλλοντα, ἱστορίας ὑπομιμνήσκει· νομοθετεῖ τῷ βίῳ, ὑποτίθεται τὰ πρακτέα· καὶ ἁπαξαπλῶς κοινὸν ταμιεῖόν ἐστιν ἀγαθῶν διδαγμάτων, τὸ ἑκάστῳ πρόσφορον κατὰ τὴν ἐπιμέλειαν ἐξευρίσκουσα.

Allegantur psalmi crebro in N. T.

Vnde etiam in N. T. eius testimonia creberrime adducuntur, vt tertia ferme psalmorum pars allegata reperiatur: crebrius etiam, quam quis putauerit, ad phrasin psalterii respicitur. Ita (vt vno tantum & altero exemplo doceamus, quod in ceteris quoque psalmis obseruari meretur) ad Ps. 1, 2. respicit Paulus 1 Tim. 4, 15. ad Ps. 1, 6. idem 2 Tim. 2, 19. Cum Ps. 2, 1. 2. cf. Act. 4, 25. seqq. cum Ps. 2, 7. Act. 13, 33. Hebr. 1, 5. c. 5, 5. item Matth. 3, 17. c. 17, 5. Ad verba Ps. 2, 8. *& dabo tibi* cf. Matth. 28, 18. Ioh. 5, 27. Phil. 2, 7. 8. Ibidem ad *hereditatem tuam* cf. Matth. 21, 38. Hebr. 1, 2. ad *fines terræ* Apoc. 11, 13. 15. Ad Ps. 2, 9. cf. Apoc. 2, 27. c. 12, 5. c. 19, 15. Ad Ps. 2, 11. vid. Phil. 2, 12. Ad Ps. 2, 12. Apoc. 6, 16. 17. &c.

De nostris adnotationibus.

§. XI. Quod ad adnotationes nostras attinet, sensum nonnunquam solicite inuestigare, & paullo vberius enarrare voluimus, vt velut exemplis studiosis viam monstraremus: sæpe tamen etiam breuibus tantum scholiis innuimus, quæ dicenda pluribus fuissent; ita tamen, vt facile ex his intelligantur, quam vim habeant ac rationem, quæ prætermissa a nobis videntur; modo quis fidelem & veritatis diuinæ cupidum animum adferat. Sic etsi non vbiuis illud monuimus, semper tamen & in omni Psalmorum lectione attendenda est inimicitia & pugna Serpentis infernalis, eiusque impii seminis, aduersus benedictum illud *Semen Mulieris*, huiusque viua membra: vtpote quæ perpetuo viguit, & ad finem vsque certaminis vigebit; sicut ab initio Dominus in spem & solatium nobis prædixit Gen. 3, 15. De reliquo omnibus sedulam ac piam omnium verborum meditationem commendamus, si dulcedinem huius cælestis pabuli experiri quis animo & gustare velit.

S. Bernhardi aureum consilium.

Nam vt optime scribit B. *Bernhardus* in Epistola ad fratres de monte Dei p. m. 1749. *Fortuita & varia lectio, & quasi casu reperta, non ædificat, sed reddit animum instabilem: & leuiter admissa, leuius recedit a memoria. Sed certis ingeniis immorandum & adsuefaciendus est animus. Quo enim Spiritu Scripturæ factæ sunt, eo Spiritu legi desiderant, ipso etiam intelligendæ sunt. Nunquam ingredieris in sensum Pauli, donec vsu bonæ intentionis in lectione eius, & studio adsiduæ meditationis, Spiritum eius imbiberis. Nunquam intelliges David, donec ipsa experientia ipsos Psalmorum adfectus indueris. Sicque de reliquis. Et in omni Scriptura tanto ne distat studium a lectione, quantum amicitia ab hospitio, socialis adfectio a fortuita salutatione. Sed de quotidiana lectione aliquid quotidie in ventrem memoriæ demittendum est quod fidelius digeratur, & sursum reuocatum crebrius ruminetur; quod proposito conueniat, quod intentioni proficiat, quod detineat animum, vt aliena cogitare non libeat. Hauriendus est sæpe de lectionis serie adfectus, & formanda oratio, quæ lectionem interrumpat; & non tam impediat interrumpendo, quam puriorem continuo animum ad intelligentiam lectionis restituat. Intentioni seruit lectio. Si vere in lectione Deum quærit, qui legit, omnia quæ legit cooperantur ei in bonum; & captiuat sensum legentis, & in seruitutem redigit omnem lectionis intellectum in obsequium Christi. Si in aliud declinat sensus legentis, omnia trahit post semet ipsum, nihilque tam sanctum, tam pium inuenit in Scripturis, quod seu per vanam gloriam, seu distortum sensum, seu per prauum intellectum non adplicet vel malitiæ, vel vanitati. In omnibus enim Scripturis legentis initium debet esse timor Domini, vt in eo primo solidetur intentio legentis, & ex eo ordinetur & exsurgat totius lectionis intellectus & sensus.*

Numerus Psalmorum.

§. XII. Restat tandem, vt de *numero Psalmorum* quædam adhuc moneamus. Canonicis enim Psalmis CL. vnum apocryphum, adeoque CLI. addunt LXX. Græci & ex his Versiones Orientales, Syriaca, Arabica & Aethiopica; diserte tamen præscribentes, quod velut supernumerarius sit, & ad præcedentes non pertineat. Immo addit Syriaca versio, quosdam *alios duodecim addi vere psalmos, quibus tn. ipsi non indigeant.* Præterea *ordo numericus* a Psalmo IX. vsque ad CXLVII. alius est in Hebræo, alius in *Græcis*, & qui illos sequuntur, Vulg. Lat. Syr. Arab. & Aethiopicis Codicibus. Psalmum videlicet IX. & X. hi coniungunt velut vnum; contra vero Psalmum CXLVII. in duos diuidunt, vt etiam ad Ps. X. notauimus. Tacemus, quod veterum nonnulli in tractatu *Berachoth*, fol. 9. seq. vt etiam Græci (in catena h. l. a *Geiero* ad Ps. 2. citati) Psalmum secundum, quod is etiam titulo destitutus est, cum primo coniunxerunt; addita lepida hac ratione, quod David omne gratum sibi carmen, per אשרי inceptum, etiam per אשרי finierit, coll. Ps. 1, 1. & Ps. 2, 12. Verum diserte Psalmus II. tanquam *secundus* a Paulo allegatur Act. 13, 33 sec. omnes ferme Codices nostros & Versiones; & contra illas suorum argutias *Kimchi* ad Ps. II. in Commentario suo bene monet, eum in omnibus probatis libris velut nouum ac *secundum* Dauidis Psalmum scribi, habendumque pro nouo carmine esse: Id quod etiam ex diuersa satis materia horum psalmorum *Schmidius* Comment. in Psalmos de Christo probat p. 8. seq. Vnicum tantum hic addimus e collatione Codicum obseruatum, quod *primum psalmum instar Procemii in totum librum* non numerauerit Codex noster 5. (vti nec R. *Sal.* Comment. *MStus*) sed *secundo* Psalmo adscripserit א, *tertio* ב, & ita porro, vsque ad psalmum 18. vbi numerare desiit. Sed forte similes ille Scriptor argutias in mente sua habuit, quales Magistri modo allegati, vel R. *Iosua ben Leui* apud Lightfootum ad Act. 13, 33. de quibus, neque opus, nec vtile est, vt nos hic plura dicamus. ויהי נעם אדני אלהינו עלינו ומעשה ידינו כוננה עלינו ומעשה ידינו כוננהו:

LIBER PSALMORVM,

Hebr.

תהלים

Pf. I.

א אשרי האיש אשר ׀ לא הלך בעצת רשעים ובדרך
חטאים לא עמד ובמושב לצים לא ישב׃
2 כי אם בתורת יהוה חפצו ובתורתו יהגה יומם ולילה׃

Pf. I. ✠. 1. a) *Beatitudines. Recti incessus, felices progressus, ac prosperi successus*, coll. nomine cognato Pf. 17, 5. & verbo Ef. 1, 17. c. 9, 12. Pf. 41, 3. Prou. 4. 14. &c. *Felicitates* scilicet, non huius tantum, sed & futuræ vitæ, ad quam ceu metam viæ omnes pergimus. cf. 1 Reg. 10, 8. Coh. 10, 17. 1 Tim. 4, 8. Nomen hoc, inquit Kimchi, *semper occurrit in numero plurali*; (constructo, ad formam *Achale* 2 Reg. 5, 3.) quia non ob vnum solum bonum, quod in eo reperitur, aut ob vnum prosperum successum, qui ei contingit, sed ob plura bona aut felicia, homo quis *beatus* dicitur. e. μακάριος ἀνήρ. quod cf. cum Matth. 5, 3--11. vbi huius prædicationis subiectum ab ipso Seruatore nostro pluribus est declaratum, vt *Syriaca* huius Psalmi *inscriptio* monet; Atque vt illic Christus, ita hic noster vates rationem veræ felicitatis, quam sola monstrat Scriptura S. seu verbum diuinum v. 2. euangelico plane modo exponere incipit. Subintelligimus itaque etiam h. l. quod alibi dicit David Pf. 32, 1. seqq. & Paulus Rom. 4, 6. seqq. nempe *beatitatem hominis esse, si Deus ei iustitiam tribuat sine operibus*: sic, vt alius ad veram illam & æternam felicitatem aditus non detur, nisi per gratuitam peccatorum remissionem a Deo in vera pœnitentia & fide propter Christum impetrandam Pf. 2, 12. Luc. 1, 77. Act. 10, 43. cum extra Christum omnis homo diuino iudicio & damnationi fit obnoxius Rom. 3, 19. 22. Ceterum *qua occasione*, aut *quo tempore*, psalmus hic a Dauide fit conscriptus, nullo indicio nobis constat, quia titulo caret; etsi enim *compendium psalmi* 119. (quem Dauid senex composuisse, & Salomoni commendasse videtur. vid. Præf. in hunc librum §. 7.) immo totius psalterii, vel vniuersæ etiam S. Scripturæ, non immerito dixeris, si singulorum verborum emphasin ac pondus digne mediteris. *Quidam* (ait *Hieronymus*, vel quisquis sub eius nomine ad hunc librum commentatus est) *dicunt, hunc psalmum quasi præfationem esse Spiritus Sancti, & ideo titulum non habere.* Et *Kimchi*: *Eximius plane est*, inquit, *hic psalmus, ideo David librum suum ab eo est exorsus.* Totum enim Psalterium, immo vniuersa *sacra Scriptura* hoc agit, vt exponat *felicitatem piorum*, qui sunt in Christo; *impiorum autem infelicitatem* & exitium æternum; quod huius psalmi argumentum est; simul docens, quænam & qualis, & vbi fit vera Dei ecclesia, & quæ sint viua membra Christi, apud quos nimirum viget studium verbi diuini, & praxis veræ pietatis. Breuiter, sec. *Aethiopem* nostrum hic psalmus per antithesin est: *Descriptio iustorum & peccatorum*; coll. Gen. 3, 15. *b*) *illius viri* l. *hominis* sunt, cuiuscunque ille sit sexus vel ordinis, ætatis aut dignitatis. Vtrumque enim sexum hic complecti, monet *M. I.* Conf. Leu. 24, 15. 17. 19. &c. Gal. 3, 28. *c*) *qui non ambulat.* Intelligendum non tam physice, quam moraliter. cf. Ef. 65, 2. Mich. 6, 16. Prou. 1, 10. 15. Sunt autem hæc Præterita sumenda *cum continuatione* Præsentis & Futuri. cf. Ef. 1, 4. Hof. 4, 18. *d*) *in consilio* & placitis. vid. Iob. 21, 16. c. 22, 18. 2 Par. 22, 5. *e*) *impiorum*, quales sunt omnes, qui sibi relicti extra Christum impie & sine Deo viuunt Ef. 57, 20. Rom. 5, 6. 8. morti ideo & miseriæ ac æternæ damnationi obnoxii. infra v. 6. Ier. 5, 26. Ez. 3, 18. Pf. 109, 7. Iob. 27, 7. *f*) *& in via.* Syr. *& in sententia* f. opinione. *Kimchi*: Non intelligitur *via* proprie sic dicta, sed *mores, studium & occupatio* hominis, vt Ex. 18, 20. Ef. 55, 7. Iob. 17, 9. adde Gen. 6, 12. Ef. 53, 6. Prou. 12, 26. Mat. 7, 13. 2 Pet. 2, 2. & cf. infra v. 6. & Coh. 12, 5. *g*) *peccatorum*, notanter talium, & in oppositione ad *iustos* v. 5. qui scil. per pœnitentiam & fidem in Christum ex Deo renati non sunt, & peccato seruiunt. Ioh. 8, 34. Rom. 3, 23. c. 6, 12. 16. cf. Num. 32, 14. Coh. 9, 2. Iob. 9, 31. Mat. 5, 17. 19. Gal. 2, 15. 17. 1 Ioh. 3, 4--9. &c. *h*) *non subsistit, non persistit*; sed reuocatus diuina gratia statim recedit, si vel in errorem abreptus sit. Ez. 18, 21. 27. Pf. 37, 27. 1 Ioh. 2, 1. 2. cf. Gen. 19, 17. Coh. 8, 3. *i*) *& in sede* f. *consessu.* Pf. 107, 32. cf. Pf. 94, 20. *k*) *irrisorum* veritatis & verbi diuini. Ef. 28, 14. 22. c. 29, 20. Prou. 1, 22. 29. 30. c. 9, 7. 8. c. 13, 1. c. 21, 24. Luc. 16, 14. 1 Cor. 1, 23. 2 Petr. 3, 3. &c. *l*) *non sedet*, ad participandum cum impiis ipsorum consiliis, dictis & factis. Pf. 26, 4. *Climax* f. gradatio hic est, vti *personarum* (*impiorum* sc. animo & vitio originali, *peccatorum* externo actu, *irrisorum* pervicacia;) ita etiam *consilii*, *via* & *sedis* eorum; nec non *actionum*, si quis *eundo consentit* & peccare incipit, *stando* autem in malo *persistit*, tandem quoque *sedendo* in impietate illa & mala vita plane *acquiescit*. de quo pluribus vid. *Kimchi*, *Calov.* aliique h. l. ✠. 2. *m*) *Sed* e contrario v. 4. Ef. 59, 2. velut regeniti ex Deo Ioh. 1, 12. 13. c. 3, 6. & noui hominis 2 Cor. 5, 17. *n*) *in lege Domini*, per quam hic non vnus tantum *Pentateuchus* Mosis, vt Iof. 8, 32. 34. &c. aut *Lex* in oppositione ad *Euangelium*; sed omnis cælestis *doctrina* & veritas, in sacris litteris *reuelata*, intelligitur: quæ & sola nos erudire potest *ad salutem per fidem in Christum Iesum* 2 Tim. 3, 15. Pf. 116, 11. Rom. 3, 4. cf. Pf. 19, 8. Ef. 1, 10. c. 2, 3. c. 8, 16. 20. &c. *o*) *est desiderium* f. *oblectatio eius.* Pf. 111, 2. sicut sponsi in sponsa, quam diligit. Gen. 34, 19. cf. Pf. 40, 9. & 119, 35. 14. 47. 72. Rom. 7, 22. *p*) *versatur, meditatur* Iof. 1, 8. Pf. 2, 1. Pf. 63, 7. ὁ μελετήσει. 1 Tim. 4, 15. *q*) indefesso studio; vt cessante etiam actu, nunquam tamen cesset plus adfectus. vid. Deut. 6, 6--9. c. 11, 18--20. Ef. 26, 9. Iof. 1, 8. Pf. 42, 4. Pf. 119, 97. & cf. Leu. 8, 35. 1 Par. 9, 33. Luc. 18, 1. 7.

Pf. I. ✠. 1. אַשְׁרֵי Prima vox metrica, eadem vero, quod ad accentum, maxime vexata. *Munach inferius* habent 10. 17. 18. 22. & *Ber. superius* vero 3. vtrumque contra analogiam. Regulariter requirebatur *Mahpach*, quod habet 1. *Merca* vero nobiscum habent 15. 16. 24. quod ipsum quoque *Rbhia* seruit, nonsolum cum hic immediate *Mercamahpachatum* præcedit, sed & alias, cum seruus incidit in vocem laborantem. Cf. e. g. secund. plerosque codd. Pf. 71, 3. Pf. 76, 8. Pf. 85, 14. Prou. 27, 10. c. 28, 10. Reliqui nullum omnino accentum initiali voci, eique maiusculis litteris scriptæ, addiderunt; præter 5. qui fe. *Makk.* quomodo fu. 1. Ceterum *Maf.* 1. & *impr.* adnotat quidem, *quatar istam vocem cum hoc accentu reperiri*, hic & Pf. 32, 2. Pf. 40, 5. Prou. 8, 34. quod vero ad *Mahpachum* accommodari nequit, quia & Pf. 45, 5. Pf. 94, 12. Pf. 117, 5. Pf. 137, 9. eadem vox itidem cum *Mahp.* occurrit; multo minus ad *Sarkam*, quem quidem *Maf. fin.* f. 11. col. 7. inepte, h. e. contra analogiam & codicum fidem, poscit. Accommodari igitur debet siue ad *Mercam*, quem in allegatis locis meliores libri habent; siue ad accentum euphonicum *Meth.* quem 22. simplicem, (אַשְׁרֵי) geminatum vero (אַשְׁרֵי) 1. 3. & 5. habent, *Makk.* vel subintellecto vel expresso. אשר sine Psk 5. 6. 8. 9. 10. 13. ✠. 2. כי sine Psk 1. 3. 5. 7. 8.

sustinere poterunt rigorem iudicii diuini. Ita recte *A. b. Esra.* Nam קום sæpe est *consistere, subsistere,* vt Ios. 7, 12. Es. 7, 4. c. 14, 24. c. 46, 10. Ezr. 9, 15 vsurpaturque

3 וְהָיָה כְּעֵץ שָׁתוּל עַל־פַּלְגֵי־מָיִם אֲשֶׁר פִּרְיוֹ ׀ יִתֵּן בְּעִתּוֹ
4 וְעָלֵהוּ לֹא־יִבּוֹל וְכֹל אֲשֶׁר־יַעֲשֶׂה יַצְלִיחַ׃ לֹא־כֵן
ה הָרְשָׁעִים כִּי אִם־כַּמֹּץ אֲשֶׁר־תִּדְּפֶנּוּ רוּחַ׃ עַל־כֵּן ׀ לֹא־
6 יָקֻמוּ רְשָׁעִים בַּמִּשְׁפָּט וְחַטָּאִים בַּעֲדַת צַדִּיקִים׃ כִּי־
יוֹדֵעַ יְהוָה דֶּרֶךְ צַדִּיקִים וְדֶרֶךְ רְשָׁעִים תֹּאבֵד׃

Psalm. II.

א ב לָמָּה רָגְשׁוּ גוֹיִם וּלְאֻמִּים יֶהְגּוּ־רִיק׃ יִתְיַצְּבוּ ׀
2 מַלְכֵי

etiam *in re iudiciali,* vt σταθῆναι Luc. 21, 36. Apoc. 6, 17. vid. Nah. 1, 6. Mal. 3, 2. Ps. 130, 3. Chald. *Ideo impii non insontes erunt.* De versione Græca cf. notas nostras ad Psalterium Aethiopicum h. l. *n*) *in iudicio* diuino, siue hic s. in nouissimo die instituendo. Es. 3, 13. Coh. 12, 14. Chald. *in die magno.* vid. Matth. 25, 32. 41. 46. 2 Cor. 5, 10. *o*) *& peccatores* (v. 1.) scil. non consistent. *p*) *in cœtu* & ecclesia s. *in conuentu* & congregatione Ps. 111, 1. Prou. 5, 14. *Kimchi:* Nam quando iustus moritur, eius anima cum animabus iustorum recreatur gloria Dei in superiore mundo. *q*) *iustorum,* qui tales sunt per *iustificationem* mere gratuitam Ps. 32, 1. seqq. Rom. 4, 6. seq. (vt ad v. 1. iam diximus) iustitiæ tamen nunc seruiunt Rom. 6, 13. 1 Ioh. 2, 29. c. 3, 7. 8. cf. not. Hos. 14, 10. *Geierus:* qui tam *imputata,* quam *inchoata* ornati sunt iustitia in his terris, adeoque *comparate* ad mundanos dicuntur *iusti* Gen. 6, 9. sed *perfecta* inhærente iustitia iusti demum erunt in cælis, Heb. 12, 23. Manent itaque *peccatores* hic exclusi a gratia Dei, quamdiu extra Christum sunt, nec vere conuertuntur; & in altera vita a iustis plane separati erunt, & cum diabolis iungentur. vid. Mat. 3, 12. c. 25, 31. seqq. Apoc. 22, 14. 15. ℣. 6. *r*) *Nam.* Caussam nunc dicit contrarii illius piorum & impiorum fati. *s*) *nouit,* non simplici tantum scientia, qua Deus & impii vias accuratissime cognoscit, sed *notitia amoris ac curæ, & adprobationis.* Alschech: *nouit, i. e. curat ac dirigit.* Kimchi: *agnoscit & prospicit ad benefaciendum illis.* Conf. Gen. 18, 19. Ex. 1, 8. Nah. 1, 7. Ps. 31, 8. Ps. 144, 3. Prou. 12, 10. ὁ. γινώσκει Κύριος 2 Tim. 2, 19. Mat. 7, 23. c. 25, 12. Ioh. 10, 14. 15. *t*) *viam* & vitam *iustorum* Prou. 2, 20. sec. verbum Dei, supra v. 2. Mat. 7, 13. 14. & ad exemplum Christi, qui ipse via est, veritas & vita Ioh. 14, 6. 1 Pet. 2, 21. institutam. *Geierus:* h. e. omnia eorundem instituta, labores, passiones, & in Deo facta opera Ioh. 3, 21. coll. supra v. 1. & propterea non potest non eandem viam secundare lætoque euentu coronare Ps. 9, 19. cf. 2 Tim. 4, 7. 8. *u*) *at via* & institutum *impiorum* v. 1. Prou. 4, 19. Phil. 3, 18. 19. quoniam id Deus minime probat Ps. 5, 5. *x*) *peribit,* & in æternum exitium tandem eos deducet. cf. Ps. 2, 12. Ps. 112, 10. Prou. 10, 28. c. 11, 7. Iob. 8, 13. c. 20, 7. Sap. 5, 6. 7. &c. Ps. II, ℣. 1. *y*) *Quare?* q. d. Quare sic frustra & impie, absque omni caussa & fructu suo in furorem versæ sunt gentes? Ita Deus *per os Dauidis* Act. 4, 25. & sic ipse quoque Dauid Propheta (alii cœtus Apostolorum, & ciuium regni Christi Act. 4, 24.) secum admirabundus, nec sine iusta querela & indignatione, expendit mundanorum, Deo Messiæque se opponentium, vesaniam, coll. v. 4. Conf. *vim exprobrandi* in hac particula Gen. 4, 6. Ex. 5, 4. & de *frustranea* actione Es. 55, 2. &c. Ἀνεπίγραφος est hic psalmus apud Hebræos & Græcos, vt primus & plures, de quibus in præfatione §. 4. diximus. Vnde titulum ex eius argumento addunt orientales Interpretes. *Syrus* habet: *De vocatione gentium; innuens prophetiam de passione Christi.* Ar. *Prophetia de Christo Domino, & vocatione gentium.* Sic *Aethiops* noster, a quo variant impressi Rom. Col. & Polyglot. Angl. vt ad Psalterium Aeth. notauimus. *Dauidis* vero esse hunc psalmum, idem addit Aethiops; recte, vt ex Act. 4, 25. certo discimus. Ex quo loco etiam non minus, quam ex argumento huius psalmi, verum eius *obiectum* patet, *Messias* nimirum v. 2 qui *Rex in Sion* a Domino *constitutus* v. 6. nempe CHRISTVS IESVS, Dominus & Seruator noster, eiusque regnum & aduersarii, cum gentes & Reges gentium, tum nationes & antistites Iudæorum. Caue enim, cum Iudæis *Dauidem* ipsum intelligendum putes, aut Dauidem sensu primo & aperto, mystico vero & abstruso Messiam, vt *Grotius* censuit, merito a *Calouio* refutatus. Male vtique etiam magnus *Bochartus* alicubi (in Epist. ad *Morleium.* p. m. 42.) scripsit: *Litteralem psalmi sensum ad Dauidem refero cum Musculo & aliis Interpretibus magni nominis.* De Christo namque hunc psalmum intelligendum esse sensu primo & proximo, per Apostolos in N. T. nos docuit interpres verbi sui optimus & maximus, Spiritus S. Et sane *argumentum psalmi tam manifeste ad regnum Messiæ pertinet, vt ne Iudæorum quidem obstinatissimi id negare possint: quia Deus filium suum compellat, Prophetam, Regem & Sacerdotem constituit, hereditatem ei attribuit orbis totius, omnipotentiam adsignat, omnibus gentibus cultum, reuerentiam & metum, ac denique fidem in ipsum imperat. Quæ omnia de homine puro puto nemo, nisi blasphemus, intelligere potest.* vt *Riuetus* scribit. Immo singula huius psalmi commata, & pene singula verba, cum de Christo intelligendum esse dictitant; quod *tredecim argumentis* probat *Calouius:* (1) e denominatione *Filii* v. 7 12. coll. Act. 13, 33. Heb. 1, 5. Matth. 3, 17. c. 17, 5. (2) e *generatione æterna* v. 7. coll. Heb. 5, 5. (3) a *Messiæ* nuncupatione v. 2. coll. Es. 61, 1. Dan. 9, 25. &c. (4) a *dominii amplitudine* v. 8. coll. Ps. 72, 8. seqq. Zach. 9, 10. (5) a *regiminis* descriptione v. 9. coll. Apoc. 19, 15. (6) a *Regum omnium* & Iudicum *subiectione* v. 10. 12. coll. Apoc. 19, 16. (7) a *religiosa veneratione* v. 11. 12. coll. Ioh. 5, 23. (8) a diuina *comminatione* v. 12. coll. Ioh. 3, 18. 36. (9) a *fiduciæ* honore v. 12. coll. Ier. 17, 5. (10) a *beatitudinis* promissione v. 12. coll. Ioh. 3, 16. Act. 4, 12. c. 10, 43. (11) a *vaticinantis* Dauidis (Act. 4, 25.) *distinctione.* (12) ab *infallibili* Spiritus S. in N. T. *explicatione,* coll. Act. 4, 25 seqq. c. 13, 33. Heb. 1, 5. c. 5, 5. Apoc. 19, 15. &c. (13) a sententiæ Grotianæ absurditate. Et certe, quod probe obseruauit *Riuetus,* ne obstinatissimi quidem Iudæi, hunc psalmum de Messia vaticinari, negare audent: quippe tempore Apostolorum id extra controuersiam erat; Talmudici quoque in eo consentiunt, idque recentiores fatentur: etsi hi ex libidine contradicendi nunc aliam viam inire malint. Vt alios mittamus, quos in pugione fidei passim *Raymundus,* & ad h. l. *Calouius* p. 934. & in Psalmis de Christo *Schmidius* p. 10. adduxerunt, *de Messia* hunc psalmum interpretantur Talmudici in *Succah* fol. 52. a. Sic in *Ialkut* part. II. fol. 90. b. *Breschith Rabba,* ad Gen. 15, 2. fol. 45. b. c. *Medrasch Tillim* fol. 4. b. & fol. 63. b. ita *Alschech* in Comment. h. l. & dubius apud se *Aben Esra* ingenue fatetur ad v. 2. *Si de Messia accipiatur psalmus, omnia multo esse clariora.* *Kimchi* quoque sub finem commentationis suæ ad h. l. ita scribit: *Sunt, qui hunc psalmum exponunt de Gog & Magog, vt Vnctus ille v. 2. sit Rex Messias. Sic etiam prisci nostri Doctores felicis memoriæ eum exposuerunt. Et perspicuus quidem hoc modo psalmus est; propius tamen, quod Dauid eum de semet ipso dixerit, vt nos exposuimus.* Np. quod peruicax *R. Salomo* sec. MSS. ipsius Codices ad hunc locum prodidit, לתשובת המינים *vt Christianis facilius respondere, & illorum argumenta eludere possint.* Ita n. habetur in *Codice Raschii membranaceo Erffurtensi,* quod similiter *Pocokius* in notis ad P. M. p. 306. seqq. in alio Codice MS. obseruauit; quodque maiori cum incommodo a Censoribus Christianis deletum, nec in Veneta, nec in Basileensi editione reperitur. Ceterum scriptum esse hunc psalmum a Dauide *sub initia regni sui,* cum gentes aduersus eum se congregassent, vt legimus 2 Sam. 5, 17. seqq. *Kimchius* arbitratur; eandemque *occasionem* huius psalmi fuisse, sentiunt *Riuetus, Boblius* aliique, vt nota 2 Sam. 5, 25. innuimus. Verum, quia Dauidi tunc temporis nondum factam legimus illustrissimam illam de Christo promissionem, quæ 2 Sam. VII. capite ei data fuit, malumus ad 2 Sam. VIII. aut X. caput huius psalmi occasionem re-

℣. 3. *r*) S. *Erit enim,* vel, vt *Alschech* habet, *Tunc enim erit.* *s*) *sicut arbor,* Chald. addit *vitæ.* S. *viridis* aut florens. cf. Ier. 17, 8. Hos. 14, 6. 9. Ps. 92, 13. Mat. 7, 17. c. 12, 33. *t*) *plantata* vel *transplantata.* Ps. 92, 14. Ez. 17, 8. 22. cf. Es. 60, 21. c. 61, 3. Mat. 15, 13. Rom. 11, 17. *u*) *ad, iuxta* Ps. 23, 2. Ps. 137, 1. vid. Ez. 47, 12. *x*) *riuos, riuulos.* (Rad. *diuisit* &c.) Ps. 65, 10. Es. 30, 25. c. 32, 2. *y*) vbi incremento non deest humor. cf. Es. 41, 18. 19. c. 44, 4. Ez. 19, 10. 13. c. 31, 4. Coh. 2, 6. Ez. 47, 1. Ioh. 7, 16. c. 7, 37. 38. & not. Num. 24, 6. *z*) *quæ non sterilis est, sed fructum suum reddit.* cf. Hos. 14, 9. Mat. 7, 16. 17. Gal. 5, 22. Phil. 1, 11. Apoc. 22, 2. *a*) iusto *tempore suo* Leu. 26, 4. Hos. 2, 11. Ps. 104, 27. cf. Mat. 21, 34. 41. Luc. 20, 10. & contrar. Mat. 3, 10. c. 21, 19. Luc. 13, 6. 7. Iudæ v. 12. *b*) ipsum *quoque folium eius* Ez. 47, 12. *c*) *non marcescit* aut *decidit.* cf. Es. 40, 7. 8. c. 64, 5. Ier. 8, 13. & Prou. 11, 28. 1 Petr. 1, 4. Mat. 25, 35. 36. *d*) *& omnia, quæ fecerit* pius. *e*) *prospere successu perficit.* vid. Gen. 21, 22. c. 39, 2. 3. Deut. 28, 29. & cf. Ioh. 3, 21. c. 15, 2--8. 1 Cor. 15, 58. Phil. 1, 20. c. 4, 13. 2 Tim. 4, 8.

℣. 4. *f*) *Antithesis,* quam emphatice repetunt LXX. Vulg. Aeth. & Ar. vt LXX. & Ar. etiam faciunt Es. 16, 6. Ad rem cf. Ps. 37, 35--38. Es. 1, 30. Ier. 17, 5. 6. Luc. 6, 25. 26. *g*) *impii.* Ergo multo minus felices sunt præfracti *peccatores* & *irrisores* v. 1. *h*) *sed* (v. 2.) *tanquam gluma, quisquiliæ* vel *acus* (8) Ps. 35, 5. Es. 17, 13. c. 41, 15. Hos. 13, 3. Mat. 3, 12. *i*) *quam* (*de area æstiua* Dan. 2, 35 vel vt LXX. & Aeth. addunt, *a facie terræ*) *dispellit* & *disiicit* Es. 41, 2. *k*) *ventus.* cf. Es. 57, 13. Ps. 18, 43. Iob. 21, 18. Ier. 4, 12. c. 49, 36. Eph. 4, 14.

℣. 5. *l*) S. *Propterea etiam.* Prou. 6, 15. *Geierus:* Vti versu præcedente impiorum sors infausta proposita fuit simili, ita nunc *sermone magis proprio* declaratur. *m*) *non consistent* nec susti-

℣. 3. פלגי *Mekk.* omittunt 1. 2. 3. 7. 8. 11. 14. Ps. II, ℣. 2. יִתְיַצְּבוּ cum *Meth.* 1. 5. 7. 8. 17. 18. 24. & *Ber.*

מַלְכֵי־אֶרֶץ וְרוֹזְנִים נוֹסְדוּ־יָחַד עַל־יְהוָה וְעַל־מְשִׁיחוֹ׃
3 נְנַתְּקָה אֶת־מוֹסְרוֹתֵימוֹ וְנַשְׁלִיכָה מִמֶּנּוּ עֲבֹתֵימוֹ׃ יוֹשֵׁב 4
ה בַּשָּׁמַיִם יִשְׂחָק אֲדֹנָי יִלְעַג־לָמוֹ׃ אָז יְדַבֵּר אֵלֵימוֹ בְאַפּוֹ
6 וּבַחֲרוֹנוֹ יְבַהֲלֵמוֹ׃ וַאֲנִי נָסַכְתִּי מַלְכִּי עַל־צִיּוֹן הַר־
קָדְשִׁי׃ Oo oo2 פג ב

am omnium sæculorum. *b*) Vulg. *&* quare *populi* f. *nationes*. Aeque late alias patet, vt præcedens; hic tamen *nationes*, h. e. famili-

as & *tribus Israelis* intelligimus, fec. Act. 4, 27. cf. Pf. 7, 8. Gen. 25, 23. Ef. 34, 1. &c. *c*) *voluunt, moliuntur* animo, vt Pf. 1, 2. & ore ac lingua *proferunt* Ef. 59, 3. Pf. 37, 30. Prou. 8, 7. quod animo *meditati funt* ac conceperunt. cf. Luc. 2, 34. 35. *d*) *inane quid*, vel *inanitatem* Pf. 4, 3. Pf. 73, 13. vanas fc. fibi fingendo fufpiciones, & vana atque fallacia confilia, fi quo modo regnum & ecclefiam Chrifti partim impediant, partim euertant. cf. Ioh. 11, 47--53. Matth. 26, 3. feqq. Act. 13, 45. c. 23, 12. &c.

℣. 2. *e*) *Siftunt enim fe*; vel potius repetita ex v. 1. interrog. *Quare infurrexerunt, confiftunt & opponunt fe?* Pf. 94, 15. 1 Sam. 17, 16. Alfchech: *Hoc fiet*, inquit, *quando Gog veniet*. Verum etiam iam cum fic factum effe, experientia probauit.

f) non tantum vulgus, fed etiam *Reges terræ*; tam Iudæorum, Herodes M. Matth. 2, 3. 16. cum filio *Antipa* Luc. 3, 1. c. 23, 11. 12. & nepote *Agrippa* Act. 12, 1. quam gentium & Romanorum. cf. Pf. 48, 5. Mac. 10, 18. Luc. 21, 12. & Apoc. 16, 14. c. 17, 2. 18. &c. *g*) *& Principes*, vt Pontius Pilatus Act. 4, 27. ac *Senatores* Iudæorum &c. Iud. 5, 3. Prou. 14, 28. c. 31, 4. *h*) *confultarunt*, inito confilio *confpirauerunt* & quafi *fundarunt fe*. *Confilium* enim ad res gerendas fe habet, vt *fundamentum* ad ædificium, inquit *Kimchi*. cf. Pf. 31, 14. Efth. 1, 8. *i*) *vna*. LXX. vt Act. 4, 26. ἐπὶ τὸ αὐτό. in eo communibus quafi votis confentientes, vt Chrifto aduerfi fint. cf. Luc. 23, 12. Matth. 22, 34. &c. *k*) *contra Iehouam*. v. 12. in quem contemtus ille & peruicacia redundat. Luc. 10, 16. Ioh. 5, 23. 1 Ioh. 2, 23. Ef. 50, 10. &c. *l*) *& contra Mesfiam* f. *Chriftum*, i. e. *Vnctum eius*, in fumma eminentia fic dictum, vt Dan. 9, 25. nempe Chriftum Iefum, qui quoad humanam naturam vnctus eft Spiritu S. præ confortibus fuis Ef. 61, 1. Pf. 45, 8. Ioh. 3, 34. Act. 10, 38. vt *Rex*, vid. infra v. 6. *Propheta*, coll. 1 Reg. 19, 16. & *Pontifex*, coll. Ex. 29, 7. &c Targ. *ad rebellandum (coram) Domino, & ad certandum contra Mesfiam eius*. cf. e. c. Mat. 21, 15. 16. it. v. 38. 39. Ioh. 9, 22. c. 11, 57. &c. ℣. 3. *m*) Dicentes, *Rumpamus*, Iud. 16, 9. Ier. 2, 20. c. 5, 5. pro tuenda noftra libertate, coll. Rom. 6, 18. 21. *Mimefis* hic fubintelligi vult verbum לֵאמֹר, vt Pf. 89, 4. Ef. 14, 8. Ez. 29, 32. Hof. 5, 15. & frequentiffime. *n*) *vincula eorum*, (nempe Iehouæ & Chrifti eius. v. 2. coll. Ioh. 14, 24.) Nah. 1, 13. Pf. 107, 14. tanquam fubiectionis inftrumenta, & fymbola feruitutis Ier. 27, 2. 6. 7. *Metaphora* ab equis vel bobus refractariis. cf. Ex. 32, 9. Pf. 32, 9. Iob. 30, 11. Mat. 11, 29. Act. 7, 51. *o*) *& abiiciamus a nobis*. cf. Pf. 50, 17. *p*) *funes eorum* Iud. 15, 13. 14. c. 16, 12. Ef. 5, 18. Ez. 3, 25. nolumus enim hunc regnare fuper nos Luc. 19, 14. cf. Iob. 21, 14. 15. & Hof. 11, 4. Mat. 11, 30. 1 Ioh. 5, 3. *Vincula & funes* vocant fine dubio *Verbum, præcepta & obedientiam*, Chrifto & verbo ipfius exhibendam, inquit *Schmid*. p. 18. ℣. 4. *q*) *At qui habitat* vel *fedet in cælis* Pf. 123, 1. velut in folio fuo Ef. 16, 5. c. 66, 1. Pf. 9, 8. adeoque infinitis modis maior & fuperior omnibus regibus terræ v. 2. Iob. 4, 19. vid. Ef. 40, 22. Pf. 113, 5. *r*) non metuet, fed contemnet & *ridebit* minas eorum. cf. Pf. 37, 13. Pf. 59, 9. Iob. 5, 22. c. 39, 7. 22. *s*) *Dominus*, rerum omnium conditor ac conferuator, Ef. 6, 1. Dan. 9, 7. 17. per quem, & propter quem fune omnia Rom. 11, 36. Col. 1, 16. 17. Hebr. 2, 10. Ita cum *Iod* præcedente *Kamets* compofitum (vid. *Hilleri* On. S. p. 257. feqq.) ex facrofanctis Dei nominibus eft, vt paffim notat Mafora, & in codicibus noftris notula קדש ad Gen. 18, 3. c. 19, 18. Loca, quibus occurrit, male in Concordantiis Hebræis maxima ex parte omiffa, in fine earum exhibet *Buxtorfius*. Targ. habet *Verbum Domini*, Alfchech *Schechina*, i. e. Mesfias f. Filius Dei v. 2. 7. 12. directe ab impiis oppugnatus, qui alibi etiam *Hadon*, & *totius terræ Dominus* dicitur. vid. Zach. 4, 14. Mal. 3, 1. &c. *t*) *fubfannabit eos* Pf. 59, 9. Prou. 1, 26. coll. c. 3, 34. ὁ. ἐκμυκτηριεῖ αὐτοὺς, iuftiffima talionis pœna Luc. 16, 14. c. 23, 35. Gal. 6, 7. ℣. 5. *u*) *Tunc*, quando rupta iam effe vincula illi putabunt v. 3. *x*) *loquetur ad eos*. Suffixum *poeticum* eft, vt v. 3. *y*) *in ira fua* v. 12. grauiffima quæque, & æternum tandem exitium, nifi refipifcant, illis denuntiaturus & irrogaturus. cf. e. c. Pf. 50, 21. Ef. 50, 11. Mat. 3, 7. feqq. c. 23, 13. 33. 38. Act. 7, 51. c. 9, 5. &c. *z*) *& in ardore feu furore fuo*. Pf. 69, 25. Pf. 78, 49. cf. Pf. 58, 10. *a*) *perterrefaciet feu conturbabit eos*, Pf. 48, 6. Pf. 83, 16. Efr. 4, 4. vt vel fanctis monitis & concionibus (infra v. 10. 11. 12.) cedant, ficut factum eft Act. 2, 37. c. 5, 38. &c. vel omni fpe, folatio, confilio & auxilio tandem deftituti, quo fe vertant, plane nefciant. Conf. Nah. 1, 6. 1 Sam. 28, 21. Pf. 50, 3. Ef. 34, 2. feqq. Apoc. 6, 16. 17. Mat. 25, 41. ℣. 6. *b*) *Ego vero*, inquit Dominus Deus Pater omnipotens v. 1. 4. in oppofitione ad pulvereos illos Reges & Principes v. 1. 2. *c*) S. *inunxi* vt Regem 1 Sam. 16, 13. &c. vnde etiam *Mesfias* f. *Vnctus* dicebatur fupra v. 2. Sic Symmach. ἔχρισα. cf. Act. 4, 27. Al. vt Syr. *conftitui*. vtrumque fignificatum expresfit *Targ*. *vnxi Regem meum & conftitui eum*. fcil. æterno, certo & irrefragabili confilio meo, vt nec vos illud impedire posfitis, nec portæ inferorum illud euertere queant. Conf. Prou. 8, 23. & Act. 2, 36. At LXX. Vulg. Ar. Aeth. contra grammaticam, ne loquentis perfona mutaretur: *Ego autem conftitutus fum Rex ab eo fuper Sion montem fanctum eius, Prædicans præceptum eius* &c. v. 8. cf. Syrum v. 7. & Pf. 3, 3. *d*) *Regem meum*, nempe illum *vnctum* v. 2. & *filium meum* v. 7. Pf. 45, 1. 6--8. Regem vero *fuum* dicit Deus, quem ipfe fine alius interuentu conftituit, & prorfus incomparabilem præftitit. Quippe, vt *Geierus* h. l. fcribit, poteftas illa regia non eft creatum vel finitum quid, fed *ipfamet diuina gloria*, quam Filius cum Patre habet communem. Vnde etiam in hunc Regem *confidere* iubentur reges ceteri v. 12. coll. Pf. 89, 28. Dan. 7, 14. c. 2, 44. Luc. 1, 32. 33. *e*) S. *fuper Sionem*; ficut Saul *fuper Ifraelem* vnctus dicitur 1 Sam. 15, 17. i. e. fuper ciues Sionis feu Ecclefiam meam, Ef. 18, 7. c. 49, 14. c. 51, 17. c. 52, 1. Ez. 20, 40. &c. Refpicitur ad typicum Regnum Dauidis, eiusque fedem in monte Sion 2 Sam. 5, 6. 7. 1 Reg. 8, 1. 1 Par. 11, 4. 7. Al. *fuper Sione inauguraui*, i. e. *inaugurare vel declarare potius conftitui*, per *effufionem* Spiritus S. Act. 2, 1--4. vt deinde doctrina Euangelii e Tfione exiret, coll. Ef. 2, 3. Pf. 110, 2. *f*) *montem fanctuarii mei*. Sic dicitur etiam Pf. 15, 1. Pf. 43, 3. Pf. 48, 2. &c. quod Arca fœderis illic adferuata 2 Sam. 6, 12. feqq. 1 Par. 15, 1. 3. 12. c. 16, 1. 2 Par. 8, 11. & poftea in contiguo illius altero iugo *Moriiah*, templum extructum fuit 2 Par. 3, 1. Vnde Tfion, cum typica tum antitypica, dicitur *mons Dei dilectus*, it. *habitatio & fedes eius*. vid. Pf. 78, 68. Pf. 87, 2. Pf. 132, 13. 17. &c. opponiturque monti *Sinai* Heb. 12, 22.

℣. 2. ורוזנים נוסדו Sic 1. At per geminum *Nun*. 6. 9. 10. 13. 20. & fic fu. 5. ℣. 5. ובחרונו per *Rhhis* ² Gerefch. i. ³ 2.

referre. Sicut enim Dauid Rex ab impiis per circuitum gentibus, poftea etiam a filio & rebellibus Ifraelitis acerrime oppugnatus, a Deo tn. conftanter adiutus & conferuatus fuit; ita *Propheta cum effet, & sciret, quod iureiurando ipfi Deus effet pollicitus, de fructu lumborum eius fe excitaturum effe Mesfiam, in throno eius collocandum*, hæc omnia *præuidens* in Spiritu, de omnium antichriftianorum deliberationibus, ftudiis & conatibus aduerfus Chriftum, & de Chrifti regno, eiusq; amplitudine & ftabilitate vaticinatus eft. cf. Act. 2, 30. 31. & *Brentium* h. l. Habemus itaque hic irrefragabile teftimonium Spiritus S. de *CHRISTO Dei filio ex æterna generatione, & de falute per fidem in ipfum obtinenda*; quod vtrumque hodie damnant & reiiciunt perfidi Iudæi. Præuidit autem Dauid & vaticinatur *I.* quod aduerfus regnum Chrifti *tumultuaturus* fit mundus v. 1-3. fed quod *II.* Deus illud potentisfime fit *confirmaturus* & amplificaturus v. 4-9. adeo, vt *III.* etiam *Reges* illi *feruituri* fint, aut *perituri* v. 10-12. vt *Schmidii* lemmata habent. *Stilus* mimeticus eft, & pfalmus *per modum dialogi* fcriptus; ita tamen, vt variantium fubinde perfonarum, æque vt in Cantico & alibi, expresfa mentio non habeatur. De quo vide fis pluribus *Geierum* aliosque h. l. *z*) cum tumultu & ftrepitu *concurfum fecerunt*. Vulg. & LXX. *fremuerunt*, vt equi. S. *tumultuatæ funt*. (1) Verbum Chaldæis & Syris frequentius. vide Dan. 6, 6. 12. & nomina pf. 55, 15. pf. 64, 3. *Arabice* etiam fignificat *Tonuit & magno cum fragore concusfum fuit cælum, vehementi fono barriuit camelus* &c. *a*) vanæ & impiæ *gentes*. Ef. 40, 17. Pf. 79, 6. Eph. 3, 12. c. 4, 17. Conf. Luc. 18, 32. Act. 16, 19. 21. c. 19, 23. &c. & de perfecutione Ecclefiæ hiftoriam

פתח באתנח

קָדְשִׁי׃ אֲסַפְּרָה אֶל־חֹק יְהוָה אָמַר אֵלַי בְּנִי אַתָּה אֲנִי 7
הַיּוֹם יְלִדְתִּיךָ׃ שְׁאַל מִמֶּנִּי וְאֶתְּנָה גוֹיִם נַחֲלָתֶךָ וַאֲחֻזָּתְךָ 8
אַפְסֵי־אָרֶץ׃ תְּרֹעֵם בְּשֵׁבֶט בַּרְזֶל כִּכְלִי יוֹצֵר תְּנַפְּצֵם׃ 9
ועתה

nunquam Angelo dicit Hebr. 1, 5. cf. Es. 9, 5. Hos. 11, 1. Ps. 80, 16. Act. 13, 33. Hebr. 5, 5. *a*) *Ego* namque, Deus Pater v. 2. cuius etiam Agur meminit Prou. 30, 4. *b*) *hodie*, scil. *hodie aeternitatis*, (vt ἡμέραν αἰῶνος Petrus dixit 2 Pet. 3, 18. coll. v. 8.) *in quo* sec. *Augustinum* h. l. *nec praeteritum quidquam est, quasi esse desierit; nec futurum, quasi nondum sit: sed praesens tantum.* Quia apud Deum nunquam crastinus, nunquam hesternus dies est, sed semper *hodie*. vt idem *August.* de quinque haeres. c. 4. loquitur. *Non enim* (vt bene monet h. l. *Lutherus*) *nobiscum loquitur Deus, sed cum illo, qui est extra tempus apud Deum.* Tom. IV. Ien. Lat. f. 750. vbi plura habet notatu dignissima. Sic Prou. 8, 30. יוֹם יוֹם dicitur de iis, quae acta sunt in aeternitate diuina, & ante mundi creationem: & Mich. 5, 1. *exitus Christi* dicuntur *ab aeterno*, מִימֵי עוֹלָם s. *a diebus aeternitatis*. vbi videsis notata. cf. Es. 43, 13. Hinc etiam Christus dicitur πρωτότοκος πάσης κτίσεως, h. e. *ante omnia genitus* Col. 1, 15. πρὸ πάσης κτίσεως τεχθεὶς, vt *Basilius* habet Hom. 4. adu. Eunom. Sicut & *Orpheus* apud *Lactantium* lib. 1. c. 5. Deum verum & magnum πρωτόγονον s. *primogenitum* adpellat, *quod ante ipsum nihil sit genitum*, sed ab ipso sint cuncta generata. cf. Ioh. 1, 1. 2. 3. *c*) *genui te*, quare etiam te contra omnes hostes tumultuantes paterne & potentissime semper defendam. Non dicit Deus adoptaui, sed *generaui te*; quod communicationem eiusdem essentiae & naturae diuinae significat, modo tamen prorsus ineffabili; sicut in humanis generans pater filium reddit naturae suae humanae participem. cf. verbum de patre Gen. 4, 18. c. 6, 10. c. 10, 8. 13. Ideo Christus est & dicitur εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου Col. 1, 15. ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ Heb. 1, 3. Ceterum acute *Raymundus* in Pug. fid. p. m. 526. Non dicit, inquit, *olim genui te*, quia sic videretur totaliter haec generatio praeteriisse & desiisse: nec dicit, *hodie gigno te*, quia sic videretur noniter incepisse: conuenientius igitur dixit, *hodie genui te*, vt daret intelligi per *hodie*, generationem illam nunquam praeteriisse nec desiisse: & per *genui*, nunquam coepisse nec nouiter inchoasse. Breuiter *Coc.* Lex. p. 307. Cui eximanti dicitur a DEO, *Hodie genui te*, eius aeterna ex Deo processio est. Obiiciunt quidem Iudaei aduersus propriam & substantialem generationem, Deut. 32, 18. verum ibi (1) non *pater* sed *Rupes* genuisse dicitur, (2) neque vnum, vti h. l. sed certum populum: quem in regnum gratiae adsumserat, Deut. 26, 18. c. 27, 9. c. 29. 12. & natura malum per verbum & sacramenta *regenuerat* Iac. 1, 18. quod de Messia dici nequit, qui semper est & fuit perfectissime *sanctus* Es. 1, 4. c. 47, 4. Dan. 9, 24. *iustus & innoxius* Es. 53, 9. 11. 1 Pet. 1, 18. 19. Ier. 23, 6. *impollutus* Ps. 45, 3. *& a peccatoribus separatus* Heb. 7, 26. fatentibus hoc alibi Iudaeis.

℣. 8. *d*) *Pete* itaque s. *Postula* modo *a me*, qua homo es, quaecunque ad regni tui maiestatem pertinent aut requiruntur. Quod factum vide Ioh. 17, 1. seqq. & cf. verbum 1 Reg. 3, 5. 2 Reg. 2, 9. *e*) *& dabo* tibi vt homini, sed in vnitate personae τοῦ Λόγου, & ad dextram meam post mortem tuam in caelis exaltato Ps. 110, 1. cf. Ps. 21, 3. Dan. 7, 14. Mat. 28, 18. Ioh. 5, 22. 27. *f*) non Iudaeos tantum & Israelitas, sed *gentes* etiam Es. 49, 6. quae supra v. 1. rebelles, & sub V. T. alienae erant a ciuitate Israelis Eph. 2, 11. 12. *g*) *hereditatem tuam* Ps. 33, 12. cf. Ps. 16, 5. 6. Ps. 47, 5. Es. 53, 12. quia nemini, nisi tibi filio meo, ius illud hereditatis, & vniuersale dominium competit. vid. Ps. 82, 8. Mac. 21, 38. Hebr. 1, 2. *h*) *& possessionem tuam*, Leu. 14, 34. Num. 32, 5. quam eripere tibi nullus valebit. Ioh. 10, 28-30. Es. 45, 23. Phil. 2, 9. seqq. *i*) *fines terrae*, i. e. vniuersum orbem terrarum. cf. Ps. 19, 5. Ps. 22, 28. Ps. 72, 8. Es. 45, 22. c. 52, 10. Mich. 5, 3. Zach. 9, 10. & de complemento post VII. tubam Apoc. 11, 15.

℣. 9. *k*) S. *Conteres*, & sic Targ. *confringes eos*, puta rebelles & hostes v. 1. 2. si non obedinerint, & regno tuo se submiserint, pro potestate tibi, tq. Iudici, tradita. a rad. רָעַע Prou. 11, 15. c. 25, 19. Dan. 2, 40. At LXX. Vulg. Syr. Ar. Aeth. *Pasces eos*, ex rad. רָעָה, vt Mich. 5, 3. 5. Vnde Apoc. 2, 27. c. 12, 5. c. 19, 15. *l*) *virga ferri* s. *ferrea*. Heic siue intelligas *virgam pastoralem*, vt Mich. 7, 14. Ps. 23, 4. siue *regiam*, quam *sceptrum* dicimus, vt Ps. 45, 7. & quidem ad aduersarios caedendos comparatam, vt Num. 24, 17. Esa. 9, 3. c. 14, 5. 6. c. 30, 31. additum nomen materiae, non *auri*, vt Esth. 5, 2. sed *ferri*, tanquam durissimi metalli Dan. 2, 40. indicat *sceptrum potentiae* Ps. 110, 2. *Virgam oris* Christi Es. 11, 4. & spiritum labiorum s. *gladium oris* ipsius 2 Thess. 2, 8. h. e. *verbum* prodiens ex ore ipsius, Apoc. 1, 16. quod vti in Euangelio potens est ad salutem omni credenti Rom. 1, 16. ita in decretoria sententia aduersus refractarios & hostes, terribile quoque est, & penetrantius ancipiti gladio Heb. 4, 12. Apoc. 19, 15. ad destructionem omnium aduersariorum 2 Cor. 10, 4. cf. Ier. 23, 29. & e. c. Ioh. 18, 6. Act. 9, 4. 5. *m*) *sicut vas figuli*, quod facillime frangitur, nec ita reparari potest. Es. 30, 14. Ier. 19, 10. 11. *n*) quasi *in frusta comminues & dissipabis eos*. cf. Iud. 7, 19. Ier. 13, 14. c. 48, 12. c. 51, 20. seqq. Ps. 137, 9. Hoc, quantum ad Iudaeos, abunde completum est per excidium primum Titi, deinde Hadriani. De reliquorum Antichristianorum fatis conf. historia Ecclesiastica & S. Apocalypsis.

℣. 7. אָמַר sic recte 24. sec. analogiam. cf. Ps. 96, 4. Ps. 145, 3. vbi similis accentuum consecutio. At servuum *Mahpach*, relicto tamen conseruo, alii omiserunt, alii in *Mercam* conuerterunt, alii solum *Sarka* postpositiuum habent: omnes errones. Sed 2. non minus bene אָמַר אֵלַי sic in. 5. אַתָּה per *Kam.* 3. 6. 9. 10. 12. 13. 14. 20. sic S1. 5. contra *Mass.* I. 2. *impr.* & *Erff.* itemque *Ind.* Bas. f. 61. d. יְלִדְתִּיךָ *defect.* poscit *Mas. Erff.*

℣. 7. *r*) *Enarrabo* itaque (inquit Rex Messias v. 6. 2. vnde *Syrus* in tertia persona: *Vt enarraret decretum meum.* cf. not. v. 1. & 6.) i. e. pro officio suscepti muneris prophetici, cum ipse, tum per seruos meos, exacte & quasi ad numerum, & cum omni loquendi fiducia Act. 4, 29 *adnunciabo* hominibus consilium Dei de officio & regno meo, eorumque salute. Luc. 7, 30. Ioh. 1, 18. Act. 20, 27. Eph. 1, 11. cf. Ps. 9, 2. 15. Ps. 22, 23. Ps. 40, 6. 10. Ps. 118, 17. *s*) *ad decretum, ad praescriptum* Patris; nihil ex memet ipso, sed omnia sec. illius mandatum dicturus & facturus, coll. Ioh. 8, 28. c. 12, 49. c. 14, 10. Al. simplicius, *de decreto* Patris, coll. Ps. 69, 27. Es. 38, 19. Ier. 27, 19. Iob. 42, 7. Sic Luth. Schmid. &c. *t*) quod nimirum *Iehoua*, Deus Pater v. 2. qui v. 6. me meumque regnum item commendauit, vt mea commendatione aut propria laude opus non sit. Ioh. 5, 31. 32. *u*) *dixit* in aeterno illo decreto & consilio patris (de quo confer not. ex veteribus Iudaeis ad Es. 48, 16.) semperque *dicit* ac *dicturus est*. cf. Hebr. 13, 8. *x*) *ad me* Messiam v. 2. Dei ex vera, propria & aeterna generatione, Dauidis autem, qua homo, filium. cf. Dan. 7, 13. *y*) *Filius meus*; non adoptiuus, quales fideles Mos. 2, 1. Ioh. 1, 12. & pii magistratus Ps. 82, 6. aut angeli boni dicuntur Iob. 1, 6. c. 2, 1. sed essentialis & *vnigenitus* Ioh. 1, 14. 18. c. 3, 16. 18. *verus* 1 Ioh. 5, 20. *proprius* Rom. 8, 32. *Patri aequalis* Ioh. 5, 18. 23. c. 10, 30. 33. Phil. 2, 6. & prorsus eximie *dilectus* Mat. 3, 17. c. 17, 5. 2 Pet. 1, 17. Ioh. 1, 18. *z*) *tu es*, quem Regem constitui v. 6. & rebelles illi ferre nolunt v. 3. Quale quid Deus nun-

10 ועתה מלכים השכילו הוסרו שפטי ארץ׃ עבדו את־
11 יהוה ביראה וגילו ברעדה׃ נשקו־בר פן־יאנף
12 ותאבדו דרך כי־יבער כמעט אפו אשרי כל־חוסי בו׃
א ג מזמור לדוד בברחו מפני אבשלום בנו׃ Psalm. III.
2
3 יהוה מה־רבו צרי רבים קמים עלי׃ רבים אמרים
לנפשי

ψ. 10. o) *Nunc itaque.* Es. 28, 22. dum scil. adhuc tempus gratiæ, & veniæ locus est Ps. 95, 7. Gal. 6, 10. & quia hæc omnia ita comparata, sicut dictum est, vt vel cedendum & resipiscendum vobis sit, vel pereundum. Paterna hæc est Dauidis seu potius Spiritus S. (distincti a Patre & Filio v. 11. 12.) per Dauidem *exhortatio*; quia non vult Deus mortem peccatoris, sed potius, vt conuertatur & viuat Ez. 18, 23. 32. c. 33, 11. 2 Pet. 3, 9. vnde & Paulus pro eiusmodi regibus & magistratibus preces fieri iubet 1 Tim. 2, 2. 4. Conf. etiam Petri exhortationem Act. 3, 17. 19 seqq. p) *o Reges*, qui vesano animo cum gentibus vestris adversus Christum insurrexistis v. 2. q) *prudenter*, nec secundum cæcam vestram rationem aut ignorantiam *agite*. Ps. 14, 2. Ps. 94, 8. Quia stultum est, refragari illi, cuius imperio te subducere non potes; & repugnare, cum æterna tibi salus offertur. LXX. & Vulg. *Intelligite* scil. ista, supra dicta. Sic cf. verbum Deut. 32, 29. r) *erudimini* s. *corrigimini* per veram ac seriam pœnitentiam, sec. verbum Dei institutam Ier. 6, 8. Targ. *correptionem recipite*; hactenus *verbalem*, per illa quæ dicta sunt, ne *realem* vos experiri oporteat, sicut pessimum mancipium, quod non nisi plagis emendatur Prou. 29, 19 Ez. 23, 48. ὁ. παιδεύουσα Tit. 2, 12. Respicit autem hoc ad v. 3. vbi *vincula & funes* dicebant impii disciplinam verbi diuini & Euangelii Christi. s) *vos iudices* & principes v. 2. *terræ* s. orbis terrarum v. 2. 8. Es. 40, 23. Ps. 148, 11. Quales erant olim Carthaginiensium *Suffetes*, ex Hebraica lingua nominis originem nacti.

ψ. 11. s) *Exultate*, humili fide & pio obsequio, tanquam *servi* & cives regni eius; nec vltra, sicut v. 3. morem ei gerere detrectate. LXX. & Vulg. *Seruite Domino* scil. vero cultu diuino. cf. Ps. 100, 2. Deut. 28, 47. Mal. 3, 14. 18. u) *Iehouam* & Dominum vestrum, contra quem insurrexistis v. 2. cum tamen ille sit Deus deorum & Dominus dominorum Deut. 10, 17. c. 28, 58. cui etiam soli religiosus cultus debetur c. 6, 13. Mat. 4, 10. x) *cum* sancto *timore* & filiali reuerentia, ne porro eundem offendatis: qualis timor sapientiæ initium est & profectus auget Prou. 1, 7. c. 8, 13. c. 9, 10. cf. etiam Mal. 1, 6. y) & sentientes, quam bonus ac benignus sit Dominus Ps. 34, 9. 1 Pet. 2, 3. *exultate* Ps. 9, 15. Ps. 32, 11. cf. Es. 9, 2. Luc. 2, 10. Rom. 14, 17. z) *cum tremore* (4) Ps. 48, 7. oriundo scil. ex consideratione vestræ indignitatis, & summæ gratiæ atque salutis, qua Deus in Christo vos dignatus est. Col. 1, 12. seqq. 1 Pet. 2, 9. *Grierus*: Non interuertitur, inquit, hoc modo gaudium spiritus aut fidei, sed priori solum furori ac tumultuationi v. 1. conueniens adhuc adiicitur frenum, adeo vt toti cohorrescant hi veri Messiæ subditi, quoties prioris rebellionis repullulascere vident tentamina &c. Conf. Phil. 2, 12. qui locus cum hoc nostro coincidit.

ψ. 12. a) *Osculamini*, osculo scil. reconciliationis Gen. 45, 15. subiectionis Gen. 41, 40. & amoris 1 Sam. 10, 1. immo cultus religiosi, vt 1 Reg. 19, 18. Hos. 13, 2. Iob. 31, 27. Luc. 7, 38 b) *Filium*, nimirum Messiam v. 2. quem Iehoua *Regem* & *Filium suum* dicebat v. 6. 7. ceu Saluatorem vestrum & intercessorem Es. 53, 11. 12. Ier. 23, 6. 1 Ioh. 2, 1. 2. Ita etiam recte nobiscum exponunt *A. b. Ezra & Syrus* &c. Fluctuat Kimchi; Targ. vero LXX. Vulg. Ar. Aeth. male habent *Recipite* vel *Adprehendite disciplinam* &c. Nomen hoc *Filii* rarius apud Hebræos, frequentius apud Chaldæos & Syros reperitur. vid. Prou. 31, 2. Dan. 3, 25. c. 5, 22. c. 7, 13. Ezr. 5, 1. &c. c) *ne tandem* ille ad iustam vindictam *irascatur*. 1 Reg. 8, 46. c. 11, 9. Es. 63, 3. 6. Ezr. 9, 14. Apoc. 6, 16. Rom. 2, 5. d) *& pereatis* anima & corpore Mat. 10, 28. Deut. 4, 26. Iud. 5, 31. Ps. 9, 4. Ps. 10, 16. Ps. 37, 20. Ps. 68, 3. Iob. 4, 9. &c. e) *In via*, quam sc. rebelles Iehouæ & Christo v. 2. 3. impie ingressi estis Ps. 1, 1. 6. Gen. 6, 12. coll. Deut. 32, 28. Ps. 146, 4. Subaudi. ב, vt Hos. 6, 9. Num. 12, 5. Ps. 44, 3. Al. vt *Cusset.* p. 11. *ne perditi sitis quoad viam bonam.* Sic LXX. Vulg. &c. *& pereatis de via iusta.* Syr. *& pereatis de via eius.* Quod per antithesin etiam est in nostra explicatione. f) *quia.* sic bene Targ. Syr. &c. Al. *quum* vel *quando*, vt Es. 1, 12. c. 43, 2. g) *exardescet*. Ier. 4, 4. c. 7, 20. Esth. 1, 12. & velut ignis inextinguibilis in æternum *ardebit* Mat. 3, 12. Deut. 32, 22. h) *breui*, & citius opinione vestra. Es. 26, 20. Ps. 81, 15. Prou. 5, 14. 2 Par. 12, 7. cf. 1 Thess. 5, 2. 3. i) *ira eius*, tanquam summi omnium Iudicis, Ps. 110, 5 Es. 63, 3. nec in perpetuum diuitias bonitatis, patientiæ & longanimitatis suæ impune despici sinet. Rom. 2, 4. cf. 2 Thess. 1, 7. 8. Apoc. 6, 18. k) *beatitudines* vero sunt *omnium*, & æternum illis bene erit. vid. Ps. 1, 1. l) Syr. *qui confidunt in eo.* Targ. *qui sperant in Verbo eius*, proprie: *qui confugium & receptum suum habent in eo*, nempe *Filio Dei*, de quo totus hic versus loquitur. vid. not. v. 1. & Nah. 1, 7. & cf. Ps. 36, 8. Ps. 18, 3. Ps. 34, 9. Ps. 118, 8. 9. Es. 30, 18. c. 28, 16. Ier. 17, 7. Prou. 16, 20. Rom. 9, 33. 1 Pet. 2. 6. Ceterum addimus hic, quæ Iudæi in *Medrasch Tillim* fol. 4. d. adnotant; licet male ad populum Israeliticum referant, quod Christo sec. Scripturas in solidum debetur. *Res hæc*, inquiunt, *per parabolam ita declarari potest: Si quis Rex iratus sit prouincialibus* s. ciuibus suis, *& illi abeant ac supplicent Regis filio, vt placatum sibi reddat Regem, is etiam sic fecerit, & Regem placauerit ideo, quod Filio supplices facti sint; tum, si adierint Regem, & hymnum ei dixerint* (gratias agentes); *Respondet: Mihine vos hymnum dicitis? Abite itaque, & gratias* quoque *agite Filio meo: nisi enim ille fuisset, totam prouinciam* (vos omnes) *interempturus fuissem.*

Ps. III, ψ. 1. m) *Psalmus* s. *Canticum*, in totius Ecclesiæ vsum cantatum & porro canendum Ps. 4, 1. Ps. 5, 1. &c. Radix in *Kal* significat *Putauit*, *amputauit*, *secuit*, *resecuit* Leu. 25, 3. 4. Es. 5, 6 In *Piel* vero *cecinit*, *Psallit*, modulatione sc. certis cæsuris & numeris incisa Ps. 47, 7. 8. Ps. 59, 18. Ps. 147, 1. *Kimchi*: Ita vocati sunt psalmi, non quum scripti, sed cum cantati sunt in Sanctuario. n) *Dauidis* vel *Dauidi* inspiratus. Sic Ps. 4, 1. Ps. 5, 1. Ps. 6, 1. vid. not. Hab. 3, 1. & Præf. in hunc librum §. 3. o) *quum fugeret.* vid. 2 Sam. 15, 14. 32. & illic not. Coniicimus tamen nunc, preces has non tam prope Hierosolymam in monte oliueti, vt *Lightfootus* censuit Chronol. p. 66. sed post mediam noctem aut summo mane, quum nuntium de periculosissimo Achitophelis consilio, quod Dominus interturbauerat, accepisset, coll. huius Psalmi v. 6 cum 2 Sam. 17, 1. 2. 14. 20. 21. p) *a facie*, i. e. *propter*, vel *metu* eius, vt Gen. 7, 7 Num. 20, 6. Ier. 41, 18. q) de quo cf. 2 Sam. 13, 26. 28. c. 14, 30. c. 15, 1. seqq. r) *filii sui.* quod calamitatem, quam ei Deus prædixerat 2 Sam 12, 11. auget & exaggerat, coll. 2 Sam. 16, 11. Ps. 55, 13. seqq. Agit itaque hic psalmus omnino de Dauide & afflictionibus ex filii arrogantia & nefaria impietate ipsi paratis. Sed hactenus, inquit *Gurtlerus* Theol. Proph. p. 98. *Dauid Christum, & Absalom* Iudæos & *antichristum*, vel sec. *Arnobium*, *Iudam proditorem* adumbrat. cf. not. v. 6. *Schmidius* vero in lemmatibus suis hunc & sequentes Dauidis psalmos omnibus piis communes non immerito statuit; nam *preces sunt*, inquit, *hominis hostibus & aduersitatibus, sicut Dauid olim, circumdati* v. 2. 3. *sed* s) *Deo confidentis, & ad eum clamantis* v. 4. 5 *adeoque sub scuto eius securi* v. 6–8. *& gloriantis* v. 9. Breuiter sec. *Geierum*, hic Dauid proponit: I. hostium multitudinem & sæuitiam v. 2. 3. II. Dei protectionem v. 4–7 III. precationem v. 8. 9.

ψ. 2. s) Vocatiuus, vt v. 4. 8. Ps. 6, 2. Ps. 7, 2 t) *quid* vel *quantopere!* Exaggeratiuum est, vt Ps. 8, 2. Ps. 31, 20. u) *multiplicati sunt*, vel *quam multi sunt!* Ps. 25, 19. vid. 2 Sam. 15, 12. x) *hostes mei* Ps. 17, 3. 11. vndique me prementes & velut obsidentes, coll. Num. 10, 9. Iob. 6, 23. Ier. 32, 2. Ez. 4, 3. y) quam multi *insurgunt aduersus me!* Ps. 18, 40. Deut. 23, 7. 2 Reg. 16, 7.

ψ. 3. z) *Multi dicunt.* cf. Ps. 42, 4. 11.

ψ. 10. ועתה per Mun. non male: solet enim hæc vocula sequenti Vocatiuo per seruum iungi, coll. Gen. 27, 8. Prou. 5, 7. 1 Par. 22, 11. 2 Par. 6, 40. Per *Tiphcha tonicum* 2. 3. verum sic sequens Nomen requireret *Mercam*. ψ. 11. יהוה per *Tiphcha anter.* 2. 6. 9. 10. 13. 14. 24. ψ. 12. בר per *Kam.* 3. 5. 6. 9, 10. 14. 20. יאנף per *Pashtah*. regulariter 5.

4 לנפשי אין ישועתה לו באלהים סלה: ואתה יהוה מגן
5 בעדי כבודי ומרים ראשי: קולי אל־יהוה אקרא ויענני
6 מהר קדשו סלה: אני שכבתי ואישנה הקיצותי כי
7 יהוה יסמכני: לא־אירא מרבבות עם אשר סביב שתו
8 עלי: קומה יהוה הושיעני אלהי כי־הכית את־כל־
9 איבי לחי שני רשעים שברת: ליהוה הישועה על־
עמך ברכתך סלה: ד למנצח בנגינות מזמור א
2 לדוד: בקראי ענני אלהי צדקי בצר הרחבת לי חנני
ושמע

a) anima mea Ps. 35, 3. Es. 51, 13. coll. Ps. 69, 21. b) non vel q. d. nullitas; nulla salus, nullum prorsus auxilium Gen. 20, 11. Prov. 21, 30. c) Vti He parag. alias intendit, ita hic vi præcedentis negatiuæ omne auxilium aut salus Dauidi denegatur. cf. Ps. 44, 27. Ps. 63, 8. Ps. 80, 3. Ps. 110, 1. & not. Ion. 2, 10. item 2 Sam. 12, 3. d) illi Dauidi, scil. reliqua est. Syrus & Aeth. vt mutationem generis & personæ vitarent: non est tibi (animæ) salus in Deo tuo. cf. not. Ps. 2, 6. 7. e) in Deo; sed propter grauia peccata, adulterium præsertim & Vriæ cædem, potius nunc a Deo desertus & damnatus est. Vide atrocia Simeii maledicta in Dauidem 2 Sam. 16, 7. 8. & cf. Ps. 10, 11. Ps. 71, 10. 11. Es. 36, 7. f) ita sane est! v. 5. 9. vid. not. Hab 3, 3.
℣. 4. g) Attamen tu, o Iehoua, quem iam v. 2. ex fide compellauerat. h) scutum & clypeus es: & animum & corpus vndique velut obsepiens & protegens; rad. גנן sepsit, obsepsit. cf. Ps. 7, 11. Ps. 18, 3. Ps. 28, 7. & 84, 10. 12. Gen. 15, 1. Deut. 33, 29. i) pro me s. circa me. Ps. 139, 11. vid. not. Gen. 7, 16. Licet enim peccatis meis grauissime offensus & a me seiunctus fueris 2 Sam. 11, 27. Es. 59, 2. quia tamen periturum me non solum requisiuisti Ps. 119, 176. 2 Sam. 12, 1. seqq. sed etiam pœnitentem, & in Christi sanguine mundari cupientem Ps. 51, 8. 9. in gratiam recepisti 2 Sam. 12, 13. Ez. 18, 21. seqq. Zach. 1, 3. Iac. 4, 8. ideo nequaquam, quod hostes vellent, de bonitate tua despero; sed humillime in te confido. vid. 2 Sam. 16, 10. seqq. k) gloria mea es, in summa ignominia, quam nunc patior. Ps. 62, 8. vel lux & salus mea Ps. 27, 1. cf. Ier. 9, 23. l) & exaltator capitis mei, vt exporrecto iterum vultu & animo me fore confidam, etsi nunc tristitia depressus & valde humiliatus sim.

sim. vid. 2 Sam. 15, 30. Thren. 2, 10. & cf. Ps. 9, 14. Ps. 27, 6. Ps. 83, 3. Ps. 110, 7. ℣. 5. m) LXX. Vulg. S. &c. Voce mea subintell. ב. vt Ps. 2, 12. coll. Gen. 39, 24. Sic Ps. 142, 2. At Gusset.

Psalm. IV.

p. 752. Clamorem s. vocem meam insonui ad Dominum. n) protectorem meum v. 4. o) clamabo. Targ. orabo. Ps. 4, 4. p) exaudiuit namque me. al. in futuro. Targ. & suscipiet orationem meam. Geierus: Quod antea factum a Deo, id & porro futurum sperat. cf. Ps. 10, 17. Ps. 120, 1. Es. 41, 17. q) de Sion, monte sancto suo Ps. 48, 2. vbi Arca & propitiatorium erant, typus Christi, & quo orantes respiciebant. Ps. 99, 9. 1 Reg. 8, 48. Dan 6, 11. Rom. 3, 25. cf. not. Ps. 2, 6. r) ita sane! v 3. Licet itaque de monte sancto pulsum se fateretur Dauid, non tamen desperabat de Dei sui illic habitantis exauditione. ℣. 6. s) Ego namque, licet in fugam coniectus, parum munitus, & a paucis adiutus. t) in tanto periculo & hostium strepitu 2 Sam. 17, 1. 2. cubui s. cubitum iui. Gen. 28, 11. u) & secure dormiui. Ps. 4, 9. Prov. 3, 24. cf. Ps. 127, 2. Act. 12, 6. 7. Hic maxima est huius versiculi interstinctio emphatica. x) immo etiam saluus & incolumis euigilaui. Ps. 17, 15. Prov. 6, 22. quod non omnibus æque feliciter accidit. cf. 1 Sam. 26, 7--15. y) propterea quod Dominus protector ac clypeus meus v. 4. z) sustentat & suffulcit me, quo minus succumbam & peream Ps. 37, 17. Ps. 54, 6. vid. 2 Sam. 17, 14. Ceterum ex hoc præsertim versiculo Augustinus, Rupertus, Tillius aliique totum hunc psalmum de Christo intelligendum esse colligunt, qui magis ad passionem & resurrectionem Domini congruenter sonet, quam ad historiam fugæ Dauidis a facie Absalomi: præsertim quod cubare & dormire alibi etiam de morte, vt Ps. 41, 9. Ier. 51, 39. 57. Ioh. 11, 11. 12. 13. euigilare vero de resurrectione dicatur, vt Ps. 17, 15. Ier. 31, 26. coll. Ps. 16. sed nobis sufficit, isthæc typice de Christo in persona Dauidis hic figurari. vid. not. v. 1.

℣. 7. a) Quare non timebo. Perseuerat, inquit Geierus, in miranda precum efficacia, quam non promiscue experiuntur omnes. cf. Ps. 27, 1. seqq. b) a myriadibus populi. Num. 10, 36. Deut. 33, 17. vid. 2 Sam. 15, 13. & c. 17, 11. 12. c) qui vndiquaque. Iob. 18, 11. c. 19, 12. d) se vel castra sua posuerint, vt Es. 22, 7. Ps. 49, 15. vel transitiue: quas myriadas vndique posuerunt hostes mei; vt Ps. 140, 6. e) contra me. cf. Ier. 50, 29. & supra v. 2. ℣. 8. f) Surge modo, o Domine! qui ad illorum proteruiam quasi conniuere aut dormire videris. cf. Ps. 7, 7. Ps. 44, 24. 26. Ps. 68, 2. &c. g) salua & eripe me ex his angustiis Ps. 7, 2. Ps. 34, 7. Respicit in oppositione fidei suæ ad v. 3. h) Deus mi. Hoc suffixum itidem fide animatur. Sic Ps. 5, 3. Ps. 7, 2. Ps. 84, 4. cf. not. Hab. 1, 12. i) nam vti adhuc percussisti, ita porro percuties cum summa ipsorum confusione & ignominia. Iob. 16, 10. k) omnes hostes meos. Vulg. aduersantes mihi. Ps. 6, 11. Ps. 9, 4. vid. e. c. 2 Sam. 5, 20. l) in maxilla, vel maxillam. (Verbum enim duos interdum regit accusatiuos, vt Deut. 19, 11. Ps. 51, 15. &c.) cf. 1 Reg. 22, 24. Mich. 4, 14. 2 Par. 18, 23. Male LXX. Vulg. &c. sine causa. m) dentes. Ps. 57, 5. Ps. 58, 7. Mich. 3, 5. quibus ceu sæuæ bestiæ me commoliturі videbantur. Ps. 27, 2. n) vid. Ps. 1, 1. o) fregisti Ps. 74, 13. eosque ita compescuisti, vt cum damno & ignominia sua retrocesserint. Ps. 6, 11. cf Iob. 4, 10. c. 29, 17. ℣. 9. p) Domini hæc & omnis salus est! Ita doxologia & epiphonemate claudit, tribuens Deo salutem omnem & benedictionem super se & populum Dei, idque in oppositione ad v. 3. ל auctorem, fontem & originem huius salutis denotat, vt Ion. 2, 10. cf. Ps. 42, 6. 12. Ps. 43, 5. Ps. 74, 12. Es. 43, 11. c. 45, 21. Prov. 21, 31. 2 Par. 20, 17. Apoc. 7, 10. c. 19, 1. q) super populum tuum Israelem Ps. 18, 9. Ps. 85, 3. peculiariter tibi segregatum Ps. 147, 19. 20. & dicatum Es. 64, 8. Ps. 79, 13. &c. r) benedictio tua scil. sit & maneat, vt Gen. 27, 13. Ps. 129, 8. vel veniat, vt Prov. 24, 25. Ita optatiue Tarnov. Geier. &c. Benedictio scil. non tantum temporalis, de qua Deut. 28, 2. seqq. sed vel maxime cælestis & spiritualis in Iesu Christo, Eph. 1, 3. quæ Abrahamo promissa fuit. Gal. 3, 14. cf. Gen. 24, 35. Ps. 29, 11. &c. s) Ita est, ita fiet! v. 3. 5. Hab. 3, 3.

Ps. IV, ℣. 1. t) Præfecto sacræ musicæ. 1 Par. 15, 21. 2 Par. 2, 1. c. 34, 12. vid. Præf. in hunc librum §. 6. & not. Hab. 3, 19. Male LXX. (& cum illis Vulg. Ar. Aeth.) in finem. quasi idem esset ac לנצח Ps. 44, 24. Verum sæpius in vertendo psalterio illi minus accurati sunt; quod hic semel monuisse, satis sit. u) in pulsatilibus s. cum instrumentis, quæ fidibus instructa & tactilia fuerunt. Ps. 6, 1. Es. 38, 20. Hab. 3, 19. x) vid. Ps. 3, 1. y) vid. ibid. not. Non male autem coniicitur, inquit Geierus h. l. hunc psalmum esse eiusdem argumenti cum tertio: nimirum contra Absalomi persecutionem, aulicosque rebelles. Sic Moll. ad v. 9. Kimchi, Muis, &c. Bohlius vero post victum Absalomum, coll. 2 Sam. 19, 10-12. At probabilius sec. Lightfooti Chronol. V. T. p. 67. exprobrat populo Sebæ rebellionem 2 Sam. 20. quod se & regnum suum spreuisset, & vane ad Absalomi prius, nunc ad Sebæ regnum attendisset: monetque Israelem & Iudam, ne ira abrepti peccent 2 Sam. 19, 43. Et sic D. Maius in Oecon. V. T. p. 794. argumentum huius psalmi, eiusque partes pulchre enarrauit. Sed Schmidius magis de vsu, quam de occasione huius psalmi solicitus, ita in le-

---

Ps. III, ℣. 3. ישועתה cum addito Psik 6. 9. 14. contra Mas. Erff. Cf. notanda Ps. 13, 3. לו באלהים sic 2. verss. (quia , Silluk laborans, vicarius vero Mun., non laborans est) contra analogiam. ℣. 5. ויענני מהר־קדשו sic 1. & su. 5. At ויענני מהר קדשו 6. 8. 9. 10. 11. 13---18. 20. 21. 22. 23. qualis accentuum series Ps. 46, 8. 12 & 56, 3. Nobiscum faciunt 3. 7. 24. Ber. sic se. 5. Cf. similem consecutionem Ps. 52, 8. 61, 5. &c. ℣. 6. כי־יהוה sic 1. 3. & sa. 5. regularius illi, quia Silluk non laborat. Similem tamen nostræ consecutionem vide Ps. 51, 14. Ps. 140, 2. ℣. 7. מרבבות Sic recte per Mun. 2. 3. 5. & Ber. itemque 24. sed hic milel. Porro pro Schua hab. Chateph pat. 1. 22. 23. ℣. 8. יהוה Sine Psik 1. 7 8. 11. 15. Et sic sæpissime in Psik distinctiuo ponendo vel omittendo variant codices; quod semel aut iterum adnotasse sufficiat. ℣. 9. סלה Ita cum Dag. 1. 2. 5. 17. 18. 24. & Ber. Reliqui omittunt.

Ps. IV, ℣. 1. בנגינות Per Rbhiagereſch. 14. & Ber. forte ex analogia, quia is ordinarius est subdistinctiuus Silluki. Sed obseruauimus, initiales Psalmorum capitumque versus, immo & medianos, (cf. not. Ps. 119, 4.) si vnius tantum sint propositionis, nec alio quam Silluko cum eius subdistinctiuis indigeant, secundum codices pæne omnes pro Rbhia gereschato habere simplex, exceptis duobus solum locis Ps. 40, 1. & Ps. 70, 1. vbi Mas. impr. specialiter Rbhiagereschatum poscit super voce למנצח. Ergo sec. hanc Mas. nequit Rbhiagereſch. consistere in initiis sequentium Psalmorum, sc. Ps. 13 19. 21. 31. 41. 42. 51. 52. 64. & 140. vbi proinde codices recte sec. eandem Rbbia nudum ponunt. Restant vero insuper Ps. 4. 5. 6. 8. 9. 12. 20. 21. 25. 39. 53. 54. 55. 58. 62. 65. 67. 68. 77. 89. 92. quibus quidem locis allegata Mas. ita accommodari non potest, vt nudum Rbbia illic sit necessarium, sicut in prius recensitis Psalmis; in tantum tamen valet, vt Rbhia nudum admitti illic in simili casu posse intelligatur: admittendum vero esse, suadet codicum, si non semper vniuersalis, saltem plurimorum consensus.

lemmatibus suis: *Preces sunt*, inquit, *hominis iusti contra suos in adflictione contemtores* v.2. *quos II. ad pœnitentiam & meliora hortatur* v.3.- 6. *III. contra renuentes confidit tamen in Deo securum se fore.* v.7-9. *Tillius* vero nimis artificiose obseruasse sibi hic visus est I. *Querelam Christi* de pertinacia Iudæorum v.2.3. I. Admonitionem Spiritus S. v.4.5. III. Monitum *cuiusdam Apostoli* v.6. seqq. sed cf. not. Ps.3,1. ℣. 2. z) *In clamare me*, i.e. *Dum clamo*. v.4. Ps.50,15 Ps.69,4. Ps.141,1. Targ. *in tempore orationis meæ*. cf Ex.14,15. 1 Sam.1,13.27. a) *responde mihi* vel *audi me*. Ps.3, 5. 1 Reg.18,37. Targ. *recipe a me*. Contra Grammaticam LXX. Vulg. &c. In præterito: *exaudiuit me*. vid. not. v.1. b) *o Deus iustitiæ meæ*, i.e. qui iustitiam mihi das s. me iustificas Es.53,11. Ier.23,6. & iustam meam caussam vindicas ac tueris. Rom.8,33.34. cf. Ps.24,5. Ps.59,11. Ps.144,2. It. Ps.18,21.25. c) Targ. *in tempore angustiæ*, quando ad incitas redactus fui. Nam & *angustum* Num.22,26. Es.49,19. & *angustiam*, & *angustatorem* s. hostem significat. vid. Ps.3,2. & Ps.18,7. d) *laxationem* s. *latitudinem fecisti mihi* Gen.26,22. Ps.18,20. Ps.25,17. Prou. 18, 16. e) itaque & nunc *miserere mei*. Ps. 6, 3. Ps. 51, 3. Deut. 7, 2. *Gratiam Dei* suamque *miseriam* vrget, non opera sua aut meritum.

3 ושמע תפלתי: בני־איש עד־מה כבודי לכלמה
4 תאהבון ריק תבקשו כזב סלה: ודעו כי־הפלה יהוה
5 חסיד לו יהוה ישמע בקראי אליו: רגזו ואל־תחטאו
6 אמרו בלבבכם על־משכבכם ודמו סלה: זבחו זבחי
7 צדק ובטחו אל־יהוה: רבים אמרים מי־יראנו טוב
8 נסה־עלינו אור פניך יהוה: נתתה שמחה בלבי מעת

דגנם Ooooo 4 פנ ד

f) Targ. *& suscipe orationem* s. supplicationem *meam* Ps. 54, 4. ex animo scil. sincero & sine dolo profectam. Ps. 17, 1. seqq. Ps. 32, 2. Ps.66, 18.19. Ioh.9,31. 1 Ioh. 3, 19--22.

℣. 3. g) LXX. & Vulg. *Filii hominum*. Aeth. *Liberi sobolis matris viuentium*, i.e. homines, cuiuscunque ordinis aut dignitatis, ex Gen. 3, 20. sicut Hebr. & Arabes alias homines *filios Adami* dicunt. vid. not. Es. 56, 2. Alii tamen per hanc phrasin *Magnates & principes viros* intelligunt, ex oppositione, quæ inter hos & *filios Adami* fieri videtur Ps. 49,3. Ps.62, 10. coll. Es. 2, 9. h) *quousque?* q.d. nonne sic agere tandem aliquando desinetis? cf. Ps. 74, 9. Ps. 79, 5. i) *gloria mea*, *honor meus*. Ps. 7, 6. k) *in ignominiam* erit? opprobriis & ignominiæ a vobis exponetur? Es.30,3. LXX. ex hac vna duas non solum dictiones, sed & propositiones, & ex præced. *gloria mea*, *graues*, praua lectione fecerunt: ἕως πότε βαρυκάρδιοι; ἵνα τί ἀγαπᾶτε &c. Sic cum illis Vulg. Ar. Aeth. cf. not. v.1. l) *& diligetis* Zach. 8, 17. m) *vanitatem?* Ps. 2, 1. n) *quamque quæritis*, *conquiretis* aduersus me? cf. Ps. 34, 15. Zeph. 2, 3. o) *mendacium* Ps.5,7. Ps. 62,5. Es.28,15. p) vid. Ps. 3, 3. Hab. 3, 3.

℣. 4. q) *Immo* vel *Quin potius agnoscite*. Ps. 9, 21. Ps.46,11. Conf. de præf. *Vau* Ez. 22, 2. Hab. 1,8. r) Targ. & Syr. *quod segregauerit*, LXX. & Vulg. *mirificauerit*, i.e. miris modis, per prospera & aduersa, duxerit. Nempe verbum hoc per tertiam א in *Hiphil* est *mirum fecit* Es.28,29. per tertiam *He* vero *separauit*, *eximium fecit*, distinxit. vid. Ex 8, 18. c. 9, 4. c.33, 16. Quæ vti forma conueniunt, ita etiam significatione, & nonnunquam permutantur. vid. Ps. 17, 7. coll. Ps. 31, 22. s) Vulg. *sanctum suum* S. *sanctum ipsi* me; ad verbum: *gratiosum ipsi*. Vel n. sec. *Gellium* IX. c. 12. *Gratiosus est, qui adhibet gratiam, & qui admittit*, ita חסיד a חסד *Chased*, *Gratia*, est is, quem Deus *gratia* ac misericordia sua in Christo complectitur, & tq. *clientem* s. *beneficiarium suum* fouet ac diligit: & qui vicissim, ex agnitione abundantissimæ gratiæ diuinæ, *pium & sanctum* erga Deum. & *gratiosum* ac *benignum* erga alios se præstat. vid. Ps.12,2. Ps.18,26. Ps.32,6. Ps.132,9. de Christo Ps.16,10. & *actiue* de Deo Ps.145,17. Ier.3,12. Particulam לו nos ita simpliciter cum præcedenti nectimus, quod alii faciunt subintellecto relatiuo, vt Ps.18,6. Ps. 106, 44. Alii cum verbo, q.d. *segregauit sibi*, eam construunt, sed contra accentus. t) idem igitur *Dominus* &c. cf. 1 Ioh.5,14. 15. u) v.2. Ps.3,5. ℣. 5. x) S. *Commouemini*. Targ. *Contremiscite coram illo*. Sic m. *Ab. Ezra*, *Kimchi* &c. de timore Dei, coll. Ps.77,19. Ps.99,1. Es.64,1. At LXX. Vulg. Syr. Ar. Aeth. *Irascimini*, & sic Apostolus Eph.4,26. Quod sec. *Bellarminum* h.l. docet, vt *sancta quadam iracundia* exardescant, & resistant prauis desideriis, & eo modo peccatum vitent. *Imperatiuus* est *conditionatus*, pro *future potentiali*, vt Ps.76,12 q.d. *Si irascimini*, etiam atque etiam cauendum est vobis, *ne peccetis*; quia hominis ira, nisi illa altius & ex diuino principio oriatur, iustitiam Dei non operatur Iac.1,20. Si itaque irasci lubet, peccatis suis quisq; irascimini Thren.3,39 ne velut mancipia illis seruiatis Rom.6,11.12 *Verbum Hebr.* in genere, vt *Schmid.* vertit, est corpore l. animo *commoueri*, v.c de *loco* suo 2 Sam.7, 10. Ps.18,8 vel animi *tristitia*, aut *metu & pauore*, vt Ex.15,14. Deut.2,25. 2 Sam.18,33. Ier.33,9. Ioel 2,1. vel *iracundia*, vt Es.28,21. Prou.29,9. y) *Maius* l.c. Monet, ne abrepti ira peccent; sed mirabiles Dei vias pie meditentur in cubili, nocturno tempore, vbi animus sedatior esse solet, ac discant sacrificare Deo sacrificia iustitiæ, s. ei confidere. vid. not. v.1. z) Hoc, inquam, *dicite* l. *cogitate apud animum vestrum*. cf. Ps.10,6.11.13. Ps.14,1. Ps.35,15. Deut.7, 17. Matth.24,48 &c. Targ. *Dicite orationem vestram ore vestro, & petitionem vestram in corde vestro.* a) cf. 2 Reg.6,12. Hos.7,14. Mich.2,1. Coh.10,20. Targ. *& orate super cubili vestro*. Syr. dicite in cordibus vestris, *& super cubilibus vestris meditamini.* b) *& silete, quiescite* ab illa commotione & tumultuante ira vestra. cf. Ps.35,15. Ps.37,7. Ps.62,6. 2 Sam.14,9. Ier.47,6. Thren.2,18. Targ. *& mementote diei mortis*. c) v.3. Hab.3,3. ℣. 6. d) *Sacrificate sacrificia iustitiæ* Ps.51,21. Deut.33,19. q.d. Quod a peccatis & ira cessandum esse dixi v.5. id necessario faciendum vobis est, nisi in omni vestro cultu & fide apud Deum vos frustra & iniustos esse velitis. Non n. sufficit ferre sacrificia, quod forte vos facitis; sed ita offerenda illa sunt, vt *iusta* sint, nec a *iustitia*, quam Deus in Christo promisit Ier.23,6. Gen, 15,6. eiusq; desiderio & fructu Matth.5,6. Ioh.1,29. vos alienos relinquant. *Sacrificate* itaq; *sacrificia iustitiæ* corde contrito ac pœnitenti Ps 51, 19. & humili ac grata fide Ps. 50, 14. 23. vt vosmet etiam quasi hostiam viuam Deo sistatis, & membra vestra arma iustitiæ Rom.6,13. c.12,1. & sic plena fiducia, *confidite in Domino*, etiam in precibus vestris Ps.141,2. coll. Es.56,7. Secus si porro facitis, nihil vobis proderit etiam maximus sacrificiorum adparatus cf. 1 Sam.15,22. Ier.6,20. Hos.6,6. Am.5,21. 22. Mich.6,6. seqq. Ps.50 8 -- 13. e) Ps. 27, 3. Ps.62,9. Es.12, 2. Prou.28,1. ℣. 7. f) S. Sed *multi* sunt *dicentes*, s. proterue *dicunt*. q.d. Verum quid hortor? Atqui *multi dicunt* &c. Neque enim fidelium & piorum votum hic sequitur, quod *Geierus* aliique sentiunt, q.d. *Vtinam quis ostenderet nobis bonum*, vt Dauid in regnum suum restituatur! coll. Num.11,29. 2 Sam.15,4. c 23,15. sed verba sunt renuentium & impiorum, coll. v.2. cf. Ps.3,3. Ier.17,15 & not. supra v.1. g) *quis!* Est fastuosi & indocilis *contemtus*, qualis est Ioh.9,34. cf. Ex.5,2. 1 Sam.25,10. h) *ostendet nobis* vel *videre* & experiri *nos faciet bonum*, cum ecclesiasticum, tum politicum & œconomicum. cf. Ps.17,13. Ps.34,13. Ps 85,8. Coh.2,1. c.3,13. & Ier.5,12. c. 14, 13. i) S. *Tolle ergo super nos*, sic M I. &c. a rad. נשא coll. Num.6,26. *Sibilans & spiritus lenis* mutantur in asperiorem, ob vehementiam adfectus & elocutionis, vt Ps.60,4. Iob.4,2. Gen.23,6. Ier.19,11. Estque hoc *Dauidis suspirium* oppositum illi renuentium diffidentiæ & negationi. k) *lumen vultus tui*, o Domine! i.e. gratioso ac benigno vultu in Christo nos respice. cf. Ps.31,17. Ps.89,16. Iob 29,24. Omnis enim salus nostra suspenditur a *gratia Filii Dei* Num.6,25. Ps 67,2. Ps.80,4. Ps. 2, 12. qui a sæculis apud Patrem intercessit & spopondit pro nobis, & iuxta sponsionis leges suo sanguine nobis præstitit æternam redemtionem, & peccatorum remissionem. Absque illa Christi gratia pereundum peccatoribus esset. l) *o Domine!* qui solus voti nostri nos compotes reddere potes v. 9. idque certissime facies, coll. Ps.50,15. 1 Ioh.5,15 ℣. 8. m) S. *Das* enim *gaudium*, vel, *Indidisti* namque *lætitiam* in cor meum. cf. Coh.2,26. c.5,19. Ioh.16,22. Rom.14,17. Phil 4,4. n) S. gaudium *magnum præ tempore*; al. *inde a tempore*. Sed illud, ceu significantius, merito præferimus. vid. *Mem comparatiuum* Ps. 19, 11. Ps. 130, 6. &c. & similem *adiectiui ellipsin ante Mem comparatiuum* Es. 41, 24. Mich. 7, 4. Ps. 62, 10. Iob. 11, 17. c. 35, 2 Coh. 9, 17 Sensus est: Maiorem indidisti lætitiam in cor meum, quam quæ hostibus meis est tempore messis, quando frumentum & mustum eorum vbertime prouenerunt. cf. Cant. 1, 2. & de isto gaudio messis Leu. 23, 40. Deut. 16, 15. Es. 9, 2. Ier. 48, 33. Ioel 1, 12. Luc. 12, 19.

℣. 3. מה per *Mahp.* 2. 3. 6. 9.10. 13.20. 23. & cum *Psik* 14. Sed *Mun. superius* requirit analogia, quia *Mahp.* ob syllabæ præcedentis conditionem hic nequit cum *Scheva* conseruo componi. ℣. 5. משכבכם per *Atnach* 2. ℣. 7. יראנו טוב *Mahp.* super ט figunt 1.5. 7 8. 11. 12. 15 -18. 21. 22. & *Ber.* sed contra analogiam, coll. Iob. 3, 6. נסה per *Merca* 6. 9. 10. 13. 14. 20. עלינו per *Atnach* 2. 3. ℣. 8. מעת Per *Mahp.* 3. per *Kadma* 14. & *Ber.* vterque accentus bonus quidem, coll. Iob. 22, 12. Ps. 73, 25. sed nec *Mun. superior*, quem ceteri habent, analogia repugnat, coll. Ps. 76, 4. Ps. 78, 25. & 118, 24.

9 דגנם ותירושם רבו׃ בשלום יחדו אשכבה ואישן כי־
Psalm. V. א אתה יהוה לבדד לבטח תושיבני׃ ה למנצח
2 אל־הנחילות מזמור לדוד׃ אמרי האזינה יהוה בינה
3 הגיגי׃ הקשיבה לקול שועי מלכי ואלהי כי־אליך
4 אתפלל׃ יהוה בקר תשמע קולי בקר אערך־לך
ה ואצפה׃ כי לא אל־חפץ רשע אתה לא יגרך רע׃
6 לא־יתיצבו הוללים לנגד עיניך שנאת כל־פעלי און׃
7 תאבד דברי כזב איש־דמים ומרמה יתעב יהוה׃
8 ואני ברב חסדך אבוא ביתך אשתחוה אל־היכל־
קדשך

ferte in eius argumento scribit *Bohlius*, & *Maius* in Oecon. p. 794. seq. quod tamen in me-

פרשה באזנה

dio relinquimus: vti & hoc, quando de se potissimum Davidem hic loqui, plerique sentiunt.

o) Recte Targum & Syr. cum S. *quo frumentum* &c. Ioel 1, 10. Est enim *relativum subintelligendum*, vt frequentissime, e. c. Ex. 4, 13. Ez. 20, 25. Gen. 39, 4. coll. v. 6. 8. Propter accentus tamen illud ante verbum potius supplendum est, h. m. *præ tempore annonæ & musti eorum*, quo vel quando *hæc multiplicata sunt*. p) Pf. 3, 2. cf. Gen. 27, 28. Deut. 7, 13.

℣. 9. q) S. *Vade in pace* & sub præsidio Domini. cf. Num. 6, 26. Pf. 29, 11. Pf. 55, 19. Ef. 26, 3. Rom. 5, 1. c. 14, 17. Phil. 4, 7. r) q. d. ὁλο-κλήρως 1 Theff. 5, 23. *pariter animo & corpore* saluus atque incolumis *cum omnibus meis*. Solet enim adsociatio s. *coniunctio plurium* hac & cognata voce indicari, vt *Geierus* ad Pf. 141, 10. recte obseruat. cf. l. c. & Gen. 13, 6. Deut. 33, 17. 1 Reg. 3, 18. Pf. 33, 15. &c. s) *cubabo & dormiam* Pf. 3, 6. cf. Iob. 5, 24. c. 11, 19. t) *in Iehoua*, custos & defensor Israelis Pf. 121, 2. seqq. u) *solus*. Deut. 32, 12. *Amachus* emphaticus est, vt Pf. 5, 13. q. d. Tibi soli hoc beneficium acceptum fero, quod confidenter, secure & sine metu mediis in tribulationibus habitare possim. x) *In securitatem collocabis*, vel *secure* habitare facies me. Leu. 26, 5. Ier. 49, 31. Hof. 2, 20. y) Ier. 32, 37. Hof. 11, 11. Deut. 12, 10. addit S. *bona conscientia*: sine qua scil. pax illa diuina in animo nostro consistere non potest.

Pf. V, ℣. 1. z) *Præfecto musices*. vid. Pf. 4, 1. a) S. *super Nechiloth*; quod *carminis* fortassis, vel *instrumenti musici* potius genus est, sicuti *Machalat* Pf. 53, 1. & *Neginoth* Pf. 4, 1. Targ. *ad tibias s. fistulas*. cf. *Chalil* Ef. 5, 12. & Præf. in hunc Hebraum §. 6. b) vid. Pf. 3, 1. Circa hunc psalmum de *eadem rebellione Seba* (qua de vid. not. Pf. 4, 1.) factum esse, dicente

Namque sec. *Schmidium* hic preces sunt *hominis fidelis* pro exauditione orantis. At sec. *Syram* inscriptionem hic Psalmus est propheticus, & *Oratio ex persona Ecclesia: quum mane adiret domum Domini*: & sic ex mente *Gurtleri Ecclesia petit custodiri a doctore mendaci simul ac truculento*: ita vt conueniat temporibus Antiochi Epiphanis, item Romæ paganæ & Antichristianæ. cf. not. Pf. 3, 1. ℣. 2. c) *Verba mea* Prou. 2, 1. supplicantia sc. pro argumento huius psalmi. d) Vulg. *auribus percipe*. Pf. 17, 1. Pf. 39, 13. e) *percipe*, q. *distincte cognosce*. Ef. 28, 9, cf. Pf. 94, 7. 8. Dan. 9, 13. c. 10, 1. & Rom. 8, 27. f) *meditationem meam*, i. e. desideria animi, *gemitus & suspiria mea*. (2) Pf. 39, 4. cf. verbum Ef. 38, 14. & not. Pf. 2, 1. ℣. 3. g) *Attende, quæso*. Pf. 10, 17. Pf. 31, 3. Ef. 21, 7. h) ad vocem *clamoris mei* (1) Vulg. *orationis meæ*. cf. verbum Pf. 18, 7. Pf. 30, 3. Iob. 24, 12. i) Filium Dei alloquitur, non tamen sine Patre & Spiritu S. Conf. v. 7. Pf. 2, 6. Pf. 45, 2. 6. 7. Pf. 44, 5. Pf. 24, 4. Ef. 40, 9. 10. c. 52, 7. k) *nam ad te*, Iudicem, adsertorem & vindicem piorum. Ef. 47, 4. l) *supplex* pro caussa mea *orabo*. 2 Reg. 19, 20. Ef. 44, 17. cf. in *Piel*, *Iudicauit* 1 Sam. 2, 25. Ez. 16, 52. & *Pelilim*, *Iudices*. Ex. 21, 22. Iob. 31, 11. ℣. 4. m) S. Ergo, *Iehoua*. v. 2. Pf. 3, 2. n) *mane* Pf. 30, 6. Pf. 90, 14. Pf. 143, 8. q. d. ne diu differat exauditionem. o) *audias vocem meam* Pf. 27, 7. Pf. 28, 2. Pf. 64, 2. p) S. *mane* enim, & quasi omnium primo. Pf. 88, 14. Pf. 92, 3. q) Syr. *parabo me*. S. *disponam me*, & caussam meam. vid. Iob. 33, 5. c. 13, 18. c. 23, 4. vel *disponam* vocem & preces meas; sicut ligna altaris, & frusta sacrificii matutini disponebantur. Gen. 22, 9. Leu. 1, 7. 12. c. 6, 5. coll. Iob. 32, 14. LXX. & Vulg. *adstabo tibi*. Aeth. *stabo coram te*. r) *& speculabor*, benignam a te sententiam & auxilium *exspectaturus* Hab. 2, 1. Mich. 7, 7. Thren. 4, 17. cf. Pf. 121, 1. Ef. 26, 9. ℣. 5. s) *Quia*. Rationem dicit, cur sibi a Deo certo auxilium promittat, desumtam a iustitia ipsius, qua ille non potest improbos & præfracte malos non extreme odisse & auersari. t) *volens impietatem*, vt impii autumant Mal. 2, 17. u) Subiectum enunciationis emphatice, & maiori cum adseueratione, transpositum est, pro: *Tu non es Deus* &c. *Syrus* duas fecit propositiones: *Quoniam Deus es, & non vis improbitatem*. cf. Deut. 32, 4. Pf. 11, 5. 6. Pf. 45, 8. Ioh. 9, 31. x) S. LXX. Vulg. & Verss. OO. *non manebit, habitabit aut commorabitur apud te* malus, coll. Pf. 15, 1. Pf. 61, 5. Gen. 32, 5. Ef. 11, 6. & simili constr. Iob. 31, 18. y) Vulg. *malignus*. cf. Pf. 101, 4. ℣. 6. z) *Non consistent* 1 Sam. 12, 7. Aeth. *Neque permanebunt*. cf. Pf. 2, 5. a) *stulti & insane gloriosi*. Pf. 73, 3. & 75, 5. Coh. 2, 2. Rom. 1, 22. 32. cf. etiam Luc. 12, 9. Targ. *irrisores*. Ar. *contradicentes praeceptis tuis*. b) cf. Hab. 1, 13. Pf. 34, 17. c) Hof. 9, 15. Zach. 8, 17. Prou. 6, 16. d) Pf. 6, 9. Ef. 31, 2. Mat. 7, 23. 1 Ioh. 3, 4. 8. 9. Targ. *operarios falsitatis* s. *mendacii*. quod cf. cum Apoc. 22, 15.
℣. 7. e) *Disperdes*, vt Aegyptios Deut. 11, 4. & antichristianos Pf. 21, 11. Pf. 9, 6. cf. Prou. 1, 32. 1 Reg. 11, 1. f) Pf. 4, 3. Ioh. 8, 43. 44. g) Syr. & Ar. *virum effusorem sanguinis*. Targ. *effusorem sanguinis iusti*. Pf. 26, 9. Pf. 55, 24. Pf. 59, 3. cf. Gen. 4, 10. Ef. 1, 15. Pf. 18, 49. h) *& fraudis*, *fraudulentum* Pf. 17, 1. Pf. 43, 1. Gen. 34, 13. 2 Reg. 9, 23. *Tiktime* h. l. speciatim confert 2 Theff. 2, 3. 8. Ef. 11, 4. c. 57, 20. 21. i) *abominatur*, & extreme *auersatur* Pf. 119, 163. Deut. 7, 26. Am. 5, 10. cf. Matth. 5, 23. sqq. k) Deus Pater. Nam Filium in 2. pers. hactenus est allocutus. cf. not. v. 3. & Zach. 3, 2. Alii similem hic putant esse enallagen personæ, ac Gen. 49, 4. ℣. 8. l) *Ego vero*; in oppositione ad v. 5--7. cf. 1 Ioh. 3, 21. m) *in multitudine* & magnitudine *gratiæ tuæ*, s. *per multam misericordiam tuam* Pf. 69, 14. 17. Rom. 5, 17. Eph. 2, 7. n) *introibo domum tuam* Pf. 66, 13. Sic *Tabernaculum* vocatur 1 Sam. 1, 24. c. 3, 15. spirit. *Ecclesia* 1 Tim. 3, 15. o) *incuruabo* vel *prosternam me* Ex. 20, 5. Deut. 26, 10. Pf. 138, 2. p) q. d. *versus sanctum tuum palatium* Pf. 45, 9. 16. Ef. 13, 22. interiorem nempe partem Tabernaculi (Templum enim nondum structum erat) vbi *Arca Domini* 1 Sam. 3, 3. Hebr. 9, 3. 4. quo penetrare, nisi Pontifici semel per annum, nemini licebat Hebr. 9, 7. 8. & sacratissima Dei sedes in cælis adumbrabatur. cf. Pf. 11, 4. Pf. 27, 4. Ion. 2, 5. 8.

℣. 9. בשלום per *Rbbia* 1. Pf. V, ℣. 1. הנחילות per *Rbbiagereſch*. 14. & Ber. Cf. not. ad Pf. 4, 1. ℣. 2. אמרי per *Tiphcha anter*. 1. 2. per *tonicum* vero 5--9. 11--16. 20--23. vtrumque 3. האזינה cum *Psk* 3. 5. 7. 8. sec. *Ind. Bas.* f. 61. b. Reliqui omittunt. ℣. 3. הקשיבה cum *Psk* 3. 17. 18. 24. & *Ber*. Reliqui non habent. כי per *Merca* 3. 6. 9--16. 20--24.
℣. 4. אערך ita cum *Vau* redundante sc. 1. sec. *Maſ.* suam & *Erff*. ℣. 5. אל חפץ Magna hic codicum in accentibus confusio. Sequimur nos *Berolinensem* At אל־חפץ h. b. 22. 24. & *Psalterium* cum D. Kimchi Comm. Venetiis 1566. impressum; quæ lectio satis bona est, modo ex *Sarka* postpositiuo (quem illi cum pluribus habent) fiat *conseruus*, vel sensus & connexio poscit. רשע ita cum *Psk* 5. & *Ber*. sec. *Ind. Bas.* f. 61. b. Reliqui omittunt. אתה per *Kam*. 1. 2. 3. 5. 6. 9. 10. 13. 14. 29. 31.
℣. 7. יתעב sine *Psk* 1. 2. 3. contra *Maſ. Erff.* & *Ind. Bas.* f. 61. b.

9 קָדְשְׁךָ בְּיִרְאָתֶךָ׃ יְהוָה ׀ נְחֵנִי בְצִדְקָתֶךָ לְמַעַן שׁוֹרְרָי
י הַוְשַׁר לְפָנַי דַּרְכֶּךָ׃ כִּי אֵין בְּפִיהוּ נְכוֹנָה קִרְבָּם הַוּוֹת
11 קֶבֶר־פָּתוּחַ גְּרוֹנָם לְשׁוֹנָם יַחֲלִיקוּן׃ הַאֲשִׁימֵם ׀ אֱלֹהִים
יִפְּלוּ מִמֹּעֲצוֹתֵיהֶם בְּרֹב פִּשְׁעֵיהֶם הַדִּיחֵמוֹ כִּי־מָרוּ בָךְ׃
12 וְיִשְׂמְחוּ כָל־חוֹסֵי בָךְ לְעוֹלָם יְרַנֵּנוּ וְתָסֵךְ עָלֵימוֹ וְיַעְלְצוּ
13 בְךָ אֹהֲבֵי שְׁמֶךָ׃ כִּי־אַתָּה תְּבָרֵךְ צַדִּיק יְהוָה כַּצִּנָּה
א רָצוֹן תַּעְטְרֶנּוּ׃ ו לַמְנַצֵּחַ בִּנְגִינוֹת עַל־
2 הַשְּׁמִינִית מִזְמוֹר לְדָוִד׃ יְהוָה אַל־בְּאַפְּךָ תוֹכִיחֵנִי וְאַל־

q) in timere tui Ps. 8, 11. ps. 56, 13. Ar. *sentiens timorem tui.* in oppositione ad aduersarios suos v. 5. seqq. coll. Ps. 10, 4. ps. 14, 1. ps. 36, 2. &c.

℣. 9. r) S. Precans: *Iehoua!* v. 4. subintell. לאמר vt Ps. 2, 2. 3. & saepius. s) *duc, deduc me*, viae ignarum & facile aberrantem. Ps. 23, 3. ps. 27, 11. consilio Ps. 32, 8. ps. 73, 24. & Spiritu tuo Ps. 143, 10. t) *in iustitia tua*, s. *in via iustitia tua* Prou. 8, 20. c. 12, 28. qua scil. ex mera gratia peccatorem iustificas, & dehinc iustitiae viuere doces. Ps. 59, 28. Es. 53, 11. Ier. 23, 6. Rom. 1, 16. c. 3, 21. 1 Cor. 1, 30. Matth. 5, 10. &c. u) *propter insidiatores*, insidiatores & obseruatores meos, qui me praecipitem dare quaerunt, vt recte LXX. Vulg. Syr. Ar. Aeth. &c. Male Targ. *propter laudem meam.* Vid. Ps. 27, 11. ps. 54, 7. ps. 59, 11. ps. 92, 12. a שור *contemplari, obseruare, insidiari* Ier. 5, 26. Hos. 13, 7. x) *dirige, complana.* Planam & expeditam redde *coram me.* Es. 45, 2. 13. Prou. 3, 6. c. 4, 25. y) *viam tuam*, in verbo sc. tuo mihi praescriptam. Ps. 25, 4. ps. 86, 11. vt inoffenso pede illam decurrere queam, neque lapsus meus gaudium inimicis concitet; aut ipse ego pro angusta illa latam viam eligam, quae ad exitium ducit Ps. 139, 24. Matt. 7, 13. Nec satis caussae fuit, cur LXX. Vulg. ceteri Suffixa inuerterent, h. m. *Dirige in conspectu tuo viam meam.* Nam vt optime monet *Hieronymus* epist. ad Suniam & Fret. tomo III. p. 81. *Propheta postulat, vt via Domini, quae per se recta est, etiam sibi recta fiat: secundum illud quod in Oratione Dominica dicitur: Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum! Non, quod nobis orantibus sanctificetur, quod per se sanctum est; sed quod petamus, vt quod per naturam sui sanctum est, sanctificetur* in

in nobis.

הישר ק

℣. 10. z) *Nam.* Rationem dicit, ad annuendum, propter summam peruersitatem hostium; vt supra v. 5. ob iustitiam Dei. a) *non* vel *nihil*

Psal. VI.

recti est Ps. 19, 7. b) *in ore ejus*, sc. viri truculenti & dolosi v. 7. vel sec. Vulg. & Ab. Ezram *in ore eorum*, np. *cuiusque* aduersariorum. Targ. *in ore impiorum.* cf. Ps. 10, 7. c) *rectum, firmum & certum*, quod consentiat cum veritate, Iob. 42, 7. 8. d) *intimum, interiora*, h. e. sec. Vulg. *cor*, animus, desideria & consilia *eorum.* Ps. 49, 12. cf. Matth. 12, 55. c. 15, 18. 19. c. 23, 27. & ex opposito Ps. 103, 1. e) *continuae* sunt *aerumnae & afflictiones*, quas aduersus pios moliuntur. Ps. 38, 13. ps. 52, 4. 9. ps. 55, 12. ps. 94, 20. Prou. 19, 13. Iob. 6, 2. f) velut *sepulcrum apertum* aut *patens.* Ier. 5, 16. Rom. 3, 13. g) est *guttur eorum.* Es. 58, 1. Ps. 115, 7. quod vel aliis inhiat absorbendis, vel nihil, nisi teterrimum & pestilentem odorem (blasphemias, conuicia, dolos &c.) exhalat. cf. Matth. 23, 27. h) etiam quum *linguam suam blandam faciant.* vel etsi verbis blandiuntur. Ps. 36, 3. ps. 55, 22. ps. 140, 4. Prou. 2, 16. c. 28, 23. c. 29, 5. ℣. 11. i) S. Ideo *reos eos perage* aut *pronuncia*, iustissime Deus; vt qui multis modis rei sunt & deliquerunt. Hiph. (1) *Kal* vid. Ps. 34, 22. Leu. 5, 5. 19. Ez. 22, 4. k) *cadant* ipsi & *corruant.* Vulg. *decidant.* Ps. 36, 13. ps. 141, 10. l) *ob scelerata consilia sua* Hos. 11, 6. Al. *excidant consiliis*, & spe sua, coll. Ps. 112, 10. m) *ob multitudinem praeuaricationum eorum.* Es. 1, 2. &c. De praef. ב cf. Gen. 18, 28. Ier. 17, 3. Ion. 1, 7. 14. n) *dispelle*, Vulg. *expelle eos.* Deut. 30, 1. Es. 13, 14. Hos. 14, 1. cf. Ps. 36, 13. o) q. d. id quod ego non ex priuato odio, eoque carnali, sed ex diuino iustissimoque zelo precor. p) Deut. 1, 26. c. 21, 20. Es. 1, 20. Targ. *quia rebelles sunt Verbo tuo.*

℣. 12. q) *Laetentur vero.* al. *Tunc laetabuntur* animo Ps. 4, 8. Ps. 34, 3. Ps. 107, 42. ps. 119, 74. r) Targ. *sperantes in Verbo tuo.* vid. not. Ps. 2, 12. & cf. simil. constr. Ps. 24, 1. s) Ps. 37, 28. ps. 73, 26. ps. 75, 10. Ioh. 16, 22. &c. t) voce Ps. 20, 6. ps. 71, 23. ps. 84, 3. Es. 35, 10. c. 65, 14. u) *& proteges*; vel *quia* instar alarum Ps. 91, 4. galeae Ps. 140, 8. vel vmbraculi aduersus solis ardorem aut pluuiam Es. 1, 8. Ion. 4, 5. *operies & proteges eos.* vid. Es. 4, 6. Apoc. 7, 15. 16. Ps. 121, 5. 6. &c. rad. סכך. x) S. *vt exsultent*, vel *immo* toti *exsultabunt.* Cumulantur enim synonyma cum quadam gradatione. 1 Sam. 2, 1. Ps. 9, 3. ps. 25, 2. ps. 68, 4. 5. y) *diligentes nomen tuum*, h. e. teipsum, ex nominibus & verbo tuo cognitum. ps. 69, 37. prou. 18, 10. cf. synonyma ps. 40, 17. ps. 97, 10. ps. 119, 132. 165. ℣. 13. z) *Nam tu*, o Iehoua, pro iustitia & misericordia tua v. 5--9. a) *benedices.* al. *benedicere soles*, quum maledicitur ps. 109, 28. cf. ps. 3, 9. ps. 29, 11. ps. 115, 12. 13. b) *iusto.* Targ. & Syr. *iustis.* Singularis scil. numerus saepe est distributiuus. De *iusto* cf. v. 8. 9. & not. ps. 1, 5. c) *velati scuto* aut *clypeo.* ps. 91, 4. vid. 1 par. 9, 15. d) *sic gratia & beneuolentia tua.* Deut. 33, 23. ps. 145, 16. prou. 8, 35. c. 12, 2. e) vndique *cinges* & proteges *eum.* S. *circumdabis eos*, iustos. Syr. mutato suffixo *cinges me.* At LXX. Vulg. Ar. Aeth. *coronasti nos.* Kal (2) est *cingere* 1 Sam. 23, 26. Piel *coronare* ps. 8, 5. ps. 65, 12. ps. 103, 4. Ps. VI, ℣. 1. f) *Praefecto* musicae sacrae *cum instrumentis.* vid. ps. 4, 1. g) S. *super octaua.* Targ. *ad citharam octo chordarum.* Quid praecise fuerit, dubium est. Genus tamen carminis, aut *instrumentum musicum* omnino fuisse videtur; haud dubie, vt *Geierus* monet, magis ad grauitatem, quam hilaritatem, idoneum. cf. ps. 12, 1. 1 Par. 15, 21. & praef. in hunc librum §. 6. h) *Auctor* ergo huius psalmi *Dauid* est. vid. not. ps. 3, 1. quem aegrotantem illum composuisse, Hebraei sentiunt, *Bohlius* autem non improbabiliter post morbum infantis 2 Sam. 12, 15. seqq. Vel confer huius psalmi v. 3. & 4. cum 1 par. 21, 30. Alii cum *Coccejo* de Christo vaticinatum putant. Verum cuilibet etiam Christiano, haec patienti, eum competere, pridem *Lutherus* recte monuit. Sic sec. *Schmidium Preces* sunt *hominis in angustia hostium & conscientiae constituti*, quam I. vt grauissimam describit & *deprecatur* v. 2--8. II se auditum credens contra hostes *gloriatur* v. 9--11.

℣. 2. i) Saepius ingeminat hunc vocatiuum v. 3. 4. 5. vt deinde nominatiuum v. 9. 10. ceu vnicum precum & fidei suae obiectum & opitulatorem. cf. ps. 3, 2. k) Non simpliciter correptionem aut paternam castigationem, sed iram & rigorem iustitiae diuinae deprecatur. cf. ps. 2, 12. Es. 30, 27. Ier. 10, 24. prou. 3, 11. 12. l) *arguas me* Gen. 21, 25. 2 Sam. 7, 14. 2 Reg. 19, 4. ps. 38, 2. Iob. 5, 17. m) *neque in aestu* aut furore *tuo* ps. 90, 7. sine gratia aut miseratione, cf. ps. 79, 6. ps. 88, 8.

℣. 10. פִּי cum adiecto *Pisk* 2. ℣. 11. הַאֲשִׁימֵם per ׳ *Sikmahp.* 1. 2. sic fu. 5. מִמֹּועֲצוֹתֵיהֶם sic plene 1. 2. 3. 5. sec. *Mas.* 2. & *Erff.* sed contra *impr.* יִפְּלוּ מִמֹּעֲצוֹתֵיהֶם sic 1. כִּי־ cum coniunctiuo *Sarka* 3. ℣. 12. וְיִשְׂמְחוּ per *Pikmahp.* 3. חוֹסֵי sic per ׳ *Mahp.* 7. 8. 11. 12. 15. 16. 2.. 23. 24. sec. analogiam, quia praecedit *Kadma*, coll. Ps. 13, 3. & 31, 12. Alii per *Ierach.* וְיַעְלְצוּ *Ain* per *Pat.* 1. 3. 5. & in marg. 6. 9. contra *M. I.* ℣. 13. תַּעְטְרֶנּוּ sic 3. & in marg. 6. 9. itemque 1. cum nota, *repertum sic fuisse in duobus libris, nostram vero* ֱ *lectionem a Rabbinis confirmatam esse.* Ps. VI, ℣. 2. הַשְּׁמִינִית Alii per regulare *Rbhiagereschh.* Sed cf. not. Ps. 4, 1. ℣. 2. יְהוָה אַל־בְּאַפְּךָ Sic 1. regulariter quidem, sed minus emphatice.

בחמתך תיסרני: חנני יהוה כי־אמלל אני רפאני 3
יהוה כי נבהלו עצמי: ונפשי נבהלה מאד ואת יהוה 4
עד־מתי: שובה יהוה חלצה נפשי הושיעני למען 5
חסדך: כי אין במות זכרך בשאול מי יודה־לך: יגעתי 6 7
באנחתי אשחה בכל־לילה מטתי בדמעתי ערשי
אמסה: עששה מכעס עיני עתקה בכל־צוררי: סורו 8 9
ממני כל־פעלי און כי־שמע יהוה קול בכיי: שמע 10
יהוה תחנתי יהוה תפלתי יקח: יבשו ויבהלו מאד 11
כל־איבי ישבו יבשו רגע: ז שגיון לדוד א
אשר־

ואתה ק

13. 2 Cor. 1, 10. 2 Tim. 4, 17. 18. b) *salvum me fac* e tristissimo hoc animae meae statu, a peccatis & aeternae mortis discrimine, qui es seruator omnium hominum, marime vero tuorum. cf.

Psal. VII.

Ps. 3, 3. 8. Ps. 13, 2. ps. 17, 7. ps. 36, 7. Matth. 1, 21. 1 Tim. 2, 4. c. 4, 10. &c. c) *propter* multam & maximam *misericordiam*, Targ. *bonitatem* s. gratiam *tuam*. Ps. 5, 8. ps. 36, 6. 8. ps. 44, 17. ps. 57, 11. ps. 51, 3. vt gratus eam agnoscam & celebrem v. 6. Ps. 59, 17. cum sine ea aeternum mihi sit tacendum & pereundum.

℣. 6. d) *Nam nihil* vel *nulla*. cf. Ps. 3, 3. ps. 5, 10. e) *in hac morte*, quam timeo & persentisco. Ps. 116, 8. f) *est memoria tui*, scil. cum laude & celebratione beneficiorum tuorum coniuncta, aliorumque institutione Ps. 51, 15. Es. 38, 18. 19. Alioquin enim contra somnium de somno animarum cf. Luc. 16, 24. 25. g) *in loco & statu mortuorum* Gen. 37, 35. Es. 38, 10. praesertim *damnatorum* Num. 16, 30. 33. Es. 5, 14. Vulg. *in inferno autem*, sc. proprie sic dicto, vt Hos. 13, 24. Prou. 15, 24. Iunguntur vero passim vt synonyma *Mors & Scheol*, siue locus & status mortuorum. vid. Ps. 49, 15. Apoc. 20, 13. h) *quis?* i. e. nemo. vid. Ps. 4, 7. Ps. 106, 2. Ps. 113, 6. i) *confitebitur tibi*, & laudes tuas ad alios in Ecclesia propagabit? Ps. 7, 18. ps. 75, 1. cf. Ps. 30, 10. ps. 88, 11. ps. 115, 17. 18. ps. 118, 17. quia illinc regressus non datur. Iob. 7, 8--10. Luc. 16, 26. 31. ℣. 7. k) Vulg. *Laboraui*, i. e. sec. Targ. Syr. *fatigatus & labore confectus sum*. 2 Sam. 23, 10. Ier. 45, 3. Ps. 69, 4. Thren. 5, 5. ό. ἐκοπίασα. Matt. 11, 28. l) *in gemitu meo*. Ps. 31, 11. ps. 102, 6. Iob. 3, 24. c. 23, 2. m) sudori & lacrimis quasi *innatare facio*. (2) Es. 25, 11. n) S. *per totam noctem*, & sec. Vulg. *per singulas noctes* s. quauis nocte, quae aliorum quieti seruit. cf. Ps. 22, 3. ps. 42, 4. Ier. 14, 17. Iob. 30, 17. o) *lectum meum*, quieti alias paratum 1 Sam. 4, 7. 1 Reg. 21, 4. p) *lacrimis meis* Ps. 80, 6. Threu. 2, 11. q) *spondam*, Vulg. *stratum meum*. Ps. 41, 4. Iob. 7, 13. r) quasi *liquescere facio*. (4) Ps. 39, 12. ps. 147, 18. Ios. 14. 8.

℣. 8. s) S. *Contabuit*. Targ. *Caligauit*. vid. Iob. 17, 7. Syr. *doluit*. (vt Ps. 88, 10.) LXX. Vulg. Aeth. *Turbatus est*. Ar. *Flacuit*, s. *emarcuit*, vt planta. Al. Salsis lacrimis *velut a tinea* Es. 51, 8. *corrosus est*. Sed dubium nobis non est, quin sit idem cum Arab. עשש *Extenuatum & emaciatum fuit* corpus, ossibus ob maciem prominentibus, it. *Aruit* herba &c. (3) Ps. 31, 10. 11. cf. Prou. 17, 22. t) *ab aegritudine & maerore* Coh. 1, 18. c. 7, 3. c. 11, 10. u) *oculus & vultus meus*. cf. contrar. Ps. 73, 7. x) *senuit*, S. *inueterauit*, sc. oculus s. vultus meus. Iob. 21, 7. y) *inter*, al. *propter* (Ps. 5, 11.) *omnes hostes meos*, qui vndique me premunt & angunt. Ps. 7, 5. ps. 31, 10. Esth. 3, 10. ℣. 9. z) *Recedite*, facessite *a me* insectando aut impediendo 2 Sam. 2, 22. Ita post grauissimam luctam fidei sub contritione, nunc laeta eius sequitur victoria; & post verba angustiae verba fiduciae & viuae spei, vt Ps. 42, 6. 11. &c. hic pathetice per apostrophen ad hostes & irrisores. cf. Ps. 119, 115. ps. 139, 19. a) Targ. *facientes mendacium*. vid. Ps. 5, 6. Matth. 7, 23. c. 25, 41. Luc. 13, 27. b) cf. Ps. 10, 17. c) *vocem ploratus* s. *fletus mei*, & preces multis cum lacrimis fusas v. 7. cf. Es. 65, 19.

℣. 10. d) *Dominus*, inquam, *audiuit*. v. 9. & not. v. 2. e) *supplices* pro gratia *preces meas*. Ps. 55, 2. f) Obserua mysterium Trinitatis ex v. 9. & 10. coll. Num. 6, 24. 25. 26. & not. Nah. 1, 1. g) *orationem meam* Ps. 4, 2. ps. 141, 2. *suscepit* s. *acceptauit*, & porro *suscipiet*, & *acceptam habebit*. Mal. 2, 13. cf. Ps. 51, 19. ℣. 11. h) *Erubescant* igitur & *pudore confundantur*. Sic optatiue plerique. Alii vt S. in Indicatiuo: *Pudefient* & perturbabuntur. Ps. 25, 3. Ps. 35, 4. 26. Ier. 2, 36. c. 17, 18. Mich. 7, 16. i) iusto iudicio Dei. cf. v. 3. 4. Ps. 83, 18. k) Ps. 27, 2. ps. 56, 10. l) Aeth. *vertantur retro*. Ps. 9, 18. m) Ps. 40, 15. Syr. *& pereant*. n) Targ. *in momento*. Syr. *ex improuiso*. LXX. Vulg. Ar. *valde, velociter*. Aeth. *vehementer & subito*. cf. Es. 47, 9. Iob. 21, 13. c. 34, 20. Thren. 4, 6. Ps. VII, ℣. 1. o) S. *Schiggaion*. al. *Ode mixta* s. *erratica*: non vno metri aut musicae genere, sed vario constans. (2) vid. not. Hab. 3, 1. & Praef. in hunc librum §. 6. Aliis *Carmen oblectans*, coll. verbo Prou. 5, 19. 20. c. 20, 1. Aliis simpliciter *Carmen* s. *Canticum*, coll. rad. Syr. סגי *Magnus*, multus *fuit*, & in *Pael*: magna voce *cecinit*. vnde *Sugitho Canticum* &c. Sed si quid ex harmonia linguarum coniiciendum sit, malim conferre verbum Arab. שגא *Anxius & maestus fuit* &c. vt *Schiggaion Carmen* significet *ex multa afflictione & anxietate cordis* (2 Cor. 2, 4.) *conscriptum*: id enim argumento huius psalmi & Hab. 3. bene conuenit. p) vid. Ps. 3, 1.

a) *castiges*, Vulg. *corripias me*. De verbali & reali castigatione dicitur. vid. Ps. 2, 10. Leu. 26, 23. Deut. 21, 18. Ier. 31, 18. Ps. 118, 18. Prou. 29, 19. c. 31, 1. &c. ό. παιδεύσῃς με. Luc. 23, 16.

℣. 3. o) *Miserere mei, Iehoua!* nec merita mea, sed miseriam intuere. cf. Ps. 4, 2. Ps. 9, 14. p) *quia languidus*, Vulg. *infirmus*. velut marcida planta, aut succo destituta & emoriens arbor, *ego sum*. cf. Es. 24, 7. Ioel 1, 10. 12. Nah. 1, 4. q) *sana me*, Domine, quoad animam & corpus, a morbo corruptae naturae. cf. Ex. 15, 26. Ps. 41, 5. Ps. 103, 3. r) *quia conturbata* s. *consternata sunt*. 1 Sam. 28, 21. Es. 21, 3 Iob. 4, 5. s) *ossa mea*, quae alioqui fulcra corporis. cf. Ps. 38, 4. Ps. 51, 10. Describitur terror, tq. penetrantissimus & intimus, qui ad ossa vsque pertigerit, medullam velut omnem exesturus Prou. 12, 4. Iob. 4, 14.

℣. 4. t) *Immo anima mea* quoque. cf. Ps. 31, 10. Ps. 41, 5. Ps. 42, 6. 7. &c. u) *turbata & territa est* valde. Ps. 30, 8. x) *Et tu Domine!* fons omnis gratiae, & pater misericordiarum. Ps. 103, 13. Es. 49, 14. 15. c. 57, 15. 16. Thr. 3, 21. 22. 2 Cor. 1, 3. Eph. 3, 15. &c. y) *vsque quo* s. *quousque?* scil. iratus eris. Ps. 80, 5. vel auxilium non feres? Ps. 89, 47. Emphatica *aposiopesis*, vt Ps. 13, 1. Ps. 90, 13. Targ. *vsque quo laxatio mihi differetur?* cf. Ps. 143, 7.

℣. 5. z) *Conuertere*, vel *Reuertere quaeso, Domine!* Ps. 90, 13. qui a me propter peccata auersus, meque destituisse videris. Es. 29, 2. c. 63, 17. Ps. 21, 2. Thren. 3, 44. Al. cum seq. verbo: *Iterum eripe*, coll. Ps. 71, 20. a) *eripe* e mortis & desperationis periculo *animam meam*. Ps. 50, 15. Ps. 91, 15. Ps. 116, 8. cf. Leu. 14, 43. ό. ῥῦσαι. Matth. 6, 13.

℣. 3. כי־ Sic per *Makk.* & *Meth.* 1. 3. 14. per *Ierach* 2. Ceteri per *Mahp.* contra analogiam. אמלל cum *Makk.* quod sec. nostros accentus subintelligi debet, expresso. 2. At per *Ierach* 1. 3. 14. ℣. 7. יגעתי sine *Psk* 2. באנחתי cum *Gaiah* 7. 8. 22. 23. ℣. 9. שמע cum conseruo *Sarka* 3. ℣. 11. יבשו sine *Psk* 1. 2. 10. 17. 18. 21. 22. 23. 24. & Ser.

q) *quam*, post superatam illam angustiam, in suum aliorumque vsum cecinit, voce vel instrumento adhibitis. 2 Par. 9, 11. Iud. 5, 1. Prou. 25, 20. cf. Ps. 18, 1. r) *in honorem Domini*, a quo omnis benedictio & salus Ps. 3, 9. s) *propter verba*; vel calumniatoria, coll. v. 4. vel sarcastica vt Ps. 3, 3. aut maledicta alia, vt Simeli 2 Sam. 16, 5. seqq. Vel pleonasticum est, vt Ier. 24, 1. &c. *propter* Cuschum. t) *Cuschi*. De *Saulo*, filio *Kischi* 2 Sam. 10, 1. per paronomasiam (coll. Ier. 13, 23. Am. 9, 7.) id dictum volunt *Targ. Kimchi*, *Tarnou. Tillius* &c. eiusque nomen reticeri, quod Regibus non sit maledicendum Coh. 10, 20. Aliis, vt *Geiero*, videtur hic *Cuschus* fuisse aliquis ducum vel aulicorum Saulis, & calumniator Dauidis 1 Sam. 24, 10. cui sec. *Grotium*, eius persequendi mandatum fuerit datum Alii vero, vt *Bohlius*, *Caleuius*, *Pfeifferus*, *Lightfootus* & *Maius* de *Simei* criminatore 2 Sam. 16, 5. seqq. hoc nomen accipiunt, & vel binominem illum fuisse, vel per irrisionem ad familiam *Kischi* alludi putant. Vid. *Maii* Oecon. p. 789. seq. vbi etiam *XI. psalmi* simile argumentum esse, coniicit, scripsi eum, cum David hinc inde incertis sedibus adhuc erraret, vt crudeles rebellis sui filii manus effugeret. cf. not. 2 Sam. 16, 12. u) i. e. *Beniaminita*. Targ. *Saulis filii Kis*, *qui erat de tribu Beniamin*. vid. 1 Sam. 9, 21. c. 22, 7. 2 Sam. 16, 11. Habet itaque hic psalmus sec. S *Preces Dauidis & cuiusque innocentis*, *contra hostes*, *persecutores* v. 2. 3. in quibus I. *innocentiam* suam docet v. 4-6. II. *restitutionem* sui petit v. 7. 8. III. *Iustitiam Dei* adpellat v. 9. 10. eamque IV. sibi propitiam, hostibus autem, ni resipiscant, grauissimam fore, certus est v. 11--17. adeo vt tandem V. *gratias agat* v. 18.

℣. 2. x) v. 4. Iustus, verax, constans & in promissis non mutabilis Deus. cf. not. Ps. 6, 2. Ex. 6, 2. 6. 8. &c. y) per foedus gratiae etiam *Deus meus*. vid. Ps.

2 אשר־שר ליהוה על־דברי־כוש בן־ימיני : יהוה אלהי
3 בך חסיתי הושיעני מכל־רדפי והצילני : פן־יטרף
4 כאריה נפשי פרק ואין מציל: יהוה אלהי אם־עשיתי
ה זאת אם־יש־עול בכפי: אם־גמלתי שולמי רע ואחלצה
6 צוררי ריקם : ירדף אויב ׀ נפשי וישג וירמס לארץ חיי
7 וכבודי ׀ לעפר ישכן סלה : קומה יהוה ׀ באפך
הנשא בעברות צוררי ועורה אלי משפט צוית :
8 ועדת לאמים תסובבך ועליה למרום שובה: 9 יהוה ידין
י עמים שפטני יהוה כצדקי וכתמי עלי : יגמר־נא רע ׀
רשעים

3, 8. z) Ps. 5, 12. Es. 25, 4. Targ. *in Verbo tuo speraui*: vt supra Ps. 2, 12. &c. a) Ps. 3, 8. b) s. Saulo, s. Absalomo, eorumque adseclis. cf. v. 6. Gen. 14, 14. Iud. 4, 16. Ps. 119, 84. c) *& eripe me* e praesentissimo vitae periculo. v. 3. Num. 35, 25. 1 Sam. 17, 37. Ps. 18, 1. Ps. 50, 21.

℣. 3. d) *Ne rapiat* vel *dilaniet* hostis, instar bestiae saeuae. S. *Ne rapiant* hostes. cf. v. 1. 2. 6. & verbum Gen. 37, 33. Deut. 33, 20. e) Ps. 10, 9. Ps. 17, 12. Ier. 4, 7. f) *animam & vitam meam*. vel *me ipsum*. Ps. 3, 1. Num. 23, 10. c. 35, 11. g) *abripiens* animam meam, *disrumpens* me. Targ. *discindat*. (8) Gen. 27, 40. Ex. 32, 2. 1 Reg. 19, 11. Ps. 136, 24. h) *& non sit, qui eripiat* vel liberet me. v. 2. 1 Sam. 17, 35. 37. 2 Sam. 14, 6. Es. 5, 29. ℣. 4. i) vid. v. 2. k) *si feci hoc*, quod scilicet mihi exprobrat Simei 2 Sam. 16, 7. 8. aut secundum alios Saul & adulatores eius 1 Sam. 24, 10. c. 25, 10. Testificatur scil. Dauid innocentiam suam in hac caussa: & apodosis sequitur v. 6. l) *si est* eiusmodi *crimen*, *prauitas & iniquitas* Leu. 19, 15. Deut. 32, 4. Ez. 3, 20. Ps. 53, 2. m) *in manibus meis* Gen. 10, 5. Ps. 26, 6. ps. 71, 4. Iob. 31, 7. *Manus* enim dicuntur *inquinari*, cum scelus admittitur, eaedemque *purae* dicuntur, cum quis innocens est. Vnde innocentiam suam testabantur, quando *manus lauabant*. ℣. 5. n) *Si rependi vel exhibui* aut *feci* sc. malum. si ita *meritus sum*. Nam & *retribuere*, & simpliciter *bene* vel *male facere* significat. vid. Gen. 50, 15. 17. 1 Sam. 24, 18. Es. 3, 9. c. 63, 7. Prou. 31, 12. &c. o) ita plerique codices haec accentibus coniungunt: & sic LXX. Vulg. Syr. Aeth. *retribuenti* vel *retribuentibus mihi mala*: coll. *Piel* Iud. 1, 7. &c. At *Targ*. alia distinctione (vid. infra Varr. Lect.) & significatione huius verbi: *Si retuli pacifico meo malum*; coll. Iob. 9, 4. c. 22, 21. & Ps. 55, 21. p) Targ. *& adflixi*; Syr. *& si adflixi*; al. *spoliaui*, coll. 2 Sam. 2, 21. & Targ. 1 Sam. 31, 8. 9. At sententia Hebraei textus potius haec est: *immo* (Prou. 6, 16. Es. 49, 6. Hab. 1, 8.) *liberaui & eripui* Ps. 6, 5. ps. 50, 15. Iob. 36, 15. tum in spelunca 1 Sam. 24, 6. seqq. tum in castris 1 Sam. 26, 9. seqq. q) *eum*, *qui me angebat* v. 7. Ps. 6, 8. Num. 25, 17. *inaniter & sine* omni iusta *caussa* Ps. 25, 3.

℣. 6. r) *Persequatur hostis*, *faciatque*, *vt* etiam alii *persequantur*. Forma ex *Kal* & *Piel* composita. v. 2. Nah. 1, 8. s) *me ipsum* s. *animam meam* v. 3. Ps. 143, 3. t) *& adprehendat* s. *adsequatur* me Gen. 31, 20. c. 44, 4. 6. Ex. 15, 9. u) *&* pedibus *proculcet in terram*. Es. 28, 3. c. 41, 25. Nah. 3, 14. Mich. 5, 7. Dan. 8, 7. x) me viuum s. *vitam meam* Ps. 26, 9. ps. 64, 2. y) *&* omnem *gloriam meam* ac famam, tua beneuolentia partam. 2 Sam. 7, 9. c. 8, 13. Ps. 4, 3 Iob. 19, 9. z) exstinguat, & veluti *in puluerem* detrudat Ps. 44, 26. ps. 119, 25. Iob. 16, 15. a) Vulg. *deducat*. q. d. *habitare* l. manere me *faciat*, & quasi sepeliat. Ps. 94, 17. b) *Ita sane* est! serio & confidenti ex animo hoc dico. ό. Διάψαλμα, s. *pausa*. Targ. *in perpetuum*. vid. Ps. 3, 5. & not. Hab. 3, 3. ℣. 7. c) Quoniam vero mea me conscientia ab his criminibus omnino absoluit, *Itaque surge o Domine!* Ps. 3, 8. ps. 9, 20. ps. 10, 12. d) *In ira tua* Ps. 6, 2. ps. 56, 8. ps. 90, 7. aduersus hostium meorum furorem. e) *exaltare* vel *effer te*: velut altissimum iudicii tui solium conscende. Es. 6, 1. c. 33, 10. Ps. 94, 2. f) *propter* (vt Ps. 5, 11.) vel *contra* effusissimam iram & *furores* Hos. 5, 10. Iob. 21, 31. g) *hostium meorum* v. 5. h) S. *& excita te veniendo ad me*. Verbum praegnans. *euigila* quasi e somno desertionis & non praestiti mihi auxilii Ps. 44, 24. Ps. 59, 5. 6. Nam alioqui non dormiturit nec dormit custos Israelis Ps. 121, 4. i) q. d. quandoquidem *ius & iudicium* in verbo tuo *praecepisti*, non potes igitur non ipse iustitiam mihi administrare, coll. Gen. 18, 25. Ex. 23, 6. Leu. 19, 15. 35. Deut. 1, 16. 17. c. 10, 18. c. 16, 18. 19. c. 27, 19. &c. *Ellipsis relatiui* frequens est, vid. v. 9. 16. Ps. 4, 8. Al. *quia* mihi ius aut *iudicium populi tui praecepisti*, coll. 2 Sam. 6, 21. c. 7, 11. ℣. 8. k) *Etenim coetus*. LXX. & Vulg. *Synagoga* Ps. 1, 5. Ps. 22, 17. l) *populorum* Israel. Ps. 2, 1. Gen. 25, 23. m) *circumdat*, *circumstat* te Iudicem, & sententiam tuam exspectat. Ps. 26, 6. coll. 1 Reg. 1, 20. Al. in malam partem: *circumdat* & oppugnat non me solum, sed etiam *te*, coll. Ps. 17, 11. ps. 22, 13. 17. Hos. 12, 1. &c. n) *ideo propter eum* in officio continendum, vel *ad eum*, coll. Mal. 3, 24. al. *contra eum* coetum rebellium. Al. neutraliter: *ac propterea* &c. o) *in altum reuertere*, & aduersariis tuis te superiorem demonstra: sublimissimum tuum iudiciale solium conscende. coll. Ps. 11, 4. ps. 21, 14. ps. 93, 4. & 1 Reg. 10, 19. 20. ℣. 9. p) Targ. *Verbum Domini*, tanquam supremus, vniuersalis & iustus Iudex v. 12. cf. v. 2. Ps. 2, 12. Gen. 18, 25. Ps. 72, 2. ps. 82, 8. Ioh. 5, 27. Act. 17, 31. q) *iudicat & iudicabit populos* Ps. 9, 9. & 110, 6. 1 Sam. 2, 10. r) ergo *iudica* & vindica *me Domine!* Ps. 26, 1. ps. 35, 24. ps. 43, 1. Es. 1, 17. &c. s) *secundum iustitiam meam*, scil. in hac caussa & lite aduersariorum, coll. v. 4. 5. Ps. 18, 21. & 143, 2. t) *& secundum integritatem* aut sinceritatem *meam* Gen. 20, 5 6. 2 Sam. 15, 11. Ps. 25, 21. Ps. 26 1. 10. Ps. 41, 13. &c. u) S. *quae est super me vel penes me*, in animo meo. Ps. 16, 6. ps. 42, 5. Hos. 11, 8. At Targ. *retribue mihi*: q. d. *super me sit* vel *veniat*, vt Ps. 3, 9. ℣. 10. x) Vulg. S. &c. *Consumatur, quaeso*. Targ. *Destruatur*. *Desinat tandem*, & finem adsequatur. (5) Ps. 12, 2. ps. 57, 3. ps. 77, 9. ps. 138, 8. y) *malum*, *malitia*. Vulg. *nequitia*. cf. v. 5. Ps. 41, 6.

Ps. VII, ℣. 5. גמלתי שלמי Sic 3. alia verborum constructione. Vid. superius ad textum notata. שולמי *plene* 1. 3. 21. sic fere 5. & in marg. 6. 7. 8. 9. sec. *Mas.* 1. & *Erff.* ℣. 6. ירדף Analogice requirebatur hic *Mun. superius*, vt ps. 97, 8. & 141, 4. Verum tamen & *Mahp.* (quod codices meliores habent) admitti potest, coll. Ps. 84, 3. וכבודי sine *Psik* 1. 2. 3. non bene.

pſ. 94, 2. m) & *Deus* Pſ. 5, 5. n) S. *indignans malo. detestans*, h. e. ſeueritatem exercens contra omnem impietatem, coll. Pſ. 5, 5. Targ. & vulg. *de iraſcitur aduerſus impios.* quales erant aduerſarii Dauidis v. 10. cf. Num.

רְשָׁעִים וּתְכוֹנֵן צַדִּיק וּבֹחֵן לִבּוֹת וּכְלָיוֹת אֱלֹהִים צַדִּיק׃
11 מָגִנִּי עַל־אֱלֹהִים מוֹשִׁיעַ יִשְׁרֵי־לֵב׃ אֱלֹהִים שׁוֹפֵט צַדִּיק
12 וְאֵל זֹעֵם בְּכָל־יוֹם׃ 13 אִם־לֹא יָשׁוּב חַרְבּוֹ יִלְטוֹשׁ קַשְׁתּוֹ
דָרַךְ וַיְכוֹנְנֶהָ׃ 14 וְלוֹ הֵכִין כְּלֵי־מָוֶת חִצָּיו לְדֹלְקִים יִפְעָל׃
טו הִנֵּה יְחַבֶּל־אָוֶן וְהָרָה עָמָל וְיָלַד שָׁקֶר׃ בּוֹר כָּרָה
16 וַיַּחְפְּרֵהוּ וַיִּפֹּל בְּשַׁחַת יִפְעָל׃ 17 יָשׁוּב עֲמָלוֹ בְרֹאשׁוֹ וְעַל
18 קָדְקֳדוֹ חֲמָסוֹ יֵרֵד׃ אוֹדֶה יְהוָה כְּצִדְקוֹ וַאֲזַמְּרָה שֵׁם־
יְהוָה עֶלְיוֹן׃ ח א לַמְנַצֵּחַ עַל־הַגִּתִּית

Pſ. VIII.

2 מִזְמוֹר לְדָוִד׃ יְהוָה אֲדֹנֵינוּ מָה־אַדִּיר שִׁמְךָ בְּכָל־הָאָרֶץ
אֲשֶׁר

23, 7. 8. Eſ. 66, 14. Zach. 3, 12. Mal. 1, 4. Prou. 14, 24.

z) Vid. Pſ. 1, 1. a) & *ſtabilias, confirmes*, atque cetera machinationes impiorum a ruina aut interitu tutum præſtes. cf. Pſ. 2, 4. pſ. 99, 4. pſ. 101, 7. pſ. 119, 90. b) *iuſtum*, me alioſque pios. vid. v. 9. & not. Pſ. 1, 5. Hoſ. 14, 10. c) *probans namque & examinans es corda & animos*, 1 Sam. 16, 7. Ier. 11, 20. c. 17, 10. c. 20, 12. Pſ. 26, 2. pſ. 66, 10. 1 Par. 28, 9. d) & *renes*, intimosque hominis receſſus & adfectus, qui renibus paſſim tribuuntur. vid. Pſ. 73, 21. Prou. 23, 16. Iob. 19, 27. cf. Pſ. 16, 7. Apoc. 2, 23. e) *o iuſte Deus!* Ita ſubiectum enunciationis transpoſitum eſt, vt Pſ. 2, 7. At S. *nam qui probas -- Deus es iuſtus.* Ceterum hoc *nomen Dei plurale* modo cum ſingulari verbo vel nomine conſtruitur, modo cum plurali, ad innuendum *myſterium Trinitatis*, vid. e. c. Gen. 1, 1. c. 20, 13. c. 35, 7. Ioſ. 24, 19. 2 Sam. 7, 23. Pſ. 58, 12. pſ. 75, 8. pſ. 78, 56. &c.

℣. 11. f) S. *Scutum* itaque *meum* & defenſio. vid. Pſ. 3, 4. pſ. 89, 19. g) *apud Deum eſt*, vt Pſ. 62, 8. I. e. vt *Syrus* habet: *Auxiliator meus eſt Deus*, coll. Gen. 15, 1. 2 Sam. 22, 31. Significantius tamen alii: *Clypeus*, h. e. *protector* & defenſor *meus*, nempe Filius Dei, Angelus ille fœderis æterni, intercedens pro ſuis, *apud Deum eſt*, coll. Eſ. 48, 16. Zach. 3, 1, ſeqq. Pſ. 24, 10. 12. Iob. 33, 23. Rom. 8, 33. 34. 1 Ioh. 2, 1. &c. Ita *Tillius* h. l. h) *qui ſaluos facit* a peccatis, omnibusque malis Pſ. 6, 5. pſ. 17, 7. Eſ. 43, 3. 11. c. 45, 15. 17. 21. c. 63, 9. Ier. 14, 8. Matth. 1, 21. &c. i) *rectos corde*, qui ſincera fide in ipſum credunt & ſerio ipſi, & pietati ac iuſtitiæ deditiſunt. Pſ. 11, 2. pſ. 32, 2. 11.

℣. 12. k) S. *Deus* inquam v. 10. 11. l) *eſt iuſtus iudex*. v. 10. Pſ. 9, 5. 8. pſ. 50, 6. pſ.

o) *omni vel toto die.* Pſ. 88, 10. pſ. 140, 3. pſ. 145, 2. ſecus, quam ſentiunt impii Pſ. 10, 11. 13. adeoque citius opinione illorum eos puniturus. ℣. 13. p) *Si* vel *Quando.* Num. 36, 4. q) *non converterit ſe*, ſcil. *hoſtis meus* v. 6 *Cuſchus* v. 1. aliique impii v. 10. *Lutherus* imperſon. *Si quis ſe non converterit.* & LXX. Vulg. Ar. Aeth. *Niſi converſi fueritis*: quod quidem Deus præoptat, & ego precor. cf. Ez. 18, 21. 27. 32. 1 Tim. 2, 4. 2 Pet. 3, 9. r) *gladium ſuum* ad vindictam *acuit* (Gen. 4, 22. 1 Sam. 13, 20. Pſ. 52, 4.) Deus, iuſtus iudex v. 12. coll. Deut. 32, 41. 42. Pſ. 27, 1. c. 34, 5. 6. Ez. 21, 14 15. & ſic in ſeqq. vsque ad v. 15. Subiecti loco *Deum* plerique Interpp. ſubintelligunt. At *Geierus* cum aliis totam hanc ſententiam vsque ad v. 17. partim de machinationibus impii v. 13. 14. partim de inſito & contrario illarum ſucceſſu v. 15 - 17. accipit, h. m. *Si non convertetur* hoſtis meus, ſed porro *acuet gladium ſuum* &c. *Ecce* hic fructus erit, *parturiet iniquitatem* &c. coll. Pſ. 21, 2. pſ. 37, 13. 14. Prius tamen malumus, propter connexionem cum v. 12. s) *arcum ſuum* tetendit Deus. Hab. 3, 9. Thren. 2, 4. c 3, 12. t) & *firmauit ſeu parauit*, & ſagitta impoſita inſtruxit & *adplicauit eum*, v. 10. cf. Pſ. 11, 2. Eſ. 51, 13. ℣. 14. u) S. *Præparauitque ſibi* vel potius *ipſi* impio ſc. Deus ad vindictam, Al. impius, in ſuum damnum. Zeph. 1, 7. Targ. *Et propter ipſum* impium Deus parauit. x) *inſtrumenta mortis* ſ. letifera. *Genitiuus effectum* notat, vt Ez 21, 30. Syr. *inſtrumenta iræ*. cf. Deut. 1, 41. Eſ. 13, 5. Ez. 9, 1. y) Targ. *tela ſua adverſus perſecutores iuſtorum parabit*. cf. Deut. 32, 42. Zach. 9, 14. Thren. 3, 13. z) S. *ardentia* fecit, cf. Eph. 6, 16. At LXX. Vulg. Syr. Aeth. *ardentibus*, h. e. inimicis cum *feruore me perſequentibus*. vid. Gen. 31, 36. Obad. v. 18. Pſ. 10, 2. Thren. 4, 19. Prout Saul telis hoſtium percuſſus, & ſuo tandem gladio interemtus fuit. 1 Sam. 31, 3. ſeqq. 1. Par. 10, 3. a) *parabit, efficiet.* v. 16. ℣. 15. b) S. *En ergo concipiet* ſ. *parturiet* impius. cf. Cant. 8, 5. & nomen Eſ. 66, 9. Ier. 13, 21. c) Vulg. *iniuſtitiam*. S. *iniquitatem*. al. *vanitatem* ſ. vanos conatus. Pſ. 5, 6. pſ. 6, 9. pſ. 10, 7. pſ. 90. 10. & not. 1 Sam. 15, 23. d) S. *ſed gravidus erit labore.* vel *concipiet nimirum ærumnam*, innocentibus infligendam, coll. v. 17. Eſ. 59, 4. e) *parietque mendacium*, omnemque ſuum laborem fruſtra fuiſſe, & ſpe ſua ſe deceptum ſentiet. Pſ. 112, 10. cf. Pſ. 33, 17. Eſ. 26, 18. c. 33, 11. Iob. 15, 35. ℣. 16. f) *Foueam fodit* ſ. *parauit* mihi. Ier. 18, 22. Ez. 21, 33. Pſ. 40, 7. pſ. 57, 7. pſ. 94, 13. g) & *effodit*, excauauit, Aeth. *profunde effodit eam.* Gen. 26, 15. 18. vt venatores, feras ita capturi. vid. Ezech. 19, 4. 8. h) *ſed cecidit* ipſe, aut *certiſſime cadet* Pſ. 35, 8. Præt. Prophet. i) *in foueam* Pſ. 10, 2. Prou. 26, 27. k) *quam fecerit* v. 14. *Ellipſis relat.* vt v. 7. 9. Pſ. 9, 16. Rem cf. Coh. 10, 8. Prou. 10, 8. c. 5, 22. ℣. 17. l) *Reuertetur* enim ſ. *recidet* improbus *labor*, vel vt Syr. habet, *iniquitas eius*. v. 15. m) *in proprium ipſius caput*; ſec. illud: *Malum conſilium conſultori peſſimum.* cf. Pſ. 140, 10. 2 Sam. 3, 29. n) & ſuper *verticem eius* Pſ. 68, 22. Ier. 2, 16. o) *intentata mihi vis & violentia eius* Gen. 6, 10. 11. Hab. 1, 2. 3. 9. p) inſtar grandinis Ex. 9, 19. Deut. 28, 24. aut lapidis in altum proiecti Coh. 10, 9. diuino iudicio v. 12. Mich. 1, 12. *deſcendet.* Quia non lex iuſtior vlla, Quam necis artifices arte perire ſua. ℣. 18. q) *Laudabo* itaque *Dominum*. Pſ. 6, 6. Verbum hoc in Kal ſignificat *Iecit, Proiecit*; in Hiphil autem non ſolum *Confiteri*, vt Pſ. 32, 5. &c. ſed etiam *celebrare, palam laudare*, & quaſi *laudes alicuius iactare*, vt h. l. cf. Pſ. 9, 2. pſ. 54, 8. pſ. 108, 4. &c. r) *ſec. iuſtitiam ipſius* luculenter demonſtratam. cf. v. 10. 12. 2 Theſſ. 1, 6. s) & lætus *pſallam* ſ. *cantabo* voce aut inſtrumentis. Pſ. 9, 3. pſ. 27, 6. pſ. 18, 50. cf. Iac. 5, 13. t) *nomen Domini* ſ. ipſum Dominum, ſub venerando *Iehoua* nomine colendum Deut. 28, 58. cf. Pſ. 5, 12. pſ. 113, 1. 2. u) *Altiſſimi* & ſupremi omnium Dei & Arbitri. Pſ. 9, 3. pſ. 18, 14. pſ. 47, 3. &c. Pſ. VIII, ℣. 1. x) Vid. not. Pſ. 4, 1. Hab. 3, 19. y) S. *ſuper Gittith*; quod aliis carminis ſ. melodiæ, aliis potius *inſtrumenti muſici*, ſed nobis ignoti genus eſt. (3) Pſ. 81, 1. & 84, 1. Conf. Præf. in hunc librum §. 6 Targ. *ſuper Cithara, quam de Gath attulit*: ſiue illa Philiſtæorum 1 Sam. 17, 4. c. 27, 3. ſiue *Gath Rimmon* Leuitarum Ioſ. 21, 25. vnde etiam Obed-Edem *Gitthæum* dictum putant 2 Sam. 6, 10. Male vero contra Ebræum textum LXX. Vulg. & Aeth. *pro torcularibus*; etſi illud de Chriſti paſſionibus & exaltatione, ad analogiam Eſ. 63, 1-3. explicari poſſit. z) vid. Pſ. 3, 1. Syr. *Prophetia Dauidis*, *quod infantes & pueri, atque adoleſcentes laudes Domino dicturi eſſent Hoſannis*; coll. hic v. 3. & Matth. 21, 16. S. Prophetia Dauidis, in qua *Eccleſia Deum ſuum laudat, quod in N. T. nomen ſuum per Chriſtum & Evangelium glorioſum reddiderit, dum inprimis CHRISTVM poſt breue exinanitionis tempus ſuper omnia exaltauerit.* Quæ vtique rectius ſe habent, quam quod *Grotius* aliique cum Iudæis inepte *de toto genere humano*, alii de *Adamo in ſtatu integritatis* (qui tamen nec אנוש *homo miſer & ærumnoſus*, nec *filius Adami*, nec ipſe a Deo deſertus, aut deinde ſupra omnia, etiam cæleſtia, exaltatus fuit, cum econtrario agnoſcant veteres Iudæi, *Meſſiam* non ſolum Abrahamo & Moſe, ſed ipſis etiam *Angelis ſuperiorem*; vt ad Eſ. 52, 13. notauimus, coll. Heb. 1, 4.) alii *de homine reparato*, hunc pſalmum non bene accipiunt. Agit namque ille, ſec. infallibilem Chriſti & Apoſtoli demonſtrationem (Matth. 21, 16. 1 Cor. 15, 27. Eph. 1, 20-22. Hebr. 2, 5--9.) de CHRISTO, homine, poſt exinanitionem ad dextram Dei euecto; itaquidem, vt, quod Petrus dicit 1 Pet. 1, 11. Spiritus S. per Dauidem, in Veteris Eccleſiæ ſpem & ſolatium, noſtramque confirmationem, hic prius teſtetur τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα, καὶ τὰς μετὰ ταῦτα δόξας. Quod admirandum pietatis myſterium 1 Tim. 3, 16. ſacer vates I. *celebrat* v. 2.

11.

℣. 11. מגני per *Tiphcha* aut. 17. 18. 24. & Ber. ℣ 17 ישוב cum *Pſik* 1. 7. 8. 11. 12. 13. 15--18. 20. & Ber. contra ſenſum. ועל per *Makk*. 1. 2. 3. 6. 9. 10. 13. 14. 20. ſic ſu. 5. קדקדו poſterius *Kuph* per *Chateph*. *Kam*. 2. 3. 5. 6. 9. 10. 13 14. 20. 22. 23. Pſ. VIII, ℣. 1. הגתית per *Rbhia*-*greſch*. Ber. ſed cf. not. Pſ. 4, 1. ℣. 2. אשר per *Makk*. 1. 2. 3. 6. 9. 10, 13. 14. 20. ſic ſu. 5.

II. *Enarrat* v. 3--9. & III. epanaleptica conclusione *confirmat* v. 10. ℣. 2. *e*) *O Iehoua*. S. *Deum, Patrem* Christi redemptoris alloquitur in contradistinctione Filii incarnati (vid. v. 5.) non tamen excluso Filio & Spiritu S. *b*) *Domine omnium nostrum*, vel qui es *Dominus* & Deus *noster*. Ps. 2, 4. ps. 147, 5. Neh. 10, 30. Ita ex mente *Bohlii Messiae*, sec. alios Dauid & *Ecclesia Veteris Test.* de tempore Noui Testamenti canit, sec. *S.* vero *Ecclesia Noui Testamenti*, quam hic Dauid loquentem introducit, vt Ps. 16. & 22. Messiam &c. quia pleraque verba psalmi ita concepta sunt, quasi opera Dei, quæ celebrantur, iam tum facta essent. Vtque noui testamenti tempora Dauid *Propheta* in Spiritu S. præuidit, & Ecclesiæ etiam Veteris T. ad confirmandam & consolandam illius in futurum Messiam fidem & spem, per hunc psalmum propheticum commendauit, vt ad v. 1. iam diximus. Et recte obseruauit *Brentius*, Dauidem hunc versiculum sic enunciare, perinde ac si coram videret Apostolos tam inter Iudæos, quam inter gentes circumire, & gloriam nominis Dei per Christum patefactam, prædicatione sua illustrare: vnde Spiritus S. respiciat maxime tempus, quo circumtulerint Apostoli euangelium inter omnes gentes. *Rivetus*: Additur, inquit, affixum pronomen *noster*, in quo etiam continetur *fidei* & *obsequii protestatio*, præsertim ab homine Israelita. Quamuis enim omnium hominum Dominus sit Deus, specialiter tamen se Israelitarum Dominum, tanquam populi, quem acquisiuerat, profitebatur, illique eum *suum Dominum* agnoscebant. *c*) *Quam!* Intendit, vt Ps. 3, 2. Exclamatio ex profunda meditatione & admiratione tanti mysterii & maiestatis diuinæ profecta. *d*) *magnificum, illustre* & *gloriosum*. LXX. Vulg. Ar. *admirabile*. Aeth. *valde celebratum est*. sic v. 10. cf. Ps. 76, 5. Ex. 15, 6. 10. 11. Ier. 14, 3. &c. *S.* sc. per opera tua, quæ in Euangelio prædicantur & celebrantur. *e*) *nomen tuum* sanctum & venerandum Deut. 28, 58. *Kimchi*: i. e. *quam gloriosus tu es* כי שמו הוא והוא שמו *nam Nomen Dei dicit ipsum Deum, & ipse est is, quem nomen dicit. Nomen Iehoua magnificum*, inquit *S.* non sunt literæ & syllabæ nominis, sed ipse Deus, per nomina sua adpellatus & celebratus: quia nihil de Deo prædicari aut laudari potest sine mentione nominis eius alicuius. Est itaque idem, ac si diceret: *Tu o Deus, qui nomine tuo Iehoua adpellaris, & Dominus noster, magnificus es &c. f*) non vt olim in Aegypto tantum, aut Iudæa s. terra Canaan, Ps. 76, 2. ps. 147, 19. 20. sed *in vniuersa terra*: ita vt per totum orbem terrarum tua celebretur gratia, sapientia, potentia & gloria in Christo mirabiliter demonstrata, 1 Tim. 3, 16.

3 אֲשֶׁר תְּנָה הוֹדְךָ עַל־הַשָּׁמָיִם׃ מִפִּי עוֹלְלִים וְיֹנְקִים
4 יִסַּדְתָּ עֹז לְמַעַן צוֹרְרֶיךָ לְהַשְׁבִּית אוֹיֵב וּמִתְנַקֵּם׃ כִּי־
אֶרְאֶה שָׁמֶיךָ מַעֲשֵׂה אֶצְבְּעֹתֶיךָ יָרֵחַ וְכוֹכָבִים אֲשֶׁר
כּוֹנָנְתָּה

vt propterea cum DEO Patre Christum quoque adorent Ps. 97, 7. Phil. 2, 10. Heb. 1, 6.

℣. 3. *l*) *Ex ore paruulorum s. infantium*, cum ratione *annorum & ætatis*, vt Ier. 6, 11. c. 9, 20. Ps. 17, 14. Thren. 4, 4. tum ratione *morum & simplicitatis infantilis*, coll. Es. 28, 9. 1 Cor. 1, 26. 27. c. 3, 1. Laudibus scil. tibi & Christo tuo cantatis *ex ore infantium* Matth. 21, 15. & discipulorum Luc. 19, 37-39. & Euangelio adnunciato *ex ore Apostolorum*, qui simplicitate puerulis similes Matth. 11, 25. Marc. 10, 15. mente licet deinde adulti ac perfecti essent 1 Cor. 14, 20. homines scil. simplicis fidei & infantilis animi, ne ætate quidem infantili exclusa, sed singulariter hic potius inclusa; quia, vt *S.* ait, adultorum & infantium *in spiritualibus* eadem ratio est, coll. Matth. 18, 3. Admiranda nimirum illa laudatio Christi, & prædicatio Euangelii, *ratione ministerii sui*, hic primum a Propheta celebratur. *m*) *& lactentium* Ioel 2, 16. quos ad tertium etiam annum lactarunt Hebrææ matres 2 Macc. 7, 27. cf. Gen. 21, 8. 1 Sam. 1, 22-24. &c. Vt adeo non magna hic opus sit solicitudine, *num lactentes etiam Christo Hosanna acclamauerint?* Cum procul dubio factum sit, vt *S.* notat p. 44. vt in tanto concursu populi (Matth. 21, 8. seqq. & Luc. 19, 37. seqq. descripto) vtriusque sexus infantes, qui adhuc vbera sugebant, & vix loqui poterant, in brachiis attulerint, & Iesum illis ostenderint; atqui hi, siue portantes, siue pueros clamantes imitati, cum motu diuino vocem infantili ore ediderint. *n*) Targ. *fundasti*. Syr. *firmasti*. al. *firmiter constituisti* s. decreuisti (coll. Esth. 1, 8. 1 Par. 9, 22. Ps. 2, 2.) *robur* & fortitudinem regni tui Ps. 29, 1. ps. 96, 6. 7. quod nec portæ inferorum expugnabunt Matth. 16, 18. Quia Euangelium, ratione virtutis suæ, *sceptrum potentiæ* est Ps. 110, 2. s. robur fundatum & inexpugnabile Luc. 21, 15. Rom. 1, 16. 2 Cor. 10, 4. At LXX. Vulg. Ar. Aeth. vt Matth. 21, 16. *parasti s. perfecisti laudem*, quam *laudis* significationem nomini Hebræo עז quidam tribuunt 2 Par. 30, 21. sed præter necessitatem. Hinc *S.* intelligit *robur oris*, i. e. vocem vel laudem fortiter, clare & intrepide editam; q. d. Tu ita potenter & sapienter *dispensasti* & gubernasti, ac Spiritu tuo sancto mouisti *os etiam infantium & lactentium, vt robusta, clara & intrepida voce oris sui* κράζοντες s. *clamantes* Matth. 21, 15. laudem Christo tuo canerent. *o*) *propter hostes tuos* Ps. 6, 8. ps. 7, 5. 7. qui scil. verbo Euangelii & laudibus Christi aduersabantur, quos etiam distincte describit Psalmus II. *p*) *ad compescendum* scil. Ez. 30, 10. Am. 8, 4. LXX. Vulg. *vt destruas*, eosque compescas & inexcusabiles reddas, eo quod tantæ verbi tui luci & virtuti non crediderunt, qua tamen ad fidem & ad laudem tuam pueri etiam & infantes, ætate & simplicitate tales, illuminati & permoti sunt. Vide pluribus hoc declarantem Paulum 1 Cor. 1, 25.-29. *q*) *inimicum* Ps. 9, 7. *& vltorem sui* s. vindictæ cupidum Ps. 44, 17. per quem *Bohlius*, *Caluinus*, aliique *diabolum* intelligunt, qui *satanas* s. *aduersarius* Dei & Ecclesiæ eius perpetuus est, & *se vltorem* toti generi humano struxit, & adhuc struit perniciosissimas insidias, & *inimicus* s. *hostis* absolute passim in Scripturis dicitur, coll. Zach. 3, 1. 2 Iob. 1, 6. 7. 1 Par. 21, 1. Matth. 13, 39. Luc. 10, 19. At *Schmidio* vtrumque nomen singulare *collectiuum* est, pro plurali, qui præcessit; intelligitque secundum circumstantias huius facti in N. T. *Pontifices, Pharisæos, Scribas & antistites Iudæorum*, ita repletos inimicitia & vindictæ cupiditate aduersus Christum, vt cædem etiam eius iam molirentur. Matth. 21, 23. 46. Marc. 11, 18. Luc. 19, 39. 48.

℣. 4. *r*) *Bohlius* ex sententia sua, quam breuiter ad v. 2 innuimus, ita: *Quia ego Messias, ad dextram tuam exaltatus videbo &c.* Causaliter etiam Targ. LXX. Vulg. *Quoniam videbo*; sed sine commodo nexu cum antecedd. vel conseqq. Melius itaque Schmid. aliique aduerbialiter: *Quum* vel *Quando* (Gen. 4, 12. Ex. 7, 9. Num. 23, 9. &c.) *adspicio & pie considero cælos*, Gen. 15, 5. Iob. 35, 5. &c. vt cohæreat hic versus cum versu 5. subintellecto tantum verbo *Dico*, vel *tum dicere cogor apud me*, Quid est homo &c. coll. simili ellipsi Cant. 5, 3. Postquam nimirum Ecclesia Christi vnum magnificentiæ diuinæ opus proposuit, quo eam admirandam fecit in vniuerso mundo v. 2. dum ex ore infantium & lactentium disposuit robur laudis v. 3. iam *ad alterum*, magis etiam admirandum accedit, quod est *ineffabilis Christi*, prius exinaniti, *exaltatio*. Quod breuius v. 4. & 5. propositum, deinde v. 6--9. per oppositionem s. quandam comparationem exinanitionis & exaltationis, amplius exponitur. *s*) *Stupendum* illud *opus* & artificium *digitorum tuorum* Ps. 102, 26. Es. 40, 12. c. 48, 13. *t*) *lunam* ps. 104, 19. ps. 148, 3. *u*) *& innumeras ferme stellas* Gen. 15, 5. *x*) *quas parasti*, vel, vt *S.* habet, *firmasti*, h. e. sine corruptione, certo suo loco, & iusto ordine ac mirabili motu in cælis tuis *disposuisti* ps. 9, 8. Deut. 32, 6. Quando hæc, inquam, intueor, & simul cogito, quod non tantum alias creaturas ignobiliores, sed istas maxime nobilissimas, Christo tuo, vt homini, post humillimam exinanitionem exaltato subieceris, non possum quin exclamem v. 5. *Quid est homo!* &c. Ceterum *Solis*, siderum omnium nobilissimi, nulla hic fit mentio, l. quod sec. *Caluinum* &c. nocturno tempore hæc meditatio a Dauide instituta sit, quum Sol sub horizonte lateret, coll. ps. 1, 2. ps. 119, 62; l. quod sec. *Tilium* per noctem hic hymnus cantaretur, coll. Es. 30, 29. Col. 2, 16. 17. Heb. 8, 5. c. 10, 1. Es. 66, 23. l. quod sec. *Schmid.* vt posterius hemistichium de nocturna, ita prius de diurna cæli contemplatione loquatur, h. m. *Quando suspicio cælum*, prout illud interdiu apparet cum Sole suo; *noctu* autem *Lunam* &c.

תרנה

g) Difficile comma incipit; cuius verba ante omnia declaranda erunt, vt de sensu constet. Plerique *relatiue* & *in primo casu*, vt Targ. Syr. *qui dedisti* s. conspicuam & notam fecisti gloriam tuam &c. LXX. vero, Vulg. Ar. Aeth. *causaliter*: *quoniam* eleuata est, vt Deut. 3, 24. 1 Sam. 2, 23. Ez. 23, 20. &c. At *S.* cum sequenti suffixo *in Genitiuo* (vt Ps. 33, 12. &c.) sed paullo durius: *cuius* gloriam (*tuam*) dare est vel sit &c. *h*) qui *dando* sc. *dedisti*, vt habent *Targ.* & *Syr.* Sæpe enim *post infinitiuum verbum finitum subintell.* & supplendum venit, vt Ex. 20, 8. Es. 37, 19. c. 57, 17. Ez. 24, 5. Coh. 8, 9. &c. LXX. Vulg. Ar. Aeth. Luth. &c. *impersonaliter & passiue*: quoniam *exaltata* s. *eleuata est* gloria tua; quod in Hebraismo non prorsus insolens. vid. Ex. 9, 16. &c. At *Schmidio*, vt modo innuimus, Infinitiuus absolutus est & nominascens: *cuius laudem* vel *honorem dare est* vel *fit* super cælis, h. e. cui confitentur & laudem etiam Angeli in cælis dicunt, coll. Ios. 7, 19. Ioh. 9, 24. adde Ps. 29, 2. 9. *i*) *qui dando dedisti excellentiam, maiestatem*, gloriam & *honorem tuum*. Ps. 21, 6. ps. 145, 5. 1 Par. 29, 25. Aeth. quam exaltata est *magnitudo laudis tuæ*. *k*) *supra cælos tuos*; Ps. 57, 6. 12. ps. 113, 4. ps. 148, 13. Ita vt laudibus nominis tui, propter Christum, repleta sint terra & cælum, Ecclesia scil. militans & triumphans. Apoc. 5, 9. 12. 13. c. 12, 10. 11. Hunc sensum præferimus cum *Schmidio*, qui ita: Nobis, inquit, præ aliis placet sententia, quæ de honore Angelorum, Iehouæ *super* vel *in cælis* dato & dando pro mysteriis operis redemtionis per Christum, exponit. In hæc enim mysteria etiam Angeli desiderant introspicere 1 Pet. 1, 12. & notificatur etiam principatibus & potestatibus in supracælestibus multifaria sapientia Dei Eph. 3, 10.

11,19.&c.& cf. Dan.7,13. Ez. 1,26. *b) quod* ita gratiose *visitas* & exaltas *eum*. Non sane ex merito pro se ipso (inquit *S.*) sed ex iure filiationis, ineffabilis hæc exaltationis gratia est. cf. verbum Gen.21,1.

כוננתה׃ מה־אנוש כי־תזכרנו ובן־אדם כי תפקדנו׃ ה
6 ותחסרהו מעט מאלהים וכבוד והדר תעטרהו׃
7 תמשילהו במעשי ידיך כל שתה תחת־רגליו׃ צנה
8
9 ואלפים כלם וגם בהמות שדי׃ צפור שמים ודגי הים
עבר

Ex. 4, 31. Ier. 15, 15. ps. 106, 4. Ruth. 1, 6. Alii, vt *Geierus* & *Tillius*, indicari hic putant gratiosissimum Dei Filii in carnem aduentum, intimamque eiusdem cum carne vnionem, vt in illa, velut domicilio aut templo suo habitaret omnis diuinitatis plenitudo corporaliter Col. 1, 19. c. 2, 9. coll. Luc. 1, 68. 78. sed simplicior Schmidii sententia est, & sic facilior totius textus cohærentia.

℣. 6. *c*) S. *Carere quidem fecisti eum* paullulum præ angelis. vel *Destitui quidem eum voluisti* paullulum *a Deo*; ratione scil. vsus s. fruitionis diuinæ maiestatis & gloriæ, qua sese exinaniuit. Phil. 2, 7. *Piel* (1) Coh. 4, 8. cf. *Kal* Deut. 2, 7. c. 15, 8. ps. 23, 1. ps. 34, 11. prou. 13, 11. Neh. 9, 21. adeoque sec. LXX. Vulg. & OO. Versiones *Minuisti*, aut minorem & inferiorem reddidisti *eum Angelis*. *d*) *paullulum*. non in perpetuum, sed *ad breue & exiguum* exinanitionis *tempus*, præsertim in acerbissima passione & morte, Phil. 2, 8. cf. Hos. 1, 4. ps. 2, 11. ps. 37, 10. Et licet status exinanitionis Christi per annos triginta tres durauerit, tamen exiguum tempus est, respectu æternæ gloriæ, quam mox in exaltatione est consecutus. *e*) Luth. Geier. aliique: *a Deo* destitui fecisti eum, prout in cruce ipse conquestus est ps. 22, 2. Matth. 27, 46. At LXX. Vulg. & OO versiones, item Apostolus Hebr. 2, 7. 9. *minorem eum reddidisti paullulum præ Angelis* s. *infra Angelos*; quia Christus in passionibus suis non tantum Angelis aliquamdiu caruit, sed etiam illis inferior factus est, vt illorum fortitudo sua maior esset, coll. Matth. 26, 53. Luc. 22, 43. Sic quoque nomen אלהים eædem Versiones ps. 97, 7. per *Angelos Dei* exprimunt, & Paulus Ebr. 1, 6. consentientibus quoque Iudæis interpretibus. Alii vero cum *Coccejo* vocem *Elohim* latissime hic positam censent, vt & *Deum verum*, & alios sic analogice *dictos deos* (siue in cælis, siue in terris 1 Cor. 8, 5.) *angelos* scilicet & Iudæorum quoque *antistites* ps. 82, 1. 6. qui eum morti dederunt, comprehendat. vid. Sal. van *Till* h. l. *f*) *sed* mox, absoluto opere redemtionis, *gloria* ps. 3, 4. ps. 24, 7. *& honore* ps. 21, 6. ps. 145, 5. 12. (quo caruit in exinanitionis statu Es. 53, 2.) h. e. per *synonymiam emphaticam*, infinita & diuina gloria ac maiestate. cf. Dan. 7, 14. Matth. 28, 18. Ioh. 1, 14. *g*) Vulg. aliique: *coronasti*. al. *coronabis eum*, ad dextram maiestatis tuæ gloriose exaltatum Ebr. 1, 3. 1 Tim. 3, 16. velut triumphatorem, & Regem Regum, ac Dominum dominorum Apoc. 19, 16. ita vt Angeli quoque eum adorent ps. 97, 7. Ebr. 1, 6. Verbum Hebr. confer Cant. 3, 11. ps. 5, 13. ps. 21, 4. ps. 65, 12. *Vau conuersiuum* hic & sequenti versu 7. subintelligitur, vt Hos. 8, 12. c. 6, 1. nec semper immediate futuro suo præfigitur.

℣. 7. *h*) *Dominari* tu, Deus pater v. 2. *facies*, vel (subintell. *Vau conuersiuo*, vt v. 6.) *fecisti eum*. Dan. 11, 39. coll. ibid. v. 3. 5. Act. 2, 36. data nimirum ei suprema potestate & dominio super omnia, quæ sunt in cælis & in terra. Matth. 11, 27. c. 28, 18. Ioh. 5, 26. 27. c. 13, 3. cf. etiam ps. 2, 8. &c. Verbum in Kal est *imperare, dominari* Gen. 3, 16. Prou. 16, 32. vnde participium *Moschel*, Dominans s. *Dominator* sæpius inter titulos Christi est. vid. 2 Sam. 23, 3. Es. 40, 10. Ier. 30, 21. Mich. 4, 8. c. 5, 1. Zach. 6, 13. *i*) *in opera manuum tuarum*, sine vllius exceptione: vnde sub iis non solum ignobiliores creaturæ v. 8. 9. sed etiam cæli v. 4. & Angeli ps. 103, 21. 22. ps. 104, 4. continentur. *k*) *omnia* namque, cælestia, terrestria & infera Phil. 2, 9-11. volentes & nolentes, fideles & hostes ps. 110, 1. Angelos bonos & malos Eph. 1, 20-22. 1 Petr. 3, 22. mortem etiam & infernum 1 Cor. 15, 25. 26. 54. 55. Apoc. 20, 14. Nihil enim Pater excepit, quod ei non subiecerit Hebr. 2, 8. Id quod plenissime tandem, vt Paulus docet, omnibus constabit 1 Cor. 15, 25. 27. Hæc autem de CHRISTO intelligenda esse, tam luculenter idem testatur Apostolus Hebr. 2, 5. seqq. vt non possit id doceri luculentius. Cui proinde in os contradicunt, qui de alio, quam de Christo hæc explicant; vt recte censet *Calouius* p. 949. *l*) *posuisti* 2 Sam. 19, 29. ps. 88, 7. *m*) *sub pedes eius*: ita, vt omnia eum vel humillima subiectione & obsequio venerentur Deut. 33, 3. ps. 99, 5. vel etiam inuiti, vt hostes, imperium tamen eius detrectare nequeant. cf. Ios. 10, 24. ps. 18, 39. ps. 91, 13. ps. 110, 1. Luc. 10, 19. Rom. 16, 20. Vide sis etiam Darii mensam pedibus Alexandri victoris subiectam apud *Curtium* lib. 5. c. 2.

℣. 8. *n*) *Greges* etiam ouium & caprarum. (1) hac forma. cf. tamen Num. 32, 24. & not. Es. 60, 7. Ez. 45, 15. *o*) *& armenta* s. *boues* (7) Deut. 7, 13. Es. 30, 24. Prou. 14, 4. diuitias veterum Gen. 12, 16. *p*) *omnia*. Quemadmodum, inquit *Schmid.* prouidentia diuina per hæc nobilitatur & collaudatur, quod etiam ignobilissimas creaturas, *passeres* & *gramina agri* curat Matth. 6, 30. c. 10, 29. ita dominium Christi non parum extollitur, quod sese super omnes, etiam ignobilissimas creaturas extendit, ita, vt nihil quidquam ab eo excipiatur. *q*) Vulg. *insuper &*, vel, *immo etiam* Gen. 44, 9. Hos. 12, 12. *r*) *bestias agri* s. feras. Deut. 28, 26. ps. 50, 11. Ier. 27, 6. Mich. 5, 7. Christi enim, Domini, terra est, & plenitudo eius ps. 24, 1. 1 Cor. 10, 26. 28. De forma nominis שדי vid. not. Es. 56, 9.

℣. 9. *s*) *Volucres cæli*, Gen. 1, 20. c. 7, 14. Leu. 14, 4. Deut. 4, 17. Matth. 6, 26. *t*) Gen. 1, 26. ps. 89, 26. Vide exemplum huius dominii a Christo in pisces exerciti Mat. 17, 27. Luc. 5, 4. 6. Ioh. 21, 6. seqq.

℣. 5. *y*) *Quid est homo*, miser ac ærumnosus. Gen. 4, 26. ps. 9, 21. Iob. 7, 1. 17. coll. Es. 17, 11. Ier. 30, 15. *Calou.* p. 950. Cum miratur hierepsaltes, *Quid est homo ille adflictus & ærumnosus, quod memor es eius?* &c. eo spectat illa admiratio, quod is, qui tam adflictus fuit *in exinanitione*, tanta *gloria & honore* deinde coronatus sit, vt omnia pedibus eius subiiciantur, omnibusque ipse *Dominus summus* præficiatur v. 7. vid. Hebr 2, 6. seqq. Ceterum hæc verba etiam ps. 144, 3. non de indiuiduo aliquo homine, sed æque, vt h. l. *de natura humana in se spectata*, loquuntur, prout illa cum Deo eiusque natura comparata, pro nihilo reputanda aut habenda est. Vnde non mirum, quod hæc verba *hoc loco de filio hominis in personam filii Dei adsumto*, alibi vero de puris hominibus vsurpantur: cum communis omnium natura sit; vt *S.* p. 49. probe obseruauit. *Geierus*: Voci huic, inquit, respondet σὰρξ Ioh. 1, 14. *z*) *quod* tu, Iehoua pater v. 2. *memor eius es*, vel *recordaris eius*. Gen. 8, 1. ps. 9, 13. ps. 136, 23. scil. ita, vt cælos etiam v. 4. & omnia v. 7. eidem subieceris. Conf. ps. 22, 2. vbi deserens homo Christus Deum sui recordari petit, inquit *Geierus*. *a*) *& filius hominis*, non quilibet, vt alias, v. c. 1 Reg. 8, 39. Es. 56, 2. aut mortuus, vt Ez. 2, 1. 3. c. 3, 1. &c. sed idem *homo Christus*, per consuetam Scripturæ synonymiam h. l. designatur, qui natus ex Maria Gal. 4, 4. *hominis naturam* gerit, ceteris Adami filiis per omnia similem Hebr. 2, 14. Aeth. *soboles matris viuentium*, ex Gen. 3, 15. cf. supra ps. 4, 3. not. Hinc Christus passim in N. T. sic dicitur. vid. Matth. 8, 20. c. 9, 6. c. 16, 13. c. 10, 23. c. 11, 9.

℣. 5. מה אנוש כי Sic 1. 2. 5. non male. ita כך קבלתי *sic accepi*. Cf. ps. 5, 13. 14, 9. verum sine codicum suffragiis.

℣. 6. תעטרהו Sic punctauit 1. cum nota ... ℣. 9. צפור *defect.* requirit *Mas. impr.* Leu.

י עֹבֵר אָרְחוֹת יַמִּים׃ יְהוָה אֲדֹנֵינוּ מָה־אַדִּיר שִׁמְךָ בְּכָל־

א הָאָרֶץ׃ ט לַמְנַצֵּחַ עַל־מוּת לַבֵּן מִזְמוֹר

2 לְדָוִד׃ אוֹדֶה יְהוָה בְּכָל־לִבִּי אֲסַפְּרָה כָּל־נִפְלְאוֹתֶיךָ׃

3 אֶשְׂמְחָה וְאֶעֶלְצָה בָךְ אֲזַמְּרָה שִׁמְךָ עֶלְיוֹן׃ בְּשׁוּב־אוֹיְבַי

4 ה אָחוֹר יִכָּשְׁלוּ וְיֹאבְדוּ מִפָּנֶיךָ׃ כִּי־עָשִׂיתָ מִשְׁפָּטִי וְדִינִי

6 יָשַׁבְתָּ לְכִסֵּא שׁוֹפֵט צֶדֶק׃ גָּעַרְתָּ גוֹיִם אִבַּדְתָּ רָשָׁע שְׁמָם

מָחִיתָ

x) Aeth. *& quidquid ambulat.* ὁ διαπορευόμενα, *quacunque transeunt* per vias maris, s. in mari natando vagantur. cf. Es. 23, 2. y) *semitas* Iob. 6, 18. 19 *marium* & omnium vndarum ps. 69, 35. Gen. 1, 10. *Geierus*: Meminit bestiarum, volucrium & piscium; vt plena sit viuentium creaturarum distributio, iuxta tria, quae incolunt, elementa, terram, aerem, aquam. Sic in prima quoque Adami inauguratione Gen. 1, 18. & Noachi benedictione. Gen. 9, 2. & sec. *Calouium*, vt sciamus, dominium Christi extendere sese etiam ad ea, quae extra Ecclesiam sunt, & Messiam illis quoque dominari, sed longe eminentiori ratione, quibus Adam in statu integritatis praeerat, vt dominium amissum nobis etiam, membris suis, vicissim restituat; coll. Rom. 14, 6. 9. 11. 1 Cor. 8, 6. c. 10, 26. 28. Alii omnia haec v. 8. 9. figurate accipiunt, & per *greges ouium* fidelium coetus, per *boues* laboriosos Ecclesiae doctores, per *bestias agri* feros homines Es. 11, 6. 9. per *pisces* Leuiathanem Es. 27, 1. &c. intelligunt. Sensum tamen litteralem hic a Spiritu S. intentum, & retinendum putamus; etsi commodam ad illa adplicationem non respuimus.

✱. 10. z) Merito itaque exclamamus iterum & concludimus: *O Iehoua, Domine noster* &c. vid. v. 2. a) cf. Zach. 14, 9.

Ps. IX, ✱. 1. b) Vid. ps. 4, 1. Hab. 3, 19. c) S. *super Muth-Labben*, velut *instrumento*, vt ps. 5, 1. ps. 8, 1. quod *Pfeiffero* in D. V. aliisque genus carminis, vel *cantilenae initium* fuisse videtur, coll. ps. 57, 1. & praef. in hunc librum §. 6. Al. *super morte* (ps. 48, 15. Gen. 25, 32. Iud. 5, 18.) *filii*; ap. sec. *Bohlii* coniecturam, *Absalomi*, nec non Sebae, ceterorumque adversariorum, immo & Ammonitarum clade: quo-

modo satis diuersa coniunguntur. Alii itaque: *super morte istius Filii*, de quo Ps. II. & VIII. nempe Christi, & de victoria per illam parta; Al. vero: super morte *pro filio* s. *propter filium* Dei; coll. ל Leu. 19, 28. c. 21, 11. Num. 6, 7. Iob. 30, 25. Ita *Till* in specie *de martyribus*, pro veritate Euangelii de Christo, in vltima angustia s. persecutione Ecclesiae occubituris, coll. v. 13. & 10. cum Dan. 12, 1. At de *martyribus* quidem *Christi* psalmum hunc passim explicauit B. *Lutherus*, locis apud *Calouium* citatis. *Syra* inscriptio habet: *De Christo, solium ac regnum suum suscipiente, hostemque abolente* (cf. Apoc. 11, 17. c. 12, 10.) & Ar. *De mysteriis filii: propter gloriam Messiae eiusque resurrectionem ac regnum, atque interitum omnium refractariorum.* primum comma est e versione Graeca: ὑπὲρ τῶν κρυφίων τοῦ υἱοῦ, quam *Aethiopica* etiam sequitur. Sed illi male Ebraica עַל־מוּת pro vna dictione acceperunt, sicut etiam isti, qui *de iuuentute filii* id interpretantur. Lectorem pluribus incertissimis Rabbinorum aliorumque coniecturis diutius morari nolumus, v. c. *de morte Beni*, Cantoris 1 Par. 15, 18. aut *barbari* cuiusdam, sic dicti *Regis*, it. *de morte Labani* per anagramma, quod *Grotio* placuit: neque enim illa omnia ad huius psalmi phrasin & argumentum quidquam faciunt. Lepidiorem coniecturam *Kimchi* adfert (cui *Tarnou. Nold. Lightfootus*, et in praefatione §. 7. diximus, & plures adstipulantur) לַבֵּן non *de filio*, sed de praepositione aut nomine בֵּין *inter, intermedietas*, & sic *de morte Goliathi* hunc locum accipiens, qui אִישׁ הַבֵּנַיִם *vir duorum exercituum intermedius*, seu *Duellator*, vt ita loquar, 1 Sam. 17, 24. dicitur. praeiuerat ei Chaldaeus: *super morte viri, qui prodibat e medio exercituum*; cf. eundem etiam ad v. 6. Sed neque ad caesi Goliathi circumstantias omnia huius psalmi referri possunt, neque quadrat ad illud tempus huius psalmi 12. versus. Tunc enim Dominus vel *Arca foederis* nondum singulariter in arce *Sion* habitabat; vt alia taceamus. Vndecunque vero Dauid occasionem arripuerit, (inquit *Maius*) aut quandocunque psalmum fecerit, hoc negari nequit. *Goliathum typum esse Satanae & Antichristi* - - Res ipsa & emphasis verborum v. g. רָשָׁע, quod κατ᾽ ἐξοχὴν designat τὸν πονηρὸν, ἀντικείμενον καὶ ὑπεραιρόμενον 2 Thess. 2, 3. 4. 8. demonstrant luculenter, *Christum triumphatorem, & iudicem hostium introduci vniuersalem*, & Ecclesiam, victoriam Domini laete concelebraturam. &c. Oecon. V. T. p. 741. seq. Et *Hieronymus* ad h. l. *Iste psalmus*, inquit, *totus in persona Ecclesiae per Prophetam de Antichristo cantatur.* Vaticinatus nimirum erat Dauid ps. VIII. de dominio Christi vniversali, omnibusque ei subiiciendis. Ne quis igitur putaret, nihil certaminis Ecclesiae N. T. superfuturum esse, luctam eius cum aduersariis, lacrimas & preces, & laetissimum eandem exitum, hic describit: ita quidem, vt sec. *Schmidii* lemmata I. *Gratias Deo agat* pro hostium suorum auersione v. 2 - - 7. II. Orbi & pii similiter *iustum Dei iudicium promittat* v. 8 - - 11. Cui proinde III. *confiteri* pii debeant v. 12 - - 15. cum contra IV. *impii* male sint *perituri* v. 16 - - - 21. *Geierus* vero duas psalmi partes constituit: I. *Gratiarum actionem* v. 2 - - - 13. II. *Petitionem* v. 14. - - fin. d) vid. ps. 3, 1. ps. 4, 1. &c.

✱. 2. e) ps. 6, 6. ps. 7, 18. f) ps. 111, 1. ps. 119, 10. ps. 138, 1. animo integro & sincero ps. 32, 2. in spiritu & veritate Ioh. 4, 24. cf. Deut. 6, 5. g) *enumerabo* ps. 2, 7. ps. 66, 16. q. d. vt nullum eorum sine laude transmittatur. h) *omnia mirabilia tua*, ps. 26, 7. qui *mirabilis* es Es. 9, 5. & solus *mirabilia* facis ps. 72, 18. cum in opere creationis, tum in redemtione & conseruatione tuorum. conf. Es. 55, 8. 9. Rom. 11, 33. 1 Tim. 3, 16. quamuis ob hominum infirmitatem illa omnia enumerari non possint ps. 40, 6. Iob. 5, 9.

✱. 3. i) ps. 4, 8. ps. 5, 12. ps. 31, 8. k) *in te*, ceu materiam gaudendi praebente, & *per te*. cf. ps. 32, 11. ps. 33, 1. Neh. 8, 10. Phil. 4, 4. Targ. *in Verbo tuo.* cf. 1 Cor. 1, 30. 31. l) ps. 7, 18. ps. 61, 9. m) *o Altissime* & summe Deus. ps. 18, 14. ps. 47, 3. ps. 89, 28. ps. 91, 2. &c.

✱. 4. n) *Cum enim reuersi sint.* S. *Pro eo, quod reuersi sunt*, & metu diuinitus incusso terga verterunt. ps. 6, 11. ב sic notat *caussam* s. potius rationem & motiuum gaudii, vt 2 Par. 16, 7. c. 28, 6. &c. aliis aduerbium temporis: *Cum conuerteretur* &c. vt ps. 3, 1. ps. 4, 2. 4. Ios. 6, 5. quia totum hunc psalmum, vt propheticum, de futuris accipiunt, coll. Es. 12, 1. seqq. Apoc. 10, 7. cf. not. v. 1. o) Ps. 3, 8. p) ps. 35, 4. ps. 40, 15. q) *impingent* itaque porro. vel ita vt *impegerint.* S. *impegerunt.* subintell. *Vau conuers.* & euentuali, vt ps. 8, 6. 9. Ex. 15, 5. Iud. 2, 1. Verbum cf. Ier. 20, 11. Prou. 24, 16. Dan. 11, 19. r) ps. 6, 12. ps. 21, 11. ps. 68, 3. s) *a conspectu tuo*, tq. irati & iusti vindicis. v. 5. cf. v. 20. ps. 21, 10. ps. 68, 2. 2 Thess. 2, 8.

✱ 5. t) *Fecisti namque.* 1 Reg. 8, 31. u) *ius* s. *iudicium meum.* ps. 17, 2. Mich. 7, 9. Targ. *vltionem mei.* x) Vulg. *& caussam meam.* Ier. 5, 28. ps. 76, 9. ps. 140, 13. Ar. *Iudicasti mihi, & vindicasti.* vt per synonyma & iustum iudicium, & eius executio designetur. LXX. cf. cum Luc. 18, 7. 8. y) Vulg. *sedisti super thronum*, s. *tribunal.* cf. Es. 16, 5. ps. 47, 9. Apoc. 20, 11. z) tq. *index iustitiae* s. *iustus*, vt habent Targ. Syr. At participialiter LXX. Vulg. *qui iudicas iustitiam.* v. 8. ps. 7, 12. ps. 50, 6. Es. 11, 3. 4.

✱. 6. a) Instar iusti & seueri iudicis *obiurgasti*, Vulg *Increpasti* & compescuisti *gentes.* Targ. *gentes Philistaeorum.* cf. not. v. 1. & verbum Es. 17, 13. b) *perdidisti* ps. 5, 7. ps. 119, 95. c) Targ. *impium Goliathum*, typum diaboli & antichristi Es. 11, 4. vid. not. v. 1. At Syr. collectiue: *impios.* cf. v. 18. ps. 1, 6. ps. 37, 17. 20. ps. 68, 3. ps. 104, 35. *Till* in specie contumaces Iudaeos, coll. ps. 2, 11. d) cf. Ex. 17, 14. Deut. 9, 14. e. 29, 19. 2 Reg. 21, 13. & Ex. 31, 33. Num. 5, 13. Deut. 25, 6. ps. 109, 13.

Ps. IX, ✱. 1. עַל־מוּת Velut vnam vocem עַלְמוּת scribunt 1. 2. 5. 6 9. 10. 20. & *Mas. Erff.* verum vt *A. Esra* h. l. idemque & *M. I.* ad ps. 48, 15. nos docent) contra: *Mas.* Vid. superius ad textum not. לַבֵּן per *Rbhiagerescht.* 14. & *Ber.* Cf. not. ps. 4, 1. ✱. 3. אֶשְׂמְחָה וְאֶעֶלְצָה־בָךְ sic 1. 3. & sic fu. 5.

✱. 4. בְּשׁוּב אוֹיְבַי ita 6. 9. 10. 13. 14. 20. יִכָּשְׁלוּ וְיֹאבְדוּ sic 1. 2. non male.

7 מחית לעולם ועד: האויב תמו חרבות לנצח וערים
8 נתשת אבד זכרם המה: ויהוה לעולם ישב כונן
9 למשפט כסאו: והוא ישפט־תבל בצדק ידין לאמים
10 במישרים: ויהי יהוה משגב לדך משגב לעתות
11 בצרה: ויבטחו בך יודעי שמך כי לא־עזבת דרשיך
12 יהוה: זמרו ליהוה ישב ציון הגידו בעמים עלילותיו:
13 כי־דרש דמים אותם זכר לא־שכח צעקת עניים:
14 חננני יהוה ראה עניי משנאי מרוממי משערי־מות:
15 למען אספרה כל־תהלתיך בשערי בת־ציון אגילה
בישועתך

29, 10. ps. 102, 13. 27. *p*) *paravit* ps. 7, 13. & *firmavit* iure ac iustitia Es. 9, 6. c. 16, 5. cf. ps. 89, 15. ps. 93, 2. ps. 97, 2. ps. 103, 19. Syr. *& paratum est*, Targ. *in calis* (ps. 11, 4.) *paratum est* tri-

ענוים קרי

bunal eius &c. *q*) *ad universale & novissimum iu-*
dicium ps. 1, 5. Coh. 11, 9. c. 12, 14. Dan. 7, 9. 10. *r*) Vulg. *thronum* vel *tribunal suum*. ps. 45, 7. Thren. 5, 19. vid. Matth. 25, 31. Apoc. 20, 11. ℣. 9. *s*) *Ipseque* in Christo Act. 17, 31. ps. 72, 1. Ioh. 5, 22. 27. *t*) *iudicabit orbem terrarum*. i. e. sec. Targ. *populum terra*. cf. Es. 13, 11. ps. 90, 2. Gen. 18, 25. LXX. ut Act. 17, 31. *u*) i. e. *iuste*, ut sequens *in rectitudinibus*, est æquissime & *rectissime*. cf. Es. 11, 4. ps. 72, 2. ps. 96, 13. *x*) ps. 2, 1. ps. 7, 8. 9. 1 Sam. 2, 10. *y*) ps. 17, 2. ps. 96, 10. ps. 98, 13. Prou. 1, 3. ℣. 10. *z*) S. *Erit enim*. cf. similis apocope Hos. 13, 14. *a*) v. 2. Targ. *Verbum Domini*, ut v. 8. *b*) LXX. Vulg. Ar. *refugium*. Syr. *domus* s. *locus refugii*. proprie *locus altus*, munitus, & *sublimis*. Targ. *munimentum*. Deut. 2, 36. Es. 33, 16. ps. 18, 3. cf. ps. 37, 39. Prou. 18, 10. *c*) *contrito* s. *oppresso*. ps. 10, 18. ps. 74, 21. *d*) LXX. Vulg. resoluto tropo: *adiutor*. Ar. *& adiutorium eius*. *e*) LXX. Vulg. *in opportunitatibus*. opportuno *tempore*, *in angustia*. Targ. Syr. *temporibus angustia*. in mediis tribulationibus. ps. 10, 1. Coh. 3, 11. Es. 33, 2. ps. 138, 7. ὁ, ἐν εὐκαιρίαις. Quo respicit Apostolus Hebr. 4, 16. *Till* pro sententia (de qua ad v. 1.) temporibus *angustia illius extrema*. coll. Dan. 12, 1. Deut. 32, 36. Es. 59, 16. 17. Nullum tamen tempus ab hac promissione excludendum est, coll. 1 Cor. 10, 13. Matth. 28, 20. ℣. 11. *f*) S. *Vnde confident*, Vulg. *Et sperent in te* ps. 4, 6. *Van centelussinum*, ut ps. 2, 10. Mal. 3, 6. *g*) Syr. *omnes cognoscentes*. Vulg. *qui noverunt*. sc. vere & practice. ps. 1, 6. ps. 36, 11. 1 Sam. 2, 12. Es. 51, 7. 1. Dan. 11, 32. &c. *h*) ps. 8, 2. ps. 91, 14. Prou. 18, 10. *i*) *non enim dereliquisti*, aut adhuc *relinquis*, sed potius clementissime audis atque protegis. cf. Ios. 1, 5. Es. 49, 14-16. *k*) eos, *qui* sincere *quærunt te* humili pœnitentia & fide. ps. 14, 2. ps. 34, 6. 11. ps. 69, 33. ps. 119, 2. Es. 55, 6. 7. LXX. ut Hebr. 11, 6.

℣. 12. *l*) *Vos* itaque, qui Deum quæritis & cognouistis v. 11. *psallite Domino*, ps. 7, 18. Apostrophe pii adfectus, ut ps. 30, 5. ps. 47, 7. &c. *m*) Targ. *qui Schechinam suam habitare fecit in Sion*. visibiliter quasi præsens ad Arcam fœderis, illic in tabernaculo repositam 2 Sam. 6, 17. cf. ps. 2, 6. ps. 74, 2. ps. 76, 3. &c. *n*) *indicate*, nunciate etiam *inter populos* & gentes orbis. Es. 12, 4. Ier. 50, 2. *o*) mirabilia *facta* s. *opera*; Ar. *miracula eius*. Ier. 32, 19. ps. 66, 5. ps. 105, 1.

℣. 13. *p*) *Quoniam*. *Caussam* laudis DEI dicit; vel etiam *materialiter* accipi potest: *Quod* nimirum &c. *q*) *quærens* est. Sicut enim pii *quærunt Deum* v. 11. ita ipse requirit & *vindicat eorum sanguinem*. ps. 10, 15 Gen. 9, 5. 2 Par. 24, 22. LXX. ut Luc. 11, 15. *r*) *sanguines* & cædes, nempe, ut Targ. addit, *iusti* vel *iustorum*. cf. Gen. 4, 9. Deut. 33, 43. ps. 72, 14. ps. 79, 16. Apoc. 6, 9. 10. *s*) *eorundem* sc. sanguinum vel cædium. Ita *Geierus*. At Targ. *iustorum memor* vel *recordatus est*. ps. 8, 5. Ex. 2, 24. *t*) Negatione hac fortius adfirmatur antecedens oppositum. cf. Es. 49, 14. 15. ps. 10, 11. *u*) cf. ps. 34, 18. Gen. 4, 10. Ex. 3, 9. 2 Reg. 5, 3. 5. &c. *x*) Vulg. *pauperum* s. *miserorum*. al. *mansuetorum*. cf. v. 19. ps. 16, 12. 17. Es. 61, 1. &c. Supplet vero hic *Schmidius* ante sequentem versum, *Dicentium*: Miserere mei. cf. v. 15. ps. 6, 2. 3. ps. 5, 8. 9. &c.

℣. 14. *y*) *Miserere* itaque *mei* porro, neque sec. merita mea, sed gratiam tuam, meamque miseriam mecum age. (1) hac forma. cf. ps. 4, 2. ps. 25, 16. *z*) oculis commiserantibus, ut ps. 25, 18. ps. 84, 10. 1 Sam. 10, 11. *a*) S. *ab osoribus meis*. Syr. *qua ab hostibus meis*, scil. mihi infertur. ps. 35, 18. ps. 18, 18. al. ut Geierus: *propter* osores meos, coll. ps. 5, 9. & simili מן ps. 12, 6. &c. *b*) *qui extollis me* ps. 18, 49. cf. ps. 3, 4. *c*) *de portis mortis*, & quasi de faucibus orci. cf. Es. 38, 10. ps. 107, 18. Iob. 38, 17. ℣. 15. *d*) *Vt enumerem* s. *annunciem*, sicut propositum erat v. 2. ps. 73, 28. *e*) ps. 35, 28. ps. 51, 17. &c. *f*) ubi olim, ut nunc in curiis, conuentus populi, iudicia & conciones habita fuerunt. cf. Gen. 23, 10. Deut. 22, 19. Es. 29, 21. Ier. 26, 10. c. 38, 7. Am. 5, 10. Prou. 31, 31. Ruth. 4, 1. Nectendum autem hoc est cum sequentibus sec. accentus. *g*) Targ. *congregationis* s. Ecclesiæ *Sion*. cf. Gal. 4, 36. al. *Hierosolyma*. cf. Zach. 9, 8. & not. Num. 21, 25. Es. 1, 8. Mich. 1, 13. &c. in oppositione ad *portas mortis* supra v. 14. *h*) *vt exsultem* ps. 2, 11. ps. 13, 5. Hab. 3, 18.

d) ps. 10, 16. Mich. 4. 5. Dan. 12, 3. ℣. 7. *e*) *Quod ad hostem* attinet. cf. similem constr. ps. 11, 4. ps. 18, 31. 2 Sam. 4, 10. 2 Reg. 35, 12. &c. Al. *in Vocativo*, coll. 2 Reg. 9, 5. & *Till*. cum Belgis sarcastice & interrogative: *O hostis*, num, sicut intenderas, *consummata sunt vastationes in sæculum*? Num *urbes evertisti*? *Perüitne memoria earum in perpetuum*? Sed commodius alii ad Deum & iudicium eius aduersus hostes, hæc referunt. vid. *Geierus* h. l. *f*) *consummata sunt*, *finem* nunc *habent* & *desierunt*. Gen. 47, 18. Deut. 1, 16. Iob. 31, 40. *g*) *desolationes*. Ez. 36, 4. 10. 33. Mal. 1, 4. ps. 102, 8. *h*) *in perpetuum* v. 19. ps. 49, 10. Es. 13, 20. c. 15, 8. *i*) *Et eas urbes*. Vulg. *& ciuitates eorum*, np. hostium. cf. Es. 15, 1. 12. Ap. 16, 19. *k*) tu, o iuste iudex & vindex v. 5. *destruxisti*, q. d. *radicitus euertisti*, *euulsisti*. Proprie namque de plantis dicitur. cf. Ier. 1, 10. c. 12, 17. c. 42, 10. c. 45, 4. 2 par. 7, 20. *l*) *periit memoria eorum* hostium v. 6. Till *eorum*, ciuitatum, & *ipsi*. Sic etiam *suffixum femin.* habent Syr. & Ar. Totalis clades s. interitus significatur, ut v. 6. cf. Deut. 32, 26. ps. 34, 17. ps. 41, 6. ps. 109, 15. Iob. 18, 17. *m*) *& ipsi*, vel *ipsorum* inquam. Similis *pleonasmus* pronominis emphat. Num. 14, 32. 1 Sam. 20, 42. Ex. 34, 11. Prou. 22, 19. & c. 23, 15. LXX. Vulg. Ar. *cum sonitu*. male, ex rad. המה ps. 46, 4. 7. Aeth. *una* s. *pariter* omnes.

℣. 8. *n*) *At Dominus*. v. 2. in oppositione ad deletos s. extinctos hostes. v. 7. cf. ו *aduersatiuum* ps. 3, 4. ps. 5, 8. &c. Targ. At *Verbum Domini*. sic v. 10. *o*) *in æternum*, ut Rex in throno suo, *sedebit* v. 5. & *permanebit*. ps. 2, 4. ps. 10, 16. ps. 29, 10.

℣. 7. נתשת per *Kam*. 3. 6 9. 10. 14. 20. contra *Mas*. 1. *Erff*. & *Ind*. *Bas*. f. 61. col. 4. ℣. 9. ישפט־תבל sic a 7. 8. 32 & sic, f. 5. Reliqui contra sensum ישפט תבל præter 1. qui ita והוא ישפט־תבל 6. 9. 10. 13. 20. ℣. 11. כי־לא עזבת דרשיך sic 1, ℣. 12. זמרו per *Mun*. 2. 3. ℣. 13. כי per *Mahp*. 2. 3. לא per *Makk*. 1. 3. 5. 7. 8. 10. 20. ℣. 14 חננני per *Pat*. 6. 9. (qui vero in marg. per *Kam*) 10. 13. 17. 18. 20. 22. quasi esset in Piel; quomodo R. *Iudam* quoque legisse perhibet *M. I.* יהוה Sic per *Rbhia* 2. 3. 5. 6. 9. 10. 12. 13. 14. 20. 21. 22. 23. Reliqui per *Psik kadmatum*.

16 בישועתך׃ טבעו גוים בשחת עשו ברשת־זו טמנו
17 נלכדה רגלם׃ נודע יהוה משפט עשה בפעל כפיו
18 נוקש רשע הגיון סלה׃ ישובו רשעים לשאולה כל־
19 גוים שכחי אלהים׃ כי לא לנצח ישכח אביון תקות
כ ענוים תאבד לעד׃ קומה יהוה אל־יעז אנוש ישפטו
21 גוים על־פניך׃ שיתה יהוה מורה להם ידעו גוים
א אנוש המה סלה׃ י למה יהוה תעמד
ב ברחוק תעלים לעתות בצרה׃ בגאות רשע ידלק

עני

Pppp כר א

sed ad alium, quam in quo quis antea fuerat, e. c. 2 Par. 18, 25. Sic cf. Iob. 1, 21. et not. Ier. 40, 5. Vix tamen aliter

קרי עניים

ה׳ במקום א׳

Psalm. X.

accipi potest hic psalmi locus, nisi spectes vlti-

i) *in salute*, vel *propter salutem tuam* mihi præstitam. Ps. 13, 6. ps. 20, 6. 1 Sam. 2, 1. ב *caussam* gaudii notat, vt Ps. 5, 11. Ps. 7, 7. &c. Ceterum vti post v. 13. Schmidius, ita hic Tillius supplet, *dicendo* vel *dicturus*: Demersæ sunt gentes v. 16.

v. 16. *k*) S. Contra *submersa sunt*. Ex. 15, 4. Ier. 38, 6. Ps. 69, 3. 15. *l*) vid. v. 6. *m*) Eadem locutio & ellipsis Ps. 7, 16. *n*) *in reti*. Ps. 25, 15. *quod* Ps. 10, 2. Ps. 142, 4. LXX. Vulg. Ar. *in laqueo isto, quem* absconderunt. *o*) Ps. 31, 5. ps. 64, 6. Metaphora a venatoribus. *p*) *captus, comprehensus* est. Coh. 7, 26. Iud. 15, 4. Es. 8, 15. *q*) *pes eorum*. Vt aues aut feræ pedibus illaqueari solent. Ps. 25, 5.

v. 17. *r*) *Notus nunc factus*, vel *Cognitus est* insigniter, ideoque celebratur *Dominus* ps. 74, 5. ps. 76, 2. Ezech. 38, 23. Prou. 3, 23. *s*) *iustitiam* namque *exercuit*, vel quod *iudicium fecit*, v. 5. Deut. 32, 36. Asyndeton ex adfectu lætitiæ oriundum, vt etiam in sequentibus. *t*) i. e. propriis machinationibus suis Ps. 7, 4. *u*) *illaqueatus, irretitus est* impius. Sic plerique ex *Niphal*, a rad. יקש, coll. Deut. 7, 25. Es. 8, 15. c. 28, 13. Ier. 50, 24. Ps. 141, 9. Prou. 6, 2. At *Gusset*. p. 533. *illaqueauit* Deus impium, ex rad. cognata נקש, coll. Deut. 12, 30. 1 Sam. 28, 9. Ps. 38, 13. Ps. 109, 11. *x*) Vid. v. 6. Ps. 1, 1. *y*) *Meditatio!* vel *o rem meditatione dignissimam!* (4) Ps. 19, 15. ps. 92, 4. *z*) *Ita sane!* v. 21. Ps. 3, 3.

v. 18. *a*) *Reuertentur*, Vulg. *Conuertantur*, in Optatiuo, vt LXX. in Imperatiuo, nimirum a me oppressio repulsi iusto iudicio & zelo Dei v. 4. Ps. 6, 11. Ceterum *redeatur* quidem interdum a termino, ad quem ventum erat, sed

mum iudicium, in quo reprobi, *quoad animam ex inferno reducti*, mox illuc post resurrectionem corporum redire cogentur; vt monuit *Gusset*. p. 834. *b*) vid. v. 6. 17. *c*) *ad inferos*, *infernum* proprie dictum, vt Num. 16, 30. 33. Es. 5, 14. c. 28, 15. Hos. 13, 14. cf. Ps. 6, 6. Prou. 1, 12. Es. 38, 10. *d*) Syr. & Vulg. *&* omnes gentes, sc. impiæ et incorrigibiles. v. 16. 20. 21. cf. Apoc. 11, 18. c. 14, 8. c. 19, 15. *e*) Vulg. *quæ obliuiscuntur Deum*, malitiose *obliuiscentes* (2) Es. 65, 11. Targ. *quæ oblitæ sunt timoris Domini*. cf. Ps. 50, 22. Iob. 8, 13. Rom. 1, 18. 19. c. 2, 14. 15.

v. 19. *f*) *Non enim in perpetuum*, etsi auxilium aliquamdiu differat Deus, et premantur pii. v. 7. Ps. 74, 19. ps. 103, 9. *g*) *obliuioni dabitur* apud Deum v. 13. Anthropop. vt v. 13. Ps. 10, 11. ps. 13, 2. Thren. 5, 20. cf. Es. 49, 14. 15. ὁ ἐπιλησθήσεται, vt Luc. 12, 6. *h*) *inops & afflictus*, auxilium diuinum anxie *desiderans* et expectans. Ps. 72, 4. 12. 13. ps. 113, 7. ps. 140, 13. Es. 14, 30. *i*) *spes* et exspectatio Ps. 40, 2. ps. 62, 6. Iob. 5, 16. *k*) v. 13. Ps. 12, 6. Es. 31, 7. *l*) recte Targ. Syr. &c. *non peribit*, repetita negatione ex præced. membro, vt Ps. 1, 5. Deut. 33, 6. cf. not. Es. 23, 4. c. 28, 27. Ez. 11, 11. &c. & de verbo aut phrasi Ps. 112, 10. Prou. 10, 28. Iobi 8, 13. c. 14, 19. *m*) *in æternum*. v. 6. Ps. 21, 6. ps. 111, 3. 10. Ad rem cf. Ps. 25, 3. Hab. 2, 3. Luc. 18, 7. 8. Apoc. 6, 11. &c.

v. 20. *n*) *Exsurge* itaque *o Domine!* Ps. 3, 8. ps. 7, 7. ps. 10, 12. &c. *o*) *ne* denuo *inualescat* aut *præualeat* Ps. 18, 18. ps. 52, 9. ps. 68, 29. Dan. 11, 12. *p*) Targ. *homo impius*. Till. Antichristus. cf. v. 21. 2 Par. 14, 10. et not. ps. 8, 5. *q*) *iudicentur* et puniantur. cf. v. 5. Ps. 58, 11. 12. Ez. 36, 19. *r*) vid. v. 6. 16. 18. *s*) *coram facie*, s. *in conspectu tuo*. cf. v. 4. Ps. 34, 17. Iob. 6, 28.

v. 21. *t*) *Pone* s. *incute* illis Ps. 141, 3. Bellicum puto, inquit *Gusset*. p. 246. vt Ps. 3, 7. ps. 140, 6. Es. 15, 9. c. 22, 7. *u*) *terrorem*. Ita sec. *Kri* Targ. Schmid. &c. vt Gen. 9, 2. Deut. 26, 8. c. 34, 12. Ier. 32, 21. At sec. *Cthibh* seu ה finale cum præced. Sægol, LXX. Vulg. Syr. Ar. Aeth. Constitue illis Domine *legislatorem*, quod Bohlius coniungit: *constitue* illis *ad timorem Magistrum*, coll. Ioel 2, 23. Al. *nouaculam*, vt Iud. 13, 5. c. 16, 17. 1 Sam. 1, 11. coll. Es. 7, 20. et Ez. 5, 1. seqq. Sed prius, ceu simplicius, merito retinemus. *x*) *vt sciant*, cognoscant et sentiant impiæ *gentes* v. 6. 20. cf. Ps. 4, 4. Ex. 14, 4. 18. Ez. 5, 13. Hos. 9, 7. *y*) Targ. *quod homines sint*. Ellipsis particulæ כי, vt Zach. 8, 23. *vt miseros homines* se esse sentiant. cf. supra v. 20. Ps. 8, 5. ps. 10, 18. & Es. 31, 3. *z*) *ipsi* sint. Gen. 6, 2. Coh. 1, 9. 10. 17. &c. *a*) v. 17. vid. not. Hab. 3, 3.

Ps. X, v. 1. *b*) *Quare?* Est monentis ac *supplicantis*, vt Ps. 22, 2. ps. 88, 15. Iob. 13, 24. etc. Atque hic sec. Hebræos *incipit psalmus* X. quod et stili diuersitas suadet; apud Græcos vero, Vulg. Ar. et Aeth. ob argumenti vicinitatem, psalmus IX. continuari putatur. Vnde in sequentibus psalmis illi semper vnum minus numerant, vsque ad Ps. CXLVII. ex quo duos fecerunt. Conf. Præf. in hunc librum §. 12. Continet autem hic psalmus, vt *Gurtlerus* Theol. Proph. p. 99. scribit, *preces Ecclesiæ pressæ, rogantis ac sperantis liberationem ab hoste impio, æternum sibi regnum pollicente, & verba contumeliosa tumido ore eloquente*: per quem hostem *Antichristum* intelligunt *Calouius*, *Geierus*, *Tillius*, aliique. Conf. not. Ps. 9, 1. et infra v. 16. 18. cum Apoc. 11, 15. *Schmidio* in lemmatibus hic *preces* sunt *Ecclesiæ contra impios suos et miserorum piorum persecutores*. Quorum I. insolentiam, blasphemias et fraudes prolixe *describit* v. 2--11. II. Contra illos Deum *inuocat* v. 1. 12-15. et III. exauditione precum et interitu persecutorum, se et miseros *consolatur* v. 16--18. *Occasionem* huius psalmi Dauidi natam putat *Tillius* e lectione Deut. 32, 36. *Bohlius* ad Absalomi rebellionem et Achitophelis perfidiam refert, vt iam ad Ps. 9, 1. diximus. *c*) *Calouius*: Aduersus impium insolentem *Christus Rex* excitatur: sic Tillius ex v. 16. coll. Es. 33, 22. *d*) Velut homo, ad quem caussa non pertinet: qui laboranti succurrere non vult, aut etiam ferre opem non potest. cf. Ps. 38, 12. ps. 71, 11. Ier. 14, 8. 9. Luc. 10, 31. 32. *e*) *quare* (repet. ex præced. vt Ps. 3, 2.) *occultas*, abscondis sc. *faciem tuam*. Targ. *abscondis te in habitaculo sanctorum*. Syr. *&* *auertisti adspectum tuum*. cf. v. 11. Es. 1, 15. Thren. 3, 56. al. *conniuebis*; vt Ez. 22, 26. Prou. 28, 27. *f*) vid. Ps. 9, 10.

v. 2. *g*) *In elatione* Ps. 46, 4. s. *superbia*. Vulg. & LXX. *Dum superbit* impius. cf. Ps. 31, 19. ps. 73, 6. Es. 13, 11. &c. *h*) *impii* v. 3. vid. not. Ps. 9, 1. 6. 17. et de superbia ac insolentia Antichristi, hic v. 4. seqq. 2 Thess. 2, 4. coll. typo Es. 14, 13. 14. *i*) *persequitur* iste (impius miserum; vt Gen. 31, 36. 1 Sam. 17, 53.) Al. vt Tig. Cocc. cum LXX. Vulg. Syr. &c. *ardet* vel *incenditur* (zelo et indignatione in impios) *pauper*; coll. Ps. 39, 4. Ier. 20, 9. Prou. 29, 2. 2 Cor. 10, 29. 2 Pet. 2, 8. minus bene: nam דלק *ardorem actiuum*, qualis est in igne, non passiuum, qualis in materia, denotat. cf. etiam not. Ps. 7, 14.

---

v. 15. בישועתיך *plene* 1. 6. 9. 10. 20. v. 16. ברשת per *Merca* 1. 2. 3. 6. 9. 10. 13. 20. v. 17. נודע per *Mahpach milel* 7. 8. 22. 23. quæ & *B. Ascheris* lectio forte est. Ceterum ד per *Kam*. 2. et 24. sec. *Mas. impr*. Ps. 76, 2. sed contra *Mas*. 1. h. l. v. 19. לעד per *Kam*. 1. 2. 6. 9. 10. 12. 14. 16. 20. 21. 22. 23. sic su. 5.

3 עני יתפשו במזמות זו חשבו׃ כי־הלל רשע על־תאות
4 נפשו ובצע ברך נאץ ׀ יהוה׃ רשע כגבה אפו בל־
5 ידרש אין אלהים כל־מזמותיו׃ יחילו דרכו ׀ בכל־
6 עת מרום משפטיך מנגדו כל־צורריו יפיח בהם׃ אמר
7 בלבו בל־אמוט לדר ודר אשר לא־ברע׃ אלה ׀ פיהו
8 מלא ומרמות ותך תחת לשונו עמל ואון׃ ישב ׀
במארב חצרים במסתרים יהרג נקי עיניו לחלכה
9 יצפנו׃ יארב במסתר ׀ כאריה בסכה יארב לחטוף עני
י יחטף עני במשכו ברשתו׃ ודכה ישח ונפל בעצומיו
חלכאים

דרכיו קרי

ידכה קרי

z) *non quærit*, vel *nihil quidquam curat*. v. 13. 14. Vel, vt ex antecedd. & conseqq. supplent Targ. & Aeth. *non quærit Deum*, vt Ps. 14, 2. ps. 24, 6. ps. 78, 34. 2 Par. 16, 12. a) *sine Deo* sunt omnes cogitationes eius: vt אין ponitur Ex. 21, 11. Deut. 32, 4. Ps. 88, 5. Thren. 5, 3. Vel omnes cogitationes eius hæ sunt: *non est Deus*; qui scil. malitiam ipsius sit puniturus. Nam existentiam Dei fatetur infra v. 11. cf. Ps. 14, 1. ps. 36, 2. b) Syr. *in omnibus cogitationibus eius*. v. 2. Ier. 23, 20. Se namque super omnia effert, & loco Dei suspiciendum postulat. 2 Thess. 2, 4. v. 5. c) Geierus cum Luth. *Permanent* s. *perdurant* consuetudines eius, coll. Iob. 20, 21. At Schmid. *Dolores pariunt*, Tig. *Cruciatum adferunt*; Cocc. *terrent* viæ eius Ps. 29, 8. d) i. e. actiones & *instituta eius* Ps. 1, 1. Hos. 4, 9. Prou. 3, 31. e) Prou. 6, 14. quia semper cædes & interitum bonorum quærunt Es. 59, 7. 8. Prou. 1, 16. seqq. f) *altitudo*, S. *sublime quid*, i. e. altissime et longissime a mente impii absunt. cf. 2 Reg. 19, 22. Ps. 56, 3. g) *iura & iudicia tua* Ps. 36, 7. ps. 48, 12. ps. 119, 20. 30. 39. &c. Quemadmodum enim impius Deum ipsum non quærit v. 4. Ita nec eius curat iudicia. h) *e conspectu ipsius*. cf. e contrario 2 Sam. 22, 23. Ps. 18, 23. & ps. 51, 5. i) *ad omnes hostes suos* quod attinet. Tig. *In omnes aduersarios suos*. Ps. 6, 8. k) S. *exsufflat in eos*: flatu qs. abigit, & minis quoque eos se perditurum confidit; vel & *belli ignem* inter eos *sufflat & incendit*. Ez. 21, 36. Prou. 29, 8. v. 6. l) Vnde *dicit* & cogitat *in animo suo* v. 11, 13. Ps. 14, 1. Deut. 8, 17. Zeph. 1, 12. m) *non dimouebor*, scil. ab hac felicitate & gloria mea. vid. Apoc. 18, 7. & cf. Ps. 30, 7. Deut. 32, 35. Es. 41, 7. &c. n) *in generationem ac generationem*, s. in continuas generationes, sc. *ero*; vel *erit* ac succedet mihi. Ex. 17, 16. Es. 13, 20. c. 60, 15. o) *qui non sit in malo*. Al. repetito ex præced. hemistichio: non mouebor in perpetuas generationes, *quia non ero* in malo. cf. Deut. 3, 24. 1 Sam. 2, 23. Ez. 39, 29. c. 23, 20. & not. Zach. 8, 20. p) cf. Ex. 5, 19. 2 Sam. 16, 8. Ps. 41, 2. Am. 6, 3. v. 7. q) *Exsecratione*. Tig. *Periurio*. Gen. 26, 8. Leu. 5, 1. Num. 5, 27. Deut. 29, 18. 20. Indicatur, inquit *Geierus*, blasphema impiorum lingua, qua periuriis & profanatione sacrorum nominum iniurii sunt in Deum & proximum, quem vel peierando decipiunt, vel ipsum, quomodocunque aduersantem, extreme exsecrantur, dirisque deuouent. *Till.* speciatim intelligit anathematismos antichristianos aduersus dissentientes. r) Rom. 3, 14. cf. Ps. 5, 10. s) *& fraudibus* Ps. 5, 7. t) *& dolis* (;) Ps. 55, 12. Ps. 72, 14. u) *sub lingua* & sermone *eius* sunt vel occultantur. Ps. 140, 4. Cant. 4, 11. al. *sub lingua*, i. e. *in animo* & pectore *eius*, coll. Ps. 66, 18. sed metaphora ducta est a serpentibus, qui saliuam s. venenum paruis pelliculis sub lingua & dentibus habent, idque in vulnus dentibus factum infundunt. x) Ps. 7, 15. y) Ps. 5, 6. ps. 55, 11. v. 8. z) *Sedet in insidiis*, vt Ios. 8, 9. Iud. 9, 34. 35. 2 Par. 13, 13. cf. hic v. 9. Prou. 1, 11. a) *atriorum* Ez. 40, 19. Neh. 13, 7. vel *villarum & pagorum* Leu. 25, 31. Ios. 19, 8. Es. 42, 11. i. e. sec. Tillium, *Ecclesiarum*; sicut Ps. 65, 5. habitare *in atriis Dei* est esse membrum Ecclesiæ. &c. b) *in latebris* Ps. 17, 12. Ps. 64, 5. c) *trucidat, interficit*. cf. Ps. 44, 23. d) *innocentes* Ps. 15, 5. & testes veritatis. vid. Ps. 94, 21. e) *oculi ipsius* respiciunt; vel *oculos suos* impii occultant, e latebris prospicientes. f) LXX. Vulg. Ar. *in pauperem*, vel *præsidio destitutum*, q. d. *in turbam cæsam* vel *percussorum*; quia compositum esse putant Kimchius, Bohlius aliique, quod et defendit *Geierus* h. l. Al. ex rad. Arab. חלך *ater*, *niger*, *infaustus* & *miser fuit*, (vnde *nox atra*, *opus infaustum*, & *vita misera* s. abiecta illis dicuntur) intelligunt *tristes* ac *mœstos* ob corruptos Ecclesiæ mores. Ita *Tillius* h. l. (3) v. 10. 14. Sic Hebr. מחשכים pro *ærumnis* s. *miseriis*, Ps. 74, 20. Ps. 143, 3. g) LXX. Ar. Vulg. & Syr. *respiciunt* vel *intenti sunt*. al. *occultant se*, e latebris suis insidiantes. cf. Ps. 56, 7. Prou. 1, 11. 18. Ps. 37, 32. v. 9. h) *Insidiatur* Ps. 59, 4. cf. hic v. 8. i) *in latebra* v. 8. Ps. 17, 12. Hab. 3, 14. k) *veluti* rapax & truculentus *leo* Ps. 7, 3. l) *in fouea* vel *lustro suo*. Ier. 25, 38. Iob. 38, 40. m) *Insidiatur* inquam. Deut. 19, 11. n) *vt rapiat* (3) bis h. l. & Iud. 21, 21. o) oppressum & *miserum*, ope destitutum v. 2. p) *rapit* etiam &c. q) *cum trahit eum*, instar aucupis aut venatoris, *reti suo* Ps. 9, 16. Ps. 28, 3. cf. similis constr. cum ב *instrumenti* Hos. 11, 4. Iob. 24, 22. c. 40, 25. Al. *quum* impius *contrahit rete suum*. ita cf. Deut. 21, 3. Iud. 5, 14. 2 Reg. 22, 34. v. 10. r) *Ita vero atteritur*, *conteritur*. Kal. (1) Niph. Ps. 38, 9. Ps. 51, 19. s) *deiicitur*, *deprimere se cogitur*. Es. 51, 23. Ps. 44, 26. Thren. 3, 20. t) *& cadit per robustos* impii adseclas & opitulatores, coll. Ps. 135, 10. vel construe: *& incidit in robustos* dentes vel vngues *eius*, veluti leonis v. 9. prout femininum etiam substantiue; vel per ellipsin substantiui declarandum, positum est Es. 41, 21. et sicut *in manus* vel *gladium incidere* dicuntur, qui deprehensi illis sunt. e. c. Iud. 15, 18. 2 Sam. 24, 14. Ier. 20, 4. &c. Targ. *in fortitudinem insidiarum eius*.

k) v. 9. Ps. 14, 6. ps. 18, 28. l) Aeth. *& capiuntur* s. *miseri*, vt supplet S. Sic LXX. Vulg. &c. *comprehenduntur*. 1 Sam. 23, 26. c. 12, 13. c. 19, 4. 8. Al. optatiue: *Capiantur* itaque, vel *comprehendantur* impii in versutia sua, coll. Ps. 7, 16. ps. 9, 16. Prou. 5, 22. sed prius præferimus in hoc contextu. m) S. *per inuentiones*, al. *in machinationibus* vel *sceleratis consiliis*. v. 4. Ps. 37, 7. ps. 139, 20. cf. verbum Deut. 19, 19. n) *quas*. Ps. 9, 16. ps. 12, 8. o) S. *excogitant* impii. Ps. 21, 12. ps. 140, 3. 5. Ier. 11, 19.

v. 3. p) S. *Nam gloriatur* impius, vt Ps. 44, 9. Ier. 9, 22. 23. q) vid. v. 2. 4. r) *ob concupiscentiam*, desiderium, v. 17. Ps. 112, 10. s) *anima sua*: quod omnia ex impio voto succedant. cf. Ps. 27, 12. Prou. 21, 10. & ad phrasin Es. 26, 8. Ps. 21, 3. t) LXX. & Vulg. impers. *& auaro*. Es. 56, 11. Ier. 6, 13. Hab. 2, 9. 2 Petr. 2, 3. *benedicitur* ab assentatoribus Es. 66, 3. Al. *& auarus benedicit*, i. e. *maledicit* Domino, coll. Iob. 1, 11. a. *benedicit sibi*, Deut. 29, 18. Al. vt Cocc. Lex. 118. *& auaro benedicit* improbus; i. e. laudat & felicem dicit eum, qui aliud, quam regnum Dei & iustitiam eius quærit, & in eo quæstu prosperos successus habet. &c. cf. Mal. 3, 14. 15. u) S. *spernit*. al. imperson. blasphemes *contemnitur* vel *irritatur* Dominus. Num. 14. 11. c. 16, 30. Deut. 32, 19.

3 טוֹבָתִי בַּל־עָלֶיךָ׃ לִקְדוֹשִׁים אֲשֶׁר־בָּאָרֶץ הֵמָּה וְאַדִּירֵי
כָּל־

Pppp 5 פר ה

c) *ſocio* vel *proximo ſuo* Pſ. 12, 3. Deut. 19, 11. Prou. 11, 12. d) *malum*. Gen. 26, 29. vid. Rom. 13, 10. 1 Cor. 13, 4. ſeqq. & cont. Luc. 3, 13. 14. e) *& opprobrium* ſ. *ignominiam*. 1 Sam. 11, 2. c. 17, 26. Ier. 51, 51. Pſ. 69, 8. 11. f) *non accipit*. Ita Vulg. &c. Pſ. 16, 4. pſ. 50, 16. al. *non profert* aut *ſpargit*, vt Ex. 20, 7. c. 23, 1. S. *non imponit*, velut ſarcinam iumento, aut onus baiulandum. Gen. 31, 17. g) *adverſus* (*ſuper*) *proximum ſuum*. Ex. 32, 27. *Kimchi:* Qui alium non conuiciatur aut calumniatur, etſi calumniis aut iniuriis ab eo ſit laceſſitus. Conf. Leu. 19, 16.

v. 4. h) *Contemtus* Eſ. 53, 3. & *ſpretus* a Deo Pſ. 73, 20. *deſpiciendus* & *contemtu dignus* Mal. 1, 7. 12. coll. 1 Sam. 2, 30. & ſimili Participio Pſ. 18, 4. Prou. 21, 20. Diſſentiunt admodum in reſolutione huius commatis prioris ſub Atnacho. Quidam namque *ipſum pium ſubiecti loco* habent, vt Targ. *Qui deſpectus eſt in oculis ſuis & contemtus*. q. d. *qui ſibi ipſi diſplicet*, nec ſuæ, ſed alienæ virtutis eſt admirator, coll. 1 Sam. 15, 17. Rom. 12, 10. Phil. 2, 3. & contrario Phariſæi exemplo Luc. 18, 9. Ita *Guſſet*. *A. b. Ezra* h. l. & *Kimchi*, qui *Porro*, inquit, *enumerat textus in virtutibus pii hominis, quod licet ipſe ſit integer & faciens iuſtitiam, loquens etiam veritatem, non tamen propterea ſuperbe ſe efferat, ſed vilis potius & indignus ſibi videatur, quando animo ſuo perpendit, quod ne ex millenis vnum præſtet, quæ debebat in honorem ſui Creatoris.* Aliis vero נמאס *impius* eſt *ſubiectum* huius prædicationis, h. m. *Deſpectus eſt in oculis eius improbus* ſ. malignus. Ita *LXX. Vulg. Syr. Ar. Aeth. & Lutherus:* quod optimam efficit antitheſin ad ſequens comma de honoratione piorum. Obſtant tamen, ex conſenſu Codicum noſtrorum, quodammodo accentus: vnde

Pſ. XVI.

ſec. illos ita conſtruit *R. Salomo*. *Qui ob impietatem ſuam contemtus* ſ. *contemtu dignus eſt, in oculis iuſti* quoque *eſt reprobus* ſ. *auerſandus*; non quidem (vt *Geierus* monet h. l.) prout is auctoritate pollet publica, ſed prout impius eſt, ne armetur aut inſoleſcat magis &c. cf. Prou. 26, 1. 8. Iac. 2, 1. 9. & c. 2 Reg. 3, 14. Eſth. 3, 2. i) cum ſequenti per accentus cohæret, vt diximus. k) velut reprobum argentum *reprobatur* Ier. 6, 30. cf. Pſ. 36, 5. pſ. 53, 5. &c. l) *ſed timentes Dominum* Pſ. 25, 12. Mal. 3, 16. De *Vau aduerſatiuo* cf. pſ. 5, 8. &c. m) *honorat* Ex. 20, 12. 1 Sam. 2, 30. Mal. 1, 6. Thren. 1, 8. *Geierus:* Senſus eſt, pium nil, præter veram pietatem magni facere; de cetero ſiue adſint opes, honor, ſapientia, vel aliud quid ſplendoris mundani, hoc ab ipſo attendi parum. n) *iurat*. Kimchi conferri iubet Pſ. 119, 106. de re ſcil. in ſe honeſta ac pia, vt eo fortius adſtringatur. Vel intellige iuſiurandum de re indifferenti & licita, ſubintell. conditionali: *Si iurauerit*; vt 2 Reg. 5, 13. Hoſ. 4, 18. &c. o) LXX. Vulg. Syr. Ar. Aeth. Luth. *proximo*, coll. Prou. 17, 17. & mutato *Tſere* in *Patach*, vt Pſ. 94, 9. pſ. 136, 6. Al. vt Pfeifferus in Dub. Vex. *malo* vel *impio* etiam, de re ſc. indifferenti & licita, v. c. *Hæretico, Turcæ* &c. Al. *ad* malum vel *damnum* aut *detrimentum* quoque *ſuum*. Al. vt Schmid. *ad adfligendum ſe*. Targ. *ad malum inferendum ſibi*, np. ſec. Raſchi & Kimchium per ieiunia; coll. Num. 30, 14. At *Guſſet*. p. 415. *vt patiatur malum*: quod Infinitiuus nonnunquam poſt ל paſſionem inferat, vt Deut. 31, 17. 2 Sam. 14, 25. Sic idem hoc verbum *Guſſet*. quoque accipit Leu. 5, 4. ſi iurauerit, *ſe ſubituram mala* quædam, *aut facturam bona* quædam; quæ exſequi tamen non potuit propter obicem phyſicum aut moralem, &c. p) *neque* tamen id *mutat* Leu. 27, 10. 33. ob reuerentiam ſummi Numinis Ex. 20, 7. & ne doloſe iuraſſe videatur Pſ. 24, 4. Syr. *& non mentitur*. v. 5. q) Vulg. Qui *pecuniam ſuam*, argenteam vel auream &c. Leu. 25, 37. r) *non* mutuo *dat in vſuram*, aut fœnori tribuit. Ex. 22, 24. Deut. 23, 20. Ez. 18, 8. Prou. 28, 8. s) *& munus, munera*. Deut. 16, 19. Pſ. 26, 10. Prou. 6, 35. t) *contra innocentem* pſ. 10, 8. Deut. 27, 25. u) *hæc qui fecerit*, ſc. per vitam ſuam, vt Kimchi monet. Syrus addit: *iuſtus eſt*, forte ex Ezech. 18, 9. aut 1 Ioh. 2, 29. c. 3, 7. x) *non mouebitur* de monte aut tabernaculo Domini v. 1. aut excidet gratia Dei. Pſ. 10, 6. pſ. 13, 5. y) *in æternum*. Kimchi: ne in morte quidem; ſed anima eius manebit in loco gloriæ poſt eius mortem. Conf. Pſ. 30, 7. pſ. 112, 6. pſ. 125, 1. Pſ. XVI, v. 1. z) S. *Michtam:* quod aliis, vt R. Sal. & A. b. Ezræ &c. *Cantici* vel *melodiæ* nomen eſt; aliis *Aureolum, Cimelium*, vel *aureum carmen* melius redditur. (6) Pſ. 56 -- 60, 1. a כתם *Auro* præſtantiſſimo Iob. 28, 16. 19. Cant. 5, 11. Etenim Pſalmiſta hic *Chriſtum* in ſtatu exinanitionis & paſſionis *precantem* nobis repræſentat: ita, vt ſec. *Schmid.* lemmata obſeruanda hic ſint I. *Oratio* Chriſti exinaniti & patientis v. 1. II. Eiuſdem *ſolatium*, cum ex conſenſu in diuinum redemtionis hominum propoſitum v. 2 -- 4. tum ab exitu ſalutaris iſtius exinanitionis & paſſionis. v. 5. 6. III. Orationis & ſolatii illius *effectus* v. 7-11. a) *Dauidis*, vel *Dauidi* a Spiritu S. *dictitatus*. vid. pſ. 3, 1. *Non autem de Dauide, ſed de Meſſia ipſo loqui hunc pſalmum*, diſerte diſputant Apoſtoli, Petrus Act. 2, 25 -- 31. & Paulus Act. 13, 35 -- 37. idque firmiſſime aduerſus Iudæos exinde demonſtrant, quod Dauid dudum corruptionem in ſepulcro ſuo ſubiiſſet. *Propheta igitur cum eſſet* Dauid, (verba ſunt Petri Act. 2, 30. 31.) *& ſciret, iureiurando iuraſſe ſibi Deum, futurum, vt de fructu lumborum eius, quantum ad carnem, Chriſtus exoriretur, ac ſederet ſuper ſedem eius, præſcius locutus eſt de reſurrectione Chriſti, quod non relicta ſit anima eius apud inferos, neque caro eius viderit corruptionem.* Conſ. etiam piam *Lutheri* & *Brentii* meditationem h. l. coll. Luc. 22, 41 -- 44. vt alios Interpretes & verſiones, nulla ratione ſuffultas, hic breuitatis cauſſa omittamus. b) *Cuſtodi*, Vulg. *Conſerua me* Pſ. 17, 8. *me* ſcil. Filium tuum Meſſiam, in omnibus exinanitionis & paſſionis meæ partibus, vsque dum omnia præſtem & ſuperem, quæ præſtanda & ſuperanda mihi ſunt. cf. Matth. 26, 37 -- 39. Ioh. 12, 27. 28. c. 17, 1. ſeqq. Act. 2, 25. ſeqq. c) o omnipotens *Deus* Pater. Pſ. 5, 5. pſ. 18, 3. pſ. 22, 2. Marc. 14, 36. d) *Rationem* dicit petitionis, ob fiduciam Chriſti in Patre ſuo. e) *in Te* ſolo *confiſus ſum*, ſemperque *confidam*, qui me & conſeruare & eripere potes Hebr. 5, 7. Verbum cf. Pſ. 2, 12. pſ. 25, 2. 3. v. 2. f) *Dixiſti* enim, o *anima mea*, vt ſupplent Targ. R. Sal. D. Kimchi &c. coll. ſimili ellipſi & conſtruct. 2 Sam. 13, 38. Sic Ier. 4, 19. *audiuiſti, anima mea*; pro *audiui*. cf. etiam Matth. 26, 38. Elegans eſt Apoſtrophe Chriſti (inquit *S.*) conuertentis ſermonem a Deo Patre ſuo, ad ſe ipſum ſ. animam ſuam, quam fiducia exauditionis factarum precum conſolari, & contra aduerſa erigere ac confirmare incipit; coll. Ioh. 12, 27. cf. etiam Pſ. 42, 6. 12. g) *Iehouæ* Deo Patri v. 1. qui fidus in promiſſis ſuis pſ. 7, 2. h) rerum omnium conditor & conſeruator ac *Dominus* (vid. pſ. 2, 4.) *tu* es; ego vero, qua homo, ſeruus tuus Eſ. 42, 1. c. 53, 11. qui voluntati tuæ me lubens ſubmitto pſ. 40. 9. Matth. 26, 39. i) Iob. 9, 25. Coh. 5, 17. Difficile comma. *Guſſet*. p. 128. *bonum meum* ſ. *felicitas mea* tu es, & *nihil* eſt *ſupra te*, coll. Pſ. 17, 3. Rectius, vt arbitramur, *Schmidius*: Ad *bonum* ſ. *felicitatem meam* quod attinet, *non eſt* illa mihi *propter te:* quia, vt voluntatem tuam perficerem, ea me exinaniui, coll. 2 Cor. 8, 9. Phil. 2, 4. ſeqq. Hebr. 12, 2. *Bonum* autem ſ. *felicitas* eſt beatitudo, Chriſto homini, qui Filius Dei eſt Pſ. 2, 7. competens, qua ſe ſponte ſua exinaniuit. Al. *Bonum meum*, vt bene mihi ſit, vt me ſerues, quod precatus ſum v. 1. hoc *non* fit vel opus eſt *propter te*; opus tamen & ſalutare eſt *ſanctis* v. 3. v. 3. k) Idque *pro ſanctis*; h. e. *in commodum & ſalutem ſanctorum:* quales ſunt omnes vera fide in Chriſtum regeniti & *Deo conſecrati*, Eſ. 4, 3. pſ. 89, 6. 8. Prou. 9, 10. Iob. 15, 15. Dan. 8, 24. Ioh. 17, 19. 1 Cor. 6, 11. Eph. 5, 25. 26. Hebr. 2, 11. c. 12, 14. cf. Luc. 22, 29. l) *qui in terra* ſunt; non pro ſanctis *angelis* in cælo, aut pro diabolis in inferno. Hebr. 2, 16. ita vt *ſancti homines* ſint in mundo quidem, non de mundo tamen. coll. Ioh. 17, 6. 11. 14. ſeqq. m) *ipſi* ſunt. cf. pſ. 9, 21. n) *& pro eximiis, illuſtribus* & *glorioſis*. pſ. 8, 2. qui veluti *duces* & *antiſtites* ceterorum. Ier. 14, 3. c. 25, 34. c. 30, 21. Neh. 10, 29. 2 Par. 23, 20. cf. Ioh. 17, 20. Vel ſeruat ordinem rei, coll. Rom. 8, 30.

---

v. 4. ימר ſic *defect*. 5. 6. 7. 8. 15. 22. 23. 24. & ſic fe. 2. ſec. *Maſ*. 2. *impr*. & *Erff*. h. l. & *Maſ*. 1. 4. *impr*. ac *Erff*. ad Leu. 27, 10. v. 5. לא־לקח per *Makk*. 3. 6. 9. 10. 13. 22. ſic fe. 5. לקח per *Pat*. 1. 2. 3. 7. 17. 18. & *Ber*. Ceterum לא־נתן בנשך ושחד על־נקי לא־לקח עשה אלה ſic 6. 9. 10. 13. 20. Quomodo cum Siluki ditione ſimilis conferenda Pſ. 46, 8.

Pſ. XVI. v. 1. שמרני ita cum *Meth*. 2. 5. 7. 8. 17. 22. ſec. *M. I.* ac *Maſ*. *Erff*. hic & pſ. 86, 2. Quale *Meth*. etiam eſt in מירדי pſ. 30, 4. & רודפי pſ. 38, 21. Nec magis impedit lectionem *Kamets* per *Kometſchat*. quam accentus tonicus in כל pſ. 35, 10. Prou. 19, 7.

4 כָּל־חֶפְצִי־בָם׃ יִרְבּוּ עַצְּבוֹתָם אַחֵר מָהָרוּ בַּל־אַסִּיךְ
5 נִסְכֵּיהֶם מִדָּם וּבַל־אֶשָּׂא אֶת־שְׁמוֹתָם עַל־שְׂפָתָי׃ יְהוָה
6 מְנָת־חֶלְקִי וְכוֹסִי אַתָּה תּוֹמִיךְ גּוֹרָלִי׃ חֲבָלִים נָפְלוּ־לִי
7 בַּנְּעִמִים אַף־נַחֲלָת שָׁפְרָה עָלָי׃ אֲבָרֵךְ אֶת־יְהוָה אֲשֶׁר
8 יְעָצָנִי אַף־לֵילוֹת יִסְּרוּנִי כִלְיוֹתָי׃ שִׁוִּיתִי יְהוָה לְנֶגְדִּי תָמִיד
9 כִּי מִימִינִי בַּל־אֶמּוֹט׃ לָכֵן שָׂמַח לִבִּי וַיָּגֶל כְּבוֹדִי אַף־
בְּשָׂרִי

3. LXX. Vulg. & OO. Verſiones: *nec memor ero*, vel *recordabor* aut *mentionem faciam nominum eorum.* x) vt olim faciebant ſacerdotes pro offerentibus orantes: ſed me abnegantes etiam ipſe abnegabo Matth. 10, 33. neque Sacerdos, neque Rex, aut Iudex propitius illis futurus. cf. Ioh. 17, 9. v. 5. y) S. *Iehoua eſt portio.* Al. *Tu, o Iehoua, es portio,* per Apoſtrophen; quæ tn. rectius in ditione Silluki demum incipit. z) S. eſt *portio* partis meæ. al. *portio & pars mea.* Pſ. 63, 11. cf. pſ. 11, 6. *Kimchius* id cenſet pro abſoluto, alii cum *apocopato ſuffixo,* vt Ex. 15, 2. pſ. 60, 13. non bene. cf. ſimilem formam hic v. ſeq. a) *partis meæ*, vel *pars mea*, qua contentus ſum: is namque me pro filio ſuo agnoſcit, & ſummo amore complectitur Eſ. 42, 1. Matth. 3, 17. c. 17, 5. Conf. Pſ. 17, 14. pſ. 73, 26. Thren. 3, 24. b) *& calicis mei.* al. in Nominatiuo: *& poculum* ſ. *calix meus eſt* Pſ. 11, 6. Pſ. 116, 13. Omnium optime, inquit S. reſpici videtur ad *conuiuia ſacrificialia*, in quibus ſacerdotibus V. T. ſuæ dabantur *partes* ad edendum, & *pocula* ad bibendum &c. Conf. Ex. 29, 26. Leu. 7, 33. c. 8, 29. Num. 18, 20. Deut. 18, 8. it. 1 Sam. 1, 5. &c. c) *tu*, o Iehoua, Pater omnipotens. d) *ſuſtentans es.* Targ. *ſuſtentabis* & conſeruabis. Pſ. 17, 5. pſ. 41, 13. ſcil. ad finem vſque, ne mihi eripiatur. Ioh. 10, 29. participium Kal & *Chireck* pro Tſere, vt Eſ. 29, 14. c. 38, 5. e) *ſortem meam*, h. e. Eccleſiam, & in ea electos meos in vera ſanctaque fide ad finem vſque vitæ & mundi potenter conſeruando. Pſ. 125, 3. Reſpicit diſtributionem hereditatis, quæ per *ſortes* fieri ſolebat, ſicut etiam per *funes*, qui ſtatim ſequuntur v. 6. inquit S. Conf. Ioſ. 17, 14. At Raſchi: *tu manum meam ad optimam ſortem direxiſti & adpoſuiſti.* Sic *Cocc.* ad Ez. 45, 1. ſignificat, inquit, ſibi partem & hereditatem eſſe adſignatam voluntate Dei, vt certa eſſet ſua hereditas, neque a ſortis incertitudine penderet, ſed quaſi Deus ipſe ſortes collocaret manu. At prior ſententia ſimplicior eſt. v. 6. f) *Funes* diuidendæ hereditatis Am. 7, 17. g) in æterno Dei decreto *ceciderunt mihi.* Alluditur ad diuiſionem terræ promiſſæ. vid. Ioſ. 17, 5. 14. Pſ. 78, 55. pſ. 105, 11. h) *in amœnos & iucundos*, h. e. ſec. S. in homines fide & pietate erga me obedientiaque mihi iucundiſſimos. Al. neutr. *in amœna*, vt v. 11. vel *in amœniſſimas* partes vel loca. cf. 2 Sam. 1, 23. Pſ. 133, 2. Cant. 1, 6. Eph. 5, 26. 27. i) *etiam hereditas* mihi data, & deficientibus Iudæis, ad extremos mundi fines inter gentes propagata pſ. 2, 8. Matth. 21, 43. Eccleſia ſcil. coll. Deut. 32, 9. k) *pulchra eſt.* (2) Iob. 26, 13. l) *apud me* pſ. 7, 9. i. e. vt *Syr.* habet, *placuit*, vel accepta eſt & *perplacet mihi.* vide phraſin Dan. 3, 32. c. 4, 24. c. 6, 2. *Calouius*: Eccleſia enim, quæ regnum Dei, ex morte, poteſtate diaboli, & inferno liberata, & ex mundo immundo ſelecta, κειμήλιον ipſi eſt valde pretioſum, coll. Ex. 19, 6. Deut. 7, 9. Tit. 2, 14. 1 Pet. 2, 9. adde ſupra v. 3. v. 7. m) Pſ. 34, 2. pſ. 145, 1. S. *Benedicam* itaque *Iehouæ*, Patri meo, pro hoc miſericordiſſimo & ſapientiſſimo conſilio ipſius, quod ſibi propoſuit, & quo mihi exinanitionem & paſſionem meam exequendam dedit, vt ſatisfactione actiua & paſſiua humanum genus redimam, & ad vitam gloriamque æternam perducam, coll. Matth. 11, 25. 26. n) *qui* vel *quod conſuluit mihi.* Ex. 18, 19. Num. 24, 14. 1 Reg. 1, 12. Ier. 38, 15. cf. not. Eſ. 48, 16. o) *immo* non interdiu ſolum, ſed *& noctibus.* Pſ. 1, 2. pſ. 92, 3. cf. Marc. 6, 46. Luc. 6, 12. p) *erudiunt & inſtigant*, Ar. *commonefaciunt me.* Eſ. 8, 12. ὁ. ἐπαίδευσάν με Tit. 2, 12. q) *renes* & intimi ſenſus *mei*, omnes animi & corporis vires. cf. Ier. 12, 2. pſ. 7, 10. pſ. 73, 21. pſ. 139, 13. Prou. 23, 16. Iob. 19, 27. Nam & ipſe Chriſtus, licet filius Dei eſſet, & nulli peccato obnoxius Ioh. 8, 46. Hebr. 4, 10. c. 7, 26. 1 Petr. 2, 22. ex his tamen, quæ paſſus eſt, obedientiam didicit; & conſummatus, omnibus ſibi vera fide obtemperantibus factus eſt cauſſa ſalutis; vt ex Hebr. 5, 8. 9. docet h. l. B. *Lutherus. Schmidius*: Nobis, inquit, hæc *caſtigatio renum* -- nihil aliud eſſe videtur, quam *ſancti motus in anima Chriſti*, quos Spiritus S. (ſuper illo quieſcens Eſ. 11, 2.) in illa excitauit, ipſumque animauit, *ad omnia difficillima, quæ ad opus redemtionis pertinebant, ſubeunda & ſuſtinenda*; coll. Matth. 4, 1. c. 26, 39. Ioh. 12, 27. adde Pſ. 40, 9. Eſ. 50, 4. 5. v. 8. r) Nam plenus amore & fiducia v. 1. *poſui* ſ. *propoſui Iehouam.* Pſ. 21, 6. pſ. 119, 30. LXX. vt Act. 2, 25. s) *coram me* Eſ. 49, 16. pſ. 18, 23. nimirum oculis mentis reſpiciens, quam verax ille ſit, & auxilium, quod mihi promiſit, nunquam denegaturus. cf. Ioh. 11, 42. t) Eſ. 49, 16. in mediis etiam adflictionibus & tentationibus meis. cf. Matth. 27, 43. u) S. ſubintell. לֵאמֹר, vt pſ. 2, 2. 3. pſ. 5, 8. 9. pſ. 9, 13. *dicens: quia ille eſt a dextera mea*, tq. præſidium & defenſor meus. cf. Eſ. 42, 1. pſ. 109, 31. pſ. 110, 5. & Ioh. 8, 16. 29. c. 16, 32. At Syr. *eſtque ille ad dexteram meam.* Targ. *quia enim Schechina eius reſidet ſuper me.* Col. 2, 9. x) ideo *non mouebor* a propoſito meo, nec ab hoſtibus vincar. pſ. 13, 5. pſ. 17, 5. pſ. 21, 8. vid. Eſ. 50, 7. 8. 9. Luc. 9, 51. &c. v. 9. y) *Propterea* etiam, quod Deus mihi Pater & adiutor eſt, qui me immotum præſtabit. z) *lætatum*, & ad ipſam quoque mortem paratum *eſt cor meum* Prou. 23, 15. Phil. 2, 8. a) *& exſultauit* pſ. 9, 15. pſ. 13, 6. b) *gloria mea* ſ. *decus meum.* Per quod alii *Spiritum Chriſti æternum* Hebr. 9, 14. intelligunt; alii melius cum Kimchio *animam*, opponitur enim *carni* ſ. corpori: quod non attendunt, qui cum LXX. Vulg. Ar. *linguam* interpretantur. Schmid. vtrumque *animam & linguam* Chriſti. cf. pſ. 7, 6. pſ. 30, 13. pſ. 57, 9. Gen. 49, 6. c) *immo* non anima tantum, ſed *etiam* corpus v. 7.

n) *in quibus omne meum beneplacitum* & delectatio eſt. Pſ. 1, 2. Eſ. 62, 4. Luc. 2, 14. &c. Pro quibus lubens me ſanctifico, vt & ipſi ſint ſanctificati in veritate Ioh. 17, 19.

v. 4. o) S. Contra *multiplicabuntur.* Gen. 3, 16. c. 7, 17. Iob. 9, 17. p) *dolores* & pœnæ *eorum*, cum in hoc, tum in futuro ſæculo (4) Pſ. 147, 3. Prou. 15, 13. Iob. 9, 28. cf. verba Chriſti Luc. 23, 28 -- 31. q) S. qui *alium feſtinant* (cf. 28, 1) eumque quaſi opertum *dotando honorant* Ex. 22, 15. coll. nomine Gen. 34, 12. 1 Sam. 18, 25. h. e. qui alium ſibi Seruatorem aut viam ſalutis quærunt, & a me iuſtitiam, ſpiritum & vitam accipere nolunt. ſpiritualiter ſcortantes vel abnegantes me. cf. Deut. 32, 16. Eſ. 42, 8. Ez. 16, 32 -- 34. Leu. 17, 9. Ioh. 19, 12 -- 15. Act. 15, 24. c. 4, 12. r) *non* enim *libabo*, tq. verus ſacerdos & Pontifex, ſec. ordinem Melchiſedeki a Patre conſtitutus Pſ. 110, 4. Verbum cf. Gen. 35, 14. Num. 28, 7. s) *libamina* & vniuerſum cultum *eorum* Num. 29, 39. c. 15, 4. 5. etſi vel ſanguinem ſuum fundant: (quo alioqui reſpicit Pauli phraſis 2 Tim. 4, 6. & Phil. 2, 17.) ſed etiam inanem ceremoniarum cultum abrogabo. Eſ. 66, 3. Dan. 9, 24 -- 27. Matt. 23, 38. t) *propter* effuſum ab illis innocentem meum aliorumque piorum *ſanguinem*, coll. Matt. 23, 35. c. 27, 25. Eſ. 1, 15. c. 59, 3. Hoſ. 6, 8. Alii connectunt cum præcedenti: *libamina ipſorum de ſanguine* vel *cruenta*, coll. ſimili periphraſi Pſ. 10, 18. pſ. 80, 14. Ita Kimchi: q. d. *libamina eorum non vinum, ſed ſanguis ſunt*, coll. Prou. 5, 8. Minime autem, vt quidam putant, ita poſcunt accentus. u) *neque aſſumam* aut *proferam nomina eorum* Ex. 20, 7. Pſ. 15, 3.

---

v. 4. אסיך per *Tiphcha anter.* 3. per tonicum vero 6. 9. 10. 13. 20. v. 5. מנת per *Pat.* 3. 5. 14. 15. 22. & in marg. 6. 9. quam variationem adnotauit etiam *R. Chaim* ad Maſ. fin. f. 14. b. Verum *Kam.* requirit *Maſ.* 1. & *Erf.* cf. Pſ. 11, 6. v. 6. חֲבָלִים נָפְלוּ־לִי ſic 1. & 14.
v. 7. אברך per *Mun.* 2. At אֲבָרֵךְ אֶת־יְהוָה אֲשֶׁר ſic 1. v. 8. שִׁוִּיתִי יְהוָה ita 1. 2. 3. 6. 9. 10. 13. 20. & ſu. 5. incommode.

י בְּשָׂרִי יִשְׁכֹּן לָבֶטַח׃ כִּי ׀ לֹא־תַעֲזֹב נַפְשִׁי לִשְׁאוֹל לֹא־

יתיר י II תִתֵּן חֲסִידְךָ לִרְאוֹת שָׁחַת׃ תּוֹדִיעֵנִי אֹרַח חַיִּים שֹׂבַע

שְׂמָחוֹת אֶת־פָּנֶיךָ נְעִמוֹת בִּימִינְךָ נֶצַח׃ יז

Pf. XVII, א תְּפִלָּה לְדָוִד שִׁמְעָה יְהוָה ׀ צֶדֶק הַקְשִׁיבָה רִנָּתִי הַאֲזִינָה

2 תְּפִלָּתִי בְּלֹא שִׂפְתֵי מִרְמָה׃ מִלְּפָנֶיךָ מִשְׁפָּטִי יֵצֵא עֵינֶיךָ

3 תֶּחֱזֶינָה מֵישָׁרִים׃ בָּחַנְתָּ לִבִּי ׀ פָּקַדְתָּ לַּיְלָה צְרַפְתַּנִי בַל־

מלרע 4 תִּמְצָא זַמֹּתִי בַּל־יַעֲבָר־פִּי׃ לִפְעֻלּוֹת אָדָם בִּדְבַר שְׂפָתֶיךָ

אבי

d) *caro s. corpus meum* Ez. 11, 19. *e*) *requiescet*, *cubabit.* Deut. 33, 20. Es. 26, 19. Nah. 3, 18. Ps. 7, 6. *f*) *confidenter & secure, in securitate* Deut. 33, 12. 28. Ps. 4, 9. nec metuit corruptionem aut putrefactionem. ὁ. ἐπ' ἐλπίδι, vt Act. 2, 26. Ar. *tutum in spe. Quod* non destitues v. 10. Sic Raschi: *quia certus sum, quod* non derelinques &c.

v. 10. *g*) *Quoniam*, etsi moriendum omnino mihi est, ita vt videar omnium iudicio a Deo desertus Ps. 22, 2. non tn. deseres, &c. Vel vt diximus ad v. 9. secura cubabit caro mea sub spe certa, *Quod non* derelinques, &c. *h*) *non destitues* & plane *relinques* Ps. 38, 22. cf. Ps. 21, 5. Ioh. 16, 32. *i*) *animam meam*; al. *me*, coll. Ps. 3, 3. &c. sed illud præferimus. *k*) *inferno* Ps. 6, 6. ps. 30, 4. 1 Sam. 2, 6. vt scil. eam detineat, velut absorptam. Est Datiuus possidentis. *Scheol* autem spectat ad animam, vt *corruptio* ad corpus. *Calouius*: etsi ad infernum vsque deducta sit anima Christi, cum in agonia horti, tum in cruce, cum a Deo se desertum exclamaret. Alii tn. ad victoriosam Christi descensionem ad inferos, factam post viuificationem ipsius, id referunt. Sic *Schmid.* ὁ. εἰς ᾅδου Act. 2, 27. 31. *l*) *neque* ita *dabis* aut *permittes.* Targ. & Aeth. *non trades iustum tuum.* cf. Gen. 20, 6. Ps. 55, 23. *m*) *sanctum tuum* Ps. 4, 4. ps. 12, 2. eximie sic dictum, coll. Dan. 9, 24. Marc. 1, 24. Luc. 4, 34. qui omne tuum beneplacitum exsequutus est. Es. 42, 1. seqq. c. 53, 10. seqq. Ioh. 8, 29. Phil. 2, 8. 9. Ceterum in *variata lectione* huius loci, *singularis* haud dubie præferendus est, monente etiam *Cocc.* Lex. 252. & *Gusset.* p. 942. *n*) *vt videat* & experiatur quoad corpus. Ps. 89, 49. Coh. 6, 6. Luc. 2, 26. *o*) *corruptionem* aut *putrefactionem.* Ps. 49, 10. ps. 55, 24. sic LXX. & Act. 2. 24. 27. 31. c. 13, 35. (alibi *fouea*, vt Ps. 9, 16.) quin potius tertio die me ex mortuis resuscitabis, & viuum me e sepulcro gloriose reduces. cf. Rom. 6, 4. Matth. 12, 40. c. 16, 21. c. 17, 23. Luc. 18, 33. Ioh. 2, 19 - 22. v. 11. *p*) *Notam mihi facies*, o Deus Pater, Ps. 51, 8. per resuscitationem e morte. cf. de scientia experimentali *Kal* Es. 47, 8. Coh. 8, 5. *q*) *viam vitæ* æternæ. cf. Ps. 21, 5. Es. 53, 8. 10. Prou. 5, 6. c. 10, 27. c. 15, 24. Hebr. 10, 20. *r*) *satietas* erit. al. *satietatem* experiri me facies. cf. Ps. 17, 15. ps. 78, 25. Es. 53, 11. & Apoc. 7, 16. 17. *s*) *gaudiorum* Es. 51, 11. Ps. 45, 16. *t*) *cum* vel *coram facie tua.* 1 Reg. 12, 6. Ps. 21, 7. ps. 140, 14. 1 Cor. 13, 12. 1 Ioh. 3, 2. Syr. *& satiabor iucunditate vultus tui.* *u*) *iucunditates* cælestes & hominibus ineffabiles. (1) cf. v. 6. Prou. 24, 4. *x*) *in dextera tua* erunt, quod A. b. Ezra aliique ita accipiunt, quod *dextera sua* Deus iucundissima dona daturus sit diligentibus se, coll. Prou. 3, 16. Alii *de sessione Christi ad dexteram Patris*, eiusque exaltatione, coll. Ps. 110, 1. Luc. 22, 69. Eph. 1, 20. seqq. Hebr. 2, 9. &c. Atque hoc quidem est, inquit *Gierus*, glorificari illa gloria, quam habuit Christus ante, quam mundus esset Ioh. 17, 5. Vtrumque bene coniungit *Cocc.* Lex. 525. Notum mihi facies viam *amœnorum*, quæ sunt *in dextera tua*; quæ Deus *reseruauit manu sua* exspectantibus se Es. 64, 3. 1 Cor. 2, 9. quæ Filius Dei *sedens ad dexteram Patris* accipit danda fidelibus, etiam in hac vita; coll. Act. 2, 33. Ps. 110, 1, & ps. 68, 19. *y*) idque *perpetuo* s. *in perpetuum* Ps. 9, 7. ps. 13, 2. Es. 25, 8. Siquidem Christus, ex mortuis resuscitatus, non iterum morietur; nec vnquam mors illi dominabitur Rom. 6, 9. &c. Gratia vero sit Deo, qui & nobis de morte victoriam dedit, per Dominum nostrum Iesum Christum! 1 Cor. 15, 57. Ps. XVII, v. 1. *a*) *Oratio* s. *supplicatio Dauidis.* Ps. 86, 1. vid. not. Ps. 3, 1. ps. 4, 2. Hab. 3, 1. Argumentum psalmi ita præmittit *Ar.* inscriptio: *Oratio ex persona viri perfecti* s. integri, *& ipsius Christi, ac cuiuslibet ab eo redemti.* Sic *Brentius*: *Sentiamus*, inquit, *hunc psalmum esse precationem, qua Christus in summis suis adflictionibus*, ac præsertim in monte oliueti, cum sudaret guttas sanguineas, *vsus est.* Et *Gurtlerus* in Theol. Proph. p. 99. *Est quidem*, inquit, *oratio Dauidis, sed quatenus is erat typus Christi*, coll. v. 3. & Ps. 16, 7. & *Ruperto* hic ipsum *Caput* orat Deum Patrem pro se & *membris suis*, ne deficiant. *Tillius* vero psalmum hunc ad *Apostolicam Ecclesiam* retulit, ab *impiis* Iudæis & *hostibus* gentilibus vexatam, coll. Act. 8, 3. c. 12, 1. seqq. Iac. 1, 2. 3. 1 Petr. 1, 6. seqq. Nobis *Schmidii* placet sententia, qui in lemmatibus suis ita: Psalmus hic, inquit, est *Ecclesiæ omni tempore sub Christo capite*, cui conformatur (aduersus satanæ regnum. Gen. 3, 15.) *militantis Oratio*, I. *pro conseruatione* sui & sanæ doctrinæ v. 1 - - 8. II. pro *defensione* contra falsos doctores & persecutores v. 9 - - 14. aduersus quos illa III. in *conclusione* se solatur spe viua æternæ vitæ v. 15. *b*) *Audi* s. *exaudi o Iehoua* Ps. 4, 2. ps. 10, 17. ps. 39, 13. *c*) *iustitiam*, i. e. iustissimam caussam & querelam meam. *Kimchi*: i. e. *preces, quæ iuste fiunt*, quod os & animus consentiant. Targ. *orationem meam in iustitia*, i. e. iustam. *A. b. Ezra*: quia *iustitiam* loquor, quia vanitatem non exaudit Deus. Iob. 35, 13. cf. Ioh. 9, 31. LXX. Vulg. Ar. Aeth. *iustitiam meam*: quod de iustitia *caussæ*, non *personæ* intelligendum esse, ex ipsis Pontificiis nonnulli concedunt apud *Calou.* h. l. Conf. not. Ps. 7, 4. 9. Nec incommode *de Christo, iustitia nostra*, pro nobis interpellante, id accipiunt *Calovius* & *Tillius* h. l. coll. Es. 53, 11. Ier. 23, 6. Dan. 9, 24. 1 Cor. 1, 30. 31. 1 Ioh. 2, 1. 2. Ioh. 16, 23. &c. *d*) vid. Ps. 5, 3. *e*) *clamorem meum* 1 Reg. 22, 36. hic *tristem* & supplicem, coll. 1 Reg. 8, 28. Ier. 7, 16. Ps. 61, 2. vt alibi *lætum* ps. 30, 6. ps. 5, 12. &c. *f*) Ps. 5, 2. *g*) Ps. 4, 2. *h*) *sine*, vel *quæ* oratio fit *sine.* 1 Par. 12, 37. *Ellipsis relatiui* frequens est, vt Ps. 4, 8. ps. 7, 7. 9. &c. *i*) *labiis fraudis*, *doli* vel hypocriseos Ps. 5, 7. ps. 32, 2. i. e. non *dolosis* aut hypocriticis; sine fraude & fuco. cf. similis constr. Ps. 12, 4. ps. 31, 19. v. 2. *k*) *A conspectu tuo*, vel *a te*, Leu. 9, 24. Num. 17, 11. Esth. 1, 19. ceu iustissimo iudice & vindice piorum. ps. 7, 9. *l*) *ius & sententia iudicialis in caussa mea.* Ps. 9, 5. *m*) *prodeat* aut *promulgetur.* vid. not. Hab. 1, 4. *Kimchi*: vt me vindices ab hostibus meis. *n*) Ps. 11, 7. *o*) Ps. 9, 9. Es. 33, 15. v. 3. *p*) *Probasti* namque & explorasti *cor meum.* Ps. 7, 10. ps. 11, 5. *q*) etiam *visitasti* illud. Syr. *& visitasti me.* cf. ps. 8, 5. 1 Sam. 14, 17. Iob. 7, 18. *r*) *noctu* ps. 16, 7. *A. b. Ezra*: cum solus essem & semotus ab hominibus. cf. ps. 4, 5. *s*) LXX. Vulg. *igne me examinasti.* vid. ps. 12, 7. *Tillius* ex hypothesi (qua de ad v. 1.) confert Iac. 1, 2. 3. 1 Petr. 1, 6. seqq. *t*) sed *nihil* ps. 16, 2. *inuenisti* ps. 10, 15. quod scil. caussæ meæ & integritati obsit. cf. Iob. 23, 10. 11. 12. 1 Ioh. 3, 19. seqq. Nam alioqui Dauid defectus & lapsus suos coram diuino iudicio haut inuitus fatebatur. c. c. Ps. 19, 13. ps. 143, 2. *u*) *S.* nam quod *cogitaui* bonum, non transgredietur. Al. simpliciter: *cogitaui* namque & *proposui mihi.* coll. Ier. 51, 12. Thren. 2, 17. *x*) vt *non transgrediatur*, scil. mandata tua. cf. *Hiph.* 1 Sam. 2, 24. & 2 Ioh. v. 9. *y*) *os & lingua* etiam *mea.* cf. Ps. 39, 2. Iac. 3, 2. seqq. v. 4. *z*) *S. Quantum* autem *ad opera hominis* vel *hominum attinet.* cf. ל Ez. 9, 13. & nomen Ps. 28, 5. *a*) *S. per verbum*, al. *secundum verbum labiorum tuorum*, sc. obseruaui. Iob. 23, 12. coll. ב 1 Par. 21, 19. & 2 Par. 29, 25. Quod autem in hac voce maximam distinctionem constituit, id notat constans & indefessum Dauidis studium, quod in sacra Dei verba contulit, more piorum Ps. 1, 2. expresso, inquit Io. *Franckius* Diacrit. p. 283. vel simplicius intellige actiones & *molimina hominum in verbo Dei* sugillando & peruertendo Ps. 11, 3. 2 Pet. 3, 16. sic ב erit *obiecti*, vt Iob. 35, 6.

---

v. 10. נַפְשִׁי per *Tipheha ant.* 5. Ps. XVII, v. 1. הַקְשִׁיבָה רִנָּתִי הַאֲזִינָה sic 3. At הַקְשִׁיבָה רִנָּתִי הַאֲזִינָה תְּפִלָּתִי בְּלֹא־ 2. v. 3. לִבִּי Sic per *Psik kadmat.* 2. 5 - - 14. 16. 20. 22. 23. 24. & per nudum *Kadma* 3. 15. At per *Psikmahp.* alii contra analogiam.

אֲנִי שָׁמַרְתִּי אָרְחוֹת פָּרִיץ׃ תָּמֹךְ אֲשֻׁרַי בְּמַעְגְּלוֹתֶיךָ בַּל־ ה
6 נָמוֹטּוּ פְעָמָי׃ אֲנִי־קְרָאתִיךָ כִי־תַעֲנֵנִי אֵל הַט־אָזְנְךָ לִי
7 שְׁמַע אִמְרָתִי׃ הַפְלֵה חֲסָדֶיךָ מוֹשִׁיעַ חוֹסִים
8 מִמִּתְקוֹמְמִים בִּימִינֶךָ׃ שָׁמְרֵנִי כְּאִישׁוֹן בַּת־עָיִן בְּצֵל
9 כְּנָפֶיךָ תַּסְתִּירֵנִי׃ מִפְּנֵי רְשָׁעִים זוּ שַׁדּוּנִי אֹיְבַי בְּנֶפֶשׁ יַקִּיפוּ
י 11 עָלָי׃ חֶלְבָּמוֹ סָּגְרוּ פִּימוֹ דִּבְּרוּ בְגֵאוּת׃ אַשֻּׁרֵינוּ עַתָּה
12 סבבוני עֵינֵיהֶם יָשִׁיתוּ לִנְטוֹת בָּאָרֶץ׃ דִּמְיֹנוֹ כְּאַרְיֵה
13 יִכְסוֹף לִטְרֹף וְכִכְפִיר יֹשֵׁב בְּמִסְתָּרִים׃ קוּמָה יְהוָה
קַדְּמָה פָנָיו הַכְרִיעֵהוּ פַּלְּטָה נַפְשִׁי מֵרָשָׁע חַרְבֶּךָ׃
מִמְתִים

b) *ego* solicite *obseruaui* Ps. 18, 22. scil. vt declinarem ab iis nec per eas ambularem, vt habet *R. Sal.* Conf. Ps. 73, 17. Al. *caui*; S. *ergo caueo mihi*, subintell. מן. coll. Ios. 6, 18. c) *vias*, *semitas*, i. e. actiones & mores, Prou. 1, 16. cf. synonymum Ps. 1, 1. d) *effractoris*. S. *violenti*. Calouius: quo tenderent *perfractores & corruptores legis*. Conf. Ez. 7, 22. c. 18, 10. Dan. 11, 14. Hos. 4, 2. & Iob. 22, 15. al. *Latronis*, quomodo Satanam, eiusque *methodias* s. astutos insultus, Eph. 6, 11. quidam intelligunt. Vid. *Calou.* h. l. coll. Ioh. 8, 44.

v. 5. e) S. *Fulci modo*. q. d. *Sustentando sustenta*, & vt Aeth. habet, *Confirma*, & *conserua*. Ps. 16, 5. ὁ. κατάρτισαι. Vulg. *Perfice*. Gal. 6, 1. 2 Tim. 3, 17. Similis ellipsis verbi finiti post Infinit. Ex. 20, 8. Ier. 2, 2. &c. Al. supplent primam personam: *caui vias effractoris* v. 4. *Continendo autem continui*. Syrus secundam: *Et fulsisti* &c. f) *gressus meos* & omnes actiones. v. 10. Ps. 37, 21. ps. 44, 19. ps. 73, 2. g) *in semitis* vel *orbitis tuis* Ps. 23, 3. Prou. 4, 11. verbo scil. tuo, & deinde exemplo Christi descriptis, supra v. 4. 1 Petr. 2, 21. h) *ne dimoueantur* aut *exorbitent* ab illis. Ps. 10, 6. ps. 13, 5. ps. 16, 8. in conspectu hostium Ps. 38, 17. i) *pedes* aut *passus mei*. Vulg. *vestigia mea*. Aeth. *plantæ pedis mei*. vid. 2 Reg. 19, 24. Es. 26, 6. Ps. 57, 7. ps. 119, 133.

v. 6. k) S. *Pro hoc ego innoco* (& *innocaui*) *te*. Ps. 4, 2. ps. 50, 15. ps. 88, 10. l) R. Sal. & Kimchi: certus *namque* sum, *quod me exaudies*. S. *respondebis enim mihi*. Al. vt Vulg. Syr. &c. experimentaliter in præterito: *quoniam exaudiuisti me*. Ps. 3, 5. ps. 13, 4. m) *o Deus* om-nipotens, Ps. 5, 5. ps. 16, 1. ps. 18, 9. n) *inclina mihi itaque aurem tuam*. frequens Anthropop. vid. v. 1. Ps. 31, 3. ps. 71, 2. Dan. 9, 18. Es. 37, 17. o) Vulg. & *ex-*

סבבונו קרי

audi verba mea. Targ. & Ar. *suscipe deprecationem meam*. cf. Es. 28, 23.

v. 7. p) LXX. Vulg. *Mirifica*, h. e. sec. S. *mirabilem fac*. Aeth. *Gloriosam redde*. vid. Ps. 4, 4. Ex. 8, 18. c. 33, 16. q) multiplicem *misericordiam* l. *misericordias tuas*. Ps. 5, 8. ps. 31, 22. r) *o Saluator*, *qui saluos facis*. Ps. 6, 5. ps. 7, 11. s) LXX. Vulg. Syr. *sperantes in te*, qui tibi confidunt & ad te confugiunt. Ps. 2, 12. ps. 5, 12. t) *propter illos* (sc. mirabilem fac misericordiam tuam) vel vt Syr. & Aeth. *ab illis* (salua me) *qui* velut rebelles *insurgunt*. Vulg. *a resistentibus dexteræ tuæ*. Ps. 3, 2. ps. 59, 2. Iob. 20, 27. c. 27, 7. u) *aduersus* ipsam *dextram* & omnipotentiam *tuam*, in Christo demonstratam Ps. 98, 1. ps. 118, 15. quem ipsum, vt *virum dextræ Dei*, coll. Ps. 80, 18. ps. 110, 1. intelligunt *Calou.* & *Till.* h. l. Male cum *Moschia* hoc vltimum nectit R. Sal. & durius cum *Chosim* A. b. Ezra; vterque etiam contra accentus.

v. 8. x) *Custodi me*. Ps. 12, 8. ps. 16, 1. ps. 121, 4. y) Targ. *sicut pupillam orbicularem*. R. Sal. & Kimchi: *sicut nigrum* s. *nigredinem*. q. d. *cameram obscuram*, quam in oculo obseruant naturæ scrutatores. (5) Deut. 32, 10. Prou. 7, 2. 9. c. 20, 20. z) *filiam* s. *pupillam oculi*, vel sec. Targ. *quæ est in oculo*, quam quisque tenerrima cura custodit, ne lædatur, cf. Zach. 2, 12. Thren. 2, 18. a) *sub vmbra alarum tuarum*. Alia metaphora ab auibus & gallina. cf. Deut. 32, 11. Es. 49, 2. Ps. 36, 8. ps. 61, 5. ps. 63, 8. ps. 91, 4. Matth. 13, 37. b) *abscondas*, *delitescere facias me*. Vulg. *protege me* Ps. 27, 5. ps. 57, 2. Ier. 36, 26.

v. 9. c) *Ab impiis* Ps. 1, 1. sc. abscondas me, ex versu præced. d) *qui* Ps. 9, 16. ps. 32, 8. Es. 42, 24. e) *vastarunt*, Vulg. *afflixerunt me*. Es. 16, 4. c. 21, 2. Ex. 32, 12. Ps. 137, 8. cf. Act. 8, 3. c. 9, 21. c. 12, 1. seqq. & not. supra ad v. 1. f) *Hostes* enim *mei* obsident me &c. vel: absconde me *ab inimicis meis ex animo*, qui summa animi cupiditate mihi infesti sunt, vt recte *Targ.* & *A. b. Ezra*. cf. Ez. 25, 6. 13. Al. vt Geierus: *hostes mei contra animam* s. *vitam*, i. e. capitales. R. Sal. ad auferendam vitam s. animam meam. Syr. *a conspectu hostium animæ meæ*. Sed prius præferimus. g) *qui se* vel retia sua Iob. 19, 6. *circumponunt* vel posuerunt *contra me*. 2 Reg. 6, 14. Ps. 22, 17. ps. 88, 19.

v. 10. h) LXX. Vulg. *Adipem suum clauserunt*. Ar. & Syr. *Condensati sunt adipes eorum*, i. e. pingues & obesi facti sunt, diuitiis ac deliciis diffluentes. cf. Gen. 2, 21. Iud. 3, 22. Ps. 73, 7. Iob. 15, 27. & caussam insolentiæ, bonorum carnalium satietatem Deut. 32, 15. Iob. 21, 24. *R. Sal.* Adipe & pinguedine sua cor & oculos clauserunt, ne videant opus tuum, teque metuant. i) hinc *ore suo*, subintell. ב; vel, *quantum ad os eorum* attinet ps. 58, 7. ps. 59, 13. k) *loquuntur cum elatione* s. *in superbia*, i. e. superbe & insolenter. cf. Ps. 10, 2. ps. 89, 10. Es. 28, 1. ὁ. ὑπερηφανίαν. Marc. 7, 22. 1 Pet. 5, 5.

v. 11. l) Quantum *ad gressus nostros* attinet, vel *in gressibus nostris*. v. 5. Iob. 31, 7. m) *iam* fere vndique *circumdederunt nos* hostili animo, vt funes Ps. 18, 6. aquæ Ps. 88, 18. canes Ps. 22, 13. 17. aut apes &c. Ps. 118, 12. n) *oculos suos ponunt*, i. e. dirigunt & *attendunt*. cf. Ps. 48, 14. Ex. 7, 23. Prou. 27, 23. o) S. *ad declinandum nos*. Syr. *vt prosternant me* in terram. cf. Ps. 62, 4. Kimchi: *vt* ad nos capiendos *extendant rete suum* in terra. A. b. Ezra: *ad declinandum*, i. e. *si forte declinent gressus nostri* in terra. coll. Iob. 31, 7. adde Ps. 38, 17.

v. 12. p) *Similitudo eius*, (sec. aliquos Sauli, al. diaboli, coll. 1 Pet. 5, 8. A. b. Ezræ *vniuscuiusque* hostium meorum) i. e. *similis est*. Syr. *Qui similes sunt* leoni (1) cf. cognatum Ez. 1, 5. q) & quasi *leonis*; vel *similis est* sæuo & astuto *leoni*. cf. Ps. 7, 3. ps. 57, 5. r) *qui cupit* (Ps. 84, 3. Iob. 14, 15.) *prædari* aut *discerpere*, qui prædæ inhiat. ps. 22, 14. Ez. 19, 3. 6. s) *aut velut leo iuuenis*. Iud. 14, 5. Am. 3, 4. t) *qui sedet* & prædæ *in latebris* s. latibulis suis occulte insidiatur. Ps. 10, 9. Thren. 3, 10.

v. 13. u) Itaque in tanto discrimine *exsurge o Domine*, ad auxilium nostrum. vid. Ps. 3, 8. ps. 7, 7. ps. 9, 20. x) *occurre ei*. Vulg. *præueni eum*. S. *præueni facies eius*. q. d. *anteuerte & anticipa eum*. cf. Ps. 18, 6. ps. 21, 4. ps. 95, 2. Mich. 6, 6. Es. 37, 33. y) *deprime*, *incurua* & in terram *prosterne eum*. Ps. 18, 40. ps. 78, 31. z) Ps. 6, 5. ps. 22, 9. ps. 31, 2. ps. 82, 4. a) *ab impio*. Ps. 1, 1. b) qui est *gladius tuus*. Ita A. b. Ezra, Hieronymus, R. Sal. Kimchi & Accentus. *R. Sal.* ab omni impio, qui est instar gladii tui: quando illi permittis, vt pœnam de illis sumat, qui in te peccarunt. *Kimchi*: Nam *gladius* & *ereptio*, omniaque a te veniunt, coll. Deut. 32, 39. Es. 10, 5. Syr. & Ar. *ab impio* & *a gladio tuo*. Sic iidem seq. versu: *Ab hominibus*, qui *manus tua sunt* &c. Al. libera & saluum me præsta *gladio tuo* vindice, coll. Deut. 32, 41. Es. 27, 1. Ps. 7, 13. ps. 35, 3. ps. 45, 4. Targ. ab impio, *qui meretur interfici gladio tuo*. q. d. *ab impio*, impio scil. *gladii tui*, subintell. statu constr. vt Ez. 11, 16. Hos. 14, 3. Zach. 9, 13.

---

v. 5. נמוטו *Tet* cum *Dag.* 22. 23. 24. aliique in *M. I.* v. 6. אני קראתיך sic 1. 2. 6. 9. 10. 13. 14. 20. 22. & su. 5. bene ad sensum. Ceteri vtrobique habent *Mun.* sequente nihilominus *Dag.* in כי. v. 11. אשורינו *plene* 3. 5. su. 2. & sic in marg. 6. 9. v. 13. קומה cum conseruo *Sarka* (quem ceteri omnes omittunt) 2.

14 ממתים־ידך׀ יהוה ממתים מחלד חלקם בחיים וצפינך
טו תמלא בטנם ישבעו בנים והניחו יתרם לעולליהם: אני
בצדק אחזה פניך אשבעה בהקיץ תמונתך:

א יח למנצח׀ לעבד יהוה לדוד אשר דבר׀
ליהוה את־דברי השירה הזאת ביום הציל־יהוה אותו
2 מכף כל־איביו ומיד שאול: ויאמר ארחמך יהוה חזקי:
יהוה

וצפונך קרי

relinquunt Gen. 2, 15. Num. 17, 19. 22. o) *residuum*

Psalm. XVIII.

vel *reliquias suas* Ex. 10, 5. c. 23, 1. al. *dignitatem* &

v. 14. c) *Ab hominibus* Gen. 34, 30. cf. not. Deut. 2, 34. d) Luth. *manus tuæ*, qui vltricem tuam manum incurrunt Pſ 21, 9. Hebr. 10, 31. Al. cum Kimchio: *qui manus tua ſunt*; vt enim eos v. 13. dixerat *gladium* Dei, ita nunc *manum*. A. b. Ezra: *manum* eos dicit, quia plagæ manibus infliguntur, coll. Ex. 9, 3. Pſ. 32, 4. Al. eripe me *manu tua*. Conf. de conſtructione not. ad v. 13. e) *ab hominibus*; inquam. Singularis apud Hebræos inuſitatus, apud Aethiopes eſt *MET*, vt Deut. 2, 34. diximus, non *Mêt*, *mortuus*, vt Syrus h. l. putauit. f) *de mundo* vel *tranſituro ſæculo*, i. e. hominibus *huius ſæculi et mundanis*, qui huic ſæculo vivunt, nec ſpem illam habent videndi Deum v. 15. (5) Pſ. 39, 6. pſ. 49, 2. pſ. 89, 48. Iob. 11, 17. Conf. ſimilis adiectiui periphraſis Pſ. 16, 4. pſ. 10, 18. Luc. 16, 8. g) S. *quorum portio*. pſ. 16, 5. ſubintell. relatiuo, vt ſæpiſſime. vid. ſupra v. 1. Male LXX. Vulg. et Orr. *diuide eos* &c. h) *in hac vita*. Hebr. exclusum & in vocali latens h. l. eſt demonstratiuum præſentis vitæ, in oppoſitione ad futuram & æternam v. 15. Coh. 6, 12. c. 9, 9. *Kimchi*: in vita huius ſæculi. cf. Luc. 16, 25. i) & *abſcondito* ſ. *reconditis* quaſi pro illis *bonis tuis* Pſ. 31, 20. Prou. 13, 22. k) pro divitiis gratiæ tuæ ad pœnitentiam eos invitas Rom. 2, 4. & *imples* in hoc ſæculo Pſ. 107, 9. pſ. 144, 13. Iob. 22, 18. c. 3, 15. c. 38, 39. cf. Act. 14, 17. l) *ventrem eorum* Prou. 18, 20. Iob. 20, 20. qui ipſorum quaſi Deus eſt Phil. 3, 19. m) *ſaturantur etiam filii*. Pſ. 104, 16. vel vt Vulg. Luth. aliique: *ſaturati ſunt etiam filiis*, coll. Iob. 27, 14. pſ. 144, 12. n) & *reponunt* vel *re-*

gloriam ſuam, vt Iob. 4, 21. p) *paruulis ſuis*. Pſ. 8, 3. v. 15. q) *Ego* vero nihil deſidero, quam vt aliquando videam faciem tuam in cœleſti gloria. *A. b. Ezra*. r) *In iuſtitia*; tum Chriſti iuſtitia imputata & æterna Ier. 23, 6. Dan. 9, 24. Phil. 3, 9. tum inhæſiua, hic inchoata, tunc autem conſummanda. 1 Cor. 13, 10. 12. 2 Cor. 3, 17. Aeth. *in iuſtitia tua*. Conf. ſupra ad v. 5. & de *Iuſto* not. Pſ. 1, 5. s) Pſ. 16, 11. Iob. 19, 26. 27. adeoque licet in terris nemini concedatur, *tuam videre faciem* Ex. 33, 20. ad ſatietatem tamen *videbo* eam in altera vita, *ſicut eſt* 1 Ioh. 3, 2. & *facie ad faciem*, intuitiua & *beatifica viſione* Matth. 5, 8. 1 Cor. 13, 12. coll. Eph. 3, 20. t) *ſatiabor* facie vel imagine tua; vt illi mundani mundanis rebus v. 14. cf. Pſ. 16, 11. pſ. 22, 25. Eſ. 53, 11. c. 65, 13. Luc. 6, 25. u) *quum euigilauero* e morte. cf. Pſ. 3, 6. Eſ. 26, 9. Ier. 31, 26. c. 51, 39. 57. Dan. 12, 2. x) ſatiabor, inquam, *ſpecie* vel *imagine tua* Ex. 20, 4. Num. 12, 8. Deut. 4, 16. Iob. 4, 16. Targ. *de imagine vultus tui*. Idem dicit, quod *facies* ſ. *vultus Dei* in membro præced. & Pſ. 16, 11. & ſic ſuadent accentus. Al. vt Luth. Calou. *ſatiabor cum euigilauero*; euigilabo autem *cum imagine tua*, ſcil. primæua, hic inchoata quidem, tum vero plene reſtituenda, & æternum in ſanctis refulſura. Pſ. XVIII, 1. y) Vid. Pſ. 4, 1. z) Inſigne hoc epitheton etiam Pſ. 36, 1. Dauidi tribuitur, quod ſua ætate *conſilio Dei inſeruiret*. Act. 13, 36. Nam, vt *Kimchi* ait h. l. Qui omnes vias ſuas, intentionem & actiones ad Dei honorem refert, is *ſeruus Dei* vocatur &c. Conf. not. Deut. 34, 5. a) vid. Pſ. 3, 1. b) *qui locutus eſt* & ſcripſit etiam. cf. 2 Sam. 22, 1. Targ. addit: *in prophetia* ſ. *prophetice*. ſcil. ex mente Targumiſtæ de futura Iſraelis reductione, coll. v. 28. 29. 32. 49. & ſec. Syr. inſcriptionem: *de adſcenſione Chriſti*; de quo vno litteraliter & proxime hunc pſalmum intelligendum, & ſic demum ad Dauidem, alioſque ex Chriſto renatos, adcommodandum putauit etiam *Brentius* noſter: cum contra Iudæi aliique communiter eum de Dauide tantum, ſed male; alii partim de Chriſto, partim de eccleſia; rectius alii *de Dauide* vt *typo*, de Chriſto autem, ceu *Antitypo* & *Semine illo Dauidis* v. 51. accipiant. Ita *Schm*. Pſalmus hic, inquit, ita de *Dauide* agit, vt hic nobis *Semen Dauidis*, Chriſtum repræſentet. Quod autem (pergit idem *S.*) hic pſalmus tantum de Chriſto - - nullo autem modo de Dauide etiam agat, id nobis quidem nimis durum videtur dicere; cum ipſe pſalmus v. 51. *Dauidis* expreſſe mentionem faciat. Vbi per *Dauidem* Chriſtum velle intelligere, & per *ſemen Dauidis* Eccleſiam Chriſti, plane alienum a ſtili ſimplicitate fuerit &c. Append. p. 70. vide etiam vltima huius verſus verba. Sic *Gurtlerus* Theol. Proph. p. 99. Similiter, ait, (vt XVII.) etiam Pſalmus XVIII. eſt *precatio Dauidis ſerui Dei*; at non ſolum filii Iſai, ſed & præſertim Meſſiæ Dauidis, ſerui a Deo electi. Nam particulam verſus 3. Paulus Hebr. 2, 13. & verſum 50. Chriſto Rom. 15, 9. attribuit, cui & verba v. 5 - - 8. 22 - - 25. & 51. plenius, quam Dauidi conueniunt. Ita *Saul* eſt imago ſenatus Iudaici, Chriſtum ad mortem poſcentis. Conf. etiam *Mati* Œcon. V. T. p. 797. ſeq. vt de ſingulari huius Pſalmi analyſi apud *Tillium* h. l. (qua is primo Chriſtum rediuiuum, ſed nondum in cælos euectum, in hoc Pſalmo loqui putat a v. 3 - - 20. coll. Act. 1, 3. Luc. 24, 26. 27. 44. deinde vnum ex fidelibus ſeu Apoſtolis v. 21 - - 43. Porro iterum Chriſtum v. 44 - 46. & rurſus alterum v. 47 - - 51.) non multa hic dicamus. Habet is vero & prædicat poſt titulum v. 1. ſec. *S.* lemmata I. *Exauditionem* precantis non tantum Dauidis, ſed etiam Chriſti v. 2 - - 7. II. Eiusdem *liberationem* v. 8 - - 20. III. *Retributionem* integritatis v. 21 - - 32. IV. *Conſeruationem* & defenſionem in officio v. 33 - - 46. V. *Gratiarum actionem* & glorificationem v. 47 - - 51. ſtilo admodum pathetico & figurato. Conf. etiam notata ad 2 Sam. XXII. vbi ſenſus idem, etſi ſyllabæ & voces nonnunquam variant: quia vterque liber ex diuina inſpiratione a diuerſis auctoribus exaratus fuit. Conf. cf. *Schmidii* Append. Pſalmorum de Chriſto p. 71. ſeq. & ſupra ad Pſ. 14, 1. notata. c) *in laudem* & i) & *honorem Domini* Pſ. 7, 1. d) *ipſa verba*. cf. Pſ. 7, 1. pſ. 137, 3. e) *ſacri* huius prophetici *cantici*. cf. Ex. 15, 1. Num. 21, 17. Deut. 31, 19. 21. 30. &c. f) *in die* vel *tempore*, quo *eripuerat* eum Dominus v. 18. Ellipſis relatiui, vt Pſ. 17, 1. 14. Pſ. 56, 10. &c. g) 2 Sam. 19, 10. Pſ. 71, 4. h) qui multi & varii & Chriſto & Dauidi ſunt ac fuerunt: vt hiſtoria docet. cf. v. 4. 38. 41. 49. i) *inprimis etiam de manu Saulis*, infenſiſſimi hoſtis. 1 Sam. 18, 9. c. 23, 14. de *Vau præf*. cf. Gen. 7, 21. Ioſ. 2, 1. Eſ. 1, 1. &c. Cum ſcil. Dauid occaſionem & materiam ampliſſimam nactus eſſet, cogitandi de regni ſui ad Meſſiam vſque propagatione. coll. 2 Sam. VII. & XXIII. v. 2. k) S. *Dixit ergo*, atque etiam ſic ſcripſit. cf. v. 1. l) *Diligo* & *diligam te* toto animo & adfectu, & qſ. *ex intimis viſceribus meis*. Kal. (1) apud Chaldæos frequentius. cf. *Piel* Eſ. 49, 15. m) v. 3. 4. cf. not. pſ. 6, 2. n) qui es vnica *fortitudo*, *firmitas* aut *robur meum* (1) cf. Pſ. 31, 25.

---

v. 14. ממתים ſic per *Chatephpat*. bis h. l. 2. 5. 6. 9. 10. 13. 20. 22. Per *Mahp*. loco poſterioris *Meth*. 2. חלקם *Merca* irregulariter quidem, noſtri hic & Prou. 8, 34. habent; ſed requirit id *Maſ*. *Erff*. At ממתים ׀ מחלד ׀ חלקם 2. לעלליהם *defect*. Occidentales. v. 15. אשבעה בהקיץ ſic 1. 2. ad mentem B. Lutheri aliorumque. Pſ. XVIII, v. 1. למנצח Ita cum *Pſik* 5. & *Ber*. Reliqui id omittunt. יהוה Accentum damus, prout eum codices noſtri exhibuerunt, licet dubie ſanum. Diſpiciant de illo vlterius, quibus MStos libros euoluere contingit. Nobis interim conſecutio ſic reſtituenda videtur יהוה־אתו ita vt *Sarka* conſeruus ſit, præuio *Makk*. ſiue expreſſo ſiue ſubintelligendo: plane vt Pſ. 31, 22. & Pſ. 66, 20. emendatius nonnulli habent. v. 2. ויאמר per *Pſikſchalſcheleth*. 2.

3 יהוה ׀ סלעי ומצודתי ומפלטי אלי צורי אחסה־בו מגני
4 וקרן ישעי משגבי׃ מהלל אקרא יהוה ומן־איבי
ה אושע׃ אפפוני חבלי־מות ונחלי בליעל יבעתוני׃
6 חבלי שאול סבבוני קדמוני מוקשי מות׃ בצר־לי ׀
7 אקרא יהוה ואל־אלהי אשוע ישמע מהיכלו קולי
8 ושועתי לפניו ׀ תבוא באזניו׃ ותגעש ותרעש ׀ הארץ
9 ומוסדי הרים ירגזו ויתגעשו כי־חרה לו׃ עלה עשן ׀
י באפו ואש־מפיו תאכל גחלים בערו ממנו׃ ויט שמים
11 וירד וערפל תחת רגליו׃ וירכב על־כרוב ויעף וידא
12 על־כנפי־רוח׃ ישת חשך ׀ סתרו סביבותיו סכתו
חשכת־

Pf. 48, 2. pf. 96, 4. pf. 113, 3. pf. 145, 3. 1 Par. 16, 25. *b*) *inuocabam*, vel porro nunc *inuocabo Dominum*. v. 7. vel Quotiescunque *inuoco* feriis precibus. *c*) *tunc ab omnibus inimicis meis*, hominibus & diabolis. v. 1. 38. *d*) *faluabor* vel *faluor*, faluus & tutus præftor. cf. Pf. 6, 5. pf. 12, 2. pf. 33, 16. Id quod in vita mea fæpisfime fum expertus; & Chriftus experietur, vt fequentia docebunt.

v. 5. *e*) *Circumdederant* namque *me*. (5) Pf. 40, 13. vid. 2 Sam. 22, 5. *f*) *funes* vel *vincula* v. 6. vt Iob. 36, 8. al. cum R. Sal. *agmina*, coll. 1 Sam. 10, 5. Pf. 119, 61. al. vt LXX. Vulg. A. b. Ezra, *dolores*, coll. Ef. 13, 8. Hof. 13, 13. Act. 2, 24. & not. Ef. 66, 7. Targ. *Circumdedit me angustia, ficut mulierem, quæ partu laborat, nec robur habet ad pariendum, ipfaque periclitatur ad moriendum.* *g*) *& torrentes*, h. e. fec. Kimchium, *anguftiæ* & calamitates, fec. A. b. Ezr. *hoftes*, velut aquæ ingruentes, coll. Ef. 8, 7. Pf. 124, 4. Apoc. 12, 15. *h*) *Belialis* f. *diaboli*. Deut. 13, 14. 1 Reg. 21, 13. 2 Cor. 6, 15. Targ. *Catervæ improborum.* *i*) *terrebant*. Vulg. *conturbauerunt me.* 1 Sam. 16, 14. Ef. 21, 4. Iob. 15, 24. Efth. 7, 6. v. 6. *k*) *Funes*, inquam. Targ. *Cohortes* impiorum. LXX. Vulg. *Dolores*. vid. v. 5. Pf. 30, 4. pf. 116, 3. *l*) *inferni* Pf. 6, 6. pf. 16, 10. *m*) Pf. 17, 11. *n*) Vulg. *præoccupauerunt me.* v. 19. Pf. 17, 13. *o*) *laquei mortis* & mortiferæ infidiæ. Am. 3, 5. Pf. 64, 6. Targ. qui (impii) armati *inftrumentis occifionis.* v. 7. *p*) Sed *in anguftia*, quæ *mihi*. Cum anguftia mihi effet. Pf. 59, 17. pf. 66, 14. vid. Pf. 4, 2. *q*) ore & corde *inuocabam Dominum* v. 4. Pf. 17, 6. *r*) vid. not. v. 29. & Pf. 3, 8. *s*) *vociferabar* v. 42. Pf. 22, 25. pf. 30, 3. cf. nomen Pf. 5, 3. *t*) S. qui *audiuit* & femper *exaudit*, fec. Kimch. Pf. 4, 4. *u*) *e templo fuo* cælefti f. cælo; vbi fec. A. b. Ezram, omnia ipfius decreta iam fcripta & obfignata funt. cf. Pf. 5, 8. pf. 11, 4. *x*) Pf. 3, 5. *y*) Pf. 5, 3. Ex. 2, 23. *z*) *in confpectum ipfius*, vel *ante ipfum venit.* admittitur, nec repudiatur. Ion. 2, 8. Pf. 88, 3. pf. 102, 2. pf. 66, 20. *a*) *in* vel *ad aures eius.* 2 Sam. 22, 7. cf. Ef. 5, 9. addit Targ. *& fit* f. *effectui mandatur* oratio mea. v. 8. *b*) *Vnde concuffa* vel *commota eft.* (9) Ier. 5, 22. c. 25, 16. Iob. 34, 20. *c*) *& tremuit terra.* Ef. 24, 18. Ier. 51, 29. Pf. 46, 4. pf. 77, 19. Hæc & fequentia allegorice intelligit *Schmid.* in Append. Pfalmorum de Chrifto p. 56. & 60. *Tillius* autem, ex hypothefi ad v. 1. de duplici illo terræ motu fub mortem & refurrectionem Chrifti facto Matth. 27, 51. c. 28, 2-4. *d*) *& fundamenta* v. 16. *montium* Pf. 46, 4. immo & cæli 2 Sam. 22, 8. *e*) *commouebantur* f. *contremuerunt.* cf. Pf. 4, 5. pf. 77, 17. Am. 8, 8. *f*) *commouerunt fe, inquam,* omnia. Ier. 46, 7. 8. *g*) *quia* vel *quando.* *h*) *ira exarfit ei.* LXX. Vulg. Syr. &c. *quia iratus fuit aduerfus hoftes meos.* cf. Gen. 4, 5. c. 30, 2. Ef. 5, 25. Pf. 106, 40. v. 9. *i*) *Afcendit* enim *fumus.* Ex. 19, 18. Apoc. 9, 17. *k*) *in nafo eius*, vel vt LXX. Vulg. & OO. *in ira eius.* Eft namque defcriptio vehementer irati. cf. v. 16. Pf. 74, 1. Deut. 29, 19. & not. 2 Sam. 22, 9. *l*) Pf. 97, 3. *m*) *ex ore* irati Dei erumpens. cf. Iob. 37, 2. c. 41, 11. 13. *n*) *confumebat* hoftes. Pf. 21, 10. pf. 50, 3. Iob. 1, 16. *o*) *prunæ* qf. feu *carbones igniti*, i. e. fulgura & fulmina. v. 13. Pf. 140, 11. Prou. 26, 21. *p*) *arferunt* vel *fuccenfi funt ab eo.* Ex. 3, 2. Iob. 1, 16. v. 10. *q*) *Et inclinauit cælos* & nubes, vt fit in grauioribus tempeftatibus. cf. Pf. 144, 5. *r*) *&* quafi *defcendit*, ad vindictam fumendam. cf. Gen. 11, 7. Ef. 64, 2. *s*) *& caligo* fuit fub pedibus eius. Targ. *& nubem tenebrofam fuppofuit fibi*, ne fcil. impii ferenum eius vultum, fed grauis tantum iræ & pœnarum terribilia indicia viderent. cf. Pf. 97, 2. Deut. 4, 11. v. 11. *t*) *Et equitauit* f. *vectus eft.* Pf. 68, 5. Deut. 32, 26. *u*) Targ. Et manifeftauit fe in virtute fua *fuper Cherubim velocibus*; quafi curru vel vehiculo fuo: quibus etiam alibi *infidere* vel *vehi* dicitur. Pf. 80, 2. pf. 99, 1. cf. Ex. 25, 18. feqq. 1 Reg. 6, 23. feqq. 2 Reg. 2, 11. c. 6, 17. Ez. 1, 5. feqq. c. 10, 1. feqq. not. 1 Sam. 4, 4. & Præf. in Ezech. §. 16. *x*) *& volauit*; vel, *ac fi* celerrime *aduolaret* 2 Sam. 22, 11. cf. Ef. 11, 14. Hab. 1, 5. Dan. 9, 21. *y*) *volitauit, inquam.* S. *ac vectus eft.* Targ. *& cum robore proceffit.* (4) Deut. 28, 49. Ier. 48, 40. c. 49, 22. *z*) quafi *fuper alis venti* velociffimis. cf. Pf. 104, 3. pf. 139, 9. *Guffet.* p. 759. *Deum vento vectum* defcribit Dauid, vt adfuefaciat nos ad cogitandum, ipfum, vbicunque ventus flat, effe præfentem. Conf. fimile monitum B. *Franzii* de Interpret. Script. p. m. 83. v. 12. *a*) *Pofuit tenebras*, h. e. craffas & caliginofas nubes. *Futurum* autem in narrationibus fæpe ponitur *pro perfecto vel imperfecto*, vt Hof. 6, 1. c. 13, 11. c. 8, 12. Nah. 3, 10. fubintell. fcil. *Vau conuerf.* quod extat 2 Sam. 22, 12. *b*) *pro latibulo fuo*, Iob. 22, 14. Targ. *Et pofuit Schechinam fuam in caligine*, condenfatis fcil. nubibus, vt mox fequitur. *c*) per *circuitus fuos* f. *vndique circa fe* pofuit; vel, *circa eum* fuit tentorium ipfius. Pf. 97, 2. *d*) *tentorium fuum.* Ef. 1, 8. Targ. *& circumdata fuit nubibus gloria eius, velut tentorio.* cf. Iob. 36, 29.

